Digitized by the Internet Archive
in 2015

https://archive.org/details/opraomniadecemto08sylv

R. P. D. F. JOANNIS

DA

SYLVEIRA

COMMENTARIA

IN


APOCALYPSIM.

R. P. D. F. JOANNIS
DA
SYLVEIRA
OLYSSIP. CARMELITÆ
REGULARIS OBSERVANTIÆ,
SACRÆ THEOLOGIÆ PRIMARII
LECTORIS JUBILATI,
COMMENTARIORUM
In Apocalypſim B. Joannis Apoſtoli
TOMUS PRIMUS,
Complectens à Capite primo uſque ad Caput duodecimum.

In quo multa tractantur de Sacroſancta Euchariſtia, de Beatiſſima Virgine Maria; ac duodecim Apoſtolis.

Cum Indice quadruplici; Primo Capitum & Quæſtionum; Secundo Locorum ſacræ Scripturæ; Tertio Concionum; Quarto denique Rerum memorabilium.

EDITIO TERTIA AB AUCTORE RECOGNITA.



LUGDUNI,
Sumptibus ANISSON, & POSUEL.
M. DCC.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

LIBRARY
DEC 6 1968
UNIVERSITY OF TORONTO

BS
2335
S85
1697
t.8

INCREATÆ SAPIENTIÆ GENITRICI SANCTISSIMÆ

VIRGINI MARIÆ,

Operis Conſecratio.

IN hac noſtra Apocalypſi apparet Dei Thronus, à quo procedebant [a] *fulgura, voces, & tonitrua.* Quiſnam iſte Dei Thronus? Tu es, ô SANTCTISSIMA VIRGO MARIA, ut tenent D. Bernard. [b] Richardus de Sancto Laurentio [c] & in præſenti D. Bernardin. Senenſis; [d] ab hoc Throno procedebant *fulgura, voces, & tonitrua:* Nam ſi quis fulgurat ſcriptis ac ſapientia, ut diſtantes illuſtret, vel voce adſtantes, ac propinquos doceat; vel alta & ſublimia intonat, ut hic filius tonitrui, in hac Apocalypſi in qua tot ſunt myſteria, quot litteræ, ut dixit Divus Hieronymus, [e] hoc totum à Mariano Throno haurit, ac propinat. Ipſa enim VIRGO, ut ait Rupertus, eſt *Magiſtra Magiſtrorum*, cunctis dona ſapientiæ diſtribuens, & ut ait D. Bernard. [f] *Solare corpus, quod mundum illuminat.* Ante Dei Thronum, Tuam celſitudinem venerantes, viginti quatuor Seniores, utpote Magnates, ac Principes Eccleſiaſtici Ordinis ac curiæ cœleſtis, ut ſuo loco dixi, mittunt regales coronas ſuas; ego verò parvus, & humilis pro noſtra infima tenuitate, Tibi offero hoc debile Munuſculum, hunc nempe exiguum librum. Tu ergo, ſolare lumen illumina mentem, & adjuva tenuitatem noſtram; nam tam in his libris, quàm in noſtris Commentariis in Evangelia, cum Tuo devotiſſimo Idiota proclamo. [g] *Nihil de me confido, multùm de Tua benignitate ſpero.*

[a] Apocal. 4. n. 3.

[b] *Serm. de laudibus Mariæ.*

[c] *Lib. 12. de Maria.*

[d] *Hoc loco.*

[e] *Epiſtola ad Paulin.*

[f] *Lib. 1. de gloria & honore filii homin.*

[g] *In ſuis contemplation.*

Cenſura P.Fr.Gregorii A JESU, *olim Artium Lectoris in Carmelo Liſbonenſi, Conimbricenſi, S. Theologiæ Veſperarii, Eborenſi primarii, ac ſtudiorum Regentis, & nunc in Academia Conimbricenſi Doctorali laureâ inſigniti.*

CARMELI Gloria perilluſtris jam Sylveiræ noſtri in Evangelia illuſtrationibus, denuò incipit ſpargere radios, Tomo hoc in Apocalypſeon primo, illum & legi, & legiſſe ſemel non ſatis optanti ſemel atque iterum lectura beari; Si enim Apocalypſis propilæo legitur, beatus qui legit, cum tot labyrinthis obnubiletur, potiori jure nubibus fugatis Sylveriano Sole: Solaris ſylva mentem non ſinit ſylveſcere umbris, ſed compta undique, quia à-Sylveira compoſita intellectum beat claritate ſuâ: Unde Apocalypſis, quæ Græcè interpretatur revelatio, quia caliginoſum velum ipſius oppandunt revelationis verba, jam ſine velo ullius caliginis Commentatore tanto panditur oculis, non ſolùm lynceis, ſed uſque infimis. O mira oculorum felicitas huic debita Scriptorum Miraculo. Vepres non habet ullius gravaminis, ſed vernantem feliciter puram, & Orthodoxæ Fidei conſonam doctrinam ſuaviſſimis Eruditionis maritarum floribus, ac foliis; hæc mira metamorphoſi in linguas abeunt quæ Authoris commendant ingenium, illi, cùm ſuave redolent, ſuavem & leve fluentem ſtilum referunt. Planè opus gratum omnibus, cùm à Sylveira editum prodit in lucem, alienæ lucis non eget ſplendore, utpote, qui tot fulgentes radios, quot volumina diſperſit per orbem, magis in dies diſperſurus. Apis matutinæ more aliorum flores collegit, ut quæ alios beatos efficiunt, collecta (ut aiunt) teneret, ac illum redderent beatiorem; multa tamen addit mirum quidem, cùm innumera addiderit; ergo innumera Sylveiræ merita, atque aureum hoc opus magis laudatoriâ commendatione, quàm cenſoria lance proſequenda. Prodeat igitur in orbis Theatrum Volumen hoc, Concionatorum luminare majus, quod alios inter (ut ſpero) ſplendeſcet. ——— *Velut inter ignes luna minores.* Hoc meum judicium, Conimbricæ in Collegio Carmelitarum 12. Novembris 1661.

FR. GREGORIUS à JESU.

Fratris Roterici à Sylva, Luſitani Theologi, olim Braſiliæ Provincialis, de ſcripto infrà Opere Cenſorium Judicium.

SUMMA animi voluptate æquè, & aviditate (injungente ſcilicet R. admodùm P. M. Fr. Nonio Viegas, almæ hujus Carmelitanæ Provinciæ pro Luſitaniæ regnis emerito Provinciali) evolvi, legi, & ad umbilicum deduxi proditura in lucem Commentaria in Joannis Apocalypſim, ænigmaticam quidem, labyrintheam, & penè Gordianam: ſed operâ R. admodùm P. M. Fr. Joannis à Sylveira, multorum jampridem voluminum nuſquam ſatis commendati Authoris, ita elucidatam, emedullatam, eviſceratam, ut ænigmata ſolviſſe Oedipum, labyrinthos explicaſſe Theſeum, nodos Delphium ſubſecuiſſe gladium, non tam ſuſpicer, quàm videam. Jam verò (quod caput eſt,) nihil à fide abſonum, à Scripturis diſſonum, à Sanctorum placitis reperi alienum; omnia ab utriſque orta, utriſque referta. Stylus non ampullaticus, non ſeſquipedalis, ne eorum effugiat captum, qui ne à primis quidem templi valvis pinguiorem Minervam ſalutarunt: ſed

planus

planus, ac plenus: & qui abſtruſas licèt mentis conceptiones in propatulum offerant, & in apertam ſcenam. Hiſce de cauſis (interim plures ſupprimo) ut in Theatrum proſiliant, & hæreditario jure, & novo ſibi vendicant; non quaſi communem omnium mutuatura lucem, ſed lucem penitùs allatura. Apud noſtrum Cameratenſe cœnobium. 8. Kal. Januar. anno ſalutis 1661.

Fr. Rodericus à Sylva.

Ejuſdem in Authorem Encomiaſticon.

EPIGRAMMA.

FLebat, *& admoto pulſabat pectora ſaxo*
Joannes, Domini pignus, amórque ſui;
Quòd neque apud ſuperos librum reſerare poteſtas,
Néc ve homines inter, néc ve ſub orbe foret.
Quippe illum ſeptem ſtabant ſignacula circùm;
Quodlibet, ipsâ Aquila judice, grande choas.
Ecce autem occiſi ſub imagine conſtitit Agnus,
Ille aperit facili; quæ latuére, manu:
Uni ſcire dedit, reliquos ſecreta latebant.
Quorum propterea lumina flumen erant.
Alter adeſt Agnus, calamo, qui pervia cunctis.
Efficit, & mœſtas allevat imbre genas.
Imodo, & ambobus pro facto debita confer;
Sit mihi fas Numen dicere pace tuâ:
Unus Joannes reſeranti eſt debitor Agno;
At tibi: dum reſeras, debitor orbis erit.

MAGISTER frater Nonius Viegas Provincialis Ordinis B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo Regularis Obſervantiæ, in Luſitania, Algarbiorúmque Regnis: poteſtate mihi traditâ à Reverendiſſimo Patre noſtro Magiſtro Fratre Hieronymo Arii totius noſtri Ordinis Generali, facultatem præbeo Reverendo admodùm Patri, Fratr. Joanni da Sylveira, Primario Theologiæ Profeſſori Jubilato, ac Magiſtro Regenti, Præceptoríque meo amantiſſimo, ut hæc Commentaria in Apocalypſim B. Joannis Apoſtoli, à ſe edita, & à viris doctis noſtræ Provinciæ recognita, & approbata, typis mandare poſſit. In quorum fidem has litteras manu noſtrâ ſubſcriptas præbuimus in Ulyſſiponenſi Carmelo, die primâ Februarii, anno Domini 1662.

M. FR. NONIUS Viegas Provincialis.

Summa Privilegii Regis Chriſtianiſſimi.

CAUTUM eſt authoritate Regis, ne quis in Regno, aliíſque locis ſuæ ditioni ſubjectis intra viginti proximos annos, Librum qui ſic inſcripti *R. P. D. Fr. Joannis da Sylveira Ulyſſiponenſis Carmelitæ Regularis Obſervantiæ, &c. Commentaria in Apocalypſim*, abſque LAURENTII ANISSON Bibliopolæ Lugdunenſis permiſſu, imprimat, aut divendat, à die publicationis horum Exemplarium: qui ſecùs fecerit, mulctâ indictâ, prout ampliùs in Diplomate Regio continetur, mulctabitur. Dat. S. Germ. in Laya, die 14. Septembris 1662.

De Mandato Regis.

Signatum, MABOUL.

Deſiit prælum editionis Tomi primi 10. *Octobris* 1663.

SERIES

SERIES
CAPITUM ET QUÆSTIONUM
hujus primi Tomi.

TITULUS LIBRI

Apocalypſis Joannis Apoſtoli.

QUÆSTIONES PROOEMIALES.

QUÆST. I. DE nomine, ac titulo hujus libri.
II. Liber Apocalypſis Propheticus eſt, ſublimis, & altæ doctrinæ. ibid.
III. Quodnam ſit argumentum, quæve materia Apocalypſeos. p. 3
IV. Utrum hic liber Apocalypſis ſit Canonicus, & quis illius auctor. p. 4
V. Quo loco, anno, ac die, & idiomate hic liber ſcriptus eſt. ibid.
VI. Quanta ſit difficultas libri Apocalypſis. pag. 5
VII. Quomodo alta myſteria, quæ in hoc Apocalypſeos libro continentur, revelantur Joanni, & ipſe vidit, cognovit, ac audivit. p. 6

CAPUT I.

Apocalypſeos.

QUÆST. I. QUare nomen Græcum Apocalypſeos retinetur in noſtra vulgata latina? p. 8
II. Quare ſanctiſſimum nomen Jeſus in prima fronte hujus libri apponitur? p. 9
III. Quare hic ponitur Deus, cum prius poſitum ſit nomen Chriſti Jeſu, cui Deus dedit hanc revelationem palam facere? quod altiùs explicatur. p. 10.
IV. Quare hæc revelantur à Deo, ut palam fiant ſervis ſuis? ibid.
V. Quare hæc myſteria revelantur à Deo ſervis ſuis? p. 11.
VI. Quare cùm multa, quæ hîc revelantur, pertineant ad finem mundi; dicitur tamen hic, quod oporteat fieri citò? p. 12
VII. Quare hæc non revelantur à Chriſto immediatè Joanni ſed per miniſterium unius Angeli? p. 13
VIII. Quare ex omnibus Apoſtolis Joannes eligitur, ut tot, tantáque myſteria ei revelentur? pag. 14
IX. Quare Joannes in hoc ſuo libro ponit nomen ſuum, cùm Moyſes in ſuis libris illud tacuerit? pag. 15
X. Quare Joannes, dum magna myſteria ei hîc aperiuntur, ſe dicit Chriſti ſervum, cùm illos, quibus Dominus ſua ſecreta revelaverat, non ſervos, ſed amicos dicat? p. 16
XI. Quàm illuſtre teſtimonium de verbo præbuerit Joannes. p. 17
XII. Quare legens hunc librum beatus dicitur? p. 18
XIII. Quare dicitur beatus, qui legit, audit, ac ſervat verba prophetiæ hujus? p. 19
XIV. Quare Joannes ſalutans Epiſcopos Aſiæ, adjunxit Pacem cum gratia? p. 21
XV. Quare Joannes imprecatur gratiam & pacem ab eo, qui eſt, qui erat, & qui venturus eſt, & non potiùs dixit, ab eo, qui futurus eſt, ut videbatur dicendum? p. 22
XVI. Quinam ſint hi ſeptem ſpiritus, de quibus Joannes hîc facit mentionem? p. 23
XVII. Quare iſti ſeptem ſpiritus dicuntur ſtare in conſpectu Throni Divinæ Majeſtatis? p. 24.
XVIII. Quare Chriſtus Dominus vocatur hîc à Joanne, teſtis fidelis? & expenditur textus connexio. ibid.
XIX. Quare Chriſtus dicitur Primogenitus mortuorum? p. 25
XX. Quare Chriſtus D. dicitur Princeps Regum terræ poſtquam appellatus eſt primogenitus mortuorum, expenditur ipſa textus ſeries? p. 26
XXI. Quare Joannes ait de Chriſto, qui dilexit nos, & lavit nos ſanguine ſuo? ibid
XXII. Quare poſtquam Joannes dixit, quod Chriſtus lavit nos à peccatis noſtris, ſubjunxit: fecit nos Reges, & Sacerdotes? p. 29.
XXIII. Quare dicitur, quod Chriſtus D. nos fecerit Reges, & Sacerdotes? ibid.
XXIV. Quare prius Regnum, poſtea Sacerdotes ponuntur? p. 30

XXV. *Quare Joannes imprecatur Chriſto gloriam, & imperium?* p. 31
XXVI. *Quare Joannes hic facit mentionem de die judicii?* p. 33
XXVII. *Quare dicitur, quod ecce venit, non alius, nec Angelus, ſed ipſemet Chriſtus?* ibid.
XXVIII. *Quare dicitur, quod Chriſtus ad judicium veniet, in nubibus?* p. 34
XXIX. *Quare dicitur quod omnes venientem Chriſtum ad judicium videbunt, & plangent ſuper ſe omnes tribus terræ?* p. 36
XXX. *Quare Chriſtus D. dicitur α, & ω, Principium, ac finis, & de connexione cum ſuperioribus?* p. 37
XXXI. *Quare Chriſtus D. dicitur, Alpha, & Omega, ex figura ipſarum litterarum Græcarum expenditur quæſtio?* p. 38
XXXII. *Quare Joannes iterum hic ſe nominat, ac ſuorum fratrem ſe appellat?* p. 40
XXXIII. *Quare Joannes ſe dicit participem in tribulatione?* p. 41
XXXIV. *Quare poſt tribulationem Joannes poſuit Regnum?* p. 42
XXXV. *Quare poſt tribulationem, & Regnum poſuit Joannes patientiam?* p. 43
XXXVI. *Qualiſnam eſſet inſula Pathmos; qualiſque ejus nominis interpretatio?* p. 44
XXXVII. *Joannes in inſulam Pathmos relegatur potius, quàm in aliam orbis partem?* ibid.
XXXVIII. *Quare adnotatur, quod tam illuſtris revelatio facta fuerit Joanni in die dominica?* p. 46
XXXIX. *Quare hæc vox à tergo exhibita eſt Joanni?* p. 48
XL. *Quare hæc vox Joannem excitans fuerit magna?* p. 49
XLI. *Quare hæc vox dicitur tam magna, ut tubæ ſonum referret?* p. 50
XLII. *Quare Joannes ait, quod converſus eſt, ut videret vocem, cùm vox non videatur, ſed audiatur?* p. 51
XLIII. *Quare Joannes hic videt ſeptem candelabra, cùm Moyſes unum poſuerit in tabernaculo, & Salomon decem fecerit in templo?* p. 52
XLIV. *Quare Candelabrum Eccleſiam denotet, ac ſignificet?* p. 53
XLV. *Quare hæc Candelabra erant aurea?* p. 54
XLVI. *Quare Chriſtus apparuit in medio Candelabrorum?* p. 56
XLVII. *Quare Joannes ait, non quòd viderit filium hominis, ſed ſimilem filio hominis?* p. 57
XLVIII. *Quare Chriſtus apparuit veſtitus podere, & agitur de hujus veſtimenti genere?* p. 59
XLIX. *Quare Chriſtus apparet præcinctus ad mammillas, cum alii, ut Elias, & Baptiſta, cingerentur ad renes?* p. 61
L. *Quid mammillæ ſignificent?* p. 65
LI. *Explicatur Zona aurea prout ſpectat ad perſonam Chriſti?* p. 64
LII. *Explicatur Zona aurea prout in ea ſignificantur juſti Chriſto adhærentes?* p. 66
LIII. *Quare Chriſtus hic apparet capite capillis candidis?* p. 68
LIV. *Quare capilli Chriſti dicuntur candidi, non ſolùm tanquam lana alba: ſed etiam ſicut nix?* p. 70
LV. *Quare capilli capitis Chriſti appareant hic candidi, cum ab ſponſa dicantur nigri ſicut corvus?* p. 72
LVI. *Quare oculi Domini apparent ſicut flamma ignis?* p. 74
LVII. *Quare poſtquam Joannes fecit mentionem de capite, ac oculis Chriſti, ſtatim de illius pedibus ignitis agit?* p. 77
LVIII. *Quare per pedes in camino ignis, humanitas Chriſti, ejuſque actiones, ac ſanctiſſima vita interpretantur?* p. 77
LIX. *Variæ expoſitiones circa pedes ſimiles aurichalco in camino ardenti proferuntur, ac expenduntur?* p. 79
LX. *Quare hæc vox erat ſicut aquarum multarum?* p. 81
LXI. *Quid hic hæ ſtellæ ſignificen?* p. 84
LXII. *Quare ſtellæ apparent ſeptem, & non plures, nec pauciores?* p. 86
LXIII. *Quare ſtellæ in manu Chriſti apparent?* p. 87
LXIV. *Quare hujuſmodi ſtellæ non tenentur à Chriſto in manu ſiniſtra, ſed in manu dextera?* p. 88
LXV. *Quare Evangeliſta cum deſcriberet ſigillatim omnia, quæ Chriſti erant, ſolius ſiniſtræ mentionem non facit?* p. 90
LXVI. *Quare poſtquam Joannes narravit manum Chriſti cum ſeptem ſtellis; ad os ejus cum gladio convertit ſermonem?* p. 91
LXVII. *Gladius ab ore Chriſti exiens multipliciter explicatur, & præcipuè de verbo Dei.* p. 92
LXVIII. *Gladius exiens ab ore Chriſti, explicatur de ſententia in generali judicio.* p. 94
LXIX. *Quare hic gladius dicitur ex utraque parte acutus ſive de Verbo, ſive de finali ſententia intelligatur?* p. 95
LXX. *Quare facies Chriſti dicitur reſplendens ſicut Sol in virtute ſua?* p. 97
LXXI. *Variis aliis modis hæc viſio explicatur.* p. 99
LXXII. *Quare Joannes tanto timore perterritus cadit?* p. 100
LXXIII. *Quare Joannes cecidit ad pedes Chriſti, cum igniti eſſent, tanquam in camino ardenti?* p. 101
LXXIV. *Quare Joannes tanquam mortuus cecidit?* p. 103
LXXV. *Quare dicitur quod Chriſtus extenderit ſuam manum dexteram, ad confortandum, ac elevandum Joannem, cùm imperio, ac voce hoc facilè fieri poſſet?* p. 105
LXXVI. *Quare dum in perſona Chriſti dicitur Ioanni; noli timere; ſtatim additur: ego ſum primus, & noviſſimus?* p. 106
LXXVII. *Quare hic dicitur Ioanni in perſona Chriſti, quod fuit mortuus & ecce ſum vivens?* p. 107
LXXVIII. *Quare ad expellendum timorem à Ioanne ait ei Dominus; ego habeo claves mortis, & inferni?* p. 108
LXXIX. *Quare Chriſtus ait, quod habet claves mortis, & inferni, & non potius vitæ ac regni cœlorum?* p. 110
LXXX. *Quare cùm jam ſupra mandatum eſſet Ioanni, ut hanc Apocalypſim ſcriberet, hic iterum*

iterum ei dicitur ſcribe quæ vidiſti? p. 111
LXXXI. *Quare Epiſcopi Angeli vocantur?* pag. 112
LXXXII. *Quare cùm in hac viſione plura commemorentur, duo tantùm Dominus per ſeipſum eſt interpretatus, & nobis explicavit?* p. 213

CAPUT II.

QUÆST. I. P*Ro his ſeptem Epiſtolis ad Epiſcopos Aſiæ, aliquot quæſtiones proœmiales reſolvuntur.* p. 115
II. *Qualis civitas eſſet Epheſus; & quis Epiſcopus hic commoratus? & cur ab illo inchoatur in his epiſtolis?* p. 116
III. *Quare in titulo hujus Epiſtolæ ponitur:* Hæc dicit, qui tenet ſeptem ſtellas in dextera? p. 117
IV. *Quare in titulo hujus primæ Epiſtolæ etiam ponitur,* Qui ambulat in medio ſeptem Candelabrorum aureorum? p. 118
V. *De laudibus Epiſcopi Epheſini, de ejus operibus, laboribus, ac patientia?* p. 120
VI. *Zelus, ac virtus Epiſcopi Epheſini dum tentat, & explorat ſuorum mores, & impios, ac mendaces non ſuſtinet.* p. 122
VII. *Laudatur patientia Epiſcopi Epheſini, quod ſuſtinuit, & non defecit, propter nomen Domini.* p. 123
VIII. *Quænam fuerit hæc remiſſio charitatis in hoc Epiſcopo Epheſino?* p. 125
IX. *Quare huic Epiſcopo Epheſino, non dicitur ut aliis, habeo adverſus te pauca?* p. 126
X. *Quare huic Epiſcopo Epheſino maximè recommendatur ut de ſua celſitudine à qua exciderat, recordetur?* p. 128
XI. *Quare adjungitur in dictis Epiſcopo Epheſino, ut pœnitentiam agat?* ibid.
XII. *Quare Epiſcopus Epheſinus ac alii, Angeli vocantur, cùm eis commendetur pœnitentia, quæ peccatum ſupponit?* p. 129
XIII. *Quare cum hic Epiſcopus unum charitatis opus requirit; ad multa tamen opera adimplenda adhortatur?* p. 130
XIV. *Quid ſignificetur per hæc verba: movebo Candelabrum tuum de loco ſuo?* p. 131
XV. *Quare antequam Deus inferat pœnam, minatur dicens: venio tibi?* p. 132
XVI. *Quare pro magna laude hujus Epiſcopi dicitur, quod oderit facta Nicolaïtarum?* p. 134
XVII. *Quare Dominus loquens cum Epiſcopo Epheſino ejus laudes prædicat in principio, ac fine orationis?* ibid.
XVIII. *Quare cùm hucuſque Angelus locutus ſit in perſona Chriſti, nunc ſermonem ad Eccleſias de Spiritu Sancto inſtituit?* p. 135
XIX. *Quare non pugnanti, ſed vincenti, lignum vitæ promittitur?* p. 136
XX *Quare ait Dominus dabo edere de ligno vitæ, & non potiùs vendam, vel reddam?* p. 138
XXI. *Lignum vitæ explicatur de Chriſto prout eſt in Eccleſia ſua dona communicante, vel de cruce ejus.* p. 139
XXII. *Explicatur lignum vitæ de viſione beata, & quomodo ad ipſum invitatur homo, cum ad ejus cuſtodiam adſit cherubim cum flammeo gladio?* p. 140
XXIII. *Lignum vitæ de Euchariſtiæ Sacramento explicatur?* p. 141
XXIV. *Quare per lignum vitæ intelligitur ſimul ſacra Euchariſtia, ac crux Chriſti?* p. 142
XXV. *Quiſnam ſit iſte paradiſus Dei in quo eſt lignum vitæ?* p. 143
XXVI. *Quænam eſſet hæc urbs Smyrna, quiſnam iſte ejus Epiſcopus?* p. 145
XXVII. *Quare in proœmio Epiſtolæ Epiſcopi Smyrnæ apponitur?* Hæc dicit primus, & noviſſimus, qui fuit mortuus & vivit? p. 146
XXVIII. *Quare cùm manifeſtum ſit, quod omnia ſunt nuda, & aperta oculis Domini, tamen tanquam quid ſingulare ait huic Epiſcopo:* Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam? p. 147
XXIX. *Quare cum tribulatione, quam hic Epiſcopus patiebatur, conjungitur paupertas?* p. 148
XXX *Quare ſi iſte Epiſcopus ſuſtinet paupertatem quomodo dives appellatur?* p. 149
XXXI. *Quare hic Epiſcopus tantis meritis præclarus blaſphemabatur, ut malus & iniquus?* p. 150
XXXII. *Quare iſte Epiſcopus Smyrnenſis adhuc vivens tantis encomiis celebratur, cùm Scriptum ſit, ne laudaveritis hominem in vita ſua?* p. 151
XXXIII *Quare cùm Epiſcopo Smyrnenſi multæ tribulationes hic denuntientur, tamen ei dicitur ut nihil horum timeat?* p. 152
XXXIV. *Quare dicitur, quod Diabolus miſſurus eſt aliquos in carcerem, & non potius omnes?* p. 153
XXXV. *Quare perſecutio Eccleſiæ extenditur ad decem dies, nec ad plures, nec ad pauciores?* p. 154
XXXVI. *Quare fideli ſervo uſque ad mortem promittitur gloria, non ſub nomine gloriæ, ſed nomine coronæ vitæ?* p. 155
XXXVII. *Quare victori promittitur, quod non lædetur à morte ſecunda.* p. 157
XXXVIII *Qualiſnam urbs eſſet Pergamus; & quiſnam ejus Epiſcopus?* p. 158
XXXIX. *Quare Chriſtus ſcribens Angelo Pergameno dicit ſe habere romphæam; ex utraque parte acutam?* p. 159
XL. *Quare dicitur Epiſcopo Pergameno, quod tenens Chriſti nomen, habitet* Ubi ſedes eſt Satanæ? p. 160
XLI. *Quare Epiſcopo Pergameno proponitur Sanctus Antipas Martyr, de quo etiam agitur?* p. 141.
XLII. *Quare cùm Epiſcopus Pergamenus ſit antè à Domino maximè laudatus, modò tamen ſeverè reprehenditur?* p. 163
XLIII. *Scandalo quo Rex Balac inſtructus fuit à vate Balaam contra Iſraëlitas, cur comparantur Nicolaitæ.* p. 164
XLIV. *Quare hæc ſimul duo connectuntur edere, fornicari?* ibid.
XLV *Quare Epiſcopo Pergameno, tam intimè pœnitentia commendatur, & altius verba textus expenduntur?* p. 166
XLVI. *Quare Vincenti promittitur manna abſconditum, & quidnam ſignificet hoc manna juxta varias ſententias?* p. 167

XLVII. *Quare Vincenti promittitur manna Euchariſticum?* p. 168
XLVIII. *Quare manna abſconditum ſacra Euchariſtia dicitur?* p. 169
XLIX. *Septem expoſitiones de Calculo candido & præcipua de Euchariſtia expenditur.* p. 171
L. *Circa calculum candidum aliæ expoſitiones, & probabiliores circumferuntur, explicatúrque vera ſententia.* p. 172
LI. *Quare cum manna abſcondito adjungitur calculus candidus?* p. 173
LII. *Quare in calculo candido ſcribitur nomen novum, & quidnam ſit hoc nomen novum?* p 174
LIII. *Quænam eſſet Civitas Thyatira, & quis illius Epiſcopus ſubintellectus?* p 176
LIV. *Quare in titulo hujus Epiſtolæ ponitur:* hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis? p. 176
LV. *Quare in titulo hujus Epiſtolæ poſtquam dicitur quod filius Dei habet oculos tanquam flammam ignis, ſtatim ſubditur: & pedes ejus ſimiles aurichalco?* p. 177
LVI. *Expenduntur opera hujus Epiſcopi ſcilicet fides, charitas, miniſterium, & patientia?* p. 179
LVII. *Quare tantùm laudantur opera hujus Epiſcopi, quod eſſet plura prioribus?* p. 180
LVIII. *Quænam eſſet impudica hæc mulier Jezabel?* p. 181
LIX. *Expenduntur vitia, ac turpitudines hujus mulieris Jezabelis quæ notantur in textu?* p. 182
LX. *Quare Jezabeli in pœnam ſuorum delictorum minatur Chriſtus quod mittenda ſit in lectum?* p. 184
LXI. *Quare mœchantes cum Jezabele, ac filiis ejus tam diro ſupplicio afficiuntur? & quinam ſint hi filii ejus?* p. 185
LXII. *Quare in perſona Chriſti dicitur peculiariter Eccleſiis, quod ipſe eſt ſcrutans corda, & renes?* p. 187
LXIII. *Quare cum Satanas demerſus ſit in profundo pelagi, quid per altitudines ejus hic intelligitur ab Evangeliſta?* p. 188
LXIV. *Quare cum Lex Evangelica ſit levis, & ſuavis hic tanquam pondus ſupponitur, & quidnam hoc pondus importet?* p. 190
LXV. *Poteſtas data Chriſto à Patre ſuis promittitur, cum ait de Victore, dabo illi poteſtates ſuper gentes?* p. 191
LXVI. *Quare cùm benignitas maximè competat Prælatis ſuis, tamen promittit Chriſtus ut regant in virga ferrea, ut tanquam vas figuli confringantur?* p. 193
LXVII. *Quid ſignificetur in præſenti per ſtellam matutinam?* p. 194

CAPUT III.

QUÆST. I. *Quænam urbs eſſet Sardis, & quis illius Epiſcopus de quo agitur?* p. 195
II. *Quare in inſcriptione hujus Epiſtolæ ponitur* Hæc dicit; qui habet ſeptem ſpiritus Dei, & ſeptem ſtellas? p. 198
III. *Quare Dominus in his Epiſtolis ad hos Epiſcopos frequenter repetit, quod ipſe eſt, qui tenet ſeptem ſtellas in manu?* p. 199
IV. *Quodnam fuit hujus Epiſcopi peccatum, & quare illud apertè non exprimitur?* p. 200
V. *Quare iſte Epiſcopus cum ſit mortuus nomen habet vitæ?* p. 201
VI. *Quare iſte Epiſcopus tanta ſomnolentia erat deditus, & inde ad multam vigiliam excitatur?* p. 203
VII. *Quare huic Epiſcopo dicitur confirma cæteræ, quæ moritura erant, quod multis expoſitionibus explicatur?* p. 204
VIII. *Quare opera hujus Epiſcopi dicuntur non plena coram Deo, & unde vacua inveniebantur, altè expenditur?* p. 205
IX. *Quare cum iſte Epiſcopus eſſet mortuus, & opera ejus non eſſent plena coram Deo, tamen defectus ejus expreſsè non aperitur.* p. 206
X. *Quare huic Epiſcopo Sardicenſi quatuo mandantur, quod habeat in mente, quid acceperit, audierit, & ſervet, & agat pœnitentiam?* p. 207
XI. *Quare huic Epiſcopo minatur Dominus quod adveniet tanquam fur, ubi multum eſt documentum de noſtra vigilantia?* p. 208
XII. *Quare in Sardis civitate ampliſſima pauca nomina inveniuntur?* p. 209
XIII. *Quare illi pauci juſti, qui erant in Sardis, dicantur quod non inquinaverint veſtimenta ſua?* p. 210
XIV. *Quare pro magna laude horum juſtorum dicitur. Quod ambulabunt cum Chriſto in albis, & redditur ratio.* quia digni ſunt? p. 212
XV. *Quodnam ſit præmium non deleri de libro vitæ;* p. 213
XVI. *Illuſtre præmium juſtorum, quod à Chriſto cognoſcantur, & confiteantur coram Patre ſuo, ac Angelis ejus.* p. 214
XVII. *Quæ civitas eſſet Philadelphia, & quiſnam ejus Epiſcopus, de quo hic agitur?* p. 216
XVIII. *Quare in titulo hujus Epiſtolæ ad Epiſcopum Philadelphiæ ſe dicit Chriſtus D. ſanctum, verum qui habet clavem David?* p. 217
XIX. *Quid per clavem Davidis ſignificetur, & cur Dominus ipſam habeat?* p. 218
XX. *Quare cum Chriſtus habeat clavem ad aperiendum & claudendum, ipſe tamen ad oſtium ſponſæ pulſat, ut ei aperiat?* p. 219
XXI. *Quidnam ſignificet oſtium apertum, quod à Deo datum eſt coram hoc Epiſcopo.* p. 220
XXII. *Quare huic Epiſcopo datur oſtium apertum, cum modicæ eſſet virtutis & quænam eſſet hæc modica virtus.* p. 221
XXIII. *Quare illi homines non ſolum venient ad hunc Epiſcopum, ſed etiam procumbent ad pedes ejus?* p. 223
XXIV. *Quare ſervanti verbum Chriſti datur in præmium, quod Dominus ſervabit eum?* p. 225
XXV. *Quare Dominus ait huic Epiſcopo non ſolùm quid ipſe veniet, ſed etiam addidit, quod citò veniet?* p. 226
XXVI. *Quare Epiſcopo Philadelphiæ non ſolum ei dicitur, quod firmiter teneat coronam, ſed etiam comminantur, ita ut alius eam non accipiat?* p. 227
XXVII. *Columna in templo Dei, de Beatis in Eccleſia triumphante explicatur.?* p. 229

XXVIII. *Columna in templo Dei explicatur de juſtis viatoribus, præcipue de Doctoribus, de Prælatis in Eccleſia militante.* p. 230

XXIX. *Quare ante fores templi Salomonis erant duæ columnæ, nunc verò in templo Dei una tantum apparet?* p. 231

XXX. *Quare in columna templi Eccleſiaſtici ſcribitur à Chriſto nomen Dei?* p. 233

XXXI. *Quare illius vincens triplici nomine condecorandus promittitur.* p. 235

XXXII. *Quare Chriſtus hîc quater repetit nomen Dei, & ſemper Deum ſuum dicens?* p 236

XXXIII. *Quænam eſſet hæc civitas Laodicea, & quiſnam ejus Epiſcopus?* p. 238

XXXIV. *Quare poſt Epiſtolam Philadelphiæ ſcribitur ad Epiſcopum Laodiceæ hoc Exordio.* Hæc dicit Amen? p. 239

XXXV. *Quare Chriſtus in hac Epiſtola ad Epiſcopum Laodicenſem ſe vocat Amen, teſtem fidelem & verum, non verò in aliis Epiſtolis ad alios Epiſcopos?* ibid.

XXXVI. *Quare in exordio hujus Epiſtolæ in perſona Chriſti dicitur huic Epiſcopo, quod ipſe ſit principium creaturæ Dei?* p. 241

XXXVII. *Quare Dominus optat hunc Epiſcopum potiùs frigidum, quàm tepidum & quid utriuſque nomine, ac calidi ſignificetur?* p. 243

XXXVIII. *Quare non frigido, ſed tepido minatur Deus, quod ipſum dabit in vomitum?* p. 245

XXXIX. *Quare Dominus in hac comminatione non ait evomam te ex ſtomacho vel viſceribus; ſed incipiam evomere te ex ore meo?* p. 246

XL. *Quare cùm iſte Epiſcopus Laodicenſis ſe jactaret divitem, & locupletem, tamen apud Deum inventus eſt miſer, miſerabilis, pauper, & nudus?* p. 248

XLI. *Quare inter miſerias hujus Epiſcopi apponitur quod eſſet cæcus, cùm aliàs vir doctus, & ſapiens exiſteret?* p. 249

XLII. *Quare Chriſtus D. cùm ſit liberaliſſimus, non promittit dare gratis, nec præcipit accipere, ſed ſolum ſuadet emere? verba textus altiùs expenduntur.* p. 251

XLIII. *Quo pretio, hoc aurum ignitum, & probatum emendum erat ab hoc Epiſcopo Laodicenſi, cùm ipſe aliàs eſſet pauper & nudus?* p. 252

XLIV. *Quidnam ſit hoc aurum ignitum & probatum, & quid ſignificet, quod tanti commendatur ad emendum?* p. 254

XLV. *Circa aurum ignitum, & probatum ponitur ſexta, & genuina interpretatio de charitate?* p. 255

XLVI. *Quare emens aurum ignitum dicitur veſtiendus non una veſte, ſed multiplici?* p. 257

XLVII. *Ob quod motivum iſte emens aurum induitur veſtibus, non cujuſcumque coloris, ſed tantùm albis; & quænam erit menſura, ſeu longitudo talium veſtium?* p. 258

XLVIII. *Quare Laodicenum Antiſtitem hortatur Dominus, ut collyrio inungat oculos ſuos?* p. 259

XLIX. *Collyrium, quo inungendus eſt oculus, ut videat, explicatur de Divina Euchariſtia?* p. 260

L. *Quare Dominus, quos amat arguit, & caſtigat* p. 261

LI. *Quare tam altè huic Epiſcopo commendat Dominus pœnitentiam, ac æmulationem?* p. 26[illegible]

LII. *Quare ſupremus Dominus dicitur, ſtare ad oſtium pulſans?* p. 264

LIII. *Unde vox Domini pulſantis ad oſtium agnoſcenda eſt?* p. 266

LIV. *Quare aperienti oſtium ad Chriſti pulſationem promittit Dominus ſui introitum, cum duplici ſimultanea cœna?* p. 267

LV. *Quare Dominus promittit hîc cœnam, & non potiùs prandium aperienti oſtium?* p. 268

LVI. *Cœnam quam Dominus hîc promittit, de ſacro Euchariſtico convivio explicatur.* p. 269

LVII. *Quare vincenti promittit Chriſtus, quod ſedebit cum eo in throno ſuo, & quid hoc ſignificet?* p. 271

LVIII. *Quare Epiſcopo huic Laodicenſi promittitur gloria ſub majori, ac excellentiori titulo, quo promitti potuit?* p. 272

LIX. *Quare Chriſtus Dominus in his epiſtolis non reſumit omnia Epitheta, quæ habuit in prima viſione?* p. 273

CAPUT IV.

QUÆST. I. *Quænam ſit hæc prima vox, quæ in cœlo auditur, agitur de Joanne Baptiſta?* p. 275

II. *Quodnam ſit hoc oſtium, quod Joannes vidit apertum in cœlo?* p. 276

III. *Quare mandatur Joanni aſcendere in cœlum, cùm jam ipſe eſſet ſpiritu in cœlo, & multi Patriarchæ valde magna in terra audierint?* p. 277

IV. *Quomodo Joannes ſtatim raptus in cœlum vidit, ac intellexit, tam alta & ſublimia myſteria?* p. 279

V. *Qualis eſſet iſta ſedes poſita in cœlo?* p. 260

VI. *Sedes, ac thronus Dei ſplendidiſſimus Maria Virgo.* ibid.

VII. *Quiſnam eſſet iſte ſuper ſedem ſedens, de quo hîc agitur.* p. 281

VIII. *Quare nomen hujus ſedentis non declaratur, nec exprimitur?* p. 282

IX. *Quare qui ſedebat in throno, habebat ſimilitudinem lapidis jaſpidis, & ſardinis?* p. 284

X. *Quid ſignificet Iris in circuitu throni cum viſione, ſeu ſimilitudine ſmaragdinæ?* p. 285

XI. *Cœleſtis Iris in circuitu throni B. Virginem Mariam depingit?* p. 287

XII. *Quæ, & qualia erant hæc ſedilia in circuitu throni Dei?* p. 288

XIII. *Quare ſeniores ſunt viginti quatuor nec plures nec pauciores?* p. 290

XIV. *Quare viginti quatuor ſedentes apparent non ſub juvenum, ſed ſeniorum ſpecie?* p. 292

XV. *Quare viginti quatuor ſeniores induti veſtibus albis coronas aureas tenent in capite?* p. 293

XVI. *In quonam tempore, ſeu inſtanti ſeniores ſedentes habeant coronas in capite, nam cum ſine requie animalia darent gloriam Deo, ipſi mittebant coronas ante thronum.* p. 295

XVII. *Quare de throno Dei procedebant fulgura, voces & tonitrua; & quid hæc ſignificent?* p. 296

XVIII. *Dei thronus à quo procedunt fulgura, voces, ac tonitrua myſticè de B. Virgine Maria explicatur.* p. 198

XIX. *Quare fulgura, voces & tonitrua, quæ procedebant à Mariano throno, non explicantur?* ibid.

XX. *Quare ante thronum Dei erant ſeptem lampades ardentes, & quid ſint, ac ſignificent?* p. 299.

XXI. *Quare in conſpectu ſedis Dei oſtenditur mare tanquam vitreum? Variæ ſententiæ de hac re.* p. 301.

XXII. *Explicatur vera ſententia de ſignificatione maris vitrei in conſpectu ſedis Dei.* p. 303

XXIII. *Quomodo intelligendum ſit, quod animalia eſſent in medio throni, & in circuitu?* ibid.

XXIV. *An hæc quatuor animalia, ſint eadem cum illis quæ vidit Ezechiel, & qualinam forma fuerint vultu ac corpore?* p. 306

XXV. *Circa ſignificatum horum quatuor animalium tredecim expoſitiones proponuntur.* p. 307

XXVI. Ponitur vera ſententia, *veráque interpretatio circa quatuor animalia?* p. 309

XXVII. *Quomodo unumquodque animal adaptatur cuilibet Evangeliſtarum?* p. 311

XXVIII. *Elogia Evangelii D. Matthæi.* ibid.

XXIX. *Elogia Evangelii D. Marci.* p. 312

XXX. *Elogia Evangelii S. Lucæ.* p. 313

XXXI. *Elogia Evangelii D. Joannis.* p. 315

XXXII. *De modo, ac diſpoſitione alarum in his animalibus.* p. 318

XXXIII. *Quare unumquodque ex his quatuor animalibus ſenas habet alas?* p. 319

XXXIV. *Quare hæc quatuor animalia plena erant oculis ante & retro, intus & in circuitu ſecundùm ſenſum literalem?* p. 321

XXXV. *Quare hæc animalia apparent undique plena oculis ſecundùm ſenſum moralem?* p. 321

XXXVI. *Quare ſancta animalia cùm eſſent in Dei beatitudine, dicuntur non habere requiem die, ac nocte in ſuo Cantico?* p. 324

XXXVII. *Quare nil aliud cantant ſancta animalia niſi hoc triſagium Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Omnipotens & de aliis excellentiis divinis nullam faciunt mentionem?* p. 326

XXXVIII. *Quare cùm nulla creatura poſſit aliquid dare Deo, nec ipſe aliquid ab aliquo accipere, tamen animalia dabant gloriam, & honorem ſedenti ſuper thronum?* p. 328

XXXIX. *Quare animalia dabant gloriam & honorem viventi in ſæcula ſæculorum?* p. 329

XL. *Quare viginti quatuor ſeniores non ſolùm Deum adorant, ſed etiam procidunt in facies ſuas?* p. 330

XLI. *Quare viginti quatuor ſeniores coronas è capitibus deponunt, & eas abjiciunt ante thronum?* p. 331

XLII. *Quiſnam thronus iſte ante quem ſenes mittebant coronas ſuas?* p. 333

XLIII. *Quare dicitur quod Chriſtus D. dignus eſt accipere gloriam, honorem, & virtutem, cùm ipſe hæc omnia habeat ex ſe.* p. 334

XLIV. *Quare dicitur cuncta creata eſſe ab Agno quæ jam erant?* p. 335

CAPUT V.

QUÆST. I. *Ponitur ſententia affirmans hunc librum eſſe ſacram ſcripturam.* p. 336.

II. *Ponitur ſententia affirmans quod ſcriptura hujus libri eſſet Chriſtus D. ut Deus, ac homo, ejuſque opera, ac merita, ejuſque eximius amor in nos.* p. 337

III. *Ponitur ſententia affirmans quod Chriſtus in Euchariſtia ſit liber ſignatus ſigillis ſeptem.* p. 339.

IV. Ponitur *ſententia aſtruens quod Virgo Maria ſit hic liber ſignatus ſigillis ſeptem.* p. 340

V. *Circa hunc librum ponuntur aliæ variæ ſententiæ, & tandem vera conſtituitur.* p. 341

VI. *An hic liber ſit idem, ac ille, quem vidit Ezechiel. cap. 2.* p. 342

VII. *Quiſnam eſſet iſte Angelus?* p. 343

VIII. *Quare iſte Angelus, qui convocabat ad aperiendum librum ſignatum dicitur fortis, & robuſtus?* p. 344

IX. *Quare nulla creatura inventa eſt nec in cœlo, nec in terra, nec ſub terra, quæ poſſet librum aperire?* p. 345

X. *Quare dicitur, quod nullus poterat videre librum, nec reſpicere illum, cum omnes qui erant in hoc conſiſtorio librum viderint, & ipſe Joannes de ſe teſtatur quod librum viderit?* p. 347

XI. Quare *Joannes ob clauſum librum tam profuſis lachrymis deflebat?* p. 348

XII. *Quare Chriſtus D. dicitur leo?* p. 349

XIII. *Quare leo decantatur victor ad aperiendum librum, & tamen de facto non leo, ſed agnus tanquam occiſus librum aperit.* p. 351

XIV. *Quare cùm de aperiendo libro agitur, Chriſtus D. dicitur Radix David.* p. 353

XV. *Quare Chriſtus Dominus dicitur Agnus, & agitur de laudabili more Eccleſiæ exprimendi Dominum ſub forma Agni & etiam de Agnis cereis?* p. 355

XVI. *Quare Ioannes vidit in throno Agnum ſtantem occiſum cùm repugnans videatur, quod ſtet, & ſit occiſus?* p. 356

XVII. *Quare Agnus cornua ſeptem & ſeptem oculos, nec plures, nec pauciores habebat?* p. 357

XVIII. *Quare Agnus accedens ad thronum Dei, non de ſiniſtra ejus accepit gloriam & divitias, ſed tantùm de dextera librum mortis & paſſionis ſuæ?* p. 359

XIX. *Quare non exprimitur, ſed tantùm ſupponitur, quod Divinus Agnus aperiens librum, illius doctrinam nos docuit & illuminavit?* p. 360

XX. *Quare quatuor animalia & ſeniores non antea, ſed poſt apertum librum adorant Agnum?* p. 361

XXI. *Quare ſinguli dum cadunt ante Agnum habent cytharas, & quid per ipſas ſignificatur?* p. 363

XXII. *Quare omnes ſeniores in manibus non ſolùm habent cytharas; ſed etiam phialas aureas, & quid ſignificent?* p. 365

XXIII. *Quare oratio dicitur odor ſeu odoramentum?* 366

XXIV. *Virùm*

XXIV. *Utrum in cœlo futura ſint inſtrumenta muſica?* p. 368.
XXV. *Circa hoc Canticum novum ejuſque methodum variæ difficultates reſolvuntur.* p. 369
XXVI. *Quare cùm ſe redemptos profiteantur etiam ſe Reges dicunt & appellant?* p. 371
XXVII. *Quare tanta voce Angelorum multorum acclamatur Agnus dignus ad accipiendam virtutem, divinitatem, &c.* p. 373
XXVIII. *Quare eadem glorificatio, quæ datur ſedenti in throno, decantatur etiam Agno ob librum reſeratum?* p. 375
XXIX. *Quare quatuor animalia, ac ſeniores cadunt in facies ſuas cum Divinas laudes proſequuntur.* p. 376

CAPUT VI.

QUÆST. I. *Quodnam eſſet hoc primum animal Joannem vocans tanquam voce tonitrui?* p. 378
II. *Quare ex primis quatuor ſigillis prodeunt quatuor equi, & quid ipſi ſignificent?* p. 380
III. *Quare primum animal aperit primum ſigillum: ex quo prodit equus albus, & quid ipſe equus ſignificet?* p. 382
IV *Quare Chriſtus ſedens ſuper equum album portat arcum in manu?* p. 383
V. *Quare tantum huic ſeſſori in equo albo datur corona?* p. 385
VI *Quare de hoc illuſtriſſimo ſeſſore in equo albo dicitur exivit vincens ut vinceret?* p. 386
VII. *Quare ſecundum animal ſcilicet vitulus vocat Joannem ut veniat, & videat contenta in ſecundo ſigillo?* p. 388
VIII. *Quid equus rufus ejúſve ſeſſor ſignificent?* p. 389
IX. *Quare huic ſeſſori datur gladius magnus?* p. 390
X. *Quare tertium animal vocat Joannem ad videnda contenta in tertio ſigillo.* p. 392
XI. *Quid ſit equus niger, & quid ſignificet, & quis ejus ſeſſor?* p. 393
XII. *Quare ſeſſor in equo nigro portet ſtateram & quid ſignificet?* p. 395
XIII. *Quare bilibris tritici, & hordei denario proponuntur?* p. 396
XIV. *Quare divina vox auditur, nec pro tritico vel hordeo, ſed pro vino, & oleo, ne quid mali patiantur?* p. 398
XV. *Quare Aquila, quartum animal, vocat Joannem ad videndũ cõtenta in quarto ſigillo?* p. 400
XVI. *Quidnam ſignificet equus pallidus, juxta litteram?* ibid.
XVII. *Moralis intelligentia hujus equi pallidi?* p. 401
XVIII. *Quiſnam ſit iſte ſeſſor in equo pallido ſeu viridi, ut legitur à Syriaco.* p. 402
XIX. *Expenduntur ſatellites hujus equitis, ſcilicet infernus, gladius, fames, mors & beſtiæ terræ* p. 403
XX. *Quodnam ſit hoc altare, ſubtus quod Sancti Martyres clamant, ſecundum litteram?* p. 405
XXI. *In ſenſu morali explicatur altare ſubtus quo animæ Sanctorum apparent.* p. 406
XXII. *Quare cùm in Cœlo ſint innumeri exercitus ſpirituum, ſolùm animæ Martyrum videntur ſubtus altare clamare?* p. 407
XXIII. *Quare ſancti Martyres clamantes hîc potius Deum Sanctum & juſtum dicunt, quàm omnipotentem vel immenſum, vel quocúmque alio nomine?* p. 409
XXIV. *Quo affectu, quave intentione ſancti Martyres clamant ad Deum judica, & vindica ſanguinem noſtrum?* p. 410
XXV. *Utrùm ſancti Martyres vindictam poſtulantes agant contra charitatem, ac præceptum diligendi inimicos?* p. 411
XXVI. *Quare ſanctis Martyribus, cum jam appareant in gloria, dicitur eis dari ſtolas albas?* p. 413
XXVII. *Quare animabus ſanctorum Martyrum dicitur ut requieſcant, & expectent modicum tempus ſecundùm ſenſum litteralem?* p. 414
XXVIII. *Quare cùm Deus citò exaudiat orationes juſtorum, tamen ſanctis Martyribus clamantibus dicitur, ut requieſcant; & expectent modicùm; quod moraliter expenditur.* ibid.
XXIX. *Quænam ſit materia, ac ſubjectum hujus ſigilli?* p. 416
XXX. *De tempore, quo hujuſmodi judicii ſigna evenient.* p. 417
XXXI. *Quare Deus tot ac tanta ſigna dabit in ſole, luna, ſtellis ante diem judicii?* p. 418
XXXII. *Quare cum Dominus dicatur extendere Cœlum, ſicut pellem, nunc verò dicitur, quod Cœlum receſſit, ſicut liber involutus?* p. 420
XXXIII. *Quare hîc tam exactè exprimitur, quod Reges terræ, principes magni, & parvi fugiunt abſcondentes ſe in ſpeluncis?* p. 421
XXXIV. *Quare in extremo judicio tantùm fit mentio de Æterno Parente, ac ejus unigenito Filio Chriſto Jeſu, nulla verò eſt mentio de Spiritu ſancto?* p. 423
XXXV. *Quare miſeri homines non dicunt montibus, & cavernis: abſcondite nos à ſententia, ac pœna infligenda, ſed à facie Dei irati?* p. 424

CAPUT VII.

QUÆST. I. *Quinam ſint iſti quatuor Angeli?* p. 425
II. *Quare Angeli cohibent ventos ne flarent ſuper terram & mare? & quid nomine ventorum ſignificetur?* p. 427
III. *Circa hunc Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, tres proponuntur ſententiæ.* p. 429
IV. *Sanctus Seraphicus Franciſcus, hic Angelus aſcendens ab ortu ſolis cum ſigno Dei vivi juxta graves Auctores?* p. 430
V. *Magnus Parens Elias hic Angelus apparens in ortu ſolis cum ſigno Dei vivi, juxta graves Auctores.* p. 431
VI. *Hic Angelus apparens in ortu ſolis cum ſigno Dei vivi, verè, & propriè Angelus, & unus ex primariis?* p. 432
VII. *Quare cùm unus tantùm Angelus hîc apparet, habens ſignum Dei, tamen voce magna clamat ad alios quatuor in plurali:* Quouſque ſignemus? p. 434
VIII. *Quare cùm quatuor Angelis datum ſit nocere terræ & mari, nunc quintus Angelus prohibet eos dicens; nolite nocere terræ, & mari?* p. 435
IX. *Quodnam erit ſignum, quæve nota, quâ Angeli ſignant ſervos Dei?* ibid.

X. Quare ponitur determinatus numerus ſignatorum ex filiis Iſraël, centum quadraginta quatuor millia? p. 437
XI. Quare in omnibus tribubus ſumma æqualitas ſignatorum proponitur ut ex qualibet tribu duodecim millia dicantur ſignati? p. 440
XII. Quare non dicitur in communi ex qualibet tribu duodecim millia ſignati; ſed ſpecialiter unaquæque tribus ſuo expreſſo nomine ponitur? ibid.
XIII. Quare noſter Joannes in his tribubus referendis nullum ſervat ordinem? p. 401
XIV. Circa numeratas tribus, ac earum ſeriem aliqui hîc altius notantur. p. 442
XV. Quare inter cæteras tribus Iſraël hîc numeratas, tribus Dan omittitur à noſtro Evangeliſta? p. 445
XVI. Quænam ſit hæc turba magna, de qua Joannes hîc loquitur? p. 447
XVII. Quam magna, & ampla ſit turba Sanctorum, quam nemo numerare poteſt. p. 448
XVIII. Quare turba electorum tam magna dicitur ut eam nemo poſſit numerare, cùm Chriſtus dicat, paucos eſſe electos? p. 449
XIX. Quare cùm in Sancta hac turba una conſona voce omnes electi Deum laudent; quomodo potuit noſter Joannes eos cognoſcere, eſſe ex omnibus nationibus & linguis? p. 450
XX. Quare omnes electi in hac Sancta turba magna ſtant, cum Chriſtus ſuis dixiſſet ſedebitis & vos? p. 451
XXI. Quare in hac Sancta turba omnes electi veſtiti ſunt candidis & albis ſtolis? p. 452
XXII. Quare Manus Sanctorum palmis inſignitæ apparent? p. 453
XXIII. Quare electi in hac Sancta turba magna, ut à malorum tempeſtate eripiantur, non dicuntur ſignati ab Angelo ut filii Iſrael ex omnibus tribubus? p. 454
XXIV. Quare Angeli hîc deſcribantur ſtantes in circuitu throni? p. 456
XXV. Quare Canticum hominum incipit à ſalute, Canticum vero Angelorum à benedictione? in quo ſeptem proponuntur Dei attributa? p. 457
XXVI. Quare cum ſupra quatuor animalia provocaverint Joannem, ad videnda ſigilla, nunc verò unus ex ſenioribus eum excitat, ad cognoſcendos electos in turba illa magna? p. 459
XXVII. Quare Joannes, qui penetravit, & cognovit altiſſima Sacramenta, hos tamen electos in hac turba magna non cognovit? p. 460
XXVIII. Quare pro magno elegio de electis Dei dicitur, quod venerunt de tribulatione magna? p. 461
XXIX. Quare Sancti dicuntur lavari, & dealbari ſanguine Chriſti cùm ſanguis albedinem deleat, & rubicundum faciat? p. 462
XXX. Quare de Beatis in cœleſti patria, tanquam pro magno præmio aſſignatur eis, quod Deo ſervient die, ac nocte? p. 464
XXXI. Quare Beatis dicitur quod non eſurient, nec ſitient amplius, cum ſapientia dicat: Qui edunt me adhuc eſurient? p. 465
XXXII. Quare non leo, ſed Agnus deducet electos, non ad fontem, ſed ad fontes, & non quoſcumque, ſed vitæ? p. 467
XXXIII. Quare Chriſtus Dominus in præmiandis juſtis dicitur Agnus, in abſtergendis ſuorum lacrymis, Deus. p. 468

CAPUT VIII.

QUÆST. I. Quare hoc ſilentium factum eſt in Cœlo, quaſi per mediam horam; & quid ſignificet? p. 469
II. Quare dicitur, factum ſilentium in cœlo, quaſi media hora, cùm Sancta quatuor animalia non haberent requiem die, ac nocte in divinis laudibus? p. 471
III. Quinam ſint iſti ſeptem Angeli? p. 473
IV. Quare ſeptem Angelis aſtantibus in conſpectu Dei dantur ſeptem tubæ? p. 474
V. Quiſnam ſit iſte Angelus ſtans ante altare cum thuribulo aureo? p. 476
VI. Quo motivo, quave cauſa, Angelus habens thuribulum aureum, in hac præſenti occaſione offert orationes Sanctorum? p. 477
VII. Quare oratio ſanctáque opera aſſimilantur fumo qui aſcendit coram Deo? p. 479
VIII. Quare non dicitur, quod fumus incenſorum de orationibus Sanctorum aſcenderit coram Deo de ore, vel manu Sanctorum, ſed de manu Angeli? p. 480
IX. Quare Angelus acceptum ignem ex altari, & poſitum in thuribulo, mittit in terram? p. 481
X. Quinam ſint hi ſeptem Angeli, qui tuba canunt, & quid ſignificent? p. 483
XI. Quare primo Angelo tuba canente, fit grando, ignis, & ſanguis? p. 485
XII. Quare cum è Cœlo cadit grando, ignis, & ſanguis, tertia pars terræ, & tertia pars arborum, comburitur; non verò tertia pars fœni, ſed totum fœnum concrematur? p. 486
XIII. Quiſnam ſit iſte ſecundus Angelus, ac mons, & mare in quo miſſus eſt mons, altiùs examinatur? p. 488
XIV. Quænam ſint iſtæ naves quarum tertia pars interempta eſt? p. 490
XV. Quare cum ſtella ex ſe ſit multum benigna, hæc tamen magna, & ardens; multum nociva extitit mundo? p. 491
XVI. Quare hæc ſtella cadens, dicitur abſynthium, & multorum ruinam inducit? p. 492
XVII. Quare quarto Angelo canente tanta obtenebratio fit in mundo, ut obſcuretur tertia pars ſolis, lunæ & ſtellarum? p. 494
XVIII. Quare hîc introducitur Aquila clamans væ, & quid ſignificetur per talem Aquilam? p. 496
XIX. Quare Aquila ter repetit væ? p. 497

CAPUT IX.

QUÆST. I. Quid ſignificetur per ſtellam cadentem de Cœlo cui data eſt poteſtas puteum abyſſi aperiendi? p. 499
II. Quare per puteum abyſſi Hæreticorum impietas ſignificatur? p. 500
III. Quare fumus exiens à fornace magna, tantam caliginem, ac obſcuritatem inducit, in orbe? p. 501
IV. Quid ſignificent locuſtæ iſtæ? p. 503
V. Quare non de puteo abyſſi, ſed de fumo putei exierunt locuſtæ? p. 504
VI. Quare dicitur quod his locuſtis data ſit poteſtas

poteſtas ſicut habent ſcorpiones terræ? p.505
VII. Quare ordinatum eſt à Deo, ut impii quinque menſibus affligerentur, nec pluribus, nec paucioribus? p.507
VIII. Quare mors fugit ab eam deſiderantibus ac petentibus? p.508
IX. Quinam ſint iſti, qui tanto affectu mortem deſiderant, & mors fugit ab eis? ibid.
X. Quare hujuſmodi locuſtæ, quaſi equi parati in prælium ad omnia devaſtanda, habent tanquam facies hominum? p.510
XI. Quare hujuſmodi locuſtæ cum leonum dentibus habebant capillos mulierum? p.511
XII. Quare locuſtæ ferreis loricis armatæ prodibant, quarum alarum vox, ſicut vox curruum, equorum multorum erat currentium in bellum? p.514
XIII. Quare hujuſmodi locuſtæ habent caudas ſimiles ſcorpionum in quibus erant aculei? p.515
XIV. Quare hic Angelus abyſſi diabolus ſcilicet Rex, ac exterminator dicitur, tripl:cique idiomate ſcribitur? p.517
XV. Quare cum locuſtæ haberent coronas in capite, hic Rex abyſſi, abſque corona ponitur, & introducitur? p.518
XVI. Quare ex quatuor cornibus altaris aurei quod eſt ante oculos Dei, non prodeunt quatuor voces, ſed una tantùm? p.519
XVII. Quinam ſunt hi quatuor Angeli alligati in flumine Euphrate? p.520
XVIII. Quomodo Angeli, cùm ſpiritus ſint, alligari dicuntur? p.521
XIX. Quare hi quatuor Angeli potius alligantur in flumine Euphrate, quàm in quolibet alio? p.522
XX. Quare tam amplus exercitus continens ducentos milliones totus eſt equeſtris, & nulla ex parte pedeſtris, & ſine ullo duce proponitur? p.524
XXI. Quare hujus exercitus equites portant Loricas igneas, hyacinthinas, & ſulphureas? p.525
XXII. Quare in hoc exercitu equi tam monſtruoſi apparent cum capitibus leonum, evomentes ex ore ignem, fumum, & ſulphur? p.526
XXIII. Quare occiſionis inſtrumentum tot hominum ab ore equorum procedebat? p.529
XXIV. Quare poteſtas equorum, erat ſimul in ore, ac caudis eorum in quibus capita ſerpentina apparebant? ibid.
XXV. Quare ſpecialiter non tantum dicitur, quod pœnitentiam non egerunt, ſed etiam additur de operibus manuum ſuarum? p.531
XXVI. Quare poſt idolorum cultum, nunc alia peccata ut homicidium, furtum, &c. numerat Joannes? p.532

CAPUT X.

QUÆST. I. QUænam connexio ſit hujus capitis, cum ſuperioribus? p.533
II. Juxta graves Doctores per hunc Angelum deſcendentem de Cœlo Chriſtus Dominus ſignificatur. p.535
III. Joannes Baptiſta juxta Graves auctores, hic Angelus deſcendens. p.537
IV. Verè natura Angelus erat iſte qui de Cœlo deſcendit. p.539
V. Quare Angelus, non librum, ſed libellum & apertum tenebat manu. p.540
VI. Quare Angelus poſuit pedem dexteram ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram, quatuor ſententiæ proponuntur? p.542
VII. Vera ſententia ponitur circa Angeli pedes, dexteram in mari, ſiniſtrum in terra. p.543
VIII. Quare iſte Angelus tam rigidè ac horrendè clamaverit, ad inſtar rugitus leonis? p.544
IX. Quare vocem Angeli, & non antea ſeptem tonitrua dederunt voces ſuas? p.545
X. Quare Joanni mandatur, ut obſignata ac occultata teneat, quæ loquuntur ſeptem tonitrua, ita ut minimè ab eo ſcribantur? p.546
XI. Quare Angelus in præſenti, elevat manum jurans per viventem in ſæcula, ac omnium creatorem? p.548
XII. Quare exhibito juramento Angelus affirmat quod amplius non erit tempus? p.549
XIII. Quare ſit hoc myſterium Dei hic declaratum, roboratum juramento Angeli, & Evangelizatum per Prophetas? p.552
XIV. Quare non ſolum mandatur Joanni, ut librum accipiat, & legat, ſed inſuper quod eum comedat & devoret? p.553
XV. Quare idemmet liber dulcis erat in ore, amarus in ventre? p.554
XVI. Liber iſte apertus, dulcis ore, amarus in ventre declaratur juxta varias expoſitiones morales. p.557
XVII. Quare Joanni, qui jam multùm laboraverat pro Eccleſia Dei, ei dicitur, quod adhuc ei oporteat, iterum prædicare, & prophetare? p.558

CAPUT XI.

QUÆST. I. QUare ad metiendum viro Ezechielis datur funiculus, & calamus; Joanni tantùm calamus? p.561
II. Quare calamus datus Joanni ſimilis erat virgæ? ibid.
III. Quare mandatur Joanni metiri templum, altare, & adorantes in eo? p.563
IV. Calamus ſimilis Virgæ ſpiritualiter datus eſt Beata Thereſiæ. p.564
V. Quare atrium quod eſt foris, mandat Angelus ejicere foras & non metiri illud? p.566
VI. Quare civitas Sancta datur gentibus per menſes quadraginta duos ad conculcationem? p.567
VII. Aſtruitur hos duos teſtes eſſe Enoch, & Parentem Eliam. p.568
VIII. De loco, & merito Eliæ, & Enoch. p.570
IX. Quare Deus ad tantum negotium duos deſtinavit teſtes nec plures, nec pauciores? ibid.
X. Quare ex omnibus Sanctis veteris Teſtamenti, Deus eligit Eliam, & Enoch ad ſtabilimentum Eccleſiæ contra Antichriſtum? p.571
XI. Quare cùm Dominus ait, dabo duobus teſtibus meis, non exprimit tamen donum, quod dabit? p.572
XII. Quare duratio prædicationis Eliæ, & Enoch, nec per tempora, nec annos, nec menſes, ſed per dies numeratur? p.574

XIII. Quare

Series Capitum

XIII. *Quare Illuſtriſſimi viri Elias, & Enoch magna poteſtate fulgentes cilicino habitu apparebunt,* p. 575

XIV. *Quare Magnus Pater Elias, & Enoch dicuntur duæ olivæ?* p. 576

XV. *Quare Elias, & Enoch dicantur, duo candelabra?* .5 7

XVI. *Quare Elias, & Enoch, dicuntur ſtantes in conſpectu Domini?* p. 578

XVII. *Quare, cum Elias, & Enoch dicuntur ſtare in conſpectu Domini, ſpecialiter dicitur ab Evangeliſta, Dominus terræ?* ibid.

XVIII. *Elias, & Enoch duæ olivæ, & duo candelabra in conſpectu Domini per ſuos diſcipulos, & legatos & agitur de Carmelitis.* pag. 127

XIX. *Multa apoſtolica libertate, ſeveritate, ac patientia, ſe habebunt Elias, & Enoch cum Antichriſto, & ejuſdem ſequentibus.* p. 581

XX. *Explicatur ampla poteſtas data à Deo his duobus ſuis præconibus.* p. 582

XXI. *Bellum, occiſio Eliæ, ac Enoch eorúmque corpora inhumata.* p. 583

XXII. *Quare exprimitur, quod corpora horum Sanctorum jacebunt in plateis civitatis magnæ, quæ vocatur Sodoma, & Ægyptus?* p. 586

XXIII. *Quare corpora Sanctorum jacebunt inſepulta, per tres dies & dimidium?* p. 588

XXIV. *Quare Elias, & Enoch reſurgentes cum ſuis corporibus, aſcendunt in Cœlum, ante communem omnium reſurrectionem?* p. 589

XXV. *Quare Elias, & Enoch glorioſa nube aſcendunt in Cœlum?* p. 590

XXVI. *Quare Text. ait, quod perierunt ſeptem millia nominum, cùm potiùs videbatur dicendum, ſeptem millia hominum?* p. 592

XXVII. *Quare Civitas peccatis abundans, non cadit tota, ſed tantùm illius decima pars?* p. 593

XXVIII. *Quare Evangeliſta, poſt ſecundum* Væ; *ſtatim addidit tertium* Væ? p. 592

XXIX. *Quare cùm Æternus Pater dediſſet Chriſto Domino omnia regna mundi, eúmque conſtituiſſet ſuper omnia opera ſua, tamen nunc poſt diem judicii decantatur, factum eſt regnum Chriſto Domino?* p. 594

XXX. *Quare non fit hic men io de Spiritu Sancto, cùm faciat Joannes, de Patre, & Filio?* p. 595

XXXI. *Quare viginti quatuor Seniores cadunt in facies ſuas, Deum adorantes, eique gratias agentes?* p. 597

XXXII. *Quare in præſenti Joannes magis facit mentionem de ira gentium, quàm de aliis eorum perturbationibus, ac pravis cupiditatibus?* p. 599

XXXIII. *Quid per templum apertum, & manifeſtatum in cœlo denotatur?* p. 600

XXXIV. *Quid per arcam teſtamenti viſam, in templo denotatur?* p. 601

INDEX

INDEX
Locorum Sacræ Scripturæ, quæ in hoc Libro continentur.

Littera C. indicat caput; Q. quæſtionem; N. numerum marginalem.

TESTAMENTUM VETUS.

Ex Libro Geneſis.

CAPUT I.

Num. 1. IN principio creavit Deus Cœlum, & Terram, cap. 1.q.3.n.22. & q.30.n.226 & c. 3. q.2 n. 15. & q. 32. n. 278. & cap. 10. q. 41. num. 108.

4. Diviſit Deus lucem à tenebris, cap. 1.q.15. num. 118.

11. Germinet terra herbam virentem, cap. 1. q. 56.n. 464.

16. Fecit Deus duo luminaria magna: luminare majus, ut præeſſet diei; & luminare minus, ut præeſſet nocti, cap.1.quæſt. 70. n. 602.

26. Faciamus hominem ad imaginem,& ſimilitudinem noſtram, c. 4 q.14.n.117. & c 9. q. 5 n. 54.

27. Creavit Deus hominem ad imaginem ſuam, c. 3.q.32.n. 272.

CAPUT II.

Num.7. FOrmavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ,c.9.q.5. num. 54.

9. Produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuave, c. 6 q.23. n. 214.

Lignum vitæ in medio Paradiſi, cap.2. q. 21. num. 159.

2. Requievit die ſeptimo ab omni opere ſuo, c. 10. q. 13 n. 126.

Lignum ſcientiæ boni,& mali,cap.2.quæſt. 51. n. 391.

10. Dividitur in quatuor capita, cap. 2.q 25. num. 195

11. Nomen uni Phiſon, cap. 4. quæſt. 28. n. 246.

13. Nomen fluvii ſecundi Gehon: ipſe eſt, qui circuit omnem terram Æthiopiæ, c. 4.q.19. n. 352.

17. In quocumque die comederis ex eo, morte morieris,cap. 1.quæſt. 68.num. 589.

19. Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ adduxit ea ad Adam, capit. 11. quæſtion. 26. numero 213.

CAPUT III.

Num.4. DIxit ei, eritis ſicut Dii, c. 11.q. 10.num. 80.

6. Tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro ſuo, qui comedit. Et aperti ſunt oculi amborum, cumque cognoviſſent ſe eſſe nudos, cap. 1. quæſtion. 65. numer. 563.

8. Et cùm audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in Paradiſo ad horam poſt meridiem, cap. 2. quæſtion. 11. numero 90.

10. Adam ubi es, cap. 11. quæſtion.2 numero 16.

16. Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ: ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ, cap. 2. quæſtion. 61.numero.475. & cap. 5. quæſtion. 6. numero 51.

15. Tu inſidiaberis calcaneo ejus, cap 9 q 13. num. 126.

17. Maledicta terra in opere tuo, cap. 2. q.25. num.193.

In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, c. 5.q.6.n. 51.

20 Et vocavit Adam nomen uxoris ſuæ, Eva, eo quod mater eſſet cunctorum viventium, c. 3.q 5.n.28.

22. Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, c. 1. q. 69. n. 599.

24. Collocavit ante Paradiſum voluptatis Cherubim,& flammeum gladium, c.1 q.70. num. 614.

Collocavit ante Paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ cap.2., q. 22. num.167. & cap.3.q.19.n.157.& c 4 q.30. n. 259.

CAPUT

CAPUT IV.

Num.4. RESpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus. Ad Caïn verò, & ad munera illius non reſpexit, cap. 1.q. 13. num. 99. & cap.3.quæſt.23.n.186.& q. 44. num. 392

8. Cùm eſſet in agro, conſurrexit Caïn adversùs fratrem ſuum Abel, & interfecit eum, c.3.q.50. n. 443.

10. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra,c.6. q.24. n. 221.

11. Hinc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum,& ſuſcepit ſanguinem fratris tui, c.3.q.43.n.383

12. Cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos: vagus, & profugus eris ſuper terram,cap.3.quæſt.5.num.35.& c. 6. q. 19. n. 185.

16. & 17. Egreſſus Caïn à facie Domini, ædificavit civitatem,vocavitque nomen ejus, ex nomine filii ſui Enoch, c.8 q.19.n. 194.

22. Sella quoque genuit Tubalcaïn, qui fuit malleator, & faber in cuncta opera æris, & ferri, c. 3.q.13.n. 200.

CAPUT V.

Num.24. AMbulavit cum Deo,& non apparuit, quia tulit eum Dominus,c. 11. q.7.n.57.

CAPUT VI.

Num.2. VIdentes filii Dei,filias hominum, quod eſſent pulchræ, c. 11.q.5. num. 40.

3. Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt: eruntque dies illius centum viginti annorum, c. 2. quæſt. 15. num. 119.

4. Gigantes erant ſuper terram in diebus illis c. 3 q.40.n. 349.

6. Pœnituit eum, quod hominem feciſſet in terra. Et tactus dolore cordis intrinſecùs: delebo,inquit, hominem,quem creavi, c. 6. q. 31. n. 171.

CAPUT. VII.

Num.8. EX omni, quod movetur ſuper terram, duo, & duo ingreſſa ſunt ad Noë in arcam, c. 6.q.31.n.274.

23. Deleta ſunt de terra: remanſit autem ſolus Noë, & qui cum eo erant in arca, c.7. q. 9. num. 80.

25. Obtinuerunt aquæ terram centum quinquaginta diebus, c. 9. q. 7.n.72.

CAPUT VIII.

Num.7. DImiſit corvum,qui egrediebatur, & non revertebatur, c.6.p.31. num. 275.

11. Venit ad Noë ad veſperam, portans ramum olivæ virentibus foliis in ore ſuo, c.3. q. 23. n. 187.

20. Ædificavit Noë altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare, cap.3.q 10. num. 71.

21. Odoratus eſt Dominus odorem ſuavitati & ait: Nequaquam ultra maledicam terræ, c. 8. q. 9. n. 87.

CAPUT IX.

Num. 13. ARcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me,& inter terram, c. 10. q.2. n. 19.

CAPUT XIII.

Num. 14. DIxit Dominus ad Abram, poſtquàm diviſus eſt ab eo Loth, c. 1. q.39. n. 296.

CAPUT. XIV.

Num. 1. AMraphel Rex Sennaar,c 8.q.15. num. 157.

13. Unus, qui evaſerat, nuntiavit Abram Hebræo, c. 6. q.13. n. 215.

CAPUT XV.

Num 11. DEſcenderunt volucres ſuper cadavera,& abigebat eas Abram. Cùmque ſol accumberet, cap. 9. quæſt.13. num. 128.

17 Facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumans, c. 3. q.41. n. 353.

CAPUT XVII.

Num. 1. AMbula coram me, & eſto perfectus,c.2.q.4.n 32.& cap.3 .14. num. 107.

CAPUT XVIII.

Num. 1. APparuit Dominus Abrahamo in convalle Mambre, ſedenti in oſtio tabernaculi ſui, c. 6. q. 14. n. 151.

6. Feſtinavit Abraham in tabernaculum ad Saram,dixitque ei: Accelera, tria ſata ſimilæ commiſce,& fac ſubcinericios panes,cap.3. q.57.n. 509. & c.6.q 26.n.242.

10. Revertens veniam ad te tempore iſto, vita Comite, & habebit filium Sara uxor tua, c. 2.q.51.n.390.

11. Erant ambo ſenes, provectæque ætatis, & deſierant Saræ fieri muliebria, cap. 11.q. 24. n. 198.

17. Num celare potero Abraham, quæ geſturus ſum, c. 1. q. 10. n. 166.

27. Loquar ad Dominum meum, cum ſim pulvis, & cinis, c. 5. q. 20. n.180.

CAPUT XIX.

Num.1. VEnerunt duo Angeli Sodomam, c. 3.q.5.n.36.

15. Tolle uxorem tuam,& duas filias, quas habes: ne & tu pariter pereas in ſcelere civitatis, c.7.q.10.n.97.

22. Feſtina, & ſalvare ibi: quia non potero facere quidquam, donec ingrediaris illuc,c. 7. q. 8.n.66.

CAPUT XX.

Num. 3. VEnit autem Deus ad Abimelech per ſomnium nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem, quam tuliſti: habet enim virum, cap. 6. quæſt. 23. num. 213.

CAPUT XXII.

Num. 5. POſtquam adoraverimus, revertemur ad vos, c. 2. q. 21. n. 164.

CAPUT XXIII.

Num. 2. VEnit Abraham ut plangeret eam, cumque ſurrexiſſet ab officio funeris, locutus eſt ad filios Heth, cap. 11. q. 21. n. 171.

CAPUT XXIV.

N. 15. & 16. ECce Rebecca egrediebatur, puella decora nimis, virgoq; pulcherrima, & incognita viro, c. 3. q. 41. n. 357.

CAPUT XXV.

Num. 23. DUæ gentes ſunt in utero tuo, c. 7. q. 7. n. 61.

27. Factus eſt Eſau vir gnarus venandi, cap. 5. q. 21. n. 194.

Jacob habitabat in tabernaculis, cap. 1. q. 12. num. 92.

CAPUT XXVII.

Num. 29. SErviant tibi populi, & adorent te tribus: eſto Dominus fratrum tuorum, & incurventur ante te filii matris tuæ, c. 5. q. 21. n. 194.

37 Frumento, & vino ſtabilivit eum, c. 2. q. 23. num. 178.

CAPUT XXVIII.

Num. 12. VIdit in ſomnis ſcalam: Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam: & Dominum innixum ſcalæ, c. 2. q. 55. n. 414. & c. 4. q. 3. n. 19, & c. 6. q. 31. n. 272.

Vidit in ſomnis ſcalam, ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens Cœlum: Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, c. 8. q. 8. n. 84.

13. Ego ſum Dominus Deus Abraham patris tui. & Deus Iſaac, cap. 7. quæſt. 10. num. 96.

14 Benedicentur in te cunctæ tribus terræ, c. 1. q. 29. n. 212.

17 Pavens: Quàm terribilis eſt, inquit, locus iſte? non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta Cœli, cap. 2. q. 56. num. 269. & cap. 11. q. 3. n. 24.

CAPUT XXIX.

Num. 35. CEſſavit parere, cap. 11. quæſt. 18. n. 132.

CAPUT XXXI.

Num. 40. DIe, noctuque æſtu urebar, & gelu; fugiebatque ſomnus ab oculis meis, c. 3. q. 5. n. 32.

45. Tulit Jacob lapidem, & erexit illum in titulum; c. 2. q. 24. n. 185.

54. Immolatiſque victimis in monte, vocavit fratres ſuos, ut ederent panem, c. 8. quæſt. 5. num. 60.

CAPUT XXXIII.

Num. 5. JAcob abiit itinere, quo cœperat: fueruntque ei obviam Angeli Dei. Quos cùm vidiſſet, ait: Caſtra Dei ſunt hæc, q. 8. q. 5. n. 60.

26. Dimitte, jam enim aſcendit aurora, c. 9. q. 1. n. 145.

31. Ortus eſt ei ſtatim ſol, cap. 10. quæſt. 2. num. 18.

Ipſe verò claudicabat pede, cap. 8. quæſt. 19. num. 196.

CAPUT XXXIII.

Num. 11. SUſcipe benedictionem, quam donavit mihi Deus, tribuens omnia, c. 2. q. 23. n. 178.

20. Erecto ibi altari, invocavit ſuper illud fortiſſimum Deum Iſraël, cap. 6. quæſt. 21. num. 198.

CAPUT XXXV.

Num. 18. VOcavit nomen filii ſui Benoni, id eſt, filius doloris mei: pater verò appellavit eum Benjamin, id eſt, filius dextræ, cap. 7. quæſt. 14. num. 131. & 132.

CAPUT XXXVII.

Num. 3. FEcit ei tunicam polymitam, cap. 1. q. 48. n. 375.

7. Putabam, nos ligare manipulos in agro: & quaſi conſurgere manipulum meum, cap. 3. q. 46. n. 406. & c. 6. q. 13. n. 140.

9. Vidi per ſomnium quaſi ſolem, & lunam; & ſtellas undecim adorare me, c. 2. q. 22. n. 169.

19. Mutuò loquebantur: Ecce ſomniator venit: venite occidamus eum, c. 9. q. 26. n. 247.

CAPUT XXXVI.

Num. 11. ESto vidua in domo patris tui, donec creſcat Sela filius meus, c. 6. q. 28. n. 250.

27 Inſtante partu, apparuerunt gemini in utero, atque in ipſa effuſione infantium unus protulit manum, in qua obſtetrix ligavit coccinum c. 2. q. 48. n. 367.

CAPUT XXXIX.

Num. 8. ECce Dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo ſua: nec quidquam eſt, quod non in mea ſit poteſtate c. 3. q. 6. n. 41.

CAPUT XL.

Num. 11. **V**Idebam Calicem Pharaonis in manu mea, cap. 9. quæſt. 19 num. 184.

16. Ego vidi per ſomnium, quod tria caniſtra farinæ haberem ſuper caput meum, c. 9. q. 19. n. 184.

CAPUT XLI.

Num. 5. **S**Eptem ſpicæ pullulabant in culmo uno, c. 1. q. 46 n. 406.

52. Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ, c. 2. q. 30. n. 223.

CAPUT XLIII.

Num. 34. **M**Ajor pars venit Benjamin, ita ut quinque partibus excederet, c. 1. q. 62. n. 537.

CAPUT XLIV.

Num. 1. **P**Ræcepit Ioſeph diſpenſatori domus ſuæ dicens: Imple ſaccos eorum frumento, quantum poſſunt capere, c. 2. q. 18. n. 142.

CAPUT XLV.

Num. 5. **N**On vobis durum eſſe videatur, quòd vendidiſtis me in his regionibus: pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum, c. 3. quæſt. 28. n. 216.

CAPUT XLVII.

Num 9. **D**Ies peregrinationis meæ centum triginta annorum ſunt, parvi, & mali, c. 3. q. 25. n. 203.

Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum ſunt, & non pervenerunt uſque ad dies patrum meorum, cap. 8. quæſt. 19. num. 195.

29. Si inveni gratiam in conſpectu tuo, facies mihi miſericordiam, & veritatem, ut non ſepelias me in Ægypto, cap. 3. quæſt. 42. num. 370.

CAPUT XLIX.

Num. 1. **C**Ongregamini, ut annunciem, quæ ventura ſunt vobis in diebus noviſſimis. Ruben primogenitus meus, cap. 1. q. 45. n. 337.

2. Congregamini, & audite filii Iacob, audite Iſraël patrem veſtrum, cap. 3. quæſt. 55. n. 488.

3. Ruben primogenitus meus, principium doloris mei, c. 7. q. 14. n. 132.

8. Juda, te laudabunt fratres tui: manus tua in cervicibus inimicorum tuorum. Catulus leonis Juda, c. 5. q. 12. n. 91.

9. Ad prædam, fili mi, aſcendiſti: requieſcens accubuiſti, ut leo, c. 1. q. 61. n. 529.

11. Lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine uvæ pallium ſuum, c. 1. q. 48. n. 372.

Lavabit in ſanguine uvæ pallium ſuum, cap. 7. q. 29. n. 247.

17. Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens ungulas equi, ut cadat aſcenſor ejus retrò, c. 7. q. 15. n. 136. & 137.

20. Aſer, pinguis panis ejus, & præbebit delicias Regibus, c. 7. q. 14. n. 122.

21. Nephtali, cervus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis, c. 1. q. 41. n. 310.

24. Diſſoluta ſunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potentis Jacob: inde Paſtor egreſſus eſt, c. 4. q. 35. n. 321. & c. 2. q. 14. n. 252.

26. Fiat in capite Joſeph, & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos, c. 6. q. 5. n. 63.

32. Filius accreſcens Joſeph, accreſcens, c. 11. q. 18. n. 132.

Ex Libro Exodi.

CAPUT I.

Num. 10. **E**Xpugnatis nobis, egrediatur de terra, c. 5. q. 18. n. 158.

19. Non ſunt Hebrææ, ſicut Ægyptiæ mulieres: ipſæ enim obſtetricandi habent ſcientiam, & priuſquàm veniamus ad eas, pariunt, cap. 7. quæſt. 26. num. 238. & cap. 9. quæſt. 21. num. 108.

CAPUT III.

Num. 2. **A**Pparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbat quòd rubus arderet, & non combureretur, cap. 1. q. 77. n. 666. & cap. 3. q. 2. n. 14. & c. 10. q. 11. n. 110.

3. Vadam, & videbo viſionem hanc magnam, quare non comburatur rubus, cap. 4. c. 23. n. 192.

5. Solve calceamentum de pedibus tuis, c. 1. q. 59. n. 497.

6. Ego ſum Deus Patris tui Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob, c. 4. q. 8. n. 53.

7. Vidi affl ctionem populi mei, in Ægypto, & clamorem ejus audivi, & deſcendi, ut liberem eum, c. 6. q. 28. n. 248.

14. Ego ſum, qui ſum, cap. 1. Expoſit. 3. num. 102.

17. Educam vos de affl ctione Ægypti in terram Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, ad terram fluentem lacte, & melle, c. 1. q. 46. num. 150.

CAPUT IV.

Num. 3. **V**Erſa eſt in colubrum, ita ut fugeret Moyſes, c. 11. q. 1. n. 7.

6. Mitte manum tuam in ſinum tuum quamcùm miſiſſet in ſinum, protulit lepram inſtar nivis, c. 8. q. 14. n. 145.

14. Aaron frater tuus levites, ſcio, quòd eloquens ſit: ecce ipſe egredietur in occurſum tuum, c. 1. q. 33. n. 252.

Iratus Dominus in Moyſem, ait: Aaron frater tuus, ecce ipſe egredietur in occurſum tuum, c. 3. q. 57. n. 521.

CAPUT VIII.

Num.22. Faciamque mirabilem in die illa terram Geſſen, in qua populus meus eſt, ut non ſint ibi muſcæ: & ſcias, quoniam ego Dominus in medio terræ, c.4. q.23.n.192.

27. Ego dimittam vos, ut ſacrificetis Domino Deo veſtro, rogate pro me, cap.8.quæſt. 16. num. 165.

CAPUT IX.

Num.15. Nunc extendens manum, percutiam te, & populum tuum peſte, peribiſque de terra. Idcirco autem poſui te, ut oſtendam in te fortitudinem meam c.6 q.21.n.199.

23. Extendit Moyſes Virgam in Cœlum; & Dominus dedit tonitrua, & grandinem, & diſcurrentia fulgura ſuper terram, cap. 10. q.8.n. 81.

CAPUT XII.

Num.3. Tollat unuſquiſque agnum per familias, & domos ſuas, c.5 q. 13.n.114.

9. Caput cum pedibus ejus, & inteſtinis vorabitis, c.10.q.16.n.160.

11. Sic autem comedetis illum: Renes veſtros accingeris, c.2 q.19.n.148.

Et comedetis feſtinanter, c.2.q 19.n.148.

29. In noctis medio percuſſit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, cap.3.q.11. num.76.

35. Petierunt de Ægyptiis vaſa argentea, & aurea, veſtemque plurimam, cap.3.quæſt.11. num.77.

CAPUT XIII.

Num.16. Erit quaſi ſignum in manu tua, c.1.q.13.n.98.

21. Dominus præcedebat eos, ad oſtendendam viam, per diem in columna nubis & per noctem in columna ignis, cap. 4. quæſt.13. n.108.

Per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, c.10.q.4.n.41.

CAPUT XIV.

Num.16. Tu autem eleva Virgam tuam, & extende manum tuam ſuper mare & divide illud, c.7.q 9.n.78.

19. Angelus Dei, qui præcedebat caſtra Iſraël, abiit poſt eos, & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens, c.1.q.39.n.294.

24. Ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum, interfecit exercitum eorum c.1.q 56.n.458.

28. Reverſæ ſunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis: nec unus quidem ſuperfuit ex eis, cap. 9. q. 17. n.165.

Reverſæ ſunt aquæ, & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis: nec unus quidem ſuperfuit ex eis. Filii autem Iſraël perrexerunt per medium ſicci maris, c.3.q.24.n.197.

CAPUT XV.

Num.1. Tunc cecinit Moyſes, & filii Iſraël Carmen hoc Domino, c.4.q.38. n.350.& q 41.n.364.

5. Abyſſi operuerunt, eos deſcenderunt in profundum, quaſi lapis, cap. 3. quæſt. 11. num. 78.

9. Perſequar, & comprehendam, dividam ſpolia, implebitur anima mea: evaginabo gladium, interficiet eos manus mea, c. 2. q. 29.n.221.

Evaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea, c1.q. 68.n. 582.

27. Venerunt autem in Elim filii Iſraël, ubi erant duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta palmæ, c.7.q.21.n.191.

CAPUT XVI.

Num.5. Manhu? quid eſt hoc? c. 2. q. 48 n.353.

18. Nec qui plus collegerat, habuit amplius nec qui minus paraverat, reperit minus, c.2. q.48.n.350.

26. Sex diebus colligite: die autem ſeptima Sabbathum eſt Domini; idcirco non invenietur, cap.2.quæſt.19. num. 53. & cap. 3. q.37. num. 54.

29. Maneat unuſquiſque apud ſemetipſum, nullus egrediatur de loco die ſeptimo, c.7. q.22.n.274.

21. Erat quaſi ſimilæ cum melle, cap. 2. q. 48. num. 360.

CAPUT XVII.

Num.5. Ait Dominus ad Moyſem: Sume tecum de ſenioribus Iſraël, & Virgam, qua percuſſiſti fluvium, tolle in manu tua, & vade, c.4.q.14.n. 118.

8. Venit Amalec, & pugnabat contra Iſraël, c.2.q 34 n.249.

9. Dixit Moyſes ad Joſue: Elige viros, & egreſſus pugna contra Amalec, cap.2.q. 34. num.250.

CAPUT. XIX.

Num.1. Menſe tertio egreſſionis Iſraël de terra Ægypti, in die hac venerunt in ſolitudinem Sinai, cap.4.quæſt.29 num.253.

4. Vos ipſi vidiſtis quæ fecerim Ægyptiis, quomodo portaverim vos ſuper alas aquilarum, c.8 q.14.n.144.

16. Ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, c.4.q.17.n.138.

CAPUT XX.

Num.5. Ego ſum Dominus Deus tuus, viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem, cap.2. q.15.n.122.

18. Cunctus populus videbat voces, c.1.q.42. n.313.

CAPUT XXII.

Num. 8. APplicabitur ad Deos, c. 1. q.47. n.363.

28. Diis non detrahes, & Principi populi tui non maledices, c.1.q47.n.363.

CAPUT XXIV.

Num. 18. AScendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, c.2.q.66.n.530.

CAPUT XXV.

N.17.&22. FAcies propitiatorium de auro mundiſſimo, & inde præcipiam, & loquar ad te, c.4.q.11.n.86.

24. Facies illi labium aureum per circuitum, & ipſi labio coronam interraſilem, cap.2.q. 19.n.157.

30. Pones ſuper menſam panes propoſitionis, c.2.q.23.n.179.

CAPUT XXVI.

Num.7. FAcies Saga cilicina undecim ad operiendum tabernaculum, cap. 11. q.13.n.100.

CAPUT XXVII.

Num.21. IN tabernaculo teſtimonii, c.2.q.4. n.31.

CAPUT XXVIII.

Num.2. FAcies veſtem Sanctam Aaron fratri tuo, c.1.q.81.n.700.

22. Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino ſuper utrumque humerum, ob recordationem, c.8.q.6.n.70.

16. Quadrangulum erit, & duplex: menſuram palmi habebit, tam in longitudine, quam in latitudine, c.1.q.48.n. 377.

30. Pones in rationali judicii Doctrinam, & veritatem, c.1.q.50.n.391.

Pones autem in rationali judicii Doctrinam, & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino, cap.3. q.18 n.146. & q.36.n.304.

31. Facies & tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam, c.1.q 81.n.700.

36. Opere cælatoris, Sanctum Domino, c.3. q.32 n.271.

39. Facies & balteum opere plumarii, c.1.q.51. n.397. & 398

CAPUT XXIX.

Num 20. FUndeſque ſanguinem ſuper altare per circuitum, c.6.q.24.n.123.

21. Cúmque tuleris de ſanguine, qui eſt ſuper altare, & de oleo unctionis, aſperges Aaron, c.4.q.6.n.70.

CAPUT XXX.

Num.32. CAro hominis non ungetur, c.1. q.24.n.179.

CAPUT XXXII.

Num. 4. HI ſunt Dii tui Iſraël, cap 9. q.6. num. 64.

7. Loquutus eſt autem Dominus ad Moyſem, dicens: Vade, deſcende: peccavit populus tuus, c. 2. q. 39. n. 299

21. Dixit ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus, ut induceres ſuper eum peccatum maximum? c. 2. q. 42. n. 310.

26. Si quis eſt Domini, jungatur mihi. Congregatique ſunt ad eum omnes filii Levi, c. 5. q. 8. n. 63.

CAPUT XXXIII.

Num. 1. MIttam præcurſorem tui Angelum, ut ejiciam Chananæum, & Amorrhæum, &c. & intres in terram fluentem lacte, & melle, cap. 7. quæſt. 1. num. 13.

11 Facie ad faciem, ſicut ſolet homo loqui ad amicum ſuum, c. 2. q. 67. n. 548.

12. Novi te ex nomine, c. 3. q. 12. n. 84.

13. Oſtende mihi faciem tuam, c. 2. quæſt. 23. num. 179.

5. Jam nunc depone ornatum tuum, ut ſciam quid faciam tibi, c. 5. q. 17. n. 152.

CAPUT XXXIV.

Num.1. PRæcide tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum, & ſcribam ſuper eas verba, c. 1.q 67 n. 572.

29. Cumque deſcenderet Moyſes de Monte Sinai, ignorabat, quod cornuta eſſet facies ſua, cap. 1. q 70. n. 602. & 616. & cap 2 q. 51.n.400. & cap.3.q.53.n.469. & c.4.quæſt. 21. num. 176.

CAPUT XL.

Num. 5. POnes altare aureum, in quo adoletur incenſum coram arca teſtimonii, Tentorium in introitu tabernaculi pones, & ante illud altare holocauſti: cap.1. c. 20. n. 150.

32. Poſtquam omnia perfecta ſunt, operuit nubes tabernaculum teſtimonii, & gloria Domini implevit illud, c. 3. q. 122.

Ex Libro Levitici.

CAPUT I.

Num.17. COnfringet aſcellas ejus, cap. 3. q. 42.n. 367.

CAPUT. XVI.

Num.17. NUllus hominum ſit in tabernaculo, quando Pontifex Sanctuarium ingreditur, c. 1. q. 24. n. 180.

CAPUT. XIX.

Num.19. NE proſtituas filiam tuam, ne contaminetur terra, c.9. quæſt. 4. num. 47.

32. Coram

32. Coram cano capite conſurge, cap. 1. q. 53. num. 429.

CAPUT XXIV.

Num. 14. EDuc blaſphemum extra caſtra, & ponant omnes, qui audierunt, manus ſuas ſuper caput ejus, & lapidet eum populus univerſus, c. 8. q. 18. n. 188.

Ex Numeris.

CAPUT II.

Num. 3. AD Orientem Judas figet tentoria, c. 7. q. 14. n. 119.

CAPUT XI.

Num. 7. CUmque deſcenderet nocte ſuper caſtra ros, deſcendebat pariter Man. c. 2. q. 48. n. 358.

12. Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, ut dicas mihi: Porta eos in ſinu tuo? c. 8. q. 14. n. 143.

CAPUT XII.

Num. 10. ECce Maria apparuit candens lepra, quaſi nix, c. 2. q. 60. n. 466.

CAPUT XIII.

Num. 17. VOcavit Moyſes Oſeæ filium Nun, Joſuë, c. 2. q. 7. n. 63.

CAPUT XIV.

Num. 10. CUmque clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere, apparuit gloria Domini ſuper tectum fœderis cunctis filiis Iſraël, cap. 7. q. 33. num. 280.

17. Magnificetur ergo fortitudo Domini, ſicut juraſti, dicens: Dominus patiens, & multæ miſericordiæ, auferens iniquitatem, & ſcelera, c. 6. q. 21. n. 200.

CAPUT XVII.

Num. 8. SEquenti die regreſſus invenit, germinaſſe virgam Aaron in domo Levi, c. 7. q. 33. n. 280. & c. 11. q. 1. n. 7.

CAPUT XX.

Num. 12. QUia non credidiſtis mihi, ut ſanctificaretis me coram filiis Iſraël, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis, c. 2. q. 2. n. 17.

13. Dominus ſanctificatus eſt in eis, c. 1. q. 53. num. 432.

CAPUT XXI.

Num. 5. ANima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leviſſimo, c. 2. q. 48. n. 36. & q. 64. n. 508.

9. Fecit ergo Moyſes Serpentem Æneum, & poſuit eum pro ſigno: quem cum percuſſi aſpicerent, ſanabantur, cap. 1. quæſt. 58. num. 486.

CAPUT XXII.

Num. 21. SUrrexit Balaam mane, & ſtrata aſina ſua, profectus eſt cum eis Et iratus eſt Deus, c. 3. q. 16. n. 130.

CAPUT XXIV.

Num. 3. DIxit homo cujus obturatus eſt oculus, c. 3. q. 48. n. 417.

Num. 17. Orietur ſtella ex Jacob, cap. 2. q. 67. num. 543.

CAPUT XXVII.

Num. 18. TOlle Joſuë filium Nun, virum in quo eſt Spiritus, & pone manum tuam ſuper eum, cap. 6. quæſt. 6. num. 72.

27. & 20. Pone manum tuam ſuper eum, & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ, c. 1. q. 61. n. 525.

CAPUT XXXI.

Num. 15. CUr fœminas reſervas? Nonne iſtæ ſunt, quæ deceperunt filios Iſraël, & prævaricari vos fecerunt in Dominum? c. 9. q. 4. n. 46.

CAPUT XXXV.

Num. 6. DE ipſis autem oppidis, quæ Levitis dabitis, ſex erunt in fugitivorum auxilia ſeparata, c. 1. q. 71. n. 922

Ex Deuteronomio.

CAPUT I.

Num. 31. IN ſolitudine (ipſe vidiſti) portavit te Dominus Deus tuus, ut ſolet homo, geſtare parvulum filium, cap. 8. q. 14. num. 143.

CAPUT IV.

Num. 24. DOminus Deus tuus, ignis conſumens eſt, c. 2. q. 49. n. 369.

[illegible]UT XVI.

Num. [illegible] [illegible] excæcant oculos ſapientum, & mutant verba juſtorum [illegible] n. 356.

CAPUT XVIII.

Num. 5. IPſam elegit Dominus Deus tuus, ut ſtet, & miniſtret nomini Domini c. 3. q. 12. n. 83.

CAPUT XXXII.

Num. 2. COncreſcat, ut pluvia, doctrina mea, fluat ut ros, eloquium meum, quaſi imber ſuper herbam, & quaſi

ſtillæ ſuper gramina, cap. 10.q.4.n.37. &c. 11.q.20.n.251.

10. Invenit eum in terra deſerta, & in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis & circumduxit eum, c. 8. q 14. n. 144.

20. Abſcondam faciem meam ab eis, c.2.q.23. n 149.

39. Ego occidam, & ego vivere faciam, cap 1. q. 79. n. 677.

41. Si acuero, ut fulgur, gladium meum, & arripuerit judicium manus mea, cap. 1.q.68. num. 581.

CAPUT XXXIII.

Num. 2. IN dextera ejus ignea lex, cap. 3. q. 45 num. 395. & c. 5. q 1. n. 7 & q. 18. & c. 9. q. 14. n. 134.

8. Levi quoque ait: perfectio tua, &c. Vel juxta aliam verſionem: Date Levi viros ejus, date Levi manifeſtos ejus, date Levi ſortem ſuffragii ejus, c 5.q.28 n. 269.

17. Quaſi primogeniti tauri pulchritudo ejus, cornua Rhinocerotis cornua illius, c. 4. q. 30. num. 258.

20 Benedictus in latitudine Gad: quaſi leo requievit, cœpitque brachium, & verticem. Et vidit principatum ſuum, quod in parte ſua doctor eſſet repoſitus, cap. 5. quæſt. 27. num. 259.

26. Magnificentia ejus diſcurrunt nubes, c. 1. q. 28. n. 202.

CAPUT XXXIV.

Num. 5. MOrtuus eſt ibi Moyſes ſervus Domini, in terra Moab jubente Domino: & ſepelivit eum in valle terræ Moab contra Phogor: & non cognovit homo ſepulchrum ejus, c.4.q.12.n.97. & c.11. q.7.n.55. & q.21.n.170.

6. Et non cognovit homo ſepulchrum ejus, uſque in præſentem diem, c. 11.q.21.n.170.

Ex libro Joſuë.

CAPUT I.

Num. 2. MOyſes ſervus meus mortuus eſt. c.3.q.11 n 80.

3. Omnem locum, quem calcaverit veſtigium pedis veſtri, vobis tradam, c.1.q.59.n.287

CAPUT II

Num. 1. MIſit Joſuë filius Num de Setim duos viros exploratores, c. 3. q.5 n.29.

CAPUT III.

IN hoc ſcitis quod Dominus Deus vivens in medio noſtro eſt, c 4.q 59. n. 353.

CAPUT VI.

Num. 15. DIe autem ſeptima diluculo conſurgentes, circuierunt urbem ſicut diſpoſitum erat, ſepties. cap. 2. q. 15. num. 120.

20. Igitur omni populo vociferante, & clangentibus turbis poſtquam in aures multitudinis vox ſonituſque increpuit, muri illico corruerunt, c.6.q.15.n.157.

CAPUT VIII

Num. 4. POnite inſidias poſt civitatem: nec longius recedatis: & eritis omnes parati. Ego autem, & reliqua multitudo, quæ mecum eſt, accedemus ex adverſo contra urbem, c.3.q.20.n.159.

CAPUT XI.

Num. 6. EQuos eorum ſubnervabis, & currus igne combures, cap.3.q.22. num. 177.

Ex Libro Judicum.

CAPUT II

Num. 8. MOrtuus eſt Joſuë famulus Domini c.7.q.30.n.257.

CAPUT IV.

Num. 6. SEdebat ſub palma, cap.4.quæſt.26. num.234.

CAPUT IX.

Num 2. QUid vobis eſt melius, ut dominentur veſtri ſeptuaginta viri omnes filii Jerobaal; an ut dominetur unus vir; Simulque conſiderate, quòd os veſtrum, & caro veſtra ſum, c.6 q.8.n.93.

6. Abierunt, & conſtituerunt Regem Abimelech, juxta quercum, quæ ſtabat in Sichem, c.1 p. 63.n.547.

8. & 10 Ierunt ligna, ut ungerent ſuper ſe Regem: dixeruntque olivæ: Impera nobis. Dixeruntque ligna ad arborem ficum: Veni, & ſuper nos regnum accipe cap.6.q.13. num. 141. & quæſt. 14. num. 148. & cap. 9. q. 5. num. 55.

CAPUT XVI.

Num. 19. ATilla dormire eum fecit ſuper genua ſua, & in ſinu ſuo reclinare caput, c.9.3.n.30.

Ex Libro Primo Regum.

CAPUT I.

Num. 22. NOn vadam donec ablactetur infans, & ducam eum, ut appareat ante conſpectum Domini, cap. 3. q. 15.n.123.

CAPUT II.

Num. 11. ABiit Elcana Ramatha, in domum ſuam: puer autem erat miniſter in conſpectu Domini ante faciem Eli, c.1.q 67.n.578.

22. Eli audivit omnia, quæ faciebant filii

ſui

ſui univerſo Iſraëli, & quomodo dormiebant, cum mulieribus, cap. 1. q. 26 n. 191.

31. Ecce dies veniunt, & præcidã brachiũ tuum, & brachium domus patris tui, c.2.q.15.n.119

32. Et videbis æmulum tuum in templo; in univerſis proſperis Iſraël, c.2.q.14.n.104.

CAPUT III.

Num.5. ECce ego, vocaſti enim me, c.1.q.7. n.51.

9. Vade & dormi: ſi deinceps vocaverit te, dices: Loquere Domine quia audit ſervus tuus, cap.1.q.10.n.63.

CAPUT VI.

Num.12. IBant autem in directum vaccæ per viam, & itinere uno gradiebantur pergentes & mugientes, cap.1 quæſt. 9. n.496.

CAPUT VIII.

Num.18. ET clamabitis in die illa à facie regis, quem elegiſtis vobis, & non exaudiam, c.9.q.25.n 242.

CAPUT X.

Num. 6 ET Prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alium, cap.2.q.1. num. 1.

21. Et pervenit uſque ad Saül filium Cis. Quæſierunt ergo eum, & non eſt inventus, c. 4. q.16.n.131.

23. Cucurrerunt itaque & tulerunt eum inde, & altior fuit univerſo populo, c. 4. q. 23. n. 192.

CAPUT XII.

Num 15. SI autem non audieritis vocem Domini, ſed exaſperaveritis ſermones ejus, erit manus Domini ſuper vos, c.7.q. 15.n.141.

CAPUT XIV.

Num.19. FUerunt filii Saül, Jonathas, & Jeſſui, & Melchiſua, cap. 3 q 33.n. 283.

CAPUT XV.

Num.3. NUnc ergo vade, & percute Amalec, & demolire univerſa ejus: non parcas ei, & non concupiſcas ex rebus ipſius, c.1.q.49.n.386.

23 Abjecit te Dominus ne ſis rex, cap. 9 q. 15 num. 144.

CAPUT XVI.

Num.1. USquequo tu luges Saül, cum ego projecerim eum, ne regnet ſuper Iſraël? Imple cornu tuum oleo, & veni, ut mittam te ad Iſai Bethlehemitem. providi in filiis ejus mihi regem cap. 6. q.25. num. 227. & cap. 7.q.15.n.142. &c. 11 q 30. num. 235.

11. Ad huc reliquus eſt parvulus, & paſcit oves, c.4.q.16.n.135.

13. Unxit eum in medio fratrum ejus: & directus eſt Spiritus Domini à die illa in David Spiritus autem Domini receſſit à Saül, c.3. q.26.n. 213.

CAPUT XVII.

Num.45. TU venis ad me cum gladio, & haſta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini, cap.1.q.2 n. 16. & c.2.q.52 n. 396. & c. 5.q.23.n.211.

CAPUT XVIII.

Num.3. DIligebat eum quaſi animam ſuam. Nam expoliavit ſe Jonathas tunica, qua erat indutus, & dedit eam David, cap 7 q.21.n. 182.

26 Placuit ſermo in oculis David, & abiit cum viris qui erant ſub eo, & percuſſit ex Philiſthiim ducentos, c.9.q.21.n.17.

CAPUT XIX.

Num.13 TUlit Michol ſtatuam & poſuit eam ſuper lectum, & pellem caprarum poſuit ad caput ejus? cap. 9.q.11. numer. 109.

CAPUT XXI.

Num.10. SUrrexit itaque David & fugit in die illa à facie Saül: & venit ad Achis regem Geth cap.8 q.[illegible] 1.6.

10 Dixerunt ſervi Achis ad eum cum vidiſſent David: Numquid non eſt iſte David Rex terræ, c.1.q 22.n.167.

CAPUT XXIII.

Num.17. TU regnabis ſuper Iſraël, & ego ero tibi ſecundus, cap. 3 q.57. n 508.

CAPUT XXIV.

Num. 7. PRopitius ſit mihi Dominus, non faciam hanc rem Domino meo Chriſto Domini, cap.10,q.12.n.120.

13 Judicet Dominus inter me & te c.1.q.15. num 117.

CAPUT XXVI.

Num.19. SI Dominus incitat te adverſum me, odoretur ſacrificium, cap.5. q. 23. n. 213.

CAPUT XXVIII.

Num. 15. QUare inquietaſtis me ut ſuſcitarer? cap.2 q 27. n.2[illegible]5.

CAPUT XXX.

Num 6. COntriſtatus eſt David valde: volebat eum populus lapidare, quia amara erat anima uniuſcujuſque viri ſuper filiis ſuis & filiabus, c.4.q.[illegible]0.n.80.

Ex lib. 2. Reg.

CAPUT I.

Num.21. MOntes Gelboë nec ros, nec pluvia veniat ſuper vos, c.3. q. 43. n. 183.

CAPUT VII.

Num. 5. VAde & loquere ad ſervum meum David, c. 1. q. 5. n. 33.

CAPUT XII.

Num. 5. VIvit Dominus,quoniam filius eſt mortis, vir,qui fecit hoc,c.9. q. 15. n. 144.

9. Si parva ſunt iſta adjiciam tibi multo majora, c. 1.q. 63. n. 542.

13. Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum, c. 9. q. 15. n. 144.

24. Quæ genuit filium, & vocavit nomen ejus Salomon, c. 9. q. 18. n. 177.

CAPUT XVI.

Num.10. QUid mihi & vobis eſt filii Sarviæ, c. 6. q. 21. n. 205.

23. Conſilium Achitophel, quod dabat in diebus illis, quaſi ſi quis conſuleret Deum: ſic erat omne conſilium Achitophel, c. 9. q. 24. n. 232.

CAPUT XVII.

Num. 9. FOrſitan nunc latitat in foveis, aut in uno,quo voluerit loco cap.7. q. 23. n. 192.

CAPUT XVIII.

Num.3. NOn exibis quia tu unus pro decem millibus computaris, melius eſt igitur, ut ſis nobis in urbe præſidio. c. 7. q. 23. n. 108.

9. Accidit autem, ut occurreret Abſalon ſervis David, ſedens mulo: cumque ingreſſus fuiſſet mulus ſubter condenſam quercum, & magnam, adhæſit caput ejus quercui, c. 3.q. 8. n. 62.

18. Vocavitque titulum nomine ſuo, & appellatur manus Abſalon, c. 9. q. 2. n. 21.

CAPUT XXIII.

Num. 8. SEdens in cathedra ſapientiſſimus Princeps inter tres, ipſe eſt,quaſi tenerrimus ligni vermiculus, c. 3. quæſt.17. n. 138. & c. q. 10. n.95.

Ex lib. 3. Reg.

CAPUT I.

Num. 38. ADduxerunt eum in Gihon ſumpſitque Sadoc ſacerdos cornu olei,de tabernaculo, & unxit Salomonem, c. 1.q.63.n.547.&c.5.q.17.n.148.

45. Unxeruntque eum Sadoc Sacerdos, & Nathan Propheta regem in Gihon; & aſcenderunt inde lætantes:& inſonuit civitas,& Salomon ſedet ſuper ſolium regni, c.7. q. 11.

CAPUT II.

Num. 2. EGo ingredior viam univerſæ terræ, c. 7. q. 17. n. 154.

CAPUT V.

Num.17. PRæcepit Rex ut tollerent lapides grandes, lapideſque pretioſos in fundamentum templi, c.9.q.16.n.154.

CAPUT VII.

Num.15. FInxit columnas æreas, cap. 3. q. 29.n.237. & 238.

23. Fecit quoque fuſile decem cubitorum, & ſtabat ſuper duodecim boves,c 2.q.45.n 333.

39. Et inter coronulas,& plectas leones & boves,& Cherubim, c.2.q.17.n.140

49. Et candelabra aurea, quinque ad dexteram, & quinque ad ſiniſtram contra oraculum, c. 1. q. 43. n. 319.

CAPUT VIII.

Num. 7. CHerubim expandebant alas ſuper locum arcæ, & protegebant arcam, c.10.q 1.n.12.

11. Et non poterant ſacerdores ſtare, & miniſtrare propter nebulam: impleverat enim gloria Domini domũ Domini,c.8.q.2.n.22.

CAPUT IX.

Num 1. FActum eſt autem cùm perfeciſſet Salomon ædificium domus Domini,&ædificium regis,& omne quod optaverat, & voluerat facere, c.3.q.15. n.122.

CAPUT IX.

Num.18. FEcit Rex Salomon thronum de ebore grandem: & veſtivit eum auro fulvo, c.2.q.40 n.293.

19. Et duos leones ſtabant juxta manus ſingulas, c.1.q.69.n.593.

20. Et duodecim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus hinc, atque inde, c. 5. q. [illegible] n. 193.

CAPUT XVI.

Num 30. FEcit Achab filius Amri malum in conſpectu Domini, ſuper omnes qui fuerunt ante eum,c. 11. q. 12. n. 94.

CAPUT XVII.

Num 1. DIxit Elias Theſbites,vivit Dominus Deus Iſraël in cujus conſpectu ſto, ſi erit annis his ros, & pluvia, niſi juxta oris mei verba,cap.8.q.9 n.90.&c11. q.7. n.61. & q. 16. n. 117.

3. Recede hinc,vade,& abſcondere in Torrente Carith, c. 11. q. 17. n. 123.

6. Corvi quoque deferebant ei panem, & carnes manè, ſimiliter carnes, & panem veſperi, c. 6. q. 31. n. 275. & c. 8. q. 12. n. 124.

12. Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo c. 7. q. 5. n. 47.

14. Hydria

24. Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur uſque ad diem, in qua Dominus daturus eſt pluviam, c.11.q.14.n.109.

21. Expandit ſe Elias, atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus, & clamavit ad Dominum, Domine Deus meus, c.1.q 80.n.688. & c.2.q.22.n.163. & c.11.q.20.n.149.

CAPUT XXVIII.

Num.1. Vade oſtende te Achab, ut dem pluviam ſuper faciem terræ, cap.11.q.17.n.123.

18. Non ergo turbavi Iſraël, ſed tu & domus patris tui, cap.3.q.14.n.111.

40. Apprehendite Prophetas Baal, & ne unus quidē effugiat ex eis quos cum apprehendiſſent, duxit eos ad Torrentem Ciſon, q.6.n.50.

CAPUT XIX.

Num.4. Cumque veniſſet, & ſederet ſubter unam juniperum, petivit animæ ſuæ, ut moreretur, non enim ſum melior patribus meis, c.9.q.8.n.77. & c.11.q.10.n.80.

8. Ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, cap.11.q.12.n.92.

Poſt ſpiritum cōmotio, poſt cōmotionē ignis, poſt ignē ſibilus auræ tenuis, cap.7.q.2.n.24.

15. Unges Hazaël regem ſuper Syriam, & Jehu filium Namſi unges regem ſuper Iſraël, cap.11.q.17.n.123.

CAPUT XXI.

Num.9. Sedere facite Naboth inter Principes populi, c.3.q.54.n.479.

19. Occidiſti inſuper, & poſſediſti, & poſt hæc, dicit Dominus, in loco hoc, cap.2.q.1.num.7.

29. Nonne vidiſti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in diebus ejus, cap.3.q.12.n.102.

Ex lib. 4. Regum.

CAPUT I.

Num.8. Vir piloſus, & zona pellicea accinctus renibus, c.11.q.13.n.95.

10. Si homo Dei ſum, deſcendat ignis de cœlo, & devoret te, & quinquaginta tuos, cap.11.q.19.n.143. & q.20.n.145.

16. Hæc dicit Dominus: quia miſiſti nuntios ad conſulendum Beelzebub Deum Accaron, quaſi non eſſet Deus in Iſraël, c.2.q.1.n.7.

CAPUT II.

Num.8. Tulit Elias pallium ſuum, & involvit illud, & percuſſit aquas Jordanis quæ diviſæ ſunt in utramque partem, cap 8.q.13.n.140.

10. Si videris me quando tollar à te, erit tibi quod petiſti, cap.5 q.22.n.205.

11. Ecce currus igneus, & equi ignei diviſerunt utrumque, & aſcendit Elias per turbinem in cœlum, c.7.q.17.n.46. & q.23 n.199. & c.8.q.17.n.177. & c.11.q.7.n.57.

12. Eliſæus clamabat Pater mi, Pater mi currus Iſraël & auriga ejus, c.8.q.14.n.146.

23. Et levavit pallium Eliæ, quod ceciderat ei cap.11.q.13.n.97.

CAPUT V.

Num.27. Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & ſemini tuo uſque in ſempiternum, & egreſſus eſt ab eo leproſus quaſi nix, cap.7.q.29.n.251.

CAPUT XI.

Num 4. Miſit Jojada, & aſſumens centuriones, & milites introduxit ad ſe in templum, cap.1.q.24.n.176.

CAPUT. XX.

Num.5. Dominus Deus audivit orationem tuam, & ecce ſanavi te, & die tertio aſcendes in templum, c.11.q.5.n.41.

11. Invocavit itaque Iſaïas Propheta Dominum, & reduxit umbram per lineas, quibus jam deſcenderat in horologio Achaz retrorſum decem gradibus, cap.9.q.22.n.216.

17. Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ ſunt in domo tua, c.3.q.22.n.178.

CAPUT XXII.

Num.20. Colligeris ad ſepulchrum tuum in pace, ut non videant oculi tui omnia mala, quæ inducturus ſum ſuper locum iſtum, cap.9.n.90.

CAPUT XXIII.

Num.5. Adolebant incenſum Baal, & Soli, & Lunæ, & duodecim ſignis, & omni militiæ cœli, cap.1.q.68.n 590.

Ex lib. 2. Paralip.

CAPUT XXVIII.

Num.9. Omnia corda ſcrutatur Dominus & univerſas mentium cogitationes, cap.2.q.62.n.482.

CAPUT XXIX.

Num.22. Unxerunt ſecundò Salomonem filium David, unxerunt autem eum Domino, cap.5.q.26.n.243.

Ex lib. 2. Paralip.

CAPUT IX.

Num.18. Brachiola duo altrinſecus, & duos leones ſtantes, c.5.q.21.n.193.

CAPUT XXI.

Num.12. Allatæ ſunt ei litteræ ab Elia Propheta in quibus ſcriptum erat; Hæc dicit Dominus Deus David patris tui, quoniam non ambulaſti in via Joſaphat patris tui, cap.6.q.28.n.253.

CAPUT

Loca Sacræ Scripturæ.

CAPUT XXII.

Num. 3. INgreſſus eſt per viam domus Achab: mater enim ejus impulit eum ut impiè ageret, cap. 2. q. 61. n. 472.

CAPUT XXVI.

Num. 18. NOn eſt tui officii Ozia, ut adoleas incenſum Domino, ſed ſacerdotum, hoc eſt filiorum Aaron, cap. 11. q. 27. n. 218.

19. Iratus Ozias, tenens in manu thuribulum, ut adoleret incenſum, minabatur ſacerdotibus. Statim orta eſt lepra in fronte ejus, c. 7. q. 29. n. 252.

CAPUT XXXVI.

Num. 15. MIttebat Dominus Deus patrum ſuorum ad illos per manus nuntiorum ſuorum de nocte conſurgens, & quotidie commonens, cap. 2. q. 54. n. 413.

Ex lib. 4. Eſdra.

CAPUT II.

Num. 42. EGo Eſdras vidi in monte turbam magnam, quam numerare non potui, & in medio ejus erat juvenis ſtatura excelſus, eminentior omnibus aliis, cap. 1. n. 53. num. 424.

Ex lib. Tobiæ.

CAPUT II.

Num. 10. COntigit autem ut quadam die fatigatus à ſepultura, veniens in domum ſuam jactaſſet ſe juxta parietem, & obdormiſſet, cap. 2. q. 14. n. 114.

CAPUT III.

Num. 7. CUm ipſa audiret improperium ab una ex ancillis patris ſui; amplius ex te non videamus filium, cap. 2. q. 31. n. 231.

CAPUT VI.

Num. 2. ECce piſcis immanis exivit ad devorandum eum, c. 6. q. 33 n. 292.

8. Cordis ejus particulam ſi ſuper carbones ponas, fumus ejus extricat omne genus dæmoniorum, cap. 3. q. 61. n. 531.

CAPUT VII.

Num. 6. ET miſit ſe Raguel, & cum lachrymis oſculatus eſt eum & plorans ſupra collum ejus, & dixit: benedictio ſit tibi fili mi, cap. 7. q. 6. n. 54.

CAPUT XI.

Num. 13. SUmens Tobias de felle piſcis linivit oculos patris ſui, cap. 3. q. 48. num. 425.

CAPUT XII.

Num. 7. SAcramentum regis abſcondere bonum eſt: opera autem Dei revelare & confiteri honorificum, cap. 1. ex poſ. 15. n. 683.

12. Quando orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos: ego obtuli orationem tuam, cap. 8. q. 5. n. 56.

15. Ego ſum Raphaël Angelus unus ex ſeptem qui ſtamus ante Deum, cap. 1. q. 16. n. 122. & c. 8. q. 3. n. 28. c. 11. q. 16. n. 116.

Ex lib. Judith.

CAPUT II.

Num. 3. DIxit cogitationem ſuam in eo eſſe, ut omnem terram ſuo ſubjugaret imperio, cap. 6. q. 9. n. 102.

CAPUT X.

Num. 5. IMpoſuit itaque Abræ ſuæ aſcoperam vini, & vas olei, & polentam, & palathas, & panes, & caſeum, & profecta eſt, cap. 3. q. 41. n. 358.

CAPUT XIII.

Num. 8. ACceſſit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli ejus, & pugionem, qui in ea ligatus pendebat, exſolvit cap. 3. q. 51. n. 451.

10. Confirma me Deus in hac hora, & percuſſit bis in cervicem ejus, & abſcidit caput, c. 1. q. 69. c. 594.

Ex lib. Eſther.

CAPUT. II.

Num. 37. ET adamavit eum Rex plus quam omnes mulieres, & poſuit diadema regni ejus, in capite & fecit eam regnare in loco Vaſthi, cap. 2. q. 18. n. 141.

CAPUT IV.

Num. 16. VAde & congrega omnes Judæos, quos in Suſan repereris, & orate pro me: Et non comedatis, & non bibatis tribus diebus; & tribus noctibus, c. 2. q. 65. n. 521.

CAPUT V.

Num. 3. QUid vis Eſther regina? quæ eſt petitio tua? etiamſi dimidiam partem regni petieris, dabo tibi, cap. 8. q. 12. n. 125.

CAPUT VII.

Num. 6. QUod ille audiens illico obſtupuit, vultum regis, ac reginæ ferre non ſuſtinens, cap. 11. q. 23. n. 189.

CAPUT VIII.

Num. 1. NOva lux oriri viſa eſt, gaudium, honor, & tripudium, cap. 7. q. 6. num. 52.

Ex lib. Job.

CAPUT I.

Num. 1. VIr erat in terra Hus nomine Job; & erat vir ille ſimplex, rectus, ac

ac timens Deum, cap. 1. q. 10. n. 61. & cap. 2. q. 40. n. 291.
17 Cui dixit Dominus: unde venis, cap. 11. q. 2. num. 16.
18. Filiis tuis, & filiabus veſcentibus, & bibentibus vinum in domo fratris ſui primogeniti, cap. 6. q. 14. n. 150.
19 Ventus vehemens irruit à regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus, cap. 2. q. 25. n. 258. & c. 6. q. 17. n. 171.
20. Tonſo capite corruit in terram, cap. 1 q. 53. n. 423.
21. Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum, cap. 4 q. 10. n. 81.

CAPUT II.

Num. 7. EGreſſus autem Satan à facie Domini percuſſit Job ulcere peſſimo à planta pedis uſque ad caput, c 2. q. 35. n. 257.
13. Et ſederunt cum eo in terra ſeptem diebus, & ſeptem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum, cap. 8. q. 1. n. 16.

CAPUT III.

Num 21. QUi expectant mortem, & non venit, quaſi effodientes theſaurum, cap. 9. q. 8 n 78.
23. Antequam comedam ſuſpiro: cap. 10. q. 16. num. 161.
25. Quia timor, quem timebam evenit mihi, cap. 4. q. 35. n. 320.

CAPUT IV.

Num. 12. POrro à me dictum eſt verbum abſconditum, c. 2 q. 63. n. 495.

CAPUT V.

Num. 18. IPſe vulnerat, & medetur; percutit, & manus ejus ſanabunt, cap. 1. q. 79. n. 67.

CAPUT VI.

Num. 12. NEc caro mea ænea eſt, c. 1. q. 51. n. 405. & q. 58. n. 475.
20. Venerunt uſque ad me, & pudore cooperti ſunt, cap. 1. q. 29. n. 215.

CAPUT IX.

Num 3 DIes mei pertranſierunt quaſi naves poma portantes. c. 6. q. 18. n. 172.

CAPUT XIV.

Num. 13. QUis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me & abſcondas me, nec pertranſeat furor tuus, cap. 1. q. 72. n. 627.

CAPUT. XV.

Num. 15. CÆli non ſunt mundi in conſpectu ejus, cap. 4. q. 42. n. 284.
23. Cum ſe moverit ad quærendum panem, novit quod paratus ſit in manu ejus tenebrarum dies, cap. 11. q. 13. n. 88.

CAPUT XXV.

Num. 5. ECce luna etiam non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu ejus, cap. 4. q. 32. n. 282.

CAPUT XXVI.

Num. 5. ECce gigantes gemunt ſub aquis, & qui habitant cum eis, c 2. q. 45. n. 332.

CAPUT XXVIII.

Num. 15. NOn dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione ejus c. 3. q. 43. n 387.

CAPUT XXIX.

Num. 7. QUando procedebam ad portam civitatis, & in platea parabant cathedram mihi, 3. q. 7. n. 52.
14. Juſtitia indutus ſum, & veſtivi me ſicut veſtimento, & diademate judicio meo, cap. 2. q. 66. n. 532. & c. 6. q. 3. n. 41.

CAPUT XXX.

Num. 12 AD dexteram orientis calamitates meæ illico ſurrexerunt: pedes meos ſubverterunt, cap. 1. q 37. n. 275.

CAPUT XXXI.

Num. 1. PEpigi fœdus cum oculis meis, ut non cogitarem quidem de Virgine, cap. 1. q. 49. n. 385.
35. Librum ſcribat ipſe, qui judicat me, ut in humero meo portem illum, & circundem illum quaſi coronam mihi, c. 2. q. 64. n. 501.

CAPUT XXXVI.

Num. 27. QUi aufert ſtillas pluviæ, & effundit imbres adinſtar gurgitum cap. 1. q. 28. num. 205.

CAPUT XXXVII.

Num. 1. SUper hoc expavit cor meum, & emotum eſt de loco ſuo; audivi auditionem in terrore vocis, c. 1. q. 28. n. 210.

CAPUT XXXVIII.

Num. 7. CUm me laudarent ſimul aſtra matutina, & jubilarent omnes filii Dei, cap. 1. q. 67. n. 540.
10. Circumdedi illud terminis meis, & poſui vectem & oſtia, cap. 3. q. 24. n. 197.

CAPUT XXXIX.

Num. 6. CUi dedi in ſolitudine domum & tabernacula ejus in terra ſalſuginis. cap. 1. q. 36. n. 267.
27. Numquid ad præceptum tui elevabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſuum, c. 4. q. 51. n. 268.

CAPUT.

CAPUT XLI.

Num.5. PEr gyrum dentium ejus formido, cap. 9. q. 11. n. 102.
6. Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia, compactum ſquamis ſe prementibus; una uni conjungitur, cap. 9. q. 12. n. 119.
13. In collo ejus morabitur fortitudo, & faciem ejus præcedit egeſtas, c. 3. q. 40. n. 345.
21. Sternet ſibi aurum quaſi lutum, c. 1. q. 58. n. 477.

CAPUT XLII.

Num. 5. AVditu auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te, idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam, cap. 1. q. 73. n. 625.

Ex Pſalmis.

PSALM. I.

Num. 1. BEatus vir, qui non abjit in conſilio impiorum, c. 7. q. 27. n. 162.
4. Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dedit in tempore ſuo, c. 1. q. 12. n. 62.
6. Novit Dominus viam juſtorum, & iter impiorum peribit, cap. 2. q. 63. n. 488.

PSALM. II.

Num. 2. QUare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania, c. 7. q. 17. num. 162.
6. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion monte ſanctum ejus, c. 21. q. 29. n. 226.
8. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionē tuam, c. 7 q. 17. num. 162.
9. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos, cap. 2. q. 66. n. 526. 57. &c. 6. q. 25. n. 233.

PSALM. IV.

Num. 1. CUm invocarem exaudivit me Deum juſtitiæ meæ in tribulatione dilataſti mihi, c. 3. q. 30. n. 260. & c. 7. q. 14. n. 253. & c. 8. q. 6. n. 63. & c. 9. q. n. 84.

PSALM. V.

Num. 11. SEcundum multitudinē impietatū eorum, expelle eos, cap. 5. q. 3. n. 25.
15. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos, cap. 1. q. 52. n. 417.

PSALM. VII.

Num. 10. SCrutans corda, & tenes Deus, cap. 2. q 62. n. 482. & c. 4. q. 23. num. 178.
13. Niſi converſi fueritis, gladium ſuum vibrabit, & arcum ſuum tetendit, & paravit illum, cap. 1. q. 68. n. 681.

CAPUT IX.

Num. 12. PSallite Domino, qui habitat in Sion, cap. 4. q. 4. n. 324.
21. Conſtitue legiſlatorem ſuper eos, ut ſciant gentes quoniam homines ſunt, cap. 1. cap. 68. n. 588.

PSALM. X.

Num. 5. DOminus in templo ſancto ſuo. Dominus in cœlo ſedes ejus, cap. 6. q. 20. n. 193.
6. Oculi ejus in pauperem reſpiciunt, & palpebræ ejus interrogant filios hominum, c. 2. p. 30. n. 224.

PSALM. XI.

Num 7. ELoquia Domini eloquia caſta, c. 1. p. 53. n. 426. & q. 70, n. 612.
9 In circuitu impii ambulant, cap. 9. 24. n. 226.

PSALM. XIII.

Num. 2. DOminus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, ut videat ſi eſt, qui requirat aut intelligat Deum, cap. 2. q. 5. num. 37.

PSALM. XV.

Num. 1. DIxi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges, c. 1. q. 63. n. 546. & c. 3. q. 41. n. 354.

PLALM. XVI.

Num 9 SUb umbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum, qui me afflixerunt cap. 2. q. 24. n. 184.
14. A paucis de terra divide eos in vita eorum, cap. 3. q, 12. n. 91.

PSALM. XVIII.

Num. 5. IN omnem terram exivit ſonus eorum, cap. 1. q. 60. n. 509. & cap. 7. q. 16. n. 15 .
6. In ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tanquam ſponſus, cap. 1. q. 44. n. 323. & c. 5. q. 16. n. 142.
7. A ſummo cœlo egreſſio ejus, & occurſus ejus uſque ad ſummum ejus, cap. 1. q. 16. n. 128. &c. 2. q. 55. n. 423.
9. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos, c. 2. q. 48. n. 416.
10. Judicia Domini vera juſtificata in ſemetipſa, cap. 10 q. 15. n. 147.
11. Dulciora ſuper mel & favum, cap. 10. q. 17. num. 168.

PSALM. XX.

Num. 3. DEſiderium animæ ejus tribuiſti ei, cap. 10. q. 16. n. 160
4. Poſuiſti in capite ejus coronam de lapide pretioſo, cap. 2. q. 36. n. 263.

PSALM. XXI.

Num. 4. TU autem in ſancto habitas laus Iſraël, cap. 4. q. 5. n. 35.
15. Sicut aqua effuſus ſum: & diſperſa ſunt omnia oſſa mea, cap. 1. q. 54. n. 438.

PSALM.

PSALM. XXII.

Num 5. PAraſti in conſpectu meo menſam, adverſus eos, qui tribulant me, cap. 3. q. 49. 432.
5. Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt cap. 11. q. 2. n. 15.
6. Miſericordia tua ſubſequetur me, c. 2. q. 20. n. 156.

PSALM. XXIII.

Num. 4. QUi non accepit in vano animam ſuam, nec juravit in dolo proximo ſuo, cap. 3. q. 8. n. 60.
7. Attollite portas Principes veſtras, & introibit rex gloriæ, c. 11. q. 25. n. 202.
9. Tollite portas Principes veſtras, & elevamini portæ æternales, c. 3. q. 36. n. 307. & c. 5. q. 14. n. 124.

PSALM. XXIV.

Num. 17. DE neceſſitatibus meis erue me, cap. 7. q. 14. n. 124.

PSALM. XXV.

Num. 2. PRoba me Domine, & tenta me, ure renes meos, & cor meum, cap. 1. q. 49. n. 381.
10. In quorum manibus iniquitates ſunt, dextera eorum repleta eſt muneribus, cap. 1. q. 64. n. 555. & c. 3. q. 41. n. 356.

PSALM. XXVI.

Num. 4. UT videam voluptatem Domini, & viſitem templum ejus, cap. 2. q. 23. num. 173.

PSALM. XXVIII.

Num. 1. AFferte Domino filii Dei: afferte Domino filios arietum: afferte Domino gloriam & honorem, cap. 4. q. 32. n. 288. & c. 5. q. 23. n. 214.
3. Vox Domini ſuper aquas, Deus majeſtatis intonuit, cap. 6. q. 1. n. 6.
5. Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros libani, c. 6. q. 4. n. 53.
9. Vox Domini præparantis ſervos, & revelabit condenſa, cap. 6. q. 4. n. 55.

PSALM. XXIX.

Num. 5. PSallite Domino ſancti ejus: & confitemini memoriæ ſanctitatis ejus, cap. 1. q. 78. n. 671.
12. Conſcidiſti ſaccum meum, circumdediſti me lætitia, cap. 5. q. 25. n. 476.

PSALM. XXX.

Num. 9. STatuiſti in loco ſpatioſo pedes meos c. 1. q. 58. n. 482.
20. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te, cap. 2. q. 46. n. 340.

PSALM. XXXI.

Num. 5. DElictum meum cognitum tibi feci: & injuſtitiam meam non abſcondi, cap. 2. q. 12. n. 96.

PSALM. XXXII.

Num. 16. NOn ſalvatur rex per multam virtutem: & gigas non ſalvabitur in multitudine virtutis ſuæ, cap. 3. q. 22. n. 177.
18. Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum, & in his, qui ſperant in eum, c. 1. q. 56. n. 458.

PSALM. XXXIII.

Num 9. GUſtate, & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus, c. 2. q. 48. n. 352.
16. Oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum, cap. 5. q. 17. n. 149.

PSALM. XXXV.

Num. 7. JUdicia Dei abyſſus multa, c. 1. q. 53. num. 423.
9. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, cap. 2 q. 22. n. 166. & c. 3. q. 53. n. 481. & c. 4. q. 9. n. 91.
10. Quoniam apud te eſt fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen, c. 4. q. 39. n. 352. & c. 5. q. 1. n. 7. q. 32. n. 271.

PSALM. XXXVI.

Num 1. NOli æmulari in malignantibus cap. 3. q. 51. n. 446.
17. Declina à malo, & fac bonum inquire pacem, & perſequere eam, c. 1. q. 14. n. 113.
30. Lingua ejus loquetur judicium, lex Dei ejus in corde ipſius, & non ſupplantabuntur greſſus ejus, cap. 4. q. 12. n. 93.

PSALM. XXXVII.

Num. 4. NOn eſt ſanitas à facie iræ tuæ, & non eſt pax oſſibus meis, c. 6. q. 35. num. 304.

CAPUT XXXIX.

Num. 13. COmprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem, cap. 2. q. 10. n. 84.

PSALM. XLII.

Num. 4. COnfitebor tibi in cythara Deus Deus meus: quare triſtis es anima mea, cap. 5. q. 21. n. 188.

PSALM. XLIII.

Num. 12. DEdiſti nos tanquam oves eſcarum, & in gentibus diſperſiſti nos, cap. 7. q. 28. n. 240.
20. Humiliaſti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos umbra mortis, c. 2. quæſt 37. num. 274.

PSALM. XLIV.

Num. 1. LIngua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis, c. 2. q. 52. n. 392. cap. 4. q. 36. n. 325.
3. Speciofus forma præ filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, cap. 1. q. 66. n. 567. & cap. 4. q. 15. n. 127.
4. Accingere gladium tuum ſuper femur tuum potentiſſime, intende, proſpere procede & regna, cap. 1. q. 67. n. 574.
5. Deducet te mirabiliter dextera tua, cap. 1. q. 75. n. 643.
8. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus oleo lætitiæ, cap. 1. q. 2. n. 12.
10. Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circumdata varietate, cap. 1. q. 67. n. 579. & 580. & c. 6. q. 6. n. 43. & 46. n. 405. & q. 55. n. 489. & q. 56. n. 498. & c. 6. q. 5. n. 62. & c. 7. q. 13. n. 114.
11. Audi filia, & vide & inclina aurem tuam, & obliviſcere populum tuum, & domum patris tui, cap. 6. q. 1. n. 11.
14. Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus, in fimbriis aureis circumamicta varietatibus, cap. 1. q. 45. n. 530.

PSALM. XLV.

Num. 6. ADjuvabit eam Deus mane diluculo, c. 3. q. 25. n. 201.
11. Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus, cap. 1. q. 38. n. 286.

PSALM. XLVIII.

Num. 4. OS meum loquetur ſapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam, cap. 1. q. 4. n. 23.
13. Homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt jumentis inſipientibus, c. 2. q. 3. n. 23.
15. Sicut oves in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos, cap. 6. q. 18. n. 173.

PSALM. XLIX.

Num. 14. IMmola Deo ſacrificium laudis, & redde altiſſimo vota tua, cap. 1. expoſ. 4. n. 163.

PSALM. L.

Num. 13. SPiritum ſanctum tuum ne auferas à me, cap. 3. q. 37. n. 323.
9. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, c. 1.

PSALM. LIV.

Num. 8. ECce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine, c. 1. q. 74. 642.

PSALM. LV.

Num. 7. INhabitabunt, & abſcondent, ipſi calcaneum meum obſervabunt, c. 9. q. 13. n. 126.

PSALM. LVI.

Num. 9. EXurge gloria mea, exurge pſalterium & cythara, c. 5. q. 21. n. 190.

PSALM. LVII.

Num. 9. SUper eos cecidit ignis & non viderunt ſolem, cap. 1. q. 29.
1. Lætabitur juſtus cum viderit vindictam, manus ſuas lavabit in ſanguine peccatorum, cap. 6. q. 24. n. 226.

PSALM. LVIII.

Num. 11. DEus meus miſericordia ejus præveniet me, c. 2. q. 19. n. 156.

PSALM. LXI.

Num. 6. DEdiſti metuentibus te ſignificationem: ut fugiant à facie arcus, c. 1. q. 16. n. 454.
7. Ipſe Deus meus, & ſalvator meus: adjutor meus non emigrabo, cap. 2. q. 36. n. 267.
10. Vani filii hominum, mendaces filii hominum in ſtateris, c. 6. q. 12. n. 127.

PSALM. LXIII.

Num. 1. EXaudi Deus orationem meam cùm deprecor: à timore inimici eripe animam meam, cap. 6. q. 6. n. 73.

PSALM. LXIV.

Num. 1. TE decet hymnus Deus in Sion, cap. 8. q. 2. n. 24.
12. Benedices coronæ benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur ubertate, c. 4. q. 10. n. 77.
13. Pingueſcent ſpecioſa deſerti: & exultatione colles accingentur, c. 2. q. 48. n. 356.

PSALM. LXV.

Num. 10. QUoniam probaſti nos Deus: Igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum, cap. 1. q. 59. n. 490.
12. Tranſivimus per ignem & aquam: & deduxiſti nos in refrigerium, c. 4. q. 9. n. 68.

PSALM. LXVII.

Num 16. AScendiſti in altum: cepiſti captivitatem, c. 4. q. 36. n. 331.
26. Prævenerunt Principes conjuncti pſallentibus in medio juvencularum tympaniſtriarum, cap. 8. q. 5. n. 59.
27. In Eccleſiis Benedicite Deo Domino de fontibus Iſraël, cap. 8. 2. n. 25.
30. A templo tuo Jeruſalem, tibi offerent reges munera, cap. 1. q. 23. n. 175.

PSALM. LXVIII.

Num. 12. POſui veſtimentum meum cilicium: & factus ſum illi, in parabolam, cap. 6. q. 31. n. 270.

2. Fiat

23. Fiat Menſa eorum coram ipſis in laqueum, c. 11. q. 23. n. 190.
29. Deleantur de libro viventium: & cum juſtis non ſcribantur, c. 3. q. 15. n. 118.
30. Ego ſum pauper & dolens, Deus ſalus tua ſuſcepit me, c. 7. q. 18. n. 166.

PSALM. LXXI.

Num. 6. DEſcendet ſicut pluvia in vellus & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram, cap. 2. q. 4. n. 349. & cap. 4. q. 21. num. 175.
9. Coram illo procident Æthiopes: & inimici ejus terram lingent, cap. 5. quæſtion. 21. num. 182.

PSALM. LXXII.

Num. 16. LAbor eſt ante me donec intrem in ſanctuarium Dei, c. 1. q. 12. num. 93.

PSALM. LXXIII.

Num. 5. POſuerunt ſigna ſua, ſigna & non cognoverunt, cap. 1. quæſt. 5. num. 31.
12. Deus autem rex noſter operatus eſt ſalutem in medio terræ, cap. 1. quæſtion. 46.
23. Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper, c. 9. q. 20. n. 198.

PSALM. LXXIV.

Num. 4. EGo confirmavi columnas ejus, c. 3. q. 19. n. 231.

PSALM. LXXV.

Num. 5. ILluminans tu mirabiliter à montibus æternis, cap. 6. quæſtion. 33. num. 288.
8. Tu terribilis es, quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua, c. 6. q. 34. n. 298.
9. Terra tremuit, & quievit cum exurgeret in judicium Deus, cap. 8. quæſtion. 1. numero. 10.

PSALM. LXXVI.

Num. 19. ET enim ſagittæ tuæ tranſeunt: vox tonitrui tui in rota, cap. 6. quæſt. 1. num. 6. & cap. 10. quæſtion. 9. numero. 90.

PSALM. LXXVII.

Num. 16. ET eduxit aquam de petra: & deduxit tanquam flumina aquas, c. 2. q. 23. n. 175.
25. Panem Angelorum manducavit homo: cibaria miſit eis in abundantia, c. 2. q. 48. num. 353.
31. Occidit pingues eorum, & electos Iſraël impedivit, c. 6 q. 18. n. 178.
49. Immiſſiones per Angelos malos, c. 7. q. 1. num. 6.

PSALM. LXXIX.

Num. 14. EXterminavit vineam aper de ſilva, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam, cap. 9. quæſtion. 14. numero 136.

PSALM. LXXX.

Num. 12. ET non audivit populus meus vocem meam, & Iſraël non intendit mihi, c. 10. q. 6. n. 53.

PSALM. LXXXI.

Num. 1. DEus ſtetit in ſynagoga deorum: in medio autem Deus dijudicat, cap. 2. q. 4. n. 25.
7. Vos autem ſicut homines moriemini: & ſicut unus de principibus cadetis, cap. 3. q. 40. num. 349.

CAPUT LXXXIII.

Num. 12. MIſericordiam, & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus, cap. 1. quæſtion. 46. num. 344.

PSALM. LXXXIV.

Num. 2. BEnedixiſti Domine terram tuam, c. c. 2. q. 25. n. 193.
9. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, c. 5. q. 54. n. 470.
11. Miſericordia & veritas obviaverunt ſibi; juſtitia & pax oſculatæ ſunt, cap. 1. quæſt. 14. num. 114.

PSALM. LXXXV.

Num. 15. ERuiſti animam meam ex inferno inferiori, cap. 1. quæſtion. 78. numer. 672.

PSALM. LXXXVI.

Num. 1. FUndamenta ejus in montibus ſanctis, cap. 11. quæſtion. 4. numero 18.
4. Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic, cap. 1. quæſt. 43. num. 321.

PSALM. LXXXVIII.

Num. 5. ET ædificabo in generationem, & generationem ſedem tuam, c. 4. q. 6. n. 36.
8. Deus qui glorificatur in conſilio ſanctorum magnus & terribilis ſuper omnes, qui in circuitu ejus ſunt, cap. 4 quæſtion. 14. numero 115.
26. Et ponam in mari manum ejus, & in fluminibus dexteram ejus, cap. 4. quæſtion. 9. num. 71.
30. Thronus ejus ſicut dies cœli, cap. 11. q. 12. num. 88.
37. Et thronus ejus, ſicut ſol in conſpectu

meo, & ſicut luna perfecta in æternum & teſtis in cœlo fidelis, cap. 1. quæ. 18. n. 136. & c. 3. quæſt. 3. num. 21. & cap. 5. quæſtion. 14. num. 21.

PSALM. XC.

Num 3. QUoniam ipſe liberavit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero, ſcapulis ſuis obumbrabit tibi, cap. 3. q. 36 n 305.

10. Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo, cap. 2. q. 48. n. 354

13 Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis: & conculcabis leonem, & draconem, cap. 2. q. 33 n. 242.

15. Cum ipſo ſum in tribulatione eripiam eum, & glorificabo eum, cap. 1. quæſtion. 6. num. 40.

PSALM. XCI.

Num.13. JUſtus ut palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur, c. 1. quæſt. 48. num. 376. & cap. 7. quæſtion. 22. num. 193.

PSALM. XCII.

Num.1. DOminus regnavit, decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit, cap. 1. quæſt. 27. n. 198. & q. 49. n. 380. & q. 51 n. 402. & c. 4. q 5. n. 35.

4. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus, cap. 10. quæſt. 7. n. 69.

PSALM. XCIII.

Num 7. ET dixerunt: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob c. 2. q. 5. n. 57.

PSALM. XCVI.

Num 1. DOminus regnavit exultet terra, lætentur inſulæ multæ, cap. 1. quæſt. 63 n. 499.

3. Ignis ante ipſum præcedet & inflammabit in circuitu inimicos ejus, c. 10. q. 3. n. 31. & q. 16. n. 162.

4. Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ, vidit, & commota eſt terra, cap. 4. quæſtion. 17. num. 141.

PSALM. C.

Num.2. PErambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ, cap. 1. quæſt. 46. num. 349. & cap. 2. quæſt. 4. num. 28.

PSALM. CI.

Num.7. SImilis factus ſum pelicano ſolitudinis, c. 1. q. 78. n. 673.

PSALM. CII.

Num. 3. QUi ponis nubem aſcenſum tuum: qui ambulas ſuper pennas ventorum, c. 1 q. 28. n. 200.

4. Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem urentem, cap. 1. quæſt. 81. num. 696. & c 6. q. 12. n. 130. & cap. 7. q. 4. num. 38.

10. Qui emittit fontes in convallibus inter medium montium pertranſibunt aquæ, c 4. q. 45. n. 218.

23. Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam uſque ad veſperum, c. 11. q. 12. num. 92.

25. Hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus, c. 6. q. 11. n 122.

PSALM. CIV.

Num.17. IN ſervum venundatus eſt Joſeph, humiliaverunt in compedibus pedes ejus, ferrum pertranſiit animam ejus, c. 3. q. 29. n. 242.

19. Eloquium Domini inflammavit eum, miſit rex, & ſolvit eum, cap. 11. quæſt. 20. num. 146.

PSALM. CV.

Num.35. IMmolaverunt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis, cap. 9. q. 6. n. 66.

PSALM. CVI.

Num.18. OMnem eſcam abominata eſt anima eorum: & appropinquaverunt uſque ad portas mortis, 2. q. 23. num. 178.

23. Qui deſcendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis ipſi viderunt opera Dei, c. 10. q. 7. n. 70.

PSALM. CIX.

Num.2. DOnec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum, c. 1. q. 59. n. 487.

3. In ſplendoribus ſanctorum ex utero ante luciferum genui te, cap. 1. quæſtion. 51. num. 405.

4. Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, cap. 1. quæſt. 47. numero 362.

PSALM. CX.

Num.1. COnfitebor tibi Domine in toto corde meo, in conſilio juſtorum & congregatione, cap. 8. quæſtion. 6. numero 63.

4. Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors, & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe, c. 2. q. 23. n. 174. & quæſt. 48. num. 351.

10. Initium ſapientiæ timor Domini, intellectus bonus omnibus facientibus eum, cap. 1. q. 76. n. 657.

PSALM. CXIII.

Num. 4. Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum, c. 9. q. 25. n. 238.

8. Qui convertit petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum, cap. 10. quæſt. 2. num. 20.

PSALM. CXVII.

Num. 11. Circumdederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis, cap. 1. q. 2. num. 17. & cap. 2. quæſt. 33. num. 244.

16. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me, cap. 1. q. 64. n. 548. & q. 75. num. 643.

17. Narrabo opera Domini caſtigans caſtigavit me Dominus, cap. 3. quæſt. 50. n. 439.

PSALM. CXVIII.

Num. 1. Beati immaculati in via qui ambulant in lege Domini, c. 1. quæſt. 12. numero 90. & cap 3. quæſtion. 29. num. 241.

9. In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam, in cuſtodiendo ſermones tuos, cap. 1. q. 55. num. 449.

11. In corde meo abſcondi eloquia tua: ut non peccem tibi, cap. 1. q. 51. n. 401. & c. 7. q. 14. n. 121.

113. Quam dulcia faucibus meis eloquia Domini ſuper mel ori meo, cap. 10. quæſt. 15. num. 144.

127. Ideo dilexi mandata tua ſuper aurum & topazion, c. 1. q 82. n. 706.

130. Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis, cap. 4. quæſt. 2. num. 12.

140. Ignitum eloquium tuum vehementer, c. 1. q. 56. n. 459.

147. Præveni in maturitate & clamavi, cap. 7. q. 26. n. 227.

165. Pax multa diligentibus legem tuam, cap. 1. q. 14. n. 107.

166. Cuſtodivit anima mea teſtimonia tua, & dilexit ea vehementer, cap. 5. quæſt. 22. num. 204.

PSALM. CXIX.

Num. 4. Sagittæ tuæ acutæ cum carbonibus deſolatoriis, cap. 9. quæſtion. 23. num. 225.

PSALM. CXXI.

Num. 3. Jeruſalem, quæ ædificatur ut civitas: cujus participatio ejus in idipſum, c. 11. q. 6. n. 44.

PSALM. CXXII.

Num. 2. Ecce ſicut oculi ſervorum in manibus dominorum ſuorum, cap. 1. q. 63. n. 540.

PSALM. CXXVI.

Num. 2. Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtquam ſederitis, c. 1. q. 2. n. 13.

PSALM. CXXVIII.

Num. 1. Sæpe expugnaverunt me à juventute mea, etenim non potuerunt mihi, cap. 3. q. 24. n. 195. cap. 9. quæſt. 1. num. 12.

PSALM. CXXIX.

Num. 1. Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ, cap. 5. q. 17. n. 151.

7. Copioſa apud eum redemptio, cap. 5. q. 25. num. 230.

PSALM. CXXXI.

Num. 1. Memento Domine David & omnis manſuetudinis ejus, cap. 5. q. 8. n. 64.

18. Super ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea c. 6. q. 5. n. 64.

4. Si dedero ſomnum oculis meis & palpebris meis dormitationem, donec inveniam locum Domino, cap. 4. q. 39. n. 338.

14. Hæc requies mea, hîc habitabo, quoniam elegi eam, c. 4. q. 5. n. 35.

PSALM. CXXXIV.

Num. 4. Quoniam Jacob elegit ſibi Dominus Iſraël in poſſeſſionem ſibi, c. 7. q. 28. n. 237.

7. Educens nubes ab extremis terræ: fulgura in pluviam fecit, c. 4. q. 33. n. 300. & c. 4. q. 17. num. 131.

PSALM. CXXXVI.

Num. 1. Super flumina Babylonis illic ſedimus, & flevimus, dum recordaremur tui Sion, c. 9. q. 19. n. 182.

PSALM. CXXXVIII.

Num. 3. Intellexiſti cogitationes meas de longè: ſemitam meam & funiculum meum inveſtigaſti, cap. 2. quæſt. 60. num. 467.

7. Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam, c. 4. q. 22. n. 180.

12. Quia tenebræ non obſcurabuntur à te; & nox ſicut dies illuminabitur, cap. 2. q. 62. num. 483.

16. In libro tuo omnes ſcribentur, dies formabuntur, c. 5. q. 2. n. 10.

17. Nimis honorificati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum, c. 2. q. 30. n. 224. q. 66. n. 529.

PSALM. CXL.

Num. 6. ABſorpti ſunt juxta petram judices eorum, c. 5. quæſt. 18. num. 163.
7. Sicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram: diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum, c. 3. q. 13. num. 99. & cap. 11. quæſt. 6. num. 46.
10. Singulariter ſum ego donec tranſeam, c. 11. q. 22. n. 178.

PSALM. CXLIII.

Num. 12. Filiæ eorum compoſitæ: circumornatæ, ut ſimilitudo templi, c. 3. q. 59. n. 445.

PSALM. CXLIV.

Num. 3. MAgnus Dominus, & laudabilis nimis: & magnitudinis ejus non eſt finis, cap. 7. quæſtion. 25. numero 214.
16. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione, cap. 2. quæſtion. 23. num. 176.

PSALM. CXLVII.

Num. 14. QUi poſuit fines tuos pacem & adipe frumenti ſatiat te, c. 3. q. 56. n. 246.
15. Qui emittit eloquium ſuum terræ: velociter currit ſermo ejus, cap. 1. quæſtion. 76. num. 573.

PSALM. CXLVIII.

Num. 1. LAudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelſis, cap. 4. q. 37. n. 339.
2. Laudate eum omnes Angeli ejus: laudate eum omnes virtutes ejus, & cap. 7. quæſt. 25. num. 216.

Ex Proverbiis.

CAPUT I.

Num. 1. PArabolæ Salomonis filii David, c. 7. q. 10. n. 95.

CAPUT II.

Num. 5. SIcut theſauros effoderis illam, c. 10. q. 14. n. 136.

CAPUT III.

Num. 16. LOngitudo dierum in dextera ejus, in ſiniſtra illius divitiæ & gloria, c. 5. q. 18. n. 157. & cap. 1. quæſt. 64. num. 552.
18. Lignum vitæ his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam beatus, c. 2. q. 12. num. 158.

CAPUT V.

Num. 3. FAvus diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur ejus: noviſſima autem illius amara, quaſi abſynthium, & acuta quaſi gladius biceps, cap. 1. quæſtion. 69. num. 594. cap. 9. quæſt. 11. numer. 103.

CAPUT VI.

Num. 5. ERuere quaſi damula de manu, & quaſi avis de manu aucupis, c. 1. q. 54. num. 434.
6. Vade ad formicam ô piger, & conſidera vias ejus, & diſce ſapientiam, cap. 3. quæſtion. 2. num. 13.
23. Mandatum lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ, cap. 1. quæſtion. 56. numer. 459. & cap. 5. quæſtion. 1. numero 7.

CAPUT VII.

Num. 12. NUnc foris, nunc in plateis, nunc juxta angulos inſidians, c. 7. q. 1. n. 11.
17. Aſperſi cubile meum mirrha, aloë, & cinnamomo, capit. 2. quæſtion. 60. numero 461.
27. Viæ inferni domus ejus penetrantes in interiora mortis, c. 2. quæſtion. 78. num. 672.

CAPUT VIII.

Num. 15. PEr me reges regnant, & legum conditores juſta decernunt, c. 6. p. 101. n. 109.
17. Qui mane vigilant ad me, invenient me, c. 1. q. 56. n. 463.

CAPUT XI.

Num. 1. SApientia ædificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, poſuit menſam ſuam; miſit ancillas ſuas, cap. 2. q. 19. n. 152. & c. 6. q. 9. n. 97. & cap. 7. q. 19. n. 170. & c. 7. q. 32. n. 273.

CAPUT X.

Num. 2. NOmen impiorum putreſcet, c. 3. q. 33. n. 282.

CAPUT XI.

Num. 28. JUſti autem quaſi virens folium germinabunt, c. 11. quæſt. 14. num. 106.

CAPUT XIV.

Num. 28. QUi patiens eſt, multa gubernatur prudentia, cap. 11. q. 19. num. 40.

CAPUT

CAPUT XVIII.

Num.10. TUrris fortiſſima nomen Domini, ad ipſum currit juſtus, & exaltabitur, c. 2. q. 7. n 61.

CAPUT. XIX.

Num.13. TEcta perſtillantia litigioſa mulier, c. 8. q. 16. n. 160.

24. Abſcondit piger manum ſuam ſub aſcella, nec ad os ſuum applicat eam, c. 1. quæſt.41. n. 309.

CAPUT XX.

Num.28. MIſericordia, & veritas cuſtodiunt Regem, & roboratur clementia thronus ejus, cap. 3. quæſt. 36. n. 305.

CAPUT. XXI.

Num.28. VIr obediens loquetur victorias, c. 2. q. 19. n. 146.

CAPUT. XXIV.

Num. 16. SEpties cadit juſtus, & reſurgit, cap. 2.q.12.n.96.& cap.3.q. 48. n. 427.

CAPUT XXV.

MEl inveniſti, comede, quod ſufficit, c.10. q. 14. n. 133.

CAPUT XXVIII.

Num.1. JUſtus quaſi leo confidit, abſque terrore erit, c. 4.q.25.n.211. & cap 5. q. 12. n. 89.

13. Aperi oculos tuos & ſaturare panibus; c. 2. q. 49. n. 378.

PSALM. XXX.

Num.24. REgem locuſtæ non habent, c. 9. q. 4. n. 44.

30. Leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pavebit occurſum, cap. 5. quæſtion.12. n. 92.

CAPUT XXXI.

Num.20. MAnus ſuas aperuit inopi & palmas ſuas extendit ad pauperem, c 3.q. 52. n 464.

21. Omnes domeſtici ejus veſtiti ſunt duplicibus, c.6. q. 28. n. 249.

Ex Eccleſiaſte.

CAPUT I.

Num.1. VErba Eccleſiaſtæ Filii David Regis Jeruſalem, cap. 7. quæ. 10. num. 95.

18. Eo quod in multa ſapientia ſit indignatio: & qui addit ſcientiam addit & laborem, c. 10. q. 5. n. 57.

CAPUT III.

Num. 1. OMnia tempus habent ſuis ſpatiis tranſeunt univerſa, cap.7. q. 26. n. 227.

CAPUT IV.

Num.8. UNus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non ceſſat, nec ſaturantur oculi ejus divitiis, cap. 7. q. 18 n. 165.

12. Etſi quiſpiam prævaluerit contra unum, duo reſiſtunt ei, cap. 1. quæſtion. 6. numer. 42.

CAPUT VII.

Num.27. INveni amariorem morte mulierem quæ laqueus venatorum eſt, c. 2. q. 59. n. 449.

CAPUT VIII.

Num.9. NOn eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritum, nec habet poteſtatem in die mortis, nec ſimiliter quieſcere ingruente bello, cap. 1. quæſt. 31. num. 235.

CAPUT X.

Num.11. SI mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occultè detrahit, cap. 9. quæſtion. 11. numero 106.

CAPUT XII.

Num.1. MEmento creatoris tui in diebus juventutis tuæ, c. 6. quæſt. 18. num. 176.

Ex Canticis

CANTICORUM.

CAnticum Canticorum Salomonis, c. 1. q. 9. num. 60.

PSALM. I.

Num.1. OSculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt ubera tua vino, cap.1.q. 67.n.576. & c. 1.q. 13.n.103.& c 9. q. 10. n. 101.

2. Meliora ſunt ubera tua vino fragrantia unguentis optimis, cap. 1. quæſt. 50. n. 387. & 388.

Oleum effuſum nomen tuum, ideo adoleſcentulæ dilexerunt te, c. 2. q. 18.n.143. & q.41. n. 304.

3. Trahe me poſt te curremus in odorem unguentorum tuorum, c.7. q. 18. n. 164.

4. Nigra ſum ſed formoſa, cap. 2. quæſt. 12. num. 97.

5. Filii matris meæ pugnaverunt contra me poſuerunt me cuſtodem in vineis, c. 2. q. 31. n. 231.
7. Si ignoras te, ô pulcherrima mulierum, egredere, & abi poſt veſtigia gregum, cap. 8. q. 18. n. 189.
9. Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis: collum tuum ſicut monilia, cap. 3 q. 10. n 72. & q. 46. n. 407.
12. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, c. 10 q. 15. n. 148.
13. Botrus cypri dilectus, cap. 2. quæſt. 23. n. 177.
16. Tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina, cap. 3. quæſt. 47. num. 414.

CAPUT II.

Num. 1. EGo flos campi, cap. 1. quæſt. 22. n. 179.
2. Sicut lilium inter ſpinas ſic amica mea inter filias, cap. 1 q. 44. n. 328. & q. 78. num. 665. & c. 2. q. 40. n. 291.
4. Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem, c. 2. q. 48. n. 366. & c. 8. q. 1. n. 18
6. Læva ejus ſub capite meo & dextera illius amplexabitur me, cap. 1. q. 37. num 276 & q. 95. n. 262.
10. En dilectus meus loquitur mihi, ſurge, propera amica mea, cap. 2. quæſtion. 57. n. 431.
12. Flores apparuerunt in terra, tempus putationis advenit, cap. 6. quæſtion. 18. n. 277.
13. Surge amica mea, ſpecioſa mea, veni columba mea in foraminibus petræ, c. 3. q. 54. num. 477.

CAPUT III.

Num. 1. IN lectulo meo per noctes quæſivi, quem diligit anima mea, c. 2. q. 67. n. 549.
3. Invenerunt vigiles, qui cuſtodiunt civitatem; Num quem diligit anima mea vidiſti? c. 1. q. 52. n. 416.
Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illam in domum matris meæ, cap. 3. q. 45. n. 398.
6. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, cap. 5. quæſt. 22. n. 202. & cap. 8. quæſt. 7. n. 75.
7 En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi, c. 2. q. 46. n. 343.
8. Uniuſcujuſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos, c. 2. q. 33. n. 288.
9. Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis libani, columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, c. 3. q. 44. n. 389.
11. Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater ſua, c. 4. q. 6. n. 40.

CAPUT IV.

Num. 2. DEntes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lavacro, cap 3. quæſt. 23. num. 183. & cap. 9 quæſt. 11. n. 102.
3. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ abſque eo, quod intrinſecùs latet, cap. 11. q 13. n 101.
4. Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, c. 4. q. 26. num. 210. & q. 28. n. 229. & c. 4 q. 35. n. 309.
6. Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris, c. 5. q. 22. n. 202.
8. Veni de libano ſponſa mea, veni de libano, veni coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, cap. 5. quæſt. 26. n. 244. & cap. 7 q. 13. num. 116. & cap. 8 q. 15. n. 155.
9. Vulneraſti cor meum ſoror mea, ſponſa, vulneraſti cor meum in uno oculorum tuorum, cap. 6. q. 11. num. 123. & c. 3. q. 59. num 523.
11. Favus diſtillans labia tua ſponſa, mel, & lac ſub lingua tua, & odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris, c. 3. q. 47. n. 413 & c. 5. q. 3. n. 25.
16. Surge Aquilo, & veni auſter, & perfla hortum, & fluent aromata illius. cap. 3. quæſt. 24. num. 198. & cap. 7. quæſtion. 2. num. 23.

CAPUT V.

Num. 1. MEſſui myrrham meam cum aromatibus meis, c. 5. quæſt. 22. n. 202.
2. Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, quia caput meum plenum eſt rore, cap. 1. q. 25. n. 185. c. 1. q. 3. n. 425. & cap. 3. q. 20. n. 168.
7. Invenerunt me cuſtodes, qui circumeunt civitatem: percuſſerunt me & vulneraverunt me, c. 1. q. 52. n. 416.
10. Dilectus meus candidus & rubicundus electus ex millibus, c. 2. q. 49. n. 371. & c. 5. q. 27. n. 250.
11. Caput ejus aurum optimum, comæ ejus ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi corvus, c. 1. q. 53. n. 427. & q. 55. n. 451. & c. 4. q. 12. n. 29. & c. 2. q. 49. n. 371. & cap. 5. quæſt. 27. n. 250.
15. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas, cap. 1. q. 58. num. 478.

CAPUT VI.

Num. 3. PUlchra es amica mea, ſuavis, & decora ſicut Jeruſalem, c. 21. q. 4. num. 30.
6. Sicut cortex mali punici, ſic genæ tuæ abſque occultis tuis, cap. 11. quæſtion. 13. n. 101.
7. Sexaginta ſunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus, c. 4. q. 15. n. 128.

CAP. VII.

CAPUT VII.

Num. 1. QUid videbis in Sulamite niſi choros caſtrorum, c. 4 q. 38. n. 351.
4. Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis, cap. 1. q. 60. n. 511.
5. Caput tuum ut Carmelus: & comæ capitis tui ſicut purpura Regis vincta canalibus, c. 2. q 55. n. 452.
6. Quàm pulchra es, & quàm decora chariſſima in deliciis: c. 2. q. 55. n. 421. & c. 11. q. 4. n. 30.
7. Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & ubera tua botris, c. 2. q. 36. n. 262. & c. 6. q. 22. n. 187.
8. Erunt ubera tua ſicut botri vineæ: & odor oris tui ſicut malorum, cap. 1. q. 44. num. 329.

CAPUT VIII.

Num. 5. QUæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum, cap. 6. quæſt. 29. n. 246.
6. Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, ut ſignaculum ſuper brachium tuum, c. 7. q. 4. num. 40.
6. Quia fortis eſt ut mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio: lampades ejus lampades ignis, atque flammarum, c. 1. q. 76. n. 676. & cap. 2. quæſt. 14. num. 112. & cap. 11. quæſt. 21. n. 165.
7. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam, c. 1. q. 51. n. 405.
8. Soror noſtra parva, & ubera non habet, quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt? cap. 1. quæſtion. 44. n. 329.
10. Ego murus, & ubera mea ſicut turris, ex quo facta ſum coram eo, quaſi pacem reperiens, cap. 6. quæſtion. 22. n. 203.
13. Quæ habitas in hortis, amici auſcultant? fac me audire vocem tuam, cap. 8. quæſt. 8. num. 73.

Ex Sapientia.

CAPUT II.

Num. 24. INvidia autem diaboli, mors intravit in orbem terrarum, c. 2. q. 37. num. 270.

CAPUT III.

Num. 6. TAnquam aurum in fornace probavit illos, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos, c. 1. q. 35. n. 264. & c. 3. q. 44. n. 387.

CAPUT IV.

Num. 9. CAni autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita Immaculata, cap. 7. quæſtion. 26. numero. 232.

17. Videbunt finem ſapientis & non intelligent, quid cogitaverit de illis Deus, & quare munierit illum Dominus, c. 5. q. 29. n. 277.

CAPUT V.

Num. 9. TRanſierunt omnia illa tanquam umbra, & tanquam nuntius percurrens, c. 1. q. 54. n. 434.
13. Sic nos nati continuò deſivimus eſſe, cap. 1. q. 6. n. 39.
19. Induet pro thorace juſtitiam, accipiet pro galea judicium certum, cap. 9. quæſt. 3. num. 42.
21. Pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos, c. 5. q. 9. n. 72.

CAPUT VI.

Num. 6. HOrrende & citò apparebit vobis, quoniam judicium duriſſimum his, qui præſunt, fiet, cap. 10. quæſt. 15. num. 147.

CAPUT. IX.

Num. 7. TEcum ſapientia tua, quæ novit opera tua, quæ affuit tunc cum orbem terrarum faceres, c. 10. q. 11. n. 108.

CAPUT XIII.

Num. 10. INfelices autem ſunt, & inter mortuos ſpes illorum eſt, qui appellaverunt Deos opera manuum hominum, c. 9. q. 25. n. 241.

CAPUT XVI.

Num. 20. PAratum panem de Cœlo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem & omnis ſaporis ſuavitatem, c. 2. q. 48. n. 365.
27. Exiguo radio ſolis calefactum tabeſcebat, c. 2. q. 48. n. 361.

Ex Eccleſiaſtico.

CAPUT I.

Num 16. INitium ſapientiæ timor Domini, & cum fidelibus in vulva concreatus eſt, c. 1. q. 76. n. 657.
21. Receptacula à theſauris illius. cap. 1. q. 62. num. 536.

CAPUT II.

Num. 20. QUantò magnus es humilia te in omnibus coram Deo, & invenies gratiam, c. 11. q. 2. n. 13.

CAPUT VII.

Num. 31. IN tota anima tua time Deum, & Sacerdotes illius ſanctifica, cap. 1. q. 24. n. 178.
35. Honora Deum in tota anima tua, & honorifica Sacerdotes ejus, ibid.

CAP. IX.

CAPUT. IX.

Num.20. QUoniam in medio laqueorum ingredieris, & ſuper dolentium arma ambulabis, c. 4. q. 35. n. 309.

CAPUT X.

Num. 9. AVaro nihil eſt ſceleſtius; quid ſuperbit pulvis & cinis? c. 8. q. 12. n. 102.

CAPUT. XV.

Num.3. CIbavit illum pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potavit illum, cap. 9. q. 3. n. 15. & c. 10. q. 14. num. 135.

CAPUT XXI.

Num.4. QUaſi romphæa bis acuta omnis iniquitas, plaga illius non eſt ſanata, c. 1. q. 69. n. 594.

CAPUT XXIII.

Num.28. ET non cognovit, quoniam oculi Domini, multò plus lucidiores ſunt ſuper ſolem circumſpicientes omnes vias hominum, c. 2. q. 62. n. 484.

CAPUT XXIV.

Num.8. GYrum Cœli circuivi ſola & profundum abyſſi penetravi, in fluctibus maris ambulavi, & in omni populo, & in omni gente primatum habui, c. 4. q. 1. n. 5. & q. 11 n. 82.

18. Quaſi cypreſſus in monte Sion, quaſi palma exaltata ſum in Cades, c. 5. q. 3. n. 26.

19. Quaſi oliva ſpecioſa in campis, & quaſi platanus exaltata ſum juxta aquas in plateis, c. 4. q. 18. n. 149.

24. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei, c. 11. q. 4. n. 26.

CAPUT XXVII.

Num.9. SI ſequaris juſtitiam apprehendes illam, & induces quaſi poderem honoris, c. 1. q. 48. n. 374.

12. Homo ſanctus in ſapientia manet ſicut ſol, nam ſtultus ut luna mutatur, c. 3. q. 29. n. 243.

CAPUT XXXVII.

Num.17. OBaudite me divini fructus, & quaſi roſa plantata ſuper rivos aquarum fructificate, c. 2. q. 13. n. 102.

CAPUT XLI.

Num.17. SApientia abſcondita theſaurus inviſus, quæ utilitas in utriſque, 1. q. 61. n. 521. & c. 5. q. 19. n. 168.

CAPUT XLII.

Num.19. COgnovit Dominus omnem ſcientiam, revelans veſtigia occultorum. Non præterit illum omnis cogitatus, c. 2. q. 62. n. 485.

CAPUT. XLIII.

Num.12. VIde arcum, & benedic eum, qui fecit illum, valde ſpecioſus in ſplendore ſuo, c. 4. q. 11. n. 82.

CAPUT. XLIV.

Num.16. HEnoch placuit Deo, & tranſlatus eſt in Paradiſum ut det gentibus pœnitentiam, c. 11. q. 7. n. 59. & q. 13. n. 97.

CAPUT XLVIII.

Num.1. SUrrexit Elias Propheta quaſi ignis, verbum ipſius quaſi facula ardebat, c. 7. q. 5. n. 45.

10. Qui ſcriptus eſt in judiciis temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & reſtituere tribus Iſraël, c. 11. q. 7. n. 58.

CAPUT XLIX.

Num.17. JOſeph, qui natus eſt homo, princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, ſtabilimentum populi, c. 1. q. 23. n. 174.

CAPUT L.

Num.6. QUaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi luna in diebus ſuis lucet, c. 2. q. 67. n. 545. & c. 3. q. 3. n. 20.

9. Quaſi ignis effulgens, & thus ardens in igne, c. 5. q. 23. n. 209.

Ex Iſaia.

CAPUT I.

Num.13. NE offeratis ultra ſacrificium fruſtra: incenſum abominatio eſt mihi, c. 3. q. 10. n. 71.

15. Cùm multiplicaveritis orationem, non exaudiam, manus veſtræ plenæ ſunt ſanguine, c. 1. q. 20. n. 156.

18. Si fuerint peccata veſtra ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt. c. 1. q. 54. n. 441.

CAPUT III.

Num.8. ADinventiones eorum contra Dominum, ut provocarent oculos majeſtatis ejus, c. 1. q. 56. n. 460.

14. Vos depaſti eſtis vineam meam, & rapina pauperis in domo veſtra, c. 2. q. 56. n. 425.

CAPUT. VI.

Num.1. ANno quo mortuus eſt Rex Ozias vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium elevatum, c. 1. q. 4. num. 28. & q. 24. n. 183. & c. 5. q. 26. n. 245.

1. Et

1. Et quæ ſub ipſo erant replebant templum, c. 8. q. 2. n. 22.
2. Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ uni, & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant, c. 1, q. 26 n. 191. & q. 72. n. 628. & 629.
4. Plena eſt omnis terra gloria ejus. Et commota ſunt ſuper liminaria cardinum à voce clamantis, c. 8. q. 10. n. 108.
1. Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego ſum & in medio populi polluta labia habentis ego habito, c. 3. q. 43. n. 382.

CAPUT. VII.

Num. 13. Audite ergo domus David, nunquid parum vobis eſt, moleſtos eſſe hominibus, c. 1. q. 18. n. 138.

CAPUT VIII.

Num. 2. Adhibui mihi teſtes fideles, Uriam Sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ, c. 3. q. 35. n. 298.
4. Antequam ſciat puer vocare patrem ſuum, & matrem ſuam auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ, c. 5. q. 27. n. 258.

CAPUT IX.

Num. 3. Multiplicaſti gentem, non magnificaſti læ itiam, lætabuntur coram te, c. 3. q. 33. n. 278.
5. Veſtimentum mixtum, ſanguine, erit in combuſtionem, & cibus ignis, c. 6. q. 33. n. 292.
9. Factus eſt principatus ſuper humerum ejus: & vocabitur nomen ejus admirabilis, cap. 1. q. 53. n. 431.

CAPUT X.

Num. 27. Auferetur onus ejus de humero tuo, jugum ejus de collo tuo, c. 2. q. 46.

CAPUT XI.

Num. 1. Egredietur virga de radice Jeſſe & flos de radice ejus aſcendet & requieſcet ſuper eum Spiritus Domini: ſpiritus ſapientiæ & intellectus, c. 1. q. 76. n. 657.
3. Non ſecundù n viſionem oculorum judicabit, neque ſecundùm auditum aurium arguet, c. 6. q. 12. n. 129.
4. Spiritus labiorum ſuorum interficiet impium, c. 1. q. 67. n. 577.
9. Repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquæ maris operientes, c. 1. q. 60. n. 501.
10. In die illa radix Jeſſe, qui ſtat in ſignum populorum ipſum gentes deprecabuntur, c. 5. q. 14. n. 116.

CAPUT XII.

Num. 6. Exulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui Sanctus Iſraël, c. 1. q. 46. n. 343.

CAPUT XIII.

Num. 9. Ecce dies Domini veniet, crudelis & indignationis plenus, & iræ furoris, ad deponendam terram in ſolitudinem, c. 6. q. 24. n. 299.

CAPUT XIV.

Num. 11. Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua; concidit cadaver tuum: ſubter ſternetur tinea, c. 2. q. 60. n. 462.
23. Sedebo in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis; aſcendam ſuper altitudinem nubium; ſimilis ero altiſſimo, c. 3. q. 54. n. 480.
28. De radice colubri egredietur regulus, & ſemen ejus abſorbens volucrem, c. 1. q. 61. n. 530. & c. 4. q. 44. n. 386.

CAPUT XVI.

Num. 1. Emitte Agnum Domine dominatorem terræ de Petra deſerti ad montem filiæ Sion. c. 5. q. 15. n. 129,
11. Venter meus ad Moab quaſi cythara ſolabit, & viſcera mea ad murum cocti lateris, c. 5. q. 21. n. 187.

CAPUT XIX.

Num. 1. Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem levem, & ingredietur Ægyptum, c. 10. q. 2. n. 16.
19. In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini juxta terminum ejus, c. 9. q. 19. n. 183.

CAPUT XXII.

Num. 22. Et dabo clavum domus David ſuper humerum ejus, & aperiet, & non erit, qui claudat, claudet, & non erit, qui aperiat, c. 3. q. 19. n. 253. & c. 5. q. 1. num. 8.

CAPUT XXV.

Num. 1. Quoniam feciſti mirabilia, cogitationes antiquas fideles, Amen, c. 3. q. 33. n. 285.

CAPUT XXVI.

Num. 1. Urbs fortitudinis noſtræ Sion Salvator, ponetur in ea murus, & antemurale, c. 2. q. 7. n. 61.
10. In terra ſanctorum iniqua geſſit, & non videbit gloriam Domini, c. 1. q. 29. n. 216.
17. Sicut quæ concipit cum appropinquaverit ad partem dolens clamat in doloribus ſuis, ſic facti ſumus à facie tua, Domine, c. 1. q. 66. n. 569.

CAPUT XXVII.

Num. 10. Paſcetur ibi vitulus, & ibi accubabit, & conſumet ſummitates ejus, c. 6. q. 7. n. 80.

CAPUT XXVIII.

Num. 5. In die illa erit Dominus exercituum, coronam gloriæ, & ſertum exultationis

tionis reſiduo populo ſui, cap. 2. q. 36. n. 264.
19. Sola vexatio intellectum dabit auditui, c. 3. q. 48. n. 418.
21. Sicut enim in monte diviſionum ſtabit Dominus: ſicut in valle, quæ eſt in Gabaon iraſcetur: ut faciat opus ſuum, alienum opus ejus, c. 1. q. 75. n. 650.

CAPUT XXX.

Num. 13. VEniet contritio ejus. Et comminuetur, ſicut conteritur lagena figuli contritione pervalida, cap. 2. q. 66. n. 523.
20. Dabit Dominus vobis panem arctum, & aquam brevem, & non faciet à te ultra avolare Doctorem tuum, c. 2. q. 23. n. 172.
21. Et aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis, c. 1. q. 39. n. 291.
26. Et erit lux lunæ, ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum, c. 1. q. 70. n. 604.
32. Et erit tranſitus virgæ fundatus, quem requiſcere faciet Dominus ſuper eum in tympanis, c. 1. q. 69. n. 595.

CAPUT XXXI.

Num. 9. VIvit Dominus, cujus ignis eſt in Sion, & caminus ejus in Jeruſalem, c. 1. q. 58. n. 484.

CAPUT XXXIII.

Num. 15. EXcutit manus ſuas ab omni munere, qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem, c. 1. q. 64. n. 555.
20. Oculi tui videbunt Jeruſalem habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poteſt, c. 2. q. 36. n. 266.
21. Quia ibi ſolummodo magnificus eſt Dominus noſter, c. 2. q. 23. n. 175.

CAPUT XXXIV.

Num. 4. ET tabeſcet omnis militia Cœlorum, & complicabuntur ſicut liber Cœli, c. 6. q. 32. n. 289.

CAPUT XXXVI.

Num. 11. LOquere ad ſervos tuos Syra lingua: intelligimus enim, cap. 9. q. 14. n. 140.
13. Clamavit voce magna Judaicè: & dixit audite verba Regis magni, ibid.

CAPUT XL.

Num. 10. ECce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium ejus dominabitur: ecce merces ejus coram eo, & opus illius coram illo, c. 2. q. 22. n. 168.

CAPUT XLI.

Num. 1. TAceant ad me inſulæ & gentes mutent fortitudinem, c. 8. q. 2. num. 25.

CAPUT XLII.

Num 4. NOn erit triſtis, neque turbulentus, donec ponat in terra judicium, cap. 2. quæſt. 67. num. 541.
14. Tacui ſemper, ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar: diſſipabo & abſorbebo ſimul, c. 4. q. 17. n. 144.

CAPUT XLIII.

Num. 24. SErvire me feciſti in peccatis tuis, præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis, c. 1. q. 69. n. 598.

CAPUT XLV.

Num. 15. VErè tu es Deus abſconditus Deus Iſraël Salvator, c. 2. q. 46. n. 335. & c. 4. q. 25. n. 222. & c. 5. q. 2. n. 19. c. 10. q. 2. n. 16.

CAPUT XLVII.

Num. 1. DEſcende, ſede in pulvere virgo filia Babylon, ſede in terra, c. 6. q. 18. n. 178.

CAPUT XLIX.

Num. 2. POſuit os meum quaſi gladium acutum: in umbra manus ſuæ protexit, c. 1. q. 67. n. 577.
16. Ecce in manibus meis deſcripſi te, muri tui coram oculis meis ſemper, c. 3. q. 28. n. 228.
18. Vivo ego dicit Dominus, quia omnibus his, velut ornamento veſtieris, & circumdabis tibi eos quaſi ſponſa, c. 1. q. 48. n. 373.

CAPUT LII.

Num. 2. SOlve vincula colli tui captiva filia Sion, c. 3. q. 10. n. 72.
7. Quàm pulchri ſuper montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem, cap. 1. q. 14. n. 109. & c. 6. 3. n. 40.

CAPUT LIII.

Num. 2. ET aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti, c. 5. q. 14. n. 119.
Vidimus eum, & non erat aſpectu, & deſideravimus eum, deſpectum, & noviſſimum virorum, c. 7. q. 73. n. 634.
9. Eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus, c. 1. q. 55. n. 406.

CAPUT LV.

Num. 1. OMnes ſitientes: venite ad aquas: & qui non habetis argentum properate, & emite & comedite abſque argento, & abſque ulla commutatione, c. 3. q. 43. n. 373.
2. Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in craſſitudine anima veſtra, c. 2. q. 49. n. 377.
4. Ecce teſtem populi mei dedi eum, ducem, ac præceptorem in gentibus, c. 1. q. 18. n. 136.

CAPUT LVII.

Num. 19. CReavi fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longè eſt, & pacem

cem ei, qui propè, dicit Dominus, cap. 10. q. 3. num. 30.

CAPUT LVIII.

Num. 1. CLama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum, & domui Jacob peccata eorum, c. 1. q. 41. n. 309.

CAPUT LIX.

Num. 15. ET vidit Dominus, & malum apparuit in oculis ejus: & vidit, quia non eſt vir, & aporiatus eſt, cap. 8. q. 1. n. 19. & q. 6. n. 69.

CAPUT LX.

Num. 14. ET adorabunt veſtigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi, c. 3. q. 23. n. 181.

17 Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum; & pro lignis æs, & pro lapidibus argentum, c. 4. q. 33. n. 291.

CAPUT LXI.

Num. 10. INdumento juſtitiæ circumdabit me & quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus, c. 1. q. 48. n. 374.

CAPUT LXII.

Num. 1. PRopter Sion non tacebo, & propter Jeruſalem non quieſcam, donec egrediatur ut ſplendor juſtus ejus, & ſalvator ejus ut lampas aſcendat, c. 1. q. 58. n. 485. & c. 5. q. 20. n. 179.

CAPUT LXIII.

Num. 2. QUare rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua, ſicut calcantium in torculari, c. 7. q. 21. n. 182.

3 Torcular calcavi ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum: calcavi eos in furore meo & conculcavi eos in ira mea, c. 1. q. 59. n. 487. & c. 5. q. 9. n. 72.

9. In omni tribulatione eorum non eſt tribulatus, & Angelus faciei ejus ſalvavit eos, c. 1. q. 69. n. 598.

CAPUT LXIV.

Num. 5. ECce tu iratus es, & peccavimus: in ipſis fuimus ſemper, & ſalvabimur. Et facti ſumus ut immundus omnes nos, c. 3. q. 39. n. 339.

CAPUT LXV.

Num. 16. QUi benedictus eſt ſuper terram benedicetur in Deo Amen: & qui jurat in terra jurabit in Deo, cap. 3. q. 34. n. 285.

Ex Jeremia.

CAPUT I.

Num. 10. ECce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna ut evellas, & deſtruas & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, c. 1. q. 79. n. 679.

11. Quid tu vides Jeremia? Et dixi: virgam vigilantem ego video, c. 4. q. 34. n. 307.

18. Dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum regibus Juda, principibus ejus, c. 3. q. 30. n. 252.

CAPUT II.

Num. 12. OBſtupeſcite Cœli ſuper hoc, & portæ ejus deſolamini vehementer, dicit Dominus, duo enim mala fecit populus meus, c. 4. q. 12. n. 96.

CAPUT IV.

Num. 10. HEu, heu, heu Domine Deus, ergone decepiſti populum iſtum, dicens: Pax erit vobis, & ecce pervenit gladius uſque ad animam, c. 1. q. 67. n. 575.

CAUT VI.

Num. 27. PRobatorem te dedi in populo meo robuſtum: & ſcies, & probabis viam eorum: & omnes iſti principes declinantes, ambulantes fraudulenter, cap. 2. q. 6. n. 47.

CAPUT VII.

Num. 18. UT faciant placentas reginæ Cœli, & libent diis alienis, & me ad iracundiam provocent, c. 4. q. 12. n. 96

CAPUT VIII.

Num. 16. A Dan auditus eſt fremitus equorum ejus, à voce hinnituum pugnatorum ejus, commota eſt omnis terra: & venerunt, & devoraverunt terram, cap. 7. q. 15. n. 139.

CAPUT XI.

Num. 16. OLivam uberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocavit Dominus nomen tuum, c. 11. q. 14. n. 104.

CAPUT XII.

Num. 2. PRoficiunt, & faciunt fructum, prope es tu ori eorum, & longe à renibus eorum, c. 2. q. 16. n. 126.

CAPUT XVII.

Num. 10. EGo Dominus ſcrutans cor, & probans renes qui do unicuique juxta viam ſuam, c. 2. q. 61. n. 482.

18 Paveant illi, & non paveam ego, induc ſuper eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos, c. 2. q. 60. n. 459. & c. 11. q. 28. n. 224.

CAPUT XIX.

Num.13. IN quarum domibus ſacrificaverunt omni militiæ Cœli, & libaverunt libamina diis alienis, c. 4. q. 12. n. 96.

CAPUT XXIII.

Num.30. ECce ego ad Prophetas ait Dominus, qui furantur verba mea unuſquiſque à proximo ſuo, cap. 1. quæſt. 61. num. 527.

CAPUT XXV.

Num.4. MIſit Dominus ad vos omnes ſervos ſuos Prophetas, conſurgens diluculo, mittenſque, & non audiſtis, c. 2. q. 54. n. 413.

CAPUT XXIX.

Num.23. LOcuti ſunt verbum in nomine meo mendaciter quod non mandavi eis: ego ſum judex, & teſtis dicit Dominus, c. 2. q. 4. 30.

CAPUT XXX.

Num.5. QUoniam hæc dicit Dominus: vocem terroris audivimus: formido & non eſt pax. Tu ergo non timeas ſerve meus Jacob, c. 1. q. 79. n. 680.

14. Plaga inimici percuſſi te, & caſtigatione crudeli: propter multitudinem iniquitatis tuæ, c. 3. q. 50. n. 435.

CAPUT. XXXI.

Num.2. INvenit gratiam in deſerto populus, qui remanſerat à gladio, valet ad requiem ſuam Iſraël, c. 2. q. 11. n. 91.

22. Creavit Dominus novum ſuper terram fœmina circumdabit virum, hæc dicit Dominus exercituum, c. 5. q. 25. n. 224.

CAPUT XXXII.

Num.19. OCuli aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam, ut reddas unicuique ſecundum vias ſuas, cap. 1. Expoſit. 10. n. 419.

CAPUT XXXIV.

Num.4. MIſi ad vos omnes ſervos meos Prophetas de nocte conſurgens, mittenſque & dicens, c. 10. q. 8. n. 80.

CAPUT XLVI.

Num.20. VItula elegans, atque formoſa Ægyptus: ſtimulator ab Aquilone veniet ei, c. 8. q. 16. n. 164.

CAPUT I.

Num.23. QUomodo confractus & contritus malleus univerſæ terræ? c. 6. q. 91. n. 102.

Ex Threnis.

CAPUT I.

Num.13. DE excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & exaudivit me, expandit rete pedibus meis, convertit me retrorſum, c. 3. q. 48. n. 418.

14. Vigilavit jugum iniquitatum mearum: in manu ejus convolutæ ſunt, & impoſitæ collo meo, c. 2. q. 62. n. 485.

15. Dominus de medio mei: vocavit adverſum me tempus, ut contereret electos meos, c. 10. q. 12. n. 117.

CAPUT III.

Num.27. BOnum eſt viro cum portaverit jugum ab adoleſcentia ſua, c. 2. q. 46. n. 342.

28. Sedebit ſolitarius, & tacebit: quia levavit ſe ſuper ſe, c. 1. q. 38. n. 287.

CAPUT IV.

Num.1. QUomodo obſcuratum eſt aurum mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarii, cap. 7. quæſt. 44. num. 387. & cap. 6. quæſt. 11. num. 217.

Ex Baruc.

CAPUT III.

Num.34. STellæ autem dederunt lumen in cuſtodiis ſuis, & lætatæ ſunt, vocatæ ſunt, & dixerunt: adſumus, c. 1. q. 61. num. 528.

Ex Ezechiele.

CAPUT. I.

Num.4. ECce ventus turbinis veniebat ab Aquilone: & nubes magna & ignis involvens, & ſplendor in circuitu ejus: & de medio ejus quaſi ſpecies electri, c. 1. q. 58. n. 485.

5. Et in medio ejus ſimilitudo quatuor animalium: & hic aſpectus eorum, ſimilitudo hominis in eis, c. 1. q. 47. n. 355.

6. Quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni, c. 4. q. 33. n. 290.

8. Et manus hominis ſub pennis eorum in quatuor partibus: & facies, & pennas per quatuor partes habebant, cap. 4. quæſt. 36. num. 324.

13. Et ſimilitudo animalium aſpectus eorum quaſi carbonum ignis ardentium. Hæc erat viſio diſcurrens in medio animalium, ſplendor ignis & de igne fulgur egrediens, cap. 7. q. 3. n. 46. & c. 4. q. 17. n. 143.

14. Et animalia ibant, & revertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis, c. 4. q. 34. num. 308.

15. Cumque aſpicerem animalia apparuit rota una ſuper terram juxta animalia, habens quatuor facies, c. 4. q. 4. n. 25.

16. Aſpe

16. Aſpectus rotarum, & opus earum quaſi viſio maris: & una ſimilitudo ipſarum quatuor, cap. 6 q. 10. n. 110.
18. Totum corpus oculis plenum in circuitu ipſarum quatuor, c. 1. q. 71. n. 621.
22. Et ſimilitudo ſuper capita animalium firmamenti, quaſi aſpectus cryſtalli horribilis, c. 4. q. 33. n. 299.
26. Et ſuper ſimilitudinem throni, ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper, cap. 4. q. 28. n. 244.

CAPUT II.

Num. 9. QUi erat ſcriptus intus & foris; & ſcriptæ erant in eo lamentationes, & carmen & væ, c. 10. q. 15. n. 145. & c. 5. q. 6. n. 48.

CAPUT III.

Num. 1. FIli hominis quodcumque inveneris comede: comede volumen iſtud, & vadens loquere ad filios Iſraël, c. 5. q. 6. n. 48. & c. 10. q. 14. n. 138.
13. Fili hominis ſpeculatorem dedi te domus Iſraël: & audies de ore meo verbum: & annuntiabis eis ex me, c. 1. q. 81. n. 695.

CAPUT. IV.

Num. 11. ET aquam in menſura bibes; ſextam partem Hin à tempore uſque ad tempus bibes illud, c. 5. q. 29. num. 276.

CAPUT V.

Num. 13. EVaginabo gladium meum poſt eos, & complebo furorem meum, cap. 1. q. 68. n. 582.

CAPUT VII.

Num. 4. NOn parcet oculus meus ſuper me, & non miſerebor: ſed vias tuas ponam ſuper te, c. 2. q. 15. n. 117.

CAPUT VIII.

Num. 2. AB aſpectu lumborum ejus, & deorſum ignis, & à lumbis ejus, & ſurſum viſio electri, c. 4. q. 9. n. 62.

CAPUT IX.

Num. 2. VIr quoque unus in medio eorum veſtitus erat lineis, & atramentum ſcriptoris ad renes ejus, c. 1. q. 48. n. 364.
4. Signa thau ſuper frontes virorum gementium & dolentium ſuper cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio ejus, c. 7. q. 6. n. 53. q. 9. n. 70.

CAPUT X.

Num. 14. QUatuor autem facies habebat unum: facies una, facies Cherub, & facies ſecunda, facies hominis; & in tertio facies leonis, & in quarto facies aquilæ: & elevata ſunt Cherubim: ipſum eſt animal, quod videram juxta fluvium Chobar, c. 4. q. 30. n. 259.

CAPUT XVI.

Num. 15. EXpoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti, ut ejus fieres, c. 2. q. 59. n. 449.
42. Auferetur zelus meus à te, & quieſcam, nec iraſcar amplius, cap. 1. q. 64. n. 553. & c. 2. q. 60. n. 465.
49. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius, cap. 9 q. 20. n. 199. & q. 21. num. 206.

CAPUT. XVII.

Num. 3. AQuila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate venit ad libanum & tulit medullam cedri, cap. 2. q. 13. num. 100. & cap. 4. q. 31. num. 273. & cap. 11. q. 18. n. 129.

CAPUT XVIII.

Num. 20. ANima quæ peccaverit, ipſa morietur: Filius non portabit iniquitatem Patris: & Pater non portabit iniquitatem Filii, c. 2. q. 61. n. 471.

CAPUT XXI.

Num. 9. HÆc dixit Dominus Deus: loquere: gladius, gladius exacutus eſt, & limatus, c. 6. q. 9. n. 101.

CAPUT XXII.

Num. 4. APpropinquare feciſti dies tuos; adduxiſti tempus annorum tuorum, c. 2. q. 15. n. 116.

CAPUT XXVII.

Num. 6. TRanſtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico, & prætoriola de inſulis Italiæ, c. 1 q. 17. n. 134.

CAPUT XXVIII.

Num. 14. POſui te in monte Sancto, in medio lapidum ignitorum ambulaſti. c. 11. q. 3. n. 23.
17. Perdidiſti ſapientiam tuam in decore tuo, in terram projeci te, ante faciem Regum dedi te, c. 4. q. 41. n. 364.

CAPUT XXXVII.

Num. 9. HÆc dicit Dominus Deus à quatuor ventis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos & reviviſcant, c. 7. q. 1. n. 3.

CAPUT XL.

Num. 13. ET ecce vir, cujus erat ſpecies quaſi ſpecies æris, & funiculus lineus in manu ejus, cap. 11. quæſt. 1. num. 5. q. 2. num. 11.

43. Et labia earum palmi unius reflexa intrinſecus per circuitum, c. 1. q. 66. n. 564.

CAPUT XLIII.

Num. 2. ECce gloria Dei Iſraël ingrediebatur per viam Orientalem, & vox erat quaſi vox aquarum multarum. Et terra ſplendebat à majeſtate ejus, c. 1. q. 60. n. 504.

10. Tu autem fili hominis oſtende domui Iſraël templum, & confundatur ab iniquitatibus ſuis, & metiatur fabricam, c. 11. q. 3. num. 22.

Ex Daniele.

CAPUT I.

Num. 17. PUeris autem his dedit Deus ſcientiam, & diſciplinam in omni libro, & ſapientia, c. 10. c. 1. n. 13.

17. Danieli autem dedit intelligentiam omnium viſionum & ſomniorum, c. 4. q. 4. n. 30.

CAPUT II.

Num. 32. HUjus ſtatuæ caput ex auro optimo erat, pectus autem & brachia de argento, c. 2. q. 8. n. 73.

34. Videbas donec abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus, c. 6. q. 13. n. 108.

47. Verè Deus veſter, Deus Deorum eſt, & Dominus Regum revelans myſteria: quoniam tu potuiſti aperire hoc ſecretum, c. 4. q. 22. n. 281.

CAPUT III.

Num. 5. IN hora, qua audieritis ſonitum tubæ & fiſtulæ, & cytharæ, Sambucæ, & pſalterii & ſymphoniæ, & omnis generis muſicorum cadentes adorate ſtatuam auream, c. 6. q. 4. n. 54.

51. Tunc hi tres, quaſi ex uno ore laudabant & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace, c. 4. q. 38. n. 349.

88. Benedicite Anania, Aſaria, Miſaël, Domino: laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula, c. 1. q. 10. n. 67.

91. Tunc Nabuchodonoſor Rex obſtupuit, & ſurrexit proſperè, & ait optimatibus ſuis, nonne tres viros miſimus in medium ignis compeditos? Ecce ego video quatuor, c. 2. q. 33. n. 243.

93. Sidrach, Miſach, & Abdenago ſervi Dei excelſi, egredimini, & venite: ſtatim egreſſi ſunt de medio ignis, cap. 7. q. 30. num. 259. & c. 9. q. 9. n. 89. & c. 10. q. 12. n. 119.

CAPUT IV.

Num. 21. HÆc eſt interpretatio ſententiæ altiſſimi, quæ pervenit ſuper Dominum meum Regem. Ejicient te ab hominibus & cum beſtiis, & feris, erit habitatio tua, c. 3. q. 5. n. 36.

27. Poſt finem menſium duodecim, in aula Babylonis deambulat, c. 3. q. 54. n. 479.

CAPUT VI.

Num. 20. DAniel ſerve Dei viventis, Deus tuus, cui tu ſervis ſemper, putaſne valuit te liberare à leonibus, cap. 1. q. 5. n. 34.

CAPUT. VII.

Num. 9. ANtiquus dierum ſedit: veſtimentum ejus candidum quaſi nix, & capilli capitis ejus quaſi lana munda, c. 1. q. 53. n. 420. & n. 429. & c. 4. q. 14. n. 113.

10. Judicium ſedit, & libri aperti ſunt aſpiciebam propter vocem ſermonum grandium, c. 5. q. 2. n. 18. & q. 9. n. 71.

CAPUT VIII.

Num. 18. CUmque loqueretur ad me collapſus ſum pronus in terram, & tetigit me, & ſtatuit me in gradu meo, c. 1. q. 71. n. 623. & 75. n. 643.

CAPUT IX.

Num. 3. POſui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare; & deprecari in jejuniis, ſacco, & cinere, c. 5. q. 22. n. 203. & c. 11. q. 13. n. 99.

CAPUT X.

Num. 5. ECce vir unus veſtitus lineis, & renes ejus accincti auro obrizo, & corpus ejus quaſi Chryſolitus, cap. 1. q. 49. n. 384. & q. 51. n. 399.

9. Et audiens jacebam conſternatus ſuper faciem meam, & vultus meus hærebat terræ, c. 1. q. 72. n. 629. & c. 4. q. 4. n. 28.

12. Noli metuere Daniel: quia ex die primo, quo poſuiſti cor tuum, ad intelligendum ut te affligeres in conſpectu Dei exaudita ſunt verba tua, c. 2. q. 9. n. 77.

14. Veni autem, ut docerem te, quæ ventura ſunt populo tuo in noviſſimis diebus, cap. 1. q. 81. n. 692.

CAPUT XIII.

Num. 24. ET exclamavit voce magna Suſanna: exclamaverunt autem & ſenes adverſus eam, c. 1. q. 40. n. 303.

59. Rectè mentitus es & tu in caput tuum, cap. 1. q. 50. n. 393.

Ex Oſea.

CAPUT II.

Num. 14. DUcam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor ejus, c. 1. q. 37. num. 272.

CAPUT III.

Num. 5. ET quærent Dominum Deum ſuum, & David Regem ſuum, & pavebunt ad Dominum, & ad bonum ejus in noviſſimo dierum, c. 2. q. 49. n. 377.

CAP. V.

CAPUT V.

Num.8. CLangite buccina in Gabaa, tuba in Rama, c. 1. q. 41. n. 305.

CAPUT VIII.

Num.9. QUia ipſi aſcenderunt ad Aſſur: Onager ſolitarius ſibi, c. 2. q.3. num. 22.

CAPUT XI.

Num.10. POſt Dominum ambulabunt, quaſi leo rugiet: quia ipſe rugiet, & formidabunt filii maris, c. 5. q. 12. n. 100.

CAPUT XII.

Num.1. EPhraïm paſcit ventum, & ſequitur æſtum: tota die mendacium, & vaſtitatem multiplicat, c. 9. q. 7. n.76. & c. 9. q. 21. n. 206.

3. In fortitudine ſua directus eſt cum Angelo, & invaluit ad Angelum, & confortatus eſt, c. 5. q. 13. n. 109.

CAPUT XIV.

Num.6. ERo quaſi ros, Iſraël germinabit ſicut lilium, & erumpet radix ejus ut libani; Ibunt rami ejus & erit quaſi oliva gloria ejus, c. 4.q.35. n. 354. & cap.11. q. 14. n. 106.

Ex Amos.

CAPUT III.

Num 4. NUnquid rugiet leo in ſaltu niſi habuerit prædam; Nunquid dabit catulus leonis vocem de cubili ſuo, c. 10. q. 8. n. 79.

CAPUT VI.

Num.1. VÆ qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, c. 9. q. 25. n. 243.

CAPUT IX.

Num.7. NUnquid non ut filii Æthyopum, vos eſtis mihi filii Iſraël, ait Dominus? Nunquid non Iſraël, aſcendere feci de terra Ægypti, c. 11. q. 5. n. 39.

Ex Jona.

CAPUT III.

Num. 10. ET miſertus eſt Deus ſuper malitiam, quam locutus fuerat ut faceret eis, & non fecit, c. 3. q. 58. n. 515.

CAPUT IV.

Num. 1. AFflectus eſt Jonas afflictione magna, & iratus eſt, & oravit ad Dominum, ibid.

Ex Nahum.

CAPUT I.

Num.1. ONus Ninive: liber viſionis Nahum Elceſæi, c. 2.q.64 n.500.& c. 9.q. 17. n. 167.

3. Dominus in tempeſtate, & turbine viæ ejus, & nebulæ pulvis pedum ejus, c.6. q.11. num. 117.

Ex Habacuc.

CAPUT I.

Num.1. ONus, quod vidit Habacuc Propheta, c. 2. q. 64. n. 500.

CAPUT II.

Num.11. LIgnum, quod inter juncturas ædificiorum eſt, reſpondebit, c. 8. q. 15. n. 156.

CAPUT III.

Num 4. SPlendor ejus, ut lux erit, cornua in manibus ejus, ibi abſcondita eſt fortitudo ejus, c. 1. q. 51. n. 406. & c. 4.q.25. n. 122. & c. 5. q. 13. n. 107.

5. Ante faciem ejus ibit mors, cap. 6. quæſt. 5. num. 58.

6. Aſpexit, & diſſolvit gentes: & contriti ſunt montes ſæculi, c. 2. q. 26. n. 235.

8. Qui aſcendes ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſalvatio, c. 4. q. 26. n. 233.

9. Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum: juramenta tribubus, quæ locutus es, cap. 6. quæſt.4. num. 52.

11. Sol & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo, in luce ſagittarum tuarum, ibunt in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ, cap.1. quæſt. 70. n. 608. & c. 8 q. 16. n. 163.

Ex Sophonia.

CAPUT III.

Num. 9. REddam populis labium electum ut invocent omnes nomen Domini, & ſerviant ei humero uno, cap.7.q.19. num. 167.

Ex Zacharia.

CAPUT I.

Num.8. ECce vir aſcendens ſuper equum rufum, & ipſe ſtabat inter myrteta quæ erant in profundo, c. 6. q. 3. n. 39.

20. Et oſtendit mihi Dominus quatuor fabros. Et dixi, quid iſti veniunt facere, p. 4. q. 26. num. 232.

CAPUT II.

Num.5. ET ego ero ei, ait Dominus, merces ignis in circuitu, & gloria mea in die ejus, c. 2. q. 54. n. 422.

8. Poſt gloriam miſit me ad gentes quæ ſpoliaverunt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei, c. 3. q. 50. n. 436.

CAPUT III.

Num. 3. ET Jeſus erat indutus veſtibus ſordidis: & ſtabat ante faciem Angeli, qui reſpondit, & ait ad eos, c. 1. q. 16. n. 129. & c. 7. q. 21. n. 182.

9. Super lapidem unum ſeptem oculi ſunt: ecce ego cælabo ſculpturam ejus, c. 1. q. 46. n. 348. & q. 56. n. 460.

CAPUT IV.

Num. 2. VIdi & ecce Candelabrum aureum totum, & lampas ejus ſuper caput ipſius, & ſeptem lucernæ ejus ſuper illud, cap. 1. quæſt. 43. n. 318. & cap. 4. q. 20. n. 159.

3. Et duæ olivæ ſuper illud, una à dextris, & una à ſiniſtris ejus, c. 11. q. 15. n. 112.

10. Septem iſti oculi ſunt Domini, qui diſcurrunt in univerſam terram, cap. 4. quæſt. 20. n. 160.

11. Quid ſunt duæ olivæ iſtæ, ad dexteram candelabri, & ad ſiniſtram ejus, cap. 11. q. 17. num. 119.

CAPUT VI.

Num. 11. SUmes aurum & argentum: & facies coronas, & pones in capite Jeſu filii Joſedech, c. 6. q. 5. n. 59.

CAPUT IX.

Num. 9. ECce Rex tuus veniet tibi juſtus & Salvator: ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ, c. 2. q. 50. n. 385.

17. Quid enim bonum ejus eſt, & quid pulchrum ejus, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines, c. 1. q. 54. n. 443. & c. 2. q. 48. n. 365.

CAPUT XI.

Num. 7. ASſumpſi mihi duas virgas, unam vocavi decorem, & alteram vocavi funiculum, c. 11. q. 2. n. 12.

CAPUT XII.

Num. 10. ASpicient ad me, quem confixerunt: & plangent eum planctu quaſi ſuper unigenitum, cap. 1. quæſt. 29. num. 211.

CAPUT XIII.

Num. 6. ET dicetur ei: quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum, & dicet His plagatus ſum in domo eorum qui diligebant me, c. 7. q. 27. n. 231.

Ex Malachia.

CAPUT II.

Num. 6. LAbia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus, c. 8. q. 4. n. 43.

CAPUT III.

Num. 1. ECce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam, c. 10. q. 3. n. 26.

CAPUT. IV.

Num. 5. ECce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniet dies Domini magnus, & horribilis, & convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, cap. 7. quæſt. 5. n. 43. & c. 11. q. 7. num. 58.

Ex Libro primo Machabæorum.

CAPUT IV.

Num. 57. ORnaverunt faciem templi coronis aureis, & ſcutulis: & dedicaverunt portas, & paſtophoria, cap. 2. q. 17. n. 130.

Ex ſecundo Machabæorum.

CAPUT I.

Num. 19. CUm in Perſidem ducerentur Patres noſtri: Sacerdotes, qui tunc cultores Dei erant acceptum ignem de altari occultè abſconderunt, cap. 3. quæſt. 60. num. 444.

CAPUT III.

Num. 25. APparuit autem illis equus terribilem habens ſeſſorem optimis operimentis adornatus, c. 6. q. 17. n. 168.

CAPUT V.

Num. 23. REſpondet citò dicens, præmitti ſe velle in infernum, c. 1. q. 78. num. 972.

CAPUT XV.

Num. 14. HIc eſt fratrum amator, & populi Iſraël: hic eſt, qui multum orat pro populo, & pro civitate iſta Jeremias Propheta, c. 3. q. 27. n. 219.

TESTAMENTUM NOVUM.

Ex D. Matthæo.

CAPUT. I.

Num. 3. JUdas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar, c. 6. q. 28. n. 250.

16. Virum

16. Virum Mariæ de qua natus eſt Jeſus, qui vocatur Chriſtus, cap. 11. n. 84.

20. Noli timere accipere Mariam conjugem tuam, cap. 1. q. 62. n. 536.

CAPUT. II.

Num. 1. Cum natus eſſet Jeſus in Bethlehem Juda in diebus Herodis regis, cap. 1. c. 27. n. 194.

2. Vidimus ſtellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum, cap. 4. q. 13. n. 109. & c. 11. q. 4. n. 27.

8. Ite & interrogate diligenter de puero: & cum inveneritis, renuntiate mihi, ut & ego veniens adorem eum, cap. 6. q. 8. n. 92.

9 Et ecce ſtella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, uſque dum veniens ſtaret ſupra, ubi erat puer, cap. 1. q. 63. n. 543.

12. Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam, cap. 1. q 7. n. 50. & c. 3. q 38. num. 331.

13. Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph dicens: Surge, accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, cap. 1. q. 7. n. 50. & c. 3. q. 38. n. 331.

14 Qui conſurgens, accepit puerum, & matrem ejus nocte, & ſeceſſit in Ægyptum, c. 4. q. 29. n. 253.

CAPUT III.

Num. 2. Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum, c. 4. q 1. num. 4.

4. Ipſe autem Joannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos, cap. 1. q. 49. num. 384. & c. 11. q. 13. n. 95.

11. Qui autem poſt me venturus eſt, fortior me eſt, cujus non ſum dignus calceamenta portare, cap. 1. q. 28. n. 209.

16 Baptizatus autem Jeſus confeſtim aſcendit de aqua; & ecce aperti ſunt ei cœli, cap. 8. q. 13. n. 141.

CAPUT. IV.

Num. 3. Si filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant, cap. 2. q. 8. n. 72.

CAPUT V.

Num. 2. Et acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus, & aperiens os ſuum docebat eos, cap. 6. q. 10. n. 108.

5. Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, c. 2. q. 29. n. 220. & q. 10. num. 154.

6. Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur, cap. 2. quæſt. 22. num. 166.

14. Vos eſtis lux mundi, c. 3. q. 3. n. 19.

44 Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros, benefacite eis qui oderunt vos, ut ſitis filii patris veſtri, qui in cœlis eſt, cap. 6. q. 25. n. 228.

CAPUT VI.

Num. 3. Te autem faciente eleemoſynam neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua, cap. 1. q. 64. n. 555.

5. Non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in ſynagogis, & in angulis platearum ſtantes orare, cap 6. q. 17. n. 171.

CAPUT VII.

Num. 24. Omnis qui audit verba hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificat domum ſuper petram, cap. 9. q. 12. n. 120.

CAPUT VIII.

Num. 25. Et acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus, & ſuſcitaverunt eum, dicentes: Domine ſalva nos, perimus, c. 6 q. 15. num. 156.

28. Occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, ſævi nimis, c. 6. q. 18. num. 273.

29. Et ecce exclamaverunt dicentes: quid nobis, & tibi Jeſu fili Dei? veniſti huc ante tempus torquere nos, cap. 1. q. 26. n. 191.

CAPUT IX.

Num. 20. Ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retrò, & tetigit fimbriam veſtimenti ejus, cap. 1. quæſt. 66. num. 570. & c. 3 q. 33. n. 181.

37. Meſſis quidam multa, operarii autem pauci: Rogate ergo Dominum meſſis, c. 1. q. 60. num. 507.

CAPUT X.

Num. 4. Judas Iſcariotes, qui tradidit eum; cap. 7. q. 12. n. 108.

16. Ecce ego mitto vos, ſicut oves in medio luporum, eſtote ergo prudentes, ſicut ſerpentes & ſimplices ſicut columbæ, c. 5. q. 15. n. 115. & q. 28. n. 268.

32. Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, cap. 3. q. 16. n. 124.

34. Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium, cap. 1. q. 67. n. 577.

CAPUT XI.

Num. 7. Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam: cap. 10. q. 3. n. 32.

12. A diebus Joannis Baptiſtæ uſque nunc regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, cap. 3. q. 26. n. 208.

25. Confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ; quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, c. 7. q. 14. n. 118. & c 1. q. 5. n. 31.

27. Nemo novit filium niſi Pater, neque Patrem quis novit niſi Filius, & cui voluerit filius revelare, cap. 2. q. 54. n. 409.

29. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris, cap. 1. q. 63. n. 539.
30 Jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve, cap. 2. q. 46. n. 341.

CAPUT XII.

Num. 39. Generatio mala, & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Jonæ Prophetæ, c. 9. q. 6. n. 66.
50. Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt, cap. 3. q. 31. n. 259.

CAPUT XIII.

Num. 9. Qui habet aures audiendi audiat, cap. 2. q. 18. n. 135.
43. Tunc juſti fulgebunt ſicut Sol in regno Patris mei, cap. 1. q. 70. n. 604.
44. Præ gaudio illius vadit, & vendit univerſa quæ habet, emit agrum illum, c. 1. q. 82. num. 706.
47. Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti, c. 1. q. 4. n. 29. & c. 7. q. 7. n. 62.

CAPUT XIV.

Num. 1. Audivit Herodes tetrarcha famam Jeſu, & ait pueris ſuis: hic eſt Joannes Baptiſta ipſe ſurrexit à mortuis, c. 5. q. 7. n. 60.
25. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans ſuper mare, cap. 2. q. 4. num. 29. & q. 64. n. 506.

CAPUT XV.

Num. 27. Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus, cap. 11. q. 24. n. 199.

CAPUT XVI.

Num. 13. Quem dicunt homines eſſe filium hominis, cap. 1. quæſt. 47. num. 353.
16. Reſpondens Petrus ait; Tu es Chriſtus filius Dei vivi, cap. 1. q. 3. n. 21. & q. 11. n. 77. & c. 10. q. 1 c. 11 & c. 7. n. 64.
18. Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, c. 2. q. 1. n. 10.

CAPUT XVII.

Num. 1. Aſſumpſit Jeſus Petrum & Jacobum, & Joannem fratrem ejus, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum cap. 7. q. 17. n. 161.
3. Et ecce apparuerunt illis Moyſes, & Elias cum eo loquentes, cap. 1. q. 78 n. 674.
4. Domine bonum eſt nos hîc eſſe; ſi vis faciamus tria tabernacula, c. 4. q. 36. n. 324.
6. Audientes diſcipuli ceciderunt in facies ſuas, c. 3. q. 53. n. 469. & c. 1. q. 21. n. 176.
7. Et acceſſit Jeſus, & tetigit eos: & dixit eis: Surgite & nolite timere, cap. 1. quæſtion. 75. num. 6. 44.
9. Nemini dixeritis viſionem hanc donec filius hominis à mortuis reſurgat, cap. 8. quæſt. 11. num. 115.
11. Elias quidem venturus eſt, & reſtituet omnia, cap. 7. q. 10. n. 89. & c. 11. q. 7. n. 38.

CAPUT XVIII.

Num. 7. Neceſſe eſt, ut veniant ſcandala: Væ homini illi, per quem ſcandalum venit, cap. 1. expoſ. 15 n. 682.
10. Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui eſt in cœlis, c. 1. q. 81. n. 690.
20. Ubi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum, c. 5. q. 15. n. 128.
22. Non dico tibi uſque ſepties, ſed uſque ſeptuagies ſepties; c. 4. q. 30. n. 261.

CAPUT XIX.

Num. 28. Cum ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, cap. 3. q. 56. num. 497. c. 4. q. 12. n. 89 c. 5. q. 9 n. 72. & c. 7. q. 20. n. 174. & c. 2. q. 66. n. 525.

CAPUT XX.

Num. 8. Voca operarios, & redde illis mercedem incipiens à noviſſimis uſque ad primos, c. 2. q. 20. n. 156.
23. Sedere autem ad dexteram meam, vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo, c. 7. q. 11. n. 102.

CAPUT XXI.

Num. 39. Apprehendentes eum ejecerunt extra vineam, & occiderunt, c. 6. quæſt. 24. n. 222.

CAPUT XXII.

Num. 3. Et miſit ſervos ſuos vocare invitatos ad nuptias, & nolebant venire, c. 8. q. 10. n. 109.
11. Intravit rex, ut videret diſcumbentes, & vidit hominem ibi non veſtitum veſte nuptiali, c. 2. q. 20. n. 158. & c. 3. q. 16. n. 129.
13. Ligatis manibus & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & ſtridor dentium, cap. 1. q. 29. n. 218.
14. Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi cap. 7. q. 18. n. 163.
42. Interrogavit eos Jeſus dicens, quid vobis videtur de Chriſto, cujus filius eſt, c. 10. q. 10. num. 100.

CAPUT XXIII.

Num. 35. Ut veniat ſuper vos omnis ſanguis juſtus, qui effuſus eſt ſuper terram à ſanguine Abel juſti, c. 1. q. 21. num. 156.

CAPUT

CAPUT XXIV.

Num. 16. TUnc qui in Judæa ſunt fugiant ad montes, c. 6 q. 33. n. 288.
21. Erit tunc tribulatio, qualis non fuit ab initio mundi uſque modo, neque fiet, cap. 6. q. 17. n. 170. & c. 9 q. 3. n. 26.
24. Surgent pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ, dabunt ſigna magna, & prodigia, cap. 11. q. 15. n. 111.
27. Sicut fulgur exit ab Oriente, & paret uſque ad Occidentem: ita erit adventus filii hominis, cap. 6. q. 1. n. 7.
29. Poſt tribulationem dierum illorum Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, c. 4. q. 21. n. 368.
32. Ab arbore autem fici diſcite parabolam, cum ramus ejus tener fuerit, & folia nata, ſcitis, quia prope eſt æſtas., c. 10. q. 13. n. 130.
36. De die autem illo, vel hora nemo ſcit, neque Angeli cœlorum, niſi ſolus Pater, cap. 5. q. 19. n. 167.
37. Sicut autem in diebus Noë, ita erit adventus filii hominis, cap. 1. q. 27. n. 193.
42. Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora Dominus venturus ſit, c. 3. q. 6. n. 38.

CAPUT XXV.

Num. 1. QUæ accipientes lampades ſuas, exierunt obviam ſponſo & ſponſæ, cap. 4. q. 25. n. 217.
9. Ne fortè non ſufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes, c 6. q. 33. n. 289.
11. Dicentes Domine, Domine aperi nobis, cap. 7. q. 22. n. 189.
33. Statuet autem oves quidem à dextris ſuis, hædos autem à ſiniſtris, c. 3. q. 75. n. 649.
35. Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare: ſitivi & dediſtis mihi bibere, cap. 6. quæſt. 13. n. 139. & c. 7. q 29. n. 249.
41. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis ejus, cap. 2. q 9. n. 78.
46. Ibunt hi in ſupplicium æternum: juſti autem in vitam æternam, c. 6. q. 35. n. 303.

CAPUT XXVI.

Num. 18. ITe in civitatem ad quendam & dicite ei: Magiſter dicit: tempus meum prope eſt, apud te facio Paſcha, cap. 2. q. 52. n. 358.
26. Non bibam amodo de hoc genimine vitis uſque in diem illum, cùm illud bibam vobiſcum novum in regno Patris mei, cap. 1. q. 54. num. 443.
30. Et hymno dicto exierunt in montem Oliveti, cap. 2. q. 26. n. 204.
34. Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis, cap. 3. q. 7. n. 44.
39. Et progreſſus puſillum procidit in faciem ſuam dicens: Pater ſi poſſibile eſt, cap. 2. q. 28. n. 217.
41. Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem, cap. 2. q. 9. n. 91.
47. Ecce Judas unus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis, & fuſtibus, cap. 9. q. 2. n. 20.

CAPUT XXVII.

Num. 25. SAnguis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros, c. 5. q. 29. n. 250.
46. A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram uſque ad horam nonam, circa horam nonam exclamavit Jeſus voce magna, cap. 2. c. 6. n. 52.

CAPUT XXVIII.

Num. 3. ERat autem aſpectus ejus ſicut fulgur, & veſtimentum ejus ſicut nix, cap. 1. q. 54. n. 441.
8. Et exeuntes citò de monumento cum timore, & gaudio magno currentes nuntiare diſcipulis, cap. 11. q. 15 n. 206.
13. Dicite, quia diſcipuli ejus nocte venerunt, & furati ſunt eum vobis dormientibus, c. 6. q. 15. n. 158.

Ex D. Marco.

CAPUT I.

Num. 1. INitium Evangelii Jeſu Chriſti filii Dei, cap. 4. q. 29. n. 250.
6. Erat Joannes veſtitus pilis Camelorum, & zona pellicea circa lumbos ejus, cap. 10. q. 3. num. 29.
24. Quid nobis & tibi Jeſu Nazarene? veniſti perdere nos? Scio, qui ſis Sanctus Dei, cap. 4. p. 37. n. 343.

CAPUT V.

Num. 3. QUi domicilium habebat in monumentis, & neque catenis jam quiſquam poterat eum ligare, cap. 5. q. 13. n. 111.

CAPUT VI.

Num. 16. HErodes ait: Joannes quem ego decollavi, hic à mortuis reſurrexit, cap. 9. q. 4. n. 48.
17. Ipſe Herodes miſit, ac tenuit Joannem, & vinxit eum in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris ſui, c. 9. q. 26. n. 248.
18. Dicebat enim Joannes Herodi: non licet tibi habere uxorem fratris tui, cap 10. q. 3. num. 27.
27. Decollavit Joannem in carcere, & attulit caput ejus in diſco, cap. 9. q. 4. n. 48.

CAPUT IX.

Num. 49. HAbete in vobis Sal, & pacem habere inter vos, c. 10. q 5. n. 55.

CAPUT. XIII.

Num. 32. DE die autem illo, vel hora, nemo ſcit, neque Angeli in cœlo, neque filius, niſi Pater, c. 5. q. 19. n. 167.

CAPUT. XIV.

Num. 51. ADoleſcens autem quidam ſequebatur eum, amictus ſindone ſuper nudo, cap. 3. q. 9. n. 66.

CAPUT

CAPUT XV.

Num. 37. JEſus autem emiſſa voce magna exſpiravit. Videns autem centurio, qui ex adverſo ſtabat, c. 1. q. 40. n. 301.

Ex D. Luca.

CAPUT. I.

Num. 7. NOn erat illis filius, eo quo eſſet Elizabeth ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis, cap. 4. q. 1. num. 6. & cap. 10. q. 3. n. 28.

17. Ipſe præcedet ante illum in virtute, & Spiritu Eliæ, c. 11. q. 11. n. 86.

15. Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris ſuæ, c. 10. q. 3. n. 27.

26. Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ cui nomen Nazareth, cap. 7. q. 12. n. 107.

28. Ave gratia plena Dominus tecum benedicta tu in mulieribus, cap. 2. q. 25. n. 197. & c. 8. q. 1. n. 17.

34. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco, c. 2. q. 47. n. 350.

36. Et ecce Elizabeth cognata tua, ipſa concepit filium in ſenectute ſua, c. 4. q. 1. n. 7.

38. Et diſceſſit ab illa Angelus, c. 4. q. 6. n. 41.

41. Et repleta eſt Spiritu ſancto Elizabeth; & exclamavit voce magna & dixit benedicta tu inter mulieres, c. 5. q. n. 30.

46. Magnificat anima mea Dominum, cap. 1. q. 59. n. 298.

47. Exultavit Spiritus meus in Deo ſalutari meo, cap. 4. q. 8. n. 51.

57. Elizabeth autem impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium, c. 10. q. 3. n. 28.

63. Et poſtulans pugillarem ſcripſit dicens: Joannes eſt nomen ejus, c. 2. q. 52. n. 392.

64. Quis putas puer iſte erit, etenim manus Domini erat cum illo, cap. 1. q. 75. n. 645.

CAPUT II.

Num. 9. ECce Angelus Domini ſtetit juxta illos, & claritas Dei circumfulſit juxta illos, cap. 4. q. 13. n. 109.

13. Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ laudantium Deum, ac dicentium, c. 1. q. 49. n. 380.

25. Ecce homo erat in Jeruſalem, cui nomen Simeon, & homo iſte juſtus, & timoratus expectans conſolationem Iſraël, c. 5. q. 4. n. 31.

34. Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſraël, c. 4. q. 4. n. 40.

CAPUT III.

Num. 5. OMnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, cap. 1. q. 58. n. 479.

16. Veniet fortior me, cujus non ſum dignus ſolvere corrigiam calceamentorum ejus, c. 5. q. 7. n. 58.

CAPUT IV.

Num. 13. ET conſummata omni tentatione Diabolus receſſit ab illo, uſque ad tempus, c. 9. q. 13. n. 127.

17. Et traditus eſt illi liber Iſaiæ prophetæ, cap. 5. q. 18. n. 161.

25. Multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Iſraël, quando clauſum eſt cœlum annis tribus & menſibus ſex, c. 12. q. 12. n. 90.

CAPUT V.

Num. 3. ET aſcendens in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum à terra reducere puſillum, c. 3. q. 42. n. 371.

8. Exi à me, quia homo peccator ſum Domine, cap. 3. q. 54. n. 476.

CAPUT VII.

Num. 37. ET ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit, quod accubuiſſet, cap. 2. q. 59. n. 453.

CAPUT VIII.

Num. 27. OCcurrit illi vir quidam qui habebat dæmonium jam à temporibus multis, & veſtimento non induebatur, neque in domo manebat, c. 9. q. 7. n. 75.

31. Rogabant illum, ne imperaret illis, ut in abyſſum irent. Erat autem ibi grex porcorum, cap. 4. q. 17. n. 145.

CAPUT X.

Num. 8. PRimum dicite pax huic domui, & ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra, c. 1. q. 14. n. 113.

18. Videbam Satanam, ſicut fulgur de cœlo cadentem, c. 9. q. 1. n. 9.

20. In hoc nolite gaudere: quia ſpiritus vobis ſubjiciuntur: gaudete autem, quod nomina veſtra ſcripta ſint in cœlis, c. 3. q. 31. n. 256.

30. Homo quidam deſcendebat ab Jeruſalem in Jericho, & incidit in latrones, cap. 3. q. 40. n. 351.

35. Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait, curam illius habe, c. 7. q. 1. n. 12.

CAPUT XI.

Num. 9. DIco vobis petite, & accipietis, pulſate, & aperietur vobis, c. 7. q. 22. n. 189.

22. Si autem fortior eo ſuperveniens viceris eum, univerſa arma ejus auferet, in quibus confidebat. c. 5. q. 17. n. 153.

27. Dixit illi Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti, cap. 5. q. 4. n. 32. & cap. 3. q. 17. n. 137.

CAPUT XII.

Num. 8. FIlius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei, c. 3. q. 16. n. 124.

19. Dicebat animæ ſuæ: Anima habes multa bona in annos plurimos, c. 1. q. 6. n. 39.

20. Dixit autem illi Deus: Stulte hac nocte animam repetent à te, c. 5. q. 11. n. 87.

32. Nolite timere puſillus grex quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum, c. 1. q. 34. n. 253. & c. 2. q. 22. n. 170.

35. Sint

35. Sint lumbi veſtri præcincti & lucernæ ardentes in manibus veſtris, cap. 4. q. 25. n. 217.
37. Amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis, c. 11. q. 29. n. 228.
45. Quod ſi dixerit ſervus: moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere ſervos & ancillas, c. 3. q. 25. n. 202.
49. Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi ut accendatur, c. 3. q. 45. num. 395. & c. 8. q. 9. n. 89.
50. Baptiſmo autem habeo baptizari: & quomodo coarctor, uſque dum perficiatur? c. 1. q. 58. n. 481.

CAPUT XV.

Num. 3. Quis ex vobis homo, qui habet centum oves: ſi perdiderit unam ex illis, cap. 2. q. 60. n. 463.
5. Et cum invenerit eam imponit in humeros ſuos gaudens, cap. 1. q. 53. n. 431. & c. 9. q. 19. num. 185.
15. Miſit illum in villam ſuam ut paſceret porcos, cap. 6. q. 2. n. 22.
18. Pater peccavi in cœlum, & coram te, jam non ſum dignus vocari filius tuus, c. 4. q. 22. n. 180. & c. 6. q. 19. n. 184.

CAPUT. XVI.

Num. 22. Factum eſt autem, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ: mortuus eſt autem dives, & ſepultus eſt in inferno, c. 2. q. 37. n. 275. & c. 6. q. 28. n. 252.
24. Pater Abraham, miſerere mei & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam, ut refrigeret linguam meam, cap. 9. q. 25. num. 244.
23. Elevans autem oculos ſuos, cum eſſet in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in ſinu ejus, c. 11. q. 25. n. 203.
27. Rogo te Pater Abraham, ut mittas eum in domum Patris mei, habeo enim quinque fratres, ut teſtetur illis, c. 6. q. 28. n. 254.

CAPUT. XVII.

Num. 21. Ecce enim regnum Dei intra vos eſt, c. 1. q. 35. n. 258. & c. 4. q. 2. n. 9.

CAPUT XXI.

Num. 19. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras, c. 2. q. 5. n. 41.
36. Vigilate itaque omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt, cap. 6. q. 15. n. 155.

CAPUT XXII.

Num. 15. Ait illis deſiderio deſideravi hoc paſcha manducare vobiſcum, cap. 10. q. 16. n. 160.
27. Ego autem in medio veſtri ſum ſicut qui miniſtrat, c. 1. q. 46. n. 343.
29. Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, ut edatis & bibatis ſuper menſam meam, cap. 2. q. 22. n. 166. & c. 2. q. 48. n. 366.
31. Simon, Simon ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum, cap. 2. q. 40. n. 296. & c. 3. q. 7. n. 53. & c. 8. q. 17. n. 177.
35. Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis, cap. 2. q. 30. n. 224.
38. At illi dixerunt; ecce duo gladii hîc, at ille dixit eis ſatis eſt, c. 1. q. 69. n. 592.

CAPUT XXIII.

Num. 34. Pater dimitte, illis, quia neſciunt quid faciunt, c. 1. q. 55. n. 260.
42. Dicebat ad Jeſum Domine memento mei cum veneris in regnum tuum, cap. 3. q. 51. n. 450. & c. 4. q. 2. n. 14.
43. Dixit illi Jeſus. Hodie mecum eris in paradiſo, cap. 4. q. 15. n. 125.

CAPUT XXIV.

Num. 26. Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam, c. 1. q. 67. n. 576.
30. Factum eſt dum recumberet cum eis, accepit panem ac fregit, & porrigebat illis; & aperti ſunt oculi eorum, & cognoverunt eum, c. 3. q. 52. n. 463.
36. Et ſtetit in medio eorum, & dixit eis, pax vobis, nolite timere, c. 1. q. 67. n. 575.
42. At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi, & favum mellis, c. 1. q. 34. n. 254.
45. Aperuit illis ſenſum, ut intelligerent Scripturas, c. 3. q. 48. n. 421.

Ex D. Joanne.

CAPUT I.

Num. 4. In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum, c. 4. q. 39. n. 355.
13. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus, c. 1. q. 55. n. 453.
14. Et vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis, cap. 3. q. 18. n. 145.
23. Ego vox clamantis in deſerto, dirigite viam Domini ſicut dicit Iſaïas Propheta, c. 3. q. 35. num. 297.
26. Medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt, cap. 1. q. 46. n. 343.
47. Vidit Jeſus Nathanaël venientem ad ſe, & dicit de eo: Ecce verè Iſraëlita in quo dolus non eſt, cap. 10. q. 5. n. 56.

CAPUT III.

Num. 5. Niſi quis renatus fuerit, ex aqua & Spiritu ſancto non poteſt introire in regnum Dei, c. 10. q. 11. n. 111.
13. Et nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo filius hominis, qui eſt in cœlo, c. 4. q. 42. n. 377.
14. Et ſicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, cap. 1. q. 58. n. 486.
16. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, cap. 1. q. 21. n. 161. & q. 27. n. 197. & q. 51. n. 405.
19. Dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem, erant enim eorum mala opera, c. 2. q. 10. n. 85.

CAPUT

CAPUT IV.

Num.6. JEſus fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem, c. 1. q. 60. n. 512.

10. Si ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi, da mihi bibere; tu forſitan petiſſes ab eo, cap. 2. q. 41. n. 303.

19. Benedixiſti, quia non habeo virum, quinque enim viros habuiſti: & nunc quem habes, non eſt tuus vir, hoc verè dixiſti, cap. 2. q. 17. n. 129.

28. Reliquit ergo hydriam mulier, & abiit in civitatem, & dicit illis hominibus venite, & videte hominem, cap. 2. q. 59. n. 454.

35. Levate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt jam ad meſſem, cap. 11. q.18. n. 134.

CAPUT. V.

Num.15. ABiit ille homo, & nunciavit Judæis, quia Jeſus eſſet qui fecit eum ſanum, cap. 1. q. 25. n. 186.

22. Neque enim Pater judicat quemquam, ſed omne judicium dedit Filio, c.3. q.57. n.504.

30. Non poſſum à me ipſo facere quidquam: ſicut audio ſic judico, & judicium meum juſtum eſt, c. 1. q. 50. n. 394.

36. Opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me, c. 7. q. 3. num. 34.

39. Scrutamini Scripturas, quæ teſtimonium perhibent de me, cap. 1. q. 82. n.705. & cap.5. q. 21. n. 10.

CAPUT VI.

Num.12. COlligite, quæ ſuperaverunt fragmenta, ne pereant, cap. 1. quæſt. 46. num. 351.

32. Non Moyſes dedit vobis panem de cœlo, ſed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum, cap. 1. q. 48. n. 365.

37. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo, c. 3. q. 56. n. 490. & c. 4. q. 42. n. 376.

CAPUT VII.

Num.16 REſpondit ei Jeſus; mea doctrina non eſt mea, ſed ejus, qui miſit me, c. 1. q. 3. n. 18.

39. Nondum erat Spiritus datus, quia Jeſus nondum erat glorificatus, c. 5. q. 9. n. 70.

45. Quare non adduxiſtis eum Reſponderunt miniſtri: nunquam ſic locutus eſt homo, c. 3. q. 21. n. 168.

CAPUT VIII.

Num.9. AUdientes autem unus poſt unum exibant, incipientes à ſenioribus, & remanſit ſolus Jeſus & mulier, c. 5. q. 9. n. 73.

18. Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo: & teſtimonium perhibet de me, qui miſit me Pater, cap. 10. q. 10. n. 101.

20. Hæc verba locutus eſt Jeſus in gazophylacio, docens in templo, & nemo apprehendit eum, cap. 3. q. 21. n. 168.

44. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit, cap. 6. q. 8. n. 94.

CAPUT IX.

Num.6. EXpuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & linivit lutum ſuper oculos ejus, cap. 1. q. 63. n. 539.

CAPUT X.

Num.3. OVes vocem ejus audiunt, & proprias oves vocat nominatim, & ducit eas; cùm proprias oves emiſerit ante eas vadit, c. 1. q. 46. n. 347.

9. Ego ſum oſtium, & per me ſi quis introierit ſalvabitur & ingredietur, & egredietur, c. 3. q. 19. n. 150. & q. 21. n. 164.

10. Ego veni ut vitam habeant, & abundantiùs habeant, c. 1. q. 68. n. 584 & c.3. q. 26. n.237.

22. Facta ſunt encænia in Jeroſolymis, & hyems erat & ambulabat Jeſus, c. 2. q. 41. n. 304.

CAPUT XI.

Num.27. DOmine ego credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei vivi, qui in hunc mundum veniſti, c. 1. q. 11. n. 77.

32. Domine ſi fuiſſes hic non eſſet mortuus frater meus, c. 2. q. 23. n. 177.

33. Jeſus ergo ut vidit eam plorantem infremuit ſpiritu, & turbavit ſe ipſum, & dixit ubi poſuiſtis eum? c. 5. q. 11. n. 86.

44. Statim prodiit, qui fuerat mortuus ligatus pedes, & manus, c. 3. q. 21. n. 178.

CAPUT XII.

Num.26. SI quis mihi miniſtrat, me ſequatur: & ubi ſum ego, illic & miniſter meus erit, c. 2. q. 20. n. 154.

31. Nunc judicium eſt mundi: nunc Princeps hujus mundi ejicietur foras; & ego ſi exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum, c. 1. q. 31. n. 236.

35. Ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant, c. 2. q. 57. n. 432.

CAPUT. XIII.

Num. 1. VEnit hora ejus ut tranſeat ex hoc mundo ad Patrem, c. 11. q. 22. num. 178.

Cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo in finem dilexit eos, c. 1. q. 48. n. 371.

3. Sciens Jeſus, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exivit, & ad Deum vadit, cap. 10. q. 2. n. 15. & c. 11. q. 51. n.242.

4. Surgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua: & cùm accepiſſet linteum præcinxit ſe. Et cœpit lavare pedes diſcipulorum, c. 1. q. 5. n. 32. & q. 54. n. 438.

23. Erat ergo recumbens unus ex diſcipulis ejus in ſinu quem diligebat Jeſus, cap. 5. q. 10. num. 77.

30. Cùm accepiſſet buccellam exivit continuò. Erat autem nox, cap. 10. q. 2. n. 17.

34. Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, cap. 5. q. 25. n. 226.

CAPUT

CAPUT XIV.

Num. 23. SI quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, cap. 2 q.4.n.27.

26. Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, cap.2. q. 18.n.138.

27. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis, cap.2.q.36 n.268.

28. Gauderetis utique quia vado ad Patrem, quia Pater major me eſt, cap. 2.q. 25.n.186.

CAPUT XV.

Num. 13. VOs mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis, cap.1.q. 12.n.79

8. In hoc clarificatus eſt Pater meus, ut fructum plurimum afferatis & efficiamini mei diſcipuli, cap.4 q.10.n. 77.

CAPUT XVI.

Num. 33. IN mundo preſſuram habebitis, ſed confidite, ego vici mundum, c. 1. q 77. n.664.

CAPUT XVII.

Num. 6. MAnifeſtavi nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo, cap.3.q. 31.n.260.

24. Pater quos dediſti mihi, volo, ut ubi ſum ego, illi ſint mecum, ut videant claritatem meam, cap.2.q.20.n.154.

CAPUT XVIII.

Num.5. REſponderunt ei Jeſum Nazaræ-num? dicit eis Jeſus, ego ſum c. 1. q 2.n. 14.

8. Si ergo me quæritis ſinite hos abire. Ut impleretur ſermo, quem dixit, quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam, cap.2.q. 27.n. 211.

36. Reſpondit Jeſus, Regnum meum non eſt de hoc mundo, cap. 11.q.29.n. 225.

CAPUT XIX.

Num.20. ERat ſcriptum Hebraïcè, Græcè & Latinè, cap.9.q. 14.n.138.

26. Cùm vidiſſet ergo Jeſus matrem, & diſcipulum ſtantem, quem diligebat, dicit matri ſuæ, mulier ecce filius tuus, cap.1.q. 8.n.53. & q. 33.n.250. & c. 4.q. 11.n. 85.

38. Poſt hæc autem rogavit Pilatum Joſeph ab Arimathia, eo quod eſſet diſcipulus Jeſu, occultus autem propter metum Judæorum, cap. 11.q. 25.n. 205.

CAPUT XX.

Num. 11. MAria ergo ſtabat ad monumentum foris plorans, c.3. q. 48. num. 423.

12. Et dum fleret, inclinavit & proſpexit in monumentum. Et vidit duos Angelos in albis ſedentes, cap.4 q.20.n. 161.

17 Dixit ei Jeſus noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum, cap. 1.q.49. num. 383.

17. Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum: Deum meum, & Deum veſtrum, c.2.q. 25. n.186.

21. Dixit ergo eis iterum pax vobis, cap. 1. q. 67.n. 575.

CAPUT XXI.

Num. 7. SImon Petrus, cum audiſſet quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe, erat enim nudus, cap.7.q.31.n.265.

17. Domine tu omnia noſti: tu ſcis quia amo te, paſce oves meas, cap. 3.q 59.n.524.

18. Cùm autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis, cap. 1 q.51.n.403.

20. Converſus Petrus vidit illum diſcipulum, quem diligebat Jeſus. Hunc ergo cùm vidiſſet Petrus; dixit Jeſu Domine, hic autem quid, cap 7.q.16.n.153.

24. Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc, & ſcimus, quia verum eſt teſtimonium ejus, c.1. q. 7. num. 46.

Ex Actis Apoſtolorum.

CAPUT I.

Num.23. ET ſtatuerunt duos, Joſeph qui vocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt juſtus, & Matthiam, & cecidit ſors ſuper Matthiam, cap. 4.q.16.n. 134.

CAPUT II.

Num. 3. ET apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditque ſuper ſingulos eorum, cap.1.q.50.num.396. & cap. 7. q 13.n.115.

11. Audivimus eos loquentes noſtris linguis magnalia Dei, cap 9.q.14.n.139.

CAPUT III.

Num.17. NUnc fratres ſcio, quia per ignorantiam feciſtis, ſicut & Principes veſtri, cap.8.q. 4.n. 50.

CAPUT VII.

Num. 41. VItulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hoſtiam ſimulachro, & lætabantur in operibus manuum ſuarum, cap.9.q.6.n.65.

51. Dura cervice, & incircumciſis cordibus, & auribus vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis, ſicut Patres veſtri, ita & vos, cap. 8. q. 4. num. 50.

55. Cùm autem eſſet plenus Spiritu Sancto, intendens in cœlum, vidit gloriam Dei, & Jeſum ſtantem à Dextris Dei, & ait: Ecce video cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei, cap.1.q.45.num.338. & cap. 10. q. 11. num. 109.

CAPUT VIII.

Num. 28. Revertebatur legens Iſaiam Prophetam, dixit autem Spiritus Philippo, cap. 4. q. 2. n. 13.

32. Locus autem ſcripturæ, quem legebat erat hic. Tanquam ovis ad occiſionem ductus eſt: & ſicut Agnus coram tondente ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum, cap. 2. q. 27. num. 210.

CAPUT IX.

Num. 4. ET ſubitò circumfulſit eum lux de cœlo, & cadens in terram audivit vocem dicentem ſibi; Saule, Saule quid me perſequeris, cap. 3. q. 58. n. 514.

9. Et erat ibi tribus diebus, non videns, & non manducavit, neque bibit, cap. 4. q. 4. num. 26.

18. Et confeſtim ceciderunt ab oculis ejus tanquam ſquamæ, & viſum recepit, c. 3. q. 48 num. 412.

39. Et circumſteterunt eum omnes viduæ flentes, & oſtendentes ei tunicas, & veſtes, quas faciebat illis Dorcas, c. 8. q. 7. n. 77.

CAPUT X.

Num. 12. IN quo erant omnia quadrupedia, ſerpentia terræ, & volatilia cœli, & vox facta eſt ad eum de cœlo dicens: ſurge & manduca, cap. 5. q. 12. n. 103.

38. Qui pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo. c. 1. q. 30. n. 226.

CAPUT XII.

Num. 6. ERat Petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus: & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebant carcerem, cap. 5. q. 13. n. 111.

CAPUT XIV.

Num. 26. REtulerunt, quanta feciſſet Deus cum illis, & quia aperuiſſet gentibus oſtium fidei, cap. 3. q. 21. n. 164.

CAPUT XV.

Num. 82. VIſum eſt enim Spiritui ſancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quàm neceſſaria, cap. 2. q. 18. num. 157.

CAPUT XVI.

Num. 30. ET tremefactus procidit Paulo, & Silæ ad pedes, & producens eos foras ait, cap. 10. q. 12. n. 119.

CAPUT XX.

Num. 28. ATtendite vobis, & univerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, cap. 2. q. 18. n. 137.

Ex Epiſtola B. Pauli ad Romanos.

CAPUT I.

Num. 1. PAulus ſervus Jeſu Chriſti vocatus Apoſtolus, cap. 1. q. 9. num. 60, & q. 10. n. 64.

7. Gratia vobis, & pax à Deo Patre noſtro, Et Domino Jeſu Chriſto, cap. 1. quæſt. 14. num. 111.

21. Evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum dicentes ſe eſſe ſapientes, cap. 9. q. 21. n. 207.

22. Stulti facti ſunt, & mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, cap. 9. quæſt. 3. num. 29.

29. Repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitia, plenos invidia, homicidio, cap. 8. q. 11. n. 114.

CAPUT V.

Num. 3. TRibulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò ſpem, c. 1. q. 35. n. 263.

5. Quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis, cap. 3. q. 54. num. 470. & cap. 4. q. 21 num. 175.

CAPUT VI.

Num. 5. SI enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis ejus: ſimul & reſurrectionis erimus, c. 10. q. 12. n. 118.

9. Chriſtus reſurgens ex mortuis mors illi ultra non dominabitur, c. 1. q. 76. n. 659.

CAPUT VIII.

Num. 3. DEus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, de peccato damnavit peccatum in carne, c. 1. q. 47. num. 358.

17. Si tamen compatimur, ut & conglorificemur, cap. 1. q. 35. n. 258.

26. Similiter autem Spiritus adjuvat infirmitatem noſtram: nam quid oremus, ſicut oportet neſcimus. Sed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, cap. 5. q. 12. n. 104.

32. Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, c. 5. q. 20 num. 179.

CAPUT XI.

Num. 6. SI autem gratia jam non ex operibus: alioquin gratia jam non eſt gratia, cap. 3. q. 43 n. 374.

26. Et ſic omnis Iſraël ſalvus fieret, ſicut ſcriptum eſt: veniet ex Sion, qui eripiat, & avertat impietatem Jacob, cap. 4. q. 35. n. 319 & cap. 7. q. 10. n. 89.

33. O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, cap. 1. q. 53. num. 423.

CAPUT

CAPUT. XII.

Num. 1. OBſecro vos fratres per miſericordiam Dei, ut exhibeatis, corpora veſtra hoſtiam viventem, Deo placentem, c. 2. q. 65. n. 520.

11. Solicitudine non pigri; ſpiritu ferventes, Domino ſervientes, c. 3. q. 37. n. 317.

18. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, pacem cum omnibus hominibus habentes, c. 6. q. 25. num. 234.

CAPUT XIII.

Num. 14. INduimini Dominum Jeſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſideriis, c. 2. q. 52. n. 395.

CAPUT XVI.

Num 20. DEus autem pacis conterat Satanam ſub pedibus veſtris velociter, c. 2. q. 33. n. 247. & c. 2. q. 67. n. 536.

Ex 1. *ad Corinthios.*

CAPUT III.

Num. 17. TEmplum enim Dei ſanctum quod eſtis vos, cap. 11. q. 3. num. 18.

CAPUT IV.

Num. 1. SIc nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei, c. 2. q. 66. n. 425.

9. Puto, quod Deus nos tanquam noviſſimos Apoſtolos oſtendit, tanquam morti deſtinatos, c. 11. q. 9. n. 69.

11. Uſque in hanc horam & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, c. 7. q. 21. n. 181.

13. Blaſphemamur, & obſecramus, cap 2. q. 31. num. 225.

CAPUT V.

Num. 4. COngregatis vobis, & meo ſpiritu, cum virtute Domini noſtri Jeſu, tradere hujuſmodi Satanæ, cap 8. q. 18. num. 187.

11. Si is, qui frater nominatur eſt fornicator, aut avarus, aut idolis ſerviens cum hujuſmodi nec cibum ſumere, capit. 6. quæſt. 25. num. 234.

12. Quid mihi de his, qui foris ſunt, judicare? Nonne de his, qui intus ſunt vos judicatis, c. 11. q. 5. n. 36.

CAPUT VI.

Num. 3. NEſcitis, quoniam Angelos judicabimus? quantò magis ſæcularia, c. 7. q 27. n 232.

20. Empti enim eſtis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpore veſtro, cap. 1. q. 23. n. 168.

CAPUT VIII.

Num. 1. SCimus quoniam omnes ſcientiam habemus, ſcientia inflat, charitas verò ædificat, cap. 3. quæſtion. 44. numero 386.

CAPUT IX.

Num. 24. OMnes quidem currunt, ſed unus accipit bravium, ſic currite, ut comprehendatis, cap. 2. quæſt. 36 num. 260.

CAPUT X.

Num. 1. PAtres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt, c. 8. q. 13 num. 139.

7. Neque idololatræ efficiamini ſicut quidam ex ipſis, quemadmodum ſcriptum eſt: Sedit populus manducare, & bibere, cap. 9 quæſt. 4. num. 46.

CAPUT XI.

Num. 3. QUod omnis viri caput Chriſtus eſt, caput autem mulieris vir, cap. 1. q. 53. n. 421.

19. Oportet hæreſes eſſe, ut qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis, cap. 1. Expoſit. 5. num. 682.

30. Ideo inter vos multi infirmi, & dormiunt multi, c. 6. q. 17. n. 167.

CAPUT XII.

Num. 8. ALii quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alii autem ſermo ſcientiæ ſecundùm eundem ſpiritum, c. 19. q. 17. n. 169.

11. Hæc autem omnia operatur idem ſpiritus dividens ſingulis ſingula prout vult, c. 1. q. 62. num. 536.

20. Non poteſt autem oculus dicere manui opera tua non indigeo, cap. 1. quæſtion. 57. num. 472.

CAPUT XIII.

Num. 2. SI habuero prophetiam, & noverim myſteria omnia, ſi habuero omnem fidem ita ut montes transferam, c. 5. q. 22. n. 171.

4. Charitas patiens eſt, benigna eſt; charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, cap 2. quæſtion. 5. num. 42. & q. 56. num. 428.

5. Non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati, capit. 1. quæſtion 51. numero 406.

8. Charitas nunquam excidit, ſive prophetiæ evacuabuntur, capit. 7. quæſtion. 19. numero 167.

CAPUT XV.

Num. 12. SI autem Chriſtus prædicatur; quod ſurrexit à mortuis, quomodo dicunt in vobis, quoniam reſurrectio mortuorum non eſt, cap.1.quæſt.77. num. 661.

13. Si autem reſurrectio mortuorum non eſt, neque Chriſtus reſurrexit, cap.1. quæſt. 19. num. 142.

14. Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt ergo prædicatio noſtra, & fides veſtra, c.4.q.26.n. 236.

20. Nunc autem Chriſtus reſurrexit, primitiæ dormientium, cap. 1. quæſtion. 19. numero 140.

47. Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cœlo cœleſtis, cap. 4. quæſt. 10. num. 76.

51. Ecce myſterium vobis dico: omnes quidem reſurgemus, cap. 10. quæſtion. 13. numero 129.

CAPUT XVI.

Num.9. OStium enim mihi apertum eſt magnum & evidens, c.3.q.21. num. 166.

Ex 2. ad Corinthios.

CAPUT II.

Num.12. CUm veniſſem autem Troadem propter Evangelium Chriſti, & oſtium mihi eſſet apertum in Domino, c. 3.q.21.n. 166.

17. Non enim ſumus ſicut plurimi adulterantes verbum Dei, ſed ex ſinceritate, ſicut ex Deo coram Deo, cap 6. quæſtion. 3. numero 40.

CAPUT III.

Num.7. ITa ut non poſſent intendere filii Iſraël in faciem Moyſis propter gloriam vultus ejus, quæ evacuatur, c. 2. q. 52 num. 400.

18. Nos verò omnes revelata facie gloriam Domini ſpeculantes in eandam imaginem transformamur à claritate in claritatem, q. 2. Prooem. num. 11.

CAPUT IV.

Num.6. QUoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris, cap. 8.q.16. num. 161.

17. Quod in præſenti eſt momentaneum, & leve tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur, capit. 4. quæſtion. 36. numero 332.

CAPUT V.

Num. 16. ET ſi cognovimus ſecundùm carnem Chriſtum, jam nunc non novimus, capit. 1. quæſtion. 47. numero 360.

17. Si quæ ergo in Chriſto nova creatura: vetera tranſierunt. Ecce facta ſunt omnia nova, c.3. q. 36.n. 300.

21. Qui peccatum non noverat pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur juſtitia Dei in ipſo, cap.1.q. 47.num. 358. & quæſt. 51. num. 406.

CAPUT VI.

Num. 6. IN caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuavitate, in Spiritu ſancto, capit. 1. quæſtion. 8. numero 58.

16. Vos enim eſtis templum Dei vivi, ſicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, cap. 11. q. 12. n. 88.

CAPUT VIII.

Num.9. SCitis enim gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cap. 7. quæſt. 21. num. 183.

18. Miſimus etiam cum illo fratrem cujus laus eſt in Evangelio per omnes Eccleſias, c. 4. q. 30. n. 255.

CAPUT XI.

Num. 13. NAm hujuſmodi pſeudo-Apoſtoli, ſunt operarii ſubdoli transfigurantes ſe in Apoſtolus Chriſti, cap. 2. q. 6. n. 34

CAPUT XII.

Num.3 SCio hominem in Chriſto, ſive in corpore, ſive extra corpus neſcio, Deus ſcit, quoniam raptus eſt in paradiſum, & audivit arcana verba, cap.4.q.4. num. 26.

4. Audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui, capit. 1. quæſtion. 80. numero 686.

9. Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur, c.3.q. 22. num. 177. & q. 48. num. 428.

Ex Epiſtola ad Galatas.

CAPUT II.

Num.2. ET contuli cum illis Evangelium quod prædico in gentibus, ſeorſum autem iis, qui videbantur aliquid eſſe, c. 4.q. 14 n. 118.

9. Cùm cognoviſſent gratiam, quæ data eſt mihi, Jacobus & Cephas, & Joannes, qui videbantur columnæ eſſe, cap. 3. quæſt. 28. num. 220.

20. Chriſto confixus ſum cruci, vivo autem jam non ego, vivit verò in me Chriſtus, c. 5. q. 13. n. 110.

CAPUT IV.

Num. 4. UBi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, cap. 10. q. 12. num. 116.

9. Iterum ad infirmitatem egena elementa, quibus denuò ſervire vultis, cap. 4. quæſt. 5. num. 33.

16. Bonum autem æmulamini in bono ſemper, & non tantùm cum præſens ſum apud vos, c. 3. q 51. n. 446.

17. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis, cap. 3. quæſt. 31. num. 261.

20. Vellem eſſe apud vos modò, & mutare vocem meam, capit. 1. quæſtion. 81, numero 698.

CAPUT V.

Num. 24. QUi autem ſunt Chriſti carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis, cap. 5. quæſtion. 21. numero 188.

CAPUT VI.

Num. 15. IN Chriſto Jeſu, neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed nova creatura, capit. 3. quæſtion. 36. numero 300.

17. Stigmata Domini Jeſu in corpore meo porto, cap. 7. q. 9. num. 71.

Ex Epiſtola ad Epheſios.

CAPUT I.

Num. 13. IN quo & credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, c. 7. q. 9. num. 76.

CAPUT II.

Num. 10. IPſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Jeſu in bonis operibus c. 3. q. 36. n. 300.

20. Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, ac prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu, cap. 9. quæſt. 16. num. 154.

CAPUT III.

Num. 5. ALiis generationibus non eſt agnitum filiis hominum, ſicuti nunc revelatum eſt ſanctis Apoſtolis, q. 2. Proœm. n. 11.

6. Gentes eſſe cohæredes, & concorporales, & comparticipes promiſſionis ejus in Chriſto Jeſu per Evangelium, cap. 2. quæſt. 49. num. 373.

10. Ut innoteſcat principatibus, & poteſtatibus cœleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei, cap. 4. quæſtion. 31. numero 272.

CAPUT IV.

Num. 3. SOliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis, cap. 3. q. 32. n. 278. & c. 9. q. 18. 175.

23. Renovamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite novum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt, cap. 2. quæſtion. 52. numero 395.

8. Aſcendens in altum captivam duxit captivitatem dedit dona hominibus, cap. 4. q 36. num. 331.

CAPUT V.

Num. 8. ERatis aliquando tenebræ nunc autem lux in Domino, ut filii lucis ambulate, c. 2. q. 10. n. 85.

14. Propter quod dicit ſurge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus, c. 3. q. 52. n. 465.

CAPUT VI.

Num. 11. INduite vos armaturam Dei ut poſſitis ſtare adversùs inſidias diaboli, c. 1. q. 2. n. 15.

16. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, c. 1. q. 41. n. 306.

17. Aſſumite gladium ſpiritus quod eſt verbum Dei, c. 1. q. 67. n. 571.

Ex Epiſtola ad Philippenſes.

CAPUT II.

Num. 7. SEd ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem, hominum factus, cap. 1. q. 51. n. 406. & c. 5. q. 20. n. 179.

15. Ut ſitis ſine reprehenſione in medio nationis pravæ, & perverſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo, cap. 1. quæſt. 61. num. 523.

CAPUT III.

Num. 13. QUæ quidem retrò ſunt obliviſcens, ad ea verò, quæ ſunt priora extendens me ipſum, cap. 1. quæſt. 39. num. 295.

20. Converſatio noſtra in cœlis eſt, c. 1. q. 28. num. 205. & q. 37. n. 271.

CAPUT IV.

Num. 1. ITaque fratres mei chariſſimi, & deſideratiſſimi, gaudium meum, & corona mea, c. 7 q. 24. n. 217.

7. Pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum cuſtodiat corda veſtra, c. 2. n. 19.

Ex Epiſtola ad Coloſſenſes.

CAPUT I.

Num. 12. QUi dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum ejus, cap. 3. quæſt. 12. num. 91.

16. Quoniam in ipſo condita ſunt univerſa in cœlis & in terra viſibilia & inviſibilia, c. 5. q. 27. n. 252.

24 Gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti, c. 2. q. 64. n. 508.

26. Myſterium, quod abſconditum fuit à ſæculis, & generationibus, nunc autem manifeſtum eſt, c. 1. q. 55. n. 446.

CAPUT II.

Num. 15. EXpolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter palam triumphans illos, cap. 5. quæſtion. 12. numero 91.

CAPUT III.

Num. 3. MOrtui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo, cap. 1. q. 74. n. 641. & cap. 2. quæſt. 46. num. 340.

14. Super omnia charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis, c. 2. q. 56. n. 424.

Ex Epiſtola prima ad Theſſalonicenſes.

CAPUT IV.

Num. 16. DEinde nos qui vivimus & qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obviam Chriſto in aëra, c. 6. q. 35. n. 303. & c. 10. q. 13. n. 129.

CAPUT. V.

Num. 2. DIes Domini ſicut fur in nocte veniet, cùm enim dixerint, pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperveniet interitus, c. 6. q. 18. n. 172.

19. Spiritum nolite extinguere, cap. 3. quæſt. 37. num. 317.

Ex ſecunda ad Theſſalonicenſes.

CAPUT II.

Num. 4. EXtollitur ſupra omne quod dicitur Deus, ita ut in templo Dei ſedeat, c. 11. Expoſ. 6. n. 161.

CAPUT III.

Num. 1. ORate pro nobis ut ſermo Dei currat, & clarificetur ſicut apud vos, c. 1. q. 67. n. 573.

5. Habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes, cap. 9. Expoſ. 4. num. 92.

Ex Epiſtola 1. ad Timotheum.

CAPUT II.

Num. 1. OBſecro igitur primò omnium fieri obſecrationes, orationes poſtulationes, gratiarum actiones, cap. 8. q. 6. num. 66.

5. Unus eſt enim Deus, mediator Dei, & hominum, c. 1. q. 30. n. 226.

8. Volo autem viros orare in omni loco, c. 2. q. 59. n. 447.

12. Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubmiſſione, docere autem mulieri non permitto, c. 2. q. 59. q. 446.

CAPUT III.

Num. 6. NOn neophytum, ne in ſuperbiam elatus in judicium incidat diaboli, c. 11. q. 27. n. 219.

15. ut ſcias quomodo te oporteat in domo Dei converſari, quæ eſt Eccleſia Dei vivi, columna & firmamentum virtutis, cap. 3. q. 28. n. 221.

Ex 2. ad Timotheum.

CAPUT II.

Num. 4. NEmo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus, c. 1. q. 38. num. 287.

19. Firmum fundamentum Dei ſtat habens ſignaculum hoc, c. 7. q. 9. n. 76. & c. 3. quæſt. 39 num. 335.

CAPUT III.

Num. 12. QUi piè volunt vivere in Chriſto perſecutionem patiuntur, c. 1. quæſt. 4. num. 25.

CAPUT IV.

Num. 2. PRædica verbum, inſta opportunè, importunè: argue: obſecra, increpa, c. 1. q. 80. n. 688.

8. Repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa, die, c. 2. q. 20 num. 156.

Ex Epiſtola ad Titum.

CAPUT I.

Num. 8. OPortet Epiſcopum ſine crimine eſſe hoſpitalem, benignum, ſobrium, juſtum, ſanctum, c. 7. q. 32. n. 270.

16. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant: cùm ſint abominati, & execrabiles, c. 2. q. 31. n. 230.

CAPUT III.

Num. 4. BEnignitas, & humanitas apparuit ſalvatoris noſtri Dei, non ex operibus juſtitiæ, quæ fecimus nos, c. 1. q. 49. num. 480.

Ex Epiſtola ad Hebræos.

CAPUT I.

Num. 2. Multifariam multiſque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, c.4.q.41.n.370.

3. portans omnia verbo virtutis ſuæ; purgationem peccatorum faciens, c. 1.q. 68 n. 582.

14. Omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus, in miniſterium miſſi, c.1.q.7.n.45.

CAPUT II.

Num. 8. Nunc autem nec dum videmus omnia ſubjecta eis, c.11.quæſt. 29. num. 226.

CAPUT III.

Num. 1. Conſiderate Apoſtolum, pontificem confeſſionis noſtræ Jeſum, c. 4.q. 41.n.370.

13. Adhortamini volmetipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur, c.2.q. 50. num. 386.

CAPUT IV.

Num. 13. Vivus eſt ſermo Dei, & efficax penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens uſque ad diviſionem animæ, c. 1.q.67. n.571.& c.4.q.34.n.304.

13. Non eſt ulla creatura inviſibilis in conſpectu ejus, omnia ſunt nuda, & aperta oculis ejus, c.4.q 22.n 181.

16. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, ut miſericordiam conſequamur, c. 4.q.42.n. 373.

CAPUT V.

Num. 4. Ne quiſquam ſumat ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron, c. 8.q.4.n.45.

7. In diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit illum ſalvum facere à morte, c. 8.q.7.n. 78.

CAPUT XI.

Num. 4. Fide plurimam hoſtiam Abel quam Cain, obtulit Deo, cap.3.q.23. num. 86.

CAPUT XII.

Num. 6. Quem diligit Dominus caſtigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit, c. 3.q. 50. n. 447.

24. Teſtamenti novi mediatorem Jeſum, & ſanguinis aſperſionem, melius loquentem quam Abel, c. 6. q. 24. n. 221.

CAPUT XIII.

Num. 10. Habemus altare, de quo edere non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſerviunt, c. 9. q. 16. n.150.

Ex Epiſtola Jacobi.

CAPUT I.

Num. 1. Jacobus Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervus, c. 1. q. 10. n. 64.

5. Si quis autem veſtrûm indiget ſapientia poſtulet à Deo qui dat omnibus affluenter, c. 1.q. 31.n. 228.

12. Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, c.7. q 13. n. 112.

CAPUT II.

Num. 19. Tu credis quia unus eſt Deus & bene facis, dæmones credunt, & contremiſcunt, c 2.q.31.n.230.

13. Judicium ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam, c.2.q.66.n. 527.

CAPUT III.

Num. 6. Lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam nativitatis, cap.6.q.19.n.180.& c.9 q.23.n. 224.

17. Quæ autem deſurſum eſt ſapientia, primum quidem publica eſt, deinde pacifica, c. 10. q 5 n. 54.

CAPUT IV.

Num. 1. Unde bella, & lites in vobis nonne hinc? ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris, c. 9.q.23. n. 224.

6. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam, c. 4.q 25.n. 218.

Ex 1. D. Petri.

CAPUT I.

Num. 12. In quem deſiderant Angeli proſpicere, c 7.q.31.n. 264.

21. Qui per ipſum fideles eſtis in Deo, qui ſuſcitavit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, ut fides veſtra, & ſpes veſtra eſſet in Deo, c.1.q 54. n. 441.

CAPUT II.

Num. 22. Chriſtus paſſus eſt pro nobis vobis relinquens exemplum ut ſequamini veſtigia ejus, c. 1.q. 73. n. 632.

CAPUT IV.

Num. 17. Tempus eſt, ut judicium incipiat à domo Dei, c.11.q.3. n. 19.

18. Et ſi juſtus vix ſalvabitur impius & peccator ubi parebunt, c.1.q.69. n. 595.

CAPUT. V.

Num. 5. Cum apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam, c. 4.q 36.n.266.

Ex 2. Petri.

CAPUT I.

Num. 19. DOnec dies eluceſcat & lucifer oriatur in cordibus veſtris, c.2. q. 67. n. 543.

21. Non voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirante, locuti ſunt ſancti Dei homines, cap.1.q.80. num. 684.

Ex Epiſtola 1. Joannis.

CAPUT. II.

Num. 10. QUi diligit fratrem ſuum in lumine manet & ſcandalum in eo non eſt, c. 2 q. 14. n. 113.

18. Filioli noviſſima hora eſt ſicut audiſtis c. 8. q. 4. n. 42.

CAPUT III.

Num. 16. IN hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ipſe pro nobis animam poſuit, c. 1. q.21.n.152.

CAPUT IV.

Num. 19. NOs ergo diligamus Deum quoniam ipſe prior dilexit nos c. 1. q. 21.n.152.

Ex Epiſtola Judæ Apoſtoli.

Num. 13. FLuctus feri maris deſpumantes ſuas confuſiones, ſydera errantia, c. 1 q.61.n.526.& c. 2.q.63.n.498.

14. Prophetavit autem de his ſeptimus ab Adam Enoch dicens: ecce venit Dominus in Sanctis millibus ſuis, c. 11.q. 10. n. 78.

Ex Apocalypſi.

CAPUT I.

Num. 8 EGo ſum Alpha, & Omega: principium & finis, c.4 q.1.n. 4.

18. Habeo claves mortis, & inferni, cap.9.q.2. num. 14.

CAPUT II.

Num. 16. SI quominus veniam tibi citò, & pugnabo cum illis in gladio oris mei, c. 1.q. 68 n. 581.

18. Sicut ego accepi à Patre meo, & dabo illi ſtellam matutinam, c.1.q.63.n.541.

CAPUT III.

Num. 20. ECce ego ſto ad oſtium & pulſo, c. 2.q. 4.n.25.

CAPUT IV.

Num. 4. IN circuitu ſedis, & in medio ſedis ſedilia viginti quatuor & ſuper thronos viginti quatuor ſeniores ſedentes c. 6.q.22.n.204.& c.7.q.20.n. 177.

8. Et non habebant requiem die, ac nocte dicentia Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, c.8.q. 2. n. 20.

CAPUT. V.

Num. 5. VIcit Leo de tribu Juda radix David aperire librum & ſolvere ſeptem ſignacula ejus, c. 1.q.34.n. 257.

6. Vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio ſeniorum Agnum ſtantem tanquam occiſum, c.4 q.35.n.314.

9. Redemiſti nos Deo in ſanguine tuo, & feciſti nos Deo noſtro regnum, cap. 7. q. 26. num. 223.

CAPUT VII.

Num. 14. DEalbaverunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni, c.1.q.21.n. 156.

15. Sunt ante thronum Dei, & ſerviunt ei die, ac nocte in templo ejus, c.6.q.20.n.193

CAPUT X.

Num. 5. ET vidi alium Angelum fortem deſcendentem de Cœlo amictum nube, & iris in capite ejus, cap.4.quæſt.29. num. 250.

CAPUT XII.

Num. 1. IN capite ejus corona ſtellarum duodecim, in utero habens, cap. 1. q. 62. n. 534.

CAPUT XIX.

Num. 13. VEſtitus erat veſte aſperſa ſanguine, & vocabatur nomen ejus verbum Dei, c. 1 q. 51. n.409.

15. De ore ejus procedit gladius acutus ex utraque parte, ut in ipſo percutiat gentes, & reget eas in virga ferrea, c.1.q.68. n.581.

CAPUT XX.

Num. 11. VIdi thronum magnum candidum & ſedentem ſuper eum, à cujus conſpectu fugit Cœlum, cap.6 q.32. num. 285.

CAPUT XXI.

Num. 2. VIdi ſanctam Civitatem Jeruſalem novam deſcendentem de Cœlo, c. 1. q. 55. n. 449.

22. Templum non vidi in ea, c.6.q.21. n.194.

CAPUT XXII.

Num. 1. OStendit mihi fluvium aquæ vitæ, procedentem à ſede Dei & agni, c.4.q. 30. n. 265.

9. Ne ſignaveris verba Prophetiæ libri hujus, c. 1. q. 1. n. 4.

SUMMA

SUMMA

Concionum, ad res quæ extraordinariè paſſim occurrunt.

AD MAIOREM DEI GLORIAM, ET GRATIAM Concionatorum, hunc indicem ſubjicimus; in eóque id adverto, quod ea, quæ in una concione dicuntur ad alias ſimiles, tam quæ hîc habentur, quàm ad eas quæ ex aliqua circumſtantia occurrunt, facilè accommodari poſſunt.

COMPENDIUM

CONCIONUM.

CONCIO. I. IN magna ſiccitate, ac penuria aquarum.

2. Pro eadem ſiccitate, ac penuria aquarum.
3. Pro eadem ſiccitate, ac ſterilitate aquarum.
4. Pro multa pluvia, ac inundatione aquarum.
5. In magna tempeſtate, ac inundatione aquarum.
6. In plaga locuſtarum omnia devaſtantium.
7. Pro magno Incendio.
8. Pro magna calamitate, ac labore.
9. Pro deprecatione, ac obſecratione alicujus rei maximè neceſſariæ.
10. Pro peſte.
11. Pro bello, ſeu advenientibus hoſtibus.
12. Pro exercitu exeunte in bellum.
13. Pro civitate, vel arce obſeſſa ab inimicis.
14. Pro civitate, vel arce capta ab inimicis.
15. Pro civitate, vel arce reſtituta è manibus inimicorum.
16. Pro inſigni aliqua victoria.
17. Pro magno, ac ingenti aliquo beneficio.
18 Pro ſalute Regis morbo laborantis.
19. In profeſſione alicujus monialis.
20. Pro capitulo, ſeu electione facienda concio ad fratres.

CONCIO I.

In magna ſiccitate, ac penuria aquarum.

THEMA.

P*Oſuiſti terram in malitiis tuis. Quamobrem probibitæ ſunt ſtillæ pluviarum, & ſerotinus imber non fuit. Frons meretricis facta eſt tibi, & noluiſti erubeſcere: ergo ſaltem amodo voca me Pater meus es tu.* Jerem. 3.n 2. & 3.

1. *Poſuiſti terram in malitiis tuis*: Ex noſtris iniquitatibus coinquinatur terra, ut fiat expers omnis benedictionis, ac boni, indeque omni benedictioni, ac maledictioni ſubjecta eſt, Ait Deus Adamo. *Maledicta terra, in opere tuo.* Geneſ. 3.n. 17. *Cuncta, quæ Deus fecerat erant valde bona*, ut dicitur Gen. 1.n.31. Unde ergo terra, quæ non peccaverat, maledictione premitur, ut nempe homine peccatore inhabitante, maledictionem contraxit, Rupertus ait. *Maledicta terra in opere tuo, quod eſt peccatum*, in ipſa terra commiſſum; ex conjunctione terræ cum homine ipſa fœdatur. Vide c. 9. q. 3. n. 27.

2. *Frons meretricis facta eſt tibi, & noluiſti erubeſcere.* Ecce ſumma iniquitas, ac deplorati hominis indicium, non ſolùm peccare, ſed etiam de eis nullam habere verecundiam, imò potiùs de illo ſe jactanter gloriari. Unde David ſapientiſſimè pſal. 6.n. 11. præ charitate clamabat. *Erubeſcant, & conturbentur vehementer.* Quæ oratio eſt optativa, ut rectè explicat noſter Incognitus, qui ait. *Erubeſcant de ſuis actibus malis, qui mali ſunt, & conturbentur per pœnitentiam.* Erubeſcentia, quædam via eſt ad pœnitentiam, & quandiu erubeſcentia caruerint homines, pœnitentiæ conturbationem non habebunt.

3. *Frons meretricis facta eſt tibi.* Arguuntur hîc publica peccata, ut communiter Interpretes notant, hæc enim totam terram, ac rempublicam contaminare ſolent, ideo publica clade, ac devaſtatione agrorum, nempe à Deo puniuntur. Nam ut benè notat Sanchez hîc in publico peccato, ac omnibus peccati cenſetur. Deum alii ferunt, alii diſſimulant, alii annuunt, alii defendunt, alii etiam imitantur quod jam confirmo.

4. *Frons meretricis facta eſt tibi.* Publicum peccatum vehementer ſolicitat iram Dei contra ſe. Peccant contra Deum David & Abſalon David miſericordiam largiter invenit; Abſalon verò miſeram mortem cum æterna damnatione, & quænam hujus rei cauſa? Abſalon Amnonem fratrem publicè interfecit, & ut inſpectores tragœdiæ fratres vocavit 2.Reg.13.n. 28. Inſuper concubinas patris in ſolario coram univerſo Iſraël violavit. 2. Reg. 16. n. 22. At David quamvis uxorem Uriæ fœdaverit, ac per literas miſſas ad Joab illius vitæ ſit inſidiatus, ad hoc tamen raptus fuit, peccati verecundia, la eb as

quærens

quærens, lucem fugiens, *& in abſcondito faciens*, ut dicitur. 2.Reg. 12.n.13. Sic ergo Abſalon ex publicatione delicti in publicam pœnam incidit: David verò ex occultatione criminis, ad lucem gratiæ venit, & miſericordiam invenit. D. Ambroſ. in Apoc. cap. 6. agens de peccato David. Sic ait *Culpam fateor, ſed tolerabilior eſt, quæ premitur verecundia, quàm quæ inſolentia prædicatur.*

5. *Quamobrem prohibitæ ſunt ſtillæ pluviarum, & ſerotinus imber non fuit.* Tuis ergo ſceleribus tibi Cœlum clauſiſti, ne plueret, indéque tibi famem, ac ſterilitatem accerſiſti. *Serotinus imber non fuit*, id eſt ſuo tempore convenienti, ac proportionato.

6. *Prohibitæ ſunt ſtillæ pluviarum* ob peccata noſtra. Sic dicitur Levit. 26.n.3. *Si in præceptis meis ambulaveritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluviam temporibus ſuis.* Et Deuter. 11.n.16. *Cavete ne fortè decipiatur cor veſtrum, & recedatis à Domino. Iratus itaque Dominus claudat Cœlum, & pluviæ non deſcendant, ne terra det germen ſuum, pereatiſque velociter.* Et Aggæus 1. n. 9. ait. *Quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinatis unuſquiſque in domum ſuam, propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt Cœli, ne darent rorem, & terra prohibita eſt, ne daret germen ſuum: & vocavi ſiccitatem ſuper terram, &c.*

7. *Serotinus imber non fuit.* Hæc ergo penuria aquarum, hæc ſiccitas terræ ſignum eſt iræ Dei, dat Dominus nobis hæc ſigna ut fugiamus ab ejus ira. Vide c.1.q. 56.n. 454. & qui hac ira Dei non emendatur in majorem & rigidiorem deveniat. Vide c. 11.q. 32.n. 252.

8. *Voca me. pater meus es tu, & dux virginitatis meæ.* Lyran. *Subditur*, ait, *divina clementia pœnitentiam ſemper recipere parata cum dicitur*, Voca me. pater meus es tu, *per creationem.* Dux virginitatis per redemptionem, per quam nos ſibi deſponſavit.

9. Fugiamus ab ira Dei ad ejus clementiam, ac pietatem, quia miſericors eſt pater, ac benignus ſalvator, & vult miſereri, ſiccitatem ſolvere, pluvias diffundere, vult tamen, ut puro corde, ac munda conſcientia ab eo petamus. Sic ait Zacharias 10. n. 1. *Petite à Domino pluviam in tempore ſerotino, & Dominus faciet nives, & pluviam imbris dabit eis.*

10. Cùm magna fame premeretur Iſraël, per tres annos, & dimidium clauſum eſt Cœlum; vult Deus populo ſubvenire, Heliæ preces expectat 3. Reg. 17. Indequè maximè eas ſolicitat, ut proſequitur D. Chryſoſt. ſerm. de Helia tom. 1. ſimul cum populo affligitur propheta, per corvos ſua natura immites alitur; Torrens Carith ſiccatur, dum apud viduam Sarephtanam hoſpitatur, filius moritur, & dum pro filio mulieris orat, etiam pro populo deprecatur, ut inde aquæ rore terra impinguatur. Unde ait Jacobus Apoſtolus in ſua Canon. c. 5.n. 17. *Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis, & oratione oravit, ut non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres, & menſes ſex. Et rurſum oravit, & Cœlum dedit pluviam, & terra dedit fructum ſuum.* Unde ſic ait de eo D. Aldhelmus Epiſtol de Virg c, 10. *Elias Vates virginitatis gratia decoratus, & ſpiritu afflatus Prophetico, cœleſtia clauſtra, & nimborum obſtacula precibus patefecit.* Expende illud *virginitatis gratia decoratus*; puritas maximè inſervit ad efficaciam orationis.

11. Sub peregrini ſpecie iter faciebat Dominus, cum duobus diſcipulis ſuis cùm jam appropinquarent Caſtellum *finxit ſe longius ire.* Luc. 24. n. 28. Si ipſe volebat cum eis in Caſtellum intrare, ad quid talem ſpeciem exhibet longius eundi; diſponebat Dominus cum eis recumbere in menſa, ut panem eis benediceret, frangeret, ac daret, hoc volebat, ſed intervenientibus eorum poſtulationibus *Mane nobiſcum Domine.* Ipſe vult dare panem, tamen vult ut noſtra oratione, illum impetremus. D. Bern. ſerm. 78. *Finxit ſe longius ire* ait, *Ne tunc quidem iſtud volebat, ſed magis probare fidem, & allicere precem.*

CONCIO II.

Pro eadem ſiccitate, ac penuria aquarum

THEMA.

AD te Domine clamabo, quia ignis comedit ſpecioſa deſerti, & flamma ſuccendit omnia ligna regionis, ſed & beſtiæ agri quaſi area ſitiens imbrem ſuſpexerunt ad te, quoniam exſiccati ſunt fontes aquarum, ex Joël 1. n. 19.

1. Videns Propheta Joël omnia ſpecioſa campi conſumpta ab æſtu ac calore ſolis, omneſque greges pecorum, ac beſtias agri, tabeſcentes, & quod præ ſiccitate fontes aquarum defecerant, in tanta rerum anguſtia, ac penuria conſtitutus propheta.

2. *Ait ad te Domine clamabo*, auxilium à te quærens. Ait Regius Vates pſal. 119. n. 1. *Ad Dominum cum tribularer clamavi, & exaudivit me.* Nulla fuit mora, nullumque extitit medium, inter clamorem, & exanditionem Dei; Huc advoco id, quod ait D. Gregor. Nazianz. Orat. 17. *Vide quemadmodum ſalus cum clamore conjuncta ſit? Adhuc te loquente dicet, ecce adſum.*

3. *Quaſi area ſitiens imbrem.* Cuncta ſunt arida, & ſicca ab imbre, ac irrigatione cœleſti, quia cuncta ſunt arida, & ſicca ſine charitate, ſine virtute benefaciendi pauperibus, & egenis.

4. *Dixit Deus congregentur aquæ, quæ ſub Cælo ſunt in locum unum, & appareat arida: & factum eſt ita, & vocavit Deus aridam terram.* Gen. 1. num. 9. quæ ſic ponderat D. Athanaſ. Synaita lib. 3. Hexamer. *Vide divina myſteria*, ait, *terram in profundo ab aquis ſuffocatam nominat aridam.* Gen. 1. num. 9. *cum autem aquæ ab ea receſſerunt non amplius nominat eam aridam, ſed terram.* Et quodnam myſterium eſt in hoc, quia terra dum nihil operatur, dum nulli hominum indigentiæ ſuccurrit, ariditatis vitium incurrit, & ubi juſſa eſt germinare, famelicoſque ſuo fructu ſaturare, & nudos veſtire, jam amplius non arida dicitur ſed terra.

5. Ad hujus rei guſtum dicitur. Ecclaſiaſt. 11. num. 1. *Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas*, Ubi Chald. Complutenſ. *Porrige eſcam tuam pauperibus*, & quando hortatur ut demus panem pauperibus, cur dicitur panis ſuper aquas mittendus? Quid aquæ cum pane dando? Ait Catena Græca. *Cum ſympathia*

thia & lachrymis fac eleemoſynam tranſeunti, petitur, ne panis dandus procedat de corde arido, nec de viſceribus aridis, ſed de humectatis teneritudine quadam compaſſionis, ad quod reſpicit illud verbum. *Cum ſymphatia.* Et quidem ſympathia, illa affectuum proportio, qua in te ſentis, quidquid calamitatis vides in fratre.

6. *Quaſi area ſitiens imbrem.* Si terra eſt arida, & ſicca, quia cor noſtrum eſt aridum, & ſiccum, & obduratum, ut non valeat in ſe recipere Dei mandata, & ſanctitatis veſtigia. Vnde monebat D. Irenæus lib. 4. c. 76. *Præſta Deo cor tuum molle, & tractabile, & cuſtodi figuram, qua te figuravit artifex habens intemetipſo humorem, ne induratus amittas veſtigia digitorum ejus.* Veſtigia in arido, & duro non imprimuntur, ideo qui amat Dei veſtigia in ſe retinere, humorem habeat, quo viſcera ejus tenereſcant & molliantur ad proximorum neceſſitates, & ut ſimul in ſe retineant veſtigia, ac imitationem Chriſti.

7. *Sed & beſtiæ agri?* Non ſolùm beſtiæ agri, ſed etiam equi & canes domus tuæ laborent ſiti & fame in demonſtratione noſtræ pœnitentiæ & mortificationis. Audita Prædicatione Jonæ ex Regis ore clamavit præco. *Homines jumenta & boves & pecora, non guſtent quidquam: nec paſcantur, & aquam non bibant*, Jon. 2. n. 7. Ad quid hujuſmodi brutorum jejunium. Euſebius Gallican. homil. de pœnit. *Ecce*, ait, *ad aurem Domini gemitus etiam brutorum animalium pervenerunt, qui quidem dum fidei hominum militant, Cœlo cum ſupplicatione hominem militarunt.* In brutis non inveniuntur libertatis rationes, & inde non poſſunt eſſe in eis meritorum fructus, ad quid ergo jejunium? fuerunt hujuſmodi jejunia tanquam quædam pœnitentiæ redundationes, ac mortificationis hominum veluti oſtentationes, & dum ſic fidei militant, militant & Cœlum cum ſupplicatione ad veniam.

8. *Suſpexerunt ad te.* In tanta rerum ſiccitate, ac cunctorum penuria bruta animantia nobis dant documentum, non ſuſpiciunt nec ad dominos, ſuos nec ad homines, ſed tantùm ad Deum; *Suſpexerunt ad te.* Ut inde diſcamus, quod auxilium tantum à Deo quæramus, in quo ſolo noſtra ſpes conſtituenda eſt, & non in homine. Vide c. 3. q. 22. n. 173. & c. 9. q. 25. n. 241. 242. 243. & 244.

CONCIO III.

Pro eadem ſiccitate, ac ſterilitate aquarũ.

THEMA.

SIt Cœlum, quod ſupra te eſt æneum: & terra, quam calcas ferrea. Deut. 28. n. 23.

1. Ferè ſimilia habentur Levit. 26. n. 19. ubi ait Deus. *Dabo vobis Cœlum deſuper ſicut ferrum, & terram æneam.* Nam ut notat Abulenſ. hic in duobus conſiſtit rerum comeſtibilium fertilitas in ſuperiori, ſcilicet aëris diſpoſitione, ac in terræ congrua ſuſceptione. Ait ergo Deus. *Sit cœlum quod ſupra te eſt æneum.* Seu ut alii legunt, *quod ſupra caput tuum eſt æneum.* Scilicet, maximè clauſum, tam ad pluvias quàm ad influentias ſuas emittendas, *& terra ferrea.* Ut nihil in ſe ſuſcipiat, nec tibi reddat fructus ut ait D. Ambroſ. lib. 2. Hexam. cap. 4. *Sit terra ferrea, ſuis nuda fructibus, fœcunda ad pœnam, ſterilis ad alimoniam.*

2. *Sit Cœlum quod ſuprà te eſt æneum.* Homo ob ſuam obdurationem æneus & ferreus eſt erga Deum, reſpuens ejus inſpirationes, & mandata non audiens, ut ait Deus per Iſaiam 48. n. 4. *Scivi quia durus es tu, & nervus ferreus, cervix tua, & frons tua ænea.* Inde Deus dat ei in pœnam Cœlum æneum, & terram ferream.

3. Ait Deus Jerem. 15. n. 12. *Numquid fœderabitur ferrum ferreo, ab Aquilone & æs.* Fœderabitur nempe ferreum terræ, cum ferreo cordis hominis; quia cor hominum factum eſt ferreum, ne in ſe ſuſcipiat divinas inſpirationes, ac fructum faciat in via ſalutis, inde facta eſt tibi terra ferrea, ut non ſuſcipiat cœleſtes influentias ac pluvias, ut tibi fructum reddat. *Ab Aquilone & æs.* Aquilonem nominat, quia ſiccitatem, tanquam quid æneum importat, quia ergo cor tuum æneum factum eſt, ne immittat lachrymas ac gemitus in Cœlum inde & Cœlum æneum eſt, ne tibi imbres concedat. *Numquid fœderabitur ferrum ferro.*

4. Ait Regius Vates Pſalm. 141. num. 6. *Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.* Quia anima mea facta eſt tibi arida, velut terra ſine aqua lachrymarum, ut faceret fructum pœnitentiæ, ideo Deus dat tibi terram aridam ſine aqua, ne elementorum fructum tibi proferat.

5. Antiquam legem ſcripſit Deus in tabulis lapideis Exod. 32. n. 1. ut ita ex collato munere oſtenderetur, quales erant ejus acceptatores; cùm illi cor lapideum haberent circa legis obſervantiam, dedit & eis Deus legem in lapidibus.

6. Nec tibi faciat difficultatem quod in citato Deuteron. loco æneum tribuitur Cœlo: ferreum terræ, è contra verò in Levitico ferreum Cœlo, æneum terræ, quia ut benè ait Radelphus, per utrumque, nihil aliud ſignificatur, niſi tantum durities ad fructus producendos, quod pronuntiavit Deus per Aggæum Prophetam adductum in prima concione.

7. *Parvuli petierunt panem & non erat, qui frangeret eis.* Thren. 4. n. 4. Domine parvuli, ac pueri à matribus ſuis petunt panem, & tamen illæ non habent ad porrigendum. Tu qui es omnium Pater, da nobis panem noſtrum quotidianum, ad quem habendum aquam à te petimus.

CONCIO IV.

Pro multa pluvia, ac abundantia aquarum.

THEMA.

INundaverunt aquæ ſuper caput meum: dixi perii; Invocavi nomen Domini de lacu noviſſimo, vocem meam exaudiſti. Thren. 3. n. 54.

1. Videns ſe Jeremias Propheta oppreſſum à multitudine aquarum, quæ operiebant caput ejus ſcilicet civitatem, ac rempublicam ſuam, dixit; perii quaſi ſe conſumptum exiſtimavit,

ſtimavit ; unde & dixit ; *perii*, invocavit tamen Dominum, qui exaudivit orationem ejus.

2. *Inundaverunt aquæ*, valde mirum quod aquæ ſic excreverunt, ut quaſi ad omnium internecionem deveniant, cùm ab aquis omne fauſtum ſalutis, ac benedictionis hominibus naſcatur. Geneſ. 1. num. 20. Dixit autem Deus. *Producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile ſuper terram, ſub firmamentum Cœli, Creavit Deus cete grandia, & omnem animam viventem, quam produxerant aquæ*, &c. & vidit Deus quod eſſet bonum, & benedixit eis. Nondum auditum fuerat verbum benedictionis divinæ uſque nunc: radiaverat jam Cœlum luminaribus, & luminaribus magnis: terra floribus & fructibus apparuerat ornata, ſed non Cœlum, nec terra benedictione divina condecorantur; ventum eſt ad aquas, & vix apparet fœcunditas aquarum, & ecce dicitur *Benedixit ei Deus*. In aquis oſtenditur prima Dei benedictio, cùm ab illis omnis felicitas Chriſtiana, utpote in Baptiſmo eſſet auſpicanda. D. Athanaſ. Synaira lib 7. examer. *Vides*, ait, *quæ ex aquis orta ſunt animalia prari uiſſe eam, quæ à Deo datur, benedictionem*; Quomodo ergo nunc aquæ inſerviunt ad omnem devaſtationem, ac infelicitatem indicandam. O ſumma miſeria! ut illud, quod eſt ad ſalutem, ſit nobis ad ſupplicium, & pœnam, vide cap. 2.q 36.n.260.261. & 262.

3. *Inundaverunt aquæ ſuper caput meum, & perii.* Extremam ruinam, ac perditionem ab aquis provenire exclamat Propheta. Aqua obſcænas voluptates ſæpè ſignificat; Puer ille lunaticus, qui extrema mala patiebatur, de eo ait Pater ejus. *Sæpè cadit in ignem, & crebrò in aquam.* Matth. 7.n.14.D.Hieron. bi in Catena D. Thomæ, *Cadit in ignem*, ait, *in rapidum iræ furorem. In aquas verò ſcilicet voluptatum, vel cupiditatum.* Quibus omnino puer perimebatur, ac ſuffocabatur. Tanta aquarum mole premimur, quæ naſcuntur à noſtris voluptatibus, ac cupiditatibus, quæ nos in extremam ruinam detrudunt. Vide cap. 3 q.5.num.34.35.& 36.& cap.9.quæſt.13. num. 125.

Inundaverunt aquæ, & perii propter peccata, ait, Jeremias 5. n. 24. *Metuamus Dominum Deum noſtrum, qui dat nobis pluviam temporaneam, & ſerotinam in tempore ſuo.* Et quia non metuimus Dominum, nec ambulamus in ejus mandatis dat pluviam extra tempus ſuum, ut pereamus.

5. *Inundaverunt aquæ*, quia inundaverunt noſtra peccata, & delicta. Ita ut miſericordiam Dei videantur impedire. Ait Oſeas c. 4. n. 1. *Non eſt miſericordia, non eſt ſcientia Dei in terra.* Non eſt miſericordia, quia non eſt ſcientia Dei, ut communiter explicant Interpretes, & quænam hujus rei cauſa.

6. Subdit Propheta ibid. n. 2. *Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium, inundaverunt & ſanguis ſanguinem tetigit.* Altius quodlibet verbum explicemus. *Mendacium & maledictum.* Ut explicant Theophyl. Haymo, Lyran. *Calumniæ, convitia, execrationes, quibus inſectantur.* Homicidium & furtum, & adulterium, ſub quibus comprehenduntur omnia graviſſima peccatorum genera. *Inundaverunt.* Chald. Vatabl. *Eruperunt inſtar diluvii*, quod omnes aggeres, & ſepes ſua vi diffringens, & diſrumpens, campos implet, & opplet aquis. *Et ſanguis ſanguinem tetigit.* Seu ut habet Arabicus. *Sanguinem ſuper ſanguinem effuderunt*, ita ut peccata peccatis, ſcelera ſceleribus ſemper accumularent, ut ait D. Gregor. homil. 11. in Ezechiel. *Sanguis ſanguinem tangit*, ait, *quando peccatum peccatis additur, ut ante Dei oculos adjunctis iniquitatibus anima cruentetur. Paulus Apoſtolus*, ait, *ut impleant peccata ſua ſemper.* Cùm ergo peccata erumpunt inſtar diluvii rumpentia omnes aggeres, & ſepes mandatorum Dei, venit ſuper nos multitudo aquarum inſtar diluvii nos undique comprimens.

7. *Inundaverunt aquæ.* Videns Deus multitudinem peccatorum Iſraël ait per Oſeam, c. 2. num. 2 *Idcirco convertar, & ſumam frumentum meum in tempore ſuo, & liberabo lanam meam, & linum meum.* In noſtrum argumentum. *Idcirco* propter veſtra magna peccata *Convertar*, ut explicant Lyranus, Sanchez, Cornelius, ab amore in odium, à beneficentia in vindictam. *Convertar*, inquam ab alimonia qua liberaliter populum alui, dedique frumentum ad ſterilitatem & famem; *Sumam ergo*, ut alii legunt, *auferam frumentum meum in tempore ſuo, & vinum meum in tempore ſuo.* Theodoret. *Cùm primùm maturav rit in meſſis, ac vindemiæ tempore, & liberabo lanam meam, & linum meum*, liberabit Deus, quaſi, ſcilicet à captivitate, qua detinentur ab iniquo & injuſto poſſeſſore. Gloſſa. *Liberat ab iniquis Dominis poſſidentibus.* Sic Deus hac multitudine aquarum, tanquam medio utitur, ſuum frumentum, vinum, & oleum ab iniquis dominis liberans.

8. *Invocavi nomen Domini de lacu noviſſimo.* Videns ſe Propheta tanquam in extremo miſeriarum profundo oppreſſum, tanquam ad certam anchoram ad nomen Domini confugit, nam licèt ipſe ut pius Pater intendat miſereri, vult tamen rogari ac oratione præveniri. Ad medicinam, ac ſalutem mandat Angelus Tobiæ juniori fel ſervare. Tobiæ 6. num. 9. Et tamen cùm jam appropinquaret ad domum Patris monet eum Angelus. *Ubi introieris domum tuam, ſtatim adora Dominum Deum tuum, gratias agens ei; Accede ad Patrem tuum lini ſuper oculos ejus ex felle piſcis?* &c. cap. 11. num. 1. Si divina ordinatio diſponebat, ſubveniri ſeniori, & ei ſalutem dare, ad quid imponitur adoleſcenti ante omnia Deum adorare, & gratias agere. Stephanus in allegoriis Tilmani. *Prius jubet orare, quàm det medicinam* Deus nobis vult ſua beneficia dare, orationibus tamen præmiſſis vult & intendit totum comparari, ac negotiari.

CONCIO

CONCIO V.

In magna tempeſtate, ac inundatione.

THEMA.

Pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos; ibunt directè emiſſiones fulgurum, & tanquam à benè curvato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum inſilient, & à petroſa ira plenæ mittentur grandines, excandeſcet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. Sapient. 5. n. 21.

1. *Pugnabit cum illo Orbis terrarum.* Arabicus legit. *Mundus pugnabit cum illo & lampades fulgurum oſtendet adverſus inſenſatos.* Syrus *adverſus contemptores.* Sicut eodem cap. 5. n. 18. dicitur *Armabit creaturam ad ultionem inimicorum.* Omnia & ſingula contra impios inſurgunt.

2. Quod apertè nobis indicat Amos Propheta 5. num. 19. *Quomodo ſi fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei urſus & ingrediatur domum, & innitantur manu ſua ſuper parietem, & mordeat eum coluber.* Nuſquam liber erit Dei rebellis à calamitate, dum ab una fugit, eum comprehendet altera, & etiam domeſticus paries beſtias peſtilentiales producet ſub quarum veneno cadat. Cùm rebelles homines caſtigat Moyſes, Num. 16. num. 31. Sic ait Text. *Confeſtim ergo ut ceſſavit Moyſes loqui, diſrupta eſt terra, ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum devoravit illos, cum tabernaculis ſuis.* Maximè expendenda eſt iniquorum plaga. *Diſrupta eſt terra ſub pedibus eorum*, de pulvere nempe terræ & ſub pedibus eorum ruina exurgit, ſub qua pereant, qui rebelles exiſtunt contra Deum. Procopius in Gloſſa ait; *Commovet enim ſe ſe fabrica contra eos, qui contra Deum fabrum exurgunt, mortéque acerbiſſima, ac propemodum dæmoniaca vivi ad infernum deſcendunt.*

3. *Pugnabit cum illo orbis terrarum.* Omnia elementa, omneſque creaturæ inſurgunt, & pugnant pro ſuo creatore contra delinquentes, in cunctis ferimur, ipſæmet creaturæ. quæ nobis fuerunt in deliciis contra Deum, erunt in ultionem pro Deo contra nos. Mandabat Deus Iſraëlitis, ut interficerent habitatores terræ Chanaam, dicebátque eis Num. 33. num. 55. *Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ, qui remanſerint, erunt vobis quaſi clavi in oculis, & lanceæ in lateribus. Et adverſabuntur vobis.* Qui vivi remanſerint, erunt ex gratia, ac beneficio Iſraëlitarum remanebunt, eis enim Iſraëlitæ parcent, & parcendo maximè ſibi erunt devincti. Quomodo ergo fieri poterit, ut homines adeo obligari, ſic infenſi reddantur Iſraëlitis H'c eſt eff ctus divinæ juſtitiæ; ut illi quibus contra legem Dei dediſti vitam tueri, ſint tortores, qui tibi vitam eripiant; Procopius ibi, *Porrò quibus aliquis applaudit contra Dei voluntatem, iiſdem quoque in manus traditur; Quemadmodum Cæſari Judæi, cum eum Regem pro Chriſto ſervatore elegiſſent. Sub Romanis etiam captivi perierunt.* Vid. cap. 6. quæſt. 19. n. 182. 183. & 384.

4. *Ibunt directè emiſſiones fulgurum, tanquam à benè curvato arcu nubium.* Vatabl. *tanquam ab intenſiſſimo arcu nubium.* Sicut ſagittarius profundè incurvat arcum, ut magnâ vi ſagittam jaciat, ut fortius ſcopum configat; ſic Deus arcum iræ, ac vindictæ ſuæ vehementer curvabit, ut jaculetur ſagittas ſuas fulgurum, grandinum, tempeſtatum, ac pluviarum, in quibus nubes reſolvuntur, ut hîc ex multis advertit Cornelius, ut ita impii omnimodè torqueantur, ac vexentur.

5. *Pluet ſuper peccatores laqueos ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum.* Pſalm. 10. num. 7. Pluet ſcilicet Dominus, ſeu ut legunt Origenes, Didymus, Euſebius, *Superpluet*, tanta erit pluvia, ita ut videatur, quod una pluvia ſit ſuper aliam, ſic erit aquarum multitudo, & laqueus, ut videre eſt apud Lorinum, Legitur, *& dolores*, quia ex tanta pluvia dolores pluent in hominibus. *Ignis & ſulphur.* Ignis cum ſuo fomento, idem eſt ac fulgura ſcintillabunt.

6. *Spiritus procellarum.* Bruno, Hugo, Remigius intelligunt, dæmones, miniſtros omnium tribulationum. Patres interpretantur, tempeſtates, ac ventos fortiſſimos; ſed cur tales tempeſtales, ac venti dicuntur Spiritus? tum quia Spiritus velociſſimè penetrant ad locum diſtantiſſimum, ſic & velociſſimè tempeſtates, ac nubes fundentes aquam totum orbem occupant; tum etiam, quia Spiritus nullo labore fatigantur, ſic tam inceſſanter tempeſtas aquas fundit, ut nulla detur requies, nec intermiſſio.

7. *Pars calicis eorum*, tanta eſt vexatio, ac tribulatio ex pluvia, tempeſtate, ac fulgore, ut jam videatur delinquentibus dari pars calicis ſuarum pœnarum, ac ſuppliciorum cum altera pars durior, ac acerbior jam reſervata ſit ad pœnas inferni, ut explicat Noſter Incognitus.

8. *Et tanquam à bene curvato arcu.* In ſumma ira Dei, reluceſcet ejus miſericordia, dat nobis ſignum, ut fugiamus ab ejus ira. Pſal. 59. num. 5. *Dediſti metuentibus te ſignificationem, ut fugiant à facie arcus.* A facie nempe iræ tuæ. Cùm Deus tanquam judex veniſſet ad puniendum Adam poſt ejus peccatum. Ad hoc tendit vox ipſius Dei *deambulantis ad auram poſt meridiem. Adam ubi es.* Geneſ. 3. num. 9. non ſtatim poſt crimen, eum ejicit, ſed permittit ſpatium, moroſè deambulans, eumque vocans, ut locum pœnitentiæ daret, ut ſic effugiat à furore iræ. Quod ſic eleganter notavit Tertullian. lib. 2. in Marc. *Certamini dedit ſpatium*, ait, *ut homo eadem arbitrii libertate illideret inimicum, qua ſuccideratilli.*

9. Ad hoc tendit illa irati Dei vox Iſai. 2. num. 10. *Ingredere in petram, & abſcondere in foſſa homo à facie timoris Domini.* Simul ſeſe Deus oſtendit iratum, & locum refugii oſtendit: ſed qualem locum refugii oſtendit? ad quem non opus ſit maria tranſire, non aëra volatu penetrare, ſed qui per manus appareat. In illam petram nempe, quæ eſt Chriſtus, ingrediamur. *In foraminibus petræ in caverna maceriæ plagarum Chriſti*, ut ibi ab ejus ira protegamur, & miſericor-

diam inveniamus. Vid. cap. 1. quæſtion. 56. num. 454.

CONCIO VI.

Pro plaga locuſtarum omnia devaſtantium.

THEMA.

DE *fumo putei exierunt locuſtæ in terra, & data eſt illis poteſtas, ſicut habent poteſtatem ſcorpiones ſuper terram.* Apocalypſ. 9. num. 3.

1. Inter cæteras plagas, quæ appropinquante die judicii totum mundum compriment, ac vexabunt, numerat D. Joannes locuſtas, quæ plaga octava fuit, quæ oppreſſit Ægyptum; & adeo gravis eſt, quod cum Ægyptii ſuſtinerent patienter ſeptem plagas, aquas verſas in ſanguinem; ranas, ſcyniphes, muſcas, peſtem; tamen cum in ipſos Ægyptios immiſſæ eſſent locuſtæ pro gravitate, ac acerbitate tanti mali clamant ad ſuum Regem Pharaonem, ut notant Abulenſ. ut populum dimittat, & dicunt. *Nó ne vides quòd perierit Ægyptus*, Exod. 10. num. 7. Idem enim eſt, quòd veniat locuſta, ac quod nos apprehendat regni perditio, ac devaſtatio.

2. *De fumo putei*, ſeu exhalatione noſtrorum peccatorum; nam puteus dicit locum valde ſubmerſum ac infimum, proindeque peccata denotat, quod eſt valde ſubmerſum, & infimum; aiebat David ad Dominum. *Eruiſti animam meam ex inferno inferiori*. Pſal. 85. n. 13. ac ſi detur infernus valde inferior, & alius, qui non ſit tam inferior; Infernus valde inferior, eſt peccatum, quod eſt quid inferius ipſo inferno pœnarum, ac ſuppliciorum.

3. De fumo putei, ab hoc ergo inferno inferiori, ſeu puteo ſubmerſo prodiit fumus noſtrorum peccatorum, ex quo exierunt locuſtæ cuncta devaſtantes, ac eradicantes Eleganter ait D. Greg. Nazianz. Oratione in ſanctum Baptiſma *Crede*, ait, *nullam mali eſſentiam eſſe, nec principatum, ſed nos peſtiferúmque ſpiritum fabros ejus, & architectos eſſe.* Murmurat populus contra Deum, & Aaron. *Quamobrem miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes, ad quorum plagas & mortes plurimorum venerant ad Moyſen.* Num. 21. n. 6. & 7. Pulchrè Caſſiod. l. 2. Var. ſic ait, *Murmur populi, tanquam belli ſigno dato ſerpentes convocat*, in interitum & ruinam eorum. Sic & peccata noſtra convocant locuſtas ad noſtrum interitum & ruinam.

4. *Exierunt locuſtæ, & data eſt illis poteſtas, ſicut habent ſcorpiones ſuper terram.* Nam ſicut ſcorpio, ſeu baſiliſcus, cuncta, quæ videt, ſuo venenoſo intuitu perimit, ac interficit; ſic & locuſta cuncta quæ videt corrumpit, & devorat, & hæc plaga adeo magna eſt, ut cum illa inſigniter minaretur Deus populum ſuum, ſi in præceptis ejus non ambulaſſet, dicens, Deuter. 28. n. 38. *Sementem multam jacies in terram, & modicum congregabis, quia locuſtæ devorabunt omnia.*

5. Dicuntur locuſtæ, ut citat. Deuter. locum Lorinus ex radice Hebraïca, notat quod eſt, *multiplicare*, unde dicitur Nahu. 3. num. 15. *Multiplicate, ut locuſta.* Et cùm multiplicata ſint hominum peccata, multiplicatur plaga, & pœna à Domino.

6. Tempore parentis Eliæ fames fuit in terra tribus annis cum dimidio. 3. Reg. 17 tempore verò Eliſæi ſeptem annis 4. Reg. 8. n. 1. Et cur duplicato tempore ſub Eliſæo fames excrevit? Utraque fames venit ob peccatum idololatriæ, ut tenet Abulenſ. citato loco. 4. Reg. & ut ait Rabbi Salomon, vivente Elia fames fuit, quia populus adorabat Baal, at ſub Eliſæo ob duos vitulos aureos, quos fecerat Jeroboam. 3. Reg. 12. num. 28. Et multiplicata idololatria multiplicata fuit fames, & plaga.

7. *Exierunt locuſtæ.* Segetes, & agros devaſtantes. Homo, ex abundantia frumenti, vini, & olei, ex fœcunditate fructuum terræ, ex pinguedine ovium, & boum, ex apparatu equorum arripuit occaſionem ſuorum peccatorum contra Deum, inde Deus vilia & contemptibilia animalia armavit in perniciem & ruinam hominum. Vid cap. 6. q. 17. num. 168.

8. *Exierunt locuſtæ.* Cuncta exterminantes, quia licèt homo multam ſementem jecerit in terram, modicúm congregabit, ut dicitur citato Deuter. loco. *Quia locuſtæ devorabunt omnia.* Et locuſtæ devorant ſegetes, cum quaſi ad maturitatem deveniunt, & meſſis appropinquat, ut ita gravior & rigidior ſit plaga, & pœna, quia cùm viderint ſuis oculis magnos, & uberes fructus, eos non colligunt, ſed eis privantur.

9. Cùm execrabiles civitates puniuntur à Deo, ait Text. Geneſ. 19. n. 23. *Sol egreſſus eſt ſuper terram, & Dominus pluit ſuper Sodomam ſulphur & ignem.* Cur ignis non immiſſus eſt ſuper civitates veſpere, ſeu nocte, vel valde manè ſed orto Sole, ut notanter advertit Text. *Sol egreſſus eſt*; Ut lucente ſole viderent homines fœcunditatem, ac amœnitatem loci à qua ob ſua horrenda crimina privabantur, ut ita pœna eſſet acerbior, & dolor vehementior.

CONCIO VII.

Pro magno incendio.

THEMA.

CUm *Aaron concurriſſet ad mediam multitudinem, quam jam vaſtabat incendium; obtulit thymiama, & ſtans inter mortuos, ac viventes pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſavit.* Num. 16 n. 47. & 48.

1. Cùm ob duritiem, & murmur populi contra Moyſem, & Aaron, ita Dei cum magno incendio egreſſa eſſet, ita ut quatuordecim millia hominum periiſſent. Ob orationem Moyſis, & Aaronis placatur Dominus, & mandat ut Aaron tollat thuribulum, impoſito igne de altari, & incenſo, pergat ad mediam multitudinem, quam jam devaſtabat incendium, & offerat thymiama ſtans inter mortuos, & vivos, quod cùm feciſſet Aaron magna fide, ac fortitudine, ut notat hîc Lorinus, pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſavit.

2. Maximè ira Dei deſævit contra hos iniquos, & perverſos peccatores, ita ut dicat Text. *Jam egreſſa eſt ira à Domino, & plaga deſævit.* Cur tam rigidè, & acerbè plaga deſævit? quia frequens erat eorum reincidentia, ac relapſus in peccata, frequenter populus murmuravit contra Moyſem, & ſuſtinuit Dominus in multa patientia. Ut Exod. 14. num. 11. & 12. & cap. 16. num. 3. & ſæpe. Nunc verò cùm tam ſit crebra reincidentia in peccata, ira Dei deſævit. Ad hoc ſpectat Amos cap. 1. num. 3. *Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor, non convertam eum : : : & mittam ignem in domum Azaël, & devorabit domos Bennadab:* Quid eſt, quod ſuper tribus ſceleribus, ſeu criminibus, & non ſuper quatuor convertam? Quia Dominus ob miram pietatem ſuam aliqua peccata tolerat ac diſſimulat; ſi tamen peccatores perſiſtunt, & multiplicant peccata, duriſſimam ac acerbiſſimam vindictam, & pœnam ſuſtinebunt Theodoret. *Quomodo multa delicta Damaſci diutiſſimè paſſus ſum, amplius non patiar.* Et notandum, quod hanc duriſſimam pœnam minatur Dominus per ignem. *Mittam ignem in domum Azaël.* Omnium enim duriſſimum, & acerbiſſimum ſupplicium per ignem infert Dominus. Vid. c. 6 q. 25. n. 229.

3. *Jam vaſtabat incendium.* Magnis, & duris plagis oppreſſit Dominus Ægyptum, & Pharaonem, aquæ converſæ ſunt in ſanguinem. Adduxitque Dominus ranas, ſcyniphes, muſcas, locuſtas depopulantes ſegetes, peſtem ulcera grandinem. Deinde omnes primogeniti morte moriuntur. Et tandem ait Deus ad Moyſem: hæc dices Pharaoni. *In hac vice mittam omnes plagas meas ſuper cor tuum, & ſuper ſervos tuos, & ſuper populum tuum.* Exod. 9. num. 14. Et tamen inter has plagas Ægypti non miſſus eſt ignis à Domino, ſed ſuper Sodomam & Gomorrham pluit Dominus ignem Gen. 19. num. 23. Ita ut duriſſima ignis pœna correſponderet execrabili, ac turpiſſimo omnium ſceleri contra omnem uſum naturæ & modum, ut ait Salvian. lib. 4. de *Judicio, & providentia.* Indéque videtur, quod gehennalis pœna ad hos turpiſſimos adhuc in hac vita ſe extendit. D. Bernard de Converſ. ad Clericos. cap. 19. *Ecce quomodo*, ait, *gehennalis flamma moram non ſuſtinens execrabilem illam prævenit tollere nationem.*

4. *Jam vaſtabat incendium.* Incendium datur à Deo pro pœna, & pro face illuminante. ait Regius Vates Pſalm 28. n. 7. *Vox Domini intercidentis flammam ignis*; ſeu ut clarius legunt D. Hieron. Symmach. *Vox Domini dividentis flammam ignis.* Et, quæ flamma ignis interciditur, & dividitur à Deo, niſi flamma æterni ignis? In hoc ergo diſtinguit Deus vim illuminandi, & vim urendi; uruntur enim ibi peccatores, & inde ea conſiderata illuminantur juſti. D. Baſil. ibi ſic ait. *Exiſtimo autem, quod ignis ad ſupplicium diabolo, & Angelis ejus paratus Domini voce interciditur. Quoniam duo ſunt in igne potiſſima, uſtiva vis, & illuminativa. Vis prior ignis acerrima quidem ad pœnas irrogandas, repoſita eſt his, qui uſtione ſunt digni. Altera nempe ſplendiflui ſui luminis diffuſiva, velut ſortitio ſuccedet iis, qui claritate fruituri ſunt gaudii perennis.* In igne gehennæ has duas virtutes diviſit Dominus, alteram illuminantem, alteram comburentem, hæc reſervata eſt peccatoribus: illa ſervata pro ducendis juſtis in vitam æternam.

5. *Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendam viam in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctem.* Exod 13. num. 21. Ecce ſuis iter agentibus dat Dominus columnam ignis, non qua urantur, ſed qua illuminentur ad vitam, quod ait D. Ambroſ. in Pſalm. 36. *Sequamur ergo hîc poſiti columnam ignis, quæ nos in hoc corpore poſitos illuminet, & viam miniſtret, ut in futurum nobis nebulæ refrigeret noctis, quo ſæva incendia revelare poſſimus.* Ignis ergo, qui magnam partem hujus civitatis, vel loci devaſtavit, eſt in pœnam noſtrorum delictorum, ſit etiam in illuminationem, ut cognoſcentes noſtra delicta, eaque deplorantes, miſericordiam inveniamus, ut in viam ſalutis tendamus.

6. *Pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſavit.* Deprecatus eſt pro populo cum lachrymis, & gemitibus. Canit David Pſalm. 65. num. 12. *Tranſivimus per ignem & aquam.* Maximè expendendum illud *tranſivimus.* Valdè ſatè, quod ſemel intrantes ignem, poſſent inde tranſire, & evadere, & quomodo ſic potuerunt tranſire per ignem? Et quidem de aquæ beneficio, ut enim perituris datur ſolus ignis, ſic datur evaſuris ignis cum aqua D. Ambroſ. in Pſalm. 36. ſic ait. *Alii in igne remanebunt: Illis rorabit ignis, ut Hebræis pueris, qui incendio fornacis ardentis objecti ſunt. Miniſtros autem impietatis ultor ignis exuret.* Felicibus non immittitur ignis ſolus, & purus, ſed ignis, qui rorem habeat aquæ; exemplum ſit fornax Babylonica, in quam fuerunt tres pueri Hebræi immiſſi. Pueri inter ardentiſſimam flammam illæſi & ſecuri erant, & qui juxta fornacem miniſtri aſtabant, inevitabiliter comburuntur. Unde iſta differentia? ſanctis pueris non erat ſolus ignis, ſed ſimul cum eo aquæ ros. *Angelus enim Domini fecerat rorem in media fornace.* Daniel. 3. num. 50. At miniſtris immittebatur ignis ſine aquæ rore quo miſerrimè peribant. In igne remanebant impii miniſtri. At Sancti pueri per ignem, & aquam feliciſſimè tranſibant.

7. Ait noſter Joan. Apocalypſ. 15. n. 2. *Vidi tanquam mare vitreum mixtum igne, & eos qui vicerunt beſtiam, & imaginem ejus, & numerum nominis ejus, ſtantes ſuper mare vitreum.* Et quando mare illud erat igne mixtum, cur audebant in illo ſtare. Rupertus. Ipſi, ait, *ſuper mare ſtant, ut tranſeant ad veram terram promiſſionis.* Non ibi ſolus ignis, ſed ignis mixtus aqua, & de beneficio aquæ veniebat, ut ibi poſſent ſtare; de beneficio ergo aquæ lachrymarum veniat, quod nos, inter tot ardores ignis ſecuri, & tuti eſſe poſſimus.

8. *Pro populo deprecatus eſt.* Et quomodo Aaron deprecatur pro populo. Vide, quod dicitur in text. citato Numer. loco. *Sumens thuribulum aureum.* Thuribulum juxta multos Patres Chriſtum Dominum ſignificat, ut dixi, cap. 8. q. 5. n. 55. Cum interponitur Chriſtus Dominus ſtatim omne incendium, ac plaga ceſſat.

9. Vidit Jeremias, cap. 1. n. 13. *Ollam ſuccenſam*

à facie Aquilonis per quam intelligitur Babylonicis flumnis ardere Jeroſolyma, ut explicant D. Hieron. Theodoret. Rabbin. & alii. Ollam valde diverſam vidit David Pſalm.59. num. 10. *Moab olla ſpei meæ.* Jeremias, & David ollam vident, ab illa Jeremiæ malum inevitabile ſignificatur, ab olla autem Davidis magna ſalutis ſpes concipitur. Et quando in Jeremiæ olla inevitabile malum timetur, cur è Davidis olla tanta ſalus monſtratur. In illa Jeremiæ erat tantum ignis devaſtans. In hac verò Davidis. *Moab olla ſpei meæ.* Juxta Doctores, & Patres apud Lorinum intelligitur Chriſtus D. propter gentiles, ibi denotatos de quorum converſione fuit ſpes per Chriſtum. In olla Jeremiæ erat ignis devaſtans. In illa verò Davidis eſt Chriſtus gratiarum fons, quibus ducimur in vitam æternam, & inde in ea ſpes.

10. Vel aliter dicam cum D. Ambroſio lib. de Inſtitut. Virginis c. 13. Qui per ollam Moab intelligit Virg. Mariam & ſic ait. *Quaſi olla ferbuit Maria, & quaſi nubes pluit in terras gratiam Chriſti: Eſt & olla uterus Mariæ, quæ ſpiritui ferventi, qui ſupervenit in eam, replevit orbem terrarum, cum peperit ſa vatorem, excipite itaque ex Moabitide olla gratiæ cœleſtis unguentum.* In illa Babylonica olla ſolus Nabuchodonoſor ſpirans flammas oſtenditur: In olla verò Moabitica Maria Virgo ſpirans omnes gratias relucet, quæ peccatoribus etiamſi ignem tribulationum, ac afflictionum patiantur, cæleſtium donorum exhibet fontem, quo mirificè omni gratia recreantur.

CONCIO VIII.

Pro magna calamitate, ac labore.

THEMA.

Exurge quare obdormis Domine? exurge, ne repellas in finem, quare faciem tuam avertis, obliviſceris inopiæ noſtræ & tribulationis noſtræ, quoniam humiliata eſt in pulvere anima noſtra: conglutinatus eſt in terra venter noſter. Pſalm.43. num. 23.

1. Cùm ſe videret Regius Vates cum ſuo populo multa calamitate ac labore vexari, ita ut quodammodo videretur, quod Deus illarum eſſet oblitus. *Obliviſceris inopiæ noſtræ.* Seu ut legunt. D. Hier. Symmach. *Afflictionis & anguſtiæ noſtræ.* Ita ut quodammodo videretur Deus dormire. *Quare obdormis Domine.* Efficaciter exclamat, repetita voce. *Exurge.* D. Hieron. *Evigila.* Deinde addit *Ne repellas in finem.* Alii etiam legunt. *Quare projeciſti in ſempiternum.* Et ſubdit ut omnium malorum originem. *Quare faciem tuam avertis.* Seu ut legit D. Hier. *Abſcondis faciem tuam.* Quia ab ipſa omne bonum in nos dimanat. *Quoniam humiliata eſt in pulvere anima noſtra,* Aquila vertit. *Procubuit.* Symmachus. *Incurvata eſt.* Ad ſummam, & infimam homilitatem.

2. *Exurge quare obdormis Domine.* Aliquando Deus ſic nos permittit laboribus, ac tribulationibus vexari, ut quoad ſpeciem, ipſe videatur aliquo modo dormire, ad hunc ſenſum explicat D. Ambroſ. illud Matth. 8.n. 28. Quando diſcipuli tempeſtate valde vexati, ita ut navicula operiretur fluctibus, & Dominus Jeſus dormire videretur: *Diſcipuli eum excitarunt, dicentes: Domine ſalva nos perimus.* Cùm ipſe providentia, virtute, ac cura maximè in ſuos vigilaret.

3. *Quid obdormis?* Ad hoc pertinet dialogus ille inter Deum & hominem apud Iſai. 28. n.11. *Cuſtos quid de nocte? Cuſtos quid de nocte? dixit cuſtos: venit mane, & nox.* Vox eſt, ut notat Rocha dus Victorinus, lib. de Verbi Incarnatione: hominis peculiari cura dilecti à Deo ac ſub ejus cuſtodia, qui tamen per aliquod tempus magis tribulationibus vexatur & peculiariter Deum invocat ſub nomine cuſtodis, & ait *cuſtos quid de nocte.* Quærens quandiu perdurabit atra nox tot tempeſtatum ac tribulationum, in qua tanquam in nocte videtur Deus dormire, cuſtos reſpondit. *Venit mane & nox.* Ad quid hæc reſponſio? nam ille tantum de nocte quærebat, & nil de mane curabat, utpote ſciens ſimul cum nocte non poſſe eſſe mane. Cur ergo cuſtos reſpondens nocti miſcet mane? Et quidem nox eſt tempus dormiendi, ſicut & mane vigilandi. Ut ergo à ſuis tollat ſollicitudinem, & metum, clamat; *venit mane & nox.* Ac ſi dicat, apud me non eſt nox, quæ non ſit permiſta cum mane, ſimul ſum tempore dormiendi, & tempore vigilandi, & ſi apud vos videar dormire; ſemper pro meis dilectis vigilias ago.

4. Vox eſt illa Cantic. 2. n. 7. *Ne ſuſcitetis, nec evigilare faciatis dilectum.* D. Ambroſ. Philo, Carpat. & alii legunt. *Ne evigilare faciatis charitatem.* Quo nomine Deum intelligi putant quia Deus charitas eſt, ſed cur non ſuſcitem, ac evigilare faciam Deum, ut ad me liberandum veniat? quia hæc eſt Dei charitas in ſuos, ut propria ſponte occurrat, etiam cum putamur dormire, maximéque invenitur ſuorum clamorem prævenire. D. Ambroſ. in Pſal.41. *Non eſt*, ait, *paſſus Deus ſe ab eis excitari, quia ſponte properabat.* Ante omnes excitationes, velut in ipſo profundiori ſomno ſecundum ſpeciem properabat ferre auxilium, & ſuos cuſtodire, niſi ab eorum peccatis detinerentur.

5. *Exurge quare obdormis Domine.* Efficaciter ad Deum confugit Propheta, ejus auxilium invocans, cum ſe videat in ultima tribulatione conſtitutum. *Quoniam humiliata eſt anima noſtra in pulvere.*

6. Æger dicitur. Geneſ.16.n.6. *Affligente igitur eam Sarai fugam iniit, cùmque inveniſſet eam Angelus Domini.* Non exiſtimatur, quod famula tanti Patriarchæ Abraham ſolùm vi afflictionis à domo fugit, ſed etiam ad Deum confugit, illumque intimo animi affectu exoravit, & quamvis illa oratio afflictionum vi eſſet exorta, tamen Deo ſic fuit accepta, ut Angelum conſolatorem ei deſtinaverit, quod ponderat D.Chryſoſtom. homil.38.in Geneſ. *Afflictionis fructus*, ait, *in hac ancilla videre licet, quia poſtquam, à Domina afflicta fugerat, & multum ærumnoſa fuit, dolenteque anima Dominum invocavit, ſtatimque cœleſtem viſionem aſſecuta eſt.*

7. Ad hoc ſpectat id quod canit David, ut ponderat D. Fulgen. c. 1. de conjugali debito, Pſal. 65.

Pſalm.65.n.14. *Reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea; & locutum eſt os meum in tribulatione*, Promittit ſe adimplere vota, & oblationes, quas tribulatione impellente emiſit, ſciebat enim has etiam maximè eſſe gratas Deo.

8. *Exurge quare obdormis Domine.* Efficaciter ad Deum clamat ex ipſa tribulatione; ſciebat enim quod ipſa tribulatio de anguſtia veniens, multam efficaciam ſoleat orationi præbere. *Erat Jonas in ventre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus. Et oravit Jonas ad Dominum Deum ſuum, de utero piſcis, & dixit, Clamavi de tribulatione mea ad Dominum, & exaudivit me.* Jon. 2. num. 2. Et unde novit Jonas, quod oratio ſua exaudita eſt à Deo? Nónne orabat Jonas pro exitu ſuo de illo periculo, & tamen cùm adhuc intra ventrem belluæ ſe videret, jam tamen credebat orationem exauditam eſſe pro felici exitu; ex eo quod ſe in tribulatione poſitum agnoſcebat; ſciebat enim Deum maximè exaudire orationem tribulati. Huc ſpectat David. Pſal. 129. n. 1. *De profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi orationem meam.* Quaſi inde crederet non poſſe non exaudiri orationem, quæ de profundis malorum procedebat D. Zeno lib. 2. ſerm. 58. *Propheta dicit*, ait, *de profundis clamavi ad te Domine, Clamat de profundis, ſed quibus erat ſeptus, mœſtus, triſtis calamitatibus humanis. Clamabat non voce, ſed corde, non clamore, ſed fide, quam ſcit Deum libenter audire.*

9. *Humiliata eſt in pulvere anima noſtra.* Hoc eſt ad ultimam, & infimam humilitatem devenimus, ut ſimul cum terra, & à terra oppreſſi, *quæ omnibus nobis, ſuam opem negat, pereamus.* Et meritò, ut qui terrena colendo contra Deum delinquimus, à terra omnem ruinam, ac devaſtationem habeamus. Valde nota eſt fornax illa incenſa nimis à Nabuchodonoſor adversùs tres pueros Hebræos de illa ait Daniel. 3. n. 47. *Effundebatur flamma ſuper fornacem cubitis quadraginta novem, & erupit, & incendit, quos reperit juxta fornacem.* Ecce tibi flamma vorax, quæ parcebat pueris Hebræis Chaldæos urebat, & cur non habens vim urendi Hebræos, illam adversùs Chaldæos retinet? Erant Chaldæi adoratores ignis: & inde Deo judice, ab illo perimuntur, cujus cultores erant. Theod. ſerm. 8. de Provid. ait. *Proprios invaſit flamma cultores; Dei verò ſervos illæſos cuſtodivit.* Væ tibi, qui nefandum ſceleſtè colis, illo peribis. Ut dixi c. 9. Apocal. n. 18. Cum ab illis tribus plagis igne, fumo, & ſulphure. *Occiſa eſt tertia pars hominum.* Quia ut ait Rupertus ibi, *Deo judice, ut quorum gloriolas, & libidines ſectabantur, eorum gladiis occiderentur.*

10. *Exurge quare obdormis Domine.* Poſtulat David Dei adjutorium, hoc tamen cum multa humilitate, demiſſione, ac lachrymis. Noſtra cooperatio huic rei magnum præbet ſumptum. *Ædificavit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem.* Geneſ. 2. num. 22. Quæ data eſt ei in adjutorium ſimile ei, quod ponderans D. Anaſtaſ. Sinaïta lib. 9. Examer. ait. *Quæ dicitur adjutrix, eam fecit ex propria in ipſo coſta.* Adamus accepit adjutorium à Deo, hoc magno ipſius ſumptu, integram enim coſtam exhibuit, & nonniſi ex coſta exhibita adjutorium vidit.

CONCIO IX.

Pro deprecatione, ac obſecratione alicujus rei maximè neceſſariæ.

THEMA.

Dixit autem ad Eſther Rex. Quid vis Eſther Regina? Quæ eſt petitio tua? etiamſi dimidiam partem regni petieris, dabo tibi. Eſther. 5. n. 3.

1. Inquirit Aſſuerus ab Eſther Regina, quænam ſit petitio ejus, ut ei concedatur, & ait. *Quid vis Eſther Regina.* Si enim Regina non eſſet, nihil acciperet; habent enim hoc mundiales principes, quod non niſi in plenum munera ſua mittant, Deus verò in vacua, & pauperes.

2. Præſtiturus aliquid inopi viduæ dicebat Eliſæus. 4. Reg.4.n.3. *Pete mutuò ab omnibus vicinis vaſa vacua non pauca.* Ex quo eleganter pungit Petrus Bleſenſ. Epiſtol. 14. Curialium, & Aulicorum principum abuſum, & ſic ait, *In curia divitiæ accumulantur divitibus: neque eſt, qui reſpiciat ad inopem, & mendicum. Eliſæus implebat vaſa, & deficientibus vaſis vacuis ſtetit oleum. In curia verò contemnuntur vaſa vacua, & plena implentur.* Dei ſervus, vaſa vacua quærit, non ſic mundiales principes, ſed ſuperplena.

3. Potentiſſimus fuit Rex Salomon, ita ut ejus divitiæ tanquam quoddam miraculum narrentur in Scriptura, & tamen in ſacro textu bis refertur quod dederit. Ex quibus dedit 3. Reg. 9. num. 11. *Dedit Salomon Hiram viginti oppida.* Erat autem Hiram Rex Tyri. Similiter etiam. 3.Reg. 10. n.13. *Rex autem Salomon dedit Reginæ Saba omnia.* In his autem duobus locis ſolùm dicitur, quod Salomon dederit Regi Tyri & Reginæ Saba, ſolùm enim in plenum mundiales principes munera ſua mittunt.

3. *Quæ eſt petitio tua Regina Eſther.* Poſtulat illa. *Obſecro ut venias ad me hodie Rex, & Aman tecum ad convivium, quòd paravi.* Ad convivium inimicum ſuum Aman invitat, ut inde fiat manifeſtum, quod non ex amore vindictæ, ſed ex zelo Dei, ac deſiderio ſalutis populi ſui procedebat adversùs Aman, & ideo tanto convivio illum excipiebat, quod maximè fuit ipſe Reginæ ſalutare. Ut David agnovit crudelis inimici ſui Saulis nepotem remanſiſſe pedibus claudum Miphiboſeth nomine, ait, ad illum. 2.Reg.9. n. 7. *Faciens faciam in te miſericordiam propter Jonatham patrem tuum & reſtituam tibi omnes agros Saul patris tui, tu comedes panem in menſa mea ſemper.* Propter Jonatham promittit illi miſericordiam, & ubi meminit illum eſſe nepotem Saul; ſtatim addit. *Tu comedes panem, in menſa mea.* Nihil magis auſpicatum, & ſalutare putavit ſibi, quam ſi cibaret inimici infenſiſſimi filium, ut ita planè oſtenderet, nihil à ſe fieri ex odio vindictæ, ſed ex zelo Dei, ac communi bono D. Chryſoſt. homil. 3. de Saul & David, ſic ait, *Quid illius menſa ſanctius quàm cingebant filii hoſtis? Quid illo convivio ſpiritualius? Quo tam multa abunda-*

bant benedictiones; *ſiquidem inimici filium amplecti, facit, ut ille celebretur.*

5. In petitione ſua, ait Eſther. *Obſecro ut veniat ad me hodie Aman tecum ad convivium.* Ad convivium confugit Eſther, ut populi ſui hoſtem efficaciter perdat, ac ſi ad convivium ſacræ Euchariſtiæ confugeret; cujus umbra hoſtes omnino pereunt, ac deſtruuntur ait Reg. Vates. Pſalm. 73. n. 14. *Tu confregiſti capita draconis, & dediſti eum in eſcam populis Æthyopum.* Æthyopia cenſetur Eccleſia gentium, cui dicitur datus in eſcam draco, ſed quis hoc audivit? Planè non diabolum, ſed Chriſtum ſcimus nobis datum in eſcam. Si Chriſtum in refectionem ſumamus, neceſſum eſt, ut ſimul diabolus abſorbeatur. D. Auguſt *Quomodo*, ait, *acceperunt iſti in eſcam draconem illum? puto, quia magis Chriſtum acceperunt in eſcam; ſed Chriſtum quo ſe conſummarent, diabolum, quem conſumerent.* In ſacro convivio, Chriſto accepto, ipſum accipimus, ad perfectionem, & munimen noſtrum, & tunc ſimul diabolus conſumitur, & perimitur. Vid. c. 2. q. 48. per totum.

6. *Quæ eſt petitio tua Eſther Regina.* Aſſuerus Dei perſonam hîc agebat in typo, qui quamvis optimè ſciat noſtrum deſiderium; & affectum, maximè vult rogari, & exorari; & ideo bis hæc verba dixit Aſſuerus ut Eſther bis petat, & oret. Vid. c. 8. q. 6. n 69. & 70.

7. *Quæ eſt petitio tua Regina Eſther.* Non ſolum nomine ſuo eam Eſther dicit, ſed etiam Reginam vocat, quia meritis, ac operibus verè Eſther Regina erat, & petitio, ac oratio maximè creſcit, ac adjuvatur ex meritis petentis. Vid. c. 4. q. 38. n. 346.

8. *Quæ eſt petitio tua Eſther.* Non contentus fuit Aſſuerus ſemel hoc dicere, ſed etiam idem repetit ſecundò, & pluries repeteret. Animus nobilis, ac ingenuus nunquàm ſiſtit in gratia præſtanda. Auctor naturæ Deus, poſt ſex dies quibus eſt operatus, *Requievit die ſeptimo, & ſanctificavit illum.* Genel. 2. n. 2. In cujus rei memoria populus ille antiquus Judaïcus colebat ſabbathum. Exod. 20. n. 10. *Septimo autem die ſabbathum Domini tui eſt, non facies omne opus in eo, &c.* At novus populus Chriſtianus ad legem gratiæ pertinens, non ſervat diei ſeptimi ceſſationem, ſed initium gratiæ, quod factum eſt die Dominica reſurgente Domino, ut obſervat Divus Athanaſ. orat. in illud. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo*, & ſic ait. *Cæterùm nova creatura non præcipit*, ſcilicet Deus, *obſervationem ſabbathi, ut initium quidem in Dominica die agnoſceret: ſed tamen infinibilem eſſe, & nunquam deſituram gratiam certum haberet.* Populus ille antiquus, ut rudis, & carnalis celebravit quietem, ceſſationem, ac finem in fabrica naturali. Novus verò populus Chriſtianus, Dei lumine illuſtratus, utpote legis gratiæ, celebrat in ædificio ſpirituali initium ac exordium gratiæ, quod eſt in die Dominica Reſurrectionis Domini. Pertinet enim ad gratiam nunquam ceſſare, ſed continuò eſſe in progreſſu ſine termino.

9. *Etiamſi dimidium regni mei petieris dabo tibi.* Tam grata ac plauſibilis fuit petitio Eſther, & tantum valet, ac impetrat. Erat enim ut dicitur Eſther. 4. n. 16. illius oratio conjuncta, ac aſſociata totius populi deprecatione, & concors multorum oratio valde grata & efficax eſt apud Deum. Vide cap. 4. q. 38. n. 346. & ſ q. & c. 8. q. 6. n. 63.

10. Reſpondit Eſther Regi. *Si inveni gratiam in oculis tuis, ô Rex, & ſi tibi placet dona mihi animam meam, pro qua rogo, & populum meum, pro quo obſecro.* Maximè notandum, quod tantum Dei populi diſcrimen, paucis unius fœminæ verbis credatur.

11. Dei populus magno periculo conſtituitur ſub duobus potentiſſimis Regibus, ſub Pharaone nempe in Ægypto, & nunc ſub Aſſuero in Suſan; ſub Pharaone captivitate tenebatur: At ſub Aſſuero mortis ſententia condemnatus erat; Ut omnes Judæi interfecti uno die perirent. At ut Deus populum ſuum à captivitate Pharaonis liberaret, multa prodigia, ac mirabilia ſuæ potentiæ oſtentavit; ut illius magnitudo omnibus innoteſceret, & ſic Deus ait de Pharaone. *Idcirco poſui te, ut oſtendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra*, Exod. 9. num. 16. tamen nunc ſub Aſſuero, ut à periculo mortis populus liberaretur paucis verbis unius fœminæ creditur. Cum gravior, ac durior ſit pœna mortis, quàm pœna captivitatis; tamen ad liberandum à captivitate tot prodigia fiunt; ad evitandum verò periculum mortis, pauca verba unius fœminæ interveniunt. *Dicebat illa: ſi inveni gratiam, ô Rex, dona mihi animam meam.* Quæ verba ſic explicat Rupertus Abbas, *pro vita ſua ſupplicabat tanquam captiva, & ancilla, & tanquam proſcripta.* Armavit Deus Moyſem ſignis, ac miraculis ſuæ potentiæ, quibus obſiſtebat, & reſiſtebat Pharao. Armavit & Eſther verbis humilibus, quibus devincitur Aſſuerus. Efficaciùs, ac fortiùs Regis cor ſolicitant, & inclinant verba unius Reginæ, cum ſigno, ac nota ſervitutis & famulatus, quàm oſtenſiones, & prodigia divinæ potentiæ, quibus reſiſtit Pharao; illis verò devincitur Aſſuerus. Unde rectè ait D. Chryſoſtom. homil. 20. ad Rom. in fine. *Humilitatem exerceamus, nihil enim illa potentius.*

CONCIO X.

Pro Peſte.

THEMA.

SI miſero peſtilentiam in populum meum, converſus autem populus meus, deprecatus me fuerit, & egerit pœnitentiam à viis ſuis peſſimis, ego exaudiam de Cœlo, & propitius ero peccatis eorum, & ſanabo terram eorum. Paralip. 7. n. 14. Ferè eadem ſimilia habentur eodem lib. 2. cap. 20. num. 9.

1. *Si miſero peſtilentiam.* Peſtilentiæ contagium graviſſimum, ac horribile malum, quo perdurante, magna ex parte corruptus eſt aër, cuncta inficiens; in omnes corporis animalis meatus, poróſque penetrat, & pervenit ad partes vitales, ac cor ipſum velociter perimit, ac perdit. Unde tam hoc loco, quàm 2 Reg. 24. n. 13. pro peſtilentia Septuaginta ac Græca exemplaria legunt mortem. *Aut tri-*

bus

bus diebus erit mors. Cornel. ibid. ex Græco legit. *Gladium.* Ac ſic & tribus diebus erit gladius. Qui idem eſt peſtilentia, ac mors, & gladius in guture jugulans. Unde Lorin. in Deuter. c. 28. num. 21. ad illa verba. *Adauget tibi Dominus peſtilentiam, donec conſumat te de terra.* Ait ille quod peſtis dicitur à Verb. Græco, quod idem valet, ac *depaſcere, devorare, & conſumere.* Et ideo ad perdendos ac conſumendos homines de terra emittitur peſtis à Deo, ut patet ex citat. Deuter. loco.

2. *Si miſero peſtilentiam.* Et quæ major miſeria poterit excogitari, quàm peſtilentia, qua inficitur, & corrumpitur aër, ut in nullo loco homo ſit tutus, ac ſecurus, nec in foro, nec in platea nec in agro, nec in domo ſua ut à graſſante malo evadat. Ait Amos 5. n. 19. *Quomodo ſi fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei urſus, & ingrediatur domum, & innitatur manu ſua ſuper parietem & mordeat eum coluber.* Nuſquam peccator liber eſt ab ira Dei, dum ab una fugit, in aliam incidit, & ſi vult ſe recipere in domum ſuam, domeſticus paries venenoſas beſtias producit ad ejus mortem, & ruinam.

3. Ait Iſaias c. 5. n. 15. *Iratus eſt furor Domini in populum ſuum, extendit manum ſuam ſuper eum, & percuſſit eum, & conturbati ſunt montes.* Alii legunt. *Et exacerbati ſunt montes.* Alii transferunt. *Deſolati ſunt montes.* Cùm peccator iram Dei in ſe commovet, omnis creatura in illum exacerbatur, ac diſſolvitur ut mortem, & pœnam illi inferat. D. Baſil. ibi. *Quando manum ſuam populo injecerit, & montes exacerbabuntur: quia creatura omnis coorietur, ſimulque irruet ad ultionem expetendum.*

4. *Si miſero peſtilentiam.* Diſtrictè ſæviens Deus in Ægyptum, *percuſſit omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis, qui in ſolio ejus ſedebat, uſque ad primogenitum captivæ, quæ erat in carcere.* Exod. 12. n. 19. Omniſque primogenitus in unaquaque domo mortuus eſt Sæviens Deus in domum Heli interfecit duos filios ejus, ſic enim ei prædictum eſt Domino. *Hoc erit tibi ſignum quod venturum eſt duobus filiis tuis Ophni, & Phinees, in die uno morientur ambo.* 1. Reg. 2. n. 34 At ſæviente peſte, non tantum in qualibet domo primogenitus, vel duo filii moriuntur, ſed frequenter omnes filii, omnes ſervi, & domeſtici, ac tota domus conſumitur, & periit, ut rigor & acerbitas peſtilentialis ſupplicii ſit in omnium oculis aperta, ut notavit D. Gregor. lib. 2. in 1. Reg. c. 3. loquens de majoribus, ac Prælatis. *Tantò denique*, ait *graviori pœna digni ſunt, quanto apertè concipiunt, quia de veritate, quam diligunt, non ſoli moriuntur. Quia dum in prætextu mundanæ lætitiæ mortem ebibant, potius ſui peſtem ad ſequentium ſe multitudinem tranſmittunt.*

5. *Si miſero peſtilentiam.* Ob grande peccatum Iſraël *miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes ad quorum plagas, & mortes plurimorum venerunt ad Moyſem.* Num. 21. n. 6. Et cur miſeri à venenatis ſerpentibus percuſſi tam dirè pœnas dabunt. Inde enim venenati ſerpentes in Iſraëlitas peccatores immittebantur, ut exteriùs figuraretur peſtilens venenum peccati, quo infectæ erant intrinſecus eorum animæ. D. Anſelm. in 1. Corinth. c. 9. *Quibus Deus*, ait, *ad ſignificanda peccata, quorum veneno inviſibiliter moriebantur, viſibiles ſerpentes, quibus admonerentur, immiſit; & plaga emendatoria mortes animarum mortibus corporum figuravit.*

6. *Deprecatus me fuerit, & egerit pœnitentiam à vitiis ſuis peſſimis.* Oratio adjuncta cum pœnitentia maximè valet, & à Deo exauditur. Hinc Daniel. 9. n. 3. Cum peccati veniam precaretur ait, *Poſui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare, & deprecari in jejunio, & cinere.* Orationem cum jejunio, & ſacco exhibet Propheta, quo habitu certò à Deo putabat ſe exaudiri, & ad Deum ſuam orationem evolare. Theodoret. orat 9. in Daniel. *In jejunio, ait, ſacco, & cinere, quaſi alis inſtructus preces Deo offerebat.* Vide multa c. 5. q. 22. n. 202. & ſeq. & q. 23. n. 212. & ſeq.

7. *Propitius ero peccatis eorum & ſanabo terram eorum.* Quod factum vidimus in peſtilentia tempore Davidis, cum juxta conditionem appoſitam, peſtis duratura eſſet per tres dies. 2. Reg 24. n. 15. *De mane uſque ad tempus conſtitutum.* Septuaginta *Uſque ad horam prandii.* Proindéque miſertus Dominus afflictione populi ſui, interpoſita Davidis oratione, ſex tantum horis duravit. Theodor. *Trium dierum*, ait, *mortem Deus minabatur, ſex autem horis ſolum mortem intulit.* D. Ambr. in Pſ. 37. *Qui propoſuerat*, ait, *mortem triduo exercere in terra, nè unum quidem diem paſſus eſt præterire, ſed ad horam prandii libenter indulſit.*

8. Rectè ad hunc ſenſum explicat D. Ambroſ. illud Pſalm. 74 n. 9 *Calix in manu Domini, vini meri plenus mixto. Et inclinavit ex hoc in hoc, veruntamen fæx ejus non eſt exinanita* Quid eſt, fæx ejus non eſt exinanita? Eleganter D. Ambroſ. in Pſalm. ſic ait. *Plenus erat calix ad terrendum, ad feriendum non erat exinanitus. Plenus erat calix, cum mors per triduum mandaretur, ſed occurrit miſericordia Dei, tenuit manum Angeli, priuſquam calicem iſtum exinaniret.* Nam calix iræ divinæ ad tres dies, cum effunderetur, uno medio die, ſeu ſex horis ſtetit. Et nil amplius ex mero iræ divinæ effuſum eſt.

9. In obſtinatos, ac infideles promittit Deus iram ſuam effundere, non ſic verò in ejus fideles, ac ſervos ait Iſai. 51. n. 17. *Elevare, elevare, conſurge Jeruſalem quæ bibiſti de manu Domini calicem iræ eius, uſque ad fundum calicis ſoporis bibiſti, & potaſti uſque ad fæces.* Septuaginta *calicem ruinæ bibiſti, & evacuaſti.* Conſidera diſcrimen inter Jeruſalem fidelem, plenam pœnitentia, quæ repræſentabat Eccleſiam Chriſtianorum: ac Jeruſalem infidelem, pœnitentiam reſpuentem. Jeruſalem fidelis, & pœnitens, ſic guſtavit de calice furoris iræ Domini ut fæx ejus non eſſet exinanita. At illa quæ eſt infidelis, & impœnitens uſque ad ultimas fæces, calicem iræ Domini bibit D. Ambroſ. ſupracitat. *Jeruſalem ſupra menſuram peccavit*, ait, *Eccleſia Chriſtianorum calicem exinanire non novit; ſed exinanitum unguentum, propter quem Chriſtus ſe exinanivit, ut ubique flagraret, de manu Domini accepit.* Non iram ſed miſericordiam quaſi exinanivit Deus, & veluti quoad ſpeciem evacuat ſuper fideles ſuos.

10. Quid ergo in tanta miſeria faciemus. Conſidera id quod ſequitur in noſtro text. *Oculi mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem ejus, qui in loco iſto oraverit.* Locus ille templum erat Salomonis, quod figura extitit B. Virg. Mariæ, quæ *templum Salomonis* dicitur. Ad illam ergo confugiendum eſt ut à tam crudeli morbo munimen ac tutamen habeamus. Eccleſ. 24. num. 7. dicitur. *Ego in altiſſimis habitavi, & thronus meus in columna nubis.* Quid eſt in columna nubis, ibi Cardin. Hugo. *Hæc eſt columna nubis, quæ præceſſit, & protexit filios Iſraël per deſertum ita ſtabilis, ut nec ab ipſis peccatoribus receſſerit, ſic B. Virgo, multos in peccato protegit. Ipſa enim eſt advocata peccatorum. Item columna illa mobilis, ſtatione ſua loca caſtrorum monſtrabat; ſcit B. Virgo, ubi locus eſt aptus quieti exercitus Chriſtiani, ubi ſcilicet, non ſunt leones, neque ſerpentes, neque vermes venenoſi, ſed fontes, & prata, & arbores.* Maria veluti illa columna antiqua Iſraël, nos tuetur, & protegit, & oſtendit loca, quæ veluti ſunt apta, ut in illis immoremur, & oſtendit etiam loca illa, quæ veneno ſunt plena, ut ab illis fugiamus. Vide cap. 4. q. 32. n. 373. & ſeq. & c. 11. q. 34. n. 273. & 274.

11. Sic factum eſt in illa magna, ac univerſali peſte Orientali, quæ contigit anno Chriſti 594. qui fuit 18. Juſtini Imperatoris, de qua ſcribit Procopius lib. 2. de Bello Perſico, & ex eo Baronius citand. *Tribus igitur menſibus*, ait, *hujuſmodi lues Conſtantinopoli prævaluit, & ab initio quidem pauci, deinde in ſingulos dies, quinque ſæpius etiam decem millia efferebantur, adeo ut plures etiam divites miniſtris jam omnibus extinctis, curatorum penuria magis, quàm morbo perirent.* Unicum remedium extitit imploratum Virgin. Mariæ auxilium, quo lues eſt extincta, unde in memoria tanti beneficii, Græci inſtituerunt feſtum, quod dicitur *occurſus* Domini, quod nos appellamus *feſtum Purificationis* B. Virgin. Mariæ 2. die Februarii, de quo Baron. in Martyrol. in ſuis Annalibus anno Chriſti 544. in fine.

CONCIO XI.

Pro Bello, ſeu advenientibus hoſtibus.

THEMA.

Ne tradas Domine ſceptrum tuum his qui non ſunt, ne videant ad ruinam noſtram, ſed converte conſilium eorum ſuper eos, & eum qui in nos cœpit ſævire diſperde. Memento Domine, & oſtende te nobis in die tribulationis noſtræ. Eſther. 14. num. 11.

1. *Ne tradas ſceptrum his, qui non ſunt.* Sui inimici vocari poterant ab Eſther impii, crudeles, tyranni, ſceleſti; ſed tunc minori ſanè probro afficerentur, quàm cum vocantur *qui non ſunt* Nimirum, quia non ſunt id, quod videri volunt, & ſe jactant eſſe. *Cùm immundus ſpiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquoſa, &c. Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi.* Luc. 11. n. 24. Expende *nequiores ſe.* Tales dicuntur ſpiritus illi, qui dicuntur afferri ab immundo ſpiritu: & quinam ſpiritus poteſt eſſe nequior ſpiritu immunditiæ, & obſcænitatis? Ille ſine dubio eſt prior, qui immundus cum ſit prætendit ſpeciem munditiei, puritatis, ac integritatis, quam minimè in ſe habet. D. Proſper. de Promiſſ. & Prædict. part. 2. c. 39. *Spiritus malus*, ait, *eſt ſpiritus ſuperbiæ nequior illo, ſimulatio humilitatis ſpiritus malus, ſpiritus invidiæ, nequior illo, ſimulatio charitatis. Spiritus malus, ſpiritus mendacii, nequior illo, ſimulatio veritatis.* Ecce quod homo dicatur ſuperbus, invidus, & mendax, non id eſt pejus; illud autem, quod cum revera ſit in vitiis, nullam habens virtutem; nihilominus in ſuis factis veritatem, integritatem, ac modeſtiam in bello, ac malo inferendo vult reparari.

2. Ille nequiſſimus ſpiritus, cum inſurgeret contra Deum cogitabat. Iſai. 14. n. 14. *Similis ero altiſſimo.* In ſumma perverſitate ſimilitudinem optabat publicare cum ſumma Dei rectitudine, ac ſanctitate. Rupertus lib. 8. in Apocalypſ. ſic ait. *O veternoſum patrem mendacii, qui modo in eo, quod maximè mendax ait, veracem ſe vult gloriari: Quid ſimilitudine diſſimilius? Altiſſimus de ore ſuo veritatem, verum & bonum verbum genuit: hic autem qui dixerat ſimilis ero altiſſimo, mendacium de corde ſuo genuit.*

3. *Ne videant ad ruinam noſtram.* Hoc cavebat Eſther, ut maximè ſuis, & ſibi acerbam; non enim tantum timet ruinam ſuam, quàm quod hæc à videntibus, & gaudentibus veniat, ut ſolet fieri à militibus devaſtantibus aliorum agros, & bona. Et maximè exercebatur injuria ab inferentium lætitia. Ultimam calamitatem Jeruſalem deplorans Jerem. ait Thren. 2. n. 15. *Plauſerunt ſuper me manibus, omnes tranſeuntes per viam, ſibilaverunt & moverunt caput ſuum ſuper filiam Jeruſalem. Hæccine eſt urbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium univerſæ terræ? aperuerunt ſuper te os ſuum omnes inimici tui.* Inter omnes calamitates, hæc eſt extrema, cum ruinam tuam non planctus, non miſeratio, ſed plauſus, & riſus, ac jocus inferentium comitetur. Rupertus lib. 1. in Jerem. cap. 50. *Hæccine eſt, inquiunt; ô quanta mutatio rerum! Urbs perfecti decoris, univerſæ terræ gaudium; cui de univerſa terra convehebatur aurum, hæccine illa eſt? Hæc dicentes manibus plauſerunt, ore ſibilarunt caput ſuum ſuper te moverunt.* Valde acerbum quod cum gaudio vobis devaſtatio fiat.

4. *Converte conſilium eorum ſuper eos.* Id quod valde uſitatum eſt poſtulat Eſther, ut malum, quod adverſarii in nos cogitant, in ipſos retorqueatur. Loquens Exod. 7. num. 20. de Moyſe ait: *Elevans virgam percuſſit aquam fluminis coram Pharaone, & ſervis ejus, quæ verſa eſt in ſanguinem, & piſces qui erant in flumine mortui ſunt computruitque fluvius, &c.* Unde tantum malum in Ægyptios venit? ut eorum fontes ſanguine manarent & putreſcerent aquæ, & piſces. Ipſi ſic opprimebant Judæos operibus duris eos affligentes, & ſanguinolentis flagellis verberantes, adeo ut miſerorum vulnera, non curata putreſcerent; non mirum, quod Ægyptii in ſuis rebus in-

veniant

veniant malum, quod aliis inferebant. Sanct. Macarius Philadelp. Orat. de Cruce apud Gretſerum tom. 2. *Poſtquam vibices Judæorum computruerunt, æquum fuit, ut fluvius, & terra Ægyptiorum computreſceret, & gravem halitum ſpiraret.* Ait Iſaias 3. n. 9. *Væ animæ eorum, quoniam reddita ſunt eis mala.* Quæ verba ſic legunt Septuaginta. *Væ animæ eorum, quoniam conſultaverunt conſilium malum contra ſe fructus operum ſuorum comedent.* Expende illud *conſilium malum contra ſe.* Cum contra juſtitiam agere cogitarent adversùs innocentem, potius non in illum ſed contra ſe mala parabant. D. Baſil ibi. *Conſilia enim adversùs juſtos inita, in capita malignè conſultantium retorquentur: quemadmodum & tela, quæ ſemel inciderint in corpus ſolidum, nec cedens, ſed repercuſſivum, in ſuos jaculatores reſiliunt.*

5. *Memento Domine, & oſtende te nobis in die tribulationis.* Ubi enim tribulatio eſt, jam ibi proximus eſt Dei favor; dicebat Domin. Iſai. 40. n. 1. *Conſolamini, conſolamini popule meus, dicit Deus veſter, loquimini ad cor Jeruſalem, & advocate eam, quoniam completa eſt malitia ejus, dimiſſa eſt iniquitas illius, ſuſcepit de manu Domini duplicia.* Septuaginta legunt. *Quia completa eſt humilitas ejus.* D. Cyril. Alexandrin. *Quia completa eſt humiliatio ejus, & ſolutum eſt ejus peccatum.* D. Ambroſ. *Quia repleta eſt dejectio ejus, & ſolutum eſt peccatum illius.* Illud verò, *quoniam completa eſt malitia ejus*, explicat communis vox interpretum. Completa eſt illius anguſtia, afflictio, ac tribulatio. Ex quo patet, quantam connexionem habet afflictio, anguſtia, tribulatio cum Dei gratia, ac benignitate. Cum completa fuit anguſtia, humiliatio, & afflictio cum maxima omnium oppreſſione, ſtatim adfuit Dei gratia, excludens peccatum, largiens magna, ac multiplicata dona. *Suſcepit de manu Domini duplicia.* D. Ambr. in Pſ. 118. orat. 19. ſic ait. *Quàm citò dixit, plenitudinem dejectionis, ſolutionem eſſe peccati: & repetivit cauſam conſolationis: eo majus eſſe reconciliationis inſigne, quo numeroſior fuerit pœna, quam culpa* Vid.c. 1.q. 15.n.40.41. & 42.&cap.3. quæſt. 25. n. 201.

6. *Memento Domine, & oſtende te nobis hodie in die tribulationis.* Pro tribulatis odio, ac inſidiis inimicorum, una Eſther eſt, quæ deprecatur, & etiam in hoc figurabat Virg. Mariam, quæ tempore belli, pro ſuis deprecatur, ut eos cuſtodiat, ac tueatur, ubera enim ejus, quibus & Jeſum aluit, facta ſunt nobis turres ad tuamen ac defenſionem Cant. 8. n. 10. ait ipſa. *Ego murus & ubera mea turris.* Ex quo ipſa ubera quæ lac præbuerunt Jeſu nobis magnum munimen exhibent ſi ad illa confugimus. Si enim inter ipſa ubera moramur, nil nobis ab hoſtibus timendum, utpote conſtituti in munitiſſima arce, Guillelmus Abbas apud Delrium. *Ubera mea*, ait, *non tantum ſunt ubera, ſed etiam turris, non tantum nutriendi, ſed etiam protegendi vim habent; nullus me putet habere quo nutriam, & non habere, quo muniam. Materna pietas mea quos nutrit, etiam munit.* Ex quo ait Heſychius Jeroſolymitan. ſerm. 2. de Maria. *Vides & qualis eſt Deiparæ Virginis Mariæ dignitas, unigenitus enim Dei filius, mundi conditor, velut infans geſtabatur ab ea, Adamum reformabat, Evam ſanctificabat, excludebat Draconem, & paradiſum aperiebat.*

7. Ait Dominus ſanctiſſimæ Virgini, Mariæ, *Equitatui meo in curribus Pharaonis, aſſimilavi te amica mea.* Cantic. 1. num. 9. Habuit Deus omnipotens pro cuſtodia corporis ſui myſtici, ſeu Eccleſiæ equitatum validiſſimum quem oppoſuit equitatui Pharaonis, quo & ipſos Pharaonis currus contrivit. Et qui equitatus Dei fuit iſte adversùs Pharaonem? Si optimè rem expendas, unam ſolam invenies virgam in manu Moyſis. Hæc omnem ruinam Pharaoni intulit. Et non mirum; quia videbatur figurare virgam illam Jeſſe Mariam, quæ omnes adverſarios diſſipat, & deſtruit; De qua Mariana virga ſic ait Rupertus. *Magnum ſpectaculum reſpicienti, inde currus Dei, hinc equitatus Dei. Currus Pharaonis valde multi, ferro armati; auro, vel argento inſigniti: Equitatus Dei, virga una fuit, virga Moyſis & Aaron: illi ſigno, equitatui meo aſſimilavi te amica mea: ſicut enim virga illa virgam maleficorum devoravit, & omnem ſuperbiam Ægyptiorum obtrivit, & deinde germinavit, fronduit, floruit, & fructum protulit, non ſucco terræ animata, ſed virtute cœleſti: ſic anima mea cunctam pravitatem hæreticam contrivit, ſuperbiam diaboli dejecit conceptu florida, partu fructifera.* Felix homo, qui ſub hac vigilanti virga vivit, felices reges, qui hunc equitatum pro ſui cuſtodia, ac defenſione adversùs hoſtes habent.

CONCIO XII.

Pro exercitu exeunte in bellum.

THEMA.

E*Xivit vincens, ut vinceret.* Apocal. 6.num. 2. Pro qua re, & maximè ad intentum. Vide in hoc libro cap. 6 q. 6. per totam.

1. Exiit jam in bellum noſtræ militiæ Præfectus, noſtrique duces, ac milites & ut Deo fidimus, vincens ut vincat, quod ut fiat, obarmatus eſt exercitus, non tam militaribus inſtrumentis, quàm potius Dei legum cuſtodia, ac obſervantia.

2. Poſtquam Joſuë expugnavit ac ſub ditione ſua redegit civitates Jericho, & Hai: adversùs ipſum congregati ſunt ſex Reges Chananæorum. Joſuë 9. n. 1. quod cum ipſe Joſuë agnoviſſet, congregat populum. *Et poſt hæc legit omnia verba benedictionis, & maledictionis, & cuncta, quæ ſcripta erant in legis volumine.* Joſuë 8. n. 34. Res valde expenſione digna. Ad civitates tuendas populum congregat, ad audienda verba legis Dei. Cur potiùs turres non ædificat? Cur muros, & antemuralia non extruit? Cur gladios, lanceas, nec arma non diſtribuit? Sed tantum Deuteronomium, ſeu librum legis mandat legere. Divus Athanaſius ad Marcellin. de Pſalm. David. *Pro armis Deuteronomium recitans in omnium aures, legiſque verba, in memoriam revocans, iiſque populum obarmans, hoſtes ſuperat.* Magnus dux arma & inſtrumenta bellica non congregat, ſed tantum ſuos intendit inſtruere in

Dei

Dei lege, ac obſervatione, ejus mandatorum.

3. *Pro armis Deuteronomium recitans.* Sciebat bellorum princeps, quod talibus armis fortiſſimè hoſtes devincuntur ac proſternuntur. Decantat Regius Vates Pſal. 44. num. 3. *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.* D. Hieron. legit *fortiſſime.* Hocque cum multo robore, ac generoſitate. Et ſtatim ſubdit. *Specie tua, & pulchritudine tua intende proſperè, procede, & regna*, Illud. *Intende.* Explicant D. Chryſoſt. Euſebius, D. Athanaſius, D. Cyrill. Beda, & alii; & etiam legit ex Hebræo Lorinus. *Age, equita decore tuo.* Hoc eſt tua elegantia, ac pulchritudine pugna, & regna. Hoc tamen non videtur cohærere cum antecedentibus, in quibus dicitur. *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum.* Conſequentiùs videbatur dicendum, hoc tuo gladio intende, exi ad bellum: hoc tamen, non ſubditur, ſed *ſpecie tua, & pulchritudine tua intende, &c.* Exi, procede ad bellum. Quænam eſt hæc ſpecies, & pulchritudo, qua exiet ad bellum. D. Laurent. Novar. homil. de eleemoſyna. Sic explicat. *Specie, & pulchritudine probitatis animæ tuæ intende proſperè, procede.* Et tunc. *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum.* Et ſi adſit gladius, tamen ad bellum procedendum, ac exeundum, ſpecie ac pulchritudine animæ utere, ut Deo ſerviens hoſtem valeas devincere.

4. *Exivit vincens.* Armatus juſtitia, ac veritate, pro qua pugnatur. Urbem Sich mitam Simeon & Levi ferro aggrediuntur, & tunc habitatores illius internecione confecti ſunt. *Et depopulati ſunt urbem in ultionem ſtupri.* Geneſ. 4. n. 26. Miror ſanè necari cives integræ urbis, à viris paucioribus? Pro Simeone, & Levi pugnabat ratio honeſtæ vindictæ, pro injuria & crimine illato in ſororem, & gladius juſtitiæ evaginatus, acutus & elimatus ad internecionem adverſariorum, valde potens eſt, inde Sichimites ſua nequitia, ac prævaricatione victus eſt. Vox eſt Salvian. lib. de Provid. *Ut cognoſcamus*, ait, *meritorum hoc fuiſſe, non virium.*

5. Nemo neſcit Jerichuntem ſolo adæquatam, civibus miſere interfectis & ad ultimam cladem urbis involviſſe clangores tubarum, ut patet. Joſuë 6. n. 20. *Omni*, inquit, *populo vociferante, & clangentibus tubis muri corruerunt.* Res notatu digniſſima ad clangorem tubarum muri corruerunt. Vox illa clangentium tubarum, vox erat divinæ juſtitiæ inſonantis, quæ maximè terrificabat hoſtes, & muros proſternebat, quia minimè defendi, ac tueri poterant ab hominibus, in quibus licentia peccandi vigebat. D. Auguſt. ſerm. in Job, ſic ait: *Quando muros illos nemo contingeret, expugnabantur tamen, forinſecùs ſono juſtorum, intrinſecùs habitaculo peccatorum.*

6. *Exivit vincens, ut vinceret.* Erat Dux armatus, & animatus ſpe ac fiducia ſua in Deum, ita tamen ut ſuam ingenii induſtriam, ac laboris operam in re militari impendat, ſic enim ſpes noſtra reponenda eſt in ſacra anchora, ut opera noſtra non excludamus ab ipſo militari negotio.

7. Cum Joſuë vellet ingreſſum facere in terram promiſſionis ad eam occupandam, ait ei Dominus Joſuë 1. n. 9. *Confortare, & eſto robuſtus: noli metuere, & noli timere, quoniam tecum eſt Dominus Deus tuus, in omnibus ad quacumque perrexeris.* Si bene advertas ter in text. in hoc loco princeps militiæ confortatur à Deo, & tamen antequam ipſe ingrediatur terram promiſſam miſit exploratores, cap. 2. n. 1. Et ait Text. *Miſit Joſuë duos viros exploratores in abſcondito & dixit eis, ite, & conſiderate terram, urbémque Jericho.* Obiter nota illud *in abſcondito.* Quia militiæ negotium debet fieri in ſecreto, & abſcondito. Tamen in rem noſtram, videtur inepta talis cura terræ explorandæ, cùm princeps de magni Dei auxilio ſit certus. *Tecum eſt Dominus Deus tuus.* At verò ille ut optimus militiæ dux, ſuam curam impendit, & quod ſui officii eſt præſtat ſtrenuè. Sciebat enim, quod ſic ſuam Deus promittit opem, ut tuam non excludas operam. Rupertus Abbas. lib. 1. in Joſuë. cap. 10. *Non ergo*, ait, *quiſquam ullo in negotio, tam de cœleſtibus præſumat præſidiis, ut non etiam ipſe ſibi prior adſit vigilando facultate ingenii & laborando proportione virili.*

8. Ter Iſraëlitæ ex Dei mandato exierunt in bellum contra filios Benjamin, & cum ſemper Iſraëlitæ conſulerent Dominum, qui dixit eis Jud. 20. num. 23. *Aſcendite, & inite certamen.* Tamen in duabus primis vicibus Iſraël cæſus eſt, & Benjamin victor extitit. In tertia verò vice ſors belli mutata eſt, Iſraël glorioſè victor efficitur, & Benjamin perè interfectus. In hac tertia vice illud maximè conſiderandum, quod cum Iſraël conſuleret, Dominum de bello ineundo. Reſpondit Dominus. *Aſcendite, cras enim tradam eos in manu veſtra*, num. 28 Et tamen immediatè ſubdit Text. *Poſueruntque filii Iſraël inſidias per circuitum urbis Gabaa, & exercitum produxerunt.* Ad quid tamen hujuſmodi inſidias machinantur, cum ex Dei promiſſione adſit certa ſpes victoriæ? Videtur, quod quando Deus revelat victoriam de cœlo, non patiatur, ut in re militari ſit incuria; ſed maxima, & diligens ſolicitudo, & ideo forſitan Iſraël in duabus primis vicibus victus eſt, in tertia verò glorioſè victor, cum reſponſum ſemper fuiſſet à Domino. *Aſcendite* in bellum. Quia tamen tertia vice ſuam induſtriam cum inſidiis poſuit, non verò in duabus primis: quia ſic Deus diſponit dare victoriam, ut noſtram ſolicitudinem requirat.

9. *Exivit vincens, ut vinceret* prompta, & expedita celeritate, quæ propria & maximè auſpicata eſt optimis ducibus; quibus maximè officit cunctatio Theodoſium Imperatorem adversùs hoſtes feſtinantem, dum extollit Latinus Pacatus in ejus Paneg. ait. *Rectè profecto germana illa pictorum, poëtarúmque commenta victoriam finxere pennatam, quod hominum cum fortuna euntium, non curſus eſt, ſed volatus.* Expende ultimum verbum *fortuna euntium non curſus eſt, ſed volatus.* Fortunati effectus maximè reſpondent ſapienti, ac providæ celeritati. Victoria enim pennata eſt, & niſi citò teneatur; evolat.

10. Magnus Imperator Jeſus, ubi in arenam proſiliit adversùs tenebrarum poteſtates. *Cœpit pavere, & tædere.* Mar. 24. n. 33. Et quid pavet bonus Dux in tanto duello? Non pavet hoſtium vires, aut arma? Inter tot mala imminentia,

minentia, victoriæ cunctatione per aliquas horas augebatur nobilis imperator, moraque victoriæ illi angoris cauſa erat. D. Ambroſ. lib. 7. ad cap. 12. D. Luc. *Cum ipſe, ait, nihil habuerit, quod doleret, noſtris tamen angebatur ærumnis, & ſub tempore mortis mœſtitiam prætendebat, quam non ex metu mortis ſuæ, ſed ex mora noſtræ redemptionis aſſumpſerat.*

11. *Exivit vincens, ut vinceret.* Occurrens adverſariorum exercitui, ut præcipit magnus ille gubernator Moyſes Generali duci exercitus Joſue. *Elige tibi viros, & egreſſus pugna contra Amalech.* Exod. 17. n. 9. Ubi benè ait Lyran. *Non enim voluit, quod expectaretur exercitus Amalech, ne pueri, & mulieres nimis timidi terrerentur, & fugerent, & ſic daretur major audacia adverſariis.* Sic enim tam utile eſt hoſtibus obviam occurrere.

12. *Exivit vincens ut vinceret.* Fretus communi omnium ſupplicatione; cum inſtat bellum ad orationis arma occurrendum, ait Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis. *Audituri eſtis prælia, & opiniones præliorum, & conſurget gens in gentem, & regnum in regnum.* Matth. 24. n. 6. Et ſtatim ſubdit. *Orate ne fuga veſtra fiat in hyeme.* Cum urget bellum, ad arma orationis recurrendum eſt, de quo multa concionibus ſequentibus.

CONCIO XIII.

Pro civitate, vel arce obſeſſa ab inimicis.

THEMA.

Si conſiſtant adverſum me caſtra, non timebit cor meum; ſi exurgat adversùm me prælium in hoc ego ſperabo. Pſal. 26. n. 3. & 4.

1. Ait Regius Vates, quod ſi adverſariorum caſtra uniantur inter ſe, ipſum undique circum captum tenentes quod in tam graviſſimo malo, ac in tantorum bellorum motu, quod minimè cor ejus timebit; ſed firmus ſecuram ſpem habebit in Domino.

2. Valde dura & gravis eſt obſeſſio, ac circum vallatio ab inimicis. Quod ſatis exprimit Jerem. Thren. 3 n. 5. *Ædificavit in gyro meo, & circumdedit me felle, & labore.* Idem enim fuit, quod ipſe in gyro undique ab inimicis teneretur, ac quod circundatus eſſet felle, & labore, omni nempe anguſtia & afflictione, ac moleſtia. Et ſubdit. n. 7. *Circum ædificavit adversùm me ut non egrediar: aggregavit compedem meum.* Idem enim fuit, quod ipſe obſeſſus teneretur, ne in campos, & agros ſuos egrederetur, ac quod pedes ejus eſſent aggravati vinculis, ac compedibus.

3. *Si conſiſtant adverſum me caſtra.* Exurgant adverſariorum caſtra in nos, moveatur bellum adversùs noſtram civitatem & regnum. Non tam motum exiſtimandū eſt ab ipſis inimicis, quàm à manu Dei, ac conſilio e us ob noſtra peccata; Deus enim ſæpè ipſos inimicos, tanquam miniſtros, ac lictores ejus iræ in nos deſtinat.

4. Cum inter delitioſas dapes eſſet Chaldæus, vidit manum Dei judicis. Apparet enim in Chaldæa aula. *Quare manus hominis ſcribentis in ſuperficie aulæ regiæ.* Daniel. 5. n. 5. Gravi metu turbatus Baltaſar Rex. Litteræ ſcriptæ explicantur, quod regnum ejus eſſet completum, & diviſum, datúmque Perſis, & Medis. Ibid. n. 25. Ad quid neceſſe fuit, ut reus tantorum malorum ſciret damna ſibi eventura? ſi Chaldæus non admoneretur de ſuo triſti facto, priuſquàm hoſtis in aulam irrumperet, fortunam variam in bello dominari putaret; non verò à Deo commotam eſſe ultionem ſcelerum. Inde alta diſpoſitione ante hoſtium adventum, apparet Dei manus ſententiam ſcribentis, ut inde Rex cognoſcat, non hominum conſilio, ſed Dei manu bellum moveri, ab ipsóque à ſuo Babylonico regno deturbari, cum antecedenter Dei manus apparuiſſet ſententiam ſcribens. Pelnſiota lib. 3. Epiſtol. ibi. *Sic illis Dei manus viſa eſt, ut illud oſtenderetur omnium Regem Calculum adversùs Tyrannum efferre, ſententiamque ſubſcribere.*

5. Multis agit Deus, ne Balaamus diras in Hebræum effundat execrationes Num. 22. n. 12. *Noli, inquit, ire, neque maledicas populo.* Cum verò Magus auro captus Deum urgeret, ut ſineret Moabitis ſatisfacere, permittit Deus, ſub hac tamen conditione n. 20. *Surge, vade ita dumtaxat, ut quod tibi præcepero facias,* &c. Pergit Balaamus, permutat loca, aras conſtruit. Deum conſulit, ut maledictis Hebræum feriat: non impetrat, nec intentum aſſequitur, ut patet ex cap. 23. libet maximè rogare; cur Deus adeo cautus fuerit in Mago continendo? Maledicta Magus conjiciat, & malis id avibus perficiat. Quid Hebræo nocebit, ſi Deus nolit? An Deo poteſtas non eſt maledictionis evertendæ; ſi malè Balaamus dicat, quid ab uno ejus maledicto Deus metuit? Illud fortaſsè metuit, quod ſi Magus officio ſuo fungeretur; peſtes, mortes, calamitates, quæ à Deo in populum mittebantur; Hebræus à Mago venire putaret, & non à Deo in pœnam ſuarum culparum; quæ quidem exiſtimatio gravior motum peſtis eſſet. Sic Anaſtaſ. Nyſſen. q. 32. *Ne à Deo, ait, caſtigati exiſtimarent, ſe per vatis execrationem incidiſſe in calamitates, non ſinit vatem uti execratione,* &c. Sciant, ſciant homines mala in ipſos illata, non ab alio, ſed ab ipſo Deo infligi ob ſua peccata.

6. In noſtro Pſalmo perſiſto ubi fit mentio de gravi bello. *Si conſurgat adversùs me prælium.* Et etiam de caſtris bene inſtructis. *Si conſiſtant adversùs me caſtra.* Et de hoſte infeſto, dentium morſu dilaniante. *Deum appropriant ſuper me nocentes.* Et tandem concluditur n. 14. *Expecta Dominum, & viriliter age, & ſuſtine Dominum.* Ubi D. Aug. *Parum erat, ait, ſemel ſuſtinere Dominum, niſi repeteret.* Maximè Vates nos exhortatur Dominum ferendum eſſe, tanquam belli ducem, ac ſi illud bellum, non tantùm ab homine, ſed à Deo commoveatur D. Auguſt. in Pſalm. 29. *Non quidquid paſſi ab inimicis fuerimus, non inimicis deputandum eſt, ſed Domino Deo.*

7. *Non timebit cor meum.* Mala nempe, quæ ab inſurgente bello, ac circunſtantibus caſtris inferuntur, ex quibus alimenti penuria frequenter pullulat, ut rugiant præ fame, & exareſcant inteſtina, his non ſolent moveri viri magni, ſed rudis & indomita plebecula.

8. De victu tenui queruntur Iſraëlitæ, cibóſque

quæ Ægypti appetunt. Num. 11. n. 4. ait. text. *Vulgus promiſcuum flagravit deſiderio ſedens, & flens, & ait quis dabit mihi ad veſcendum carnes.* Quinam ſunt hi, qui litem de cibo movent? Quiſnam miles, ut arcem tueretur, corio in cibū confecto ad famen ſedandam, ſed erant homines è vili plebecula. *Vulgus promiſcuum.* Hugo. *Servi ancillæque Ægyptiæ cūctis ſibi pariter filiis Iſraël.* Ac ſi de cibi inopia non viri nobiles, ſed viles homunciones, ea de re litem moverent. Unde Joſephus lib. 3. Antiq. c. 16. *Plebs*, ait, *ad hoc potius commota eſt.* Quorum ſervilem conditionem conquerentem de cibi inopia notat Rupertus. *Miſeri, & contemptibiles homines*, ait, *qui illuc uſque rixa ventris devoluti ſunt, ut tam viles, anhelanti deſiderio, reſpiciant herbarum ſpecies.* Num. 11. n. 5. *In mentem nobis veniunt cucumeres.*

9. Sæpè ad Moyſem conveniunt ſeniores Iſraël. Exod. 4. n. 29. & cap. 12. n. 21. & cap. 18. n. 12. Num. 16. n. 25. Et ſæpe aliis in locis. At verò cum commota eſt lis de potu, non ſenatus, ſed populus eā excitat advers. Moyſem. *Cum indigeret aqua populus, convenunt adverſus Moyſem, & Aaron, & verſi in ſeditionem dixerunt.* Num. 20. num. 2. Significanter Moyſes inducit commotum contra ſe populum non ſenatum, de aquarum penuria querimoniam feciſſe; quaſi hoc gentis abjectæ ita virum in rabiem ac furorem hac de cauſa agi. Viri enim magni magno animo ſitim, ac famem ſuſtinent.

10. Cùm caſtra Philiſthinorum eſſent poſita in valle Gigantum, & David in præſidio, ab inimicis circundatus, ipſe communem fontē Jeroſolymis ſcatentem rejicit, & potum expetit è puteo Bethleemitico, aquamque manu ſtrenua extractam. *Noluit bibere, ſed libavit eam Domino.* 2 Reg. 23. n. 16. Ignaviam ſuam, qui in ſiti communi militum aquam percupierit delicatiorem, cùm hoc ſit valdè alienum à viro magno præcipuè cum in præſidio commoratur, cùm hæc ſit germana cura & inſita querimoniæ abjectæ plebeculæ; proindéque aqua in terram effuſa Princeps vilem correxit affectionem; quæ de cibo, & potu erat. Hoc adducet id, quod, dixit D. Ambroſ. lib. 7. in Luc. c. 12. *Indecorum quippe eſt homines de cibo curare, qui militant Dei regno.*

11. *Non timebit cor meum.* Armatus, & munitus amore Patriæ, pro cujus defenſione vita profundenda eſt, unde rectè dixit Horatius lib. 3. Ode 2. *Dulce, ac decorum eſt pro patria mori.* Quo ſtudio maximè nobilitātur viri Ninivitæ; ſciunt certè brevi Niniven perdendam eſſe. Jon. 3. n. 4. in urbem tonante. *Adhuc quadraginta diebus, & Ninive ſubvertetur* Quid cives; Urbemne fugiunt, ut fuga ſalutem redimant; Non id patitur magnus patriæ amor rex, inquit, *Crediderunt Viri Ninivitæ in Deum & prædicaverunt jejunium.* Ibid. n. 5. Nobiles cives pereunte patria ſe ipſos etiam perire credunt, & ſalva patria ſalvos ſe eſſe putant, & ideo ut patriam ſervēt ſe jejunio ac cilicio macerant. D. Ambr. ſer. 85. *Sapienter*, ait, *ut quæ civium peccatis vexabatur, civium orationibus ſolveretur: juſtum enim erat, ut quos fuerat paſſa peccatores, eoſdem haberet defenſores.*

12. Adhuc teneris annis erat David & cùm videret patriam ſuam ignominia vexari ſuperbia Goliath, defenſione ſuæ dilectæ patriæ ait ad Saul. *Ego ſervus tuus vadam, & pugnabo adverſus Philiſthæum.* 1. Reg 17. n. 33. Generosè ſic loquitur, cùm de ſucceſſu non jam haberet revelationem, tamen maximè lætabatur, quod pro defenſione patriæ vitam in diſcrimen daret. D. Ambroſ. de Morte c. 4. *Lætabatur*, ait, *quia & ipſe obtulit ſe fideliter pro Dei populo, ut ſolus commune periculum, & crimen refelleret.* Ac ſi nil glorioſius illi accidere poſſet, quàm injuriam patriæ avertere, & pro illa vitam dare.

13. *Non timebit cor meum.* Ponens totam ſuam ſpem in Deo, & quod ipſe in tanta neceſſitate, ac caſibus adverſis providebit eis neceſſaria. Cum Philiſthiim veniſſent congregati ad præliandum contra Iſraël omneſque Iſraëlitæ convenirent ad ſuum Regem Saul, tam ad eum quàm ad regnum ſuum tuendum. Hoc tamen faciunt ſine ullis bellicis armis, ait Text. 1. Reg. 13. n. 22. *Cúmque veniſſet dies prælii, non eſt inventus enſis, aut lancea in manu totius populi.* Ad quid ergo conveniunt? nunquid colaphis res eſt agenda. Confiſi veluti erant, quod Deus eorum generoſitatem reſpiciens ad tuēdum ſuum Regem, ac regnum, arma miraculosè provideret ad bellum gerendum. Lyran. ibi. *Dicunt Hebræi, quod miraculosè dati ſunt eis gladii.* Imò addit Abuleſ. quod eis poſtea arma inimicorum data ſunt ſic ait ipſe. *Poſtea habuerunt arma multa Philiſthinorum*, non enim deſeruit Deus eorum generoſitatem, animum ac fidem in ſuum regem, ac regnum.

14. In hoc ego ſperabo D. Aug. legit. *In hac ego ſperabo.* Scilicet mea oratione, ac deprecatione, Deus maximè exaudit orationē juſtorum, ac tribulatorum. Vid. tam hoc tomo, quam noſtris in Evan. Verb. *Oratio* in indice.

15. Præcipuè, quando orationes noſtræ adjuvantur meritis ſanctorum protectorum hujus civitatis. Ait Deus de Jeruſalē *Protegam urbem hanc, & ſalvabo eam propter me, & propter David ſervum meum.* 4. Reg. 19. n. 34. Unde ait D. Chryſoſt. tom. 1. hom. 2. in Pſalm. 59. *David mortuus eſt & merita ejus vivent.* *O rem admirandam, & ineffabilem clementiam Dei, homo mortuus vivo patrocinatur.* Et Theodoret. in quæſtionibus, ait. *Malos etiam tolerat Dominus, recolens virtutes defunctorum.* Et etiam interveniēntibus meritis noſtri Angeli cuſtodis in cujus protectione ſunt arma noſtra; Ipſe, enim maximè invigilat, pro noſtra ſalute, de quo multa in Indice Verb. Angelus 1.

16. *In hoc ego ſperabo.* Maximè & præcipuè in protectione Divini Eucharistici ſacramenti. Si enim Hebræi ob ſanguinem agni poſitum in ſuperliminaribus liberabātur ab Angelo percutiente. *Cùm viderit ſanguinem in ſuperliminari, non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras*, & c. Exod. 12. nu. 23. Ubi ait D. Chryſoſt. S. *Angelus ceſſit exemplo, quanto magis terrebitur inimicus, ſi ipſam proſpexerit veritatem.*

17. Et maximè quia hoc Divino ſacramento confortamur adverſùs hoſtes. Oſee. 14. n. 8. *Vivent tritico*, ex Hebræo legitur *Confortabuntur frumento* Cùm Saul maxime premeretur bello, & cum paucis militibus eſſet exiturus obviam

obviam contra Philiſthæos. *Ait Saül ad Achim applica arcam Dei.* 1.Reg. 14.n.18.Ubi notat Abulenſ. *Quod arca aliquando educeretur de ſanctuario non erat inconveniens potiſſimè ad bella.* Si umbra ita protegebat, quid faciet ipſamet res figurata diviniſſimi panis.

CONCIO XIV.

Pro civitate, vel arca capta ab inimicis.

THEMA.

Peccatum peccavit Jeruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. Thren. 1. n. 8.

1. Peccatum peccavit Jeruſalem, id eſt graviter peccavit, quid inde conſequens. *Inſtabilis*, infirma, ac debilis facta eſt; hoc enim habent peccata, ut vires frangant, & victoriam hoſtibus miniſtrent.

2. Chananæis à Chanamo parente geniti ſunt, qui natus eſt ex patre Chamo paternæ venerationis reo, quod ſæpè notat Moyſes. *Cham ipſe eſt Pater Chanaam*, &c. Gen. 9 18. Et iterum. *Cùm vidiſſet Cham Pater Chanaam*, &c. n.22.Et tandem addidit n. 23.*Maledictus Chanaan.* Cur tanta de Chanaam maledictione mentio fiat? urget Moyſes hoſte damnato, ut Hebræus pugnam audax ineat contra Chananæos. Ducebat Moyſes Iſraëlitas, ut expulſis Chananæis ac devictis, terram promiſſionis ingrederentur, indéque Chananæorum peccata à ſuo ebibita enarrat, ut Hebræos ſpe victoriæ lactet cùm peccata, pugnarent adversùs Chananæos, licèt armis, ac militibus inſtructos. Cùm enim peccata urgent, parum proſunt milites & arma, Rupert. lib.4. in Geneſ. c. 37. *Hæc narratio*, ait, *in præſenti dum ſcribitur, velut illis, quibus ſcribitur ad corroborandos eorum animos, ſcientes, quod hoſtem eorum Chanaam jam dudum oderit Deus.* Unde eleganter dixit Peluſiotes lib. 1. Epiſt. 294. *Injuſtitia noſtra hoſtium eſt auxilium.*

3. Qui bello potens uti David principem locum tenens inter primus duces. 2.Reg. 23.n.8 Qui octingentos interfecit impetu uno. Hic tam magnus, ac fortis vir cùm accepiſſet filium Abſalonem contra ſe eſſe commotum ait 2. Reg 15.n. 14. *Surgite fugiamus à facie Abſalon; feſtinate egredi, ne fortè veniens, occupet nos, & impleat ſuper nos ruinam.* Cùm fortiſſimus Dux, qui hoſtes non verebatur exiens in bellum contra Goliath, modo ad primum rebellionis nuntium, ſic deſperatè fugit? Cur non magis in arce munitiſſima ſe recipit, & veterum ſuorum fidit viribus? Cur maturat fugam ante hoſtem viſum? videbat conflictum peccati ſui eſſe pœnam, ut ei prædictum fuerat à Nathan prophera. *Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua.* 2.Reg. 12. n. 11.Et inde credebat ſic à peccato ſuo eſſe implicandum. ac detinendum, ut nullus illi eſſet locus ad fugam, nullúſque locus etiam munitiſſimus ad tutamen, & cuſtodiam, cùm antiquum peccati adulterii & homicidii ſcelus haberet contra ſe, cujus conſcientia, ſic mordebatur, ut omnia illi certam cladem denuntiarent, ait Dionyſ. Carthuſ. *David conſcius ſibi malorum, quæ fecerat, ac reminiſcens comminationem ſibi per Nathan factam, formidavit ſuccumbere propter ſua peccata; propter quorum demerita timuit Abſalonem, divina virtute prævalere tanquam flagellum divinæ juſtitiæ.*

4. Dicebat Deus peccatori Pſ.49.n.21.*Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam. Intelligite hæc qui obliviſcimini Deum ne quando rapiat, & non ſit qui eripiat.* Sed quid Deus tam forte, ac validum opponit contra faciem peccatoris, ut nullus ſit ei locus liberationis, ac evaſionis, & effugii? Quid eſt contra faciem peccatoris, quod omne effugium excludit, ut nulla ſit ei defenſionis occaſio? Cùm Deus ait Genebrard. ſtatuiſſet peccata ipſius Davidis ante oculos ejus, ejus conſpectu ſic implicabatur, ut nullus detur locus in quo inveniat effugium, ut à tanto malo, ac periculo eum poſſet quis eripere, eique adjuvamen, ac defenſionem dare.

5. Latinus Pacacius in Panegyrico Theodoſii ubi Maximum à Theodoſio in bello confractum deſcribens, ait. *Nec Maximum ullum conſilium, illámve rationem, aut denique ſpem ſequebatur, quia ipſos viæ implicabat errores. Quoties ſibi ipſi putamus dixiſſe. Quò fugio? Repe o Britannias? quam reliqui. Credo me Galliæ? ſed inviſus ſum. Quid ergo faciam, inter arma, & odia medius? à tergo premor hoſtibus, à fronte criminibus.* Expende ultima verba. *A tergo premor hoſtibus, à fronte criminibus.*

6. *Inſtabilis facta eſt.* Urbem Jeruſalem maximè munitam, ac inexpugnabilem deſcribit Iſai. 54. n. 14. Lapidibus pretioſis fundatam, de ea ait. *In juſtitia fundaberis.* Ac ſi nullum aliud ſit firmum civitatis fundamentum niſi juſtitia. Hæc ſcilicet fulſit, ac tuetur civitatémque maximè munitam reddit. Potius enim civitatem corroborat morum cultus quàm murorum ambitus. Procopius ibi. *Docet*, ait, *non mœnibus tantum, nec cuſtodibus, ſed juſtitia tutam eſſe civitatem.* Nec Scipio Romam everti putabat, niſi cum mores civium corruptos eſſe dolebat. Addit D. Aug. l. 1. de Civit. c.33. *Neque enim ille cenſebat felicem eſſe rempublicam, cum ſtantibus mœnibus, ruentibus moribus* Cum ergo mores ruunt, ruit & civitas, ita ut in manus inimicorum ſit tradita. Unde liceat exclamare cùm D. Hieron. Epiſt. 3. *Infelices nos qui tantùm diſplicemus Deo, ut per Barbarorum rabiem illius in nos ira deſæviat.*

7. *Inſtabilis facta eſt.* Ita ut noſtra civitas ſit ab inimicis obtenta, & ſub illorum poteſtate, ita ut captiva, quæ eſt extrema miſeria. Præ odio, ac invidia filii Jacob vendiderunt fratrem ſuum Joſeph in Ægyptum. Tunc ſumentes tunicam ejus ſanguine maculatam, patri oſtendunt. Qui magno lachrymarum imbre ait. *Tunica filii mei eſt, fera peſſima devoravit eum.* Gen. 37.n. 33. A quo dolore Bonus pater noluit conſolationem accipere, quam vehementiam doloris bene filii agnoſcere poterant, ex intimo amore, quo pater eum proſequebatur; cur ergo mortuum dicunt, & non potius vivum teſtantur, ac fingentes componunt, ipſum captivum ductum fuiſſe à Madianitis, eum per agros errantem invenientibus. Pro certo filii Jacob apud ſeipſos ſtatuerunt, quod ex duobus doloribus provenientibus ex morte vel captivitate levius, & facilius mortem tolerandam, quàm captivitatem, & amiſſam libertatem, quæ viro ingenuo, ac nobili ſuper omnia moleſtiſſima eſt.

8. *Inſtabilis facta eſt* Et ne quis dicat,quod hujuſmodi infortunium provenit ex injuria præfectorum militiæ, vel ex incompoſito ordine militum, vel ex debilitate murorum, ſed tantùm ex peccatis noſtris, ut omnes apud ſe ſtatuant; Jonas Deo rebellis ingreditur navim, & vix cœpit navigare. *Et Dominus miſit ventum magnum in mari & navis periclitabatur conteri.* Jon. 1. n. 4. Unde venit tantum periculum? an ab inſcientia nautarum? An à navis fragilitate? An à tempore importuno navigandi? à nullo eorum venit periculum, ſed tantùm à Jonæ peccato, quod totam tempeſtatem originavit, ut pulchrè notat D. Chryſ. hom. 24. de peccato, & Confeſſ habita tom 6. Ubi ſic ait. *Multi frequenter dicunt malum locum eſſe rerum & civitatis ſtatum cauſámque ex imprudentia dominantium eſſe perhibent. Ego vero dico, non magiſtratus imprudentia, ſed noſtrum peccatum, illud omnia ſubvertit, calamitates invexit; nec alud rerum triſtium examina nobis ſuperfuſa ſunt.*

9. Jubente Rege Daniel. 6. n. 23. miſſus eſt in locum leonum, & nil mali à leonibus paſſus eſt. *Tunc adducti ſunt viri illi, qui accuſaverunt Danielem & in locum leonum miſſi ſunt, & ipſi & filii & uxores eorum, & non pervenerunt ad pavimentum laci, donec arriperent eos leones, & omnia oſſa eorum comminuerent.* Ecce jubente Rege Daniel, & accuſatores ejus leonibus dantur, ſed Daniel illæſus evaſit, accuſatores verò miſerè perduntur à leonibus devorantibus. Unde hoc? non aliunde, ſed à malitia, quæ in eis erat. Ait Joſeph. l. 10. Antiq. c. 12. *Eos ſine mora devorarunt, acuit enim ferarum rabiem, non vexatio famis, ſed objectorum malitia.* Itáque devorationis cauſa, non fuit Regis ſeveritas, nec leonum fames, ſed *accuſatorum malitia.*

10. *Inſtabilis facta eſt.* Cùm inſtabilitatis, ac dejectionis noſtræ civitatis in cauſa ſint noſtra peccata, hæc maximè deploranda, ac lamentanda ſunt à nobis. Ait Jerem. in ſua orat. Thren. 5. n. 16. *Cecidit corona capitis noſtri, væ nobis quia peccavimus.* Hoc eſt Diadema regni ſcilicet regnum noſtrum tranſlatum eſt ad Chaldæos, ut explicant D. Thomas, Lyran. & alii. Maximè ponderandum, quod Propheta, gemitum, ac lachrymas, *Væ nobis*, non edidit ſuper effectum, ſed per cauſam lapſus coronæ. Non ait, cecidit corona capitis noſtri, Væ nobis, quia amiſimus Regem, & regnum. Quod extitit conſequentia coronæ caſu; ſed *væ nobis, quia peccavimus*, quod fuit cauſa, & origo omnium malorum, quæ maximè deploranda eſt à nobis, peccata enim noſtra tantæ calamitatis cauſam dederunt.

CONCIO XV.

Pro civitate, vel arce, reſtituta è manibus inimicorum.

THEMA.

ET reſtitutæ ſunt urbes, quas tulerant Philiſthini ab Iſraële Iſraëli: Ab Accaron, uſque Geth & terminos ſuos: liberavitque Iſraël de manu Philiſthinorum, 1 Reg. 7. n. 14.

1. Philiſthini antea præliis victores aliquas Hebræorum urbes, ut refert Joſeph. l. 6. Antiq. c. 1. occuparunt, quas modo Samuel victor ab eiſdem vi eripuit, ut ſentit Idem Joſeph, de quo latè Abulenſ. Mendoza. Sanch. & alii in Commentatio.

2. Ex quo patet primò ſumma Dei pietas, qui cum iratus eſſet ob peccata noſtra, miſericordiæ recordatus, nobis reſtituit noſtram civitatem, quam adverſarii è manibus noſtris abſtulerunt Canit Regius Vates Pſal. 59. n. 1. *Deus repuliſti nos & deſtruxiſti nos, iratus es, & miſertus es nobis.* Deus præ furore iræ videbatur nos repellere, ac deſtruere; tamen in ipſa indignatione, nobis clementer indulſit. *Miſertus es nobis.* Ex quo pulchrè Berembotius Abbas ſerm. in natali Mart. ait, *O ira miſericors, quæ ſic minatur, ut parcat, ſic aufert, ut reſtituat, ſic tradit, ut eripiat, ſic deſtruit ut muniat, ſic abjicit, ut recipiat.*

3. Admirabundus clamat Habac. Propheta c. 3. n. 2. *Domine audivi auditionem tuam, & timui, conſideravi opera tua, & expavi.* Ad quodnam opus Dei ſic expavet, ſic miratur, & tremit Vates? Jam ipſe explicans, ait. *Cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.* Quid ſic admiratur, & expavet Propheta, forſitan cùm audit mundi fabricam? Minimè Sed. cùm conſideravit immenſam Dei pietatem, quia in ſumma ſua ira, miſericordiæ recordatus eſt. Nam cum ipſe Vates, ob noſtrorum parentum peccata, ſe exiſtimaret à facie Dei ejectum, nec etiam inter ſervos ejus ſe poſſet computare, utpote ſub dæmonis jugo captivum, ſe tamen Dei gratia invenit liberum, ac inter filios Dei adoptatum D. Chryſ. ſer. 68. *Auditum timuit*, ait, *non quia hujus mundi fabricam contemplatus expavit, ſed quia pietatis erga ſe conſiderans, tunc opera admirationis tremore concuſſus eſt, & pavore: adoptatum ſe tunc obſtupuit in filium, quando perdiderat ipſius fiduciam ſervitutis.*

4. *Reſtitutæ ſunt urbes, quæ tulerant Philiſthiim.* Cogitaverunt noſtri adverſarii nobis inferre malum ac nomini noſtro injuriam, ſed Divina majeſtas univerſum malum in eorum damnum convertit, ut civitatem, quam triumphantes poſſederant cum eorum opprobrio dimittant, & injuria in nos cogitata in eorum caput retroceſſerit.

5. Valde notum eſt facinus David, quod Goliam peremit ait text. 1. Reg. 17. n. 50. *Prævaluit David adversùs Philiſthæum in funda, & lapide percuſſúmque Philiſthæum interfecit. Cùmque non gladium haberet in manu David, cucurrit, & ſtetit ſuper Philiſthæum, & tulit gladium ejus, & eduxit de vagina, & interfecit eum.* Accincto gladio armatus procedebat Philiſthæus ad percutiendum Iſraëlem & Davidem, ut eos omni ignominia afficeret, daretque eorum carnes volatilibus cœli, ſed è contra accidit, ut gladius ille, eſſet in præſidium ſalutis Iſraëli, & Davidi, & in damnum ipſius Goliæ, ut eo ejus caput abſcinderetur, & cum maxima ignominia, ejus carnes ad devorandum expoſitæ fierent beſtiis terræ, ex quo maximè gloriam Davidis decantat Macerius. Philadeph. Epiſcopus oratione habita in exaltatione Sanctæ Crucis apud Gretſerum, tom. 2. Ubi ait. *Superna gratia David egregiè munitus, lapidiſque jactu talem, ac tantum proſternit,*

Proſternit, deinde micantem contra ſe gladium, ipſo vibravit, eóque blaſphemum trucidavit, & abſtulit opprobrium ex Iſraël. Hunc in modum David Propheta ſimul & Rex, inſtrumentum, quod mortis alioqui in cauſa erat, in præſidium ſalutis verti poſſe docuit.

6. *Reſtitutæ ſunt urbes, quas tulerant Philiſthini.* Sicut hic ex noſtro text. colligitur ab expoſitoribus inſignis fortitudo, ac virtus militaris Samuëlis ſuos defendentis, ac adverſarios ſpoliantis; ſic & in noſtro caſu manifeſtè patet fortitudo, vigilantia, ac ſolicitudo noſtri principis, ac ducis, ut ſuos tueatur, ac cuſtodiat, unde eis multa proſperitas, ac felicitas denuntiatur.

7. Joas Rex Iſraël non ſolùm repulit vim Benadad Regis Syriæ, ſed etiam eum compulit ad reſtituendas urbes, quas ipſe Benadad ceperat à Joachaz Rege Iſraëlis, & à Patre ipſius Joas, ut 4. Reg. 13. n. 25. narrat ſacer text. *Porro Joas*, ait, *filius Joachaz, tulit urbes de manu Benadad, filii Hazael, quas tulerat de manu Joachaz patris ſui, jure prælii tribus vicibus percuſſit eum Joas, & reddidit civitates Iſraël.* Ex quo patet, quantam proſperitatem, ac felicitatem obtinuit Regnum Iſraël ſub rege ſuo Joas, ut notat Abul. ibi q. 24. *Regnum Joas*, ait, *fuit in proſperitate, tempore enim ejus, cœpit liberatio, & civitates redditæ ſunt Iſraëlitis*. Cùm enim urbes ſint reſtitutæ, tunc magna proſperitas, & felicitas facta eſt in Iſraël, cum ejus civitates liberatæ ſint à jugo captivitatis adverſariorum.

8. *Et reſtitutæ ſunt urbes, quas tulerant Philiſthini.* Ex reſtitutione urbis nobis factæ in nos à noſtris militibus, maximè decantetur ac decoretur celſitudo, ac magnitudo noſtri principis, ac regis, cùm tales, ac tam fortes milites, ac ſtrenuos duces ſub imperio ſuo habeat.

9. Fratribus ſuum ſomnium narrat Joſeph & ait, *Vidi per ſomnium quaſi ſolem, & lunam, & ſtellas undecim adorare me.* Gen. 39. n. 9. Ad quid tendit hoc ſomnium, cum adoratione præclariſſimorum luminarium, ſolis, lunæ, & ſtellarum? Joſeph inaugurabatur princeps futurus, inde ad celſitudinem ejus imperii indicandam, illuſtriſſima lumina adorationem deferunt, ut ex adorantium, ac ſubditorum lumine, ac ſplendore, clariſſimè oſtendatur, quam ſplendidus, ac illuſtris Joſeph erat, cùm talium eſſet princeps; ſplendor enim, & pulchritudo ſubditorum, ſplendor, & pulchritudo principis eſt.

10. Mirificè anima ſancta, ſuum dilectum extollit. *Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas.* Cant. 5. n. 15. Ut cum videris pedes aureos, ſi oculos ad caput levas, ſimiliter & videbis. *Caput ejus aurum optimum*, n. 11. de ſplendore enim membrorum, & ſubditorum, ſplendor capitis, ac principis relucet. Maximéque ſibi correſpondens. Cùm princeps eſt aureus, ſic & ſubditi aurei ſunt. Et ſi illi aurei, principem habent aureum. D. Auguſt. eleganter ait. *Quid enim membra ejus ipſe.* Vide c. 3. q 7. n. 51. 52. & 53. & cap. 9. q. 22. n. 216. 217. & 218.

11. *Redditæ ſunt urbes, quas tulerant Philiſthiim ab Iſraële.* Et quomodo tam glorioſa victoria adepta eſt, urbéſque reſtitutæ ſunt Iſraëli ait text. citat. c. 7. n. 9. *Tulit autem Samuël Agnum lactentem unum, & obtulit illum holocauſtum integrum Domino*, ſi figura Euchariſtici Agni dedit tam magnam, ac talem victoriam; Quomodo præſentia realis, ac vera tam magni ſacramenti eam non dabit? Vid. c. 2. q. 49. n. 375. & q. 23. n. 174. & q. 51. n. 388. Et etiam. Vid. tom. 3. in Evang. Verb. *Euchariſtia* in Indice.

12. *Redditæ ſunt urbes.* De Philiſthæis Iſraëlitæ glorioſam victoriam adepti ſunt, quia eam non ſibi, ſed Deo acceptam retulerunt, in monumentum victoriæ tamen lapidem erexerunt, cum inſcripto elogio teſtificante. *Huc uſque auxiliatus eſt nobis Dominus*, 1 Reg. 7. n. 12 Ac ſi tota illa victoria ex divino auxilio emanaſſet, quod utpote maximè grati ingenuè fatebantur. Sic magni bellatores feliciter, ac fortiter geſta in Dei patrocinium referunt.

13. Abrahamo de bello cum victoria redeunti proceſſit obvius Melchiſedech. *Et benedixit ei.* Sed quas benedictiones impartivit, quaſque gratulationes decantavit. *Benedictus*, ait, *Abraham Deo excelſo, qui creavit cœlum, & terram, & benedictus Deus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt.* Gen. 14. n. 19. Ecce ſic laudat victorem Abrahamum, ut potius in Deum victoriæ auctorem omnem laudem refundat, apertè enim decantat. *Quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt.* Cognoſcens totum ex Dei protectione manare ut obſervat D. Chryſ. hom. 35. in Gen. *Vide oro*, ait, *quomodo non ſolum juſtum prædicat, ſed & Dei præſidium cognoſcit. Neque enim abſque illius gratia potuiſſet tanta potentia munitos vincere.*

16. Et hæc in tali re fuit mens Abrahæ, nam cum à Rege Sodomorum, ei oblata fuiſſent omnia præter animas, per ſancta juravit ibid. n. 12. Nihil ſe de hoſtili præda accepturum, ne victoriam ſibi tribuere videretur, quam Deo tribuendam non dubitabat. *Ego enim* inquit Abrahamus apud eundem Chryſ. *Nihil ad bellum attuli præter voluntatem, & promptitudinem, victoriam autem, & triumphum operatus eſt Deus ineffabili virtute.* Ac ſi diceret. Non mihi debentur hæc munera, qui nihil egi, ſed DEO, qui totam victoriam reportavit. Vid. cap. 4. q. 41. n. 363. & concionem ſequentem.

CONCIO XVI.

Pro inſigni aliqua victoria.

THEMA.

IN hymnis & confeſſionibus benedicebant Domino, qui magna fecit in Iſraël, & victoriam dedit illis. 2. Machab. 10. n. 38.

1. Poſtquam cum multis victoriis Judas Machabæus contriviſſet Timotheum ducem Regis Antiochi, qui convocato exercitu peregrinæ multitudinis, cum magno equitatu venit in Judæam tanquam armis eam capturus. Tunc Judas Machabæus poſt longam orationem exiit in occurſum cùm ſuis. Iſti quidem victoriæ, ac proſperitatis ſponſorem cum Virtute Dominum habentes. Illi autem ſpem belli in armis, ac viribus ſuis reponentes. Inde Machabæus cum ſuis glorioſius fit victor, interfectis hoſtibus viginti millia, & quingentis, multiſque equitibus. Ibid. n. 31. Et perempto eorum duce Timothæo. Tunc Machabæus, ejúſque milites. *In hymnis, & confeſſionibus*

benedicebant Domino. Multis nempe canticis Dei gloriam confitebantur, cui omnem victoriæ laudem referebant.

2. Debora Propheteſſa, & Barac Duces Iſraëlitarum adversùs Siſaram principem Regis Jabin valde potentem multiſque viribus dimicarunt, eúmque vicerunt, ejuſque copioſum exercitum jugulatis ejus militibus deſtruxerunt; ipsúmque Siſaram profugum occidit Jahel uxor Haber. Tunc pro tanta victoria cum gratiarum actione Deum laudant. *Cecinerunt Debora, & Barac filius Abinoem in illo die, &c.* Judic. 5. n. 1. Solebant olim Imperatores Romani parta victoria arcus triumphales erigere in eorum laudem, ac monumentum, tanquam gloriam victoriæ ſibi adſcribentes. Hæc fecerunt præ eorum ſuperbia. At Debora, & Barac divina fide illuſtrati, cognoſcentes omne donum eſſe à Deo, loco trophæi, ac fornicis triumphalis, Deo ut victoriæ auctori laudes canunt. Sic D. Chryſoſt. in Pſ. 95. *Debora,* ait, *proſtratis in bello hoſtibus, pro maximo quopiam trophæo erexit hymnum victorialem.* Quod in Theodoſio Imperatore maximè commendat D. Ambr. Cum poſt partam victoriam per manus Sacerdotum Deo gratiarum actiones offerret. Sic ait Epiſt. 58. *Alii Imperatores in commemorationem victoriæ arcus triumphales parari jubent, aut alia inſignia triumphorum, clementia tua hoſtiam Deo parat, oblationem & gratiarum actionem per Sacerdotes Deo celebrari deſiderat.*

3. Cùm manſuetiſſimus Jeſus Rex ſedens in aſino Jeroſolymam intraret, notat D. Matth. 21. n. 8. *Plurima autem turba ſtraverunt veſtimenta ſua in via, alii autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in via.* Quid ſignificat quod hujuſmodi homines ramos palmarum, ac veſtimenta ſua ante pedes Jeſu ſternebant, per hoc denotabant magnos illos Patres antiquos, ac Prophetas, qui palmas, ac ſpolia ſuarum victoriarum uni Jeſu tanquam principi ac auctori totius trophæi offerebant, Vict. ad c. 4. Apoc. *Alii,* ait, *præciſis ramis palmarum viam ſternebant, alii tunicas ſuas ſubjiciebant: duos ſcilicet populos oſtendentes, unum ſcilicet Patrum; & alium Prophetarum magnorum virorum, qui quaſcúmque habebant Palmas victoriarum contra peccatum, victori omnium Chriſto ſub pedibus jacebant.* Expende illud *Magnorum virorum.* Magni enim viri eſt, ſolùm Deum victoriæ auctorem agnoſcere.

4. *In hymnis, & confeſſionibus benedicebant Domino.* Eum recognoſcentes, totius victoriæ principem, & largitorem, qui tam feliciter eis fuit in auxilium, quod ſolùm ab ipſo ſperabant, & in quo totam ſuam ſpem repoſuerant, & inde victores effecti ſunt. Sic David pugnaturus contra Goliam, ait ad Saulem; *Dominus, qui eripuit me de manu leonis, & de manu urſi ipſe me liberabit de manu Philiſthæi hujus,* 1. Reg. 17. n. 37. indéque deſcenſurus in arenam cum Golia, priùs Saulis arma deponit, quia ſpem ſuam non in viribus, ac armis, ſed in ſolo Deo repoſuerat. Unde ad Gigantem pro Davide ſic loquitur. D. Baſil. Sel. orat. 15. *Corpore præſidens,* ait, *& thorace ego verò immortali defenſione munior: ſcutum objectat, verùm hoſtem à Deo oppugnatum non metuo ego, cum eo manus confero; cui res eſt cum Deo.* Utpote cum auxilio ejus, cui ego confido.

5. Rigidum, & apertum bellum cum movet Satanas contra Job, & cum ipſe ſpoliatus ab omnibus ſuis bonis, ac filiis ſederet in ſterquilinio, tunc Satanas convocat omnes amicos, & choros, ut ipſum comitentur in certamine, *Audientes autem tres amici Job omne malum quod accidiſſet ei, venerunt ſinguli de loco ſuo.* Job 2. n. 11. Quid agis Satana? hoſtis es, & amicos ejus convocas? Si ipſi veniunt amicum ſuum juvabunt? Indéque ipſe amicorum turba munitus facili negotio te ſuperabit? ô quàm vafer, quàm aſtutus diabolus eſt! Jobi amicos auxiliatores convocat; ſciens nihil magis detrimento eſſe hominibus, quàm ad auxilium creatum & adjuvamen reſpicere; Inde diabolus convocat amicos, ut conſtituta in eis ſpe, devictum juſtum putabat, & tunc Job maximè timere cœpit hoſtis poteſtatem. D. Ambroſ. lib. de Interpellat. cap. 2. ſic ait, *Cum Job videret amicos ſuos, advertit à dæmonio datam adverſario tentandi ſui poteſtatem.* Quandiu Job ſolus erat hoſtilia conamina contemnebat. Cùm autem ſe non ſolum, ſed amicis cinctum cognovit, certamen cum hoſte expavit, & in ſe adverſario à Deo datam poteſtatem totus præſagit.

6. *Convenerunt Philiſthiim in pugnam & egreſſus eſt Iſraël obviam Philiſthiim in prælium, & caſtrametatus eſt juxta lapidem adjutorii.* 1. Reg. 4. n. 1. *Quod inde factum ſit, inito certamine terga vertit Iſraël, & cæſa ſunt in illo certamine paſſim per agros quaſi quatuor millia virorum.* Quomodo Iſraël, qui toties victor evaſerat, ſic cadit in conſpectu Philiſthinorum, *Caſtrametatus eſt juxta lapidem adjutorii.* Quandiu ſpem ſuam habuit Iſraël in Deum, victor efficitur, at dum caſtra ponit juxta lapidem, in quo ſperabat amicorum, ac ſociorum adjutorium, ſtatim victus corruit, ac proſternitur, ut innuit D. Greg. ibi. *Quia,* ait, *alium Chriſtum expectare non deſinunt, juxta adjutorii lapidem caſtra ponunt.*

7. *In hymnis & confeſſionibus benedicebant Domino.* Pro magna & tam glorioſa victoria, quam obtinuit Iſraël à ſuis inimicis, cum eſſet derelictus à ſuis vicinis ac amicis, pugnans contra Regem Antiochum congregato ſuo magno exercitu contra Iſraël, quem ipſe Iſraël proſtravit.

8. Meus Jeſus pendens in cruce, clamat voce magna. *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me.* Matth. 27. n. 46. Aëreas ſa è poteſtates, ut à cœlo deturbarentur, Michaël proſilivit, cum intego Angelorum exercitu; At ut Jeſus deſtrueret tenebrarum regna, & aëreas mortis portas confringeret, ac ut mundi principatus interimeret, & ut cœleſtes reſeraret portas, unus Jeſus à ſuis, & à Patre ipſo derelictus in arenam deſcendit. Pulchrè Simon. Caſſian. c. 57. in Matth. celebrat Chriſti D. triumphum his verbis. ait *Nullum fuit,* ait, *ab orbe gravius bellum quàm in quo Chriſtus captus eſt, nec ullus illuſtrius triumphavit, quàm ubi ille relictus, ſolus, ſuos hoſtes proſtravit.* Meritò ponderat iſte, illuſtriſſimam Domini victoriam, ac virtutem in proſternendis inimicis, quando ipſe ſolus quovis ſenſibili auxilio

auxilio deſtitutus, relictúſque à diſcipulis, ab Angelis, & à Patre etiam quodammodo quoad ſpeciem, hoſtium turmas fugavit, & cœli clauſtra reſeravit.

9. Magnus ille Samſon Iſraëlis dux, Philiſthinorum terror, & ruina valde glorioſè hoſtes ſuos proſtravit. Is captus cùm eſſet, & medius inter hoſtes, mille patiebatur ludibria amplexatus columnas. Jud. 16. n. 27. perditurus hoſtes aiebat apud Ambr. Epiſt. 70. *Moriatur anima mea cum Philiſthiim, ut cognoſcant infirmitatem meam, non minus, quàm virtutem fuiſſe exitialem.* O glorioſum, & præclarum trophæum, Samſon captus, infirmus, & à ſuis derelictus, hoſtes ſuos perdidit, ac in totalem deſolationem dedit. Non minus ejus infirmitas, ac virtus; nec minus ipſe à ſuis derelictus ac ſtipatus, ſui roboris monumenta dedit.

10. *Qui magna fecit in Iſraël & victoriam dedit illis.* Ad cujus victoriæ conſequutionem, magnos & fortes milites dedit Iſraëli, qui multo amore, ac benevolentia pro patria decertarent. Multum intereſt in bello miles veteranus, & fortis, ſed multò magis ille, qui amore, ac benevolentia pugnat.

11. Cùm audiſſet Abrahamus conſobrinum ſuum Loth captum; & quamvis ab illo non eſſet leniter offenſus; Nihilominus exiliit in vindictam. *Et numeravit expeditos vernaculos ſuos trecentos decem & octo, & perſecutus eſt eos,* Gen. 14. n. 14. & quomodo cum tam exigua manu adversùs quinque potentiſſimos reges cum valde copioſo exercitu proceſſit; unde illi virtus, & audacia? Amoris ſanè incendio inflammatus, belli pericula non curabat. Unde ait D. Ambroſ. lib. 1. de Abraham cap. 3. *Sic amabat, nepotem, ut pro eo nec belli declinaret periculum.*

12. Cur tamen obſecro, & maximè ad rem præſentem, vernaculos ſervos, & non potius veteranos milites, multa dexteritate pollentes è variis partibus convocavit? Bene noverat vir Magnus Abrahamus, quod plus valent milites amore, quàm robore, ac experientia armati ad bellum feliciter gerendum. Amore nil fortius, ejus enim vehementiæ omne robur, ac potentia cedit. Inde Abrahamus ad tanti belli onus, non alios quærit, niſi tantùm vernaculos, ac ſervos domus ſuæ qui amore ſtimulati, pro gloria Domini ſui, ac pro libertate Loth, cum quo erant educati, feliciter pugnarent. Optimè D. Chryſoſt. homil. 31. in Gen. *Aſſumpſit*, ait, *vernaculos, & qui cum Loth educati erant, ut ultionem ſponte, & benevolè facerent, utpote ſervi pro Domino certantes, ut quemadmodum dux, ita & milites, non furore, ſed amore ad bellum incenderentur.* Expende ultima verba, *non furore ſed amore.*

13. Quod confirmatur, quænam cauſa fuit, cur Abrahamus pro labore ſuo à Rege Sodomorum nullum præmium accipere voluit, nec aliquid de ſpoliis tam ſibi, quàm ſuis decrevit aſſumere. *Non accipiam* ait, *ex omnibus, quæ tua ſunt.* Gen. 14. n. 28. D. Chryſoſt. Ibid. *Quaſi diceret*, ait, *neque enim mercedis gratia vindictam feci, ſed primum ob amoris affectum, quem erga fratris mei filium gero: deinde propter ipſius juſtitiæ officium, ut è barbarorum manibus eriperem injuſtè ab ictos.*

14. *In hymnis, & confeſſionibus.* Valde ſemper ſolemne fuit adeptam victoriam hymnis, canticis, ac multis feſtivitatis ſignis celebrare. Sic ſubmerſo Pharaone, cum ſuo exercitu, *Moyſes & filii Iſraël carmen Domino cecinerunt.* Exod. 15. n. 20 Proſecutæ ſunt mulieres cum tympanis & choris. Ibi. n. 20. Sic & cecinerunt Debora, & Barac. Judic. 5. n. 1. Sic interfecto Goliâ mulieres Iſraël tympanis, multa cum lætitia ducentes choros canebant. *Percuſſit Saül mille, & David decem millia.* 1. Reg. 18. n. 7. Sic & David pro victoria adepta ex ſuis inimicis multos Pſalmos compoſuit. *Diligam te Domine fortitudo mea.* Pſal. 17. & alios ſic & Machabæi adverſo opprobrio gentium *facta eſt lætitia in populo magna valde.* Mac. 1. c. 4 n. 58. Nam ut rectè ait Salvian. lib. 2. de Provid. *Natura dictante inſitum eſt pro adepta victoria lætari & exultare.* Ut Iſaias magnam gentium lætitiam denotaret in Chriſti adventu c. 9. n. 3. ait *Lætabuntur coram te ſicut qui lætantur in meſſe; ſicut exultant victores capta præda quando dividunt ſpolia.* In meſſe lætantur homines, at in victoria exultant. *exultare*, eſt ſupra modum lætari; nam exultare, ut teſtantur Theſaurus linguæ latinæ, & Calepinus, idem eſt, ac animi lætitiam ſaltibus ac motibus corporis oſtendere, quo ſignificatur tanta lætitia, quæ non poteſt animo cohiberi; ſed exterius per ſigna prodit.

CONCIO XVII.

Pro magno, & ingenti aliquo beneficio.

THEMA.

Miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti, quia non defecerunt miſerationes ejus. Thren. 3. n. 22.

1. Exclamans admiratur Propheta ingentem Dei bonitatem ac pietatem, ſiquidem à tot calamitatibus, oppreſſionibus irruentibus, ipſe Propheta ac populus ejus Dei gratia ſunt liberati; nam veluti Daniel erat à leonibus circundatus; à quibus Dei gratia illæſus exivit: Sic illi à tot malis tanquam à leonibus circundati Dei pietate cuſtodiuntur, & ſalvi fiunt.

2. *Miſericordiæ Domini quia non ſumus conſumpti.* Non unam miſericordiam dicit in ſingulari, ſed miſericordias in plurali. In hoc maximè viſitur multitudo miſericordiarum Dei, quod undique irruentibus malis, quod homo non obruatur, ſed ſalvus & cuſtoditus ſit.

3. Mortuo Joſeph maximè creverunt filii Iſraël, ut à Deo dignarentur viſitari, ut refertur. Exod. 1. n. 6. *Joſeph autem in Ægypto erat, quo mortuo, & univerſis fratribus ejus, omnique cognatione ſua filii Iſraël creverunt, & quaſi germinantes multiplicati ſunt, ac roborati nimis impleverunt terram.* Quæ verba expendit Origen. hom. 1. in Exod. & ait. *Donec viveret Joſeph, non refertur, quod multiplicati fuerint filii Iſraël, nec aliquid omnino in his de augmentis, & numeroſitate memoratur.* Sicut etiam vivente Joſeph non dicuntur viſitari à Domino, niſi tantum poſt mortem ejus. Exod. 3. n. 16. ſic ait. Moyſes ad populum, Dei nomine. *Viſitans viſitavi vos*, ut notat ibi Lippoman. *Viſitavi vos, & aſcendere faciam de afflictione*

Ægypti. Cur dum viveret Joſeph numeroſitas, potentia, ac viſitatio gentis Iſraëliticæ facta à Deo non refertur: quia vivente Joſeph, & in Ægypto feliciter imperante, tuto vitam agebant Hebræi, at verò à tanta tutela orbati miſerè lateris, & luti ſervituti mancipabantur, & undique ſub duro flagello ab his, qui præerant operibus, affligebantur, ita ut nullus eſſet levaminis, & reſpirationis locus; ſed undique premebatur, ac ſi una fornace ardenti detinerentur. Deut. 4. n. 20. *Vos Dominus eduxit de fornace ferrea Ægypti.* Cùm ergo undique in ultima miſeriarum periodo eſſent, non ſunt conſumpti, ſed in copioſam, ac amplam multitudinem creverunt, *& quaſi germinantes multiplicati ſunt.* Et nunc Dominus in multa miſeratione viſitat, educens de fornace illa ferrea in terram fluentem lac, & mel.

4. Cum Saül copioſo exercitu proſequeretur Davidem, ac inter anguſtias cujuſdam montis eum circumſeptum teneret, nam à militibus Saül undique cingebatur. Unde *David deſperabat ſe poſſe evadere à facie Saül.* 1. Reg. 23. num. 26. Tunc ſubdit Text. *Nuntius venit ad Saül dicens: feſtina & veni, quoniam infuderunt ſe Philiſthiim ſuper terram, Reverſus eſt ergo Saül deſiſtens perſequi David,* &c. Nil ardentius, ac vehementius Saül exoptabat quam Davidem capere, ac manibus tenere, adeſt opportuna occaſio, ut nullus ſit Davidi locus evadendi; quomodo ergo ſic urgetur Saül à nuntio illo, nec per breves, & paucos dies immoretur, ad hoc ut deſideratum inimicum manibus teneat, & apprehendat. *Miſerationes ejus non defecerunt.* Quando David conſiderato omni humano auxilio deſperabat ſe poſſe evadere à facie Saül, & ſe exiſtimabat ab illo detentum, ac conſumptum, manus Dei miſerantis, modum invenit, ut Saül illico, & ſine mora compulſus eſſet recedere, & David abſque aliquo nocumento evaderet. Abulenſ. Ibid. q. 32. *Venit nuntius*, ait, *ex parte Dei, quia Deus volebat eruere David de manu Saül.* Unde aliqui dicunt, quod ille nuntius erat Angelus ex parte Dei. Vide c. 1. q. 15. n. 41. & 42.

5. *Miſerationes ejus non defecerunt.* Hæc eſt ſumma Dei benignitas, ac pietas, quod ex ipſo miſeriarum profundo, motivum eliciat, ut indulgeat, ac ſubveniat, ipſamet miſeria miſericordiam Dei advocat, ac ſollicitat.

6. Prodigus ille filius poſtquam ſubſtantiam ſuam diſſipaverat, factus egenus & pannoſus, porcorum cuſtos cupiebat ſaturari de ſiliquis, & nemo illi dabat. Quid tunc ait D. Lucas cap. 15. n. 17. *In ſe autem reverſus dixit. Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus, ego autem hîc fame pereo. Surgam, ibo ad Patrem meum, & dicam ei: Pater peccavi in cœlum, & coram te, jam non ſum dignus vocari filius tuus, fac me, ſicut unum de mercenariis tuis: & ſurgens venit ad Patrem ſuum, cum autem adhuc longè eſſet, vidit illum Pater ipſius, & miſericordia motus occurrit ei.* Expende, ut in ſe reverſus cogitabat ad Patrem ire, multáque dicere parabat: At dum ad Patrem properat; nec ullum verbum ab eo audit Pater; ſed ut primùm vidit illum, antequam aliquid loquatur, jam miſertus occurrit illi; & cur Pater, non magis expectat filii verba? Cur non ſe cohibet Pater uſque dum filius accedat, & loquatur? Summa filii miſeria; erat nempe, omnibus ſpoliatus, denudatus, ſine veſte, ſine calceis, diſcooperto capite, macilenta & lurida facie, ac fame tabeſcente, maximè Patris miſericordiam ſolicitarunt, ante omnes preces, lachrymas ac gemitus. Ille ſummus luctus in tanto ſqualore, fecit ſentiri à Patre deſiderium ac animum filii, ut indulgentia foveretur, D. Chryſ. apud Catenam D. Thomæ. *Senſit autem Pater pœnitentiam, non expectavit recipere confeſſionis verba, ſed prævenit miſericorditer.* Ille ſummus luctus ſummam animi anguſtiam ac dolorem indicabat.

7. Hæc miſerorum recordatio ſolùm apud Deum habet locum, non verò apud mundiales Principes, quod optimè noverat Aulicus ille Princeps Jonathas, qui cum ſuam à regno dejectionem præſentaret, dicebat regnaturo Davidi. 1. Reg. 20. n. 14. *Sit Deus tecum ſicut fuit cum Patre meo. Et ſi vixero facies mihi miſericordiam Domini.* Non petit à Davide miſericordiam ſuam, ſed miſericordiam Domini; Et cur non magis dicit, facies mihi miſericordiam tuam; ſed miſericordiam Domini? loquebatur cum Davide aſcendente ad thronum regium reſpectu hominis dejecti, & ſpoliati: in regiis autem aulicis nulla eſt recordatio miſerorum, & ideo ſapienter non petit regis miſericordiam, ſed Dei, cujus oculi *in pauperem reſpiciunt.* Pſal. 10. *& non eſt oblitus clamorem pauperum.* Pſal. 9.

8. Latro ille ſuffixus cruci, videns Jeſum euntem in cœleſte regnum ait illi: *Domine memento mei dum veneris in regnum tuum.* Luc. 23. num. 42. Unde viliſſimus latro in ſupplicio conſtitutus audet à Rege petere, quod cùm ſederet in regno majeſtatis ſuæ illius recordetur, & mentionem habeat? Unde tanta audacia in homine miſerabili, ac vili? Noverat Jeſum non mundialem Regem, ſed cœleſtem, non in temporali, ſed in æterna ſede ſeſſurum: & ideo ſui memoriam ab illo ſperat, quam minimè ſperaret à mundiali Principe. Euthym. *Memento mei Domine*, ait, *cum veneris in regnum tuum. Quod ſupra mandatum eſt: nam veriſimile eſt, eum quoque audiſſe de ſermone, quem ad Pilatum dixerat, regnum meum non eſt de hoc mundo.* Ex eo quod noverat Jeſu regnum non eſſe de hoc mundo, audet ſperare ab illo ſui memoriam, ſciens quod non in mundiali aula, ſed in cœleſti miſerorum memoria habeatur. Vid. c. 2. q. 46. n. 339. 340. 341. & 342.

9. *Miſerationes ejus non defecerunt.* Multa in nos irruerunt mala quæ nos opprimere volebant, ſed infinita Dei bonitas, ex tot malis bonum ſuæ pietatis elicuit, & medicinam de veneno paravit, cùm miſerationes ejus nunquam defecerint.

10. Cum Iſraëlitæ à ſerpentibus percuſſi caderent. Numer. 21. num. 9. *Fecit Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit eum pro ſigno, quem cum percuſſi aſpicerent ſanabantur.* Serpens erigitur, qui ſerpentinum fugaret venenum, qui mortem cauſabat, ſic ordinatur, ut vitam cauſet, dicit enim Prudent. in Enchirid.

Sed prudens ore politura dux cruce ſuſpendit,

quæ

qui virus temperet anguem. Proindéque de ipſo veneni fonte, fecit Deus medicinam parari; ejus enim eſt in ipſis malorum viſceribus, vitam & ſalutem conflare.

11. Locutus de Dei potentia David fatetur. Pſalm. 134.n. 7. *Fulgura in pluviam fecit.* Pluviam ait fecit de ardentibus fulminibus manare. Simile fecerat Deus Daniel. 3. num. 50. *Medium fornacis, quaſi ventum roris flantem.* De viſceribus nempe ignis rorem ſalutiferum extraxerat: modò quid majus à Deo dicitur factum, nimirum de fulminibus pluviam fecit. Quibus arva vivificantur, & ſegetes fructificant; ſic enim fecit ardentiſſima fulmina, & frigidiſſimas aquas ſimul concurrere, ut de contrariis viribus ſalus & vita animalium naſcatur, quod miratur D. Ennodius lib. 5. Epiſt.8. & ſic canit.

Hic pyra gurgitibus, ſcintillis fluctuat humor:
Vivitur alternæ mortis amicitia.

12. *Et miſerationes ejus non defecerunt.* Cùm ergo hæc miſeratio omnipotentis Dei in tanto hoc beneficio ſit ab ipſo Deo, erit firma, & ſtabilis, ejus gratia favente. Cum Eſther. 15. n. 10. ſtaret in præſentia Regis Aſſueri. *Regina corruit, & in pallorem colore mutato, ſuper ancillam reclinavit caput.* At dum Judith. in conſpectu Holofernis veniret; vidit Principem multis cinctum armis, & ſic coram illis ejus pulchritudo floruit; ut ad invicem dicerent, c. 11 n. 19. *Non eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu, in pulchritudine, & in ſenſu verborum.* Utraque fœmina erat, utraque pulchritudinis arma parat adversùs Iſraëlis hoſtem. Judithæ autem venienti in conſpectu Holofernis, non deficit pulchritudo, nec pallor ejus occupat genas, licèt videret armatos hoſtes; Eſtheri autem, ut vidit Aſſuerum, deficit elegans color, & ſucceſſit mortalis pallor, cum tamen Aſſuerus maritus eſſet; & Holofernes tyrannus truculentiſſimus. Cur ergo Eſtherem pulchritudo deſerit, & non Juditham? Cauſa ex text. petenda eſt. Judith. 10. n.4. *Cui Dominus contulit ſplendorem: quoniam omnis iſta compoſitio non ex libidine, ſed ex virtute pendebat: & Dominus hanc in illam pulchritudinem ampliavit.* Non de Eſthere, ſed de Judith dicitur, quod in tanto diſcrimine, Dominus ei dederit pulchritudinem; non ergo mirum, quod pulchritudo Eſtheri deficiat, non verò Judith; dona enim, quæ à Deo veniunt, firma & perfecta ſunt, in nullo diſcrimine deficiunt, ſed ſemper perſeverant.

CONCIO XVIII.

Pro ſalute Regis morbo laborantis.

THEMA.

D*Eus, Canticum novum cantabo tibi: In Pſalterio, & decachordo pſallam tibi: qui das ſalutem Regibus.* Pſal. 143. n. 9. & 10.

1. Ex ſingulari, ac magno quodam affectu proponit David promiſſum de eximio & inſolito Cantico. Et ait *Deus Canticum novum cantabo tibi*, id eſt longam & largam orationem, quæ eſt ſuaviſſimum Canticum Deo, & qualiter hæc oratio ſit facienda, ſtatim explicat, *novum.* Hoc eſt ut explicant D. Chryſoſt. D. Auguſt. Euthym. Noſt. Incognitus Canticum nempe novi hominis renovari per gratiam, & fidem. & ait *Cantabo tibi.* Et non alteri, ſed tantum tibi, in quo eſt tota mea ſpes & à quo ſolùm aliquid petendum eſt.

2. *In pſalterio decachordo pſallam tibi.* Caiet. in viola denaria. Caſſiodor. *in Pſalterio decem chordarum.* Hoc eſt ut explicant D. Auguſt. Eugubinus, incognitus in operibus legis, quæ continentur in decem præceptis.

3. *Qui dat ſalutem Regibus.* Lorin. Ecce proponitur cauſa ob quam hujuſmodi Canticum novum ſeu talis oratio adhibito ſimul inſtrumento muſico ſit Deo facienda, *quia* ſeu & idem valet, ac *Ut* ut ſæpè legitur. *Das ſalutem Regibus.* Ergo Deus maximè exorandus eſt pro Regis ſalute, ut ait Albert. Magn. quæ facienda eſt, tam in proſperis, quàm in adverſis, hoc eſt tam in ejus incolumitate, quàm in infirmitate.

4. Permittit Deus ſæpè, ut bonus Rex aliquando gravi morbo laboret, ne ejus ſalute totum regnum ſe exiſtimet ſecurum, & ab omni periculo alienum. Infelix eſt enim reſpublica, & maximè ruinæ proxima, quæ abſque ullo timore, ac tremore degit. Timendum eſt enim periculum, vel etiam aura favente, ut cum diligenti cautela malum imminens evitetur.

5. Proficiſcitur Jacob in Ægyptum, ubi filius ſuus Joſeph dominabatur. In itinere apparet illi Deus dicens. *Ego ſum fortiſſimus Deus Patris tui: Noli timere deſcendere in Ægyptum.* Geneſ.46. n. 3. Cur Domine modo tam apertè Jacobum corroboras, ab ejuſque animo timorem expellis! Et non potius ad pedem ſcalæ, quando à facie Eſau fugiebat. Geneſ. 28.num. 13. vel quando ab avunculo ſuo Laban proſequebatur. Geneſ. 32. n. 29 & tunc in utroque caſu, nocte, ac tanquam per ſomnia ei apparet. At verò modò cùm ad filium dominatorem Ægypti, tendit, tam apertè tantas vires, ac animos ingerit: nam cum Jacob fugeret à facie Eſau, ac Laban ob imminens periculum, cum multa cautela ſe habebat, & inde ſecurus vivebat; At in Ægypto ob affluentes felicitates, multa ſecuritas, ac confidentia ei offerebatur, proindéque cœleſtis favor, ac benignitas multum ei neceſſaria, ne adverſam fortunam experiatur. Vide c. 2. q. 37. n. 272. & q. 60. n. 458.

6. *Qui dat ſalutem Regibus.* Largam, & magnam orationem ex omni circumſtantia promittit David, ut jam explicavi: ad hoc ut Deus Regibus det ſalutem quæ ob multiplicem rationem petenda eſt à Deo.

7. Et primò: quia bonus Rex ſæpè morbo laborat ob vigilias, ac curam, quam ſuper ſuos ſubditos habet: Quod notavit Theodoret. ſerm. 7. de Provid. Dei, ub expendit æqualitatem divinam in diſtributione temporalium bonorum, & ſic ait. *Quando quidem peccati neceſſitas in herilem, & ſervilem conditionem humanum genus diviſit. Illis quidem cum imperio curas quoque conjunxit, & vigiliarum moleſtias tradidit: & morbos in illos plures effudit:* his verò, ſcilicèt ſervis, *Corporum præſtantiorem valetudinem, & ſuaviorem cibi eſum,*

ſomnum item dulciorem conceſſit : Unde dicitur Eccleſiaſt. 5. num. 10. *Dulcis ſomnus operantis*. D. Chryſoſt. de Virg. cap. 70. legit. *Dulcis eſt ſervo ſomnus*. Dormit enim ſub cura ac vigilia Domini ſui.

8. At Regum curæ, & vigiliæ maximè eorum ſomnos interrumpunt, & non ſinunt eos dormire, unde graves & duri morbi eos vexant. De Pharaone Ægypti Rege dicitur *Putabat ſe ſtare ſuper fluvium, de quo aſcendebant ſeptem boves*. Geneſ. 41. n. 1. & quare non in throni, & palatii tranquillitate, ſed in fluminis fluctibus oſtenditur eſſe Pharao, quando pingues vaccæ monſtrantur à macilentis vorari? Cum ibi oſtenderetur fames, quæ Ægyptios oppreſſura erat, meritò oſtenditur Princeps, non in quiete, & tranquillitate, ſed tanti mali fluctibus urgeri, & agitari, & moleſtari. Ut dicat Caſſiod. 6. Variar. c. 3. *Cùm Pharao Rex Ægyptius de periculo futuræ famis urgeretur, putat ſe ſtare ſuper fluvium*. Et ita dicitur in text. citato loco n. 8. de Rege, *quod facto mane pavore perterritus miſit ad omnes ſapientes*. Chald. *& facto mane conturbatus eſt ſpiritus*. Septuaginta, *Turbata eſt anima ejus*. Oleaſter, *Contuſus eſt ſpiritus ejus*. Quæ omnes lectiones indicant multum animi angorem, afflictionem, ac moleſtiam, ob curam Regni ſui, ac ſuorum.

9. Magnus Rex Job de ſe teſtatur c. 29. num. 7. *Quando præcedebam ad portas civitatis, & in platea parabant cathedram mihi*. Ut rectum nempe judicium cunctis facerem, ut patet ex Text. Septuaginta legunt. *Cum exibam matutinus in civitate*. Bonus Rex præ cura populi ſui, non dormiebat, ſed vigilabat, ut omnia ſuorum ſubditorum inveſtigaret; avertens ab eis mala, & bona providens, multáque pietate pro afflictis agens pauperéſque liberans. Ad hoc tendit Olympiod. in Catena Græca. *Tanquam Princeps quidem*, ait, *ac magiſter cæteri ad virtutem; ſic nec ſomno nec ebrietatibus indulgebat, ſed charitate commotus de manè in plateis reſidebat*.

10. Supremus omnium Regum Jeſus cum Crucifixus penderet in ligno, ait D. Matth. 27. n. 45. *A ſexta autem hora, tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram, uſque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamavit Jeſus voce magna dicens: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me?* Valde mirum, meus Jeſus inter verbera, inter illuſiones, inter clamorum tormenta, tacuit. Cur modo ſic clamat *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me?* Antea præmiſſæ fuerant tenebræ, quæ totam terram operiebant; ſub quibus populus Judæorum, ac multi increduli internè, & externè involvebantur, inde bonus Jeſus, qui pro ſuis doloribus tacuit, pro ſuorum malis ſic cœpit angi. Nam ibi gemitus, ibi clamor, ibi quaſi querelæ in Jeſu Judæorum, ac totius Orbis vero Rege, quando ſubditi, ſub tenebris ac cæcitate apparent. Origen. homil. 35. in Matth. *Quandiu fuit ſolis lumen*, ait, *etiam tanta, & talia ſuſtinens non dicebat: Quare me dereliquiſti? Poſtquam autem vidit ſuper omnem terram Judæorum, uſque ad horam nonam tenebras factas: dixit magna voce, quare me dereliquiſti*. Vide in Indice Vatabl. *Prælatus*, vel *Rex*.

11. Secundò. *Qui dat ſalutem Regibus*. Pro eorum ſalute maximè exorandum. Quia cum bonus Rex infirmatur, ac perit, ſimul cum eo infirmantur, ac pereunt ſubditi. *Erunt ſigna in ſole, luna & ſtellis*. Luc. 21. n. 25. Si pro magno miraculo habetur, quod in conſpectu ſolis, una appareat ſtella, quomodo ergo in ultima die apparebunt ſimul Sol, Luna & ſtellæ? In omnibus his diebus Sol fulget, & reſplendet, in ultimis verò temporibus, eclipſim patietur, & quando Sol ut Princeps caligine obfuſcatur, etiam ſtellæ, tanquam inferiores ſub eiſdem tenebris involvuntur, & cum ſuo Principe eclipſim patientur.

12. De potentatibus, ac magnatibus loquens Job, ait, cap. 26. n. 5. *Ecce gigantes gemunt ſub aquis, & qui habitant in eis*. Ad ſupremam Dei poteſtatem indicandam ſufficiebat lamenta, ac gemitus potentium virorum explicare, quia Deus ſic potens eſt, *qui aufert ſpiritum Principum*, ut ipſos involvat ſub aquis tribulationum, infirmitatum, ſed cur additur; *Qui habitant cum eis*. Crediderim id additum non tantùm ad oſtendendam Dei potentiam, ſed etiam Principum conditionem, qui neſciunt ſoli ire in tempeſtatem laborum, ac infirmitatum, abſque eo, quod ſimul ſecum rapiant alios, D. Thomas. *Quia*, ait, *non ſolum ipſi pereunt, ſed multi alii cum eis, & tunc poſtea ſubjungit: & qui habitant cum eis ſimiliter gemunt*.

13. *Qui dat ſalutem Regibus*. Salus Regis maximè à Deo petenda, quia hæc magni habetur apud ſubditos. Cùm Joſeph non eſſet agnitus à fratribus ſuis, & eos exploratores diceret, proindéque in teſtimonium veritatis eorum, quæ dicebantur ait illis Joſeph. *Per ſalutem Pharaonis, non egrediemini hinc, donec veniat frater veſter minimus* Geneſ. 42. num. 15. non jurat per vitam, ac ſalutem ſuam, ac ſuorum filiorum, ſed per ſalutem Pharaonis, quia hæc in majori æſtimatione, ac veneratione ei erat, quàm propria vita, ac ſalus, tam ſua quàm ſuorum filiorum, nam in Rege venerabatur ſummam Dei potentiam, ac declarabat ſuum affectum erga Deum, qui talem Regem conſtituit. Thomas Anglicus. *Juravit Joſeph*, ait, *per ſalutem Pharaonis, tanquam in Pharaone venerans regiam poteſtatem à Deo datam, & tanquam per notabilem Dei affectum, qualis erat profectò Pharaonis vita, & ſalus*.

14. *Qui dat ſalutem Regibus*, hæc ſalus maximè à Deo deprecanda. Per interceſſionem B. Virg. Mariæ, ad cujus devotionem ingenti animi affectu, Rex noſter propenſus, ac addictus eſt, inde ab ejus eximio favore hujuſmodi ſalus exoranda eſt. Cùm veniſſet Jacob in Meſopotamiam, & à paſtoribus quæſiviſſet, nunquid noſtis Laban, qui reſponderunt *novimus*. Tunc Jacob Geneſ. 29. num. 6. inquit, *Sanus eſt? valet inquiunt; & ecce Rachel*, quæ typus, ac figura extitit. B. Virg. Mariæ, & cum umbra hujus ſanctiſſimæ Virginis apparet, ſtatim omnis homo ſanus eſt, & valet. Ejus potentia morbos fugitat, ſanitatem communicat, ac infundit.

CONCIO XIX.

In profeſſione alicujus monialis.

THEMA.

I*Ntroibo in domum tuam in holocauſtis : reddam tibi vota mea , quæ diſtinxerunt labia mea.* Pſal. 65.n. 13.

1. Ait Regius Vates *Introibo in domum tuam.* Alii legunt in templum , ſeu *locum tabernaculi.* Ubi pueri Deo dicati , ac Sacræ Virgines ſervabantur. *In holocauſtis* offerens tibi holocauſtum. Holocauſtum autem erat , in quo tota victima conſummabatur in laudem Dei. Et rectè Deo holocauſtum offert , qui ſcipſum Deo dedicat, & conſecrat. *Reddam tibi vota mea* , id eſt votivas oblationes promiſſiones Deo factas. *Quæ diſtinxerunt labia mea.* D. Hieron. legit, *quæ promiſerunt labia mea* , Alii legunt , *quæ deductis labiis vovi.*

2. D. Bernard. ſerm. 62. ad ſororem, ſeu de modo bene vivendi. Totum locum interpretatur de Virgine monaſterium ingrediente. Et ſic ait , *Rogo ſoror dilecta , ut dicas cum Propheta.* Introibo in domum tuam *id eſt in monaſterium* , in holocauſtis , *id eſt in ſpiritu contritionis & compunctionis.* Reddam tibi vota mea. *Id eſt me integram offeram tibi , in ara cordis,quam tibi vovi.* Altius rem expendamus.

3. *Introibo in domum tuam.* Valdè mirum , quod una tenera puella tanto amore feratur in Deum , ut non per aliquod tempus , ſed per totum , vitæ curſum relinquat paternam domum,parentes , fratres, & amicos.

4. Animam ſanctam vocat tripliciter Divinus ſponſus. Cant.4. num.8 *Veni de libano,veni de libano , veni coronaberis.* Tripliciter vocatur & viam non capit. Valde mirum vocatur adoleſcentula à monte vaſto , ad urbem Regiam , à vili caſa ad aulam , à ligone , à centone ad ſceptrum & purpuram. *Veni coronaberis* , &c. Et moras adhuc nectit , nec legitur quod tanto dono vocata venerit ; ſic à ſolo patrio ruſticano , exire jubetur , inde cunctatur , quod invenit Bruno Carthuſian. *Neque enim* , ait , *facile illi erat Patriam , parentéſque relinquere.* Maximè vim ſibi factam reluctat pia Virgo , ne dulces fugiat lares paternos.

5. Forſitan hoc didicit bona adoleſcentula à primo parente Adamo , qui conditus eſt extra feliciſſimum voluptatis paradiſum , ut inſinuat Moyſes Gen. 2. n. 15. ubi ait , *Tulit Deus hominem & poſuit eum in Paradiſo voluptatis.* Protulit , legit , Græc. *Apprehendit,*quod propriè ſignificat , multa vi , ac conatu fugientem hominem tenere. Itane fugam captat homo , quem Deus conatur educere de rudi agro in hortum fortunatiſſimum ? quo ergo motivo Adamus ſic reluctat , ut videatur fugere. D. Ambroſ. Job. de parad. cap. 4. ſic ait. *Vides quia , qui erat ,apprehenditur ? Erat autem in terra plaſmationis ſuæ , &c.* Erat Adamus in illo agro , ſcilicet Damaſceno , ut communiter dicitur , tanquam in natali , ac paterno ſolio , & ita erat illi durum ab eo exulare , ut quodammodo fugere videretur , & inde neceſſe fuit cogi à Deo , ut agrum maternum mutaret , ac permutaret , cum amœniſſimo hortulo.

6. Apparet Deus Abrahamo , & ait illi. *Egredere de terra tua , & de cognatione tua, & de domo Patris tui , & veni in terram, quam monſtravero tibi, & faciam te in gentem magnam , & benedicam tibi.* Et alias multas benedictiones proſequitur Deus , Geneſ. 12 num 1. & 2. quem locum tractans D. Stephan. Actor. 7. num. 2. ait. Deus gloriæ apparuit Patri noſtro Abrahæ , non caſu Sanct. Levit. vocat hic Deum gloriæ , ſed ex alto inſpiramine , ut notarunt D. Chryſoſt. Oecum. ac ſi non ſolùm Deus Abraham ingentes promiſſiones dediſſet , ſed etiam illi totam gloriam ſuam oſtendiſſet , ad hoc ut ei perſuaderet exire de terra ſua de domo Patris ſui , ac cognatione ſua , ex quo maximè extollenda laudibus puella , quæ nulla viſione facta , nec permiſſione data , ſed tantùm ex Dei amore , ut ei ſerviat , exivit de domo Patris ſui ac de cognatione ſua.

7. *Introibo in domum tuam in holocauſtis.* Offerens ſeipſam in holocauſtum. In hanc rem optimè diſſerit Ruſticus Cardin. Sanct. Rom. Eccleſiæ diſp. ſua contra Acephalos in Bibliot. 6. tom. part. 2. Adducens D. Paulum Hebr. 9. num. 9. dum de ingredientibus Religionem ſic ait. *O felix anima , quæ Chriſti veſtigia ſequitur.* Qui non per ſanguinem hircorum , aut vitulorum , ſed per proprium ſanguinem introivit ſemel in Sancta. *Sic & Religioſa anima ingreditur in Sancta Religionis clauſtra , non offerens ſanguinem hircorum , aut vitulorum , ut olim faciebant Sacerdotes in lege , ſed ſemetipſam conſecrat , & dedicat per Religionis vota in ſacrificium , ac holocauſtum perpetuum.*

8. Præclarè D. Chryſoſt. homil. 1. de Anna , comparat inter ſe duplex ipſius Annæ ſacrificium , unum ex vitulo 1. Reg. 1. n. 4 alterum ex puero Samuële oblato , ut in templo perpetuo remaneret , Ibid. num. 28. & hoc ſecundum priori anteponit , & ſic ait. *Geminum ſit ſacrificium : & erat vitulus ille irrationalis , hic rationalis ; & illum quidem Sacerdos immolavit , hunc verò dedicavit mulier ; & erat mulieris victima melior , quàm hoſtia , quam obtulit Sacerdos , utpote quod hæc ſuorum viſcerum facta eſt immolatrix.* Illuſtrius ſacrificium mulieris , quàm Sacerdotis , nam hic obtulit victimam , illa verò ſua viſcera , ac ſemetipſam.

9. Et inde deprehenditur excellentia hujus ſacrificii , ſuper ſacrificium Abrahæ , nam Abrahamus & mulier obtulerunt filium morti. Ille temporali , hæc vero civili , ac Religioſæ ; At Abrahamus filium vivum reportavit, mulier verò ſemetipſam , ſtáque viſcera in Filio perpetuò Deo conſecravit. Sic ait D. Chryſoſt. citat. *Imitata eſt Anna Patriarcham Abraham , cúmque illo certamen ſuſcipit , ſed ille quidem filium receptum reduxit de monte , hæc verò reliquit in templo , ut ibi perpetuò maneret.* Hæc noſtra virgo cum Abrahamo certamen ſuſcipit , hic filium vivum reportavit , hæc verò ſe ſuamque voluntatem perpetuò dedicavit Deo in Eccleſia ſub alterius poteſtate.

10. Perfectionem Apoſtolicam explicans Paulus 2. Corinth. 12, n. 14. ait. *Nec enim debent filii*

filii parentibus theſaurizare, ſed filiis parentes; Ego autem libentiſſimè impendam, & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris. Charitas Apoſtolica tranſcendit omnem amorem paternalem, amor enim paternalis facit, quod parentes bona ſua reſervent filiis ſuis; At verò Apoſtoli pro ſuis ovibus non ſolùm ſua bona dabant, ſed etiam ſemetipſos in ſacrificium, offerebant, ut benè ad citat. locum commentatur. D. Chryſoſt. *Parentes quidem filiis theſaurizare lex naturæ præcipit. Ego autem non ſolùm hoc facio, ſed & metipſum addo, & iſta excellentia eſt.* Hanc Apoſtolicam perfectionem imitata eſt bona adoleſcentula, dum non tantum ſua bona temporalia reliquit, ſed etiam ſeipſam per Religionis vota Deo dedicavit.

11. Nil terrenum in ſe admittens, ſed omnia terrena in ſe comburens & extinguens; Abrahamus immolaturus filium ſuum, aſcendebat in montem. *Tulit quoque ligna holocauſti, & impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum, ipſe verò portabat in manibus ignem & gladium.* Geneſ. 22. num. 6. Cur Abrahamus igne, & gladio utramque occupat manum? Aut cur non in una ignem, & gladium portat? vel ſaltem quare ignem Iſaaco non tradidit cui ligna aſportanda tradiderat? Montem aſcendebat Abrahamus obedientia armatus, & amore Dei inflammatus, ut filium immolaret, hinc utraque manu ignem & gladium portabat, ut denotaret, quod ſic ad illam functionem, omnem ſuam vim & conatum adhibebat, ut in ſe extingueret, ac reſecaret, quidquid temporalis, ac terreni affectus erat; Philo Hebræus lib. de Cherubim ait. *An non vides, quod ſapiens ille Abrahamus, quando incœpit juxta Deum metiri omnia, nihil creaturæ tribuens, ac cepit ad ignei gladii ſimilitudinem ignem & gladium reſecare, & exurere quidquid mortale habebat, ut expedita cogitatione ſublimis ad eum evolaret.* Vide cap. 1. q. 67. num. 579. & 580.

12. *Reddam tibi vota mea.* Pro quo audiendus eſt eleganter D. Bernard. ſerm. 60. ad ſororem, jam citatus, & ſic ait. *Quicumque ad gaudia æterna deſiderat pervenire, neceſſe eſt, ut bona, quæ Deo promiſit, ſtudeat adimplere.* Unde Propheta Pſal. 75. n. 12. ait. Vovete, & reddite Domino Deo veſtro. *Ac ſi diceret, vos ipſos vovete, & reddite, quia neceſſe eſt, ut qui vovit etiam reddat, quia vovendo ſe debitorem fecit; & melius eſt, non vovere, quam poſt votum promiſſa non ſolvere.* Reddere propriè ſignificat rem debitam, ſeu retentam ſolvere, homo vovendo ſe fecit Deo debitorem; ergo ſemetipſum totum Deo dedicet, & conſecret, in omnibuſque Deum intendat.

13. Quid illuſtrius, & excellentius, quàm creaturam ſe totam Deo mancipare, hoc enim cæteris excelſius eſt, & per antonomaſiam magnum dicitur. De Nazaræis ſcribitur Numer. 6. n. 2. *Vir ſive mulier, cum fecerit votum, ut ſanctificentur.* Ubi Septuaginta transferunt, *Cum magnum voverit votum.* Cujus appellationis rationem reddens Philo Hebræus lib. de ſacrif. ait, *Nazaræus ſeipſum dedicat, & ideo magnum hoc votum appellatur. Nihil enim quiſquam poſſidet ſeipſo pretioſius qua poſſeſſione tunc ceditur.*

14. Iterum ſiſto in citato Num. loco. *Vir, ſive mulier cum fecerit votum*, ex Hebræo legitur, *Cum mirificaverit ſe vovendo votum.* Sic & legit D. Auguſt. lib. loquutionum, ferè ſimiliter alii legunt, *Cum mirandum aliquid fecerit.* Nam revera ſua, & ſe quempiam voluntate, & voluptate abdicare, & totum ſe in Divinum obſequium tradere, ac devovere, tam magnum eſt, ut quodammodo hominem ad divinam conditionem transferat. Origen. homil. 24. in Num. *Si offeram Deo*, ait, *juſtitiam noſtram, accipiemus ab eo juſtitiam Dei; Et ſi offeramus ei noſtram caſtitatem, accipiemus ab eo ipſius caſtitatem: & ſi offeramus ei ſenſum noſtrum: accipiemus ab eo ſenſum ipſius.*

15. Unde citata homilia latè & amplè in hanc rem ſic diſſerit ipſe Origenes. *Valde magna fuerunt antiqua ſacrificia.* Abrahamus filium ſuum in holocauſtum; Jephthe filiam ſuam ſacrificavit. Sic Sacerdotes Antiqui pecora; ut boves, arietes, quæ ſunt quid extrinſecum, at verus imitator Chriſti, non aliquid offert extrinſecum, ſed tantùm ſemetipſum, ſuamque libertatem, veſtigia Chriſti ſequens, qui ſemetipſum pro nobis obtulit.

CONCIO XX.

Ad fratres pro capitulo, ſeu electione facienda.

THEMA.

Da locum timori Altiſſimi, & in omni ſapientia diſpoſitio legis: Eccleſ. 19. n. 18.

1. Ait Eccleſiaſticus *Da locum timori Altiſſimi.* Ex radice Hebraïca legitur, *Da locum ſpiritui altiſſimi*, ut ipſe divinus Spiritus ingrediatur ad animas noſtras. *Et in omni ſapientia.* Tygurin. *In omni intelligentia diſpoſitio legis.* Ut communiter explicatur *ad diſcernendum bonum, ac malum.*

2. Maximè exponendum eſt, quod ſapiens ait; *Da locum ſpiritui altiſſimi.* Spiritus Sanctus Deus eſt, proindéque in omni loco adeſt, ipſumque replet, quomodo ergo dicitur, quod ei demus locum? quia ſic aliquando cor noſtrum repletum eſt prava affectione, odio ac amore, ut in eo Divinus Spiritus, non habeat locum. Coruſcantur hodie noſtri Religioſi, Miſſam de Spiritu ſancto cantant, ipſumque invocant. *Veni Creator Spiritus.* Sed quomodo ipſe veniet, cum corda noſtra repleta ſint maligna affectione, iniquo odio, amore, ac ambitione. *Date locum Spiritui Altiſſimi*, mundemus ergo corda noſtra ab omni inordinato affectu, ut Spiritus Sanctus veniat, & illuminet pectora. *In omni ſapientia diſpoſitio legis.* Ut ipſe Divinus Spiritus veniens nos inſtruat in vera intelligentia noſtræ obligationis, legis, ac conſtitutionis, *ad diſcernendum bonum, & malum.* Ut eligamus bonum, & fugiamus malum.

3. *Da locum timori Altiſſimi*, ſeu *Spiritui Altiſſimi*: In quo primùm maximè electores admonentur, ut ſuum munus, ſuam obligationem recogitent, ut tanquam Religionis filii dent locum Spiritui Altiſſimi, ut advertant, & ante oculos habeant Religionis bonum, ejuſque

ejuſque convenientiam.

4. Cum Petrus confitetur Chriſtum Filium Dei. *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi.* Tunc eligitur à Chriſto caput totius Eccleſiæ. *Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Matth. 16. n. 18. Cur hæc electio non fit ob eminentiſſimum charitatis actum, ut quando in poſſeſſione ipſius Pontificatus eſt cõſtitutus. *Petre amas me.* Ut ita electio correſpondeat poſſeſſioni; vel cur non eligitur ob illam heroïcam Martyrii voluntatem. *Paratus ſum ire tecum in mortem, & in carcerem.* Vel cur non ob illum admirabilem Religionis actum. *Domine exi à me, quia homo peccator ſum.* Sed tantum ob actum fidei eligitur, cum confitetur Chriſtum Filium Dei; magna ſapientia diſpoſuit Dominus, Pontificem Eccleſiæ ſuæ creare, quando Chriſto repræſentatum fuit, quod ipſe erat Dei Filius D. Paſchaſ. *Tunc Petrus eligitur caput Eccleſiæ Dei, cum Chriſtum manifeſta voce Filium Dei fatetur.* Quamvis Chriſtus D. ſemper eſſet in actuali cognitione ſuæ naturæ, tamen ob documentum noſtrum, tunc voluit conſtituere paſtorem Eccleſiæ Dei, quando ei objectum fuit ante oculos, quod ipſe erat Filius Dei. Vultis, ô Religioſi, bonum Prælatum eligere, recogitate, quod filii Religionis eſtis, & inde ei maximè aſtricti, & quod paſtor illius veſter etiam ſit paſtor.

5. Graviter ponderat D. Baſil. Seleucienſ. quod præcepit Deus Samuëli, ut tenderet in domum Iſai Bethlehemitis. *Poſuiſti enim in filiis ejus mihi Regem.* 1. Reg 16. n. 1. Videtur, quod aliquod erat motivum Prophetæ, ut valde mœſtus pergeret, nam ipſe ſecum penſitarat, quod Deus ei mandavit facere aliam electionem, ſcilicet Saül, qui ut valde malignum, inobedientem, ac ſacrilegum, ambitioſumque ſe exhibuit, cur ergo Deus in hac electione Davidis cogitabundum animum Prophetæ aliquo levamine non recreat? Dicens vade lætabundus, nam hic eligendus omni virtute erit repletus, ut de illo dicatur. *Inveni hominem ſecundum cor meum.* De illoque me filium eſſe glorioſè decantabo, tamen plus Deus dixit, quàm ſi omnia illa magnalia de Davide explicaſſet, ait enim Deus, *providi mihi*: Si Deus dixiſſet; Elige Iſraëli, vel alteri poterat eſſe aliquale dubium, an eligendus eſſet bonus, vel malus; at cum Deus ait, *providi mihi.* Apertè teſtatur ſibi eligere. Inde planum & apertum eſt; meliorem, & excellentiorem ſibi eligere. D. Baſil. Seleu. Orat. 14. *Providi mihi animam Spiritus receptionem bene compoſitam.* Si Deus ex eo quòd ait ſibi providere Regem, denotat meliorem eligere: nos ergo viri Religioſi, non aliis eligimus, ſed tantùm nobiſmetipſis, ergo meliorem, & aptiorem eligamus.

6. *In omni ſapientia diſpoſitio legis.* In quo denotatur modus procedendi in electione, non attendendo ad amorem, ac affectum, ſed tantum ad diſpoſitionem legis, ad bonumque Religionis regimen.

7. Cùm Pharao haberet notitiam de Joſeph, educiturque de carcere, & ſtans in ejus præſentia; Tunc Rex proponit ei ſecum ſomnium cujus germanam interpretationem reddit Joſeph; Admiratus Rex ait, *Num invenire poterimus talem virum qui ſpiritu Dei plenus ſit: Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium, cunctus populus obediet.* Gen. 41. n. 38. & 40. Meritò admiratur Abulenſis, quomodo Pharao ad tantum apicem extollit Joſeph, nullo examine, ac inquiſitione facta, de ejus nomine, ætate, parentibus, ac progenie Cum tamen eo tempore, quo David egrediebatur contra Philiſthæum, dixit Saül ad Abner, *De qua ſtirpe deſcendit hic adoleſcens.* 1. Reg. 17. numer. 55. Cur ergo Pharao, non interrogat de perſona, ac progenie Joſeph, Saül verò de Davidis perſona inquirit, *De qua ſtirpe deſcendit hic adoleſcens.* Movebatur ipſe humano affectu, ac ſpiritu odii, & amoris, & ideo non ad merita, ſed ad perſonam attendit. At verò Pharao ducebatur, divino ſpiritu, ac impulſu, denudatus ab omni affectu carnis, ac ſanguinis, & ideo non reſpiciebat perſonam, ſed illius merita, intelligentiam nempe, ac ſapientiam, quia ſi humanus affectus non quærit merita, ſed perſonam, divinus verò impulſus è contra, merita & non perſonam reſpicit. Et hoc magno & alto examine, ut bene conſulatur regimini Religionis, ac reipublicæ.

8. Ut eligatur Saül in Regem ait ſacer Text 1. Reg. 10. n. 20. *Et applicavit Samuël omnes tribus Iſraël, & cecidit ſors tribus Benjamin, & applicuit tribum Benjamin, & cogitationes ejus, & cecidit cognatio Metri, & pervenit uſque ad Saül filium Cis.* Ad eligendum Regem appoſuit Samuël omnes tribus, ex quibus egreditur tribus Benjamin. Secundò egreditur cognatio Metri: Tertiò domus Cis; & quartò Saül, electio fiebat Dei nutu; Cur non primo jactu creatur Saül ad quid tot ſortes? Procopius. *Ne igitur humani ſtudii, & favoris eſſe ſuſpicaretur. Sorti judicium permiſit Propheta, ut quod Deo viſum eſſet, declararet.* Per ſortes fit electio, ut notum fieret, quod non ad peculiares res, ſed tantum ad Dei nutum attendebatur; Ut convenientior, & aptior eligeretur. Maximè tamen in rem noſtram, ad quid tot ſortes? Perbellè D. Gregor. Magn. ſic ait. *Quid in hoc facto ſignatur, niſi quia Sanctæ Eccleſiæ Principes, multa conſideratione eligendi ſunt.* Tot ſortes ex alta Divina Providentia interponuntur, cum tamen res primo jactu fieri poſſet, in documentum noſtrum, quod ſortes illæ erant veluti actus reflexi conſiderationis noſtro modo dicendi, qui divina virtute ad electionem fiebant pro noſtra eruditione, quod ſi divina virtute tot actus ad eligendum interponuntur, quot, & quantos ſuæ conſiderationis debent homines adhibere, ut benè eligant, ne in eligendo errent.

9. *In omni ſapientia diſpoſitio legis, ad diſcernendum bonum & malum.* Ut communiter Interpretes explicant. Ecce meritò finis bonæ electionis, diſcernere inter bonum & malum, ut eligatur bonum, & declinetur malum, quod ut bene fiat, maximè attendendum eſt ad merita, ad prudentiam, ac experientiam eligendorum, ut optimè dignitas meritis correſpondeat.

10. De Chriſto D. ait Iſaias c. 9. n. 6. *Factus eſt Principatus ſuper humerum ejus.* Cur Principatus non conſtituitur in capite, ubi corona imponitur?

ponitur? vel in manu, quæ ſceptro decoratur? ſed tantum in humeris; de Chriſto D. loquens Jacob ait Gen. 49. n. 25. *Suppoſuit humerum ſuum ad portandum.* Suppoſuit humeros ad labores, ibi ut dignitas fulgeat. D. Ambr. lib. de benedic. cap. 6. ſic ait. *Subjicit humerum ſuum ad laborem, ſubjiciens ſe Cruci, ut noſtra peccata portaret, ideo dicit Propheta, cujus Principatus ſuper humerum ejus.* Humeri, qui pondus Crucis portaverunt, dignitatis gloria reſplendeant. D. Hieron. ubi in noſtra vulgata eſt. *Factus eſt. Principatus*, legit, *facta eſt menſura ſuper humerum ejus*, Quia ad menſuram meritorum, Dignitas, & honor conferendus eſt. Ubi fulgent merita virtutum, prudentiæ, Religionis, benignitatis, cum Religione, ibi dignitas conferenda eſt.

11. Veri Prælati ſymbolum optimè exprimit leo ille, qui interfecit Prophetam, eo quod cùm eſſet miſſus ad denuntiandum Jeroboam ſupplicia imminentia; tamen divina mandata non obſervavit; nam cùm ei eſſet præceptum, ne comederet in illo loco; comedit, & cùm reverteretur in domum ſuam, *invenit eum leo, & occidit, & erat cadaver ejus projectum in itinere, & leo ſtabat juxta cadaver.* 3. Reg. 13. n. 24.

12. Præclarus Dei miniſter iſte leo, interfecit Prophetam, ſed non attigit carnes ejus, obſervavit commiſſionem ſibi factam. Quia enim ei mandatum eſt, ut illum interficeret; hoc leo præſtat, minimè tamen dilacerat cadaver, ac in fruſta cædit hoc ei non eſt datum. Verus Dei miniſter adimplet ordinem ſibi datum, illum verò excedere ad diaboli ſatellites pertinet.

13. Quid deinde agit leo, ſtabat juxta cadaver, illud cuſtodiens; concurrebant Lupus, pardus, urſus, ut cadaver comederent, leo, cuſtodiebat. Aſtabant animalia videntes Cadaver; & jejunabant, & nihil comedebant, leo etiam aſtabat & jejunabat, & non comedebat. Optimus Prælatus, qui ſi facit aliquos jejunare, etiam ipſe ejunat, jejuniumque obſervat.

14. Deinde quid agit leo, interfecit Prophetam, corpus tamen cuſtodivit, ut debito ſepulturæ officio honoraretur. Planè Dei miniſter erat, qui caſtigat, & honorificat, ſic ſupplicium infert, ut debitam reverentiam impendat. Tandem leo hominem Dei interficit ut peccatorem, at ut Prophetam veneratur, ut notat D Gregorius lib. 4. Dialogor cap. 24. *Leo ergo*, ait, *qui prius peccatori vitam necaverat, cuſtodivit poſtmodum cadaver juſti.* Ut peccatorem pœna afficit, ut juſtum honore proſequitur; Bonus enim Prælatus delinquentes plectit, bonos multa reverentia honorificat.

15. Aaronis virga in tabernaculo floruit Num 17. n. 8 *Invenit germinaſſe virgam Aaron in domo Levi, turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati ſunt.* Tamen in Ægypto eadem virga vertitur in colubrum. *Tulit virgam coram Pharaone, & ſervis ejus, quæ verſa eſt in colubrum, & devoravit virga Aaron virgas eorum.* Exod. 7. n. 10. Cur ergo eadem Aaronis Virga in Ægypto vertitur in ſerpentem; in tabernaculo verò flores & fructum profert. Ecce virga boni optimi Prælati, quæ erga ſerpentes venenoſas Ægypti, ſerpens eſt ad eas devorandas, & conſumendas, erga verò bonos in tabernaculo ſervientes lenis & ſuavis, proferens flores, ac fructus dulciſſimos.

16. Ait Regius Vates Pſal. 106. n. 23. *Qui deſcendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis, ipſi viderunt opera Dei, & mirabilia ejus quiprofundo.* Quem locum D. Bernardus ſerm. de tribus Eccleſiæ ordinibus in capitulo explicat de Patribus, ac Religioſis in ipſo capitulo. Quoniam ſunt iſti qui deſcendunt in mare in navibus, ait Bernard. *Vos venerabiles fratres, ac coabbates noſtri de numero Prælatorum* Nam ipſa prælati dignitas, eſt veluti navis, quia ei traditur domus, & conventus ad regendum; *Facientes operationem in aquis multis*; In magna nempe contradictione, ac commotione aquarum; ſed quæ navis tantæ aquarum vehementiæ poterit reſiſtere; ea nempe quæ fuerit charitate compaginata, quia *aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem*, & ideo ad munimen, ac ſoliditatem tria ſunt neceſſaria prælatis, juxta Apoſtol. 1. Timoth. 1. num. 5. *Charitas de corde puro, conſcientia bona, fides non ficta*, quæ ſunt explicanda. *Charitas de corde puro*, ut deſideret prodeſſe, & non præeſſe. *Conſcientia bona*, ut ſincerè, ſine odio & amore ſe habeat in actionibus capitularibus. *Fides non ficta*, quam debet habere erga bonum ſuæ Religionis, & qui talia præſtiterint, *ipſi videbunt opera Dei, & mirabilia in profundo*, ut explicat Nibenſis ex ſententia Rabbinorum, quod illi, qui videbantur minus idonei, ſint valde apti & convenientes, ut Deus per illos multa ad Religionis bonum ſpectantia operetur.

DEO DANTE

II. Tomo dabimus quædam ad funeralia, & alia ſpectantia.

R. P. D. FR. JOANNIS
DA SYLVEIRA,
COMMENTARIORUM
IN APOCALYPSIM
Beati Joannis Apoſtoli;
TOMUS PRIMUS.

PRÆFATIUNCULA.

MAGNUS Philippus Abbas in exordio in Cantic. ſic ait: *Præclara nobis eſt tractatio de ſupremo Capite, ac Principe noſtro Chriſto Jeſu, qui eſt ſponſus totus candidus, ac rubicundus; de ejuſque ſanctiſſima Genitrice, quæ eſt ſpeculum ſine macula, & vocata eſt de Libano, ut eſſet coronata de capite Amana, de vertice Sanir; de ejuſque dilectiſſima ſponſa Eccleſia, quæ turris conſiſtit David; ædificata cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum.* Præclariſſima ſanè nobis eſt tractatio de ſupremo Capite noſtro CHRISTO JESU, ejuſque ſanctiſſima Matre; de quibus jam egi per quinque Tomos in Text. Evangelicum. Reſtat ut modò dicamus de ejus dilectiſſima Sponſa Eccleſia, de qua totus hic liber Apocalypſeos diſſerit, de ejuſque variis eventibus, qui temporum ſucceſſione variè acciderunt, cum multis tyrannis, ejus perſecutoribus; ac tandem de ultima perſecutione Antichriſti uſque ad finem mundi: in quibus omnibus ejus milites, Apoſtoli, Martyres, Confeſſores, ac Virgines fide, ac verbo Dei armati, glorioſè reſplenduerunt; quorum illuſtriſſima facinora in hoc Apocalypſeos libro, tanquam in ſymbolo, ac ænigmate continentur: cujus expoſitionem, Deo dante, ac ſanctiſſima Maria Vierg. auxiliante, aggredimur.

Philip Abb. Cantic. Sapient. 7. Cantic. 4.

TITULUS LIBRI

Apocalypſis Joannis Apoſtoli.

VARIÆ LECTIONES.

Græcus ac Pagn. Apocalypſis Joannis Theologi.

Arabicus. Viſio Joannis Apoſtoli, & Evangeliſtæ.

Syriacus. Revelatio, quæ facta eſt ſuper Joannem Evangeliſtam à Deo, in Pathmos inſula, in quam ejectus fuit à Nerone Cæſare.

Tygurina. Apocalypſis ſancti Joannis Apoſtoli, & Evangeliſtæ Theologi.

QUÆSTIONES PROOEMIALES circa Titulum Libri.

QUÆSTIO I.

De nomine, ac titulo hujus Libri.

1. Vox Græc. Hic liber dicitur Apocalypſis: Vox eſt Græca, idem ſonans ac revelatio; & quamvis totus hic liber Græco idiomate à Joanne ſcriptus ſit, ut infrà dicam: & de Græco originali omnia in linguam Latinam tranſmutata ſint, tamen ſola nominis appellatio intacta permanſit, ob magnam venerationem tantorum Myſteriorum quæ in loco libro manifeſtantur, ac revelantur, ut latiùs ex Ruperto dicam, q. 1. in cap. 1.

Magna veneratio tantorum Myſteriorum.

2. Vulgata Græcus. Pagnin. Arabic. Syriac. Tygurin. Titulus hujus libri in noſtra Vulgata ſic ſe habet *Apocalypſis B. Joannis Apoſtoli.* Græcus: *Apocalypſis Joannis Theologi.* Et eodem modo habet Pagnin. Arabicus verò ſic ſcribit: *Viſio Joannis Apoſtoli, & Evangeliſtæ.* Syriacus: *Revelatio, quæ facta eſt ſuper Joannem Evangeliſtam à Deo in Pathmos inſula.* Tygurin *Apocalypſis ſancti Joannis Apoſtoli, & Evangeliſtæ Theologi.*

3. *A quonam titulus inſcriptus.* Maximè inveſtigandum eſt, cur in titulo libri Canonici tanta ſit diverſitas, ut quidam ſcripſerint, Joannem Theologum tantum, alii ſolum Apoſtolum; alii verò Apoſtolum, & Evangeliſtam; alii tandem Apoſtolum Evangeliſtam, ac Theologum? Reſpondemus, in hoc libro manifeſte inveniri, quod in aliquibus libris Canonicis obſervatur; eorum nempe inſcriptiones, ſeu titulos non à Sacris Scriptoribus fuiſſe appoſitas, ſed ab Eccleſia, ſeu à graviſſimis, & antiquis auctoribus, ut advertit R. M. Joannes de la Haye, quæſt. 19. Prologomena; & ex initio primi capitis Apocalypſeos conſtat, quòd Joannes magna conſideratione ab omni titulo ſe abſtinuerit. Sic enim incipit: *Apocalypſis Jeſu Chriſti, quam dedit illi Deus.* Quo tacitè innuere videtur, ſe recuſare omnem titulum, ac inſcriptionem nominis ſui, & Deum dicere auctorem harum revelationum.

La Haye.

4. *Joannes Evangeliſta dicitur Theologus.* Dices tamen, quare Græcus, & Latinus non conveniunt in titulo, cum Latinus ex Græco textum reddiderit? Nam Latinus habet: *Apocalypſis Joannis Apoſtoli*, Græcus: *Joannis Theologi.* Reſpondeo, ut fiat omnibus evidens quòd hic liber eſt verus, ac legitimus Joannis Apoſtoli partus: nam ſi diceretur Joannes Theologus, poterat quis in dubium revocare, an eſſet alius Joannes; quamvis Theologi nomine ipſe Apoſtolus deſignetur; ut patet ex Dionyſio Areopagita Epiſtol. 10. ad Joannem ſic ſcribente; *Joanni Theologo, & Evangeliſtæ in Pathmos inſulam relegato.* Noſtrumque Joannem Theologum appellant Enodius teſte Nicephoro lib. 2. hiſtor. cap. 3. Origen. homil 2. in diverſos. D. Athanaſ. in ſynop. Epiphan. hæreſ. 51 tamen ad tollendum omne dubium dicitur Joannis Apoſtoli.

Dion. Niceph. Origen. D. Athan. D. Epiph.

5. *Valde ſublimis eſt doctrina Apocalypſis.* D. Dionyſ. Inquires tamen; cur nomen Theologi præcipuè in hoc libro, Joanni à Græcis tribuatur, ſcribitur enim: *Apocalypſis Joannis Theologi.* Multi exiſtimant, D. Dionyſium Areopagitam, aut alium ſimilem antiquum Patrem hujus tituli auctorem eſſe, ut denotetur, altiſſimam, ac valde ſublimem eſſe ejus libri Theologiam, ac doctrinam; ut nobis tradit idem Areopagita lib. de Eccleſiaſtica Hierarch. §. 4. *Arcanam illam*, ait, *myſticamque viſionem diſcipuli dilecti divini, atque ſuper mundialem Jeſu Theologiam iis, qui divinitatis ſunt capaces, expoſuit.*

QUÆSTIO II.

Liber Apocalypſis Propheticus eſt ſublimis, & altæ doctrinæ.

De fide eſt, Apocalypſim veram, & propriam eſſe Prophetiam: à Sacra pagina appellatur Prophetia, cap. 1. num. 3. *Beatus vir, qui audit, & legit verba hujus Prophetiæ.* Et cap 22. num. 10. ait Angelus Joanni: *Ne ſignaveris verba Prophetiæ libri hujus*: & ibid. n. 19. *ſi quis diminuerit de verbis libri Prophetiæ hujus.* Probaturque ex Etymologia ipſius nominis Prophetiæ, quæ juxta radicem Græcam idem eſt ac *prædictio eorum, quæ procul ſunt.* Iuxta D. Iſidor. 7. Etymolog. cap 8. qua uſus eſt D Thomas 2.2 quæſt. 171. art. 1. D. Gregor homil. 1. in Ezech D Irenæ lib. 4. cap. 37 Prophetiam ſic definiunt. *Eorum eſſe, quæ poſt erunt, præſignationem.* Atqui Ioanni in hoc libro Apocalypſis multa ſunt revelata, & manifeſtata, quæ procul erant, & poſtea erunt uſque ad finem mundi, ut patet ex toto ipſo libro; ergo hic liber vera Prophetia eſt. 6. Apocal.

Quid ſit Prophetia. D Iſidor. D. Thomæ D. Greg. D Irenæus.

Cujus tanta eſt excellentia, ut dicat D. Hieron. Epiſtol. ad Paulinum: *Apocalypſis Ioannis tot habet Sacramenta, quot verba; parum dico, pro merito voluminis laus omnis inferior eſt; in verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ* Et D Dionyſ. Alexandrin apud Euſebium lib. 7 Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 23. *Admirabilem*, inquit, *in ſingulis capitibus rerum expectationem contineri ſuſpicio; etenim ubi illum non intelligo, altiorem quemdam ſenſum verbis ineſſe cogito, neque de illis meo intellectu inquiro, & invenio, ſed fidei potius acquieſcens, ſublimiora illa, quæ a me intelliguntur, etiam puto.* 7. D Hieron.

D. Dionyſ. *Valde ſublimis eſt doctrina Apocalypſis.*

Et quanta ſit ſublimitas, ac excellentia hujus libri, inter cætera Sacræ Scripturæ volumina, ex eo patet quia ultimus Bibliorum liber eſt Apocalypſis: ultimam ergo manum, & coronydem Evangeliis, & Sacræ Scripturæ, hac Apocalypſi S. Ioannes impoſuit Richard de S. Victore lib. 7. cap. 11. ſic ait: *Librum hunc non ſolùm eſſe Evangelium, ſed in Evangelica doctrina, ſicut ultimum, ita & ſummum locum obtinere, ac in ipſo Sanctam Scripturam ad modum arboris cacumen extuliſſe.* 8.

Apocalypſis corona Evangeli ac Bibliorum. Richard.

Ex quo rectè Ioachimus Abbas lib. de flore, hanc Prophetiam omnibus aliorum Prophetarum vaticiniis anteponit: id, quod tum ex auctore, qui ſuprà pectus Domini in cœna recubuit, ex eoque tanquam ex perenni fonte Sapientiæ altiſſimam rerum divinarum cognitionem hauſit, tum etiam ex viſionum majeſtate, ac ſplendore, quæ omnibus veterum Prophetarum viſionibus antecellit. 9. Ioach. Abb.

Apocalypſis præſtantior Prophetia veteribus.

Quod etiam patet ex rerum dignitate, de quibus agit; nam ut ait Beda Præfatione in Apocalypſ. in eo dantur documenta ad regen- 10. Beda.

das

das Aſiæ Eccleſias;aperitur gloria Agni aſtantibus quatuor animalibus, ac viginti quatuor ſenioribus, cum magna Beatorum multitudine, referuntur generales totius Eccleſiæ concertationes ſanctorumque palmæ,ac trophæa, deſcribiturque totius Beatitudinis ornatus, gloria,pulchritudo, ac majeſtas; pro quo vide q.1.in cap.1.

11. *Lumen præſtantius.* 2. Cor 3.

Idque etiam probatur ex parte luminis Nam Joannes in Apocalypſi ſua, majus lumen Propheticum accepit, quàm veteres Prophetæ, quod patet ex 2.Cor.3.n.18.*Nos verò revelata facie gloriam Domini ſpeculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini ſpiritu.* Et ad Epheſ.3.n.5. *Aliis generationibus non eſt agnitum filiis hominum ſicut nunc revelatum eſt ſanctis Apoſtolis,& Prophetis in ſpiritu.*Prophetarum autem nomine non intelliguntur hoc loco veteres illi antiqui Teſtamenti,ſed ii,qui in lege Evangelica vaticinandi, ac futura prædicendi divinitus à Deo virtutem acceperunt: hi enim appellantur hoc loco Prophetæ in ſpiritu, ideſt, per Spiritum ſanctum, ut communiter habent Interpretes ad citata loca. (Epheſ. 3.)

12. *Apocalypſis excellentiſſima Prophetia novi Teſtamenti.*

Imò hæc Apocalypſis Prophetia excellentiſſima eſt in novo Teſtamento, proindeque Joannes nobilior eſt Propheta omnibus novi Teſtamenti Prophetis; hoc ſatis eſt evidens, nulli enim tanta revelata fuerunt, nec tam abundanti lumine,ut noſtro Joanni, ergo ipſe excellentior cæteris eſt.

13. Matth. 11.

Dices, Joannem Baptiſtam excellentiorem fuiſſe Prophetam; de eo enim teſtatur Chriſtus Matth 11 n.9.*Quid exiſtis videre? Prophetam? etiam dico pluſquam Prophetam.* Reſpondeo, vocari à Chriſto pluſquam Prophetam in ordine ad Prophetas veteris Teſtamenti, quorum reſpectu ipſe eſt pluſquam Propheta, nam quod antiqui Prophetæ prædixerunt, ipſe non ſolùm pronuntiavit, ſed etiam digito oſtendit, at in hoc eum præcedere videtur noſter Evangeliſta, nam ille ſolùm populo Hebræo Chriſtum oſtendit; at Evangeliſta univerſo orbi,in omnem terram enim exivit illius ſonus;Illumque plenius cognovit,audiendo altiſſimam doctrinam ex ore ejus, ſupraque pectus ejus recumbendo,ex quo fluenta Evangelii potavit.

14. Iſai. 1. Jerem. 1. Oſeæ. 1.

Ultimò comprobatur, ac demonſtratur excellentia hujus libri;nam alii Vates dicunt viſionem ſuam, vel viſiones, ſeu verba Dei ad eos;*Viſio Iſaiæ; verba Ieremiæ; verbum Domini,quod factum eſt ad Oſee,&c.* At hic liber ſublimius inchoatur: *Apocalypſis Ieſu Chriſti, id eſt*, revelatio facta Jeſu Chriſto, ut homini, *quam dedit illi Deus*, quam in primo inſtanti ſuæ Incarnationis,dedit illi Deus Pater; *Palam facere ſervis ſuis*; ſuis nempe fidelibus in eum credentibus,ut cum communi ſententia dicam verſ.1.Et quanto Chriſtus omnibus Prophetis magis excellit, tanto eſt præſtantius, ac nobilius opus revelationum Jeſu Chriſto, ſeu revelationes, quæ factæ ſunt Jeſu Chriſto, quàm viſio Iſaiæ ſeu quæ facta eſt Iſaiæ; ſeu verbum Domini ad quempiam alium ex Prophetis. Hic autem liber Apocalypſis eſt revelatio facta à Deo Patre, Filio ſuo Jeſu Chriſto, qui per Angelum ſuum Joanni manifeſtavit. (*Apocalypſis eſt revelatio Chriſto facta unde cæteris vaticiniis præſtantior.*)

QUÆSTIO III.

Quodnam ſit argumentum quæve materia Apocalypſeos.

VARIA ſunt Doctorum placita in hac re; in qua valde longum eſſet, omnia eorum fundamenta, ac impugnationes referre; ad compendium rem reduco. 15.

Prima ſententia eſt, quam tenent Abbas Joachin,Ubertinus,& Seraphinus, & alii, qui putant,hic deſcribi ſeptem virorum ſtatus,qui pro diverſis temporibus in Eccleſia Dei floruerunt,Apoſtolorum nempe, Martyrum, Doctorum, Anachoretarum, Virginum, Paſtorum, ac Monachorum. 16. Joachim. Ubertinus. Seraph.

Secundò,Tichonius Primaſius,Beda, quos fere ſequuntur Ansbertus, Anſelmus, Rupertus,Haymo,Richardus,Hugo, Thomas, Dionyſius,& alii,qui dicunt generaliter in Apocalypſi deſcribit bella, ac diſſidia inter probos,& improbos,eorumque finem, ac exitum. Tichon. Prim. Beda. Ansbertus. Anſelm.

Tertiò.Alii exiſtimant, in Apocalypſi deſcribi prima tempora Eccleſiæ,& ſigillatim Eccleſiæ bellum cum ſynagoga,ac cum gentilitate, & de utraque ſimul declarari triumphum Ita Salmeron tom.16. prælud.7.in Apocalypſ. Cui opinioni adhæret Alcazar, qui amplè, ac latè contendit,Apocalypſim eſſe unum,& continuum ænigma, quo pereleganter deſcribuntur Eccleſiæ Romanæ, præcipue primitivæ, triumphus, & gloria. Hanc expoſitionem latè impugnat Cornelius à Lapide. 17. Salmeir. Alcazar.

Quartò. Alii, ut Lyranus, Antonius, Aureolus Joannes Annius Viterbien. exiſtimant, in Apocalypſi deſignari futuros Eccleſiæ eventus per varias ætates,non tamen omnes, ſed tantum aliquos illuſtriores.Hanc ſententiam latè refutat Pererius diſp.8. 18. Lyran. Anton. Aureol. Annius.

Dico ergo cum quinta, & ultima ſententia, totum argumentum Apocalypſis eſſe, quòd Joannes primo proponit ſtatum Eccleſiæ ſub ſuo tempore, corrigitque ac corripit mores ſeptem Epiſcoporum,ac Eccleſiarum Aſiæ,deinde Joannes à cap.4.uſque ad finem, more Prophetico prædicit eventus futuros Eccleſiæ, maximè in fine mundi, Antichriſti tempore. Hoc aſſertum expreſsè tradit Rupertus dicens; *Apocalypſim continere,qualis fuiſſet,qualis tunc eſſet; & qualis futurus eſſet Eccleſia ſtatus.*Eique adhærent Viegas,Pererius,noſter Claudius à Monte Martyrum, Cornelius,R.M. Joannes de la Haye, & alii. 19. *Vera ſententia ac reſolutio.* Rupert. Viegas. Claud. Corn. La Haye.

Probatur hæc ſententia ex cap.1.Apocalypſ. n.19.*Scribe,quæ vidiſti, & quæ ſunt,& quæ oportet fieri poſt hæc.*Cum dicitur,*quæ ſunt*,denotat ea,quæ eo tempore,quo tradita eſt Joanni Apocalypſis,fiebant in Eccleſia;cum verò additur: *quæ oportet fieri poſt hæc.*Cum dicitur ſimpliciter *poſt hæc* non definitè deſignantur hæc, vel illa, ſed ſignificantur omnia, quæ poſt tempus acceptæ Apocalypſeos ventura erant in Chriſti Eccleſia uſque ad finem mundi; & tandem venturum Domini judicium,& ſicut ipſe primi Chriſti adventus extitit annuntiator & Evangeliſta, ſic & ſecundi adventus à Deo deſignatus eſt,ut eſſet Propheta ac Prænuntiator. 20. Apoc. 1.

Proindeque totius Argumenti ſeries hæc eſt, 21.

Argumentum Apocalypſis magis explicatur. primò, tribus primis capitibus increpat Ioannes, & dat ſalutaria monita Aſiæ Epiſcopis, Deinde cap.4. Aſcendit Ioannes ſpiritu ad Dei thronum, viditque ipſum librum Apocalypſis ſignatum ſigillis ſeptem, reſeranturque ipſa ſigilla uſque ad cap.11. Sigilla autem hæc continent ea, quæ futura ſunt uſque ad finem mundi in Eccleſia, tanquam antecedentia tempore Antichriſti, ac extremo judicio.

22. Tandem à cap.11. uſque ad finem proponuntur liber, ſigillaque ejus aperta; referunturque ea, quæ ſpectant ad Antichriſti tempora bellumque, ac perſecutio contra fideles, ac ſanctos; juſtorumque conſtantia; Enoch, & parentis Eliæ prædicatio, martyrium & reſurrectio, & tandem noviſſima plaga, ac interitus ipſius Antichriſti cum ſuis ſectatoribus. Et demum cap.20. univerſale judicium; & duobus ultimis capitibus exprimitur Beatorum gloria. Quæ omnia idcircò proponuntur, ut mali à vitiis deterreantur, bonique ad perſeverantiam in bono exhortentur; nec quiſquam perſecutionum eventu animum deſpondeat, ſed omnes firmiter ſperent, poſt has Eccleſiæ calamitates ſempiterna bona conſequuturos.

Quæstio IV.

Vtrum hic liber Apocalypſis ſit Canonicus; & quis illius Auctor?

23. *Liber Can.* *Conc. Rom.* *Conc. Flor.* *Conc. Trid.* *Innoc.* *Gelaſ.* *D. Auguſt.* *Caſſiod.* *D. Iſidor.*

Liber Apocalypſis eſt ſcriptura Canonica. Aſſertio eſt de fide, ut patet ex Concilio Romano ſub Damaſo; & Florentino in bulla unionis, Tridentini ſeſſ.4. Ex Carthaginenſ.3. Toletano 4. ex Innocentio II. Epiſtola 3. ad Exuperium. Inde Gelaſius, D. Auguſt. lib. de doctrina Chriſtiana. Caſſiodor. D. Iſidor. & alii, qui ſeriem librorum Canonicorum intexuerunt, Apocalypſim inter Canonicos libros collocant, omneſque Patres antiqui Apocalypſim, ut librum Canonicum commentantur, ac allegant. D. Dionyſius, Juſtinus, Irenæus, D. Athanaſius, Clemens Alexandrin. D. Chryſoſtom. D. Ambr. D. Cyprian. D Hilar. D. Greg. Nazianz. de quo vide Bellarm. lib.1. de verbo Dei cap.19. *Bellarm.*

24. Quantum ad auctorem hujus libri, quæſtio non eſt de primario; manifeſtum eſt, Chriſtum D. eſſe. Tota quæſtio eſt de ſecundario Auctore, qui nempe eam ſcripſit, & nobis ſignatam reliquit.

25. *Euſeb.* Quamvis aliqui cum quibus eſt Dionyſius Alexandrinus apud Euſebium lib.7. cap.20. dixiſſent, Apocalypſim ſcriptam eſſe à Ioanne, non Apoſtolo, ſed ab altero Presbytero Chriſti diſcipulo, qui Theologus vocabatur: tamen certum eſt. Apocalypſis auctorem fuiſſe Ioannem Apoſtolum; ita determinat Concilium Ancyranum Canone ultimo, quod approbatum fuit in 6. Concilio generali. Conc Tolet.4. can.16. Denique Trident. ſeſſ.4. expreſsè dicit *Apocalypſim Ioannis Apoſtoli.* *Ioannes Apoſtolus.* *Tolet.* *Trid.*

26. *D. Dionyſ.* *Papias.* Hoc ab exordio Eccleſiæ docent Sancti Patres D. Dionyſ. Areopagita Pauli diſcipulus lib. de Eccleſ. Hierarch. cap.3. part.3. Papias Sancti Ioannis Apoſtoli auditor, & diſcipulus; ac proinde optimè potuit agnoſcere, ipſum Ioannem fuiſſe auctorem hujus libri. Juſtinus Martyr in Dialogo contra Tryphonem D. Irenæus diſcipulus Polycarpi, qui fuit ſanct. Ioan. diſcipulus. Origenes tom.1. in Ioan D. Hilar præfat. in Pſal. D. Athanaſ. ſynopſi. Clemens Alexand. lib. 2. Pædagogi. D. Epiphan. hæreſi 51. & alii multi Patres. Tandem cum B. Brigitta à Chriſto quæreret, quiſnam Apocalypſim ſcripſiſſet, Ioannes juſſus à Chriſto, hoc dedit reſponſum l.6. Revelation. cap. 89. *Ego ſum Ioannes, qui in Cruce aſſignaſti matrem tuam; tu Domine inſpiraſti mihi myſteria ejus; & ego ſcripſi ad conſolationem futurorum, ne fideles tui propter futuros caſus everterentur.* *Iuſtin.* *D. Iren.* *Origen.* *D. Hilar.* *D. Athanaſ.* *B. Brigitta.*

Nec cum his obſtat, quod liber iſte ſtylo differat ab Evangelio, & Epiſtolis D. Ioannis; quia valde diverſa eſt materia hujus libri, ſcilicet Prophetia, proindeque diverſo ſtylo fuit ſcribenda ab Evangelio, ac Epiſtolis, quæ ſunt hiſtoria, ac materia Ethica, ac doctrinalis. Nec ſecundo obſtat quod in Græco hic liber intituletur Apocalypſis Ioannis Theologi, quia cognomen Theologi appropriatum eſt S. Ioanni ob ſublimitatem, ac ſubtilitatem doctrinæ ejus, qua de Verbi divinitate, magniſquemyſteriis profundiſſimè pertractat. Sic eum appellat D. onyſius Arcopagita ad eum ſcribens: *Ioanni Theologo Apoſtolo, & Evangeliſtæ exulanti in Pathmos.* In qua Epiſtola inter alia ſic ait: *Nulla adverſitas nos privabit Ioannis clariſſimo radio, id quidem conſecuturos memoria, ac renovatione tua veriſſimæ Theologiæ.* Sicque noſtrum Ioannem Theologum dicunt D. Hippolitus Martyr. orat. de conſummat. Sæculi, D. Epiphanius hæreſ 51. D. Cyrillus Alexandrin. l.3. de Trinit. D. Cyrill. Hieroſolymit. Catechc.12. D. Athanaſ. orat. contra Idola D. Chryſoſtom. procemio in Pſal.37. D. Damaſc. orat. de Transfigurat. ubi *Ioannem*, vocat, *puriſſimum Theologiæ organum.* 27 *Ioannes dictus Theologus.* *D. Dion.* *D. Hippol.* *D. Epiph.* *D. Cyril. Al.* *D. Cyr Hie.* *D. Athanaſ.* *D. Chryſ.* *D. Dam.*

Quæstio V.

Quo loco, anno, ac die, & idiomate hic liber ſcriptus eſt?

Revelationes hæ habitæ ſunt in Pathmos inſula, ibique hic liber ſcriptus eſt, ut patet ex c.1. n.9. 10. & 11. *Fui in Inſula, quæ appellatur Pathmos, propter Verbum Dei, & teſtimonium Ieſu.* Ergo in Inſula Pathmos revelatio facta, ad quam relegatus eſt Ioannes de quo plura cap.1. q.36 & 37. 28.

Quantum ad tempus, quo Joannes ſcripſit Apocalypſim, Joannes Annius, & Salmeron præludio ſeptimo in Apocalypſim exiſtimant, ſcriptam eſſe ante excidium Hieroſolymorum per Titum, & Veſpaſianum Imperatores; proindeque volunt, Joannem Apoſtolum à Nerone Imperatore in Pathmos relegatum, eo tempore, quo Petrum, & Paulum Apoſtolos primarios, unum Cruce, alterum gladio interemit; Lucius Dexter in Chron. Anno Chriſti 91. conſtituit noſtrum Ioannem ab exilio revocatum; ac proinde neceſſe eſt, ut antea ponat ſcriptam Apocalypſim, cum fuerit in Pathmos inſula. 29. *Quo tempore ſcribitur Apocalypſis* *Annius.* *Salm.* *Luc. Dexter.*

Dicen

30\. Dicendum tamen eſt cum D. Irenæo lib. 5. ſub finem D. Hieron. in Catalogo de ſcriptoribus Eccleſ. Euſebio in Chronico, Primatio, Areta, H. Andrea, ſcriptam fuiſſe Apocalypſim circa annum Chriſti 97. nam, ut ait Divus Hieron. citat. *Quarto decimo igitur anno, ſecundam poſt Neronem, perſecutionem movente Domitiano, in Pathmos inſulam relegatus, ſcripſit Apocalypſim.* Annus 14 Imperii Domitiani, & illius Imperii penultimus incidit ad annum 97. Chriſti, ipſe enim regnare cœpit ad annum Chriſt 84. & regnavit quindecim annis uſque ad annum 98. Chriſti, in quo demortuus eſt Domitianus, & ſucceſſit Nerva Imperator, à quo ab exilio revocatus eſt Joannes Nerva autem uno tantum anno, & quatuor menſibus, ac novem diebus imperavit.

D. Iren. D. Hieron. Euſeb. Primat. Aretas. Andreas. *Scribitur anno 97.*

31\. Ex quo patet, quòd cum Joannes ſcripſiſſet in Pathmos inſula, ad quam relegatus eſt à Domitiano, anno Chriſti 97. Imperii ſui 14. in illo anno intelligimus Apocalypſim ſcriptam, juxta Sanct. Patres; & tenent Recentiores, Alcazar, Cornelius, La Haye, Baronius, & alii. Et confirmatur, quia noſter Joann capit 2. Apocal. num 13. facit mentionem Sanct. Antipæ Martyris, ac de illuſtriſſimo ejus Martyrio de quo Martyrolog. Roman. & Menologium Græc die 11 Aprilis Sanct. autem Antipas paſſus eſt anno 10 Domitiani, Chriſti verò 9, ut ſcribunt Abdon Uſuard. Surius, Baron & alii.

Alcazar. Cornel. La Haye. Baron. Martyrol. Menolog. Abdon. Uſuard. Surius. Baron.

32\. Ex quo patet primò, quòd Joannes ſcripſerit Apocalypſ. viginti quinque annis poſt deſtructam Jeruſalem à Tito, & Veſpaſiano; deſtructa eſt anno Chriſti 72. Apocalypſis autem ſcripta eſt poſt mortem Sancti Antipæ, ad annum Chriſti 97.

33\. Secundò patet, Joannem non fuiſſe reductum ab exilio, anno Chriſti 91. ut ait Dexter, ſed circa annum 98 quo mortuus eſt Domitianus, & imperium obtinuit Nerva: nam teſte antiquiſſimo Didone: *Nerva omnes, qui impie:atis in Deos rei fuerant, abſolvi voluit, & exules in patriam reduxit.* Et ita illo anno, quo regnavit Nerva, Joannes ab exilio eſt revocatus.

Dido.

34\. Tertiò Etiam deducitur, quòd Joannes ſcripſit Apocalypſim duobus annis antequam ſcriberet ſuum Evangelium. Hoc enim ſcripſit ab exilio Pathmos revocatus, ut tradunt D. Hieron. Catalog. Script. Eccleſ. Euſeb. lib. 5. Hiſtor. cap 24. D. Epiphan. D. Athanaſ. D. Iſidor. D. Thom. Beda, & alii, quos citavi tom. 1. in Evangel. in Proœmio cap. 6. num. 21. & ita interpretantur multi illud, quod dicitur Apocalypſ. 10. num. 11. *Oportet iterum Prophetare gentibus, & populis.* Cùm ergo Joannes ſcripſiſſet Apocalypſim ad annum Chriſti 97. Evangelium litteris mandavit ad annum Domini 99.

D. Hieron. Euſeb. D. Epiph. D. Athanaſ. D. Iſidor. D. Thom. Beda. Apocal. 10.

35\. Apocalypſis revelata eſt B. Joanni in die Dominica, ut ipſemet teſtatur Apocal. 1. num. 10. *Fui in ſpiritu in Dominica die, & audivi poſt me vocem magnam tanquam tubæ dicentis: quod vides, ſcribe in libro, &c.* Quiſnam dies eſſet iſta Dominica, & cujus menſis, nulla in hac re nobis eſt conjectura ad aliquid aſſerendum.

Apocal. 1.

36\. Scripſit Joannes Apocalypſim nec Hebraïcè nec Latinè, ſed Græcè ſcripſit, ut fatentur communiter omnes auctores, ſcribebat enim ſeptem Epiſcopis, ac Eccleſiis Aſiæ, ut conſtat ex cap. 1. n. 4. & 10 ac proinde conſueto idiomate apud eos uſus eſt Deinde Græca verba appoſuit cap. 1. n. 8. *Ego ſum Alpha, & Omega.* Si ſcripſiſſet Hebraicè dixiſſet: *Ego ſum Aleph, & Thau,* quod in Alphabeto Hebraïco reſpondet Alpha, & Omega.

Apocalypſis Græcè ſcripta. Apoc. 1.

QUÆSTIO VI.

Quanta ſit difficultas libri Apocalypſis.

37\. Concors eſt omnium ſententia, librum Apocalypſis eſſe omnium librorum Sacræ Scripturæ difficillimum, ac obſcuriſſimum; quod patet tum ex ſublimitate rerum, de quibus differit: tum quia Apocalypſis tota plena eſt, ænigmatibus, ſymbolis, ac figuris: tum quia liber eſt Prophetiæ de rebus nondum impletis, ut completæ ſunt Prophetiæ Iſaiæ, Jeremiæ, ac aliorum Prophetarum. Prophetia autem quamdiu executioni non eſt data, valde obſcura ac difficilis eſt, noſtrumque intellectum ſuperat: in Prophetia Deus eſt, qui loquitur tegumentis, ac involucris metaphoricis, quæ enim Deus tali modo loquitur, valde ſemota ſunt à noſtra ratione, eamque ſuperant.

Apocalypſis Prophetia valde obſcura.

38\. Hinc D. Dionyſius Alexandrinus lib. 7. Hiſtor. cap. 23 ſcribit, Apocalypſim ſe non intelligere, & quæ in ea ſcripta ſunt, excedere, ac ſuperare humanæ cognitionis ſpheram. D. Hieron. Epiſt. ad Paulinum ſic loquitur: *Liber in Apocalypſi ſeptem ſigillis ſignatus oſtenditur, quem ſi dederis homini ſcienti litteras, ut legat; reſpondebit tibi, non poſſum; ſignatus eſt enim. Quanti hodie putant, ſe noſſe litteras, tenent ſignatum librum, nec aperire poſſunt, niſi ille reſeraverit, qui habet clavem David, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit.* Panonius in præfatione Apocalypſis ait: *Apocalypſis eſt opus immenſæ difficultatis.* Idem docent Richardus Victor. Joachimus Abbas, Salmeiron, Viegas, Pererius, diſp. 1. dicens, *Multos opinari, abſque ſingulari Dei revelatione, Apocalypſim eſſe prorſus incomprehenſibilem.* Ex quo doctiſſimus Caietanus, poſtquam utrumque teſtamentum ſuis Commentariis illuſtravit, in fine ſuorum operum ait, *Apocalypſim fateor me neſcire exponere juxta ſenſum litteralem.*

D. Dionyſ. D. Hieron. Panon. Victorin. Joachim. Salmeir. Viegas. Pererius.

39\. D. Ephrem lib. de Pœnitentia ait: *Cuncta per parabolam & ænigma locutus eſt ſanctus Joannes in Apocalypſi.* Parabolas, & ænigma ſolvere, valdè difficile; Dei tamen gratia auxiliante, Sacratiſſimaque Virgine Maria patrocinante, aliquid dicere conabimur.

D. Ephrem.

40\. Pro Coronyde hujus rei inquires: Quare inter libros Canonicos in ultimo loco collocatur Apocalypſis, cum Evangelium, ut ſuperius dixi n. 24. poſt Apocalypſim fuerit conſcriptum à Joanne?

Quare Apocalypſis ultimo loco ponitur in ſcriptura.

41\. Reſpondeo, alto Dei conſilio factum eſſe, quòd hic liber in novo Teſtamento ultimum habeat locum, nam primò in eo ponuntur ea, quæ ſpectant ad exordium, ac fundamentum ejus

ejus, ut ſunt vita Chriſti in quatuor Evangeliis, & geſta Apoſtolorum in eorum Actis conſcripta. Deinde doctrina ſpectans ad inſtructionem Chriſtianorum, ut habetur in Epiſtolis Apoſtolorum; at hic liber Apocalypſis agit de ultimo Chriſti adventu ad judicandum, ac de his, quæ evenient noviſſimis diebus, & ſicut in veteri Teſtamento poſt legem, ac multas hiſtorias, poſtque libros Sapientiales, in ultimo loco reponuntur ſcripta Prophetarum, tam majorum, quam minorum. Ita & in novo poſt legem Evangelicam quatuor libris conſcriptam; & hiſtoriam Apoſtolorum libro Actuum contentam poſtque libros ad Sapientiam ſpectantes, ut ſunt Epiſtolæ Pauli, & aliorum Apoſtolorum Canonicas, poſtremò debuit ſuccedere Prophetica hæc revelatio continens multas viſiones valde obſcuras, & ferè inexplicabiles; ſed Dei gratia ſubnixis, aliqua ex mente Sanctorum Patrum inveſtigare nobis liceat.

QUÆSTIO VII.

Quomodo alta myſteria, quæ in hoc Apocalypſeos libro continentur, revelantur Joanni, ea ipſe vidit, cognovit, ac audivit?

42. *Quid neceſſarium ad cognitionem.* CERTUM eſt, ad omnem cognitionem revelatam, ſicut ad omnem aliam, duo maximè requiri. Unum ex parte objecti ad apprehenſionem ejus, ſcilicet ſpecies; aliud ex parte potentiæ, ad judicium, nempe lumen, aut aliquid ſimile. Et utrumque ſine dubio neceſſarium eſt in cognitione revelata, ut fuit in Prophetis. D. Thomas 2. 2. quæſt. 173. art. 2. docet optimè, varios eſſe modos revelationum Propheticarum; & ad omnes, ait, neceſſarias eſſe ſpecies; quia nulla conceptio mentis fit ſine illis. *D. Thom.*

43. *Revelatio facta Joanni per Angelum.* Advertendum tamen eſt, quòd revelatio facta Prophetis, ac viris Apoſtolicis primitivæ Eccleſiæ, communiter facta eſt à Deo immediate, qui potuit novas ſpecies intelligibiles in mente, novaque phantaſmata in phantaſia producere; at revelatio noſtro Joanni facta eſt immediate ab Angelo, ut ipſemet teſtatur ſtatim exordio: *Apocalypſis Jeſu Chriſti mittens per Angelum ſuum ſervo ſuo Joanni.*

44. Angelus autem non valet, virtute ſua naturali producere ſpecies intentionales, nec phantaſmata in homine, benè tamen, ut Dei miniſter ſupernaturali virtute ab ipſo participata, poterit tali modo imaginationem, imò & intellectum hominis movere, ut benè probat Suarius lib. 6. de Angelis cap. 16. num. 8. & 9. Certum tamen, hanc ſupernaturalem elevationem, & miraculoſam actionem, non eſſe neceſſariam, ut ſanct. Angel. Cuſtos hominem inviſibiliter illuminet, ipſumque doceat, & inſtruat in bonis actibus; nam Dæmon poteſt decipere hominem, interius movendo imaginationem, & per illam pravas, & falſas cogitationes inducendo, ut eſt certum: ergo etiam à fortiori, & bonus Angelus non quòd ipſe per ſe imprimat phantaſmata, ſed quia movet humores, & ſpiritus vitales, quibus commotis, ipſa phantaſia, ſeu imaginativa, ad operandum excitatur per recondita in ea phantaſmata, & deinde per ipſa phantaſmata intellectus convenienter, & ordinatè movetur. Ita D. Thomas 1. p. quæſt. 111. art. 3. & quæſt. 11. de verit. art. 3. & optimè quæſt. 16. de malo, art. 12. ubi de dæmonibus loquitur; & ad hunc modum exponit D. Auguſt. lib. 12. Geneſ. ad liter. ſequuntur Caietan. citata quæſt. 111. Capreol in 2. diſt. 8. q. 1. concluſ. 1. D. Bonavent. Durand, Argentin. Richard diſt 10. art. 2. quæſt. 2. & etiam conſentit Scotus quæſt. unica, §. Ad ſecundum. Hæc dixi doctrinæ gratia. *Suar.* *Quomodo bonus Angelus illuminat.* *D. Thom.* *D. Auguſt.* *Caietan.* *Capreol.* *D. Bonav.* *Durand.* *Argent.* *Richard.* *Scot.*

45. Dico, quod Angelus revelans Apocalypſim Joanni, in ejus phantaſia, ſeu imaginativa divinitus adjuta, per phantaſmata ibi exiſtentia, & excitata, ac inter ſe convenienter compoſita, & ordinata (ex quibus reſultabant ſpecies intelligibiles in intellectu) in tali ergo phantaſia depinxit, expreſſit, ac præſentavit ad vivum omnia ſymbolica, quæ in hoc libro continentur, ut Apoſtolus clarius, & apertius videret, quàm ſi ante oculos ejus corporeos hæc per varias figuras, perſonas, ac animalia proponerentur, & repræſentarentur, Favet S. Brigitta, l. 6. ſuarum revelationum cap. 100. *Joannes ex inſpiratione mea* loquitur ei Chriſtus, *vidit futura Eccleſiæ pericula ſub ſpeciebus corporalibus.* Sic ait Suar. de fide diſp. 8. ſect. 6. num. 1. quòd Deus multa revelavit Prophetis, dum per exiſtentia phantaſmata in imaginatione debito modo coordinata, & imaginationis via confortata ad uſum eorum neceſſarium, conſpicit & apprehendit divina, & inde in intellectu reſultat ſimilis intelligibilium ſpecierum compoſitio, & ordinatio. *Quomodo Joannes vidit hæc myſteria.* *S. Brigitta.* *Suar.*

CAPUT

CAPUT PRIMUM APOCALIPSEOS.

CAPITIS ARGUMENTUM.

TOTUM caput tripartitur. In prima parte uſque ad verſum 4. ponitur Titulus libri, ejuſque majeſtas, ac excellentia. In ſecunda parte uſque ad verſum 8. apponitur ſalutatio ad Eccleſias Aſiæ, quibus prædicaverat, ſimulque inſeritur honorifica Chriſti commemoratio. In tertia à verſ. 9. uſque ad finem declaratur valde glorioſa prima Chriſti apparitio in medio ſeptem candelabrorum aureorum, quibus ſeptem Eccleſiarum Aſiæ ſignificantur Epiſcopi, ad quos Dominus loquitur.

Apocalypſ. 1. n. 1. Apocalypſis Jeſu Chriſti, quam dedit illi Deus, palam facere, ſervis ſuis, quæ oportet fieri citò, & ſignificavit mittens per Angelum ſuum ſervo ſuo Joanni.

VERSIONES.

Syrus. Revelatio Jeſu Chriſti quam dedit illi Deus, ad indicandum ſervis ſuis, & manifeſtavit, quam miſit per Angelum ſuum.

Pagnin. Revelatio Jeſu, quam dedit illi Deus, ut oſtenderet.

Arabicus. Quodque dedit illi Deus ut revelaret ſervis ſuis quidquid futuris ſæculis oportet fieri, ſignatum ab eo, miſſum per Angelum ſuum.

Marian. Indicare ſervis ſuis.

Arias. Quæ oportet fieri in celeritate, & ſigillavit mittens per Angelum ſuum.

Tygurina, *Vatablus.* Significavit emiſſo per Angelum ſuum mandato.

EXPOSITIO I.

APOCALYPSIS Jeſu Chriſti. Joannes incipit hunc præclarum librum propheticum, more Prophetarum, qui initio, 1.
ut auctoritatem verbis ſuis concilient nomen ſuum indicant, & à quo prophetiam acceperint: nempè non ab invento humano, ſed à divino afflatu proveniſſe. *Viſio Iſaiæ filii Amos.* Et ſtatim: *Dominus locutus eſt.* Iſai. 1. num. 1. *Factum eſt Verbum Domini ad eum*, ſcilicet Jerem. 1 n. 2. *Factum eſt Verbum Domini ad Ezechiel.* 1. num. 7 ſic & Oſe. 1. num. 1. Joël. 1. num. 1. & ſic de cæteris. At noſter Joannes ſublimius, & altius inchoat; ait enim: *Apocalypſis Jeſu Chriſti.* Hoc eſt, revelatio facta non puro homini, ſed Jeſu Chriſto vero filio Dei; quam dedit ei Deus Pater, & ipſe Jeſus Chriſtus revelavit eam Joanni, non immediatè per ſe ipſum, ſed per Angelum. *Significavit mittens per Angelum ſuum, ſervo ſuo Joanni.* Apertè indicat Joannes, à quo hanc prophetiam acceperit. (Iſai. 1. Jerem 1. Ezech. 1. Oſcæ. 1. Joël. 1.)

Apocalypſis. Vox Græca eſt, idem valens, 2.
ac revelatio; ſubintelligitur, *hæc eſt*, apud Hebræos enim communiter hujuſmodi particulæ ſupplentur: *Ut viſio Iſaiæ filii Amos.* Intelligitur, hæc eſt viſio. *Jeſu Chriſti*: indicat Evangeliſta, cui facta eſt hæc revelatio, à quo ipſe eam accepit. *Quam dedit illi Deus.* Scilicet Chriſto, ut homini. In primo inſtanti ſuæ Incarnationis, à quo Chriſtus fuit plenus omni ſcientia, & gratia, ei Pater revelavit, & aperuit omnia futura, non ænigmaticè, ſed palam, & diſtinctè Pater enim clare, & manifeſtè loquitur filio ſuo omnia. *Palam facere ſervis ſuis*: id eſt; ut palam faceret; *palam facere*, Græcorum phraſis eſt, idem valens, ac ad faciendum, ſeu, ut faciat. Luc 1. *Ad faciendam miſericordiam cum Patribus noſtris.* In Græco eſt, facere miſericordiam; ac proinde palam facere, idem eſt, ac ut palam faceret *ſervis ſuis.* Nempe fidelibus, ac Chriſtianis. (*Apocalypſis vox Græca.* Luc. 1.)

3. *Quia oportet fieri citò.* Non quia omne tempus hujus vitæ, comparatum cum æternitate; parvum, & momentaneum ſit, ut multi ſic interpretantur, ſed quia in Apocalypſi futuri eventus Eccleſiæ continentur uſque ad finem mundi: ac proinde *fieri citò*, quamvis non citò finiantur, denuntiantur hic varii ſucceſſus, ac perſecutio es Eccleſiæ, quæ ſtatim poſt Joannis ætatem cœperunt ſub Trajano Imperatore, & perdurabunt uſque ad finem mundi, nam hîc prædicuntur multa, quæ ad Antichriſtum pertinent.

4. *Et ſignificavit.* Verbum Græcum anceps eſt, idem valet ac ſignare, ſeu ſigillo obſignare; ac etiam denotare, ſeu ſignificare. In primo

Rupert. Ansbert. ſenſu interpretantur verbum Rupertus, Anſbertus, & alii apud Ganeum. Et quod idem ſit hoc loco, *ſigillo obſignavit mittens per Angelum ſuum.* Tamen hoc aperte repugnat cum his, quæ immediatè antea dicuntur, palam facere: & in fine hujus libr cap 22. num 10. dicitur Joanni: *Ne ſignaveris verba prophetiæ hujus.* Rectè ergo noſter interpres poſuit, *ſignificavit*, hoc eſt, ind cavit, ſeu declaravit palam, & manifeſtè; licet non omnibus, ſed ipſi Joanni, ac aliquibus ſervis ſuis. *Mittens per Angelum ſuum.* Deus enim, ac Chriſtus Dominus verus ejus filius per Angelos ſolet homines docere, ac illuminare, ſic ordinariè Deus loquebatur ad Iſaiam, Jeremiam, alioſque Prophetas. *Servo ſuo Joanni.* Non dicitur Evangeliſta, vel Apoſtolus, ſed ſervus, pro ſua humilitate; in quo etiam indicatur magna dignitas ſervi Dei.

Apoc. 22.

5. Apocalypſis ergo primò revelata eſt animæ Chriſti clare, & manifeſtè in primo inſtanti Incarnationis ejus, eique ſoli, & non Angelis, nec Prophetis: fuerunt enim hæc myſteria à Deo in Chriſto abſcondita, ut loquitur Paulus

Epheſ. 5. Epheſ 5. n. 3. Ad Chriſti officium ſpectabat, præſcire omnia, quæ ſuis fidelibus, ac toti ejus Eccleſiæ erant neceſſaria: Chriſtus etiam apertè revelavit, Angelo: Angelus etiam clarè Joanni Joannes verò ſcripſit omnia prout repræſentata, ac objecta fuerunt Ita communi-

Alcazar. Corn. La Haye. ter interpretes Alc zar, Cornelius à Lapide, M. Joannes de la Haye, & alii.

QUÆSTIO I.

Quare nomen Græcum Apocalypſeos retinetur in noſtra Vulgata Latina?

6. *Apocalypſis id eſt revelatio.*

TOtus hic liber Græco idiomate ſcriptus eſt, ex Græcaque origine prodiit; ſola tamen nominis appellatio intacta relinquitur apud Latinos, cum facilè potuerit transferri: nam Apocalypſis idem valet, ac revelatio myſteriorum.

7. Rupert. *Apocalypſis in magna veneratione habenda.*

Reſpondet primò, & genuinè Rupertus Abbas hic: *Sola appellatio*, ait, *pulchrè intacta permanſit, videlicet, ob excellentiam rerum, ſive myſteriorum, quæ hæc ſcriptura comprehendit: ſic Alleluia, ſic Amen Hebræa vocabula ob dignitatem ſenſuum in Græcis, & Latinis literis permanſerunt: ſic Evangelium in Latinis codicibus de Græco reſervatum eſt.* Ob magnam venerationem, ac cultum myſteriorum; quæ in hoc volumine habentur, liber Apocalypſis dicitur: quo enim res eſt magis abſcondita, in majori cultu, ac veneratione habetur.

8. *Grati ſimus ei, à quo beneficium accepimus.*

Secundò, Alto Spiritus ſancti inſtinctu nomen Græcum Apocalypſeos retinetur cum facilè revelatio transferri poſſet Hic liber Græco ſermone ſcriptus eſt à Joanne: ut ergo gratum, ac memorem animum haberemus illi idiomati, à quo tam alta, & ſublimia myſteria accepimus, ideo in fronte ipſum nomen Græcum retinetur

9. *Fideles in unione conſerventur.*

Tertiò. Univerſalis Eccleſia ſancta Dei, omnium mater, univerſas terrarum orbis nationes complectitur: inde meri o tres communiores linguæ eliguntur ad res ſacras, ut omnium unio ſub eadem fide & religione maximè connexa ſit, quod peculiariter viſitur in hoc libro: nam lingua Hebraïca in voce *Amen, Alleluia*: Græca in titulo, Latina in toto contextu libri, qui maxime dirigebatur ad omnes gentes, ut omnes ſub eadem Chriſti fide continerentur, & ut etiam præcipuæ nationum linguæ tanto myſteriorum libro nobilitarentur. Vide quæ dixi tom 5 in Evang. lib. 8. cap. 14. q. 7.

Hæ duæ ultimæ rationes valde morales ſunt: 10.
tamen prima Ruperti eſt genuina: Ponitur titulus in Græco ob magnam myſteriorum excellentiam, quæ in hoc libro ſcribuntur: ex quo ait Gilbertus in Prologo. *Aliis ſcilicet* Gilbert.
Prophetis, *unifaria, iſti trifaria data eſt prophetia ſimul ſcilicet de præterito, & præſenti, & futuro ad cujus confirmandam auctoritatem, concurrit etiam auctoritas mittentis, ſcilicet Trinitatis; & deferentis, ſcilicet Angeli; & accipientis, ſcilicet Joannis.* Cardinalis Aureolus *Apocalypſis, ait, eſt revelatio non quæcumque, ſed ſumma authentica, quod apparet per auctoritatem quatuor perſonarum, quæ inducuntur Jeſu Chriſti, Dei Patris, & Joannis, & Angeli.* Dignitas, ac excellentia hujus libri maximè conſideranda eſt ex quatuor ſupremis perſonis, quæ in eo introducuntur. Primò Jeſus Chriſtus, *Apocalypſis* ſeu revelatio Jeſu Chriſti Secundò Deus Pater revelans, *quam dedit illi Deus.* Tertiò Angelus, qui eſt unus ex ſupremis, *mittens per Angelum ſuum.* Quartò Joannes, cui Angelus hanc Apocalypſim defert, quam Joannes ſcribens mittit ad Epiſcopos Aſiæ.

Aureol. *Nobilitas Apocalypſis ex perſonis, quæ in ea introducuntur.*

Ex quo eminentiam hujus libri maximè me- 11.
ditatur Joachimus Abbas c. 1. Prologi: *magna* Joachim.
eſt ait, & ſingularis hujus voluminis prærogativa, quia magnus eſt Dei ſpiritus, qui in eo apertè loquitur voces ſuas: nec mirum, ſi à cœli Camerario ſcribitur, cui recumbenti ſupra pectus Domini arcana ſpeculari myſteria, & de torrente ſpiritus ſancti abundantius bibere, datum eſt, ut in ſe ſpecialius completum probaret, quod ipſe generali promiſſione, & ore veritatis præceſſiſſet, teſtatus eſt dicens: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat; & flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Jo. 7. n. 38. *Quid aliud intelligendam eſſe dicimus, quòd ſe Chriſti dilectum Joannes ipſe commemorat, niſi ut gratiarum fluenta abundantius ſe de pectore Chriſti exhauſiſſe teſtatur? quod ergo ipſe bibit, hoc tandem propinavit electis. Quid de libri hujus prærogativa dixerim, in quo cœleſtis fluminis impetus lætificat civitatē Dei ſeptē meatuum plenitudine, ad irrigandam omnem terram abundantius*

Multa excellentia Apocalypſis.

dantius nobis his diebus ex ventre Ioannis profluxit.

Quæstio II

Quare ſanctiſſimum nomen, Iesus, *in prima fronte hujus libri apponitur.*

12 Dicendum videbatur, Apocalypſis Chriſti; ad quid additur, Iesus? *Ieſu Chriſti.* Chriſtus idem eſt, ac unctus; nam etſi alii Reges, ac Sacerdotes uncti eſſent unctione materiali, at noſter Salvator unctus eſt tota Spiritus ſancti plenitudine, unde dicitur, Pſalm.44. num 8. *Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem; propterea unxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Noſter Salvator non ſolùm in ſe unctus eſt Spiritus ſancti plenitudine, ſed etiam per ejuſdem Spiritus ſancti participationem electos ſuos ungit. Cum ergo Chriſtus abſolutè dictus noſtrum Salvatorem denotet; ad quid inſuper additur Iesus? Meritò ſanè; nam Chriſtus, id eſt Rex, & ſæpè Dominus, Rex introducitur in hoc libro: *Rex Regum Dominus Dominantium.* Ieſus idem valet, ac Salvator, ut notum ſit, quantum diſtet noſter divinus Rex à terrenis regibus, dicitur Chriſtus Ieſus. Quia terreni ſunt Reges, ut perimant, & occidant: at noſter Divinus Rex, Rex dicitur, ut vivificet, ſalvet, ac in vitam æternam perducat.

Pſalm. 44.

Chriſtus verus Rex, qui nos ſalvat

13. Tertiò. Multis aliis verbis potuit hic liber inchoari, ut ſi diceretur Apocalypſis, ſeu revelatio eorum, quæ futura ſunt in noviſſimis diebus; ſeu revelatio eorum, quæ mittuntur ad Epiſcopos Aſiæ, tamen à nomine Jeſu hunc librum Ioannes inchoat, ut nos doceat, quòd ab hoc ſanctiſſimo nomine initium ſcribendi debemus ſumere. Divus Bernardus ſerm.15. in Cantica; ubi poſtquam multa loquitur de hoc altiſſimo nomine, ſic ſcribit: *Si diſputes, aut conferas, non ſapit mihi, niſi ſonuerit ibi Jeſus, ſi ſcribas, non ſapit mihi, niſi legero ibi Jeſum.* Ex quo Epiſcopus Biſuntinus exponens illud Pſalm. 126 num 2. *Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere.* Per hanc lucem intellic Jeſum, de quo Joannes ait: *Et lux in tenebris lucet.* Sic ait cit Epiſcopus, unde omnis lux, & omnis ſplendor exoritur, *Ante hanc almam lucem*, ſcilicet Jeſum, *vanum eſt vobis ſurgere ad ſtudia, ad opera, ad lectiones, ad ſcriptiones fidei, religionis, virtutum, morum, doctrinarum.*

D. Bernard. *Nomen Ieſu lux ad omnem doctrinam.*

Biſunt Pſal. 126.

14. Quartò Apocalypſis prophetia eſt de rebus valde occultis, & abſconditis; ut dixi q 6. procemiali, & tamen dicitur, Revelatio Jeſu Chriſti, *quam dedit ei Deus palam facere.* Si tam abdita & abſcondita ſunt myſteria, ut dicatur hic liber; *Abyſſus myſteriorum*: quomodo dicitur, eorum revelatio: nam quæ revelantur, manifeſtantur, ac aperiuntur. Ponitur in fronte nomen Jeſus, & ubi hoc nomen apparet tenebras depellit, obſcuritatem removet, omnia illuſtrat, ac in fulgentiſſima luce prodire facit; cùm conveniſſent miniſtri Judæorum, ut comprehenderent Jeſum, proceſſit Dominus eis obviam, dicens: *Quem quæritis? Reſponderunt ei Jeſum Nazarenum. Dicit eis Ieſus: Ego ſum.* Joan.18.num.5. Ecce impiis, & iniquis hominibus manifeſtabatur totum Deitatis ſacramentum, illis verbis: *Ego ſum.* Exod.3 Moyſi maximè cupienti, ſcire Deitatis nomen hoc illi dictum eſt, *Ego ſum.* Myſterium, quod ergo à ſæculo erat abſconditum, & uni Moyſi fideliſſimo ſervo aliquandò revelatum eſt, hoc impiis hominibus manifeſtatur? Ex quo in eorum ore inſonuit nomen Jeſus, ſtatim abdita myſteria reſerantur, ac ab vi nominis Jeſu de eguntur. Rupertus lib.13. *Dixit, Ego ſum, quod Verbum ſubſtantiſſimum de ſe ipſo veriſſimè proteſtatur ille ſolus, qui & ad Moyſen dicit: Ego ſum, qui ſum; & quamvis cum laternis, & facibus nullatenus Divinitatis eſſentiam quærerent, opportunè tamen reſpondit Deus dicens: Ego ſum, non ad ipſorum intentionem, ſed ad ſuum nomen reſpiciens. Interrogati enim, quid quærerent, reſponderunt Jeſum Nazarenum.*

Nomen Ieſu revelat, & aperit myſteria.

Joan 18.

Exod. 3.

Rupert.

Quintò. Alto Divinæ Sapientiæ conſilio factum eſt, ut in exordio hujus libri ſanctum nomen Jeſus apponeretur: nam totus hic liber propheta eſt, prædicens ſævientes tyrannorum perſecutiones, ac adverſitates contra Dei electos, crudeliſſimum Antichriſti bellum contra Eccleſiam, ac filios ejus; multà que eorum millia variis tormentis occiſa Indéque Sanctiſſimum Jeſu nomen nobis deſignatur pro ingenti levamine, conſolatione, fortitudine, ac armatura. Ait Paulus ad Epheſ.6 n.11: *Induite vos armaturam Dei, ut poſſitis, ſtare adverſus inſidias diaboli.* Quæ verba explicans D. Athanaſ. q.13. ſic legit: *Totam armaturam Dei.* Et in quo eſt nobis tota Dei armatura contra univerſas diaboli inſidias, in uno nempe Chriſto Jeſu. D. Hieron ſic loquitur. *Induite vos omnia arma Dei. Quæ autem alia Dei arma poſſumus exiſtimare, quibus induendus eſt, qui habet adverſus diaboli dimicare verſutias; excepta virtute, quæ Chriſtus Ieſus eſt?* 15.

Ieſu nomen noſtra protectio, ac armatura.

Epheſ. 6.

Athanaſ.

D. Hieron.

Inermis David proceſſit adverſus Philiſthæum cui ait: *Tu venis ad me cum gladio, haſta, & clypeo, ego autem venio ad te, in nomine Domini* 1. Reg 17. n.45. expende, quæ arma opponebat David gladiis, & haſtis, clypeo, ac ingenti moli corporis Philiſthæi, unum nimirum nomen Domini, ſciebat enim illud pro inexpugnabili armatura eſſe viris juſtis. Sic fatur Joſephus lib.6. de antiquit.c.1. *Tu me invadis haſta tua confiſus, & thorace, & gladio: mihi verò pro armatura Deus eſt, qui te ac tuum exercitum noſtris manibus hodie deleturus eſt.* Expende illud: *mihi pro armatura*, ut ſe tutiſſimum ſervaret. 16

1. Reg. 17.

Dei nomen armatura viris juſtis.

Joſeph.

Dicebat David Pſalm. 117. n.11. *Circumdederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis; & in nomine Domini, quia ultus ſum in eos.* Undique hoſtibus erat vallatus, ut vallari ſolet favus, examinibus aculeatis apum: inſuper hoſtium ignita ira flammabat, ut fortiſſimum quemque, tanquam vilem ſtipulum abſumeret; quibuſnam armis evadet homo de tam conglomerato vallo, de tanto hoſtium furore? ſubdit David: *In nomine Domini, quia ultus ſum in eos.* Uno Dei nomine protectus, ſiſtit omnes hoſtiles rabies. Ibi D Chryſoſt. *Tanquam ignis, ait, accurrebant; tanquam apes, cum magna animi alacritate invadebant intus interceptum* 17.

Pſal. 117.

Ieſu nomen omnes adverſitates extinguit.

ceptum tenebant; neque aliquid potuerunt facere. Arma enim invicta, auxilium inexpugnabile, Dei nomen omnes expulit.

QUÆSTIO III.

Quare hîc ponitur Deus, cum prius poſitum ſit nomen Chriſti Jeſu, cui Deus dedit hanc revelationem palam facere? quod altius explicatur.

18. APocalypſis JESU CHRISTI, *quam dedit illi Deus palam facere.* Nunc hîc venit explicandum illud; *quam dedit illi Deus* Beda exiſtimat, hîc haberi ſermonem de Chriſto, ut Deus eſt; Joannes enim more ſuo, quæ Chriſti ſunt, ad Patrem refert: proindèque videtur exiſtimare, quòd ſicut Chriſtus poteſtatem efficiendi miracula doctrinámque ſuam Patri, à quo illa per æternam generationem acceperat, tribuere conſueverat. Ut cum dicebat Joan. 14. n. 10. *Pater in me manens, ipſe fecit opera,* &c. 7. n. 16. *Mea doctrina non eſt mea ſed ejus qui miſit me.* Ita etiam Ioannes, cognitionem rerum, quæ hoc volumine traduntur, ait, quod Chriſtus à Patre acceperit, ut divinam Chriſti ſcientiam per æternam originem à Patre acceptam indicaret.

Beda. Joan. 14. Joan. 7.

19. Tamen conſtans eſt omnium Patrum, ac Doctorum ſententia, quòd ſermo eſt hîc de Chriſto, ut homo eſt, ut dixi in expoſitione: nam ut Deus eſt, nihil poteſt ei dici revelari, quod optima ratione probat Viegas. Quamquam enim Chriſtus Dominus ut Deus eſt, ſcientiam rerum omnium à Patre habeat per ſuam generationem, hæc tamen cognitio nullo pacto Apocalypſis, ſive revelatio appellari poteſt: nam revelatio comparatione ejus, cui fit, eſt abſconditæ, & occultæ rei manifeſtatio: Chriſto autem ſecundum divinam naturam nihil potuit eſſe occultum, & abſconditum: quippe illi ut Deus convenit naturaliter evidens, & clara, tametſi à Patre accepta, cognitio.

Viegas. Chriſtus accipitur hic ut homo eſt.

20. *Quam dedit ei Deus*; ei ſcilicet Chriſto, ut homini, hanc dedit revelationem in primo inſtanti ſuæ Incarnationis. Sed dices: cur tandiu diſtulit, eam ſervis ſuis manifeſtare, ac palam facere, ſcilicet poſt paſſionem, mortémque atque adeo poſt ſuam in cœlum aſcenſionem? An quia tam ſublimis eſt hæc revelatio tantorum myſteriorum, ut tanquam præmium Chriſti Paſſioni tribueretur; & ut fructus ſeſſionis ejus ad dexteram Patris haberetur? An quia etiam ſervi illis his myſteriis excutiendis aptiores nunc inveniebantur?

Quare hæc revelatio poſt tantum tempus manifeſtatur.

21. Quæſtio tamen principaliter inquirit, cur in hac libri fronte, nomen Dei non ponitur prius; ſed antecedenter ad illud dicitur, Jeſus Chriſtus? ſic ſcribitur: *Apocalypſis Ieſu Chriſti, quam dedit illi Deus.* Nomen Dei, ſicut & Deus omnia dignitate antecellit; cur non etiam ordine? Cur non potiùs dicitur: Hæc eſt Apocalypſis, quam Deus dedit Jeſu Chriſto, non autem inverſo ordine? Rectè ſanè optimus ordo ſervatus eſt; nam ſæpè dictum eſt à nobis, quòd Chriſtus hîc ſumitur, prout homo eſt, cui Deus dedit Apocalypſim, ut eam manifeſtam faceret ſervis ſuis. Ordo ſemper ſervandus, ut ab humilioribus ad majora ac diviniora ſemper procedatur; non ab alto culmine, ſed à fundamento ædificium inchoatur, ut in ſublimem molem erigatur: ſic & Petrus noſtro Salvatori dixit: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi.* Matth. 16. n. 16. Primò vocat Chriſtum qui dicit naturam humanam in recto, deinde ad altiora progrediens filium Dei vivi appellat. Aretas Epiſcop. *Ab humilioribus*, ait, *incipiens diſpenſationem; ad ea proceſſit, quæ Deum magis decent; quemadmodum enim & Divinus Apoſtolus Petrus in ſua confeſſione, cum dixiſſet Chriſtus, mox ſubjunxit quod perfectiſſimum eſt, nempe Filius Dei, tanquam non potens Chriſti diſpenſationem dignis exprimere verbis: ita ergo, & hîc cum nomini Chriſti conjunxerit ſervis ſuis, divinitatem, quæ in Chriſto eſt, deſignavit.*

Ab humilioribus ad majora procedendum. Math. 16. Aretas.

22. Ultimo ad calcem hujus quæſtionis expende modum dicendi: *Quam dedit illi Deus* Cur potius non dicitur: Quam Deus dedit illi? ſic enim tam elegans, & nobilis eſſet oratio. Ad quid dicitur prius, dedit, deinde: Deus? ſic Deus eſt beneficus, ac liberalis in nos, ut ſuum nomen pronuntiari noluerit, beneficio non prius appoſito, ac oſtenſo. Scribens Moyſes mundi creationem, ait: *In principio creavit Deus Cœlum, & Terram.* Gen. 1. n. 1. Cur nomen Dei non apponitur, priuſquam verbum *creavit?* dicens, in principio Deus creavit Cœlum, & Terram? propoſitio tunc non eſſet obſcurior, aut inelegantior; verbum *creare*, operationem, ac eximium beneficium dicit: inde prius ponitur verbum, creare, quod actionem, & donum in nos collatum importat, quàm nomen Deus; quia ſic Deus otium abhorret, & delectatur beneficio in nos conceſſo, ut ſuum nomen publicari noluerit, niſi beneficio elargito, ac ſuis creaturis dato. D. Theophylactus Patriarch. Antioch. lib. 2. *Primò quidem ejus principium, & ejus creationem nominavit; deinde ipſum Deum poſuit: non enim eſt fas, Deum temerè, & otiosè, nullo opere ſubjecto nominare.*

Deus valde propenſus ad benefaciendum. Gen 1. Theophyl.

QUÆSTIO IV.

Quare hæc revelantur à Deo, ut palam fiant ſervis ſuis.

23. DIcitur Apocalypſis, ſeu revelatio Jeſu Chriſti, *quam dedit Deus illi palam facere.* Ad quid expreſsè dicitur, quòd hæc revelatio ſit à Deo, cùm enim ſit revelatio facta Jeſu Chriſto, à nullo alio poterat fieri, niſi à Deo; ad quid expreſsé dicitur, quod ab eo ſit facta, ut cognoſcamus quod omnis ſcriptura à Deo eſt, & quod Deus ſit Auctor totius Scripturæ. Ait Regius vates Pſalm. 48. n. 4. *Os meum loquetur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam* Et ſtatim ſubdit num. 46. *Inclinabo in parabolam aurem meam.* Meri o dubitabis, quomodo Propheta ſibi conſtet. Nam ſi os ad loquendum præparaverat, quo pacto nunc aures applicat ad audiendum? Si ſe Magiſtrum promiſerat: quomodo nunc ſe exhibet Auditorem? Non enim loquebatur, niſi quæ à Deo exaudiebat. D. Chryſoſtom. *Valdè, ait, prudenter*

Deus Scripturæ auctor. Pſalm. 44.

denter hoc fecit: ne quis exiſtimaret, eſſe humanum, quod dicitur: & ne haberet ſuſpectam ejus
Theod. *inventionem.* Similiter Theodoretus: *Vult*, inquit, *dicere, ſe nihil loqui proprium, ſed divinæ gratiæ inſtrumentum eſſe.*

24. D. Anton. Ad noſtram quæſtionem tamen reſpondet. Primò. D. Antoninus titul. 6. de Eccleſiaſt. militia cap. 1. part 1. hiſtor. *Ob inſuperabilem*, ait, *evangelizandi conſtantiam à Domitiano Imperatore relegatus in inſulam Pathmos, in quâ deſtitutus humanæ conſolationis conſortio, divinæ invenit allocutionis conſolationibus relevari.* Erat Ioannes in Inſula Pathmos, ubi ſæviſſima tyrannide crudeliſſimorum hominum degebat, omnique humano auxilio deſtitutus erat: tunc inviſitur per Angelum, eique defertur Apocalypſis clavis magnorum myſteriorum, quorum cognitione maximè recreatus eſt animus Ioannis, ubi enim humana deeſt conſolatio perſecutionem patientibus, citò adeſt divina. *Deſtitutus humanæ conſolationis conſortio, divinæ invenit allocutionis conſolationibus relevari.*

Cum deficiunt humana auxilia, adeſt divina conſolatio.

25. Gilbert. 2 ad Tim 3. Secundò Gilbertus Prolog. in Apocalypſ. *Omnes qui piè volunt vivere in Chriſto*, ait Apoſt. 2 ad Tim. 3. *perſecutionem patiuntur. Ne autem fideles in his deficiant, conſolatur eos Dominus, atque confirmat dicens, vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi; & nolite timere puſillus grex; propterea videns Deus Pater tribulationes, quas paſſura erat Eccleſia ab Apoſtolis fundata ſupra petram Chriſtum; ut minus timeant, diſpoſuit cum Filio, & Spiritu ſancto eas revelare, quanta ſcilicet, Eccleſia paſſa ſit in tempore primitivo, & nunc patiatur, & noviſſimis temporibus Antichriſti paſſura ſit, quando tanta erit tribulatio, ut ſi fieri poteſt, etiam moveantur electi. Et quæ pro his, & nunc in futuro præmia ſit ſuſceptura; ut quos denuntiata ſupplicia terrent, promiſſa præmia lætificent.* Revelantur hæc omnia à Deo, in quo magni labores, & perſecutiones Eccleſiæ denuntiantur, ne in illis ejus fideles deficiant: inde de eis ut futuris monentur; ne inopinatos nos apprehendant, ſcientes, quòd finem habituri ſint: agnitio finis in laboribus, magnum eorum eſt levamen. Vide tom. 5. in Evang. lib. 7. cap. 11 n 25. 26. Deinde quia, ſi in hoc libro denuntiantur multæ vexationes, ac diverſitates tyrannorum, etiam promittuntur magna præmia, quæ animos lætificant, & corroborant, *Ut quos denuntiata ſupplicia terrent, promiſſa præmia lætificent.*

Finis in laboribus levamen.

Si ſupplicia terrent; præmia lætificant

26. D. Ant. Tertiò D. Anton. tom. 1. p. hiſt. tit. 6. c. 1. *Ut ſpe divini adjutorii, & futuræ remunerationis ac malorum punitione, efficacius in adverſis roboremur.* Proponuntur in volumine iſto æterna ſupplicia, ac pœnæ in peccatores, ac malos inflictæ, ſimulque juſtorum conſolationes, ac præmia in cœleſti Hieruſalem, ut nos videntes juſtorum remunerationem, ac malorum punitionem in omni adverſitate maximè roboremur in omni juſtitia, & ſanctitate.

Cum boni præmiantur, & mali puniuntur, in juſtitia roboramur.

27. Primaſ. Quartò Primaſ. *Omnis res*, ait, *quæ temporaliter geritur, habet exordium, & curſum, & terminum: poſt exortum autem Eccleſiæ, quæ jam Apoſtolorum fuerat prædicatione fundata, revelari oportuerit, qualiter fuiſſet latius propaganda, vel quali etiam freti contenta, ut Prædicatores veritatis hujus cognitionis fiducia freti, indubitanter aggrederentur pauci multos, inermes armatos, humiles ſuperbos, &c.* Si Eccleſia tantis perſecutionibus erat vexanda, ſi tot viri illuſtriſſimi tantis cruciatibus torquendi, ad quid hæc, mandantur palam fieri? nonne hæc audientes decident? minimè, cum legant in hoc libro illis omnibus ſuperiores evaſuros, de illiſque tropheo, ac victoria ſublimandos; ſicque tanti triumphi agnitione, imbelles animabuntur ad quælibet difficillima toleranda ac ſuperanda

Victoriæ cognitio dat animum.

28 Quintò Aperiuntur juſtorum victoriæ, palmæ, ac etiam præmia eorum in cœleſti Hieruſalem; ſimulque iniquorum ſupplicia, mortes incendia, ac duriſſima tormenta tartarea, ut tantorum notitia maximè ad juſtitiam trahamur ſpes enim præmii, & ſupplicii metus, maximè homines in juſtitia ac virtute continent.

Spes præmii, & metus pœnæ, homines ad juſtitiam trahunt.

29. Matth. 13. Ait Chriſtus ſuis diſcipulis: *Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti.* Matt. 13 n 47. Valdè mirum, quòd Evangelica prædicatio ſagenæ comparatur, ut homines ad cœleſtes virtutes trahat, & ab infimo peccati pelago extrahat. In ſagena duo viſuntur funes; unus ſuperius ſupernatat; alius vero quaſi per ima reptat: Eiſque duobus funibus ſagena piſces capit, illis evacuans mare, & replens terram; ſed quonam miniſterio tanta eſt copia piſcium in ſagenâ? funibus nempè. Sic & ſagena, ſeu Evangelica prædicatio multas ad ſe trahit animas, aliis nempè duobus funibus, metu nempè pœnæ ſignificato in fune reptante per ima, ac ſpe præmii indicata in eo qui per ſublime fertur, ut ſic Dei ſagena his duobus funibus timoris, ac ſpei æternorum tota repleatur, & multos, ac innumeros ad ſe trahat. D. Paſchaſ. lib. 7. in Matth. *Trahitur*, ait, *hæc ſagena duobus connexa funibus per medium hoc mare; à ſummo uſque deorſum extenſa, ſurſum quidem ſpe ſuper omnes fluctus ſæculi vehementer erecta, & firmata; deorſum verò uſque ad ima timore divini judicii demerſa.* Vide lib. 4. in Eveng. cap. 22. num. 71. 72. 73.

Spes præmii ac ſupplicii metus, homines continent in virtute. D. Paſch.

QUÆSTIO V.

Quare hæc Myſteria revelantur à Deo ſervis ſuis?

30. Sicut Deus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ſic ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos: Cur ergo ſolùm ſervis ſuis vult Apocalypſim, ſeu hanc revelationem tantorum myſteriorum fieri manifeſtam? Merito ſanè; non enim ſancta danda ſunt canibus; nec myſteria iniquis aperienda, ne ea vel irrideant, vel contemnentes gravius puniantur. Rich. Victor. *Quibus ait, manifeſtari divina revelatio debeat, demonſtratur, cum ſubjungitur, ſervis ſuis; non ſuperbis Philoſophis, non incredulis Iudæis, non immundis Chriſtianis, non enim debent ſancta canibus dari, nec margaritæ ante porcos ſpargendæ; canes ſunt infideles, fidei ſacræ perſecutores, & ipſi oblatrantes; porci falſi Chriſtiani, fidem quidem quantum ad credulitatem habentes, ſed ſemetipſos vitiis more porcorum ſordidantes, iiſque ſacra myſteria ſunt celanda; illis propter cæcam nequitiam, iſtis propter vitam pollutam.*

Sacra myſteria improbis non aperienda Rich. Vict.

31. Secundò. Cur non ait, omnibus, ut major largitas

gitas ejus beneficentiæ diffuſa in omnes, quam in paucos denotaretur? Reſpondent Hugo, Caietan. *Servis ſuis hominibus*; nempe juxta illud D.Matt.12. n.25. *Confiteor tibi Pater, Domine cœli, & terræ abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & revelaſti ea parvulis.* Et optimè quidem humiles ſuæ vilitatis conſcii, cœleſtium myſteriorum fiunt participes. Ait Regius vates Pſal.73. n.5. *Poſuerunt ſigna ſua, ſigna & non cognoverunt.* Et quæ fuerunt hæc ſigna, quæ poſita homines obcæcarunt, ne poſſent cognoſcere? Explicat Hugo. *Signa ſua dicit, non Dei; ſed Dæmonum. Signum enim Dei, eſt humilitas.* Luc.12. n.12 *Hoc vobis ſignum; invenietis infantem involutum, & poſitum in præſepio.* Signum enim per quod invenitur, & habetur, eſt humilitas.

Hugo. Caiet. Matth. 12. *Humilis fit particeps Dei myſteriorum.* Pſalm. 73.

32. Ioan. 13.

De Chriſto D. ait Joan.13. n.4. *Surgit à Cœna, & ponit veſtimenta ſua, & cum accepiſſet linteum, præcinxit ſe. Deinde miſit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes diſcipulorum.* Myſteria maxime abſcondita celebraturus erat; & tamen hoc primum facit, ut ſe ad pedes diſcipulorum lavandos demittat. Cur Domine Sacram Euchariſtiam inſtituens tuorum pedes lavas? cur tam abditum, & occultum ſacramentum non magis explicas cùm optimè agnoſcas, quod à tuis pro ejus expanſione multa commentaria ſint edenda? Divinus Magiſter ſciebat, quod ſi diſcipuli in humilitate inſtruerentur, inde ampliſſima aperitura eſſet via, ad omnium myſteriorum agnoſcendam veritatem D.Bernard. tract. de gradibus humil. §. *interlucet*; ſic ait, *Tradebat diſcipulis humilitatis formam veritatis magiſter, quæ in primo gradu primum eis veritas innoteſceret.*

D. Bernard.

33. *Servus Dei nominari, maximus honor, maximaque conſolatio.*

Tertiò Multæ perſecutiones, & tyrannides hîc denuntiabantur; inde eos, ad quos Apocalypſis deſtinatur, ſervos vocat, ut hoc magno nomine ſervi Dei, habeant in omni labore levamen, cum videant, quod pro Domino ſuo patiantur: volebat David ædificare templum Domino: mandat ei Deus per Nathan, ut hanc curam deponat & ait Deus ad Nathan Prophetam: *Vade, & loquere ad ſervum meum David.* 2.Reg 7.n 5. Cur Deus Davidem non appellat amicum ſuum, vel Regem Iſraël; ſed ſervum ſuum? Certè hoc nomine, quidquid David infamiæ contraxerat pro non ædificando templo, facile eradendum erat; & quidquid triſtitiæ, ſeu doloris inde hauſerat, illico temperandum. Theodoret. ad hunc locum q.22. *Primum quidem, ait, eum delinit appellatione ſervitutis. Eſt autem ſummus honor, nominari ſervum Dei.* Eſt tantus hujus nominis ſplendor, ut omnes cujuſcumque triſtitiæ moleſtias abſtergat.

2. Reg 7. Theodor.

34. Daniel 6. Theodoret.

Danielem Rex Darius in lacum Leonum invitus incluſit; incluſumque ſic alloquitur: *Daniel ſerve Dei viventis.* Daniel 6 num.20. Ubi Theodor. *Ipſum non ſuum, ſed Dei ſervum appellat.* Et cur Rex ipſum non dicit ſervum ſuum, vel Prophetam vel Iſraëlitam; Credo, quia cùm Danielem concluſum inter Leones, inìqua, & indigna patientem conſolari vellet, & honorare; alium modum, quo id perficeret, non invenit aptiorem, quam Dei ſervum nuncupando.

QUÆSTIO VI.

Quare, cum multa, quæ hîc revelantur pertineant ad finem mundi; dicitur tamen hîc, quod oporteat fieri citò?

RAtionem litteralem jam dedi in expoſitione; dicitur fieri citò, quia multa, quæ hîc revelantur, citò fieri incipient: licet quamplurima ad noviſſima tempora, ad Antichriſtumque pertineant, erant tamen alia non ita longinqua; nam aliquæ fidelium perſecutiones, quæ hic revelantur, cœperunt ſub Trajano, qui poſt Nervam ſucceſſit Domitiano. S. Brunonius Aſtenſis ſic ait: *Paſſiones martyrum hic narrantur, quæ adhuc vivente Apoſtolo fieri cœperunt.* 35. S Brunon.

Secundò Aretas Capadociæ Epiſcopus. *Eventum eorum, quæ hic tractantur, brevi pollicetur eventurum, non vulgari modo, ſed metiens humana divinis, quorum collatione, etiam ea, quæ longiſſimo tempore, & poſt multos annorum milliarios eveniunt, tanquam dies heſterna, quæ præteriit, aut nocturna vigilia reputantur.* Similiter Andreas, Cæſar. Haymon. Ansbert Albert. Magn. Quæ in hoc libro narrantur in fine ſæculi evenient, utpote temporibus Antichriſti, quomodo ergo dicitur quòd oporteat ea fieri citò. Ideò tamen citò fieri dicimus ea, quæ in fine mundi eventura pronuntiantur, quia longiſſimum præſentis vitæ tempus æternitati comparatum, breviſſimum, ac momentaneum æſtimandum eſt. 36. Aretas. Andreas. Haymo. Ansbertus. Albert. *Largum hujus vitæ tempus, per comparationē ad æternitatem, breve.*

Tertiò Haymo: *Revelat, ait, Chriſtus Joanni, ideſt Eccleſiæ ſuæ, ut ea, quæ citò adveniunt, & ea quæ citò tranſeunt, ut dum ſe temporaliter cernit affligi, vel proſperari, cogitet brevitatē iſtius temporis, & quæ velociter tranſeunt gaudia, & tribulationes cum tempore, & quot velociter appropinquant, ſine fine manſura, ac per hoc nequaquam malorū proſperitatibus invideat, ſed potius in ſuis adverſitatibus gaudeat.* Ioannes dicit quod hæc eventura ſint, ut ex celeri brevitate hujus vitæ citò animentur juſti, ut teneant in laboribus tolerantiam & in bono, ac juſtitia perſeverantiā. 37. Haymo. *Ex fugacitate vitæ fideles in laboribus animantur.*

Quartò. Iterum premo eadem verba Haymon. *Ut ea quæ citò adveniunt, & ea, quæ citò tranſeunt.* Loquitur noſter Ioannes de multis rebus, quæ fuerunt, & erunt, uſque ad finem mundi: & tamen omnia ſub citiſſimi, ac breviſſimi temporis nomine claudit. Et non abs re, quia omnia hujus ſæculi breviſſime prætereunt, & tranſeunt, utque breviſſime tranſitura ſunt, cogitanda à nobis. Unde Chriſtus D revelans noſtro Ioanni ſuum ſecundum adventum ad finem mundi futurum ait: *Ecce venio velociter. Ecce venio citò.* Apoc 22 n 7. Ac ſi non longè abſit, quod in fine mundi futurum ſit; quod non uno verbo, ſed duplici explicat. *Velociter, citò.* Sic clamat Sophonias 1. n. 14. *Iuxta eſt dies Domini magnus, juxta eſt, & velox nimis.* 38. Haymon. *Summa brevitas hujus vitæ, eſt ſemper cogitanda.* Apoc. 22. Sophon.

Dives ille erat in lecto ſuo nocte; & ideo ei dicitur: *Stulte hac nocte animam tuam repetent à te.* Et dicebat ſecum: *Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos.* Luc.12.n.19 multos annos ſibi promittebat. Aliter mundiales illi dicebant: *Et nos nati continuò deſivimus eſſe.* Sap.5. n.13. 39. Luc. 12. Sap. 5.

Idem eſt naſci, ac mori. n.13. Quomodo ille tam longam vitã ſibi pollicitabatur hi verò tantam ejus brevitatem agnoſcunt? Dives erat obcæcatus tenebris noctium peccati; at verò mundiales erant in inferno poſiti, & ſuppliciis aperti ſunt oculi eorum, ut brevitatem hujus vitæ agnoſcerent, quod idem erat renaſci, ac mori; eſſe, ac deſinere.

40. D. Bern. Quintò, D. Bern. Sen. ſic ait: *Oportet, id eſt, quòd opem portet, quia tribulatio opem portat Divini auxilii, utilis exercitii, & cæleſtis ſtipendii.* Corroborat Joannes fideles, ut generosè perſecutiones perferant; & ad hoc ſubdit, *oportet fieri citò.* Expende, quod conjungit *oportet, & citò.* *Tribulatio ſecum habet opem auxilii Divini.* Neceſſarium eſt, ut hæ tribulationes citò fiant, non enim patitur Deus, ut ſui diù ſint in vexatione, ac afflictione, quandiu enim ibi ſunt cum eis adeſt Deus, opem & auxilium ferens, *quia tribulatio opem portat Divini auxilii.* Pſalm. 90. n.15. *Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum.*

41. Iſa. 27. Septuag. D. Ambr. *Homo cum impugnatur à Diabolo, Jeſum habet defenſorem.* At Iſaias juxta lectionem Septuag c.27. n 3, *Ego civitas munita, civitas quæ oppugnatur.* Simul ſuſtinet impugnationem, & accipit munitionem, impugnationem à diabolo & munitionem, ac defenſionem à Deo. De Ambr. lib. 6. Exameron. c.8. *Ego civitas munita,* ait, *ego civitas obſeſſa, munita per Chriſtum, obſeſſa per diabolum. Sed non debet obſidionem vereri, cui Chriſtus adjutor eſt; munitur enim ſpirituali gratia, & ſæcularibus periculis obſidetur.*

42. Eccleſ. 4. *Cum homo impugnatur, ſecum Deum habet.* Ait Eccleſ. 4 n 12. *Et ſi quiſpiam prævaluerit contra unum, duo reſiſtunt ei.* Si unus ſurgit in unum, quomodò duo reſiſtunt ei? quinam hi duo? homo ſcilicet, & Chriſtus; nunquam enim homo relinquitur ſolus in certamine adverſus diabolos, ſed ſemper ſocium, ac

D. Hieron. protectorem habet Jeſum. Ibi D Hieron. *Si adverſus hominem robuſtior in expugnando Diabolus ſteterit, ſtabit homo, ſtabit & Chriſtus pro homine; pro ſodali ſuo.*

QUÆSTIO VII.

Quare hæc non revelantur à Chriſto immediatè Joanni, ſed per miniſterium unius Angeli?

43. SUnt aliqui, qui nomine Angeli, hoc loco multos Angelos intelligi volunt; valdè enim frequenter in Scripturâ numerus ſingularis pro plurali ponitur; tum etiam quia in hoc libro multi Angeli introducunt loquentes cum Joanne. Tamen communis vox Interpretum eſt, quod unus erat Angelus, qui tanquam legatus miſſus eſt ad Joannem, ut hæc omnia diceret, ac referret.

44. *Quis Angelus.* Dan. 9. Luc. 1. Matth. 1. Quiſnam eſſet iſte Angelus res nobis omnino occulta, ac incerta: ſuſpicari poteſt, quod fuerit Gabriel, quia his valdè frequenter miſſus eſt, in his, quæ pertinent ad Chriſtum Ipſe apparuit Danieli 9. n. 21. & ipſe miſſus eſt ad Zachariam. Luc. 1. n. 19. & ad ſacratiſſimã Virginem Mariam. Ibidem n. 26. ipſe & ad Joſeph

D. Auguſt. D. Cypr. Euſeb. Luc. 2. Luc. 22. Virginis ſponſum, Matth. 1. n. 20. *Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph* Qui erat Gabriel, ut docent D. Aug. ſerm 14. de tempore D. Cyprian l. 2. contra Judæos Euſeb Gallican. in vigiliâ Nativitatis; & ipſe in ſacratiſſimâ Nativitatis nocte, miſſus eſt ad Paſtores. Luc. 2. n. 9. juxta Tertull. Cypr. & alios ut ibi citavi, tom. 1 & ipſe etiam juxta multos miſſus eſt in horto ad Chriſtum Luc 22. n. 43. Vide tom. 5. lib 8. cap. 2 q 16 n 141.

Quæſtio tamen principaliter inquirit Quare Joannes ait, quod hæc revelatio facta ſit ei per Angelum? Primò; & genuina ſolutio eſt; quia Deus ſolet per Angelos homines docere, & illuminare, infimi enim, ac inferiores per medios ac ſuperiores inſtruuntur. Hoc enim pertinet ad officium Angelorum qui ſunt Dei legati, ac adminiſtratorii ſpiritus in miniſterium miſſi. Hebr. 1. n. 14. Sicque Deus Iſaiam, Ierem. Ezechielem ac Danielem, alioſque Prophetas, ordinariè non immediatè per ſe ipſum, ſed per Angelos docuit, eiſque ſuas Prophetias revelavit, ac aperuit pro quo videndus eſt Cornel à Lapide procemio in Prophetas, q 1. Apocalypſim ergo hanc revelavit tota Trinitas Chriſto, ut homini; Chriſtus Angelo aperuit, Angelus Ioanni, Ioannes Eccleſiæ ſicut eam hic ſcribit. 45. *Deus infimos per medios, ac ſuperiores docet.* Eſdr. 1.

Secundò Aretas. *Per Angelum autem,* ait, *Divinum reſponſum ſervo ſuo Ioanni fit: qui ſervus conteſtatus eſt ſermonem Dei, ac teſtimonium ipſius. Hac dicendi figurâ, qua veritatem doctrinæ ſuæ adſtruit, in Evangeliis quoque uſus eſt, dicens;* hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibuit de hoc, & ſcripſit hæc, & ſcimus quia verum eſt teſtimonium ejus. Io. 21. n. 24. *Ut igitur in eo libro, ita & nunc inquit, quod teſtis eſt ejus, quod ſibi oſtenſum fuerat per revelationem ſibi dati à Chriſto teſtimonii.* Totus eſt Ioannes, ut ſuis ſcriptis ac dictis reconciliet auctoritatem; ſicut enim in Evangelio ait: *Scimus, quod verum eſt teſtimonium ejus,* & iterum *qui vidit teſtimonium perhibuit.* Ioan. 19. n. 35. ita etiam nunc adjudicandam veritatem tantarum revelationum, ait, quod per Angelum Dei acceperit. 46. Aretas. Joan. 12. *Ioannes indicat magnam auctoritatem hujus libri.* Joan. 19.

Tertiò. Idem Aretas, *Cum adjungit,* ait, *quod Chriſtus myſticam illam revelationem, nequaquam proprii oris oraculo, ſed tantùm per Angelum ſuum peregerit, quàm ſit veritatis tenax; adeoque amator ille, qui revelationem acceperat, inſinuavit.* Explicat Joannes quod hanc revelationem per Angelum acceperit, ne quis ſibi perſuaderet, ore ſuo Chriſtum hæc ei revelaſſe, quæ dicturus erat, magis volens veritati, ac ſinceritati hiſtoriæ conſulere, quàm ſuæ gloriæ, ac propriæ auctoritati. 47. Aretas. *Potius veritatis, quam propriæ auctoritati conſulendum.*

Quartò. Idem Aretas aliam rationem colligit ex his verbis: *Mittens per Angelum ſuum ſervo ſuo Ioanni.* Hac loquendi formâ uſus eſt Joannes, ut Chriſti divinitatem oſtenderet, cui videlicet, & Angeli famulantur, & ſancti ſerviunt; nam antea Ioannes locutus eſt de Chriſto ſecundùm humanitatem: *Apocalypſis Ieſu Chriſti, quam dedit illi Deus.* Ait illi, ut homini nempè, dedit Deus Pater. Nunc verò ejus divinitatem explicat: *Mittens per Angelum ſervum ſervo ſuo Ioanni,* cum ſe ejus ſervum, & Angelum famulum appellavit, quod propriè ad Divinitatem ſpectat 48. Aretas. *Chriſti Divinitas declaratur.*

Quintò D. Bernardinus Senenſis: *Nota,* ait, *quod Chriſtus Virgo Angelum Virginem Ioanni Virgini tranſmiſit.* Angelus, cum ſit totus ſpiritus, valdè virginitate eminet; hinc Angelus ad Ioannem mittitur, qui virginitate Angelum referebat. Inde non mirum, quod paſſim in hoc libro Angelos legas ad Ioannem delegatos, 49 D. Bern.

Ioannes virginitate veluti Angelus. Boſtr. Joannemque alloquutos. Sic Titus Boſtrenſis in cap 1 Luc. expendens, quod Angelus loquitur cum Zachariâ, Sacratiſſima Virgine, Joſeph, ac Paſtoribus, ait: *Deus & Dei Angelus non apparent promiſcuè hominibus, ſed iis, qui puro, caſtoque ſunt animo.*

50. Sextò Non revelantur hæc immediatè à Deo, ſed per Angeli miniſterium, ut excellens Joannis fideles, ac obedientia innoteſcat, qui tot, ac tanta credidit uni Dei miniſtro hæc aſſerenti, ac revelanti. Ad fugiendam Herodis iram Joſeph imperat Angelus. *Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum.* Matth. 2. Matth. 2. n. 13. Poſtquam Magi munera Domino obtulerunt: *Reſponſo accepto in ſomnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam.* Idem. Matth. 2. n 12. A quonam reſponſum acceperunt, dubitant Interpretes; D. Hieron. ab ipſo Domino, ait Hieronymus, & ſubdit: *Qui munera obtulerunt, à Domino conſequenter reſponſum accipiunt. Reſponſum autem non per Angelum, ſed per ipſum Dominum, ut meritorum Ioſeph privilegium demonſtraretur.* *Summa eſt obedientia, quæ non Domino, ſed Miniſtro præſtatur.* Difficile aſſertum, ſemper Joſeph Angeli divina mandata intimant, & exponunt: *Ioſeph, noli timere accipere Mariam conjugem tuam.* At Magi ab ipſo Domino admonentur, videbitur alicui, quod major honor exhibitus ſit Magis, dum à Domino præmonentur, quàm Joſeph dum ab Angelo inſtruitur? tamen in hoc micantius reſplendet virtus Joſeph: nam obedire Deo, dum Deus ipſemet loquitur, & ipſemet imperat, præclara obedientia eximiaque fides; at obtemperare divinis mandatis, dum per Miniſtrum imponuntur, totius obedientiæ ſumma, ac apex eſt. Hinc ergo maximè depromitur clara virtus, ac illuſtris Joſeph obedientia, indubiáque ejus fides, dum tanta alacritate mandata exequitur, non immediatè ex Domini juſſu, ut fecerunt Magi, ſed ex Miniſtro imperante, ac imponente; quia ubi minor eſt præcipientis auctoritas, majus eſt obtemperantis obſequium: *Reſponſum non per Angelum, ſed per ipſum Dominum, ut meritorum Ioſeph privilegium demonſtraretur.*

51. Cùm puer Samel dormiret in templo, vocat eum Dominus: Samuël, Samuel; qua voce percepta, cucurrit ad Heli, dicens. *Ecce ego, quia vocaſti me.* 1. Reg. 3. 1. Reg. 3 n. 5. Monet eum Heli, ſe non vocaſſe eum, & quod iterum ad cubile redeat; hoc fecit ſecundò, & tertiò. Si Deus vocabat eum, quomodo toties concurrit ad Heli? reſpondent communiter Expoſitores, quod Deus vocabat Samuëlem voce ſimili Heli; ſed cur Deus voce ſimili Heli excitat dormientē? cùm ſit commune aſſertum, quod quando Deus loquebatur cum Prophetis, divina virtute fiebat, ut dicta intelligerent, & ſimul agnoſcerent, vocem eſſe Dei loquentis, ac imperantis? Cur hoc non factum eſt cum Samuël: ſed voce ſimili Heli eum vocat? *Obſequi Miniſtro, exaggeratio eſt obedientiæ.* Ut conſummata pueri Samuëlis obedientia manifeſtaretur, dum tam promptè ſomnum interrumpit, & è cubili ſurgit, voce unius miniſtri totus excitatus; quod Deo vocanti tanta diligentia adeſſet, magna erat obedientia; at Heli imperio eâ promptitudine obſequi, exaggeratio obedientiæ erat. D. Greg. D. Gregor. *Ut vocans, ait, voce, dum Heli putatus eſt, oſtenderet, in quanto culmine virtutis ſtaret.*

QUÆSTIO VIII.

Quare ex omnibus Apoſtolis Joannes eligitur, ut tot, tantaque Myſteria ei revelentur?

Valde ſublimia Eccleſiæ hic panduntur arcana, quæ Joanni revelantur, ut ea 52.
ſcribat, ac Eccleſiæ tranſmittat; ex eo quod tam affabiliter à Verbo Divino tractatus eſt, ut ſupra ejus pectus recumberet, ſic mundatus purificatus ac illuſtratus eſt, ut tam ſublimem cognitionem capere dignatus ſit. Hæc eſt mens D. Laurentii Juſtin. ſer. de S. Joan. *Ad imaginem*, ait, *tam ſublimis, tamque profundæ veritatis, numquam attigiſſet, niſi tractatus à Verbo, didiciſſet ab eo incerta, & occulta Sapientiæ ejus; didicit, inquam, non ſolùm quæ ſempiternaliter ſunt, & humanis ſenſibus inveſtigabilia, verùm etiam multa quæ futura ſunt, id revelante Verbo, vas ſuum agnoſcens mundaverat, illuſtraverat. Iſto quippe Apoſtolo, Prophetarum nemo, de ſtatu militantis Eccleſiæ, de perſecutione ipſius, de noviſſimis temporibus, & de futura Sanctorum fœlicitate, lucidius vaticinatus eſt.* *Ioannis à Verbo tractatus, Vas puriſſimum invenitur ad tanta myſteria denuntianda.* Expende illud: *tractatus à Verbo.* Et iterum: *Vas ſuum mundaverat, ac illuſtraverat.*

Secundò Petrus Damian. ſerm. 2 de S. Joanne Evang. *Conſideremus*, ait, *dilectiſſimi, quantæ gloriæ magnus vir iſte credēdus eſt, qui per quodam adoptionis arcanæ myſterium filius virginis eſt, & Pater Salvatoris: hinc eſt, quod mentem ejus*, perpende verba: *Omnipotens Deus ad tantum puritatis, & myſticæ revelationis culmen evexit, ut non ſolùm ei ſtatum præſentem Eccleſiæ oſtenderet, ſed etiam quod futurum eſſet uſque in perpetuum, revelare, unde & ille nobilem ſuam ſcripſit Apocalypſim, quæ nimirum tantis cognoſcitur redundare myſteriis, ut tot videatur habere ſacramenta, quot verba: imò in verbis ſingulis multiplices latent ſenſus.* 53. Damian. Magnis prærogativis eminet Jonnes in Eccleſia, non ſolùm Apoſtolus in ſuis Epiſtolis Canonicis, non ſolùm Evangeliſta; imò ſupereminet aliis in Evangelio ſcribendo; ſed etiam Propheta in Apocalypſi habetur, unde ille ad tam ſublimem tantorum myſteriorum cognitionem, ac revelationem, elevatus eſt? *Ex eo quod Ioannes filius Virginis adoptivus ſit, tantum cognitionem habuit.* Chriſtus pendens in cruce eum matri ſuæ dedit in filium: *Mulier, ecce filius tuus.* Joan. 19. Joan. 19. Ex eo, quod virginis filius adoptivus ſit, inde tam ſublimem rerum agnitionem hauſit: *Filius Virginis; hinc eſt, quod mentem ejus omnipotens Deus ad tantum revelationis culmen evexit.*

54. D. Auguſt. Tertiò D. Auguſt. in Joannem. *Ideo*, ait, *Chriſtus Joannem ſibi adhærere voluit, quaſi ad confortationē ſuæ ſponſæ*, Eccleſiæ nempè: In hoc Apocalypſeos libro, multæ juſtorum perſecutiones ac tribulationes narrantur; diſponit ergo Deus, & ordinat, ut tantæ adverſitates Joanni revelentur, ab eoque toti Eccleſiæ proponantur, cujus tanta erat ſuavitas, lenitas, ac affabilitas ut dum talia, à Joannis ore referuntur, ac manu ſcribuntur, leviora, ſuaviora ac tolerabiliora fiant. *Labores dicti à Ioanne ſuaves reddebantur.* Vide to 5. in Evang. l. 6. c. 8. n. 56. 59. & 6.

Quartò, Joanni præ omnibus aliis Apoſtolis, 55.
tam

Joanni amico intimo revelat Deus ſua ſecreta. tam abdita ſecreta, ac ſublimia myſteria deteguntur à Chriſto; ipſe ſpeciali dilectionis prærogativa à Chriſto proſequebatur, ut per Antonomaſiam Chriſti dilectus diceretur *Diſcipulus, quem diligebat Jeſus*; inde benè infertur ratio, ob quam ad tam alta ſecreta fuerit admiſſus; ad verum amicum ſpectat, ſui cordis ſecreta fideliſſimo amico detegere, ac aperire, nihilque occultum retinere, quod ei manifeſtum non faciat. Hanc amicitiæ legem inculcat

Caſſiod. Caſſiodorus lib. de amicitiâ, de amici dilectione agens; *Cum talem*, ait, *eſſe oporteat, cui cor tuum, & omnia cordis tui arcana committas; prius eſt eligendus, deinde probandus.*

56. D. Anſelm. Quintò D. Anſelmus. *Meritò*, ait, *Chriſtus Joanni tanta revelavit, qui præcellebat omnibus privilegio caſtitatis, & qui gratia Dei interpretatur, quia bona omnia, quæ agebat, divinæ gratiæ adſcribebat, atque omnia tormenta æquanimiter levabat.* Cur Joanni tantum munus ſcribendæ

Joanni grato ac virgini tot myſteria revelantur. Apocalypſeos imponitur, cum ille in Inſulâ Pathmos exularet, nonne ſufficiebat, quod ipſe Evangelium ſcriberet? Nonne multi alii erant diſcipuli eximiæ ſanctitatis ad tam magnam provinciam agendam? cur ergo Joannes ad tantum opus aſſumitur? Multiplicem rationem reddit Anſelmus, quia multum gratus erat in beneficiis acceptis quia omnia bona, quæ agebat, Dei gratiæ referebat. Et quia valde generosè omnia adverſa ſuſtinebat: *Omnia tormeta æquanimiter levabat.* Et quia Virgo erat, *qui præcelle-*

Beda. D. Paulin. *bat omnibus privilegio caſtitatis* Virginibus, & puris maximè cœleſtia arcana revelantur. Beda *Servo ſuo Joanni*, ait, *ut per Joannem qui ſingularis privilegio caſtitatis, hæc præ cæteris cernere meruit, eadem omnibus ſuis palam faceret ſervis.* Nam ut rectè ait D. Paul. in Epiſt. 33. *Quantò quis caſtior moribus, tantò vivacior ſenſibus.*

57. *Joannes quia virgo, ad divina evolat.* Valdè mirum, quòd tres Evangeliſtæ Matthæus, Marcus & Lucas, de Chriſto Domino tradunt ea, quæ ad hominem pertinent: Joanni tamen reſervatur peculiariter ut de paterno ſinu hauriat ea, quæ ad ejus Divinitatem ſpectant: *In principio erat Verbum, & Verbum erat*

Joan. 1. *apud Deum.* Joan. 1. n. 1. Ejus eximia Virginitas, ac ſingularis puritas tantum donum promeruit, ut auctiorem mentis viſum haberet ad altiora

Rupert. penetranda. Rupertus in Prologo ad ejus Evangelium: *Omnes carnalium ſordes*, ait, *affectuum à cordis oculis abſtergendæ ſunt iis, qui in Chriſti ſchola venerabilibus ſtudent literis, ut hanc aliquatenus Aquilam proſequi valeant; quam cordis juvit munditia, ut claritatem Solis æterni plus cæteris divinæ viſionis Animalibus, irreverberata poſſet mentis acie contemplari.* Expende illud, *quam cordis juvit munditia.*

58. 2. Cor. 6. *A Caſtitate ad ſcientiam fit acceſſus.* Maximè exorat Apoſtolus Paulus ſuos diſcipulos ad virtutem, ac ſanctitatem amplectendam? atque illis, ut ſicut Dei miniſtros, ſe habeant, *in caſtitate, in ſcientiâ.* 2. Corinth. 6. n. 6. Maxime expendendus eſt nexus verborum Apoſtoli: *in caſtitate, in ſcientiâ.* Quis non videt, caſtitatis priorem, deinde Sapientiæ locum poſteriorem eſſe, ut ſit evidens, quod de caſtitate, ac puritate fit acceſſus ad ſcientiam, at

Caſſian. intelligentiam. Sic habes apud Caſſian. collat. 14. c. 16 *In quâ*, ait, *virtutum conjugatione evidentiſſimè nos voluit erudire, de Caſtitate ad ſcientiam pervenire.*

QUÆSTIO IX.

Quare Joannes in hoc ſuo libro ponit nomen ſuum, cum Moyſes in ſuis libris illud tacuerit?

Valde mirum, quod Joannes hic in hoc libro, & n. 4. ac 9. exprimat ſuum nomen, 59. *Quare Joannes hic ponit ſuum nomen, Cum Moyſes in libris illud tacuerit.*
cùm tamen illud ſubticuerit Moyſes in libris, quos ſcripſit. Quænam major ratio? ea eſt, quia Moyſes per proprias manus tradebat libros ſuis, ſuoque populo, qui ſecum erat; at Joannes mittebat Apocalypſim ad abſentes, quos fortaſſe non noverat, ne erga eos liber in contemptum abiret, ſed magnam fidem compararet, Joannis nomine fuit liber muniendus, ac cuſtodiendus: hanc rationem aſſignat D. Chryſoſtom. quare cum Moyſes non appoſuerit proprium nomen in ſuis libris, illud communiter affingit Paulus in majori numero ſuarum Epiſtolarum. Ita ait S. Doctor. homil. 1. in cap. 1. ad Romanos. D. Chryſ. *Moyſes in quinque libris à ſe ſcriptis nuſquam nomen ſuum addidit, neque qui illum ſubſecuti, qui poſt illum geſta ſcripſerunt; at Paulus ubique Epiſtolarum ſuarum nomen ſuum proponit.* Rationem aſſignat: *Quid ita? quod illi quidem præſentibus ſcribebat, ac illis ſupervacanea erat præſentiæ ſuæ declaratio; hic autem è longinquo litteras mittebat, & ſub epiſtolari; ideoque neceſſaria erat nominis additio.*

Deinde Joannes hunc librum mittebat ad Epiſcopos Aſiæ, & nomen præclari viri Auctoris in titulo libri, multum ei auctoritatis, ac æſtimationis confert. Dicitur *Canticum Canticorum Salomonis.* Cur hic peculiariter ponitur nomen Salomonis, ut Auctoris libri, cùm ſimilis titulus non legatur in libro ſapientiæ? Præclarè D. Greg. Nyſſen. homil. 1. 60. Cantic. 1. *Ex nomine Auctoris nobilitatur liber.* D. Nyſſen. *Non otiosè mihi videtur*, ait, *liber hic ex inſcriptione Salomoni eſſe attributus; ſed ut lectores cogitent, magnum ſibi quoddam, & divinum in iis, quæ dicuntur, expectandum eſſe: nam cum in ſummâ ſit admiratione ſapientiæ, atque doctrinæ apud omnes Salomon Rex, propter id quod divinitus de ipſo proditum eſt teſtimonium, idcirco ſtatim ab ejus exordiis nominis ejus ſit mentio, ut lectores ingens quiddam, & dignum Salomonis exiſtimatione & gloriâ de hoc libro ſperent.* Quod ego idem dico de Joannis nomine in hoc libro ſcripto, qui ſemper magna, & alta eructabat. Hac etiam mente D. Paulus nomen ſuum ſcribit in Epiſt. 1. ad Rom. ut ait D. Anſelmus ibi: 1. Rom. D. Anſelm. *Nomen ſuum celebre, & omnibus cognitum proponit, ut Romani, audito tanti viri nomine, attendant, quid eis perſuadere vellet, quid dignetur præcipere, ut ad audiendum ſollicìti, & ad obediendum exiſtant prompti.* Quod ego idem dico de Epiſcopis Aſiæ, ad quos Joannes.

QUÆSTIO X.

Quare Ioannes, dum magna Myſteria ei hic aperiuntur, ſe dicit Chriſti ſervum, cum illos, quibus Dominus ſua ſecreta revelaverat, non ſervos, ſed amicos dicat?

61. QUæſtio tamen principaliter inquirit: Quare Joannes, quando altiſſima Secreta ei revelantur à Chriſto, ſe dicit ejus ſervum, *mittens per Angelum ſuum ſervo ſuo Joanni*, cum tamen Chriſtus, quando aperit ſuis Apoſtolis abdita myſteria, eos non ſervos, ſed amicos vocet: *Jam non dicam*, ait, *vos ſervos, quia ſervus neſcit quid faciat Dominus ejus. Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæcumque*
Joan 15. *audivi à Patre meo, nota feci vobis* Joan. 15. n. 15.

62. *Sacri Scriptores ſpiritu Dei afflati loquuntur.* Job. 1. Ansbert.

Reſpondeo primò, & expendo modum loquendi: *Servo ſuo Joanni*. Quia nimirum ſacri Scriptores, à ſe quodammodo abeuntes, mente in Deum migrant, & Divini Spiritus afflatu ſenſuq; loquuntur: imò & verbis prolatis. Ansb. in præſenti, ſic ait: *Joannes, tanquam de alio loquitur, dicens*, ſignificavit mittens per Angelum ſuum ſervo Joanni. *Quis non conſideret, morem eſſe ſanctorum Scripturarum. Hinc eſt enim, quod de Moyſe ait*: Erat Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes, qui morabantur in terrâ. *Hinc probatiſſimus Job dicit*: Vir erat in terrâ Hus, nomine Job & erat vir ille ſimplex, & rectus, ac timens Deum. *Hinc etiam idem Joannes, cujus eſt hæc revelatio in Evangelio ſuo loquitur, dicens*: Diſcipulus ille, quem diligebat Jeſus. *In quibus ſcilicet verbis, atque ſententia, patienter intelligi datur, quia Scriptores ſacri eloquii non à ſe loquuntur, ſed ab illo, qui de eis teſtimonium perhibere videtur, à ſummo videlicet, atque omnia vivificante ſpiritu cujus opus eſt, loqui per os omnium Prophetarum.*

63. *Servus paratiſſimus ſit ad omnia Domini ſui mandata.*

Secundò Joannes Romæ miſſus eſt in ferventis olei dolium: Deinde in Pathmos inſula relegatus, dura, ac ſæva tyrannide oppreſſus, manifeſtatur ei hujus Apocalypſeos revelationes à Deo, in qua multæ declarabantur ſuorum perſecutiones, ac adverſitates, quæ mandantur ei denuntiare univerſæ Eccleſiæ; ſimulque increpare, ac arguere Epiſcopos totius Aſiæ, & Principes ac Magnates, jugum valdè durum eſt, inde ſervus Dei nuncupatur, quia ad ſervũ pertinet non ſui arbitrio, ſed Domini nutu regi; ac gubernari ad omnia, quæ ei mandaverit ſive
Salvian. lenia ſive aſpera Salvian. l. 3. de providentia, ac gubernatione Dei: *Nulli ſervorum licet ex iis, quæ Dominus ſuus imperat, eligere pro arbitrio & inſolentiſſima abuſione, quod placuerit aſſumere, quod diſplicuerit, repudiare; ſed quæ Domini paraverint faciendo, faciant.* Vocatus Samuel cucurrit ad Heli ſemel, iterum, ac tertiò, dicens, *Ecce ego, vocaſti enim me.* Cum Heli intelligeret, puerum à Domino vocatum: ait ei *Vade, & dormi, & ſi deinceps vocaverit te, dices, loquere,*
1. Reg. 3. *Domine, quia audis ſervus tuus* 1. Reg 3. n. 9. Cur non inſtruitur puer, ut Domino dicat, ſicut dixit Heli: *Ecce ego*, ſed mutato ſtylo *loquere, audit ſervus tuus*? Servum ſe dicit, ut ſuam erga Dominum in omnibus promptitudinem declaret. D. Iſid. *Peculiari modo*, ait, *aut ſervus tuus, in cunctis tibi obediens, & in nullo recuſans.* D. Iſidor.

Tertiò. In exordio ſui libri præclariſſima epitheta de ſe Joannes poterat evulgare, illis tamẽ omiſſis ſolum ſe ſervum Dei nuncupat, ac ſi hoc nomine nihil præclarius; & illuſtrius ſit. Doctor gentium præſertim in Epiſtola ad Roman ait: *Paulus ſervus Ieſu Chriſti*; hoc ſanè conſilio, ut illuſtriſſimo populo illuſtriſſimum titulum proponeret, ne Romanorum factus ex contemptibili Doctore, doctrinam contemneret; ſed potius ex Doctoris excellentiâ, doctrinæ excellentiam, ac ſublimitatem inferret. D. Chryſoſt. hom. 8. ad Epheſ. *Paulus*, inquit, *cum ſcriberet urbi adeo magnæ, orbis videlicet Dominum gerenti & de magnis dignitatibus glorianti; tanquam quod ad illius dignitatem reſponderet, imò & quod multò eſſet majus comparabiliter, & Conſulatum excederet, & regnum, & orbis principatum; hoc poſuit, nempe, Paulus ſervus Jeſu Chriſti.* Ac ſi ex hujus tituli ſplendore illâ vanâ Romanorum jactantiâ deprimeretur. Sic & Jacobus in ſuâ Epiſtolâ exorſus eſt: *Iacobus Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſervus.* Jacob. 1 n. 1. ab hoc titulo ſuam maximè dignitatem commendat Didymus: *Sicut mortales, ait, gloriam hominum appetentes, in ſuis conſcriptionibus, dignitates, quas putant habere, præponunt; ita Sancti viri in Epiſtolis, quas ſcribunt ad Eccleſias, principaliter proferunt, ſe ſervos eſſe Domini noſtri Ieſu Chriſti, æſtimantes, hanc appellationem ſuper regna totius mundi conſiſtere.* 64.

Rom. 1. *Nil ſplendidius nomine ſervi Dei.* D. Chryſ. Jacob. 1. Didym.

Quartò Carthuſianus: *Ioannis commendatur humilitas quod ſe Chriſti ſervum potius quàm Apoſtolum vocat.* Valde mirum, Chriſtus illis, quibus communicat ſua ſecreta, non ſervos, ſed amicos dicit: cur ergo Joannes, dum tot ac tanta myſteria ei aperiuntur, ſe ſervum vocat; cur non potius Apoſtolum, Evangeliſtam, Theologum, ſeu diſcipulum, quem diligebat Jeſus, ut his excluderetur omnis difficultas, ne quis dubitaret, quod hic liber legitima ejus eſſet proles; cum erga eum tanta dilectionis ſigna hîc exhibeantur, ut ad tantam rerum cognitionem elevetur? Se tamen ſervum vocat, ac dicit; ea eſt juſtorum conditio, quò magis evehuntur, eò magis ſe ipſos humiliant, ac dejiciunt. 65. Carth.

Iuſtus quo magis exaltatur, eo magis humiliatur.

Tanquam cum intimo, ac ſingulari amico, ut eſt communis Patrum ſententia, loquebatur Deus cum Abrahamo; abditum ſecretum de ſubverſione Sodomæ ei aperiens dicebat, *Num celare potero Abraham quæ geſturus ſum?* & tamen in eodem colloquio cum Domino, ſe terram, & lutum profitetur: *Loquar ad Dominum meum, cum ſim pulvis, & cinis.* Gen. 18. n. 27. quod rectè expendit D. Chryſ. in c. 1. Iſai ad illa verba: Væ mihi, quia tacui: Sic ait: *Tales ſunt omnes Sancti, ſi quando quopiam cumulatiori potiuntur honore, tunc demiſſius ſe dejiciunt; ad hunc modum ſe geſſit Abraham, ſermonem enim faciens cum Deo, ſe vocabat terram, & cinerem.* 66.

Geneſ. 18. *Iuſtus exaltatus humiliatur.* D. Chryſ.

Tres pueri in fornace Babylonicâ incluſi ad divinas laudes invitant omnes creaturas, etiam valde humiles, ut gelu, frigus, terram, & omnia animãtia, tam terreſtria, quam aquatilia; ſe quoque eidem choro, omnium tamẽ ultimos ac noviſſimos, addiderunt, dicentes: *Benedicite Anania, Azaria, Miſaël Domino*: Dan. 3. n. 88 Cur non potius omnium primi ad hanc harmoniã prævolarunt? Videbant ipſi, quod creaturæ tam 67. Daniel 3.

cœleſtes

Iuſtus quantò magis exaltatur, tantò magis humiliatur.

cœleſtes quam terreſtres, eis inſerviebant, Angelus deſcendit de cœlo, & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem. Ibidem n 49. Ignis eos non tetigit; tenuis aura recreabat in medio fornacis, ſupra totius naturæ curſum: quomodo ergo cuncta etiam abjectiſſima ſibi ipſis præferunt; Quantò magis juſti; naturâ admirante, ſuper univerſa erant elevati, tanto ſe omnibus inferiores, & abjectiores agnoſcebant; inde in hoc choro ſibi ultimum aſſignant locum. Teodor. orat. 3. ad hunc locum. *Quia*, ait, *ſe ipſeos ultimos eorum omnium, quæ creata ſunt, exiſtimabant, & omnium hominum abjectiſſimos.*

Theod.

Apoc. 1. *n.* 2. Qui teſtimonium perhibuit verbo Dei, & teſtimonium Jeſu Chriſti, quæcumque vidit.

Verſ. 3. Beatus qui legit, & audit verba Prophetiæ hujus, & ſervat ea, quæ in ea ſcripta ſunt: tempus enim prope eſt.

VERSIONES.

Arab. v. 2. Qui teſtimonium reddidit de verbo Dei, & teſtimonio Jeſu Chriſti, & de his, quæ vidit oculatim, quæ ſunt modò, & quæ futura ſunt poſteà.

Tygur. Vatabl. Qui teſtificatus eſt ſermonem Dei.

Marc. ex Græco. Teſtimonium perhibuit de Verbo Dei, & de teſtimonio Jeſu Chriſti, & de omnibus, quæ vidit.

Oecumenic. Vidit, & quæcumque audivit, & quæ oportet fieri poſt hæc.

Andreas Cæſ. Vidit quæcumque ſunt

Aretas anes. Modò, & quæ futura ſunt poſteà.

Arab. verſ. 3. Beati qui legunt, & audiunt verba hujus Prophetiæ; quique ſervant quod in eâ ſcriptum eſt de hoc mundo caduco, tempus enim jam proximum eſt.

Syriacus. Beatus qui legit, & illi qui audiunt ſermones.

Arias. Beatus legens, & audiens ſermones.

Aretas. Opportunitas prope eſt.

EXPOSITIO II.

58. Tigurina. Vatablus.

QUi, ſcilicet Joannes, *teſtimonium perhibuit Verbo Dei*, ſeu de Verbo Dei, & teſtimonio Jeſu Chriſti: Seu ut legunt Tygurina, Vatablus, *teſtificatus eſt Verbum Dei.* Quid intelligatur hîc per Verbum Dei, dubitatur. Viegas, Ribeira explicant de Verbo æterno Dei, cujus divinitatem Joannes ubique prædicavit. Alcazar, Cornelius, per Verbum Dei intelligunt doctrinam Evangelicam à Deo revelatam, ut eſt omnis ſcriptura, & hæc doctrina Dei in præſenti, non eſt aliud, quam teſtimonium Jeſu Chriſti.

Viegas. Ribeira.

69. Tertiò magis rem explicantes Menochius, Tirinus, ſic exponunt *Qui*, ſcilicet Joannes ab Angelo inſtructus de *Verbo Dei*, ideſt, de mandato, doctrinâ, ſermone, nomine Dei, & Chriſti ſibi prolato *Et teſtimonium Jeſu Chriſti*; Quod ſcilicet Verbum Dei ſibi factum, teſtimonium erat Jeſu Chriſti, quod nempè tale verbum ei revelatum fuerat à Patre in primo inſtanti ſuæ Incarnationis, ut dixi Expoſition. 1. & à Deo, ac Chriſto ad Joannem tranſmiſſum eſt per Angelum, nomine Dei, & Chriſti denuntiantem ei *quæcumque vidit*, ut toto hoc libro ſcripſit. Hæc expoſitio mihi magis arridet, quia tota mens Joannis hoc loco eſt, ut magnam fidem, ac auctoritatem erga omnes huic libro conciliet, & ideò ait, *quæcumque vidit*, quod refertur ad viſionem Apocalypſeos, ut ait Cornel. hoc loco, & hac intentione ſubdit Apoſtolus, *Beatus qui legit.*

70. *Beatus qui legit*, ac ſi dicat, magnopere expèdit ea quæ hîc traduntur legere, audire, ſeu cognoſcere, ac ſervare ea: *Beatus qui legit.* Beatitudo hîc accipitur pro non conſummata beatitudine, ſed pro viâ & medio ad beatitudinem, ut accipit Chriſtus Matth 5 n. 3 *Beati pauperes*; Beati *qui lugent* Et additur; *& audit*: non dixit, audit, pro obedit ut vult Aretas. ſed pro germano ſignificato verbo audiendi. Ut Luc 11. *Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.* Et quoniam omnes legere non poterant, ſed eruditiores, oportuit addere, *& audit.* Et quia multò plures audiunt quàm legunt, habetur in Græco, audiunt in plurali. *Beatus qui legit, & qui audiunt verba Prophetiæ. & ſervant.* Et dicitur ſervant ea tum exequendo, qualia ſunt monita, quæ dantur Epiſcopis & Eccleſiis Aſiæ c. 2. & 3. tum etiam ea memoriâ retinendo, & ſervando, ut illi ad Dei obſequium, patientiam, ac martyrium excitentur, qualia ſunt, quæ recenſentur à cap. 4 uſque ad finem.

Matth. 5. Luc. 11.

71. *Tempus enim prope eſt.* Pro tempus in Græco eſt opportunitas, ſeu occaſio, ut vult Ribeira quaſi dicat: Beatus qui hanc Prophetiam legit, & ſervat, quia propè eſt tempus, & opportunitas ubertim fructum ex eâ capiendi; inſtat enim occaſio promerendi beatitudinem, ac coronas æternas in cœlis, per obſervationem divinorum mandatorum, ac martyrium pro Chriſto.

Hucuſque titulus eſt Apocalypſeos; ſequitur Epiſtola Dedicatoria.

QUÆSTIO XI.

Quàm illuſtre teſtimonium de Verbo præbuerit Joannes?

72. QUi teſtimonium perhibuit de Verbo Dei. Hoc eſt, Joannes dat teſtimonium de ſermone, doctrina, ac revelatione ſibi tranſmiſſa

tranſmiſſa per Angelum nomine Dei, ac Chriſti, ut dixi in Expoſitione, & eſt verus, ac legitimus ſenſus.

73. D. Ambroſ. D. Bruno. Rupert. Ansbertus. Joan. 1. Tamen pro amplificanda doctrina non prætermittam, quod graviſſimi Patres, ut D. Ambr. D. Brunonius Aſtenſis, Rupertus. Ansbertus, & multi alii, qui hoc intelligunt de illuſtriſſimo Divinitatis teſtimonio, quod Joannes intonuit dicens: *In principio erat Verbum*, & ſi hoc intelligatur de eo quod Joannes ſcripſit in ſuo Evangelio, ſuſtineri non poteſt: nam Joannes poſt ſcriptam Apocalypſim litteris commendavit ſuum Evangelium, ut cum communi ſententia dixi q. 5. procemiali, n 43. ſi autem intelligatur de teſtimonio, quod Joannes prædicando dabat de Chriſti Divinitate ob quod in ferventis olei dolium conjectus eſt, & in Pathmos inſulam relegatus, tunc eſt probabilior interpretatio.

74. D. Auguſt. *Joannis teſtimonium ſublime ſuper omnia, & etiam ſuper ipſum Joannem.* Valde aliud, & ſublime eſt hoc Divinitatis teſtimonium, quod Joannes de Chriſto profert. Unde ait D. Auguſtinus tract. 20. in Joannem: *Joannes Evangeliſta tranſcendit carnem, tranſcendit omnes ſpiritus, qui non videntur, tranſcendit mentem ſuam, ratione animi ſui. Tranſcendens iſta omnia, ſupra ſe fundens animam ſuam, quò perveuit? Quid vidit? In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.* Quid nobilius ac illuſtrius? non ſolùm ſuper omnes creaturas evolavit, ſed etiam ſuper ſe ipſum, *tranſcendit mentem ſuam.* Et iterum, *ſuper ſe fundens animam ſuam.* Vidit quatuor Animalia, Ezech. 1. n. 10. & ait: *Facies autem Aquilæ deſuper ipſorum quatuor.* Unum animal ex quatuor erat Aquila: Quomodo ergo ſupra ipſam? tam ſublimis fuit Ioannis volatus, ut ſe ipſum tranſcenderet, ſuperque ſeipſum evolaverit, ut ex D. Gregorio dixit tom. 5. in Evang. lib 9 c. 8. quæſt. 8 n. 48.

Ezech. 1.

75. Marc. 3. *Ioannis teſtimonium intonat, & radiat ſuper omnem conditionem.* De Ioanne, ac fratre ait D. Marc. 3. n. 17. *Vocavit eos Boanerges, quod eſt Filius tonitrui.*

Tonitrus ex congelatione terrena gignitur, è nube ruptâ ſolvitur, & valdè ſublimè radiis coruſcantibus ſuper omnem humanam conditionem ſtrepit: ſic Ioannes ex terrenâ origine genitus ſuper omnem humanam conditionem valdè ſublimè, ac mirabiliter, radiis, ac ſpendoribus divinæ generationis nobis annuntiatis, intonat per totum mundum. Elias Cretenſ. orat. 24. Naziana. n. 20. *Ob Theologiæ cœleſtem*, ait, *quandam ſublimitatem, tonitrui filium in Evangelio nominavit Dominus, cum quo ſcilicet hunc, ut tonet, adhortatur, nihil humile de Deo ſonans, ſed altum, ac ſublime, Deum nempe, ac Deum verum ex Patre Verbum illud agnoſcens.*

76. Damian. Unde ait Cardinalis Petrus Damianus ſerm. 64. *Redemptor noſter*, ait, *dilectum ſibi ſpeciali prærogativa diſcipulum ad declarandam ſuæ Divinitatis eſſentiam, quoddam quaſi organum, fecit.* Res mira! Divinitas non actus corporis eſt, non organicis diſtenditur ſenſoriis, nullis intercluditur ad officia carnis ambagibus; id animæ proprium eſt, quæ actus corporis organici diffinitur. Quomodo ergo Deitas, quod ſuprema natura recuſat, corporeum Ioannis organum ambit? Anima cùm ſit actus corporis organici, per corporis organa ſuas operationes exercet, ac vitales functiones oſtendit, & declarat: *Sua Divinitatis eſſentiam quoddam quaſi organum fecit.* Ac ſic aliquali modo dicam, pro animâ, organi corporis actu, Deitas Ioanni veluti infundebatur lumine ſuo, & per Ioannem miras operationes edidit, ita ut Ioannes diceretur diſcipulus Chriſti dilectus, per Ioannemque declaravit, manifeſtavit, ac oſtendit ſuam ſublimitatem, celſitudinem, ac fœcunditatem, & æternitatem, cum ipſe intonuit: *In principio erat Verbum, &c.*

Ioannes organum Divinitatis.

77. Dices: Ioannis teſtimonium de Divinitate, quamvis illuſtriſſimum ſit, non eſt tamen ſingulare: nam etiam Petrus à Divino Spiritu illuſtratus dixit: *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi.* Matth. 16. n. 16. An hoc Apoſtolicæ petræ proprium eſt? Imò & Marthæ commune fuit, quæ dixit: *Tu es Filius Dei vivi.* Joan. 11. n. 27. At quod Joannes protulit teſtimonium: *In principio era Verbum.* Nullius unquam linguæ commiſſum, ſingulariter Joanni reſervatum, ac conceſſum eſt, ſolus ille Divinam Chriſti generationem ſcripſit, ut Cerinthum, Thionem, ac alios hæreticos refutaret: ſolus ille clariſſimè Chriſtum Dei Verbum appellat, ad maximè explicandam ejus divinam generationes per intellectus actum. Idem Damianus citato loco *Planè*, ait, *quod uterque diſcipulus protulit de ſacramento Dominica fidei, quamquam profundiſſimum ſit, atque omnino divinum, nec videatur in excellentia dignitate diverſum, quod eodem eſt ſpiritu dictante prolatum: illud tamen Beati Ioannis ſingularitatis locum ſibi vendicare conſpicitur, quia nec ante illum, nec poſt illum, hoc idem ſcripſiſſe aliquis invenitur; nam illam B. Petri Apoſtoli ſententiam, & Mariam ſororem Lazari eiſdem ferè verbis legimus protuliſſe.*

Matth. 16. Joan. 11. *Ioannis teſtimonium valde ſingulare.* Damian.

Quæstio XII.

Quare legens hunc librum, Beatus dicitur?

78. Ansbertus. *Magna auctoritas Apocalypſis.* ANsbertus. *Hic liquido claret*, ait, *quantæ authoritatis, quantæve excellentiæ, inter cæteras prophetias, iſta habeatur prophetia, quæ beatitudinem legenti; & audientibus, atque ſervantibus ea, quæ in ea ſcripta ſunt, ſpeciali quodammodo repromittit, ſponſione.* Hæc ſint pro magnâ authoritate hujus libri.

79. Joan. 15. *Debita, ac conveniens ſcripturæ cognitio reddit hominem beatum.* Tamen, ut dixi in Expoſitione, beatitudo hîc nonſumitur pro beatitudine conſummatâ, ſed pro illâ, quæ eſt in via, & medio ad beatitudinem, juxta illud Joan. 5, num. 3. *Vos mundi eſtis propter ſermonem, quem loquutus ſum vobis.* Ex auditu enim, & lectione ſacræ doctrinæ concipitur in nobis fides ut affirmat Apoſtol ad Rom. 1. *Fides ex auditu*, ex quo conſtat, quòd non quælibet lectio, nec auditio ſacræ Scripturæ ad ſalutem confert, ſed tantum illa, quæ debitè, ac congruenti modo fit. Ut ait D. Iſidor. Peluſi. lib 2. Epiſt. 73. *Sacrarum Scripturarum lectio, ſalutis viaticum eſſe exiſtima, ut animos eorum, qui eam ſtudioſè, ac diligenter audiunt, probitatis amorem ac virile robur, prælatis, & illuſtribus exemplis paſcat.*

D. Iſidor.

80. Pſalm. 118. Ait Regius vates Pſalm. 118. num. 1. *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini*

Beatitu

Beatitudinis radix, immaculata via eſt; & quiſnam hanc tenet? Subdit Propheta num. 2. *Beati qui ſcrutantur teſtimonia ejus*: Ubi D. Auguſtin *Non mihi videtur*, ait, *aliud his verbis beatitudinis genus commemoratum, quam illud, quod antea dictum eſt: nam ſcrutari teſtimonia Domini, eum in toto corde exquirere, hoc eſt, immaculatum in via, & in lege Domini ambulare.* Scrutator ergo Sacrorum voluminum, in quibus eſt lex Domini, his immaculatus in via, & beatus eſt.

D. Auguſt. — *Scrutator Scripturæ beatus.*

91\. De juſto ait idem vates Pſalm. 1 num 2 *Erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* Ubinam erit hæc, tam felix plantatio, ut arbor tam irrigua ſit, ac tantum fructum afferat? In ſtudio nempe Sacrarum litterarum, in quo anima exercitata, maximè dilatatur, ac impinguеſcit D. Damaſcen. lib. 4. de fide cap. 12. *Quemadmodum*, ait, *arbor plantata ſecus decurſus aquarum, ſic anima divina irrigata Scripturâ impinguatur, & maturum fructum affert fidem Orthodoxam, & ſemper virentibus foliis, id eſt placentibus Deo actionibus decoratur.*

Pſalm. 1. — *Sacra ſcriptura maximè fœcundatur anima.* — Damaſc.

92\. Dicitur Geneſ. 25. num. 27. *Iacob verò habitabat in tabernaculis*: Seu ut Hebræi apud Liranum interpretantur: *In gymnaſiis litterariis.* Ubi de divinis myſteriis ac oraculis, à duobus Magiſtris Melchiſedech, & Heber inſtruebatur. Ex quo D. Ambroſius lib. 2. de Cain, & Abel, videtur deſumere diſcrimen, cur in Jacobo cum ſtudio litterarum tam eſſet eminens virtus: in Eſaü eas declinante tanta perverſitas. Quid enim Scripturas tractantem, niſi ſanctitas; quid Scripturas fugientem, niſi iniquitas ſequeretur?

Geneſ. 25. — Liran. — *Ubi Scripturæ ſtudium, ibi ſanctitas.* — D. Ambr.

93\. Ait David Pſalm. 72. num. 17. *Labor eſt antè me, donec intrem in Sanctuarium Dei*, Ubi Liranus Sanctuarium Dei interpretatur Scripturam; ac ſi dicat, quod erat ei multus labor, magnum ſtudium, magnaque induſtria impenſa, donec devenire in cognitionem Scritpuræ, quam per Sanctuarium Dei intelligit; ex ea enim tanquam ex Sanctuario divina redduntur oracula, & tanquam à Sanctitatis forma omnes noſtræ actiones, & operationes in juſtitia, ac bono diriguntur. Vel Scriptura dicitur Sanctuarium, quia in ea ipſamet Sanctitas commorantur. Ait idem Propheta Pſalm. 131. num. 8. *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ.* Pro quibus ultimis verbis Chaldæus legit. *Tu & arca, in qua eſt lux tua.* Ac ſi divina lex, Sacraque Scriptura, in qua ipſe eſt, animorum ſanctificatio ſit.

Pſalm 72. — *Cognitio Scripturæ Sanctuarium.* — Pſal. 131. — Chaldæus.

94\. Ait Chriſtus *D. Illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt*: Joan. 10. num. 35. Ac ſi interprete Caietano, ratione divini ſermonis divinum homini numen communicetur Unde ait D. Iuſtinus Martyr in orat 2. ad Græcos. *Hæc*, ſcilicet Scriptura, *non efficit Poëtas, non Philoſophos reddit neque oratores excellentes: ſed ex morti obnoxiis immortales, & Deos ex mortalibus facit.*

Joan. 10. — Caietan. — Juſtinus — *Scriptura ſuos cultores reddit divinos.*

Quæstio XIII.

Quare dicitur Beatus, qui legit, audit, ac ſervat verba prophetiæ hujus?

Literalem ſenſum horum verborum jam dedi in Expoſitione, moralem proſequimur. Pro quo accipite D. Bernard. Senenſem: *Spiritus*, ait, *deſcribit Prædicatoris officium, quantum ad quatuor; Primum eſt zelus prædicantis, qui legit; motus obtemperantis, qui audit: virtus operantis, qui ſervat, & fructus conſiderantis, qui beatus eſt.* 95.

D. Bern. — *In Prædicatore ſit Zelus, & ſpes.*

Secundò. Albertus Magn. *Beatus*, ait, *qui legit docendo, ut auditoribus poſtea effundat, exemplo Joſeph.* Geneſ. 41. qui aperuit univerſa horrea Ægypti, & vendebat Ægyptiis. Haymo: *In his verbis duæ perſonæ comprehenduntur, Doctorum ſcilicet, qui legunt, & aliis exponunt: & Auditorum, qui audiunt, & retinent, & opere ea perficiunt.* Legentis ergo nomine, Doctores intelliguntur, teſte etiam Primaſ. *Et tamen illico eis ſubjungitur* audit. Ille enim beatus eſt Doctor, qui audientes inſtruit in his, quæ ad ſalutem ſuam ſpectant. *Beatus, qui legit docendo, ut auditoribus poſtea effundat.* 96.

Albertus. — Haymo. — Primoſius.

Tertiò. Andreas Cæſar. *Beatos prædicat, non quoſvis promiſcuè, qui vel hæc legunt, vel audiunt, ſed qui bonorum operum ſtudio intenti legunt, vel audiunt.* Dicitur beatus qui legit & audit, cum vera ſcilicet fide, fides enim ex auditu; ut ait Apoſtolus; & hoc tantum ſufficit ad beatitudinem? Minimè: additur ſtatim, *& qui ſervat ea* cuſtodiendo, & exequendo: ſolus enim ille beatus eſt qui bonis operibus intentus, Sacram Scripturam debitè legit, & audit. Primaſ. *Utriſque ſervare competit: utriſque convenit, non enim auditores legis juſti ſunt apud Deum, ſed factores.* 97.

Andr. Cæſ.

Agens Deus de ſolemnitate Paſchali cum Moyſe, ait ei: *Erit quaſi ſignum in manu tua.* Exod. 13. n. 16. Hoc ſignum Paſchæ, ſcilicet Agnus, in quo Chriſtus D. figurabatur, cur mandatur eſſe in manu; cur non potius in capite, ſeu collo appenſum ſignum illud? Agnus nempe denotabat fidem Chriſti, qui pro nobis immolandus erat & ideò mandatur eſſe in manu, quia fides debet eſſe conjuncta cum manuum operatione. D. Aug. q. 48. in Exod. lib. 2. *Pertinet Paſcha*, ait, *propter occiſionem ovis, ad fidem Chriſti.* Hæc autem fides operibus præponenda eſt, ut ſit quodam modo ſuper manum; de qua re Apoſtolus loquitur, & nullum ait placere Deo poſſe, ſine fide. 98.

Exod 13. — *Fides ſit cum operibus.* — D. Auguſt.

Geneſ. 4. n. 4. & 5. dicitur: *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus: ad Cain verò, & ad munera illius non reſpexit.* Cur Cain munus nõ fuit placitum Deo; D. Auguſt. lib. 15 de civitate Dei ait, quòd, in quo Cain Deo diſplicuit, non eſt facile invenire. Audi Paulum ad Hebr. 11. n. 4. *Fide plurimam hoſtiam obtulit Deo, quam Cain.* Cain & Abel habebant fidem, in quo tamen extitit differentia, ob quam Abel acceptus fuit Deo, Cain verò inviſus? *Fide plurimam hoſtiam obtulit Deo, quam Cain* Fides Abel plena erat dilectione, ab charitate Dei, boniſque 99.

Geneſ. 4. — D. Auguſt. — Hebr. 11. — *Fides ſine operibus non placet.*

operibus, quibus vacua erat fides Cain; Hinc maximè grata fuit fides Abel, non verò Cain, quia fides ſine operibus in nullo æſtimatur. Thom. Aug. Thomas Angelicus: *Patet*, ait, *quòd Abel habuit fidem per dilectionem optimam, & ideo Cain non placuit Deo, quia non habuit charitatem.*

Apoc. 1. *n.* 4. Joannes ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia, gratia vobis, & pax ab eo, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, & à ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni ejus ſunt.

Num. 5. Et à Jeſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps Regum terræ, qui dilexit nos & lavit nos à peccatis in ſanguine ſuo.

VERSIONES.

Arabic. n. 4. A Joanne ad ſeptem Eccleſias, quæ ſunt in Aſia, gratia vobis, & pax ab illo æterno, qui eſt.

D. Auguſtin. Et pax multiplicetur à Deo Patre, & à Filio, qui eſt.

Syrus Origenes. Qui eſt, & qui erat, & qui venit.

Mariana. Qui erat, & qui futurus eſt, vel erit.

Arias n. 5. Et à Jeſu Chriſto ille teſtis fidelis, ille primogenitus ex mortuis.

Marian. Et à Jeſu Chriſto, qui eſt teſtis verax.

Arabicus. Qui dilexit nos, & ſolvit nos, atque à ſordibus peccatorum noſtrorum lavit nos per effuſionem ſanguinis ſui vivifici, & aquæ.

Vatablus. Per ſanguinem ipſius.

EXPOSITIO III.

100. Primaſ. Haymo. Panon. Ansbertus. Joachim. Aretas. Finito libri titulo, ponitur Epiſtola Joannis ad Epiſcopos Aſiæ. *Joannes*, nempe Apoſtolus, & Evangeliſta, *ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia.* Quamquam Primaſius, Haymon, Pannonius, Ansbertus, Joachimus, Abbas, Aretas, & alii, per has ſeptem Eccleſias, univerſas Eccleſias intelligant, ſolet enim univerſitas ſeptenario numero deſignari, quod ſeptem diebus, ut ait Beda, cunctum hoc ſæculi tempus evolvatur. Tamen communis eſt ſententia Recentiorum Ribeiræ, (Ribeira.) Cornelii, Menochii, M. Joan. de la Haye, & aliorum quòd propriè hic intelligantur ſeptem Eccleſiæ Aſiæ, quas ipſe Joannes recenſet hoc c. 1. num. 11. & cap. 2. & 3. has enim regendas poſt Paulum Joannes ſuſceperat, & cum ipſe in Pathmos inſula eſſet relegatus; tunc multi Epiſcopi Aſiæ à gradu ſuæ probitatis fuerant dilapſi; ut ergo ad priſtinam perfectionem revocarentur, hanc eis Prophetiam deſtinat, & quod his ſeptem Eccleſiis ſcribit, omnibus aliis ſcribit, ſicut Paulus, quod ad Romanos, Corinthios, & alios ſcripſit, hoc ad omnium fidelium gentes ſcripſit, ut docent D. Chryſoſtom. homil. 22. ex variis in Matth. D. Auguſt. lib. 17. de civit. cap 4. & Joannes ad has ſeptem Eccleſias Aſiæ hanc Prophetiam tranſmittit, quia ſuæ directioni, ac regimini erant ſpecialiter datæ; & Prælatus præcipuè Eccleſiarum ſibi commiſſarum debet gerere curam. Pannonius: *Locus hic docet*, ait, *& oſtendit, quòd cum omnibus ſalutem, & cupere, & quærere debeamus, maximè tamen his, qui fidei noſtræ ſunt crediti.* (Cornel. De la Haye. D. Chryſ. D. Auguſt. Pannon.)

Gratia vobis, & pax. Hæc eſt Apoſtolica ſalutatio, ut infrà dicam à Chriſto accepta: ſub nomine gratiæ Dei amicitia, ac favor, animarumque ſanctificatio poſtulabatur, per pacem verò omne bonum, hoc enim Hebræis ſignificat *Pax*, ſuis imprecabatur. 101.

Ab eo, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt. Aliqui ſub his verbis tres divinas perſonas formaliter intelligunt; nempe per hæc, *qui eſt*, Patrem; ipſe enim ait Exod 3. num. 14. *Ego ſum qui ſum.* Et per hæc, *qui erat*, Filium: *In principio erat Verbum.* Joan. 1. num. 1. & per poſteriora, *qui venturus eſt*, Spiritum ſanctum, qui venturus erat, ut maneret nobiſcum in æternum. Joan. 14. n. 16. Aliter Alcazar. Hæc tria verba de ſolo Patre accipit, non de Filio, de eo mox ſubdit, & à Jeſu Chriſto, nec de Spiritu ſancto, de eo enim pariter ſubdit, & à ſeptem ſpiritibus, de quo quæſt. 16. Melius ergo dicendum eſt cum Ribeira, Cornelio, ac aliis, quod illa tria accipiuntur de Deo indiſtinctè, prout ſcilicet Deus communis eſt tribus perſonis, ac proinde tam de Patre, quam de Filio, ac Spiritu ſancto hæc omnia, & ſingula ſunt accipienda. Sic & ait Joannes cap. 4. num. 8. *Requiem non habebant dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Deus omnipotens, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt.* Nec obſtat illud, quod dicitur, *qui venturus eſt*, ſcilicet ad judicium, quia tota Trinitas veniet, ut judicium peragat, judicetque mundum, non per ſe illud exercens, ſed per hominem Chriſtum, cui Deus Pater dedit omne judicium facere. 102. (Exod. 3. Joan. 1. Joan. 18. Alcazar. Ribeira. Corn. Apocal. 4.)

Et à ſeptem ſpiritibus: Sunt ſeptem primarii Angeli, qui Deo aſſiſtunt, quaſi ſtipatores, & primores regni ejus adminiſtri, parati ad omne ejus imperium, de quo plura infrà q 16. *& à Jeſu Chriſto*: De Chriſto, non ut Deus, ſed ut homo, intelligendum eſt, ideo ſequitur: *Qui dilexit nos, & lavit nos in ſanguine ſuo.* 103. (*Primarii ſpiritus Angeli.*)

Qui eſt teſtis fidelis, alii legunt, *verax.* Græcus cum articulo legit: *Teſtis ille fidelis.* Scilicet, eximius, & magnus, qui verum teſtimonium apud homines dedit de patre, ejuſque divinitate conſilio, ac voluntate circa hominum ſalutem, verumque teſtimonium dedit de ſe ipſo, quòd eſſet verus filius Dei, veruſque Meſſias promiſſus 104. (Græcus.)

A Chriſti fidelibus non ſunt timendi Principes terreni.

promiſſus in mundo; & hoc teſtimonium dedit omni verbo actione opere, ac univerſo miraculorum genere, ſanguine proprio effuſo, ac morte ſua *Primogenitus mortuorum*: ideſt primus reſurgens ex mortuis ad vitam æternam, ac beatam. *Princeps Regum terræ*; Cui nempe ſubjecti ſunt omnes Principes, & Reges terræ ac proinde vos Chriſti fideles, nolite timere Domitianum, ac alios Reges terræ, ſe tote quod Chriſtus ſuper eos, habet dominatum ad eos compeſcendos, ac annihilandos.

105. *Si Chriſtus pro nobis dedit ſuum ſanguinem, nos pro Chriſto debemus noſtrum dare.*

Qui dilexit nos, ſeu eximia charitate, *& lavit nos à peccatis noſtris*, in ara Crucis. *Sanguine ſuo*, effuſo nempe, ex ſuprà dictis bene intelligitur, cur hic Joannes de Chriſto dicat, *dilexit nos, & lavit nos in ſanguine ſuo*: nempe, ut illius fideles ad mortem perferendam excitentur; ſi enim Chriſtus ita dilexit nos, ut ſuum ſanguinem pro nobis daret, ut eos nos à peccatis noſtris ablueret, ac ab æterna damnatione eriperet juſtum eſt, ut nos pro ejus amore, uſque ad effuſionem ſanguinis ſtemus, nullum mortis genus recuſantes

QUÆSTIO XIV.

Quare Ioannes ſalutans Epiſcopos *Aſiæ, adjunxit pacem cum gratia?*

106. Tertull. Baron.

NOtat Tertullianus lib 5. contra Marc. cap. 5. ac etiam ex eo, relato Baron. ad Annum Chriſti 45. quòd Judæi & juxta eorum morem Chriſtus, pacis nomine, ſuos diſcipulos ſalutare conſueverat; eiſque ſimiliter mandans, ut cùm in alienas domos introirent, Luc. 10. num. 5. in eiſque manerent, pacis nomine ſalutarent; poſt Chriſti verò Aſcenſionem, Apoſtoli in ſalutationibus paci gratiam addiderunt imò præmiſerunt; ut Paulus in ſuis Epiſtolis, & Petrus ſuos ſalutant: *Gratia vobis, & pax*. Quem morem ſecuti ſunt Sancti Patres, ut S Ignatius, cæterique Antiocheni Epiſcopi, ac ſi ut ait cit. Tertull. eſſent Evangelizatores bonorum.

Luc. 10.

Pacis nomine ſalutabant.

107. Dum ergo dicitur *gratia*; intelligitur gratia per Chriſtum reſtituta, & à plenitudine ejus gratiæ derivata, quæ remiſſionem peccatorum importat, per quam reconciliamur Deo, ac interius mundamur, & renovamur, ac roboramur in omni lege Dei, ad præcepta ejus ſervanda; proinde ſic gratia denotat omne gratuitum donum Spiritus Sancti, ad ſalutem hominis conducens; & additur *Pax*, que ſignificatur interna animi quies, ac ſerenitas à gratia Dei proveniens, dum juſti Deo, ac rationi ſuos appetitus, ac paſſiones ſubditos exhibent, tunc magna tranquillitate gaudent, nihil timent; nihil dolent, nihil cupiunt; nihil ſibi de ſe credunt. In hoc ſenſu dicitur Pſal. 118. n. 165. *Pax multa diligentibus legem tuam*: hoceſt, illis eſt magna quies, ac tranquillitas in animo. Sic præfata verba Pſalmi exponit Græcus Auctor anonimus apud Agellum: *Non tam externa pax, ait, quæ non eſt in noſtra poteſtate, quàm illa ex vacuitate paſſionum, atque perturbationum exiſtens, cum nulla cogitatione vitioſa, neque perturbatione quatitur, quam ſimul cum mutua inter ſe gratia illi conſecuti fuerant, ad quos dictum eſt, Gratia vobis, & pax à Deo Patre, & Domino noſtro Ieſu Chriſto.*

Pſalm. 118.

Anonymus. Agellus.

108. Richard.

Secundò. Richardus Victor *Poſita gratia*, ait, *ſta im pax ſubjungitur, quia qui de peccatorum miſeria adjuvante gratia, murum pravitatis ſuæ, ad Deum revertendo, tranſgreditur, protinus inter ipſum, & Deum pax firmiſſima reformatur, de hoc muro in Pſalmiſta ait, in Deo meo tranſgrediar murum* Rectè dicitur gratia vobis, & pax, qui extincto peccato, & aſſecutâ gratiâ, ſtatim eximia pax inter Deum, & hominem firmatur, per ipſamque gratiam pacifica reconciliatio fit hominis ad ſuum Creatorem. Tertull. lib. 5. contra Marci cap 5. *Deinde*, ait, *gratiam, & pacem non ſolum ejus eſſe. à quo prædicabantur, ſed ejus qui fuerit offenſus*; *nec gratia enim fit, niſi offenſæ; nec pax, niſi belli; populus autem per diſciplinæ tranſgreſſionem, & omne hominum genus per naturæ diſſimulationem, & deliquerat, & rebellaverat adverſus Creatorem.*

Peccato per gratiam ſublato pax & reconciliatio fit inter Deum, & hominem. Tertull.

109. Tertull.

Tertiò. Citatus Tertullian. cùm Apoſtolus ait, *Gratia Dei, & pax, Evangelizator bonorum eſt.* Omnia enim bona ſub Dei gratia, ac ſub Dei pace continentur. Nulla hic divitiarum, nullaque bonorum terrenorum mentio eſt, ut fiebat apud Patres antiquos, ut Iſaac dixit Jacobo: *Det tibi Deus de rore Cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini.* Gen. 28 n. 28. ſed Apoſtoli altiori ſpiritu ferebantur, terrena contemnentes, ad ſolùm cœleſtia intenti gratiam, & pacem; in quibus ſunt omnia bona, ſuis precabantur Quod de Dei gratia eſt evidens, & etiam de pace, unde Hebræi in ſuis ſalutationibus dicebant: *Pax vobis*, ſub pace omnia bona intelligebant Ait Iſaias. 52. n. 7. *Quam pulchri ſuper montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem, annuntiantis bonum.* Ubi Propheta id, quod dixit pacem, ſtatim appellavit bonum.

Sub pace omnia bona.

Iſai. 52.

110. Haymo. Ansbertus.

Quartò Haymo, & Ansbertus *Notandum*, inquiunt, *quod non dicitur pax, & gratia, ſed præmittitur gratia, ac deinde ſubjungitur pax, quia nullus ad pacem reconciliationis venire poterit, niſi hunc gratia miſericordiæ præceſſerit, quia ut ad pacem Dei pervenire poſſimus, à Dei gratia præventi ſumus.* Prius Apoſtolus ponit gratiam, deinde pacem *Gratia vobis, & pax.* Cur non prius ponit pacem, quàm gratiam, cùm gratiâ nihil ſit excellentius, & majus, rectè prius ſcribitur gratia; quia niſi gratia Dei nos prævenerit, ad pacem Dei pervenire non poſſumus; hinc gratia præcedit, pax inſequitur; quia non eſt pax impio.

Gratia Dei debet prævenire, ut ad pacem Dei venias.

111. Rom. 1.

Ait Paulus Rom. 1. n. 7. *Gratia vobis, & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.* Non prius datur pax à Chriſto, niſi prius præcedat gratia condonantis peccata ut ſic poſſimus habere pacem cum Deo D. Anſelm. *Cùm enim per gratiam remiſſis peccatis abſumptæ fuerint inimicitiæ, reſtat, ut pace adhæreamus ei, à quo nos ſola peccata dirimebant.*

D. Anſelm.

112. Dat Dominus regulam ſuis diſcipulis, quam debeant obſervare alienas domos ingredientes, ait illis: *Dicite: Pax huic domui, & ſi illic fuerit filius pacis, requieſcet ſuper eum pax veſtra, ſin autem ad vos revertetur.* Luc. 10 n. 5 Nō dicitur abſolutè, quod ibi requieſcet pax, ſed, *ſi illic fuerit filius pacis*: Si ibi nempe fuerit homo pacis dignus, extincto nempe peccato, & in amicitia Dei conſtitutus, tunc ſi ibi fuerit talis filius,

Luc. 10.

Peccatum, & pax non compatiuntur.

filius, requieſcet ſuper eum pax veſtra, pax cum Deo non intrat, niſi peccatum expellatur. D. Nazian. orat. de pace. *Quemadmodum, ait, luce ſeſe exerente nullæ ſuperſunt tenebræ: ſic ubi pax illuxerit, vitia omnia evaneſcunt.* Sicut lux, & tenebræ non poſſunt ſimul conſiſtere, ſic peccatum, & pax minime ſimul poſſunt compati.

D. Nazian.

113. Pſalm. 36. *Vt habeas pacem, declina à malo.* D. Auguſt.

Pro quo ait Regius vates Pſal. 36 n 27. *Declina a malo; & fac bonum; inquire pacem, & perſequere eam.* Prius nos declinare à malitia jubet juſtitiæque adhæreſcere, quam pacem requiramus; non utique niſi à juſtitiæ amatoribus pax invenitur, ut affirmat ibi D. Auguſt. *Vis venire ad pacem? fac juſtitiam. Ideò Pſalmiſta dicit tibi, declina à malo, & fac bonum. Et cum jam declinaveris à malo; & feceris bonum, quære pacem, & perſequere eam.*

114. Pſalm. 84. *Iuſtitia, & pax amicitiæ vinculo colligantur.* D. Auguſt.

Maximè ponderandum eſt id, quod dicitur Pſalm. 84. n. 11. *Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.* Intimo amoris vinculo colligatæ ſunt juſtitia, & Pax. Pro quo eleganter de ſuo more audiendus eſt D. Auguſt. ibi: *Fac juſtitiam, & habebis pacem, ut oſculentur ſe juſtitia, & pax. Si non amaveris juſtitiam, pacem non habebis. Amant enim ſe duæ iſtæ, juſtitia, & pax, & oſculantur ſe; ut qui fecerint juſtitiam, inveniant pacem oſculantem juſtitiam. Duæ amicæ ſunt: tu fortè unam vis, & alteram non facis. Nemo eſt enim, qui non vult pacem, ſed non omnes volunt operari juſtitiam. Interroga omnes homines: Vultis pacem? Vno ore tibi reſpondet totum genus humanum: Opto, cupio, volo, amo; Ama & juſtitiam, quia amicæ ſunt juſtitia & pax. Si amicam pacis non amaveris, non te amabit ipſa pax; nec veniet ad te. Tu quare litigas cum juſtitia? Ecce juſtitia dicit tibi: Ne fureris? & non audis; Ne adulteris; & non vis audire. Inimicus es amicæ meæ (dicit tibi pax) quia me quærit? amica ſum juſtitiæ, quemcumque invenero inimicum amicæ meæ, non ad illum accedo.* Piaculum duxi, unum apicem hujuſce ſententiæ fraudare.

QUÆSTIO XV.

Quare Joannes imprecatur gratiam & pacem ab eo, qui eſt, qui erat; & qui venturus eſt; & non potius dixit, ab eo, qui futurus eſt, ut videbatur dicendum?

115. Richard. D. Anſelm.

RIchardus Victorin. ſicut & D. Anſelmus, exiſtimant ſub his verbis, *ab eo qui eſt, qui erat, & qui venturus eſt*: ſolum Filii perſonam denotari, ipſe enim eſſentialiter Patri coæternus cum ipſoque erat in primo rerum molimine mundum creans, & in fine ſæculi in gloria Dei Patris venturus eſt ad univerſale omnium judicium. Per ſeptem ſpiritus cum multis aliis Doctoribus, de quo quæſtione ſequenti, interpretatur Spiritum ſanctum, qui licet per naturam in ſe ſimplex ſit, tamen per gratiam in donis, quæ nobis communicat, ſeptiformis eſt; ſed ſtatim inſurgit dubitatio, cur Joannes in ſua ſalutatione ad Epiſcopos Aſiæ ſolùm de Filio, & Spiritu ſancto facit mentionem, non verò de Patre. An quia ſalutatio ab eo, minoris eſſet efficaciæ? minime? cur ergo Patrem prætermittit? quia de illis duabus perſonis Filio, & Spiritu ſancto omnes ferè hæreſes exortæ ſunt; de Patre, verò rariſſimè. Et cur Joannes illas duas Divinas Perſonas exprimit; quia ubi timendus eſt error, ibi res magis aperienda, ac explicanda, ut applicato remedio radicitus falſitas eradicetur. Sic ait citatus Richardus: *De patre tacet, quia de Creatore nemo malè ſenſerat, nec de ipſo error aliquis ſurrexerat; de perſona verò Filii, & Spiritus ſancti, idcircò facit mentionem, ut de fide legentium ſiniſtram, ſi oborta fuerit, dubitationem diſſipet: dicit de perſona Filii, & Spiritus ſancti; quia de ipſis cuncta ferè hæreſes oriuntur in Eccleſiis.* Idem habent D. Anſelmus.

Vbi malum timetur, ibi magis remedium applicandum

Richard. D. Anſelm.

116. *Valde utilis extremi judicii recordatio.* Mendoſa. D. Ambr.

Quæſtio tamen eſt; cur, cum Joannes tam fervidè gratiam, & pacem fidelibus deprecetur, dicens: *Gratia vobis, & pax ab eo, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt*: non dixit, & qui futurus eſt, ut conſequenter videbatur dicendum, ut illud verbum ſubſtantivum per omnia tria tempora diſcurreret, ſed addit: *Qui venturus eſt?* Rectè reſpondet Mendoſa in lib. 1. Reg. cap 2. verſ. 10 in Expoſit. n. 36. quod potius voluit Joannes, de judicio in noviſſimo die, quàm de regno æterno Chriſti facere mentionem, pro certo habens; hanc memoriam Chriſti judicaturi utiliorem nobis, quam illam Chriſti regnatori, ſine dubio futuram: cum ex illa ſæpè varia præſumptio, ex hac verò non niſi juſta formido oriatur. Unde perbellè dixit D. Ambroſ. l. 1. offic. cap. 26. *Nihil eſt* ait, *quod magis proficiat ad vitam honeſtam, quam ut credamus, eum judicem futurum, quem & occulta non fallant, & indecora offendant, & honeſta delectent.*

117. 1. Reg. 24. *Judicii memoria terret.* D. Chryſ.

Cùm David ſe maximè videret perſecutum à Saüle, ait ei: *Judicet Dominus inter me, & te.* 1. Reg 24. n. 13. Cur David Saüli Deum judicem objicit; cur non potius Deum fortem, vel omnipotentem, ſed Deum judicem? Ut judicii timore, Saüli nequitiam refrænaret, & peccatum ab ejus animo eliceret, ut ita eum ad meliorem frugem revocaret, cum ad hoc validiſſima ſit judicii memoria. D. Chryſoſt homil. 2. de Davide, & Saül. *Judicet Dominus: Hoc verbum dixit, non quod cuperet puniri Saülem, ſed ut illi formidinem injiceret; venturæ condemnationis commemoratione.*

118. Geneſ. 1. Rupert. D. Auguſt. *Deus voluit ut homo à ſua creatione timeat judicium.* Rupert.

In primo die *diviſit Deus lucem à tenebris.* Geneſ. 1. n. 4. Ubi Rupertus lib. 1. c. 10. D. Auguſtin. ac alios magnos Patres ſecutus, per diviſionem lucis à tenebris, diviſionem factam inter Angelos bonos ad Patriam, & malos ad gehennam interpretatur. Cur ergo ſtatim in primo orbis die, illud acerrimum judicium inter bonos, & malos Angelos exercetur? Credo ut jam tunc repræſentaretur illud acerrimum judicium in extremo orbis die inter bonos, ac malos homines exercendum: atque adeò ut homines ab incunabulis, ſtatim illud Angelicum judicium jam factum contemplantes, de ſuo humano judicio tandem faciendo expaveſcant. Ita ferè Rupertus lib. 4. de operibus Spiritus ſancti cap. 2. *Reſpiciamus*, ait, *ad illam diem, & conſideremus admirandam operum Dei diſpoſitionem*

diſpoſitionem, qui quaſi æditum terribilem, poſuit timorem, ad cuſtodiendum introitum, & exitum Scripturæ, ſive operum ſuorum; ut quiſquis ad cognoſcendum Deum ingreditur, & in introitu inveniat, cur valde, & ex exitu audiat, cur multò maximè contremiſcat.

QUÆSTIO XVI.

Quinam ſint hi ſeptem Spiritus, de quibus Joannes hic facit mentionem?

119. Apoſtolus in præſenti ſuis deprecatur gratiam, & pacem à Deo, & *a ſeptem Spiritibus qui in conſpectu throni ejus ſunt.* Quinam ſint hi ſeptem Spiritus maximè dubitatur.

Aretas. Primaſ. Haymo. S. Bruno. Beda. Rupert. Ansbertus. D. Thom. Joachim. Alcazar. Gagnæus. Galatin.

Primò Aretas, Primaſius, Haymo, S. Brunonius Aſtenſis. Beda, Rupertus, Ansbertus D. Thomas Joachimus Abbas, quibus ex Recentioribus adhærens Alcazar, Gagnæus & alii intelligunt ſeptem dona Spiritus Sancti, ideſt, ipſum Spiritum ſanctum, qui eſt Auctor ſeptem donorum. Hæc expoſitio; ut ait Galatinus, potius eſt moralis, quam literalis; nam in litera eſt aliquantulum duriuſcula, nec enim video quomodo de Spiritu ſancto dici poſſit: *Qui in conſpectu throni ejus ſunt.* Ipſe enim potius eſt in throno, ut Dominus, & Deus, quam in conſpectu throni quod more Scripturæ, de iis dicitur qui Deo miniſtrant, & ideò Joannes aliter loquitur de Deo, *qui eſt, qui erat, & qui venturus eſt*: ac de his Spiritibus *qui in conſpectu throni ſunt*, ut rectè notavit Andreas Cæſarienſis.

120. Secunda ſententia eſt Cardinalis Aureoli, Lyrani, Dionyſii, D. Bernardini, Hugonis, & aliorum; qui per ſeptem Spiritus, intelligunt omnes Angelos, numerus enim ſeptenarius univerſitatem ſignificat, ſeptenario numero totus evolvitur annus

121. *Septem Angeli.*

Tertia verior, ac probabilior mihi ſententia eſt quæ per hos ſeptem Spiritus, primarios Angelos ſeptem interpretatur, qui Deo aſſiſtunt, tanquam primores regni ipſius, prompti, ac parati ad omne Dei imperium exequendum, tam per ſe, quam per alios inferiores. Hi vocantur à D. Paulo Spiritus adminiſtratorii. Hebr. 1. n. 14. Hanc ſententiam tenent Clemens Alexandrinus lib. 6. ſtromat. in fine. Aretas, Andr. Cæſar ex Recentior. Pereira, Ribeira. Viegas, Cornelius, Sa, Menochius, Tirinus, M. Joannes de La Hay, & alii.

Clem. Alex. Aretas. Lyranus. Pereira. Ribeira. Viegas. Cornel. &c.

122. Apocal. 8. Apocal. 15. Tob. 12.

Probatur primò, & efficaciter ex cap. 8. n. 2. ubi expreſsè dicitur: *Vidi ſeptẽ Angelos ſtantes in conſpectu Dei*, & cap. 15. n. 6. dicitur: *exierunt ſeptem Angeli habentes ſeptem plagas* & Tobiæ 12. num. 15. ſimiliter refertur: *Ego ſum Raphael Angelus unus ex ſeptem, qui aſtamus ante Dominum*: tanquam hi ſint primi ante Dominum totius orbis gubernatorem, ad ejus jura exequenda, & implenda. Nam alioquin millia millium Deo aſſiſtunt, ut ait Daniël. 7. n. 10.

Daniel. 7.

123. *Valde celebris memoria ſeptem Angelorum.*

Secundò horum ſeptem Angelorum, valdè celebris eſt memoria in Sicilia, Neapoli, Venetiis, Romæ aliiſque Italiæ civitatibus, ubi illuſtres eorum imagines cernuntur. Et Panormi, quæ urbs eſt primaria Siciliæ, extat templum, ſeptem principalibus Angelis conſecratum, in quo vetuſtæ eorum effigies repertæ ſunt; & Romæ extat templum dedicatum B. Virgini Angelorum; ſive ſeptem Angelis ſtipatæ, & circundatæ ſub Julio III anno 1551 qui locus, cùm eſſet ob bella profanatus ac neglectus, iterum à Pio IV. die 5. Auguſt anno 1561. ob illuſtriſſimas revelationes, idem Virgini cum ſeptem Angelis eſt conſecratus, & à Gregorio XIII. ac aliis Summis Pontificibus eſt illuſtratus magnis privilegiis.

124. *Cujus ordinis.*

Hi ſeptem Angeli Principes aulæ cœleſtis, & Eccleſiarum in terra præſides, ac mediatores ſecundarii inter Deum & homines, ut eos appellat Tirinus, dubitabis, cujuſnam ordinis ſunt? *Archangelos* eos vocat Vaſquez 1 p. diſp. 180. n. 3. & Serarius in cap. 12. Tobiæ. *Seraphinos* dicunt Galatinus, Fontana, Salmeiron. *Et primogenitos Angelorum Principes*, Clemens Alexandrin citato loco eos appellat.

Vaſquez. Serarius. Galatinus. Fontana. Salm. Clemens.

125. *Horum Angelorum nomina*

Horum nomina ſunt *Michael, Gabriel, Raphael, Vriel, Salatiel, Iehudiel, Barachiel*; ut revelatum eſt B. Amadeo, & teſtatur chronica Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum Romæ, de qua modò dixi, ita Galatinus Serarius, Salmeiron, Maſellius, Victorellus, Tirinus, & alii.

Galatinus. Serarius. Salmeir. Maſellus.

126. *Ab his Angelis, ut ab adminiſtris Ioannes poſtulat pacem*

Ab his ergo ſeptem Angelis Joannes gratiam, & pacem precatur; non tanquam ab auctoribus gratiam poſtulat; ſed ſicut in aula Regis, qui habet gratiam, & benevolentiam familiarium intimorum Regis; etiam dicitur habere gratiam ipſius Regis: ſic Joannes hos Sanctos Angelos rogat, ut cum tanquam primores aſſiſtant coram Deo, ab ipſo gratiam his Eccleſiis impetrent; & ut etiam nos ejus exemplo gratiam, & pacem ab his Angelis poſtulemus, non tanquam ab auctoribus, ſed tanquam ab adminiſtris.

127. *Diluitur objectatio.*

Dices: Si ſeptem Spiritus, ſunt ſeptem Angeli, quomodo præponuntur Chriſto, nam ſtatim ſubditur, *& à Ieſu Chriſto?* Valde alienum eſt ut ſervi Domino præponantur. Reſpondemus, nullum abſurdum eſſe præponi Angelos Chriſto cum de eo eſſet continuanda ſequens oratio illiuſque laudes *à Ioanne eſſent evulgandæ, à Ieſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, Princeps Regum terræ*, & ſic etiam D. Matthæus Davidem præponit Abraham. *Liber generationis Ieſu Chriſti, Filii David, Filii Abraham.* Quia ſeries generationis ab Abrahamo ſtatim texenda erat. *Abraham genuit Iſaac.*

Matth. 1.

218. *Chriſtus D. omnium humillimus vult apparere.*

Secundò ob ſingularem humilitatem Domini mei Jeſu, qui ſicut ſecundam naturam, ſeu inferiorem ab Angelica, hypoſtaticè ſibi unire decrevit, ita ſecundum reverentiæ locum obtinere non renuit. D. Auguſt. explicans illa verba Regii vatis Pſalm. 18. n. 7. *A ſummo Cœlo egreſſio ejus, & occurſus ejus uſque ad ſummum ejus.* Ita ait. *Ipſe tanquam ſponſus, cum Verbum caro factum in utero Virginali thalamum invenit, atque inde naturæ conjunctus humanæ tanquam caſtiſſimo procedens cubili, humilis miſericordia infra omnes, fortis majeſtate ſuper omnes, exultavit ad currendam viam.* Expende illud *humilis miſericordia infra omnes.*

D Auguſt. Pſalm. 18.

QUÆSTIO XVII.

Quare iſti ſeptem Spiritus dicuntur ſtare in conſpectu Throni Divinæ Majeſtatis?

129. IN ſenſu literali, ac noſtra, & communi ſententia, quam explicavimus, quæſtione ſuperiori? plana, & manifeſta eſt ratio; quia illi ſeptem Spiritus Angelici, quaſi ſtipatores, ac ſervi adminiſtratorii, aſtant coram Divinæ Majeſtatis throno, ad ejus juſſa exequenda, ac implenda, ut dixi ſuperiori quæſt. Quia tamen multi Patres, per hoc ſeptem Spiritus, intelligunt ſeptem dona Spiritus ſancti, non erit incongruum, ut in hac eorum ſententia explicemus, quid ipſi per thronum Dei intelligant, quæ tota ſententia eſt myſtica, & moralis.

130. Albertus. Reſpondet Albertus Magn. *Thronus* ait, *dicitur Eccleſia, in qua per gratiam Deus ſedet, & requieſcit; in conſpectu ejus ſunt ſeptem Spiritus, quia diviſionem ſeptem donorum in ſuis fidelibus à Chriſto recipit.* Per thronum intelligit Eccleſiam; cum ergo per ſeptem Spiritus interpretentur ſeptem dona Divini Spiritus, dicuntur ſtare in conſpectu Eccleſiæ, ut eam illuſtrent, illuminent, ac omni dono fæcundent, in hac etiam ſententia eſt D. Bruno Aſtenſis, ac alii Patres.

Eccleſia multiplici dono repletur.

131. Joachim. Secundò. Joachimus Abbas: *Dicuntur,* ait, *ipſi Spiritus manere ante thronum Dei, quia illos qui replentur ab his, faciunt manere, & aſſiſtere coram Deo, & eſſe quidem luminaria in conſpectu Eccleſiæ, ſicut de Domino dicitur per Pſalmiſtam 19. Dux itineris fuiſti in conſpectu ejus.* Throni nomine dicitur anima juſtorum, & qui ab his donis replentur, dicuntur aſſiſtere coram Domino, tanquam luminaria fulgentiſſima, ut alios doceant, & illuminent.

Juſti per Dei dona, luminaria ad docendum.

132. Haymo. Tertiò. Haymo: *Anima juſti ſedes eſt ſapientiæ; in cujus throni conſpectu Spiritus ſanctus eſt; quia in Sanctorum memoria requieſcit, & filios poſſidet, eorumque opera diſponit, & ad Dei amorem, & proximorum accendit.* Per thronum interpretantur Sanctorum animæ: Dicitur ergo Spiritus ſanctus cum ſuis ſeptem donis eſſe in conſpectu throni, quia Deus in Sanctorum mentibus, tanquam in throno, requieſcit, & in eis tanquam earum poſſeſſor permanet: *Spiritus ſanctus eſt, qui in Sanctorum memoria requieſcit.*

Juſti ſedes Dei.

133. Poſtquam Daniel divino afflatu explicavit illud mirabile ſomnium: *Tunc Rex Nabuchodonoſor cecidit in faciem ſuam, & Danielem adoravit, & hoſtias, & incenſum præcepit, ut ſacrificarent ei.* Daniel 2. num. 46. Unde magnus Rex venit in hanc cogitationem, ut divinum cultum, ac reverentiam deferret captivo adoleſcentulo? Si hominem videbat, cur tantam adorationem ei impendit, ac ſi Deum in templo ſuo adoraret? Cognovit Imperator præclaras Danielis virtutes, ejus modeſtiam, humilitatem ſapientiam, & reliquas; & inde non ut hominem, ſed ut Dei Templum, in quo eſt Dei ſedes, veneratur. Richardus de S Victor. de eruditione interioris hominis part. 1. cap. 36. *Illum, ait, quia verè Dei templum eſſe deprehendit, tali honore dignum judicavit.*

Daniel. 2. *Juſtus templum, in quo Deus ſedet.* Richard.

134. Ezech. 27. Elegantiſſima illa Tyri navis deſcribitur ab Ezechiele cap. 27. num 6. inter multa alia dicitur de eâ: *Tranſtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico.* Tranſtra, ut explicant Hector Pintus, Cæſar & alii, ideſt, ſedilia remigum Septuaginta tranſtra legunt templa. Quid habent ſedilia ex ebore cum templo? Multum ſanè, qui in virtute, ac juſtitia pulchriores ebore antiquo, & ita candidi, ac albi puritate, ut cum eodem aſſimilentur, fortéſque, ac robuſti conſtantia exiſtunt, ut etiam cum ebore combinentur, hi ſunt ſedilia, ac templa Dei, in quibus Deus inhabitat.

Hector. Pintus. Cæſar.

QUÆSTIO XVIII.

Quare Chriſtus D. vocatur hic à Ioanne, teſtis fidelis? *& expenditur textus connexio.*

135. Apocal. 2. *Ratio dubitandi.* MUlti fideliſſimi teſtes dati ſunt à Deo; ſic & infrà cap. 2. num. 13. dicitur; *Antipas teſtis meus fidelis.* Sic & Sancti Apoſtoli de Divinitate; ac humanitate Chriſti, præclarum teſtimonium per totum orbem dederunt; ſic & ſancti Martyres, fuſo ſanguine ſuo, in confeſſione perſiſtentes, de Chriſto, ejuſque doctrina magni teſtes ſteterunt: quare ergo per antonomaſiam de Chriſto dicitur, *teſtis fidelis.*

136. Richard. Reſpondet Richardus Victorin. cap. 2. *Teſtis fidelis, quia de omnibus, quæ per eum teſtificanda erant, in mundo teſtimonium fidele perhibuit; teſtis fidelis, quia quæcumque audit à Patre, fideliter diſcipulis nota fecit: teſtis fidelis, quia viam Dei in veritate docuit; nec ei cura de aliquo fuit, nec perſonas hominum reſpexit: teſtis fidelis, quia reprobis demonſtrationem, & electis ſalutem nuntiavit: teſtis fidelis, quia veritatem, quam nos docuit, miraculis confirmavit: teſtis fidelis, quia teſtimonium ſibi à Patre, nec in morte negavit: teſtis fidelis, quia de operibus malorum, & bonorum in die judicii teſtimonium verum dabit.* Per antonomaſiam dicitur Chriſtus teſtis fidelis ex tot, tantiſque capitibus: ſeu ut eſt in Græco: *Ille teſtis fidelis.* Sic & de eo ait David Pſalm. 88. num. 38. *Teſtis in Cœlo fidelis*, & Iſaias de Chriſto ait cap 55 n. 4. *Ecce teſtem populis dedi eum.*

Pſalm. 88. Iſai. 55.

137. Chriſtus veniens in mundum, teſtatus eſt mundo ea, quæ vidit, & audivit in Cœlo, de Deo, & de ſancta Trinitate; ac præſertim Dei erga homines benevolentiam, dilectionem, & miſericordiam teſtificavit, qua placuit, homines lapſos per Chriſtum redimere, ut ait D. Auguſtinus ad citat. Iſai locum: *Chriſtus fuit teſtis divinæ erga homines charitatis.* Teſtatuſque eſt etiam novum fœdus divinæ bonitatis de vera, ac ſana doctrina, de gloria, ac beatitudine hominibus danda. Chriſtus explevit ea, quæ pater mundo promiſit. D. Hieron ibidem: *Ille teſtis eſt omnium, quæ Pater mundo ſpopondit, & præſtitit.* S. Ambroſ. D. Cyrillus, Iſichius: *Teſtis fuit, prophetias omnes, & promiſſa*

D. Auguſt. *Explicatur quomodo Chriſtus dicatur teſtis.* D. Hieron. D. Ambroſ. D. Cyril. Iſichius.

Dei

D. i eſſe completa. Teſtatus eſt etiam futurum apud omnes judicium univerſale, & reſurrectionem, ac retributionem bonorum, ac malorum; de his quæ omnibus ait ipſe apud Pilatum. Joan. 18. (Joan. 18. n. 37.) *Ego in hoc natus ſum, ut teſtimonium perhibeam veritati.* Unde ipſe Chriſtus alios teſtes ſcilicet Apoſtolos, ac Diſcipulos ſubdelegavit, qui hoc ejus teſtimonium explerent, & perficerent, ac prædicarent.

138. *Connexio textus.* Perpende modò connexionem, ac ſeriem textus, *à Jeſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis*; & adjungitur; *Princeps Regum terræ*: at meritò ſanè fidelitati verborum, ac veritati adjungitur Regia dignitas, valdè enim veritas annexa eſt *Veritas virtus propriè Regia.* Regiæ majeſtati. Cùm Iſaias ſe à populo malè acceptum fore putaret, & de Chriſto infante magna eructare vellet: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen ejus Emanuel.* Iſai. 7. Iſai. 7. n. 14 Achaſum Regem aperta voce compellat num 13. *Audite ergo domus David*: Regem ipſum intelligens. Cur non alium convocat, niſi ipſum Regem, ut tam ſublimia, & alta audiat, ac populo explicet? ut ex Regia auctoritate fidem tanto oraculo homines in- D. Baſil. dubitanter præberent. In hac ſententia eſt Baſilius, ibi: *Sermones, ait, tantis de rebus, perquam utiliter fiunt Regi, ut per ipſum, quæ futura dicebantur à Propheta, in omnes divulgarentur*: quæ à Rege evulgantur multum animos conciliant.

139. D. Baſil. Sed rogo: itane balbus erat vates, ut non poſſet rem expedire ſine voce regia? Addit Baſilius: *Forte Iſaias nihil impetraſſet fidei per hominum invidiam, ob reliquam vitæ humilitatem.* Iſai. 20. Erat quidem Propheta homo vita ſanctus, ſed veſte humili, & apparatu paupere, ut patet ex cap 20. num 2. ubi ait ei Dominus: *Solve* *Veritas non creditur ab humili, ac vili.* *Saccum de lumbis tuis*, &c. Ac proinde nil auctoritatis haberet apud homines, qui hominem veſtitu metiri ſolent; meritò ergo Regem vocat prædicatorem qui dictis Propheticis pondus adderet apud homines.

QUÆSTIO XIX.

Quare Chriſtus dicitur primogenitus mortuorum?

140. LAudes Chriſti decantans Joannes, ab ipſo hîc appellatur; *primogenitus mortuorum.* Sic etiam ab Apoſtolo Paulo ad Co- Coloſſ. 1. 1. Cor. 15. loſſ. 1. num. 15. & num. 18. & 1. Corinth. 15. num. 20. dicitur: *Primitiæ dormientium.* Vocatur ergo Chriſtus *primogenitus mortuorum.* Primogenitus, ideſt, ante omnes alios reſurgens, & quaſi renaſcens ex mortuis, nam Matth. 19. reſurrectio eſt quædam regeneratio. Matth. 19. *Chriſtus primus ſurrexit ad vitam immortalem.* *In regeneratione cùm ſederit filius hominis.* Et licet aliqui ante Chriſtum ſuſcitati à Parente Elia, Eliſæo, ac ab ipſo Chriſto, reſurrexerint; tamen illi tantum reſurrexerunt ad præſentem vitam mortalem, rurſuſque mortui ſunt: Chriſtus verò primus fuit, qui reſurrexit ad vitam beatam, & gloriam æternam, nunquam amplius moriturus. Ità communiter D. Ambroſ. D. Chryſ. omnes Sancti Patres, tam hîc quam ad citata loca Pauli. D. Ambroſius, D. Chryſoſtomus,

Theodoret. Theophylactus, Ansbertus, S. Thomas, D. Anſelmus, & in hoc ſenſu dicitur à Paulo, *Primitiæ dormientium.* Primitiæ dicuntur primi terræ fructus, qui olim in lege veteri, Deo offerebantur. Sic Chriſtus poſt reſurrectionem, quaſi primitivus fructus è terra fuit, in quam granum frumenti ciciderat; & renatus poſt reſurrectionem Deo oblatus eſt. Theod. Theophyl. Ansbert. D. Thom. D. Anſelm.

Secundò. Fuit etiam Chriſtus primogenitus mortuorum, ordine dignitatis, ac meriti. Sic ait D. Ambroſ. in præſenti: *Primogenitus propriè mortuorum ponitur: ſicut primos in populo eos vocamus, qui non ætate, ſed honore, & dignitate cæteros antecellunt.* 141. D. Ambroſ.

Tertiò. Chriſtus fuit primus ex mortuis in Divina voluntate, ac intentione; in gloriam enim Chriſti omnia ordinata ſunt. Quartò, Cauſalitate, per Chriſtum enim omnes reſurgemus, & ex Reſurrectione Chriſti Apoſtolus Paulus intulit noſtram reſurrectionem: *Si autem reſurrectio mortuorum non eſt; neque Chriſtus reſurrexit.* 1. Corinth. 15. n. 13. Hæc fuit primaria mortis, ac Reſurrectionis Chriſti cauſa, plena ablatio mortis, & vitæ reductio, de quo D. Thomas 3 part. quæſt. 53. art. 1 fuitque etiam Chriſti reſurrectio exemplar noſtræ reſurrectionis. Paul. Rom. 8. n. 29. *Nam quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri imaginis filii ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* 142. *Chriſti reſurrectio cauſa noſtræ reſurrectionis.* 1 Cor. 15. D. Thom. Rom. 8.

Quintò. Ut ait D. Bernardus Senenſ. tom 1. ſerm. 52. art. 2. c. 1. *Meritò, ait, Chriſtus dicitur primogenitus vivorum, ac mortuorum, quoniam prius in hoc ſæculo à morte reſurgens vixit; ut ipſe in æternum viveret, ac filios in æternum victuros, non ſolùm meritis, & gratia generaret: verum etiã nobis firmã ſpem de reſurrectione præſtaret redemptor noſter ſuſcepit mortem, ne mori timeremus; oſtendit reſurrectionem, ut nos poſſe reſurgere confidamus.* Chriſtus primus reſurrexit immortalis, ut nos noſtræ reſurrectionis ſpem firmam haberemus, cum ipſe ſit caput noſtrum, de ſua reſurrectione nobis ingerit fiduciam certam, quòd etiam reſurgemus. 143. D. Bernard. *Ex Chriſti reſurrectione ſpes noſtræ reſurrectionis.*

Sextò. D Ambroſ. præter rationem datam; ſic ait: *Primogenitus eorum mortuorum Chriſtus eſt; quia ipſe primus, & caput omnium electorum ſuorum.* Verum eſt quòd ante Chriſti adventum multi mortui ſunt, ut Adam, Abel, Noë, Abraham & alii: Tamen quia Chriſtus ſuorum electorum caput eſt; dicitur primogenitus mortuorum, non quia ante alios fuiſſet mortuus, ſed quia, cùm ſui torquerentur, cùm ipſis erat in cruciatibus uſque ad ſpiritus exhalationem, in illiſque, tanquam membris ſuis compatiebatur ac commori videbatur: ac proinde primogenitus mortuorum, quia non ſolùm cum ſuis mortem ſubibat, ſed etiam prior illis, amoris affectu, mori videbatur; nam etſi in ſe ante ejus adventum eſſet impaſſibilis, tamen cum ſuis vi amoris pati affectabat, quandam æquivocationem patiendi ſuſtinens, ne talis gloriæ expers eſſet. 144. D. Ambr. *Chriſtus vi amoris, cum ſuis videtur pati, ac mori.*

Auditis Chriſti miraculis, ait Herodes, *Quem ego decollavi Joannem, hic ſurrexit à mortuis.* 145.
Marc. 6 num. 16. Unde impius Rex in hanc venit cogitationem, ut Joannem in Chriſto ſurrexiſſe exiſtimaret? Si vocis cum Verbo Marc. 6.

conſideras ſimilitudinem infinitum extat diſcrimen; nam etſi iſte infiniti Verbi ſit vox, finitis tamen circumſcribitur terminis: Verbum verò infinitæ perfectionis continet theſaurum. Quomodo ergo Herodes Joannem cum Chriſto, vocem cum Verbo, ſtellam cum Sole vult confundere? Pulchre D. Chryſologus ſerm. 172. *Verum aiunt, ait, nam ſicut in Chriſto ſui reſurgunt, ita in ſuis ipſe patitur Chriſtus: & ſicut honor capitis ad membra pertendit ita membrorum pœna ad dolorem capitis, ad capitis redundat injuriam* Chriſtus ſuorum labores maximè æſtimans, illorum doloribus ſimul ſauciatur, ac in ſuis pati non dedignatur; patiebatur ergo Chriſtus amoris affectu in Joanne: & hoc ſenſu verum dicit Herodes: *Quem ego decollavi Joannem, hic ſurrexit a mortuis.* Non quia liceat, Chriſtum cum Joanne confundere; ſed ſicut dolor membri tranſit in caput, ſic dolor, & mors Joannis in Chriſtum, tanquam in caput, derivatur: *Nam ſicut in Chriſto ſui reſurgunt, in ſuis ipſe patitur Chriſtus.* Ac proinde ſicut quando Joannes moritur, videbatur mori & Chriſtus, ſic & quando Chriſtus exurgit, & manifeſtatur, per miracula in mundo; videtur quod Joannes exurgat, & manifeſtetur. *Sicut honor capitis ad membra pertendit, ita membrorum pœna ad dolorem capitis.*

D. Chryſ.

Suorum morte Chriſtus afficitur, tanquam propria

QUÆSTIO XX.

Quare Chriſtus D dicitur Princeps Regum terræ, poſtquam appellatus eſt primogenitus mortuorum, expenditur ipſa textus ſeries.

146. CHriſtus appellatur Princeps Regum terræ, non tantum quaſi maximus omnium Regum, ſed tanquam omnibus illis imperans, ut quos voluerit, valeat Reges creare, quoſque voluerit, valeat à regno deponere, ac eorum potentiam compeſcere, & arctare; proindeque maximè conſolatur omnes fideles, ut nihil timeant à tyrannis, cùm eorum potentiam poſſit annihilare, ſuoſque Reges Regum facere, hic per gratiam, ac invictam fortitudinem, in altero ſæculo per gloriam, & beatitudinem, ac in judicio finali judicantes, ut mundi Principes duodecim tribus Iſraël; & ita de eo dicitur cap. 19. *Rex Regum, Dominus Dominantium.*

147. Richard. Secundò Richardus Victor. cap. 2. *Quidquid igitur in mundo, rectam ab ipſo accipit ordinationem, & in futuro juſtam ab ipſo recurret beatitudinem; & omnium Princeps eſt, quia ab ipſo eſt & poteſtas ſæcularis, & cura paſtoralis, & ſingularis ſolertia cujuſlibet fidelis.* Chriſtus dicitur Princeps Regum terræ, prout dominatum obtinet in omnes, qui ſibi ſubjectos regunt, quidam ſunt Domini ſæculares quidam Præſules Eccleſiarum, alii, ut quilibet noſtrum ſemetipſos regunt, ſuper hos omnes Chriſtus D habet Principatum, ac dominatum, ut omnium Dominus: *Ab ipſo eſt, & poteſtas ſæcularis, & cura paſtoralis, & ſingularis ſolertia cujuſlibet fidelis.*

Omnes à Chriſto habent ordinationem, & poteſtatem.

Tertiò. Andreas Cæſarienſ. *Alia ratione*, ait, *Princeps Regum terræ appellatur, quia peculiarem in illos dominatum obtinet, qui terrenis cupiditatibus imperare didicerunt.* Chriſtus D. dicitur Princeps Regum terræ, non ſolùm eorum, qui poteſtate ſæculari, vel ſpirituali dominantur, ſed etiam eorum, qui ſciunt ſuis cupiditatibus præeſſe, hi enim etiam Reges dicuntur. D. Gregorius Magn. lib. 1. Moral. cap 9. *Qui membrorum ſuorum motus regere ſciunt, non immeritò Reges vocantur.* Divus Bernardus: *Reges ſunt, qui motus ſuos ſciunt regere.* Horum etiam Regum Chriſtus dicitur Rex, & Princeps, ab eo enim hi habent poteſtatem, & robur, ut ſuos motus, ac appetitus valeant compeſcere, ac refrænare. 148. Andr. Cæſ.

A Chriſto eſt poteſtas ad reprimendos appetitus. D. Greg. D. Bernard.

Quartò. Notanda ac expectanda eſt ſeries textus: *Primogenitus mortuorum, Princeps Regum terræ.* Ecce Joannes de Chriſto duos glorioſos titulos hic ſcribit, primogenitum mortuorum, & principem Regum terræ: è quibus prior mortem, ſecundus principatum deſignat, ille ut excellentior priùs ponitur, hic ut inferior poſteriùs, ac ſi glorioſius fuerit Chriſto D pro ſuis mori quàm univerſo orbi imperare Obſervat D. Hieron. quòd Chriſtus D. aperta luce, omnibus ſpectantibus moritur, ſurgit verò ſub noctis ſilentio, inter nocturnas tenebras, omnibus arbitris remotis, cujus myſterii ea eſt ratio, quia gloria morientis anteponenda quodammodo videbatur majeſtati reſurgentis; unde hæc inter denſas noctis tenebras ſit illa verò ad claram lucem, ac omnium oculos reſervatur. 149.

Glorioſior Chriſto mors pro noſtra ſalute, quam regnandi dominatio. D. Hieron.

Præcepit Deus Moyſi Exod 40. n. 5. *Pones altare aureum, in quo adoletur incenſum coram arca teſtimonii; tentorium introitus tabernaculi pones, & ante illud altare holocauſti.* Ecce duo altaria & utrumque Chriſtum ſignificat, ſed quod aureum eſt, velo contegitur, alterum nempe holocauſti coram omnibus patet, unde tanti diſcriminis ratio? Cum aureum potius videbatur manifeſtandum; illud verò holocauſti occultandum. In altari aureo repræſentabatur Chriſti majeſtas, ac Regia poteſtas, in ara holocauſti oblatio mortis Chriſti, hinc illa occultatur, hæc manifeſtatur, ac ſi illuſtrius, & glorioſius eſſet Chriſto pro ſuis mori, quam ſuprema majeſtate regnare, ac triumphare D. Cyrill. Alexandrin. lib. 4. in Joan cap. 28. *Celabatur primum, quia occulta, atque recondita eſt gloria Chriſti, alterum autem vulgo patebat, quia mors ejus omnibus patet.* 150. Exod. 40.

Illuſtrior mors Chriſto, quàm Regia poteſtas. D. Cyr. Al.

QUÆSTIO XXI.

Quare Joannes ait de Chriſto, qui dilexit nos, & lavit nos ſanguine ſuo.

IN limine quæſtionis notanda eſt textus ſeries, ait Joannes de Chriſto: *Princeps Regum terræ qui dilexit nos, & lavit nos ſanguine ſuo.* Valde mirè hæc 151.
duo,

duo, ſeu tria copulantur: *Princeps Regum terræ*, deinde, *dilexit nos, & lavit nos ſanguine ſuo*: ac ſi proprium Regis ſit, ſuos intimè diligere, ac pro eis mortem ſubire, ſi neceſſe fuerit: hinc cum Regem vocat, adjunxit, *lavit nos in ſanguine ſuo*. Cur potius non ait: *Princeps Regum terræ*, ſuper omnes dominatum, ac principatum exercens, ſed, *dilexit nos, & lavit nos in ſanguine ſuo*? Optimus ſanè ordo, cum dicitur, *Princeps Regum terræ*, additur, *dilexit, lavit nos ſanguine ſuo*. Amor ad mortem impellit, quam optimus princeps pro ſuis non recuſat. D. Chryſoſtom. ſermone 6. de Paſſione: *Miraris*, ait, *ſi pro nobis poſuit quod ſuſcepit ex nobis, qui fecit propter nos tanta, & talia largitus eſt nobis. Quantum virtus, poteſtas, ac magnificentia creantis, operum contemplatione, lucebat, tantum latebat dilectio Dei, tantoque Dei charitas habebatur obſcurior, ſubjectis dare, donare ſervis, eſt. aſſuetum liberalitatis indicium: pati pro ſubjectis, pro ſervis mori, inſigne eſt charitatis immenſæ documentum ſi ſingulare eſt hoc amoris argumentum.*

Optimi principis, ſuos diligere, & pro eis vitam dare.

D. Chryſ.

152. Ad quæſtionem juxta noſtram Vulgatam, Joannes ſcribens ad Epiſcopos Aſiæ, ac ad omnes fideles, de Chriſto D. ait: *Qui dilexit nos, & lavit à peccatis noſtris in ſanguine ſuo*. Ut ejuſdem Chriſti exemplo fideles ad mortem perferendam excitentur, & accendantur. Si enim Chriſtus ita dilexit nos, ut ſuum ſanguinem funderet, quo nos à peccatis noſtris ablueret, ac à perpetua morte liberaret; decet etiam, ut nos pro ejus amore uſque ad ſanguinem certemus, & nullam tormentorum acerbitatem pertimeſcamus. Juxta illud 1. Joannis 3. num. 16. *In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere*, & cap. 4. num. 19. *Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipſe prior dilexit nos*. D. Laurent. Juſtin. cap. 17. *Tunc verè æterni Regis vexillum erectum eſt, cum in Crucis ſtipite confixus eſt Chriſtus; tunc ad pugnam animata ſunt corda fidelium, tunc ad debellandas contrarias poteſtates, atque ipſum capeſſendum Cœlum incenſæ ſunt fidelium mentes, quis pugnare refugiat? quis pati recuſet, cum Angelorum Regem, & hominum, in Crucis cognoverit pendere ſupplicio.*

Chriſti mors ad noſtram mortem tolerandam excitat.

1. Joan. 3.

D. Laur.

153. Adverte, quod textus Græcus habet in Dativo: *Diligenti nos*. Hic Dativus videtur irrepſiſſe pro Nominativo. Ita Viegas, Ribeira, Cornelius; niſi dicas cum Areta, quem ſequitur Alcazar, quòd refertur ad id, quod ſequitur: *ipſi gloria*; ideſt, Chriſto diligenti nos ſit gloria.

Viegas. Ribeira. Corn.

154. Secundò, & ad quæſtionem. Richardus: *Qui dilexit nos*, ait, *per charitatem, lavit nos per paſſionem, dilexit nos compatiendo, lavit patiendo; quia dilexit nos, ideo lavit, non enim lavaſſet, niſi dilexiſſet nos; lavit nos à peccatis noſtris originalibus, & actualibus, ſpiritualibus, carnalibus, & venialibus in ſanguine ſuo.* Non ſolùm ait Joannes, dilexit nos, ſed etiam lavit nos; ut apertum, ac notum ſit, quòd dilectio Dei in nos, non ſolùm ſit verbis, ſed etiam operibus & adeò magnificis, ut ſanguine ſuo proprio nos ablueret, & mundaret à peccatis.

Richard.

Dei dilectio erga nos, non tantum verbis, ſed potius operibus declaratur.

Tertiò. Divus Bernardinus Senenſ. *lavit*, ait, *nos lavacro quintuplici: primum eſt ſalutaris gratiæ, & mundat à peccatis, ſecundum eſt baptiſmatis regenerationis, & mundat à culpa originali: tertium eſt pœnitentialis compunctionis, & hoc mundat etiam à peccatis: quartum ſapientialis inſtructionis, & illud mundat ab ignorantia intellectuali: quintum eſt pœnalis afflictionis, & illud mundat à miſeria mundali: Lavit igitur, quintuplici iſto lavacro, ſanguine ſuo, ſex vicibus, primò in circumciſione; ſecundò in oratione, quando factus eſt ſudor ejus, velut guttæ ſanguinis; tertiò in flagellatione; quartò in ſpinarum coronatione: quintò in crucifixione: ſextò in lateris perforatione.* Sat erat dicere, ſalvavit nos, redemit nos; ſed ait, lavit nos, cur utitur Evangeliſta hoc verbo lavit, cum una gutta ſanguinis eſſet ſufficiens? ait, lavit nos, ut indicet, quàm copioſa apud eum fuerit redemptio noſtra. Pſalm. 29. ut tanta fuerit copioſa ſanguinis ejecti, ut lavaret nos, totumque genus humanum; & præ vi amoris, hoc non tantum ſemel, ſed ſex in circumciſione, in horto, in flagellatione, in corona ſpinea, in crucifixione, in lateris vulnere. 155.

D. Bern.

Chriſtus vi amoris copiosè, ac multipliciter nos lavit.

Quartò. Divus Cyprianus lib. de paſſione Chriſti: *Jam*, ait, *ſanguis tuus, Domine, non quærit ultionem; ſanguis tuus lavat crimina, peccata condonat, ut olim ultionum Deus, modo mifereris, & parcis his, qui offenderunt, ſanas contritos corde, & alligas vulneratos.* Conſidera mirabilem rerum commutationem factam ſanguine Chriſti: ſanguis Abel clamabat vindictam, Geneſ. 4. num. 10. ſanguis Chriſti non quærit ultionem. Sanguis potiùs fœdat, & maculat, quàm lavat, ac dealbat. Hinc dicitur, Iſai. 1. num. 15. *Manus veſtræ plenæ ſunt ſanguine.* At hæc eſt mira vis ſanguinis Chriſti, quod abluat, & dealbet: *Lavit nos ſanguine ſuo.* Et Apocal. 7. num. 14. *dealbaverunt Stolas ſuas in ſanguine Agni*; Aliorum ſanguis accuſat, *& condemnat, ut veniat ſuper vos omnis ſanguis à ſanguine Abel juſti.* Matth. 23. num. 35. At ſanguis Chriſti *peccata condonat*: Deus olim dicebatur, *Deus ultionum Dominus*: at verò nunc. *Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis.* 2. Corinthior. 1. num. 3. 156.

D. Cyprian.

Sanguis Chriſti miſericordiam affundit.

Gen. 4.

Iſai. 1.

Apocal. 7.

Matth. 23.

Quintò M. Baëça tom. 4. in Evangel lib. 18. cap. 7. §. 20. conſiderat, quam diſpari modo ſe habeat ſanguis Chriſti erga perfidos, ac fideles; nam impii Judæi Matth. 27. numer. 25. clamabant: *Sanguis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros*: ſic Chriſti ſanguinem petunt, tanquam gladium: ſub quo illis neceſſum ſit perire. At in præſenti ait Joannes: *Qui dilexit nos, & lavit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.* Ecce eadem Chriſti mors, idemque Chriſti ſanguis illis eſt, ut gladius, nobis verò ut ſalutiferum lavacrum. Illi ſanguinem Jeſu deſuper venientem, ut malum, imprecantur; nos præ manibus illum habemus, ut eo lavemur, ac ſanctificemur; ac intellectus viſum acuamus. Unde tam latum diſcrimen? niſi ex eo, quòd illi perfidi, nos fideles ſumus: & ſicut mors, & ſanguis Chriſti fugit perfidos, cumque ab eis abſcondit, ac difficilem reddit, 157.

Baëça.

Matth. 27.

ſic & fideles diligit, illumque eis manifeſtum ac benignum, & benevolum oſtendit D. Chryſoſtom. homil. de Cruce, & Latrone: *Sanguis Chriſti, ait, illis ad mortem, nobis ad vitam: non eſt enim ſanguis Chriſti deterior Babylonico igne. Ille ſcit Sanctorum in camino honorare corpora, & Chaldæos comburere, quantò magis ſanguis ille pretioſiſſimus ſcit perdere incredulos, & ſalvare fideles? Decuit enim ſplendorem Crucis obcæcare infideles, & illuminare credentes: ſola enim Chriſti Crux eſt, quæ diſſolvit tenebras, & regnum dæmonum diſſipavit; Crux nobis ſol juſtitiæ facta eſt.* Ecce à ſanguine, ac Cruce Chriſti mors, & vita; caligo, & lux oritur, nobis fidelibus lumina præbet quo Dei filium agnoſcamus, & videamus: perfidis autem, ac rebellibus, Crucis occaſione, maj r cæcitas, & tenebrarum cæcitas oritur, cum mors, & Crux Chriſti eis inſerviat in ſcandalum; ſiquidem Babylonicus ignis fidelibus pueris filii Dei ſocietatem clariorem effecit, perfidos Chaldæos in cineres redegit.

D. Chryſ.

Ieſu ſanguis perfidis eſt ad cæcitatem, & mortem, fidelibus ad vitam ac lucem.

158\. Innoc. 3. Sextò Innocentius III. lib. 4. myſteriorum Miſſæ ait: *Non ſolùm lavit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, quando ſanguinem ſuum fudit pro nobis in Crucis patibulo: verùm etiam quotidie nos lavat à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, quando ejus ſanguinem nos accipimus in Calicis poculo.* Non lavit nos tantum ſemel Chriſtus Jeſus, ſed quod ſemel fecit, facere non deſinit quotidie, lavans, & ſanctificans nos altaris Calice; unde moneam cum Anſberto hîc: *Inter hæc ſtudendum, ne ſemel abluti per ſanguinem Chriſti, iterum inquinemur ſordibus ſæculi.*

Chriſtus non tantum ſemel lavit, ſed ſemper lavat.

Anſbert.

159 D. Auguſt. Septimò. Divus Auguſtinus in Pſalm. 102. *Redemptor noſter egit hic commercium, jam pretium ſolvit, ſanguinem fudit; ſanguinem, inquam, fudit unicus filius Dei pro nobis: ô anima erige re, tantum vales*, Nil homine adjectius, & humilius, & tamen Deus homo pro eo dedit ſuum ſanguinem infiniti valoris, ut nos lavaret à peccatis noſtris: ô quanti pretii una anima hominis eſt apud Deum, ut homo quodammodo Deum valere videatur; pro quo accipe Eucherium Lugdunenſ. homil. 2. de ſymbolo, ac ſi, tanquam in ſtaterà ad pondus, ponatur ex una parte anima hominis, ex altera vita ipſius Dei pro ea pretium ſolvens, ſic ait præfatus Lugdun. *In trutina ergo Crucis, non aurum vel argentum, non aliquid Angelicum, ſed ſemetipſum paſſus eſt Auctor ſalutis appendi, ut homini, qui ab ſtatu ſuo degeneraverat, naturæ ſuæ dignitatem, vel ipſa oſtenderet pretii magnitudo* O infinita Dei bonitas, tanquam ſi in bilanci vita hominis, ideſt, ejus ſalus, eſſet ex una parte, & ex altera vita ipſius Dei; & tamen vi amoris plus æſtimationis extitit ſalus hominis, ut pro ea Æternus Pater Filio ſuo non pepercerit, ſed pro nobis eum morti tradiderit, in lavacrum redemptionis humanæ.

Eucher.

Vi divini amoris, plus pependit ſalus hominis, quam vita ipſius Dei.

160\. Octavo. Ait textus: *lavit nos ſanguine ſuo* non aqua, nec ſanguine alicujus, ſed proprio ſanguine effuſo nos lavit, ad quid res tam alta, & ſublimis neceſſaria? potuit filius Dei faciliori lavacro nos mundare, ac purificare, ad quid tantis pœnis, ac tormentis hanc ablutionem nobis vult exhibere? Rationem indicant verba appoſita: *Dilexit nos*: Reus erat amoris creaturarum, & licèt talis amor eſſet ſanctiſſimus, ac ab omni imperfectione alienus tamen repletus fuit dolore, tormentis, ſpinis, flagellationis, ac omnimoda ſanguinis effuſione. D. Chryſoſtom homil. 6. de Paſſione: *Chri tus intrat carnis injuriam, ſubit contumelias paſſionum, pœnarum genera percurrit, mortem ſuſcepit peramaram, quia damnari voluit, qui quod fecerat, ſic amavit.* Ecce Chriſti amor ad creaturas, etſi omni ſanctitate, ac juſtitia plenus, tamen multis tormentis, ac ſanguinis effuſione fuit undique repletus; *quia damnari voluit, qui, quod fecerat, ſic amavit.* D. Chryſ.

Amor creaturarum, etſi ſanctiſſimus, dolorem aliquem importat.

De Æterno Parente ait D. Joan. 3. num. 16. *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret.* Habuit Æternus Pater amorem ad creaturas, & idem fuit, quod ad eas extenderet ſuum amorem, ac quod ſimul diſpendia ſuſciperet, & quodammodo filii orbitatem pateretur. D. Ambroſ. lib. 1. de Jacob. cap. 6. *Pulchro verbo, ait, uſa eſt Scriptura, ut Dei Patris erga te pium propoſitum declararet, qui morti pro te totum obtulit. Conſidera affectum Patris. Quod pietatis eſt, quaſi morituri filii ſuſcepit periculum, quaſi orbitatis hauſit dolorem; ne tibi periret fructus redemptionis. Tantum fuit Domino ſtudium tuæ ſalutis, dum te lucraretur. Ille propter te diſpendia noſtra ſuſcepit.* Amor creaturarum ſecum ſemper defert aliquam nocumenti notam; etiam in Deo neſcit eſſe, ſine aliqua imagine, ac diſpendii umbra: *Quaſi morituri filii ſuſcepit periculum, quaſi orbitatis hauſit dolorem.* 161. Joan. 3. D. Ambroſ.

Apoc. 1. n. 6. Et fecit nos regnum; & Sacerdotes Deo, & Patri, ipſi gloria, & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

VERSIONES.

Arabicus. Et fecit nobis regnum, & Sacerdotes.

Tertul. Vatabl. Et fecit nos reges, & Sacerdotes Deo, & Patri ſuo.

Syriacus. Et fecit nobis regnum Sacerdotale Deo, & Patri ſuo, cui gloria, & potentia.

Arias. Ipſi gloria, & robur.

EXPOSITIO IV.

FECIT *nos regnum*: Regnum, nempe Deo, per Chriſtum conſtituimur, quando per fidem ipſius vivam, ac gratiam ejus ſanctificantem, verè in nobis Deus regnat, dicente ipſo: *Regnum Dei intra vos eſt.* Luc. 17. num. 21. fecit ergo nos Deo regnum in hoc ſæculo per gratiam; quia tunc nos cœleſti regno adſcripſit; fecit etiam in futuro ſæculo nos regnum, per gloriam, & beatitudinem. Alii Codices habent: *Reges*, 162. Luc 17. *Alii Codices.*

Regnamus

Regnamus enim cum ipſo, & imperamus hîc vitiis, & in futuro ſæculo morti, ac miſeriis omnibus.

163. *Cuncti fideles ſe offerant Deo.* *Et Sacerdotes*: Et quidem proprie dictos, ſi ſpectes Paſtores, & Præſules Eccleſiæ: myſticos verò, ſi hoc ad omnes fideles extendas: hoc ſenſu omnes Chriſti fideles dicuntur Sacerdotes, vel eo quod ſint viva membra ſummi Sacerdotis Chriſti Domini; vel quia ſemetipſos quotidie per compunctionem cordis, & orationes cæteraque bona offerunt Deo, ſicut dicitur Pſalm. 50. num. 9. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus*, & Pſalm 49 n 14. *Immola Deo ſacrificium laudis.* (Pſalm 50. Pſalm 49.)

164. Alcazar. *Ipſi gloria, & imperium*: Alcazar in ellgit; *eſt*, quod affirmationem dicit Alii communiter intelligunt, *ſit*, quod eſt vehementer optantis; optare enim debemus, ut omnes Chriſtum adorent, & colant, & ut ipſe in omnibus imperet. *Amen quid ſignificet.* *Amen*, nomen eſt Hebraicum & ob ſuam excellentiam tranſlatum non fuit ab Interpretibus: in ſuo ſignificatu involvit quandam fidelitatem, veritatem, ac ſtabilitatem. Septuaginta pro hac dictione *Amen*, vertunt, ſemper fiat; alii, ita verè eſt, ſeu verè ſit.

QUÆSTIO XXII.

Quare poſtquam Ioannes dixit, quod Chriſtus lavit nos à peccatis noſtris, ſubdit: Fecit nos Reges, & Sacerdotes?

165. *Fructus ſanguinis Chriſti nos Reges facit.* SIc Joannes de Chriſto: *Lavit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum, & Sacerdotes.* Notandus maximè eſt proportionatus, & conveniens ordo: prius nos redemit, ac lavit à Dæmonis poteſtate, ac vitiorum turpitudine; deinde nos fecit Reges Deo, ac Patri ſuo. Rupertus: *Rex, & Sacerdos ſolus erat Ieſus; Reges, & Sacerdotes facere de ſervis peccati propoſuerat, & idcirco ſanguinem fundebat.* Ecce fructus ſanguinis Chriſti, ut dæmonis captivi, vitiorum mancipia, ac peccatorum ſervi, in tantum ſplendorem ſublevarentur, ut Reges conſtituerentur, Dæmoni dominantes, vitia, ac turpitudines conculcantes. (Rupert.)

166. Rupert. *A Chriſti ſanguine Regius ſplendor.* Secundò. Idem Rupertus. *Non ad ſervitutem*, ait, *nos emit tam caro pretio, ſanguine ſuo; ſed ut faceret nos regnum.* Valde rectus ordo; prius nos ſanguine lavit, deinde Reges conſtituit: participato enim ejus ſanguine, Regia dignitate fulgemus nihil enim non Regium, ubi Chriſti ſanguis operatur.

167. 1. Reg. 21. Cùm ingreſſus eſſet David Achis aulam, ſtatim à Palatinis Rex eſt appellatus, ac prædicatus 1. Reg. 21. num 11. *Dixerunt enim ſervi Achis ad eum, cum vidiſſent David: Nunquid non iſte eſt David Rex terræ?* Nunc primùm Rex eſt appellatus; à nemine antea David Rex eſt dictus; quamvis enim eſſet à Samuele unctus, hoc erat maxime in ſecreto, & minimè in vulgo notum. *A Chriſti ſanguine Regia dignitas in nobis.* Et licèt in victoria Goliath fœminæ acclamantes, ipſum Saüli in triumpho auderent præferre, ejus tamen regnum nemini erat manifeſtum, ſi ergo in tanto applauſu à nemine Rex eſt prædicatus, quomodo nunc fugitivus; & in vili fugitivi habitu Rex eſt acclamatus: In quonam modo ejus Regius ſplendor enituit? Etſi modo profugus aderat David, tamen ſacros propoſitionis panes (in quo ſacra Euchariſtia adumbrabatur) comederet, & ab umbra Euchariſtiæ Regius ſplendor in eo fulgebat; ſemper enim cœleſtis menſa Regiam virtutem in nobis ingerit; imò ab ea non ſolum Regia virtute ornamur, ſed etiam in nobis ipſe cœleſtis Rex vividiſſimè repræſentatur. D. Chryſoſtom. homil. 45. in Joan. ait *Hic ſanguis facit, ut imago in nobis Regia floreat, hic ſanguis pulchritudinem, atque nobilitatem animæ, quam ſemper nutrit languere non ſinit: Qui hujus ſanguinis ſunt participes, cum Angelis, & Archangelis, & ſupernis virtutibus commorantur, ipſam Regiam Chriſti ſtolam induci, ſpiritualibus armis, muniti, ſed nihil dixit, imò ipſum induti ſunt Regem.* Vide tom. 3 in Evang. cap. 35. quæſt 18. num. 124. 125. 126. 127. & 128. & aliis in locis ubi multa dixi. (D. Chryſ.)

QUÆSTIO XXIII.

Quare dicitur, quod Chriſtus Dominus nos fecerit Reges, & Sacerdotes?

REſpondet primò Rupertus hîc: *O mira bonitatis dignatio, major corde, & ore noſtro, non ad ſervitutem nos emit tam caro pretio, tam pretioſo ſanguine ſuo, ſed ut faceret nos regnum, & Sacerdotes Deo, & Patri ſuo.* 168. Rupert.
Vide quanta differentia ſit inter Chriſtum, ac homines; homines emunt alios, ut abjectiſſimos ſervos, & captivos faciant, ac ſervitute deprimant, Chriſtus nos emit ſuo ſanguine: *Empti enim iſtis pretio magno*, Corinth. 6. n. 20. ut nos ad regnum elevet, ac Reges, & Principes conſtituat. *Homines emunt, ut faciant captivos, Deus ut faciat Reges.*

Secundò. Pergit cit Rupertus: *Ut nos faceret regnum, & Sacerdotes, Deo, & Patri ſuo. Regnum utique Patri ſuo, & Sacerdotes Deo ſuo, Rex, & Sacerdos ſolus erat, Reges, & Sacerdotes facere de ſervis peccatis, de filiis mortis propoſuerat, & idcirco ſanguinem fundebat.* 169. Rupert.
Chriſtus D. Rex ſimul, & Sacerdos eſt, utrumque honorem non ſibi retinuit, ſed ſuis impertivit, ac communicavit, ut eos ſimul Reges, & Sacerdotes faceret. *Chriſtus ſuas dignitates ſuis communicat.* *Regnum utique Patri ſuo*, cui tribuitur omnipotentia, & à quo eſt omnis poteſtas, cui omnis noſtra poteſtas debet inſervire: *Sacerdotes, Deo ſuo*, nam Sacerdos vero Deo debet ſacrificare hoſtias, & holocauſta offerre, eique ſoli inſervire.

Tertiò. Beda: *Fecit nos regnum, & Sacerdotes, quia Rex Regum, & Sacerdos cœleſtis ſe efferendo pro nobis, nos ſuo corpori adunavit Nemo Sanctorum eſt, qui ſpiritualiter Sacerdotis officio careat, cum ſit membrum æterni Sacerdotis.* 170. Beda.
Dominus Jeſus fecit nos regnum, & Sacerdotes, in ipſo Chriſto Jeſu, cujus quilibet fidelis eſt membrum à capite noſtro participamus, ut Reges, & Sacerdotes ſimus. *A Chriſto capite Reges, & Sacerdotes.*

Quartò D. Bernardin. Senenſ. *Regnum iſtius Regis ait, qui nos Reges conſtituit: eſt regnum omnium ſæculorum longitudine æternitatis interminabile, latitudine caſtitatis incoarctabile;* 171. D. Bern.

Reges & Sacerdotes à Deo conſtituti in æternum

altitudine ſublimitatis incomprehenſibile; *ſic ergo nos fecit regnum, & Sacerdotium.* Jeſus fecit ſuos ſervos, Reges, & Sacerdotes, non ut eos, qui temporaliter regnant, ſed multò excellentiori modo, nam qui temporaliter dominantur, tam in ſuo regno, quam vitæ annorum curſu, certam termini periodum habent, at qui à Chriſto conſtituuntur Reges, ampliſſimam habent poteſtatem, cum quadam duratione ſine fine, quæ ad æternitatem extenditur.

172. Ansbertus.

Quintò. Ambertus: *Ipſi ſunt Reges, ipſi & Sacerdotes, ipſi & altare, ipſi & ſacrificium, quia & tumultus carnalium vitiorum contra ſe inſurgentes, ut Reges refrænant; & ſacrificium mortificationis, & laudis, ut Sacerdotes, Deo immolant, & corda ſua igne compunctionis, tanquam altare ſuccendunt, & corpus ſuum à præſentis ſæculi voluptatibus mortificant, ut hoſtia viva fiant.* Servi Chriſti Reges ſunt, cum per Dei gratiam, expugnatis vitiis proprios appetitus refrænantes ſobrie, & caſtè Deo vivunt, & tunc etiam conſtituuntur Sacerdotes quia nimirum corpus, & membra ſuo Deo, ut hoſtiam mactant, ac offerunt. Carthuſian. *Se ipſos offerunt Deo, & corpora ſua mortificant per pœnitentiæ actus, & per compunctionam internam animas ſuas immolant Creatori.*

Verè Reges, ac ſacerdotes, altare & ſacrificium, qui ſobriè & caſtè vivunt. Carth.

173. Ansbertus.

Sextò. Expende illud Ansberti: *Quia & tumultus carnalium vitiorum contra ſe inſurgentes, ut Reges refrænant.* Chriſtus fideles ſuos fecit Reges; non tantùm dominatum in alios exercentes, ſed etiam in ſe ipſos, quod eſt mirabilius, ac excellentius, dum proprios appetitus edomant, ac refrænant, & eos ſubditos rationi continent, *nullum regnum majus, nullumque ſplendidius, dum quilibet amputatis vitiis, purè ac ſanctè Deo vivit.*

Rex verus in ſe ipſum habet dominatum.

174. Eccleſ. 49.

Eccleſiaſticus 49. num. 17. ait: *Ioſeph, qui natus eſt homo, princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, ſtabilimentum populi.* Joſeph minimus ferè omnium fratrum ſuorum erat; & tamen non ſolùm ad eorum principatum evehitur, ſed etiam ad hoc, ut eſſet firmamentum gentis, & ſtabilimentum populi, gentes, & populos optimè gubernans; & unde illi tanta gloria, tantuſque principatus obvenit? Rectè Paulus de Palacios, hoc ad primam Joſephi commendationem refert, nempè; *qui natus eſt homo*; hoc eſt, qui ab ipſis pene cunabilis, indomitos appetitus coërcuit, & refrænavit, & vices hominis ſic adimplevit, ut peſſima fratrum crimina damnaret, ac petulanti fœminæ reſiſteret. Qui ergo hominem ſic adimplebat, ſuiſque appetitibus dominabatur, jam regni auſpicium in ſe præbebat, ut exinde Rex, & princeps aliorum haberetur. D. Syneſius lib. de Regno ait: *Is conſentaneum regnandi initium cœperit, qui ab eo, quod ſecundum naturam eſt, imperandi auſpicium fecerit: quoniam quicumque rationis expertes partes, & curatas, ac tractabiles reddens, rationi obſequentes fecerit, ad unius principatus ſapiens moderamen, multitudinem componit; hic verè divinus ſive Rex, ſive privatus, homo eſt.* Perpende, unde ſumatur regni auſpicium, *ab eo quod ſecundum naturam eſt*: ab eo nempe, qui hominem induit, & repugnantes illi mores exuit, ac deponit.

Palacius. *Ille verus Rex, qui ſuis appetitibus dominatur.*

Syneſius.

Decantat Regius vates: *Tibi offerens Reges munera.* Pſalm. 67. n. 30 Deus plus æſtimat duo æra minuta pauperculæ viduæ Luc. 21. n. 2. quam ampliſſima munera Regum, quid ergo magnum dicit Pſaltes in eo, quòd Reges offerant Deo? Cur ergo non potius dicit; pauperculæ viduæ offerent Deo munera, quando hæc acceptiora, & gratiora ſolent eſſe Deo? Sanè Regius, vates de pauperibus loquitur, quos propriæ virtutes ſic extollunt, ut Reges dicantur; non enim Pſaltes Reges appellat, qui ſceptro ac corona, & purpura in mundo nobilitantur, ſed eos dicit Reges, qui ſuis cupiditutibus dominantur; pauperes erant, qui dona offerebant, nam purpurati mundiales, qui vitiis ſerviunt, ut viles reputantur à Deo; pauperes verò, qui vitiis amputatis, in juſtitia perſiſtunt tanquam Reges, ac Principes in magna æſtimatione habentur. D. Ambroſius in lib. de Nabuthe. cap. 16. *Pauper fide ditior eſt, ſobrietate locupletior; & cum ſit pauper, ex illis eſt, de quibus dicitur: Tibi offerent Reges munera. Non enim purpuratis offerentibus, ſed meritis proprio regentibus, Dominus Ieſus delectatur, qui corporalis laſciviæ mentis dominantur imperio.* 175. Pſalm. 67.

Reges, & Principes acclamantur ex virtutibus, non ex ſubjectis populis.

D. Ambr.

QUÆSTIO XXIV.

Quare prius regnum; poſteà Sacerdotes ponuntur?

Adjunxit Joannes Reges, & Sacerdotes, nam utraque hæc poteſtas manus ſibi dant, ad tutamentum, ac adjuvamen reipublicæ. Cum omnes filii Regis eſſent mortui ab Athalia, & Joas Regis filius eſſet abſconditus in templo, ut tamen ad regnum paternum elevaretur, *Miſit Ioaida, & aſſumpſit Centuriones, & milites, & introduxit in templum Domini* 4. Reg. 11. n. 4. Ecce Joiadas Sacerdos maximus, milites, & centuriones vocat ad regni fulcimentum, & ad tuendum regale jus; non enim eſt alienum à Sacerdote maximo, ut regnum ac Regem armis protegat, militeſque convocet ac diſponat amore tuendæ patriæ. Manus ſibi fricant Princeps, & Pontifex, in quem locum de Joaida Sacerdote loquens Petrus Damianus lib. 8. Epiſtola 6. ait: *Sciebat enim, quod utraque dignitas alternæ invicem utilitatis eſt indiga, dum & Sacerdotium regni tuitione protegitur, & regnum Sacerdotis officii ſanctitate fulcitur.* 176.

4. Reg. 11. *Regia, & ſacerdotalis dignitas ad tuendam Rempublicam.*

Damianus.

Quæſtio tamen eſt, cur Joannes prius regnum poſuit, deinde Sacerdotium, cùm Sacerdotium præſtantius, & excellentius ſit? Qui dignè, ac debite Sacerdotio vult inſigniri regiam virtutum nobilitatem debet habere. Petrus Damianus lib. 3. Epiſt. 4. *Qui ſe per ignobilitatem ſæcularis vitæ, ab ingenuo præcedentium patrum ſtemmate degenerat, dignum profectò eſt, ut à ſacerdotio cenſuræ Eccleſiaſticæ vigor expellat: nobilem ergo neceſſe eſt eſſe Eccleſiæ Sacerdotem ut qui miniſter eſt Domini, erubeſcat ſe ſervum eſſe peccati.* 177.

Sacerdos plenus ſit nobilitate virtutum.

Damianus.

Secundò. Ait Joannes *Fecit nos regnum, & Sacerdotes. Deo.* Prius poſuit regnum, deinde Sacerdotes, ut eos conjungeret Deo tanquam quid 178. Eccleſ. 7.

Sacerdos toto affectu ferâ tur in Deum. quid maximè propinquum, ac proximatum Deo; ſic ait Syracides Eccleſiaſt. 7. n. 31. *In tota anima tua time Deum, & Sacerdotes ejus ſanctifica*, & n. 33. *Honora Deum in tota anima tua, & honorifica Sacerdotes ejus.* Ubi poſt Deum ſtatim adjunxit Sacerdotes, cui Sacerdotes ſerviunt & in quem toto affectu, mente, ac operatione debent ferri. D. Cyprian. lib. 3 Epiſt. 9. *Salomon teſtatur*, ait, *& docet quæ ſit Sacerdotalis auctoritas.*

179. Sacerdos ſupra hominem. Quid mirum, quod Sacerdos juxta Deum ponatur, cum Sacerdos dignitate ſit quid ſuprà hominem, & quodammodo penè Deus. Mendat Deus oleo ſancto Aaronem, ac Sacerdotes conſecrari, & ait: *Caro hominis non ungatur*. Exod. 30. Exod. 30. num. 32. Nonne oleo ungendus eſt Sacerdos, qui homo eſt? quomodo mandatur, quod caro hominis non ungatur? Conſecrandus eſt Pontifex, & Sacerdos; jam non homo Lyran. eſt, ſed quid ſupra hominem Lyranus: *Profectò Sacerdotes quantum ad officium, ſunt ſupra homines.*

180. Levit. 16. Dicitur Levitic. 16. n. 17. *Nullus homo ſit in tabernaculo, quando Pontifex Sanctuarium ingreditur.* Liquidò patet genuinus ſenſus: myſticè percunctor, quid eſt, quod Moyſes hominem à tabernaculo excludit, cum Sacerdotem admittat? quia Sacerdos veluti homo non eſt, D. Cyrill. ſed aliquid ſuprà hominem Noſter D. Cyrillus lib. 4. in Levit. *Ego ſic accipio*, ait, *quod qui potuerit Chriſtum ſequi, & penetrare cum eo interius tabernaculum, jam non erit homo, ſed ſecundùm verbum ipſius, tanquam Angelus Dei.*

QUÆSTIO XXV.

Quare Ioannes imprecatur Chriſto gloriam, & imperium?

181. Syriac. Addit Ioannes: *ipſe gloria, & imperium.* Syriacus. *Ipſi gloria & potentia*, Chriſto D. adſcribit gloriam, potentiam, & imperium: nam ex Chriſti gloriâ, imperio & potentia derivatur, quod Eccleſia Chriſti plena ſit potentiâ, gloriâ, & imperio, ac de ſuis hoſtibus triumphaverit, & in cœlo ſit in æternum triumphatura.

182. Albert. Secundò Reſpondet Albert. Magn. *Ipſi gloria, qui fecit nos Sacerdotes; & ipſi imperium, quia fecit Reges. Vel gratia in ſua natura, imperium verò in ſubjectam creaturam.* Aliter & tertiò. Bern. Reſpondet Bernard Senenſ. *Ipſi gloria, quia glorificat electos ex ſua miſericordia; & imperium quia condemnat reprobos, exigente juſtitia.* Richard. Juſti Deum honorant ob gloriam; Impii timent ob pœnam. Idem habet Richard. Victorin. *Ipſi gloria quantum ad electos, imperium quantum ad reprobos; gloria ut eum electi glorificent, imperium, ut eum reprobi formident; gloria, ut laudetur a bonis pro collatis beneficiis: imperium, ut à pravis timeatur pro perpetratis malis gloria, quia glorificat electos pro juſtitia, imperium, quo condemnat reprobos pro culpâ.* Cur ergo reſpectu juſtorum, decantatur gloria; reſpecta verò impiorum imperium? Ut pro gloria collata juſti eum glorificent, eique obſequia præſtent: Impii verò, ob æquiſſimum imperium, eum ut punientem formident, ac timeant.

183. Tertiò. Cardinalis Hugo: *Imperium ipſi*, ait, *ut ei obediamus, & obtemperemus, ut ſic cum eo in æternum vivamus.* Hugo. Obediamus Deo, ut eius gloriæ ſimus participes. Hebr. 12. *Quantò magis obtemperabimus Patri ſpirituum, & vivemus in ſæcula ſæculorum.* Datur Deo gloria, & imperium; ut nos cognoſcentes ejus imperium, ei ut ſupremo Dominatori cum debitâ obedientiâ obtemperemus, ut inde ejus gloriæ participes ſimus cum eo in æternum regnantes in ſæcula ſæculorum.

184. Pannon. Quartò Cælius Pannonius ſic ait: *Hoc brevi canticò docemur, ad omne beneficium receptum gratias Deo agere. Sic Moyſes, liberato populo, cui dux conſtitutus fuerat, poſteaquam mare tranſierat, viſa potentia Dei, ſuum canticum canit:* Pro beneficiis gratias perſolvamus Deo. *Agit itaque Ioannes vices graviſſimi hominis, ut gloriam tribuat Deo, imperiumque, & id quidem in ævum; nos quoque, qui tantis beneficiis cumulati ſumus per Chriſtum, ut dilectos citra merita noſtra lavaret in ſanguine ſuo, emundaret conſcientias noſtras à mortis operibus, faceret inſuper Deo regnum, & Sacerdotes; utique agere ſimiles gratias debemus, ſatagentes in omni opere bono, ut grati inveniamur coram illo, in tempore quo ſtatuemur ante tribunal ejus.* Idem glorias Joannes Deo refert, optans ei omnem A dr. Cæſ. majeſtatem imperium, & potentiam, & qua de cauſa modo tam ſolicitum ſe ejus gloriæ oſtendit; Dixerat antea: *Lavit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum, & Sacerdotes.* Cùm ergo tot beneficia accepta eſſent ante oculos, inde eum omnibus titulis gloriæ proſequitur, nos docens, ut pro beneficiis acceptis maximè nos gratos exhibeamus.

185. Ad oſtium ſuæ dilectæ pulſat Divinus Sponſus, dicens: *Aperi mihi, ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Cantic. 5 num. 2. Cant. 5. Cùm autem dilectus ab oſtio declinaret, & ipſa ſurgens, ut eum quæreret per vicos, & plateas, convocat filias Jeruſalem, ut de ſuo amore annuntient dilecto: *Adjuro vos, filiæ Ieruſalem, ſi inveneritis dilectum meum, ut nuncietis ei,* Ad gratias agendas ſponſa convocat ſodales. *quia amore langueo.* num 8 & ſtatim ſe totam in multas ſponſi laudes diffundit: *Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus: Caput ejus aurum optimum: comæ ejus ſicut elatæ palmarum: oculi ejus, ſicut columbæ: genæ ejus, ſicut areolæ aromatum: labia ejus, ſicut lilia, &c.* Cur modo dilecta panegyricum de Chriſto tantis adornat, ut nullibi tanta de eo intonaſſe reperiatur? & ſe tanto panegyrico ducens imparem, virgines ſibi comites admonet, num 8. *Adjuro vos filiæ Ieruſalem?* Cum ipſa ſe agnoſceret ab ſponſo multis beneficiis cumulatam; nam ipſe de eâ magna decantavit: *Soror mea, amica mea, immaculata mea, caput meum plenum eſt rore.* Nempè cœleſtium gratiarum, ac donorum; inde ſe tantis videns adſtrictam, tanquam gratiam rependens, magna de ſponſo prædicat, ac evulgat: & credens virgo ſibi non eſſe vim ad tantas gratias perſolvendas manum aliarum virginum expoſcit, ut gratiam Deo referat, ac chorum earum ſecum voluit habere, qui Deo applauderet. Sic Gilbert. expendit Gilbertus ſerm 4 *Gloriata de nova, ac inſolita dulcedinis guſtu, filias Ieruſalem ad gratias agendas invitat.*

186. Apud Joan. cap.5. Sanatus à Chriſto eſt homo, juſſuſque ut lectulum efferret humeris, (Joan 5.) num.9. urgent homines improbi: *Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum, &c.* De morbo non agunt, ſed de grabato, ut diem à Chriſto fractum dicant, ſicut iterum n.12. *Quis eſt ille, qui dixit tibi: tolle grabatum tuum?* At homo nihil de grabato aſportato, ſed tantum de ſanitate receptâ agit, num.11. *Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit.* Quod etiam iterum facit num.15. *Abiit ille homo, & nuntiavit Judæis, quia Jeſus eſſet, qui fecit eum ſanum.* Ecce Judæi ſolum grabatum aſportatum dicunt, ut Chriſtum iniquè arguant, at qui fuerat paralyticus, ſolùm ſanitatem ſibi collatam annuntiat, publicat, ac divulgat, ut gratum ſe recognoſcens ſuo benefactori, à quo tantum donum acceperat ſimulque ſuâ confeſſione alios invitans, ut tantum benefactorem agnoſcant, eique gratias perſolvant. D. Chryſoſtom. homil.27. in Matth. *Intuere*, ait, *hominem in pietate perſeverantem; cum illi creditum ſemper crimen adducerent, hic ſemper excuſationem, in medium profitetur, ut populum ad ejus cognitionem, ac familiaritatem alliciat.*

Gratus homo Dei beneficium, laudat, ut Auditores Deo jungat.

D. Chryſ.

*Apoc.*1.*n.*7. Ecce veniet cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ: Etiam, Amen.

Num. 8. Ego ſum α & ω, principium & finis, dicit Dominus Deus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt omnipotens.

VERSIONES.

*Nicetas n.*7. Ecce egredietur cum nubibus.

Arabicus. En ipſe venturus eſt cum nubibus, & videbit eum omnis oculo præditus, & ii, qui pupugerunt eum, & flebunt, plangentque id omnes tribus, verè etiam, verè.

Syrius. Et videbunt eum omnes populi, etiam homines illi, qui confoderunt eum, & plangent ſuper ipſum omnes tribus terræ.

Primaſ. Et qui eum confixerunt.

Pagnin.Vatabl. Et qui eum compunxerunt.

Arias. Et qui eum transfixerunt.

S. Fulgentius. Et qui eum crucifixerunt.

Mariana. Et plangent ſe propter ipſum omnes familiæ, vel gentes; vera, & certa ſunt, quæ dico.

*Arabic. n.*8. Ego ſum Aleph & Ye, primus, & ultimus, dicit Dominus Deus, qui nunquam deſtitit, & eſt, & venturus eſt, omnia tenens.

Syrus. Ego ſum Aleph, & Tau, dicit Dominus Deus, &c. & qui tenet omnia.

Tertull. Ego Dominus, qui eſt, & qui fuit, & qui venit.

EXPOSITIO V.

ECCE dupliciter exponi poteſt. 187.
Primò, ut ſignificet temporis certitudinem, ſicut alibi dicitur *Ecce venio citò, ecce venio.* Vel eſt adverbium indicans, quod præſenti tempore demonſtratur; ut *Ecce homo*, ſicut Pilatus dixit. *Ecce venit*, quaſi dicat, citò Chriſtus veniet ad judicium, & jam ſpiritu prophetico video illum eminus venientem *in nubibus*, ut dicitur Matth.24. n.30. *Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli, cum majeſtate multa.* Et tunc ſuo tempore: *Videbit eum omnis oculus*; tam humanus, quàm Angelicus, & etiam eorum, *qui eum pupugerunt.* Alii juxta varias lectiones legunt: *Confixerunt, transfixerunt, crucifixerunt.* Videtur alludi ad locum Zachariæ 12. num.10. *Confixerunt.* Scilicet tum phyſicè clavis, lancea, tum moraliter maledicis linguis, & ſceleribus ſuis. Ex quo patet, quòd in Chriſto veniente ad judicium videbuntur ſigna crucifixionis, ſcilicet aperturæ manuum, pedum, lateris, ſplendida, & fulgida, ut probavi tom.5. in Evang. lib.9.

Matth. 14. Zachar. 12.

Et plangent ſuper eum: ideſt, cauſa ipſius, ſeu propter eum, nempè ob iniquitates, ac impietates, quas occaſione, ſcelerum in ipſum admiſſorum commiſerunt, ut explicant D. Auguſt. Theodoret. Rupertus, Ribeira, Viegas, & alii. *Omnes tribus terræ*: Non ſolùm Judæi, ſed alii etiam omnes, qui vel fidem non receperunt, vel opera fide ſua digna non fecerunt. *Etiam, amen*: Utrumque adverbium poſuit; in Græco unum, quod idem eſt, ac *etiam*, alterum in Hebraïco idiomate, *Amen*, & unumquodque ſignificat, ita certè, ac omnino erit, & illa geminatio eſt maximè affirmantis, quòd ita erit, ut frequenter indicat illa repetitione Scriptura *Amen, Amen.* Ex quo quæres, cur Joannes vocabula diverſarum linguarum commiſcuerit, cum dicere potuerit, *Amen, Amen*? Reſpondeo, ut indicaret, quòd id quod dicebat, in hominibus omnium linguarum

188. D. Auguſt. Theodor. Rupert. Ribeira. Viegas.

Cur Ioannes vocabula diverſarum linguarum, poſuerit.

linguarum erat confirmandum, ex omnibuſque nationibus venturos homines ad judicium, viſuroſque Chriſtum, & ex omnibus tribubus multos futuros, qui plangerent ſuper eum.

189. Ego ſum, *α* & *ω*. Continuata ſerie loquitur Chriſtus; ut dicam q. 30 & quid ſignificet, indicant ſequentia verba *principium & finis*. Nam hæ duæ literæ aperiunt, & claudunt Græcum Alphabetum. Ac ſi dicat Chriſtus, quemadmodum ego primus omnium ſum, & omnes homines creavi; ita etiam ſum finis, ad quem omnes venturi ſunt, ut judicentur, & pro factis digna recipiant, quod tunc fiet, cum in mundi fine Chriſtus veniet cum poteſtate ſibi à Patre commiſſa judicandi omnes *Qui erat, & qui eſt*: Vide verſ. 4. Expoſit. 3. n. 102. *Omnipotens*: ut inde ſciatur, & credatur omnino futurum, quod prædicitur: Deus cùm ſit omnipotens, ejus voluntati nemo reſiſtere valet.

QUÆSTIO XXVI.

Quare Ioannes hic facit mentionem de die judicii?

190. Richard. AD quæſtionem reſpondet Richardus Victorin. cap. 2. *Poſt ſalutationem*, ait, *adjungit quædam de adventu Chriſti, & terrore Iudicii futuri, ut ſi ex beneficiis, quæ in ſalutatione continentur, Deum diligere negligimus, ſaltem ex minis, quæ ſequuntur, ipſum timeamus. Si propter dulcia, quæ præcedunt, contemnimus bona facere, propter amara, quæ ſequuntur, formidemus mala perpetrare; ſi non trahit ad Deum hoc, quod demulcet, ſaltem ab adverſa parte nos repellat id, quod terret.* Similiter D. Bernard. Senenſ. *Hic ſubditur ejus poteſtas*, ait, *quia apparebit in ſecundo adventu ad vindictam malorum, ut qui timore primi adventus, peccata non dimiſerunt, ſaltem ex timore ſecundi adventus, reſiliant à peccatis.* Joannes in præſenti cum ait, *Ecce venit in nubibus*: De finali judicio interponit ſermonem: antea totus erat Evangeliſta in enarrandis eximiis Chriſti beneficiis: *Qui dilexit nos, & lavit nos à peccatis noſtris, & fecit nos regnum, & Sacerdotes.* Cur non progreditur ultra ad referenda alia beneficia; ſed ſermonem vertit ad horrorem timendi judicii, ac terrorem finalis diei, diei calamitatis, & miſeriæ? Cur ex beneficiis commemoratis ad comminationes tremendas judicii divertit ſermonem; Optimè quidem; ut ſi quis ad rectè agendum benignitate, ac donis non allicitur, ſaltem metu terrefactus ad id commoveatur: *Si non trahit ad Deum hoc, quod demulcet; ſaltem ab adverſa parte nos repellat id, quod terret.*

D. Bern. Senenſ.

Si benignitas non adducit adducat timor Iudicii.

191. Secundò Commemorat beneficia, ut illis juſti alliciantur; horrores Judicii etiam objicit, ut & iniquus illis trahatur: Juſtus beneficiorum dulcedine movetur: iniquus verò pœnarum auſteritate. Vidit Iſaias Dominum in ſolio majeſtatis, *Seraphim ſtabant ſuper illud: Sex alæ uni, & ſex alæ alteri, & clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria ejus*, cap. 6 n. 2. & 3. Spiritus Angelici fauſtis acclamationibus divinam majeſtatem reverebantur, dicentes: *Plena eſt omnis terra gloria ejus.* Seu, ut explicat D. Thomas, *proviſione liberalitatis ejus*: Ob largitatem ſuorum beneficiorum. Aliter nefarii ſpiritus clamabant ad Chriſtum: *Quid nobis, & tibi, Ieſu fili Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos?* Matth. 8. num. 29. Ecce Dæmones non fatentur Jeſum filium Dei, niſi ejus ſeveritatis acrimoniam ſentientes. Aliter Divini illi ſpiritus, non ex pœnarum acore, ſed ex beneficiorum guſtu, ſapiunt Dominum. Angeli, utpote feliciſſimo ingenio præditi; Deum ex beneficiis recognoſcunt. At Dæmones duro, & infelici ingenio imbuti, non niſi flagris ad Dei confeſſionem excitantur. Philippus Abbas epiſtol 4. *Sciunt ergo Deum Diaboli, Sciunt & Cherubim, ſed illi, ut ſentiant iratum punitorem, iſti, ut gratum protectorem.* Vide diſcrimen; Dæmones ſentiunt iratum punitorem; Sancti gratum, ac beneficum protectorem, & benefactorem.

Iſai. 6.

Matth. 8.

Iniqui timent punitorem Iuſti venerantur beneficum protectorem.

Philipp.

192. In magnam offenſam incurrit Heli, eò quod filios non corripuerit, & tamen corripuit: *Heli audivit omnia, quæ faciebant filii ſui univerſo Iſraeli: & quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ obſervabant ad oſtium tabernaculi: & dixit eis, quare facitis res hujuſmodi, quas ego audio, res peſſimas?* 1. Reg. 2. num. 22. Ecce corripuit filios ſuos? quomodo arguitur, quòd eos non objurgaſſet? *Magis honoraſti filios tuos, quam me.* Ibidem num 29. Verum eſt, quod reprehendit, ſed cum leniter, ac ſuaviter hoc præſtitiſſet, idem eſt, quaſi non corripuiſſet, nam cum iniquis & perverſis non leniter, ſed ſeverè, ac dure eſt agendum, ut trahantur; aliter inutilis cenſetur admonitio. Theodoretus ibi: *Horum iniquitas non egebat levibus medicaminibus, ſed acerrimis.*

1. Reg. 2.

Iniqui per dura & aſpera, trahuntur.

Theod.

QUÆSTIO XXVII.

Quare dicitur, quod ecce venit, non alius, nec Angelus, ſed ipſemet Chriſtus?

193. Panon. ILla particula *ecce*, ut notat Cælius Pannonius, quandam rem ſubitam & inſperatam demonſtrat, de quo inexpectato adventu ait Chriſtus Matth. 24. n. 37. *Sicut autem in diebus Noe, ita erit adventus filii hominis.* Sicut enim evenit tempore Noë, ſic eveniet tempore adventus filii hominis; & ſicut tunc non expectabatur diluvium, ſic minimè finale judicium, *& ſicut tunc erant in diebus ante diluvium comedentes, & bibentes, & nuptui tradentes uſque ad eum diem, quo intravit Noe in arcam, & non cognoverunt, donec venit diluvium, & tulit omnes: Ita erit adventus filii hominis.* Ibidem n. 38 & 39. Veluti æquali modo inter prandia, ac nuptiarum delicias, inopinatum diluvii excidium venit hominibus indulgentibus inter ſuas cupiditates, ac voluptates, ſic etiam adveniet ultimus dies repentinus Judicii finalis, ut inde maximè creſcet iniquorum dolor, quòd repente ex mundanis illecebris tranſeant ad tartareos cruciatus. Valde durum, ac acerbum eſt, ex ſumma indulgentia tranſire ad ſummum miſeriarum barathrum

Matth. 24.

Maximus iniquorum dolor, quod ex deliciis tranſeant ad cruciatus.

Deinde

194. Deinde illud *Ecce*, idem eſt, ac citò veniet Chriſtus, jam ſpiritu Prophetico video illum eminus venientem, & totum hoc tempus quod fluit uſque ad diem Judicii, mihi breve videtur reſpectu æternitatis beatæ, non enim ſolet dici, *Ecce* præcipuè cum verbo præſentis temporis, niſi cum res propinqua eſt, ac veluti oculis ſpectetur. Ut Gen 24. n. 15 *Nec dum intra ſe verba cōpleverat, & ecce Rebecca egrediebatur*, Mat. 2. n. 1. *Cū natus eſſet Ieſus in Bethlehem Iudæ, ecce magi ab oriente venerunt.* Et præclarum, ac optimum initium prophetiæ eſt, ut cū ſit multa dicturus de perſecutionibus fidelium, Chriſtum citò venturum ad judicium aſſeveret, ut impii terreantur, & juſti ſpe tantæ mercedis, & vicinæ liberalitatis ad pietatem excitentur.

Chriſtus dicitur citò venturus ad judicium.

Geneſ 4. Matth. 2.

195. Quæſtio tamen principaliter inquirit; quare dici ur, quòd ipſemet Chriſtus veniet ad judicandum? cur hoc munus Angelis non committitur? Reſpondet Euſebius Emiſſenus ſer. 2. de ſymbolo, expendens illa verba: *Qui venturus eſt judicare vivos, & mortuos.* Sic ait: *Potuit Deus, delegare Angelis ſuis diſcutiendi hominis poteſtatem; ſed agnoſce homo, dignitatem tuam; nulli etiam vel cœliſti creaturæ, te eſſe ſubjectum voluit, nulli de te judicare permiſit; agnoſce nobilitatem tuam, ſoli Deo competit de te judicare.* Ipſemet Chriſtus venit ad judicandum; potuit hoc munus Angelis delegare; & tamen noluit, ut humanæ naturæ dignitati conſuleret ut homo non alium judicem ſuſtineret, niſi ipſum Deum; & non ab alio mitteretur in ſupplicium, niſi ab ipſomet Dei filio, ut quos puniebat, hoc honore afficeret, ut à tanto judice punirentur, ac damnarentur.

Euſeb.

Chriſtus etiam reproborum honori conſulit.

196. Tamen nexus textus maximè expendendus eſt. Ait Evangeliſta: *Qui dilexit nos, & lavit nos à peccatis noſtris, & fecit nos regnum, & ſacerdotes; ecce venit in nubibus, &c.* Ad quid Evangeliſta hic præmittit commemorationem de Chriſti dilectione, de beneficio redemptionis, & de poteſtate regali, ac ſacerdotali, qua nos inſignivit, ad hoc ut de ipſo, cùm veniet ad judicandum, introducat ſermonem: *Ecce in nubibus venit?* Cum in majeſtate multa ad judicandum veniet, tam rigoroſus apparebit, tanta ira, ac furore repletus videbitur, ut ne alius reputetur, neceſſarium fuerit quòd Evangeliſta exprimeret, quòd ipſemet erat, qui nos dilexit, ac redemit in ſanguine ſuo: ita enim ira, ac furor ejus amorem abſcondet, & teget, quod ne quis æſtimet, quod ipſe nunquam nos dilexerit, opus fuit, quod Evangeliſta exprimeret, quod ipſe eſt, qui nos dilexit, ac redemit.

Chriſtus in Iudicio tanta ira apparebit, ut alius poterit æſtimari

197. Explicans Chriſtus D. eximium amorem ſui Parentis erga nos, ait: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret.* Joan 3. num. 16. & ſtatim addit: *Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, ut judicet mundum, ſed ut ſalvetur mundus per ipſum.* Ibidem num. 17. Certum eſt, quòd Deus dilexit mundum, & ideo filium ſuum miſit, ut mundum redimeret, & etiam certum eſt, quòd Deus diligit mundum, & filium ſuum mittet, ut mundum judicet: quomodo ergo ait Evangeliſta, quòd Deus dilexit mundum, & rationem ſubdit. *Non enim miſit Deus filium ſuum, ut judicet mundum?* Quando Deus miſit filium ſuum, miſit tanquam manſuetiſſimum Agnum, ita ut nullum veſtigium præberet nec judicis, nec Leonis, unde aliis dixit: *Quis me conſtituit judicem ſuper vos?* Luc. 11 n. 14. At in fine ſæculi, cum ut judex adveniet, veluti alius apparebit: tunc enim abſcondita manſueti Agni manſuetudinem, totum ſe ut ferociſſimum, ut fortiſſimum Leonem præbebit Euthymius: *Neque ſolùm dedit filium, ait, ſed & judicium rejicit, atque in ſecundum ejus diſtulit adventum* Pater ſummè diligens mundum, ſuum eximium amorem erga mundum declaravit, quando miſit filium ſuum ut ſalvatorem ejus, ſic benignum, *ut pertranſiret benefaciendo, & ſanando.* Actor. 10. n. 38. formam judicis non exhibens, non enim miſit filium ſuum, ut judicet mundum. At in fine, cum ut judex adveniet, ſic excandeſcet ob noſtra peccata, ut veluti alius videatur, totus rigidus, & rigoroſus.

Joan 3.

Chriſtus depoſita Agni manſuetudine, fortis Leo apparebit in Iudicio.

198. Glorioſè reſurrexit Chriſtus D. ut decantat Regius Vates: *Dominus regnavit, decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.* Pſalm. 92. n. 1. Nunquid Deo poteſt deeſſe fortitudo? Ad quid ergo, tanquam armis fortitudine induitur? D. Bernard ſerm. 3. de Nativit. *Non ſicut antea naſcens pannis involutus eſt, Propterea, qui prius ſinu miſericordiæ affluebat, non judicans quemquam; eſurgens præcinxit ſe, & juſtitiæ cingulo videtur quodammodo effluentem ſinum miſericordiæ collegiſſe; quoniam ex tunc præparatur ad judicium, quod in noſtra reſurrectione futurum eſt.* Dies reſurrectionis Chriſti, eſt veluti quædam memoria, ac index diei extremi judicii, nam reſurrectio Chriſti noſtram reſurrectionem indicat; & dies Judicii, dies tantæ ſeveritatis, ac rigoris eſt, ut ſolùm ad umbram, ac figuram quandam illius diei, incipiat Chriſtus, in ſinu ſuo colligere, ac accingere ad ſe omnem ſuam miſericordiam, & cum omni fortitudine ſua ſe diſponere ad ultionem noſtrarum iniquitatum: *Et juſtitiæ cingulo videtur quodammodo effluentem ſinum Miſericordiæ colligere; quoniam ex tunc præparatur ad judicium.* Cum à Chriſto defluerent undique miſericordiæ viſcera, ſic veluti alius apparebit in die Judicii, ut totam ſuam miſericordiam videatur ad ſe colligere, ac juſtitiæ cingulo præcingere.

Pſalm. 92.

D. Bern.

Deus in judicio præcinget ſuam miſericordiam Iuſtitiæ cingulo.

QUÆSTIO XXVIII.

Quare dicitur, quod Chriſtus ad judicium veniet in nubibus?

199. PAſſim iu Scriptura Deus apparet in nubibus; in nubibus aſcendit in cœlum: *Nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum*, Act. 1. n. 9. In nubibus ad judicium veniet: *In nubibus cœli*, ut patet ex hoc loco, & Matth. 24. n. 30. ubi hanc quæſtionem tractavi to. 4 c. 50 q. 15. præter ibi dicta, cur in nubibus veniet Chriſtus; hæc modo accipe.

Actor. 1.

Matt. 24.

200. Reſpondet primò D. Chryſoſtom. ſerm. 6. de Aſcenſion. Domini: *Helias, ait, in curru ignis aſcendit, Chriſtus in nube: nam quando ſervus vocabatur, currus mittebatur, ut veniret, at quando filius aſcendebat, Dominica ſedes occurrebat, nec tantum Dominica, ſed etiam Paterna,*

D. Chryſ.

Nubes Dei thronus, ac vehiculum.

Cùm Chriſtus ad judicium procedet, *veniet in virtute, ac majeſtate multa* . ut dicitur Matth. 24.n 30. *Et omnes Angeli ejus cum eo.* Matth. 25 n.31. Cum ergo Chriſtus ſe tam pompoſa majeſtate exhibeat,veniet in regali,ac paterno throno in nubibus,ſcilicet , quæ paternum ſolium conſtituunt. Juxta Septuag.Iſaias 19.n.1.

Iſai. 19. Septuag. Hebr Pſal. 98. Ezech. 1.

Ecce Dominus ſedet in nube levi Juxta noſtram vulgatam: *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem levem.* Juxta proprietatem Hebraïcam : *Ecce Dominus equitabit ſuper nubem levem,* & Pſal. 98.n 7. *Ponis nubem aſcenſum tuum,qui ambulas ſuper pennas ventorum.* Ezech. 1. num. 4. *Ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone , & nubes magna,* Scholiaſtes poſuit , *quaſi vehiculum Dei*

201. *Nubes inſtrumentum Divinæ Providentiæ.*

Secundò. Nubes eſt maximum inſtrumentum Divinæ providentiæ , gubernationis , & punitionis , æquè ac præmiationis inſtrumentum. Primò divinæ providentiæ ; nam è nubibus emittit Deus rorem, pluviam,nivem ad fœcundandam terram Deinde per nubem D. Hieron. D. Cyrill.Iſychius, D. Auguſt.D. Gregor Rupertus , quos citat & ſequitur Alcazar hoc loco , Annot. 7. dicunt ſignificari Chriſti providentiam ſupernaturalem,& arcanam , ac divinam , qua regit Eccleſiam, illique præfulget, quaſi columna nubis , & ignis illuminans ſimul & protegens eam , ducenſque rectis ſemitis in cœlum,ut columna nubis ducebat Iſraël in terram promiſſionis. Exod. 13. numero 21.22.

D Hieron. D. Cyrill. Iſychius. D. Auguſt.

202. *Nubes inſtrumentum Divinæ punitionis, ac præmiationis.*

Nubes inſtrumentum Divinæ gubernationis : nam Deus nubes agit ad omnes mundi plagas : nunc ad orientem , nunc ad occidentem , nunc ad meridiem nunc ad ſeptentrionem : eaſque facit modò imbriferas & fœcundas, modò ſiccas & ſteriles. Meritò ergo dixit Moyſes : *Magnificentiis ejus diſcurrunt nubes.* Deuter.33. num. 26. Tertiò nubes inſtrumentum Divinæ punitionis , nam Deus e nubibus mittit grandinem, lapides, tonitrua . & in nube Deus pro populo ſuo contra Pharaonem pugnavit , interjiciens ſe per nubem inter Hebræos, & Ægyptios. Exod.14.20. Quartò nubes inſtrumentum Divinæ præmiationis : ſic cum Chriſtus appareret in gloria ejus Apoſtolis: *Nubes lucida obumbravit eos,* Matth. 17.n.5. Sicque cum Deus deſcenderet in gloria,legem dans in monte Sina , nubes totum montis cacumen involvit. Exod. 19 n.16

Exod. 14. Matth. 17. Exod. 19.

203. *Nubes caro Chriſti.*

Tertiò. *In nubes*, hoc eſt,Chriſtus veniet in carne ſua, ut ab omnibus agnoſcatur & videatur;locum Iſai citatum 19.n.1.de carne Chriſti interpretatur D.Auguſtin.tract 34 in Joan. dicens ; carnem Chriſti appellari nubem ; quia ſicut nubes ſolem temperat , ita caro Chriſti Divinitatem latentem temperabat ne intuentium oculos ſuos ſplendore præſtringeret: *Nube , ait , tegitur carnis , non ut obſcuretur ſol , ſed ut temperetur.* De eadem carne Chriſti nubem iſtorum interpretantur Euſeb. lib. 1. demonſtr. Evang D Cyrill Alexandrin & Procopius ad citatum Iſaiæ locum.

D. Auguſt. Euſeb. D. Cyrill.

204. *Nubes Angeli.*

Quartò. *In nubibus*, hoc eſt , cum Angelis : ſicut enim nubes , ſunt inſtrumenta, & executores Divinæ providentiæ ut ſuprà dixi ; ita & Angeli ſunt Miniſtri Divinæ providentiæ ; ſic docet Divus Dionyſius capit. 15. cœleſtis Hierarch.

D. Dionyſ.

205. *Nubes Sancti.*

Quintò. *In nubibus*, id eſt,cum Sanctis ſuis. Sancti dicuntur nubes ſecundùm D. Thomam in cap.12 Epiſt. ad Hebr. Primò propter converſationis ſublimitatem , juxta illud Iſai.60. num.8. *Qui ſunt iſti , qui ut nubes volant?* Et illud Pauli ad Philippi 3. n. 2. *Converſatio noſtra in cœlis eſt.* Secundò propter doctrinæ fœcunditatem,juxta illud Job.36.num.27 *Effundit imbres ad inſtar gurgitis , qui de nubibus fluunt.* Tertiò juxta D Chryſoſtom ad eundem locum ; propter ſpiritualis conſolationis utilitatem;ſicut enim nubes refrigerium præſtant, ita exempla Sanctorum. Quartò juxta D.Hieronym. D. Auguſtin. D. Gregor.citatos , ſicut nubes ex terræ ac maris exhalationibus creantur,& in altum ſublevatæ , à ventis impelluntur : ita Apoſtoli ex terrenæ humilitatis infirmitate,& ex hujus ſæculi mari , Dei gratia attolluntur,& ſpiritu Dei aguntur,& impelluntur. Quintò ſecundùm cit. D Dionyſ.& Cardinalem Hugonem ; quemadmodum à nubibus procedunt pluvia coruſcationes, & fulgura;ſic à Sanctis pluvia doctrinæ , coruſcationes miraculorum , fulgura comminationum oriuntur.

D. Thom. Philipp. 3. Job. 36. D. Chryſ. D. Hieron. D Auguſt. D. Greg. D. Dionyſ. Hugo.

206. Sextò. Secundùm Origenem ſuper Hierem. quia quemadmodum fulgura ex nubium colliſione generantur in morem ſilicum, quos cum comploſeris , medius ex iis ignis elicitur ; ita nubes rationales , ſi ſecum loquantur, ignem amoris Divini , & ſpiritualium commotionum fulgura ex ſe emittunt

Origen.

207. *Veniet Chriſtus comitatus cum Sanctis.*

Septimò. *In nubibus* , hoc eſt , cum Sanctis ſuis,qui Chriſtum ad judicium venturum,tanquam ſupremum Dominum, ac judicem concomitabuntur Richard. Victor. cap.2. *Venit cum nubibus , ait , id eſt,cum Sanctis, qui nubes fuerunt pluendo per prædicationem , coruſcando per miraculorum operationem, volando per contemplationem,protegendo per interceſſionem.*

Richard.

208. *Judicii finalis recordatio ſemper ſit ante oculos.*

Octavo. *Veniet in nubibus* : ſicut in nubibus poſitum eſt ſignum quod amplius non erit diluvium : *Arcum meum ponam in nubibus.* Geneſ.9. n 13. Sic & voluit Chriſtus , ut nubes ſint nobis ſignum futuri judicii,ut quoties nobis objectæ fuerint nubes , recordemur , quod in illis Chriſtus venturus eſt ad judicium : hæc enim cogitatio maxime nobis neceſſaria ad ſalutem animæ.

209. Magnus Præcurſor Baptiſta multam conſtituit differentiam inter ſuum ac Chriſti baptiſmum , dicens. *Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem poſt me venturus eſt, ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto , & igne* : Matth.3.num.11.Magnum diſcrimen eſt inter utrumque baptiſmum : nam meus baptiſmus præparat tantum ad pœnitentiam , at Chriſti baptiſmus eſt tanquam ignis culpas extinguens ac delens animamque donis Spiritus ſancti replet Sed cur Chriſti baptiſmus , non ſolùm dicit , quòd ſit in Spiritu ſancto , ſed etiam in igne ? Cur in igne ? Rectè D.Hilar.Cann.2.in Matth. *Salutis igitur noſtræ, & judicii tempus deſignat in Domino, dicens : Ille baptizabit vos in ſpiritu ſancto , reliquum ſit conſummari igni.* Baptiſmus janua eſt , per quam homo ad fidelium cœtum ingreditur : expedit, ut inter baptiſmales aquas gratiæ , adſit memoria ignis extremi judicii Baptizetur Chriſtianus in aqua, quæ animam ſãctificat,& in igne,recordatione

Matth. 3. D. Hilar. *Ex primo ingreſſu in nobis ſit memoria judicii.*

nempè

nempè illius diei, in qua Dominus judicabit, ſic ait: *Salutis noſtræ, & judicii tempus deſignat in Domino dicens; ille vos baptizabit in Spiritu ſancto & igne.* Ignis extremum judicium deſignat, in quo in igne furoris judicabit Dominus.

210. Ad vocem Domini, cùm Deus loquitur, ita Job: *Super hoc expavit cor meum, & motum eſt de loco ſuo. Audivi auditionem in terrore vocis ejus, & ſonum de ore ejus procedentem.* Job.

Job. 37. 37. num. 1. & 2. Dominus jam volebat, multis favoribus, & magnis donis Jobum ſublimare; & tamen ab eloquio Domini totus timore terrefactus venit D. Greg. lib. 27. Moral. cap 10.

D. Greg. *Dei dona cumulantur cum tremore, & timore judicii.*

Inſpiratione tangitur: hoc ante omnia intelligit, quod cuncta quæ agit, diſtricta æterni judicii animadverſione puniantur. Auditio igitur vocis Dei prius in terrore fit. At ſic dicat Magnus Gregorius, quòd Deus tecum loquitur, teque magnis donis cumulare intentat, perpende, ac conſidera ſi tecum agit in timore, ac tremore, ut tibi ingerat judicii memoriam: nam ex tali judicii cognitione anima præparatur ad Dei locutionem, ac quòd ejus magnis donis repleatur: *Inſpiratione tangitur hoc ante omnia intelligit, quod cuncta, quæ agit, diſtricta æterni judicii animadverſione puniantur.*

Quæstio XXIX.

Quare dicitur, quòd omnes venientem Chriſtum ad judicium videbunt & plangent ſuper ſe omnes tribus terræ.

211. Ait Joannes de Chriſto D. veniente ad judicium, quod videbit eum omnis oculus, tam beatorum, quàm damnatorum: & de damnatis proſequitur ſermonem, ut illorum ſortes nos timeamus: *Et qui eum pupugerunt, ſeu crucifixerunt,* tam phyſicè lancea, & clavis quàm moraliter peccatis ſuis, *& plangent ſe ſuper eum,* hoc eſt propter eum, & planctu maxi-

Zachar. 12. mo ut explicat Zachar 12. num. 10. Ad quem locum hic alluditur: *Aſpicient ad me, quem confixerunt: & plangent cum planctu quaſi ſuper unigenitum, & dolebunt ſuper eum, ut doleri ſolet in morte primogeniti.* Et plangent intempeſtive, & occaſione amiſſa: cùm modò eorum lacrymæ nihil eis proficient; & plangent non ob culpas, ſed ob pœnas, quas ob ſuas iniqui-

D. Auguſt. Theodor. Rupert. tates agnoſcunt, ſibi infligendas. Ita D. Auguſt. lib. 20. de civitate cap. 30. Theodoret Rupertus. & alii.

212. Gen 18. *Terrenis judicium ſeveriſſimum.* Richard.

Omnes tribus terræ, ideſt, univerſæ tam Judæorum, quàm omnium nationum; & nomen tribus, non ſolùm Judæis attribuitur, ſed etiam aliis nationibus accommodari ſolet: nam loquens Deus de omnibus gentibus quæ in Chriſto erant benedicendæ, ait Jacob Geneſ. 18. n. 14. *Et benedicentur in te, & in ſemine tuo cunctæ tribus terræ.* Expende loquendi modum; non ait, omnes homines omnes gentes, omnes tribus, ſed tribus terræ; terrena nempe diligentes, hi judicium ſeveriſſimum experientur. Richardus Victorin. *Tribus terræ* ait, *vocat omnes terrena diligentes, & terrena Chriſto præferentes.*

Quæſtio tamen principaliter inquirit Quare Chriſtus videndus ſit ab omnibus judicandis: *Videbit eum omnis oculus.* Chriſtus ad judi- 213.
candum veniet in corpore ſuo, cum multa majeſtate, ita ut videndus ſit oculis, non ſolùm beatorum ſed etiam damnatorum; maximo tamen diſcrimine. nam Juſti eum intuebuntur ſuavem, benignum, & mitem; Impii verò ſeverum terribilem & auſterum; ut ponderavit Albertus Magnus in præſenti: *iſte terror*, ait, *vel blandities naſcetur ex conſcientiis videntium, vultu judicis penitus non mutato, ſicut quando duo ſtant coram judice, ille quem remordet conſcientia, putat judicem terribilem; iſte, quem non remordet, mitem.* Idem eſt objectum, & eadem judicis facies; tamen non eadem elicitur viſio; quæ differentia ex uniuſcujuſque conſcientia naſcitur: nam juſti ob ſuas virtutes, eum conſiderant, ut benignum, ac amicum; iniqui verò, ob ſua peccata, ut ſeverum, ac adverſarium.

Alb. Magn. *Pro diverſitate conſcientiæ judex conſideratur ſuavis, vel terribilis.*

214. Aretas.

Secundò. Aretas. *Qui ait, veluti agnus jugulatus eſt, & ſanguine ſuo lavit nos à peccatis, ipſe eodem modo veniet, non quemadmodum prius abſcondite, aut abjectè. Quod etiam Propheta David per deſcenſum pluviæ ſuper vellus ſenſim, & abſque ſtrepitu deſignavit, ſed palam, ac manifeſtè, in paterna gloria, ut ab omni oculo videatur, omnium judex nullis corruptus muneribus.* Idem ferè habet Sanct. Victor, Martyr. Quando Deus primò venit, venit occultè, & leniter, nunc verò valde, manifeſte, & patenter: primò venit ad benefaciendum, & inde abſconditè, & occultè, nunc verò veniet ad judicandum, & judicium exercendum eſt clarè, & manifeſtè in omnium oculis, ut judicis rectitudo, ac probitas à cunctis videatur, quæ nec amore, nec affectu, nec donis tangitur, ac corrumpitur.

Sanct. Vict. *Judicium clarè & patenter exercentur.*

215. D. Gregor. *Ex judicis præſentia multa verécundia.* Job. 6.

Tertiò. D. Gregor. Magnus lib. Moral. c. 14. *Tunc* ſcilicet (in finali judicio) *in quos cùm pudor cœperit eum eos in conſpectu judicis teſtis conſcientia addicit, tunc judex exterius cernitur, ſed accuſator interius toleratur: tunc omnis ante oculos culpæ reducitur: & mens ſuper gehenna ſuo gravius igne cruciatur:* Videbunt ipſi damnati filium hominis venientem in nubibus cœli, & tunc conſcientia eos interius arguente, ac ſuper gehennalem ignem torquente, exterius magno pudore erunt conturbati, cum ipſum Dominum eorum amore placatum, videant, quem tantis iniquitatibus offenderunt, ac contra quem tot crimina commiſerunt. De his ait Job. 6. num. 20. *Venerunt uſque ad me, & pudore cooperti ſunt.*

216. *Summum tormentum iniquorum, viſa facie Ieſu carere.*

Quartò. Videbunt damnati Chriſtum in corpore glorioſo, ejuſque ſplendidam faciem ſuper ſolem fulgentem; quæ eſt fons totius lætitiæ, & gloriæ & tamen plangent cùm potius exultare deberent, & meritò in largiſſimos fletus perſolvuntur. conſiderant miſeri ſe jacturam feciſſe illius ſplendidiſſimæ faciei quam ſi aſſecuti fuiſſent, fœliciſſimi efficerentur, ait Iſaias 26. num. 10. *In terra Sanctorum iniqua geſſit, & non videbit gloriam Domini.* Valdè mirum, quòd ſuper impuros Sodomitas ſulphureæ flammæ objiciuntur ſuper ſeditioſos Dathã & Abironſepulchralis terræ hiatus oppo-

Iſai. 26.

nitur

nitur: at nequiſſimis, & omnium turpiſſimis hominibus, hoc unum ſupplicium minatur, ne videant gloriam Domini: hoc unum acerbiſſimum eſt, omnium ſupplicia, omniúmque cruciatus in ſe ambiens & includens.

D. Bernard.

D. Bernard. in Declamationibus: *Durus eſt hic ſermo*, ait, *& comminatio valde terribilis: non videbit gloriam Domini. Quid igitur, cætera vidiſſe, præſtat?* Nil durius quàm à cœleſti conſpectu privari.

217. Pſal. 57.

Ait Regius vates Pſal. 57. n. 9. *Super eos cecidit ignis, & non viderunt ſolem.* Quis, & qualis ignis ille nempè qui non illuminat, ſed cruciat ac torquet, viſionem auferens, & ingerens cum omni cruciatu cæcitatem.

D Greg. *Carentia viſionis Dei, duriſſimum tormentum.*

D. Gregor. lib. 9. Moralium: *Ignis enim*, ait, *ſuper impios cadit, ſed ſol igne cadente non cernitur, quia illos, quos gehennæ flamma devorat, à viſione veri luminis cæcat: ut & foris eos dolor combuſtionis cruciet, & intus pœna cæcitatis obſcuret: quatenus, qui auctori ſuo corde, & corpore deliquerunt, ſimul corde, & corpore puniantur, & utrobique pœnas ſentiant; qui dum hîc viverent, pravis ſuis delectationibus ex utroque ſerviebant.* Damnatis duplex pœna infligitur, ſenſus ſcilicet, & damni; carentiæ nempè viſionis Dei, & inter rabidiſſimos æternorum ignium cruciatus: hoc erit acerbiſſimum ſupplicium quòd æterna caligine obſcurari ſolem juſtitiæ ſentient in pœnis, illiuſque ſplendore in gloria expertes ſint.

218. Matth. 22.

Inter omnes cruciatus, carentia viſionis Dei, gravior pœna.

De homine reprobato ait Chriſtus Dom. Matth. 22. n. 13. *Mittite eum in tenebras exteriores ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Solis tenebris tradit hominem, & ex ſolis tenebris commemoratur, quod proveniat fletus, & ſtridor dentium, de ſolis tenebris quibus traditur homo, fit mentio; Cur etiam non referuntur alia ſupplicia gehennalia, ignes, ſulphura, & alia tormenta, quæ miſerum hominem dilacerant, & ſolùm fletus, & ſtridor dentium naſcitur ex tenebris, cur non etiam ex aliis cruciatibus? Tam acerbum & durum tormentum eſt miſero homini tenebræ, ac carentia viſionis Dei, ut alia omnia tormenta, tanquam parva ac nulla reputentur; ideo ſolùm tenebræ ex Dei viſione ſcribuntur, ſolumque ex illis dicitur provenire fletus, & ſtridor dentium,

D. Hieron.

D. Hieron: Epiſtol ad Demetriad. ſic ait: *Dave ne mittari in carcerem, & in tenebras exteriores, quæ quantò à Chriſto vero lumine ſeparant, tantò nos majori horrore circunſtant.*

QUÆSTIO XXX.

Quare Chriſtus D dicitur α & ω, Principium ac finis; & de connexione cum ſuperioribus?

219. Joachim. Ribeira Cornel. *De quo nam Hic eſt ſermo.*

Aliqui, ut Joachimus Abbas, Ribeira, Cornelius, & alii exiſtimant, quod hæc verba prolata ſint à tota Trinitate Fundantur quia ſequentia verba: *Qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt*, ſuprà n. 4 de tota Trinitate ſunt dicta: Sed fundamentum non multum urget: quia Joannes hic à num 5. repetit Chriſti magnalia: *Teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, princeps regum terræ:* & ideo quod ſuprà dixerat de tota Trinitate nunc de Chriſto ſermonem habet.

Dicendum ergo eſt, quòd Joannes continuata ſerie de Chriſto loquatur. Ita exponunt D. Gregor. Nazianz orat. 35. D. Athanaſius in illud Matth. 11. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo*; Ruffinus in expoſit. Symboli. Idacius l. 3. Contra Varimundum, Sebadius Agenenſis Epiſcopus lib. 3. contra Arrianos. D. Hieron. lib. 1. contra Jovin. Tertul lib. de Monog Unde olim Chriſtiani, urgente Arrianiſmo, ut ſe fideles, & non Arrianos profiterentur, in ſuis ſepulchris incidi curabant; α & ω, Ac ſi dicerent: Ego credo de Chriſto quod ipſe de ſe per Joannem dicit, ſcilicet ipſum eſſe α & ω, Ideſt, eſſe verum Deum cum Patre; ut notarunt antiqui Auctores, ut ſcribit Ambroſius Morales, lib. 11. Hiſtoriæ cap. 41. 220.

Joannes loquitur de Chriſto. D Nazian. D Athan. Ruffin. Idacius. Sebadius. D. Hieron. Tertull. Morales.

Fundamentum eſt, quia Joannes continuato ſermone de Chriſto loquitur, ergò nullum allum, niſi eundem Chriſtum loquentem, inducere exiſtimandum eſt. Concludit Joannes Chriſti laudes, ac ſi dicat Non mirum ſit, quòd ipſe dicatur teſtis fidelis, primogenitus mortuorum Princeps Regum terræ, & quòd ipſe in nubibus cœli cum majeſtate venturus ſit, cum ipſe ſit *Alpha & Omaga, principium & finis* omnium: ſitque ipſe ſecundùm Divinitatem, qui eſt, & qui erat, ſtabilis, & ſempiternus, omnipotens. 221.

Fundamentum concluſionis.

Dicitur *teſtis fidelis*: Ipſe enim eſt principium, ac Auctor oraculorum Dei, ac totius Scripturæ, Ipſe eſt quem ſpectant omnes Prophetæ, omnes Apoſtoli, omniſque Scriptura: *Primogenitus mortuorum* dicitur: ipſe eſt enim qui primus reſurrexit ad vitam æternam, principiumque eſt noſtræ reſurrectionis ad æternam vitam; ad ipſumque noſtra æterna vita, tanquam ad objectum fertur, ac terminatur: *Princeps Regum terræ*: qui omnibus dominatur, & quo omnes habent dominandi poteſtatem: *Per me Reges regnant*, Proverb. 8. n. 15. & ad cujus obſequium tanquam ad finem omnis regia poteſtas ſi benè ordinata fuerit, ordinatur, & tendit: *Ipſe ecce venit in nubibus cœli cum majeſtate*: Ad ipſum enim, qui eſt omnium principium, omnes creaturæ venient ad judicium, ut ei reddatur de ſuis factis rationem. 222.

Magis explicatur ſuperior doctrina. Prov. 8.

Secundò, & maximè genuinè, cùm Chriſtus Dom. dicat de ſe: *Ego ſum Alpha & Omega, principium, & finis*, hæc Chriſtus D. dicit de ſe, ut verus Deus; quia ipſe eſt æternus, & ſempiternus carens omni tempore, principio, ac fine: quod etiam ipſe explicat de ſe dicens; *Qui eſt, qui erat*; & *qui venturus eſt*, ut potè, quia ipſe in ſe invariabilis, ac ſtabilis ſit: ſic in præſenti Andr. Cæſ. *Hic locus* ait, *perſpicuè Chriſtum deſignat, ut qui eſt, & Deus exiſtat, & abſolutum in omnes dominatum obtineat, & omnis principii, & finis expers vivat: qui etiam eſt, & erat, & finem ignorat, proindeque atque Pater ævo ſempiterno durat.* Ait Chriſtus Dominus de ſe, *Egò ſum Alpha & Omega, principium & finis.* Cùm ſe dicit Alpha, ideſt, omnium rerum principium, ſic Martialis libro 2. Corum vocat, *Alpha penultimorum*, ideſt, inter pauperes, & abjectos primum, ac veluti principem Hac ergo phraſi, ut ait Aretas 223.

Chriſtus, ut Deus, æternus cum Patre. Andr. Cæſ. Martialis Aretas.

ſignificatur Chriſti æternitas, ut Deus eſt. Ait Chriſtus de ſe: *Ego ſum α, & ω*, Ego ſum omnium rerum principio antiquior, ante quem nihil eſt tempore, imo per quem omnia facta ſunt; ſic etiam Omega id eſt, ſine fine, ſeu omni fine poſterior, ex quo conſtat illi ſua æternitas qua unà ſimul cum Patre in ſempiternum gaudet utpotè ejuſdem eſſentiæ cum illo.

224. *Chriſtus cauſa efficiens, & finalis omnium.* Tertiò dicitur *α, & ω, principium, & finis,* id eſt, ſum cauſa efficiens, & finalis univerſorum: univerſa enim ad Dei gloriam creata ſunt: *Omnia propter ſemetipſũ operatus eſt Dominus.*

D. Hieron. Quartò, D. Hieron. lib 1. contra Jovinian. exiſtimat, hoc convenire cum illo Apoſt in Eph. 1. n 10. *Inſtaurare omnia in Chriſto.* Quia Chriſtus eſt principium, & finis omnium rerum, & quia omnia in Chriſto debent incipere, ac in eundem tandem deſinere. Tert. lib de Monog. *Ut Ioannis*, ait, *diſputatio deſinat in Chriſtum, & per Chriſtum, omnia ad initium revocentur, & homo revertatur ad paradiſum ubi prius erat.*

225. Damian. Quintò. Cardinalis Petrus Damian. quòd dum Chriſtus dicitur *α & ω*, ſignificatur, quòd ipſe ſua ſumma ſapientia attingit, ac cognoſcit

Arias Mont. prima, & noviſſima. Sextò: Arias Montanus in cap. 4 Zachariæ ait, quòd dicitur *α & ω*, id eſt conſummatio, Deus, ac perfectio rerum omnium. Septimò. Quod ipſe ait, principium;

Cum Chriſtus ſit primus & finis, nil timendum. ac finis omnium rerum quæ geruntur in toto orbe, ac Eccleſia, & quod ſicut ipſe fecit oriri Eccleſiam; eique principium dedit, ſic pariter eam provecturus eſt uſque ad finem, ac conſummationem: ac proinde Chriſtiani non debent timere Domitianos, Decios, ac alios Tyrannos; ſic dicitur infra n. 17. *Noli timere, ego ſum primus, & noviſſimus.* Et c. 2. n. 8. *Hæc dicit primus, & noviſſimus, nihil horum timeas.* Et ad hoc magis confirmandum, ſtatim *omnipotens* appellatur: *Qui eſt, qui erat, & qui venturus eſt omnipotens.*

226. 1. Tim. 2. Octavò Videtur, quod Joannes, dum vult extollere Chriſtum, diminutè procedat: nam ejus encomia tantum in principio, ac fine refert cum tamen Apoſtolus de eo ſcribat, quòd ſit *Mediator Dei, & hominum*, 1. Timo 1. n. 5. & Petrus: *Qui pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo.* Act. 10. n. 38.

Actor. 10. & alia multa, quæ dici poterant, quæ omnia in magnam Chriſti gloriam, & honorem cedebant: licet hæc omnia eſſent magna Chriſti encomia, tamen cum ait, quòd ipſe ſit principium & finis, ſub his illa omnia magnalia includit, & cum Chriſtus D. hæc dicat de ſe,

Sub extremis includuntur media. omnia magna, & excelſa de ſe denotat, & ſignificat; & frequens eſt in Scriptura, ab extremis ſimul poſitis, eorum media, quæ ob compendium tacentur intelligi. Sic ad illa verba

Geneſ. 1. Gen. 1. n. 1. *In principio creavit Deus cœlum, & terram.* Cum intermedia ſilentia involvantur, obſervat D. Aug. in Gen. *Cumprimum Moyſes cœlum dicit factum, deinde terram: in cœlo omnia inviſibilia, & in terra omnia viſibilia creata, ſignificat, totius enim naturæ ſumma, & ima comprehendit, ut quidquid medium eſt, proculdubio etiam factum credatur.*

D. Auguſt.

QUÆSTIO XXXI.

Quare Chriſtus D. dicitur Alpha, & Omega? Ex figura ipſarum litterarum Græcarum expeditur quæſtio?

Difficultatem hanc inſtituimus, ut ex ipſiſmet Græcis characteribus quæſtionem reſolvamus: Cùm enim Joannes ſcripſiſſet Græco ſermone, ut in Proœmialibus diximus, Græcis litteris uſus eſt; ſi enim hic liber Hebraico idiomati mandatus eſſet, Hebraicè dixiſſet Ego ſum *Aleph*, & *Thau*: nam *Aleph* eſt prima, *Thau* ultima littera apud Hebræos ex Græcis litteris quæſtio hæc reſolvenda eſt. 227.

Primò Albertus Magnus: *Litteris ſe comparat*, ait: *quia ipſe eſt ſapientia, qua litteratos facit* 1. Corinth. 1. Prædicamus Chriſtum Dei ſapientiam: *Item Alpha interpretatur petitio, & ideo huic litteræ ſe comparat, ut ſic doceat: quod ab ipſo petenda eſt Dei ſapientia.* Jacob. 1. num 5. *Si quis indiget ſapientia, poſtulet à Deo.* Chriſtus eſt, qui loquitur, ipſe infinitus, & incomprehenſibilis eſt; & tamen ſe ſolum his duabus litteris comparat; nonne ſat erat dicere, Ego ſum principium, & finis? cur cum Alpha, & Omega ſui comparationem facit? Alpha interpretatur petitio; ideo *huic litteræ ſe comparat, ut ſic dicat quòd ab ipſo petenda eſt ſapientia.* Omnis noſtra petitio à Chriſto debet incipere, & in Chriſto definere, ac terminari. 228. Alb Magn. 1. Cor. 1. Jacob. 1. *Petenda eſt Sapientia à Chriſto, qui eſt Dei Sapientia.*

Secundò. Idem Albertus Magnus: *Vocalibus ſe comparat*, ait, *quia ipſe vocavit nos ad regnum Dei; quia verò nos per duo maximè vocat, ſcilicet per conſiderationem principii vitæ noſtræ, & per memoriam finis, ideo ſe comparat his duabus litteris, quæ ſunt extremæ, & finales.* Maximè potuit Chriſtus D. ſe comparare primæ, & ultimæ Alphabeti Græci conſonanti: Cur ergo, his omiſſis, vocales eliguntur? Tamen primæ, & ultimæ vocali ſe contulit, quia ipſe vocat nos, *per conſiderationem principii vitæ noſtræ*, quod eſt pulvis; *& per memoriam finis*: qui etiam pulvis eſt. 229. Alb. Magn. *Per memoriam principii ad exitus, à Chriſto vocamur.*

Tertiò. D. Epiphan. lib 2. adverſ. Hæreſes, hæreſi 42. *Ego ſum α & ω, Alpha, quod deorſum reſpicit; & Omega, quod ſurſum obvertitur, ut & illud impleatur, qui deſcendit, ipſe eſt, qui aſcendit ſuper omnem principatum & poteſtatem.* Chriſtus ait de ſe, quòd ſit *α & ω*, & non abs re, ob diſpoſitionem ipſarum litterarum: nam *α* infernè, & *ω* supernè reſpicit; & inde Chriſtus cum his duabus litteris ſe confert, ut innuatur, quod ipſe, qui deſcendit, ipſemet eſt, qui ſuper omnes cœlos aſcendit. 230. D. Epiph.

Quartò. Richard. Victorin. *Non dubitetis*, ait, *de his, quæ auditis, quia ſicut principium ſum creandi vos per potentiam; ſic & finis ſum judicandi per juſtitiam; & qui vobis dedi ſubſiſtendi originem, ipſe dabo meriti retributionem.* 231. Richard.

Anima

Chriſtus qui eſt principium ad operandum, eſt finis ad remunerandum.

Animamur ad quælibet pro Chriſto tol randa, cum ipſe ſit noſter remunerator: nullum majus ſanè poteſt eſſe ſolarium, quàm quòd ſicut Chriſtus eſt noſtrum principium ad eſſendum, ac operandum, etiam ipſe ſit noſter finis, ac remunerator ad præmiandum.

232. Philipp s. *Innuitur Trinitas in unitate unius ſubſtantiæ.*

Quintò. Philippus Abbas in moral bus ſuper Cantica Canticorum, verſ. 1. cujus inſcriptio eſt, Recapitulatio à ſuperioribus: *Quid,* ait, *deſignant tria membra in unum, ω, litteram ſurſum reſpicientia, niſi tres perſonas, in unius ſummæ Trinitatis ſubſtantiam; & benè ejuſdem litteræ membra ſurſum aſpiciunt: & quaſi de cœlo venientia deorſum litteram unam faciunt: quia cognitio S. Trinitatis per Dominum Ieſum ad nos deſcendit, & in unam ſanctam Eccleſiam Catholicam, per fidei unitatem ſedem ſibi collocavit.* Omega Græco charactere ω magnum indicat myſterium, in eo tria ſunt membra supernè, inferiùs verò in unum coadunantur: quo indicatur Trinitatis arcanum, in quo tres ſunt perſonæ, in unitate unius naturæ

233. *In ultimo fine vitæ, multi ad Deum veniunt.* Rupert.

Sexto. Rupertus lib. 1. in Apocalypſim ſic ait, *Littera α, unum, ω autem apud Græcos ſignificat octingentos, quia qui in principio unus erat filius unicus, ſive unigenitus, in fine ſæculorum, filios Dei, quaſi adoptatos habebit octingentos, ideſt, innumerabiles.* Alpha, & Omega apud Græcos ſignificant numeros. Ita ut Alpha α, ſignificet unum & Omega, quæ eſt hæc figura ω, ſignificet octingentos. Dicitur ergo Deus Alpha & Omega, principium & finis: Alpha verò vocatur in principio, Omega in fine. In principio vitæ hominis, unus ſolus Deus eſt: nam in flore juventutis vix invenitur, qui ad ipſum accedat: nam pro voluptatibus vitæ maximè Deus relinquitur. At in fine vitæ hominis jam Deus non Alpha, non unus, & ſolitarius, ſed Omega eſt octingento um ſive innumerabilium numero circumdatus, non enim tunc permittitur Deus ſolitarius, ſed ad eum multi filii, ac famuli adſcribuntur: *In fine ſæculorum, filios Dei, quaſi adoptatos habebit octingentos, ideſt innumerabiles.*

234. Rupert.

Septimò. Idem citatus Rupertus: *Littera α,* ait, *unum, & ω octingentos apud Græcos ſignificet. Unde quando veniet cum nubibus, quando videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt: tunc opportunè dicet hic Dominus Deus, tunc, inquam, vociferabitur & clamabit, & ſuper inimicos illos ſuos confortabitur, & iſtud dicet eis: Ego ſum α, & ω.* Quid eſt, quòd cùm duriſſimum judicium adverſus impios minatur: ſeveriſſimus judex, veniens in nubibus cœli, de ſe loquens, ait: *Ego ſum α & ω?* Quid habent hujuſmodi litteræ cum rigoroſiſſimo judicio impiis exercendo? Litteræ illæ, ut jam dixi, numeros denotant apud Græcos: Alpha α unum, Omega ω verò octingentos, ſeu plures ſignificat. Quid hoc importat. Veniet quidem ſeveriſſimus judex, qui quamvis in ſe ſit unus prorſus invariabilis judex, qui etiam & ſit ω per reſpectum ad creaturas; ſicut & materialis ſol ita aliquando in nubibus componitur, ut quamvis in ſe unus, & invariabi is eſt, veluti plures factus appareat: ita rigoroſiſſimus Sol juſtitiæ in nubibus veniens ad judicium, *per reſpectum* ad creaturas, cum in ſe unus omnino ſit, tamen ſic apparebit, ac ſi plures judices advenirent impium perditori: Judex conſtantia cum unus ſit, in crimine verò puniendo, ac inveſtigando, veluti plures appareat, ut univerſæ creaturæ, pro eo ſtent, & pugnent.

Iudex ad puniendum impium, veluti plures apparebit.

De peccatore in fine vitæ conſtituto ait Eccleſiaſtes 8. numero 8. *Non eſt in hominis poteſtate, prohibere Spiritum: nec habet poteſtatem in die mortis: nec ſinitur quieſcere, ingruente bello*; Eleganti phraſi dies mortis peccatoris deſcribitur: dies belli vocatur, cum mors imminet peccatori, veluti adverſus eum bellum denuntiatur, ſic enim concipitur judex advenire, ac ſi veluti cinctus magnis, & horribilibus copiis, hoſtilibuſque exercitibus, ut miſerum invadant, eumque in æternum judicium damnent: quod eleganti, ac pia meditatione diſſerit Divus Ephrem, ſerm. in eos, qui in Chriſto obdormierunt: *Repente, ait, conſtringuntur lingua, immutantur oculi, concutitur mens, quando Dominicæ copiæ, atque ſatellites advenerint: quando formidabiles exercitus invaſerint, atque apprehenderint: quando Divini nuntii, atque emiſſarii animam è corpore migrare juſſerint: quando inexorabiles apparitores in judicium nos trahentes detulerint.* 235. Eccleſ. 8.

In mortis articulo omnia pugnant contra impium. D. Ephrem.

Ait Chriſtus D. *Nunc judicium eſt mundi, nunc Princeps hujus mundi ejicietur foras. Et cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.* Joan. 12. numero 31. Quænam eſt hæc dictorum connexio? Deus ſeveriſſimus iniquitatum ultor vocabat mundum ad judicium, mundique principem damnabat: ſed cùm mundi princeps vocatur in judicium, ad ſui totalem condemnationem, ad quid ad hæc facit illud: *Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me ipſum?* Cùm mundi Princeps ejicitur foras à mundo ad ſui totalem ruinam, omnia ad ſupremum judicem conveniunt, *omnia traham ad me ipſum.* Cùm Deus in judicium exurgit, univerſa ad ipſum confluunt, ut contra miſerum in judicium venientem pugnent, arguant, & damnent, ac ſi neſciat ipſe ſolus in aliquem iraſci, ſed in ſimilem ſui iram univerſas creaturas adducat. Ad hoc reſpicit D. Leo ſerm. 4. de Paſſion. *Traxiſti Domine,* ait, *omnia ad te, cum in execrationem Iudaïci ſceleris, unam protulerunt omnia elementa ſententiam, cum obſcuratis luminaribus cœli, & converſo in noctem die, terra motibus quoque quateretur inſolitis, univerſaque creatura impiorum ſe uſui negaret.* Expende illud: *Unam protulerunt omnia elementa ſententiam.* 236. Joan. 12.

In Iudicio omnia exurgunt contra impium. D. Leo.

Apoc. 1. n. 9. Ego Joannes frater veſter, & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Chriſto Jeſu, fui in Inſula, quæ appellatur Pathmos, propter Verbum Dei, & teſtimonium Jeſu.

VERSIONES.

Syrus. Ego Joannes ille frater veſter, & ſocius veſter in afflictione, fui in Inſula, quæ vocatur Patamum.

Arabicus. Ego Joannes conſors veſter, &c. cùm eſſem in Inſula quadam, quæ dicitur Pathmos.

Arias. Communicans in tribulatione, in regno, & tolerantia.

Vatabl. Particeps in afflictione, & regno.

Alii. Particeps in expectatione & regno.

Oecumeni. Propter ſermonem Dei & teſtimonium Jeſu.

EXPOSITIO VI.

237. PRÆMISSO proœmio, abſoluta ſalutatione Joannes jam ſuam narrationem aggreditur, quam maximè commendat à perſona, cui manifeſtata eſt hæc revelatio, à loco, ac cauſa loci, & die, ac tempore revelationis, & tandem cujus imperio, ac juſſu eam ſcripſerit, ut patet ex ſequentibus verbis 10 & 11.

238. *Ego Ioannes*: Ecce perſona ſcribentis, ſe ipſum indicat, ut melius recipiantur ea, quæ dicturus eſt. *Frater veſter*; fratrem ſe nominat, ut meliùs admittantur ea, quæ dicenda ſunt; à fratre enim aliena eſt omnis ſiniſtra ſuſpicio: frater autem extitit in fide Chriſti, ejuſque dilectione. *Et particeps in tribulatione*: Hoc appoſuit, ut explicat Ribeira, quoniam ipſe etiam ſævitiam Domitiani Chriſtianos perſequentis expertus, & in Inſulam Pathmos relegatus fuit: & hoc dicit ad multam fidelium conſolationem: nam videntes ipſi communicationem in laboribus cum Joanne Chriſti dilecto, inde ſingulare ducerent Divini in ſe amoris argumentum, multis propter fidem calamitatibus implicari. *Et regno*: Ecce eis proponit præmium ante oculos. Spero enim quòd vos mecum regni cœlorum participes futuri eritis; tacitè eos exhortatur ad ſuſtinendos labores, ob tantam mercedem. *Et patientia in Chriſto Ieſu*: Veluti ſi dicat, particeps patientiæ Chriſti Jeſu, vel patientiæ Chriſtianæ, quæ non indignatur affligentibus ſed potius eos diligit æquoque animo ſuſtinet, quicquid à Deo immittitur. Vel *in Chriſto Ieſu*; id eſt, vel propter Chriſtum, vel fidem Chriſti, ut communiter multi Recentiores explicant. Ribeira.

239. *Fui in Inſula, quæ appellatur Pathmos.* Quæ ſita eſt in mari Aſiatico, & eſt una ex Sporadibus non longè diſtans à Candia, ſeu Creta. Ibi, ut ait Ansbertus, Joannes à Domitiano relegatus, & damnatus ad metalla eruenda. *Propter Verbum Dei, & teſtimonium Ieſu Chriſti.* Per Verbum, vel intelligitur ipſa ſecunda Trinitatis Perſona, vel ipſum Evangelium, quod prædicatum erat ab eo. Fuit ergo Joannes ad illam inſulam in exilium miſſus, eò quod prædicaret Jeſu Chriſti Evangelium: præſertim, quia annuntiabat ejus divinitatem, vitam, mortem, ac reſurrectionem. Albertus.

QUÆSTIO XXXII.

Quare Joannes iterum hîc ſe nominat, ac ſuorum fratrem ſe appellat?

JAm tertiò Joannes hîc nomen ſuum apponit. Primò cum dixit num 1. *Significavit mittens per Angelum ſuum ſervo ſuo Ioanni* & iterum num. 4. *Ioannes ſeptem Eccleſiis quæ ſunt in Aſia.* Et nunc tertiò, hoc loco: *Ioannes frater veſter.* Quod nec caſu, nec vanitatis gratiâ factum eſt, ut nomen ſuum celebre faceret: ſed ex magno myſterio, cum enim magnas revelationes, ac de rebus magnis & maximè creditu difficillimis, eſſet dicturus, ideo ſcripta auctoritate ſui nominis vult corroborare: ac proinde quod toties ſub ejus nomine referebatur, minimè in dubium poterat vocari. Rupertus hoc loco: *Utilitati noſtræ intendens, revelationes difficillimas, quas conſcribere ingreditur, præmunit, ac defendit, ne contemnantur: ne quod futurum erat, ob ſui difficultatem liber vituperaretur, & ſenſibus dignus carere judicaretur: aut ejus cujus eſt ſcilicet Ioannis Apoſtoli & Evangeliſtæ, dilecti Ieſu Chriſti, eſſe denegaretur.* 240. Ioannis nomen magnæ auctoritatis. Rupert.

Quæſtio principaliter inquirit, cur Joannes hîc fratrem ſe dicit? Reſpondet primò D. Bernardin. Senenſ. *Fuit*, ait, *Ioannes amans veraciter, conſulens ſapienter, conſolans dulciter, ſubveniens libenter, communicans largiter, conſervans concorditer; hæ ſunt conditiones veri fratris; dicitur frater, quaſi ferè alter.* Joannes ſe fratrem dicit, non naturâ, nec nomine ſolùm, ſed cum omnibus veræ fraternitatis conditionibus, quibus erga diſcipulos ſuos ſe habebat. 241. D. Bernard. *Sanctus verè aliorum frater.*

Secundò, Divus Ambroſius in præſenti: *Diſcipulos vocat fratres, quia uno Chriſti ſanguine redempti, & una Matre, Eccleſia ſcilicet, erant generati.* Accepta fide per Baptiſmum omnes Chriſtiani, gratia, ac adoptione, Chriſti filii conſtituimur: exindeque inter nos ipſa gratia fratres in Chriſto Jeſu conjungit, tanquam in capite, ac optimo parente ſpirituali, quorum omnium Mater eſt Eccleſia, quem Chriſtus, ut ſponſam ſibi dilectam, adjunxit: ad quod tendit totus diſcurſus Pauli ad Epheſios cap. 5. num. 23. *Vir caput eſt mulieris; ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ: ipſe Salvator corporis ejus, ſed ſicut Eccleſia ſubjecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis*, &c. 242. D. Ambroſ. Ad Epheſ.

Ex quo colliges, Cur Ioannes hunc librum propheticum ſcribens, antiquum Prophetarum morem non retinuit, qui parentes ſuos carnales

Iſai. 1. Ezech 1. Jerem 1. *Quare Evangeliſta non ſe dicit filium Zebedæi.*

nales commemorabant: *Viſio Iſaiæ filii Amos*, &c. *Verba Ieremiæ filii Helciæ*, &c. *Factum verbum Domini ad Ezechielem filium Buzi*. et ſic de cæteris. At Joannes in hac ſua Prophetia, non ſe dicit filium Zebædei; altiori ſtylo ſuper antiquàm legem utens, non reſpicit ad generationem carnalem, ſed ad ſpiritualem, qua ſervus erat Jeſu Chriſti, ut ipſe dixit ſtatim in principio: *Mittens per Angelum ſuum ſervo ſuo Joanni*. Qui modus ſcribendi frequens eſt apud Apoſtolos Paulus Rom. 1. n. 1. *Paulus ſervus Jeſu Chriſti*. Et Jacobus 1. n. 1. *Jacobus Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervus*. Pet. 2. cap. 1. n. 1. *Simon Petrus ſervus, & Apoſtolus Jeſu Chriſti*. Et hoc eſt maximè in uſu apud Apoſtolos, ut ſe ſervos, & Apoſtolos dicant; tanquam indicantes ſuam ſpiritualem generationem, qua Domini ſervi, & Apoſtoli regenerati ſunt.

244\. Galat. 4. Rupert. *Chriſtum humilem imitari debemus.*

Tertiò Rupertus ponderat eximiam Chriſti humilitatem, juxta illud Pauli ad Galatas 4. n. 1. *Quanto tempore hæres parvulus eſt, nihil differt a ſervo, cùm ſit Dominus omnium.* Tunc ſubdit citatus Abbas Tuicenſ. *Rectè igitur, & ut talis Magiſtri diſcipulum decet, noſtro videlicet conſortio contentus eſt, dicens: ego Ioannes frater veſter: quòd ſi cauſa popoſciſſet, non dubitemus, eum dicere potuiſſe, quòd majus, imò quod humilius eſt: Ego Joannes ſervus veſter.* Joannes nec ſe Apoſtolum, nec Evangeliſtam, nec Domini dilectum ſe dicit, ſed tantùm fratrem, cùm enim eſſet Chriſti diſcipulus, ac in ejus ſchola educatus, Chriſti humilitatem maximè imitabatur, ac proinde quantò major erat, tantò magis ſe deprimebat, ſua magnalia ſilentio involvens.

245\. Richard. *Prælatus cum humilitate ſubditos perſuadet, ac docet.*

Quartò Richardus Victorin. *Notandum, ait, quod cum poſſet dicere, Magiſter propter prælationem, dixit, frater propter humilitatem: tacuit ergo Magiſter, ne videretur per prælationem terrere, dixit frater, ut per humilitatem faciliùs perſuadere poſſet.* Magnos honoris titulos omittit Joannes, & ſolùm ſe fratrem nominat; quod humilitatem importat: quia dum ſe prælatum oſtendit, ejuſdem conditionis, ac humilitatis cum ſubditis, non ſe ſuper eos extollit, ſed ejuſdem generis cum illis, ut eos maximè ad ſe alliceret, eoſque ſic traheret ad ſuam doctrinam capeſcendo: *Ut per humilitatem faciliùs perſuadere poſſet.*

246\. 2. Reg. 23. *Cum humilitate Prælatus doceat.*

De magno, ac præclaro Magiſtro ſunt verba illa: *Sedens in cathedra ſapientiſſimus Princeps inter tres: ipſe eſt tanquam tenerrimus ligni vermiculus* 2. Reg. 23. num 8. Compone modò ligni vermiculum cum ſapientiſſimo ſedente in cathedra: nunquid ipſe docebat e cathedra, ſe tanquam elatum principem, ac dominatorem exhibens ut alios comprimeret? minimè, ſed tanquam ligni vermiculus, ſua objectione ac molli teneritudine ligni duritiem domans, ac pertranſiens, alios devinciens, ac ad ſe illiciens, non alta arrogantia, ſed humili modeſtia, ac lenitate.

247\. Luc. 22. *Magiſter cum charitate, ac modeſtia alios doceat.*

Ait Chriſtus D. Petro, totius Eccleſiæ capiti, ac principi: *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua; & tu aliquando converſus, confirma fratres tuos.* Luc. 22 num. 32 Non ait Dominus Petro: Tu es Paſtor ac Caput meæ Eccleſiæ, ut ergo Paſtor, ac Princeps, inſtrue ſubditos, ac tibi ſubjectos: ſed ait; *Confirma fratres tuos*; ac ſi dicat, ſic erga eos te habeas, ut tanquam unus ex illis, eo inſtruas, ac doceas: hac enim humili, & modeſta charitate facilè eos devincies. Cajet. *Vide*, ait: *quod non ſubditos, ſed fratres, vult haberi reliquos a Petro: vide, quod officium, non dominandi, ſed confirmandi in bono fidei, ſpei, & charitatis, pronuntiat, ac mandat.* Caietan.

Quæstio XXXIII.

Quare Ioannes ſe dicit participem in tribulatione?

Hoc de ſe teſtatur Joannes, quoniam ipſe ſævitiam Domitiani Chriſtianos perſequentis expertus erat, in Pathmoſque inſula ad eruenda metalla fuerat relegatus. Hic eſt ſenſus litteralis: moralem perſcrutemur. 248.

Reſpondet primò Richardus Victorinus: *Particeps in tribulatione, ait, ac ſi patenter dicat, ſi propter illa, quæ ſuperius de mea ſcribo perſona, Prophetiam iſtam non dignamini audire; tantò namque libentius me audire debetis Doctorem, quantò amplius me auditis in his, quæ dicta ſunt, vobiſcum eſſe participem.* Non ſplendidus titulo de ſe Joannes profert, ſed quòd ſit particeps in preſſura, ac tribulatione cum ſuis diſcipulis, propter fidem Chriſti; roto animo intendebat Apoſtolus, ut ſui fidem darent dictis hujus libri: utpotè res maximè neceſſaria, & quia homo maximè afficitur ad conſocium ſuum, ideò ſe dicit participem in tribulatione cum eis, ut ſi non credunt Apoſtolo propter ejus eminentem dignitatem, credant propter ſocietatem: quia ille teſtimonium profert, qui particeps eſt cum eis in tribulatione, regno, & patientia. Idem etiam docet Aret. Cæſarienſ. Epiſcopus: *In omnibus ſeipſum eſſe participem oſtendit; æquum eſt, ut etiam fide dignus habeatur in his, quæ à ſe viſa ſunt, & audita.* 249. Richard. *Homo facilè acquieſcit ſuo conſortio ac ejus dictis credit.* Aretas.

Secundò Rupertus. *Particeps in tribulatione, ait, ſive tribulationum juſtorum, quoniam multæ ſunt: aliquis illam exiſtimaret, pro eo quod dictum Petro in Evangelio: ſic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me ſequere, ac ſi diceret, non eum per paſſionem martyrii volo conſummari, ſed abſque violentia perſecutionis, diem expectare noviſſimum: at ille Calicem Domini bibit: Calicem, inquit, meum bibetis, &c. Ubinam bibit iſte illum Calicem Domini? nimirum illic, ubi juxta propheticum dictum Simeonis juſti beatæ genitricis ejus animam gladius pertranſivit: nam cum omnes diſcipuli, relicto eo fugiſſent, iſte dilectus diſcipulus cũ Maria Matre ejus juxta Crucem ſtetit, & clavos manuum, ac pedum ejus, lanceam quoque perforantem latus ejus ipſe inſpexit: illic enim gladius idem, qui Mariæ Matris animam pertranſivit: nunquid dilecti, ac diligentis diſcipuli animam non tetigit? Tetigit planè, & illic Calicem Domini bibens, ſicut & Maria, ſic & omnium Martyrum Chriſti particeps factus eſt in tribulatione.* Joannes eximiè dilectus à Chriſto, nunquid liber evaſit ab ærumnis, tribulationibus, ac martyrio? minimè, 250. Rupert. *Joannes ſocius Virginis in martyrio juxta crucem.*

ſed pro ſingulari Dei favore, hæc omnia ſuſtinuit; & quando martyrium; dum ſtetit juxta crucem cum ſacratiſſima Virgine Maria tunc illius martyrio ſocius factus eſt Ioannes: *Illic enim gladius idem, qui matris Mariæ animam pertranſivit, nunquid dilecti, ac diligentis diſcipuli animam non tetigit? tetigit plane.* De Virginis martyrio vide quæ dixi tom, 5. in Evangelia lib 8. cap. 22. quæſt. 23. & 4 Ac proinde altiſſimè martyrium ſuſtinuit unà cum B. Virgine Jeſu matre, & quæ ei data fuerit in matrem.

251. *Ex mutua ſocietate minuitur labor.* Tertiò. Scribens Ioannes ad Aſiæ Epiſcopos, ait de ſe, *Ioannes frater veſter particeps in tribulatione*; ut ipſi Epiſcopi videntes ſe in anguſtiis ac ærumnis poſitos, conſolarentur ſcientes anguſtias illas communes eſſe cum Ioanne, labores enim communicati leviores, ac mitiores fiunt: exemplo enim aliorum, quilibet maximè exhortantur, ut adverſa non timeat, ſed contemnat. Hinc Baruch noluit pugnare adverſus Chananæos, ſine Debora Prophetiſſa aſſociata Jud. 4. num. 8. *Sic* & Cis filio ſuo Saul dedit puerum in ſocium 1. Reg. cap. 6. num. 3.

Jud. 4.

1. Reg. 9.

252. Mandat Deus Moyſi, ut pergat ad Pharaonem, ad educendum Iſraël de Ægypto, multis ſe ille excuſat; & quamvis ad hoc negotium peragendum tria ſigna adhibeantur à Deo, adhuc ille non quieſcit; ſed ait: *Obſecro, Domine, non ſum eloquens ab heri, & nudius tertius.* Exod 4. num. 10. Tunc dixit illi Deus: *quis fecit os hominis? aut quis fabricatus eſt mutum & ſurdum, videntem & cæcum? Nonne ego? perge igitur, & ego ero in ore tuo, docebóque te, quid loquaris.* Adhuc ille reluctat, ut dicat: *Obſecro* inquit, *Domine, mitte, quem miſſurus es.* Tunc ait illi Deus: *Aaron frater tuus Levites, ſcio quòd eloquens ſit, ecce ipſe egreditur in occurſum tuum, loquere ad eum, & pone verba mea in ore ejus, & ego ero in ero tuo, & ore illius.* Ibid. n. 14. & ſtatim ſubdit textus: *Abiit Moyſes.* Ad exequendum nempè Divinum mandatum Valè mirum, & maximè notatu dignum. Adeſt Dei mandatum, recuſat Moyſes, interponuntur tria ſigna, recuſat Moyſes, promittitur Dei aſſiſtentia, *Ego ero in ore tuo*, recuſat Moyſes; at verò fratre aſſignato in ſocium, nullo verbo prolato tendit ad obeundum munus impoſitum. Verùm eſt, quòd illa ſuperna maximè ſufficiebant, ut animam Moyſis corroborarent, ac communirent, ad quamlibet difficultatem ſuperandam; neſcio tamen, quid habet una ſocietas, ut aſpera contemnantur, dura emolliantur, & quælibet ardua vincantur: ad quod nobis declarandum; ac manifeſtandum, voluit Deus, ut cum Aaron frater eſſet datus in ſocium, quieſceret Moyſes Oleaſter: *Non quievit vir ſanctus Deo, quouſque ei in ſocium in legatione daret fratrem. Conſidera, quod Moyſes Domino dicat: Non poſſum,* inquit *ſolus ferre populum hunc univerſum, quia ſuper meas vires eſt,* Num. 11. num. 14.

Exod. 4.

Onus ponderis, aſſignato ſocio, levatur.

Oleaſt.

Quæstio XXXIV.

Quare poſt tribulationem Ioannes poſuit Regnum?

AC ſi diceret Ioannes: Idem regnum cœlorum ſpero, quod vos. Hinc maximè eos exhortatur ad omnem tribulationem ſuſtinendam; cum eos equidem regni participes eſſe dicat, quod ipſe ſpectabat. Ait Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis. *Nolite timere, puſillus grex: quia complacuit Patri veſtro, dare vobis regnum: vendite, quæ poſſidetis.* Luc. 12. num 32. Quid durius homini, quàm ipſa omnium bonorum abnegatio; & tamen tanta rerum difficultas puſillis, ac parvulis demandatur, proponitur cœleſte regnum ob oculos, quod ſufficit, ut appetantur duriſſima? & omnia ardua contemnantur. D. Chryſolog. ſer. 25. *Aufert ſpes anxias, omnem excludit timorem, quando in exordio ipſo regnum naſcentibus pollicetur.*

Luc. 12. *Spes regni minuit omne laborem.*

D. Chryſ.

Secundò. Aretas. Regnum, *Afflictiones*, ait, *quæ hìc causâ Chriſti perferuntur, conciliant.* Cardinalis Hugo. *Tribulatio*, ait, *& negatio bonorum, unde & ſequitur, & regno; & hoc juſtum eſt, ut qui eſt particeps in negotiatione, particeps ſit & in lucro.* Unde non incongruè quidam doctus, tribulationum tempus, Chriſtianorum nundinas dixit; ex quo perbellè Tertull. lib. de corona militis, expendens illud, quod de Chriſto dicitur, poſt reſurrectionem, quod favum mellis comederit. Luc. 24. num 43. ait: *Chriſtus favos poſt fella guſtavit, nec antea Rex gloriæ à cœleſtibus ſalutatus, quàm Rex Judæorum præſcriptus in Cruce, munoratus primum à Patre modicum quid citra Angelos, & ita gloria, & honore coronatus.* 254.

Aretas. Hugo. *Tribulatio, negotiatio regni cœleſtis.*

Luc. 24. Tertull.

Tertiò. Anſbert. *Solicitè itaque conſiderandum eſt, quia tres hæreditatum uncias introducit Ioannes quibus ſe participem oſtendit, id eſt, tribulationem, regnum, & patientiam, ſed media harum: id eſt regnum, poſſideri non poteſt: niſi & hìc tribulatio exercuerit, & illic patientia defenderit.* Expende. quòd aſcenſus, ſeu ſcala ad regnum, & tribulatio: defenſio verò illius, ſeu ſuſtentaculum, patientia: inde qui clavem regiminis tenet, ita ſe debet gerere, ac qui martyrium ſubit. Quòd de Beato Eleuchadio dixit Petrus Damian. ſerm. 6. *Neque verò credendum eſt, Beatum Eleuchadium dum adhuc viveret, martyrii caruiſſe laboribus, etſi non fuerit martyrio conſummatus. Non contemnendum pertulit in ipſa Eccleſiæ pace martyrium: quandoquidem, & ſi non cum perfidè credentibus, ſed perverſè viventibus infœderabilem probatur habuiſſe conflictum.* Ergo qui præfecturam ambit, candidatus martyrii eſt: & bonus Præfectus, benè martyr erit, tot patiens tortores, quot ſubditos.

255. Anſbert.

Qui dominatur patientiâ veluti martyr indiget. Damian.

256. Plutarch.

Imò tot feras ſuſtinet, ut ait Plutarchus in Politica ad Traianum: *Non enim cujuſvis eſt, neque tractatu, & factu facile vulgus, & multitudinem ſalutaribus allici rationibus, in officio contineri. Sat erit, ſi velut fera natura ſuſpicioſa, & varia vocem, atque aſpectum Rectoris minimè*

Prælatus, quot habet ſubditos, tot feras ſuſtinet.

minimè reformidans, regium frenum admittit. Vides Rectorem ſubditum velut feram regere. Itaque tot feras regit Rector, quot ſubditos moderatur. Pulchra ergo Principum eruditio eſt, quod ſicut armis induitur ad debellandos hoſtes; ſic & clypeo patientiæ muniatur ad ſubditos ſufferendos.

257. Librum multo miro modo clauſum vidit Ioannes, & multas lachrymas profundebat, quòd nemo eſſet inventus, qui librum poſſet reſerare, dictumque eſt ei ab uno ex Senioribus *Vicit Leo de tribu Juda, radix David, aperire librum, & ſolvere ſeptem ſignacula ejus.*

Apoc. 5.

Qui gubernat, fortitudine ac patientia intienditur.

Apoc. 5. n. 5. Et ſtatim cum expanderet Evangeliſta oculos, *Vidi*, ait, *& ecce in medio throni, & quatuor Animalium, in medio Seniorum, Agnum ſtantem, tanquam occiſum: & venit, & accepit de dextera ſedentis in throno librum, & cum aperuiſſet librum, &c.* Mira res, Agnum vidit, & Leonem audivit: *Vicit Leo.* Si gloria decantatur Leoni pro aperto libro, cur dicitur, quòd Agnus illum reſeraverit? Si ad apicem dignitatis evectus Agnus emicat, cur Leo in libro aperiendo deſudat? Leo & Agnus Chriſtus? an animoſitate, ac fortitudine, ad ſuperandos hoſtes, Leo; in patientia, ac manſuetudine ad ſuos ſufferendos, Agnus. Richardus Victorinus lib. 2. in Apocal. part. 2. cap. 3. *Si utrumque*, ait, *conſideramus, utrumque Redemptorem noſtrum comprobamus: ipſe eſt enim Leo per potentiam majeſtatis, Agnus per manſuetudinem.* Diſcant Reges à ſupremo Principe, ut ſint Leones fortitudine, Agni verò manſuetudine, ac patientia.

Richard.

QUÆSTIO XXXV.

Quare poſt tribulationem & regnum, poſuit Ioannes patientiam?

258. Ansbert.

RESpondet primò Ansbertus: *Sola principaliter patientia in præſenti, eſt neceſſaria, in qua & animæ poſſidentur, & tribulationes illatæ tolerantur, per quam & regnum ſempiternum conſequitur. Ecce tribulatio, & regnum præſto ſunt; ſed niſi quis hic poſitus patientiæ ſtuduerit, tribulationem pro Chriſto ſuſtinere non valet, ad gaudia regni non pertinget.* Paulus Rom. 8. num. 17. *Si tamen compatimur, ut & conglorificemur:* Ante regnum poſuit Paulus patientiam. Ad quid ergo Ioannes ait, particeps in tribulatione, & regno? deinde ſubjungit in patientia, cum poſt regnum adeptum, jam non ſit patientia: Quandiu homo per tribulationem exercetur ad promerendum regnum, neceſſaria eſt patientia, & ideo Paulus ante regnum eam annumerat. At quandiu homo eſt in hoc ſæculo, & ipſum regnum Dei gratia jam eſt comparatum, de quo intelligi poteſt illud Chriſti: *Regnum Dei intra vos eſt.* Luc. 17. num. 21. tunc multa patientia eſt neceſſaria ad ſuſtinendas adverſitates, ac tribulationes, quæ contra juſtum commoventur, ac excitantur: patientia exigitur ad regnum promerendum, patientia etiam ad conſervationem meritorum ipſius regni, ut in eo ſtabiles permaneamus.

Rom. 8.

Luc 17.

Patientia ad merendũ regnum; patientia ad conſervationem meritorum.

259. Rupert.

Secundò Rupertus: *Cum autem dixiſſet* ait, *Ioannes in tribulatione, & regno, addidi, & patientia Ieſu: nam poſtquam particeps fuit in illa tribulatione morientis, & regno reſurgentis Ieſu, patientiam habuit imitando paſſim opprobria, irriſiones, colaphos, & verbera.* Prius Ioannes tribulationem, & regnum poſuit, deinde addidit patientiam? prius enim tribulationi Chriſti in Cruce morientis adſtitit Ioannes, & gloriam ac majeſtatem ipſius reſurgentis vidit? deinde Regium, ac magnificum animum ebibit, ex quo quicquid patientiæ in Ieſu agnovit, in ſe avidiſſimè optavit transferre? ſolus enim magnanimus, ac Regius animus poteſt concupiſcere, Chriſti patientiam imitari.

Solus magnanimus, ac Regius animus valet optare Chriſti patientiæ imitationem.

Tertiò Idem Rupertus, *Sicut Jeſus patienter ſuſtinuit, & orabat, dicens: Pater, ignoſce illis; ita & iſte diligebat illos, qui mala inferebant, & pro eis orabat.* Poſt regnum poſuit Ioannes, *& patientia in Chriſto Ieſu.* Quæ patientia Ieſu in hoc mirificè eluxit, ut pro ſuis perſecutoribus exoraret: *Pater, dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt.* Luc. 23. n. 34. & adeo in ſublime mens Ioannis evecta eſt, ut hanc Chriſti patientiam æmulatus eſſet & nota quòd juxta veram ſeriem contextus Evangeliſtarum, prius Regius titulus, Rex Iudæorum, appoſitus Chriſto in Cruce, deinde ipſe pro inimicis rogavit ad Patrem, ut patet ex ipſa ſerie Evangelii, & nos diximus tom. 5. in Evang lib. 8. c. 14. & 15. Tam regalis, & perexcelſa virtus eſt, pro inimicis orare, ut ad hoc indicandum, alto Dei conſilio ordinatum ſit, quòd in Chriſto, ſummo omnium perfectionum apice, prius Regius titulus in Cruce declaratus eſt, antequam ipſe pro inimicis exoraſſet.

260. Rupert.

Ioannes pro inimicis oravit.

Luc. 25.

Pro inimicis orare, Regia virtus.

Quartò. Albertus Magnus: *Nota, ait, quòd ponitur regnum inter tribulationem, & patientiam, ad denotandum, quod niſi tribulatio exercuerit, & patientia defenderit, non poterit regnum poſſideri.* Poſt virtutum exercitamenta regnum obtinetur, cur ergo poſt regnum Cœlorum patientia ſcribitur, non tanquam regni ſubſecutiva, ſed ut innuatur, quòd in regno Cœlorum componitur corona beatorum ex tribulationibus, ac patientia, ex his enim coaleſcit glorioſa, ac triumphalis illa corona, patientia, quandiu ſumus in hoc ſæculo, eam conſervet.

261. Albertus.

Corona regni ex tribulatione & patientia.

Quintò. Richard. Victorinus cap 4. *Patienter declaratur*, ait, *quæ tribulatio perducat ad conſenſum regni, cum adiungitur, & patientia in Ieſu Chriſto: tunc enim revera ad ſupernam coronam tendimus, ſi deforis in corpore tribulationem ſuſtinemus, & intrò in corde pro amore Ieſu, virtutem patienter inviolabilem conſervemus, nam qui foris tribulatione quatitur, & intus furore turbatur, iſte minimè viam ambulat per quam ad regnandum cum Chriſto pertingat: qui ergo deſiderat nempe regni coronam, habet in Ieſu patientiam,* Cur Ioannes poſt tribulationes, ac regnum, addidit patientiam in Chriſto Ieſu? Multi variis tribulationibus vexantur, & cum illas impatienter ſuſtineant, minimè per illas regnum Cœlorum obtinent, valde congrue ergo Ioannes poſt tribulationem, ac regnum, appoſuit patientiam, non enim quælibet tribulatio, ſed illa, quæ patienter ſuſtinetur in Chriſto Ieſu, regnum Cœlorum obtinet. D. Dionyſius: *Patientia, ait, ſine qua tribulatio ad regnum non duceret, nec pertinget.*

262. Richard.

Tribulatio patientiæ conſortio, regnum obtinet.

D. Dionyſ.

263. Rom. 5. Ait Apoſtolus Rom. 5. num. 3. *Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem.* Tribulatio exercet patientiam, ac fructus ejus indicat, dum rebus duris non cedit; ſed æquo animo ſuſtinet, inde ipſa patientia parit probationem, qua homo cognoſcitur juſtus, & perfectus. Beda. Beda: *Patientia*, ait, *probationem operatur, quia ille, cujus patientia non vincitur, perfectus eſt.* Et ille, qui ſic probatus eſt per patientiam in tribulationibus, quid inde habet? coronam regni, ut ait Jacobus Apoſtolus 1. n. 12. *Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* Patientia in tribulationibus generat probationem; probatio verò coronam gloriæ.

Per patientiam probatur homo ad regnum.

264. Sap. 3. Interlinealis De ſanctis Martyribus dicitur Sapientiæ 3. n. 6. *Tanquam aurum in fornace probavit illos.* Quod Interlinealis explicat: *Sicut aurum in fornace non uritur, ſed probatur, ita Martyres non deficiunt, ſed ad gratiam præparantur.* Et quomodo Martyres non deficiunt, ſed ad gratiam præparantur? An ſolùm per calumnias, cataſtas, cruces, verbera, ac tot tormentorum genera, quæ dira tyrannis adinvenit? Per hæc ſolùm minimè quod explicatur ſuperiori verſ. 5. dum ait: *Tentavit eos, & invenit illos dignos ſe.* Tentavit eos ſanguine patienter effuſo, ut eſt communis Interpretum vox, & tunc adjungitur: *Invenit illos dignos ſe*: Explicat Interlinealis: *Participatione beatitudinis ſuæ* dum ergo patienter tantas tribulationes, ac adverſitates ſuſtinent, inveniuntur digni conſortio Dei, ac participatione ejus cœleſtis beatitudinis.

Sanguine fuſo patienter comparatur regnum.

Quæstio XXXVI.

Qualiſnam eſſet Inſula Pathmos, qualiſque ejus nominis interpretatio?

265. INſulam nominat Joannes; non verò nomen illius, à quo in eam eſt relegatus. Tantus erat hujus Apoſtoli perfectio, ut injurias oblivioni traderet, & etiam nomen illius, à quo tantis injuriis eſt affectus. Vel quia ſic raptus erat in Deum, ut omnia Deo adſcriberet, ac de manu Dei acciperet; quod imperfecti minimè faciunt, cum omnia ſua in alios homines referant.

Viri Juſti obliviſcuntur injuriarum.

Inſula Pathmos.

266. Exprimit Joannes Inſulam, ad quam à Domitiano Imperatore relegatus eſt ad metalla effodienda, ut communiter tradunt Primaſius, Anſbertus, Bruno Aſtenſis, & Victorinus Pictavienſis in Commentariis in Apocalypſim. Eſt autem hæc inſula una ex Sporadibus, ſita in mari Ægæo, quod tunc Archipelagus appellatur, diciturque vulgò, *Palmoſa*; & eſt Inſula vicina Rhodo; & in ea parte maris Ægæi conſtituta; quæ ab Icaro nomen accepit, ut teſtantur Plinius lib. 4. cap. 12. Strabo lib. 10 Quadrangulari figura ſita eſt; quadraginta millia, quæ decem leucas Hiſpanicas conficiunt, ſuo claudit circuitu; montoſa, metallorumque fœcunditate fertilis eſt; ut idem auctor eſt Plinius; ſed exilio, ac revelatione Apocalypſis noſtri Joannis illuſtrior, ac ſublimior facta eſt,

Deſcribitur inſula Pathmos.

Pinius, Strabo.

Nobilitatur etiam, ut teſtatur in præſenti Viegas ſect. 21 magnifico Cœnobio ejuſdem Joannis nomine, quod in media ferè Inſula ad illius munimen, tanquam fortiſſima arx, conſtitutum eſt; & à Joannis diſcipulis, ut creditur, olim erectum eſt; modò à Monachis D. Baſilii habitari dicitur, & magno cum miraculo, interventu ſancti Joannis, ut creditur, nam illuſtre illud Cænobium Piratarum invaſione, ac incurſu, qui per totum illud mare frequenter graſſantur, ſemper ſalvum, & incolume perſiſtit. Hæc Inſula fuit olim ſubjecta Rhodis, nunc verò in Turcarum ditione eſt. Non ſtatim ut Joannis in eam relegatus eſt, Apocalypſim ſcripſit, ſed ad finem Domitiani imperii, ut dixi quæſt. 5. Proœmiali n. 3. Toto hoc tempore quod Joannes exul in hac inſula moratus eſt, omnes illius accolas ad fidem, ac pietatem inſtruxit, ut ex antiquis monumentis affirmat Metaphraſtes in Joannem. Viegas. Metaphr.

267. *Quid ſignificet Pathmos.*

Interpretatio nominis Pathmos.

Pathmos interpretatur, *fretum*, ut Auctor eſt Anſbertus; juxta aliquos verò: *Separatio palpantium*; qui enim ſe tradit Deo, debet ſe ſeparare à conſortio malorum, ac ab omni re mundiali, tanquam veluti ille, qui navigat per fretum, ſeparatur à terra; juxta illud Job. 39. num 6. *Cui dedi in ſolitudine domum, contemnit multitudinem civitatis* Juxta verò D. Remigium, Pathmos interpretatur, *ſeparatio hoſtium*; quia juſtus in tribulatione, ac conflictu, ita adverſariorum minas, ac furorem contemnit, tanquam ſi ab eis eſſet longiſſimè diviſus ac ſeparatus; tanquam ſi eorum rabies nulla eſſet. In hac ſententia eſt Cardinalis Hugo: *Juſtus*, ait, *debet eſſe ſeparatus a timore hoſtium; nec eos timeat, qui occidunt corpus; unde & Pathmos interpretatur ſeparatio hoſtium; & talis eſt juſtus.* Sic Job. 39 n. 22. contemnit pavorem, nec cedit gladio. *Qui ergo poſitus eſt in amaritudine, & conflictu tentationum interiorum, & in fervore, & fremitu perſecutionum exteriorum, & eſt ſeparatus à conſortio malorum; non timet minas, vel terrorem adverſantium, & hæc omnia propter Verbum Dei.* Job. 39. D. Remig.

Juſtus in tribulatione non timet adverſariorum minas. Iob 39. Hugo.

Quæstio XXXVII.

Quare Joannes in Inſulam Pathmos relegatur potius, quàm in aliam orbis partem?

POterat Imperator Domitianus noſtrum Evangeliſtam relegare in aliam orbis partem, ſcilicet, Europæ, Aſiæ, vel Africæ Cur in Pathmos eum mandat abire? Certè aliqua ratio particularis in hoc militat. 268.

Ratio literalis eſt. Solebant Imperatores Romani, eos, qui facinora, ac turpia crimina perpetrabant, pro metallis eruendis in Pathmos damnare, facinoroſorum ergo locus erat hæc inſula; ecce cur ex lio hoc ab impio Imperatore vir Innocentiſſimus ut ſicut alii impios, ac ſceleratus haberetur, hujus exilii hanc rationem 269.

D. Thom. *Iniquorum conſiliis non deprimitur, ſed exaltatur juſtus.*

tionem aſſignat D. Thomas: *Quoniam multi*, ait, *propter turpia ad illam relegabantur?* Sed Deus qui diſſipat inimicorum conſilia confregit impiam mentem ſacrilegi tyranni, ut Joannes ſui nominis fama, ac opinione nec eſſet depreſſus, nec maculatus, ſed illuſtrior ac excellentior habitus, dum factus eſt particeps tantarum rerum viſione, ac tantorum arcanorum cognitione. Cœl. Pan. Cœl Pannor. *In medio malorum*, ait *notafaciet Deus ſuis arcana ſua; ut mala bonis bona ſint; & adverſis minime adverſa.*

270. Liran. Secundò Lyranus ait: *Fuit Ioannes in Inſula, quæ appellatur Pathmos; de ferventis enim olei dolio non aduſtus exiens; ſed ut fortis athleta perunctus, ad inſulam Pathmos fuit in exilium relegatus.* *Adverſa non minuunt, ſed adjiciunt vires juſto.* Joannes à ferventis olei dolio illæſus exiens in exilium mittitur, & tanquam verus Chriſti athleta, ferventi oleo inunctus, ad alia dura toleranda munitur. Quæ putantur juſtis vires adimere, vere ad alia ferenda adjiciunt, ac addunt.

271. Rupert. Tertiò Rupertus: *Cui negabatur terra*, ait, *Cœlum apertum eſt. Exemplum ergo eſt omnibus Sanctis, quòd quantò magis in freto præſentis ſæculi affliguntur, tantò amplius illis ſecreta cœleſtia manifeſtantur.* *Per labores diſponitur animus ad videnda cœleſtia.* Joannes in Pathmos ad metalla damnatur, ubi multa adverſa pro Chriſto ſuſtinuit; in hac ergo inſula magnarum cœleſtium revelationum fit particeps; qui enim multis tribulationibus pro Deo premitur, inde valde idoneus fit, ut cœleſtia intueatur, divinarumque rerum viſione muneretur; quod latè proſequitur Ansbertus, & confirmat exemplo Pauli, qui preſſuratum vinculis alligatus, dicebat: *Noſtra converſatio in cœlis eſt.* Philipp. 3. Ad Philipp. 3. n. 20.

272. Ansbert. Quartò Ansbertus: *Ubi*, ait, *talia videre, ac tanta promeruit? Nunquid in urbibus? Nunquid in Regum ædibus? Nunquid in locis ſublimibus? Non, ſed in inſula Pathmos à Domitiano relegatus, metallo damnatus.* *In ſolitudine, ac deſerto Deus videtur.* Antequam Joannes illuſtriſſimas viſiones ſibi in hoc libro factas referat, ait, quòd fuit in Inſula Pathmos, non in qualibet alia inſula, ſed in Pathmos, quæ valde remota, & ſolitaria eſt; quia tam alta, & ſublimia non ſunt manifeſtata Joanni in urbibus, in populi frequentia, in Regum aulis, ſed in exilio, ac in loco valdè ſolitario, & ab hominum frequentia ſeparato; quia tunc mens ad cœleſtia videnda aſcendit, quando animus degit in ſolitudine, ac tumultu populorum ſejunctus. Oſe. 2. Ait Deus per Oſeam 2. n. 14. *Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor ejus.* Cum Agar fugeret à facie Dominæ ſuæ, ac degeret in ſolitudine, apparuit ei Angelus, qui multa ei dixit de filio concipiendo. Statim ſubdit Agar: *Profectò hic vidi poſteriora videntis me.* Gen. 16. Geneſ. 16. num. 3. Notanter ait: *hîc vidi.* Non in domo Abrahæ, non in palatio Regum Ægypti, ſed hîc, in hac nempe ſolitudine beneficium viſionis Dei accepi. Catena. Græca. Catena Græca: *Adjecit*, ait, *ſignificanter, hîc, quaſi dicat; non modò apud Abraham, ſed in tanta ſolitudine vidi.*

273. Ansbert. Quintò Idem Ansbertus citatus ſic pergit: *Ioannes*, ait, *in magna celſitudine, in magna mentis conſtantia ſtetit; qui ubi putabatur, humana vinciri cuſtodia, ibi metas humanitatis tranſcendens, libero contuitu meruit videre divina. Et cui tunc certa terrarum ſpatia vetita ſunt adire, ſecreta conceſſa ſunt cœleſtia penetrare. Sic, ſic Chriſti fides; ſic ſibi etiam bene utens temporalibus malis, bonis perfruitur ſempiternis.* *In laboribus Deus ſuis manifeſtatur.* Vide quomodò Deus ſuis in exilio, ac tribulatione adſit, detque eis lucem, & levamen. Ecce Joannes exul factus in Pathmos, ſegregatus, ac deſtitutus omni humano commercio fruitur cœleſtibus; & ibi, & non alibi accepit à Deo ſuam Apocalypſim. Sic Jacob, cum eum perſequeretur Eſaü, vidit Deum Bethel, Gen. 28 & 32. Gen. 28. Moyſes fugiens Pharaonem, conſpexit Deum in ardenti rubo, Exod. 3. n. 2. Exod. 3. Ezech. captus in Babylone vidit Deum in curru Cherubico cap. 1. n. 4. Ezech. 1. & Stephan. in ſua lapidatione vidit Cœlos apertos, & Jeſum ſtantem à dextris Dei Actor. 7. n. 55.

Sextò. Citatus Ansbertus ad ultima verba: 274. Ansbert. *Sic, ſic Chriſti fides, ſic ſibi etiam bene utens temporalibus malis, bonis perfruitur ſempiternis.* Conſidera providentiam, & conſilium Dei, qui *Juſtis omnia cooperantur in bonum.* mirificè cuncta diſponit? Joannes ab urbe Roma (in qua longè aberat à ſuis Eccleſiis Aſiæ) in Pathmos relegatur, quæ Aſiæ confermina, atque ſeptem urbibus, ad quas ſcribebat vicina erat, ut inde faciliùs cum ſuis Eccleſiis ageret, eaſque faciliùs inſtruere, ac dirigere valeret. Sic diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Rom. 8. n. 28.

Ait Job 30. num. 12. *Ad dexteram orientis* 275. *calamitates meæ illico ſurrexerunt: pedes meos* Job. 30. *ſubverterunt, & oppreſſerunt, quaſi fluctibus ſemitis ſuis.* Nulla calamitas, cuique acerbior accidit, quam Jobo acciderunt calamitates ſuæ, illum enim dolor, & intolerabilis fœtor, & hoſtium rapinæ, filiorum orbitas, & amicorum mordacitas vehementer affligebant, & tamen de his loquens ait: *Ad dexteram orientis calamitates meæ ſurrexerunt.* Ad dexteram *Iuſto omnia ſunt in dextrum, & in bonum.* dicis? dextrane fuit illa dolorum congeries? dexternè fuit ille impetus Chaldæorum adverſus greges tuos? dexternè fuit ille ventus, qui concuſſit quatuor angulos Domus, & oppreſſit filios? Dextera illi fuerunt univerſa hæc, nam hæc omnia illi acciderunt in decorem, inque bonorum duplicationem atque in magnam gloriæ coronam, quidquid enim adverſi in juſtum excitatur, illi dextrum eſt, eumque ad dexteram Chriſti impellit. Eleganter Gibertus Abbas ſerm. 38. in Cantic. Gilbertus. *Iure*, ait, *ventum illum dextrum vocavit, qui nihil ei quæſivit ſiniſtrum inferre, quin etiam coronæ gloria viro juſto comportavit augmentum, quando virtus probata enituit & quando provocata excrevit.*

Ait Sponſa: *Læva ejus ſub capite meo, &* 276. *dextera illius amplexabitur me.* Cantic. 2. n. 6. Can. 2. Id, quod prius æſtimat, & de ſe lætabunda jacta, læva eſt ſponſi. A lævà omne metuen- *Iuſto etiam lævum fit dextrum ad defenſionem.* dum procedit? Illinc rigor, & verbum aſperum tonabit? Illinc maledicti conſtituentur. Cur ergo de læva ſic gloriatur? Et ſi à læva tot mala ſint iniquis, juſto tantum abeſt, quòd malum inferat, quin potius læva erga eum porrigit ſcutum, quo protegatur, & omnia mala ab eo depellantur: ac proinde ſervo Dei quidquid ſervit in ſcutum, quo munitur, ac defenditur. Aponius lib. 3. in Cantic. Aponius. *Lævat*, ait, *ſub capite fidei eſt ſcutum, quod pugnantis ſiniſtra continetur manu, quo adverſarius repellatur.*

Apoc. 1. *n.* 10. Fui in ſpiritu in Dominica die, & audivi poſt me vocem magnam, tanquam tubæ dicentis.

Num. 11. Quod vides, ſcribe in libro, & mitte ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia, Epheſo, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Phyladelphiæ, & Laodiceæ.

VERSIONES.

Arabic. n. 10. Ductus fui in ſpiritu (accidit autem hoc in Dominica die) & audivi vocem à tergo, tanquam vocem cornu.

Arias Græ. Factus ſum in ſpiritu.

Mariana. Fui in raptu.

Aarbic. n. 11. Dicentem; ego ſum Alpha, & Omega, primus & ultimus, quod vides, ſcribe in libro, & mitte.

Pagnin. Quod vides, ſcribe in librum, & mitte ſeptem Eccleſiis in Epheſum, &c.

EXPOSITIO VII.

277. Græcus. FUI *in ſpiritu:* Seu, ut habet Græcus; *Factus ſum in Spiritu.* Joannes divinitus altiſſimam quandam paſſus eſt extaſim, per mentis exceſſum omnia corporalia tranſcendens, non quod animus eſſet dejunctus à corpore, ſed quamvis ei eſſet unitus, tamen ab eo non impediebatur ad cœleſtia contemplanda; ac videnda; ac proinde nil corporale vidit Joannes ſed totum perfectiſſimè ſpiritu vidit, ut notarunt Ansbertus, Haymo, & alii. (Ansbert. Haymo.) *In Dominica die.* Non in qualibet die, ſed in die valdè illuſtri, & celebri. A tempore Joannis, & Apoſtolorum, cultus Sabbathi fuit mutatus in Dominicam diem, ob venerationem reſurrectionis Chriſti, quæ in Dominica contigit.

278. *Audivi poſt me vocem magnam:* Sicut in ſpiritu poſitus ſpiritualia vidit; ſic vox, quæ in auribus ejus inſonuit, ſpiritualis fuit, ut advertit Haymo. (Haymo.) *Poſt me:* à tergo nempe, vox inſonabat. *Vocem magnam:* quia ſpiritualiter magnus ſonus edebatur; & quia vox magna manifeſtabat, ad magnaque excitabat, magnamque commotionem in cordibus fidelium demonſtrabat. *Tanquam tubæ:* ideſt, vox illa ſic latè, ac diffuſe perſonabat, ut ab omnibus audiri poſſet, ac ſi ex edito loco clangor tubæ eſſet; proindeque ſonitum tubæ referebat, ac exprimebat.

297. *Dicentis, quod vides:* Intellectualitar, ac in extaſi per ſpiritum. *Scribe in libro*, materiali ſcilicet. Sermo inter homines facilè, ac citò pertranſit; quæ autem ſcriptis mandantur, diu permanent ad perpetuam memoriam; quæ autem Joanni hic aperiebantur, cum eſſent magni momenti, & in futurum retinenda, ac obſervanda, ideo ut in perpetua recordatione ſint, diligenter in libro fuerunt ſcribenda. *Et mitte ſeptem Eccleſiis:* Ut nempe hic liber in quo revelantur fidelium perſecutiones citò finiendæ, eorumque magna præmia appoſita, inter Miſſarum ſolemnia legatur, ad fidelium munimen, & conſolationem. Adverte, quòd ait, ſeptem Eccleſiis. Cùm tamen cap 2 & 3. non Eccleſias, ſed earum Antiſtites nominet: nam Prælatus idem eſt ac ſua Eccleſia nam Epiſcopus cum ſit omnibus omnia factus, omnibuſque configuratus, omnium ſpecies, ut puriſſimum ſpeculum, debet repræſentare, & tanquam Pater omnes ſinu continere. Primaſius. *Scribe*, ait, *in libro, quæ vidiſti, & mitte ſeptem Eccleſiis, poſtea tamen Angelus jubet ſcribere, ut oſtenderet, unum eſſe.*

Quæ ſcribuntur ad perpetuam ſunt memoriam.

Prælatus idem eſt, at ſubditorum congregatio.

Primaſ.

Quæ ſunt in Aſia. Nam cum duplex ſit major, & minor, nullo modo de majori, ſed de minori eſt ſermo, quæ in multas regiones dividitur ſcilicet Phrygiam, Lydiam, Myſiam, Ioniam, Bithyniam Troadem, Cariam, Pamphyliam, Ciliciam, Lycaoniam, & Galatiam. Deinde Joannes ſingillatim nominat ipſas Eccleſias: *Epheſo & Smyrnæ*, &c. de quibus ſingillatim dicam ſuo loco cap 2. & 3. 280.

QUÆSTIO XXXVIII.

Quare adnotatur, quòd tam illuſtris revelatio facta fuerit Joanni in die Dominica

SOlemnitas, ac celebritas diei Dominicæ antiquiſſima eſt. Ita ut doceat Juſtinus Martyr in ſecunda Apologia ad Antoninum Imperatorem, Apoſtolos à Chriſto D. hujus diei celebritatem accepiſſe & ipſi Apoſtoli eam Eccleſiæ tradiderunt, ac commendarunt. Apud ſanctum Clementem in Conſtitut Apoſtolic. l. 2. c. 59. & l 5. c. 9. & cap. ultimo l. 7. cap. 31 & 37. Et de hac celebritate meminit Paulus Actorum 20. num. 7. ubi dicitur: *Una autem Sabbathi, cum conveniſſemus ad frangendum panem. Paulus diſputabat cum eis* Judæi à Sabbatho dies numerabant, ac proinde una Sabbathi, ideſt prima die poſt Sabbathum puta Dominica, in qua Paulus celebravit Euchariſtiam, ad quam fideles de more conveniebant, ita D. Chryſ. Beda & Aug. epiſt. 86 & D. Hier. libro adverſus Vigilantium: & 1. Cor 16. n, 2. jubet una Sabbathi, hoc eſt, die Dominica, fieri collectas, ut interpretantur D. Ambr. D Chryſ. Theophylact Oecumen.

281. Juſtin. *Solemnitas Dominicæ diei à Chriſto inſtituta, & ab Apoſtolis tradita.* C. Clem. Actor 20. 1. Cor. 16. D. Chryſ. D. Auguſt. D. Hieron. D. Ambr. Beda. Theoph.

Hinc de ſancta obſervatione; ac Religione diei Dominicæ frequens eſt mentio in antiquiſſimis Patribus, ac Conciliis In epiſt 1. Innocentii I. c. 4. In Epiſtol. Fabiani Papæ, In 6. Concilio Conſtantinopolitano cap. 8. In 2. Concilio Matiſconenſi can. . in Laodicenſi cap. 29. & 50. in Cabilonenſi cap 40 in Turonenſi c 16. Multi etiam patres Antiqui, Origen. 282.

Innoc I. Fabian. Conc. Conſt. Matiſc. Laodicenſ. Turon Origen.

contra Celſum; Tertullian. de corona militis; Gaudentius in ſermonibus; D. Baſilius lib. de Spiritu S. cap. 27. D. Auguſt Epiſt. 119. ad Januar cap 1. *D. Baſil.*

182. *Prærogativæ diei Dominicæ.* Hujus diei Dominicæ multæ & magnæ ſunt prærogativæ, ut docent iidem ſancti Patres. Prima, extitit primus dies creationis quo lux creata eſt: quod ex eo fit evidens, quia ſeptimus ab eo dies, quo Deus requievit, extitit dies Sabbathi ut patet Exod. 20 n 2. & c. 31. n. 14. Secunda prærogativa, ut notat D. Bonaventura in Compend. Theolog. veritatum c. 9. *Hac die, ſcilicet Dominica, Cœlum, & terra creata ſunt; & Angelus in ea converſus eſt ad Deum.* Ac proinde hac die extitit victoria Michaëlis Archangeli contra Principem Dæmoniorum; eadem enim die mundus creatus eſt, & ſimul cum mundo conditi ſunt à Deo Angeli in cœlo Empyreo, cujus cives ſunt ſancti Angeli, qui converſi ad Deum in ejus gratia perſtiterunt, ut ex Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. ac ſanctis Patribus dixi tom. 5. in Evangelia lib. 8. cap 13. q. 4 n. 17.

Exod. 20. D. Bonav. *Creatio Angelorum die Dominica.*

184. *Sextà Synodus.* Tertia prærogativa, Hebræi die Dominica mare rubrum ſicco pede tranſiverunt, ut habet Sexta Synodus Cæſarienſis, & notavit Beda Epiſtolâ de celebratione Paſchæ. Quarta, hac die primò Manna Hebræis de Cœlo pluit. Je docet D. Auguſt. ſerm 151. de tempore, & probat Origenes ad cap. 16. Exodi. Quinta, Chriſtus D. die Dominica natus eſt, ut habetur in Sexta Synod. Can. 8 Sexta, hac die ſtella Magis apparuit, ut tenet eadem Synodus. Septima prærogativa, Chriſtus in Jordane, eodem die Baptizatus eſt; ut teſtatur eadem Synodus: Octava, quinque millia hominum, quinque panibus, ac duobus piſcibus ſatiavit Dominus in deſerto, hac Dominica die, ut teſtatur eadem Synodus. Nona, Chriſtus hac die à mortuis reſurrexit, ut eodem die, quod mundum creaverat, ipſum renovaret, ut probat communis conſenſus totius Eccleſiæ. Decima prærogativa, poſt reſurrectionem, ingreſſus eſt januis clauſis ad Diſcipulos, eiſque dedit poteſtatem remittendi peccata. Undecima prærogativa, hac die mandavit Apoſtolis, ut per totum orbem prædicarent: *Baptizantes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Duodecima, Spiritus Sanctus ſuper Diſcipulos deſcendit in die Pentecoſtes. Decima tertia, finale judicium cum generali reſurrectione futurum die Dominica, tradunt D Auguſt ſerm. 251 de tempore, D Hilar. Procemio in Pſalmos: D. Bonavent. citatus Decima quarta, noſter Joannes hanc Apocalypſim, ſeu revelationem à Deo obtinuit. Unde in laudem Dominicæ diei hanc Cantilenam compoſuit Venantius Fortunatus lib. 3.

D. Auguſt. Origen. *Sexta Synodus.* D. Auguſt. D. Hilar. Venant. Fortunat.

Salve feſta dies, toto venerabilis ævo;
Qua Deus infernum vicit, & aſtra tenet.
Nobilitas anni, menſum decus: alma dierum;
Horarum ſplendor, ſcriptura puncta fovens.
Hinc tibi ſilva comis plaudit, hinc campus ariſtis;
Hinc grates tacito palmite vitis agit.

185. Cum dies Dominica eſſet tam illuſtris, & celebris, tantarum rerum revelationem in ea habuit Joannes; præcipuè cum in hac nos roti ſimus Deo conſecrati, à ſervilibus vacantes, & inde aptiſſimi in illa ad divina percipienda. Richard. Victorinus: *Sicut perſona, locus, cauſa,* ait, *commendat veritatem ſacræ dilectionis, ſic & qualitas temporis; quia quantò dies ſanctior, tantò divinæ revelationi convenientior, & quanto tranquillior per cæterorum laborum ceſſationem, tantò per requiem altior ad internam contemplationem. In cauſa itaque, & tempore nobis innuitur; qui propter Deum perſecutionem didicerunt ſuſtinere, & à ſervilibus peccatorum operibus feriare, ipſi ſecreta cœleſtia merentur accipere.* Cur ad tam illuſtrem revelationem potius eligitur dies Dominica, quàm alia feria hebdomadæ? quid enim potius confert unus dies, quàm alter? nonne omnibus diebus Deus benedixit? Maximè verum eſt: tamen tali die à ſervilibus abſtinemus, orationibus dediti. Meritò ergo talis dies tantæ revelationi aſſignatur, quia, cùm mens à ſervilibus operibus ceſſat, tunc cœleſtia ſecreta meretur penetrare.

Richard. *Ab operibus ſervilibus ceſſandum, ut ſecreta cœleſtia cognoſcantur.*

Quod argumentum præclarè de ſuo more proſequitur D. Auguſt ſerm. 241. de tempore, ubi ſic ait: *Sciendum eſt fratres chariſſimi, quod ideo, à ſanctis Patribus noſtris conſtitutum eſt Chriſtianis, & mandatum, ut in ſolemnitatibus Sanctorum, & maxime in Dominicis diebus, otium haberent; & à terreno negotio vacarent, ut paratiores, & promptiores eſſent ad divinum cultum, cum non haberent, quod eos inde retardaret, incommodum; relinquerentque eo tempore terrenam ſolicitudinem, quo facilius poſſent Dei intendere voluntati: inde ipſe Dominus per Prophetam dicit, vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus.* Pſalm. 45. n 11. quæ verba Pſalmi aliter ſic legunt D. Ambroſius: *Vacate & cognoſcite.* D. Auguſt. lib. de vera Religione cap. 25. *Agite etiam, & agnoſcetis:* D. Hieron. *Ceſſate, & cognoſcite,* Alii: *Deſiſtite, & remittite, & videte,* Quæ omnes lectiones ad hoc tendunt, quod homo maximè ſe debet evacuare à terrenis curis, ac ſolicitudinibus ut Deum videat, cognoſcat, ac contempletur. 186.

D Auguſt. *In feſtis feriandum, ut Deum contemplemur.* Pſalm 45. D. Ambr. D Auguſt. D. Hieron.

Quod maximè confirmatur ex Paulo 2. Timoth. 2. num. 4. *Nemo militans Deo, implicet ſe negotiis ſæcularibus.* Ne Dei verbum mundanis ſpinis ſolicitudinem ſuffocetur in nobis ut indicat Parabola apud Lucam 8. num. 7. Non occupetur mens in paleis, ac lateribus, ſed ſedens homo ad pedes Chriſti, uno hoc maximè contentus, *non autem ſolicitus turbetur erga plurima.* Ut explicat Auguſt ſerm de Martha, & Maria: ſed ut ait Jeremias Thren 3. numer. 28. *Sedebit ſolitarius, & tacebit: quia levabit ſuper ſe.* Legunt Rabanus Hugo Rupertus, Lyranus: *quia levavit ſe ſuper ſe.* Cum quis moratur ſolitarius, ac evacuatus à terrenis, tunc tacebit à colloquiis profanis, & elevat ſe ſuper ſe, ut Deum intueatur, ac contempletur: D. Baſilius de laudibus vitæ ſolitariæ: *ſedebit ſolitarius, & tacebit: elevavit enim ſe ſuper ſe; habitator enim tuus (ô ſolitudo) ſe elevat ſuper ſe: quia Deum eſuriens anima, à terrenarum ſe rerum cura erigit, & in divinæ contemplationis arce ſuſpendit, à mundi ſe actionibus ſegregat; atque in altum contemplationis cœleſtibus deſideriis pennas librat:* 187.

2 Tim 2. Luc. 8. *Ad cognoſcenda divina à temporalibus vacandum.* D Auguſt. Thren. 3. Raban. Hugo. Rupert. Lyran. D. Baſil.

QUÆSTIO

QUÆSTIO XXXIX.

Quare hæc vox à tergo exhibita eſt Ioanni?

288. NOn ſolùm ait Joannes, quod vocem audiverit, ſed etiam à tergo eam percepiſſe teſtatur: *Audivi poſt me vocem magnam*, quod ſanè magno myſterio factum eſt; & in quà re multa & varia ſunt placita.

289. *Alcazar.* Primò. Alcazar, cum exiſtimet, in hac prima parte Apocalypſis deſcribi bellum, victoriam, & excidium Judæorum per Titum, quod jam annis 25. præterierat hìc vocari exiſtimat, Joannem ad hæc conſideranda; quæ enim præteri a ſunt, retro, & poſt tergum ſunt. Sed hic ſenſus non eſt multum accommodatus; nam Apocalypſis eſt prophetia, & non hiſtoria.

190. *D. Ambroſ. Thom. Ribeir.* Secundò, & aptiùs D. Ambroſius, Thomas Angelicus, Ribeira reſpondent à Joanne dici, ſe à tergo audiiſſe vocem; dicturus enim erat ea, quæ ignota erant Eccleſiæ: quod enim poſt nos eſt à tergo, videri nequit à nobis, ut ignotum habetur, & ideo dicit poſt ſe, quia ignotum erat. *Gloſſa. Albertus.* Tertiò Gloſſa, & Albertus Magn. aſtruunt, à Joanne dici, audiſſe vocem poſt ſe, quia quæ auditurus erat, in lege ac Prophetis erant ſcripta, quæ cum jam præceſſiſſent; ideo poſt ſe, ſeu à tergo audiri dicuntur.

291. *Corn. Menoch. La Haye.* Quartò, & genuinè ad literam tres adhuc rationes ſubjicio. Et primò Cornelius à Lapide, Menochius, M. Ioannes de la Haye: vox hæc à tergo audita dicitur; ut denotetur, hanc revelationem eſſe Spiritus ſancti: & quia Spiritus Sanctus à nobis non videtur, dum ſe inſpiratorem, ac Doctorem præbet: ideò videtur facere, *Iſay. 30.* ut ait Iſaias c. 30. num. 21. *Ut aures audiunt verba poſt tergum monentis*: *Vera interpretatio.* Cùm ipſe monens non videatur, dicitur eſſe à tergo: id quod à tergo habetur, ignotum eſt. Secundò. Perſecutiones hìc à Joanne auditæ, proximè Sanctum Joannem ſecuturæ erant, ſub Trajano Adriano, Antonino, & à iis Imperatoribus, ideò poſt eum dicuntur audiri, quia poſt eum futuræ erant. Tertiò Joannes erat totus ſpiritu abſorptus, & elevatus in Deum ad contemplanda divina myſteria: tanquam poſt ſe audivit vocem, quæ eum evocabat ad videnda, ac conſideranda ea, quæ ſpectabant ad Eccleſiam, ejuſque filios, univerſos nempe fideles. Jam alias rationes, & ad mores ſubjiciamus.

292. *D. Ambroſ.* Quintò D. Ambr. *Vox Domini*, ait, *poſt nos eſt, quia nos quaſi ſervi fugitivi ſumus: Dominus autē poſt tergum noſtrum clamat, ut nos revocet*, Joānes intenſiſſimo amoris affectu in Deum rapiebatur, eique adhærebat. Cur ergo tàm ingenti voce poſt *Nos fugitivos Chriſtus revocat in Præſule ut in capite.* ſe clamante vocatur? Erat Joannes Præſul omnium Eccleſiarum Aſiæ, in eoque, tamquam in capite, plures ſubditi ejus, ac fideles prævidebantur, tanquam adverſitates ac perſecutiones prò fide fugientes: inde ergo poſt eos Chriſtus clamat, ut animo reſumpto, gradum revocent, & ad derelictum fidelium ovile revertantur: *Poſt tergum noſtrum clamat, ut nos revocet.*

293. *D. Ambr.* Sextò. Idem D. Ambroſius ſic pergit: *Poſt ſe Joannes voces audivit; quia myſteria, quæ ei tunc revelata ſunt, nondum perfectè cognoverat.* Sicut vox, quæ ante nos à facie ſonat, eſt ad perfectam cognitionem, ſic quæ à tergo ſonat, ad imperfectam. En myſterium; cur Joannes poſt ſe vocem audivit, quia licet ipſe eſſet ſanctiſſimus ac maximè à Domino dilectus, ac electus ad altiſſima myſteria perfectè penetranda *Paulatim diſponendum ad magna myſteria cognoſcenda.* tamen primò, ac in limine harum revelationum, ſeu viſionum, vocatur à tergo; tanquam ad imperfectam cognitionem, ut inde paulatim perveniret ad perfectiſſimam cognitionem: unde ſtatim dicitur n. 12. converſus ad videndum: & quòd Chriſtus dexterâ ſuâ elevaverit eum n. 18. ad intuendum, & intelligendum, quæ apparebant.

294. *D. Hier.* Septimò D. Hieron. in cap. 3. Ezechiel. n. 12. ad illa verba: *Audivi poſt me vocem commotionis magnæ.* Sic ait Sanct. Doctor. *Terrena contemnens rapitur à ſpiritu, & audit vocem poſt ſe commotionis magnæ, præteritorum obliviſcens, & in futurum ſe extendens; ut inimicorum inſidias poſt ſe relinquere: tale quid, & in Exodo legimus, quando Pharao, & omnis exercitus ejus perſequebatur Iſraël, & Angelus Domini incolumna nubis deſeruit priora caſtrorum, venitque poſt tergum, & tota nocte ſletit inter Iſraël, & Ægyptios, ſcilicet, ut ſingulari providentia Iſraëlem defenderet ab Ægyptiis.* *Exod. 14. n. 9.* Similia habet ibi Origenes. *Origen.* Joannes totus ſpiritu erat elevatus, quid eſt, quod vocem poſt ſe, hoc eſt, à tergo audivit: ad quæ Joannes vocabatur, non à tergo, *Dei providentia nos inſequitur, ut ab adverſis tueatur.* ſed ab oculis erant videnda, ad quid ergo vox loquentis poſt ſe ſonat? Vox ergo illa ſignificabat ſingulare præſidium divinæ providentiæ protegentis, ac dirigentis Joannem, omnéſque fideles in eo repræſentatos, & rectè quidem Dei providentia poſt nos eſſe deſcribitur, quia quamvis ipſam non cernamus, ipſa nos tamen cernit, ſemperque ante oculos habet, ut nos tueatur, ac protegat, à nobiſque omne malum propulſet, ſi que columna nubis poſt tergum ſtetit, *ut ſingulari providentia Iſraëlem defenderet ab Ægyptiis.*

295. *Rupert.* Octavò Rupertus: *Quid erat poſt Joannem, cum eſſet in ſpiritu*, ait, *totus mundus, & quidquid corporeis oculis cernitur; imò & totus præſentis Eccleſiæ ſtatus retro hæc erant? quia videlicet ipſe in anteriora extendebatur, cum ad illa videnda ſurſum raperetur.* *Qui ad Deum elevatur, ac orat, omnia terrena poſt ſe dimittat.* Joannes totus erat abſorptus, & elevatus ſpiritu in Deum, ac in Divina ejus myſteria, ita ut in oblivione, ac poſt ſe haberet omnia hujus ſæculi: cum ergo vox clamans vocaret ad negotia præſentis temporis, & quamvis ad rem ſanctiſſimam, ut attenderet nempe ad cœtum fidelium quæ omnia à ſe dimiſerat Joannes, & tanquam poſt tergum habebat, ut totus eſſet defixus in Deo, inde vox, quæ à cœleſtium contemplatione revocabat, poſt tergum clamare dicitur: *Imò & totus præſentis Eccleſiæ ſtatus retro hæc erant, cùm ad illa videnda ſurſum raperetur.* Quod etiam habet Haymo, & confirmat ex Apoſtolo *Haymo.* ad Philipp. 3. num. 13. *Quæ quidem retro ſunt obliviſcens, ad ea verò, quæ ſunt priora, extendens me ipſum.* *Philipp. 3.*

296. *Qui Deum orat, à terrenis mentem ſeparet.* Qui enim contemplatione, ac oratione elevatur in Deum, ut ei ſummè complaceat debet omnia terrena à ſe dimittere, ac tanquam poſt ſe habere, ut tote mentis acie Deo adhæreat. *Dixit Dominus ad Abraham poſtquam diviſus eſt ab eo Loth.* Geneſ. 13. num. 14. Cur non *Gen. 13.*

apparet

apparet Deus Abrahamo, quamdiu cum Loth conſobrino ſuo moratur, ſed poſtquam diviſus eſt ab eo ? Ut hoc fiat manifeſtum, quòd Deus tunc in oratione loquitur nobiſcum, quando nos ſic loquimur cum eo, ut ſimus diviſi, & ſeparati ab omnibus rebus temporalibus, quæ mentem noſtram diſtrahere, ac divertere valent D. Chryſoſt. ibi : *Notanter dicit*, ait, *poſtquam diviſus eſt ab eo Loth, cum enim morarentur ſimul, non apparebat Deus Abrahæ. Cum autem receſſit Loth, immediatè ei apparuit Deus. Signum eſt pro contemplativis viris : non enim ſpiritualibus circa hujus mundi varias ſolicitudines occupatis apparet Deus : ſed mentibus ab mundanorum ſtrepitu vacantibus.* (D. Chryſ.)

297. (Richard.) Nonò. Richard. Victor. cap. 4. *Ac ſubditis*, ait, *elongatus, & in exilium relegatus, omnem paſtoralem ſolicitudinem, cunctáque viſibilia, poſt ſe longè reliquerat, ſolis ſupernis ac inviſibilibus intendebat, & dum ad ſubditorum eruditionem reducitur ; ac eum Spiritus S. ad illos, quos cœleſtibus per ſimplicem contemplationem intentus non reſpiciebat, ſecundum formales rerum qualitates reſpicere monuit, quaſi poſt tergum vocem audivit.* Albert. Magn. *Quia Prælatus*, ait, *de arce contemplationis ad curam ſubditorum revocatur, & ſic retrahitur ; ideò dicit, ſe audiſſe vocem poſt ſe.* Idem habent Rupert. & D. Anſelmus: Joannes quaſi paſtoralis officii immemor, totus erat intentus, ac defixus in cœleſtium rerum contemplatione ; ſolùm enim ad hæc attendebat, ſolúmque ad hæc oculos elevabat; inde à tergo vocem audit, qua ei diceretur, ut ad illa poſteriora quæ quaſi à ſe dimiſerat, recurreret ; ac ad illa oculos converteret. Prælatus enim debet, aliquando deſiſtere à meditatione, ac contemplatione, ut ſubditorum ſaluti conſulat. (*Prælatus pro ſubditorum ſalute contemplationem omiſtat.*)

298. Venit Angelus ad Virginem, annuntians ei Æterni Verbi conceptum in ſuo utero, eique proponit, quomodo cognata ejus Elizabeth conceperat: præbet Virgo conſenſum, & in ſuo utero operatur ineffabile Incarnationis myſterium ; ſtatim ſubdit Evangeliſta, quòd *Exurgens Maria abiit in montana, & ſalutavit Eliſabeth.* Et poſtea eructavit ſuum celebre Canticum : *Magnificat anima mea Dominum.* Luc. 1. n. 46. in gratiarum actionem, pro Verbo concepto, ut notant Albert Magn. Hugo, & alii. (Luc. 1.) Si Virgo tantum donum à Deo accepit, ut ejus mater eſſet conſtituta ; Cur ſtatim poſt ipſum conceptum, non gratias perſolvit, ſed priùs tendit in montana ad viſitandum Elizabeth ? Virgo per conceptum Verbum conſtituta eſt Mater & Regina totius univerſi, & ut talis ad eam ſpectabat, aliorum neceſſitati ſubvenire, & ideo illico abiit in montana, ut Joannes ſanctificaretur, & peccato eſſet liber, ut ait, D. Bernard ſerm. de nativit. Virg. *Aſcendit planè ſuper omnem creaturam, nimirum ſuper Angelos ; hauriat neceſſe eſt, quam refundat hominibus, aquam vivam.* (D. Bernard.) Et ut etiam miniſtrando daret levamen vetulæ cognatæ Beda : *Ut mulieri provectæ ætatis Virgo juvencula miniſterium ſedula impenderet.* (Beda.) Priùs perſolvit, quæ ſui muneris erant, utpote omnium regina ? deinde laudes Deo decantat, pro ſua, ac communi omnium redemptione ; docens nos priùs deferendum obligationi proprii officii ; quàm orationi, ac actioni gratulatoriæ pro ſupremo omnium dono recepto. 299. (*Pro munere adimplendo, oratio & gratiarum actio intermittenda.*)

Cùm Moyſes ſtetiſſet cum Deo in verticé montis Sinai, in gloria, ac colloquio Dei, in altiſſima contemplatione, ac meditatione cæleſtium myſteriorum, prolapſus eſt populus in idololatriam, ut vitulum adoraret: *Tunc locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens : Vade, deſcende ; peccàvit populus tuus, quem eduxiſti de terra Ægypti.* Exod. 32. n. 7. Si Moyſes in tanta rerum ſublimitate elevatus erat, ac cum tam fervida cœleſtium contemplatione in extaſi raptus ad quid ob peccatum populi ei dicitur : *Vade, deſcende* ? Ut ab oratione deſiſtat, & ad populum ſe conferat. Ratio in illis verbis innuitur : *Peccavit populus tuus.* Ipſe populi erat dux & gubernator, ac proinde eum ſpectabat, de populi remedio agere ut eum ad pœnitentiam induceret, ut ita Dei iram effugeret, ne omnino conſumptus periret : Cùm ergo dicitur : *Vade, deſcende, peccavit populus tuus.* Hoc eſt ceſſa ab hac oratione, ac contemplatione divinarum rerum ut pro tuo gubernatoris munere, tuo populo conſulas, ut remedium in tanto illius malo ei provideas. Abul. Tanquam ſi Deus dicat Moyſi : *Non eſt opus*, ait, *ut hîc ſtes : deſcende, quia peccavit populus tuus, vade ad corripiendum eum* (Exod. 32. — *Ab oratione ceſſandum, ut tuo officiũ ſatisfacias.* Abulenſ.)

Quæstio XL.

Quare hæc vox Ioannem excitans fuerit magna ?

Vox magna, in Scriptura magnum, & altum indicat myſterium ; ſic Matth. 27. 300. (Matth. 27.)
n. 46. dicitur : *Circa horam nonam exclamavit Jeſu voce magna dicens : Eli, Eli, lamaſabacthani.* Qui moriuntur, cum vires deficiant, vox tenuis, exilis, aut nulla eſt. Jeſus tamen in extremis voce magna clamat, ut clamoris magnitudine divinam virtutem, ac amoris magnitudinem indicaret.

Sed & hîc in præſentiarum vox hîc dicitur 301.
magna, ex magno myſterio ſane : quia vox hæc à magna, & a ta Dei poteſtáte proveniebat. D. Bernard. Seͤnenſ & quia magna myſteria ab ea erant audienda : quia ad magna, & magnifica excitabat : quia ad magnam patientiam in perſecutionibus, in hoc ſæculo provocabat : quia magna, & alta præmia in futuro ſæculo promittebat : quia magnam commotionem in fidelium cordibus indicabat, nil vehementiùs concutit humanum pectus, quàm magna, & ingens vox. Cùm meus Jeſus penderet in Cruce, volens emittere Spiritum, ſcribit D. Marc. 15. num. 37. *Jeſus autem, miſſa voce magna, expiravit.* Et ſubditur num 39 *Videns autem Centurio, qui ex adverſo ſtabat, quia ſi clamans expiraſſet*, ait, *Verè hic homo filius Dei erat.* Multa & magna miracula in Chriſti morte acciderunt : tamen non illis, ſed tantum ingenti vocis ſono, magnoque clamore motus eſt Centurio, ut Jeſum crederet filium Dei, ac ſi hoc præ cæteris humanum affectum raperet. (D. Bern. *Magna vox maxime animos commovet, & excitat.* Marc. 15.)

Tandem hæc vox fuit magna, ut ſcribit hic
Rupert. *Quia veritas fidei, non angulos amat,* 302. (Rupert.)
non in occulto, ſed palam omni mundo loqui

deſiderat rectè non per qualemcumque vocem, ſed per vocem tubæ magnam ſignificari decebat. Joannes totus raptus ſpiritu, ad quid vox tam ingens: & magna cùm à ſenſibus non penderet: Vox hæc, quæ fidei, ac veritatis erant, inſonabat; & hæc non ſubmiſſè, ſed forti, ac ingenti pectore, magnoque clamore, dicenda, ac publicanda ſunt. Nam ut eleganter dixit Tert. lib. adverſ. Valentinianos, cap. 1. *Nihil veritas erubuſcit niſi ſolummodo abſcondi; quia nec pudebit ullum ei aures dedere.*

Fidei veritas non in occulto, ſed apertè, & manifeſtè declaranda.

Tertull.

303. Falſo crimine objecto à perverſis ſenibus, ad capitale ſupplicium ducitur Suſanna. Tunc illa in teſtimonium veritatis, ac ſuæ innocentiæ, exclamavit; Senes etiam, ut ſcribitur, clamarunt: *Exclamavit voce magna Suſanna; clamaverunt autem Senes adverſus eam.* Daniel. 13. num. 24. clamavit mulier; clamaverunt & Senes, ſed ſolùm de voce mulieris dicitur, quòd clamaverit voce magna; non ſic autem Senes, ſed ſolùm de eis ſcribitur, quòd clamaverunt: & quomodò fieri potuit, ut unius delicatæ fœminæ vox duorum virorum vocem ſuperaret, & abſorberet? Illa clamavit veritate animata; illi mendacio ſuffocati, & veritatis vox magna, & alta eſt longè, latéque omnia vincens, & excedens. D. Hieron ibid. *Magna vox erat*, ait, *non aëris percuſſione; & clamore faucium, ſed pudicitia magnitudine, per quam clamabat ad Dominum. Unde & S. Scriptura in exclamatione Seniorum non appoſuit magnam vocem.* Et ſtatim: *Cordis affectus, & mentis pura confeſſio, & bonum conſcientia, vocem ejus fecerat clariorem.* Vide quæ dixi tom. 3. in Evang.

Dan. 13.

Veritatis vox omnia ſuperat, & excedit.

D. Hieron.

QUÆSTIO XLI.

Quare hæc vox dicitur tam magna, ut tubæ ſonum referret?

304. Alcazar hanc vocem magnam, tanquam tubæ, & etiam, de qua fit mentio infrà in hoc c. num. 15. *Et vox illius, tanquam vox aquarum multarum*; exiſtimat, utramque vocem eſſe Chriſti, qui priùs vocem tubalem protulit, deinde vocem aquarum multarum. Et utraque vox, ait ipſe, bellica erat; priori ſignificabatur bellum illatum Eccleſiæ à Judæis, poſteriori bellum illatum eidem ab omnibus gentibus; nam *aquæ multæ, populi multi.* Tamen verius mihi videtur, quòd hæc vox, tanquam tubæ eſſet ipſius Dei excitantis, ac provocantis Joannem, ut reſpiceret, ac videret Chriſtum inter Candelabra aurea, cujus vox erat, ſicut aquarum multarum, dicens illi: *Noli timere, ego ſum primus, & noviſſimus.*

Alcazar. *Cujus eſſet hæc vox?*

305. Hæc vox non ſolùm magna erat, ſed etiam tubæ ſonitum exprimebat: Cur autem hæc vox talem ſonitum referret, explicandum eſt, pro quo ſupponendum, in veteri Teſtamento apud Hebræos, varios fuiſſe tubarum uſus. Hæ erant in uſu ad convocandam multitudinem filiorum Iſraël, quod duabus tubis fiebat. Num. 10. n. 2. ad convocandos autem tribuum Principes, unica & brevi clangore utebatur, ad movenda autem caſtra, unica tuba fiebat, ſed longo, ac prolixiori ſonitu, citato Num. loco, n. 3. erat etiam in uſu tuba ad convocandum populum, ut res magna, & omnibus neceſſaria audiretur juxta illud Oſe. 5. n. 8. *Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama.* Tum etiam ad ſolemnitates celebrandas; unde eſt illud Pſ. 80. n. 4. *Buccinate in Neomenia tuba, in inſigni die ſolemnitatis veſtra.* Tum etiam ad peccata populi arguenda, ac reprehendenda; unde ait Iſa. 58. n. 1. *Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum, & domui Jacob peccata eorum.* Tum etiam milites tuba ad pugnandum contra adverſarios excitabantur. In quo ergo ſenſu, hæc vox ſonitum tubæ referebat?

Varius tubarum uſus.

Num. 10.

Oſe. 5.

Pſalm. 80.

Iſai. 58.

Reſpondeo, primò & ad litteram, quòd ſicut Iſraëlitæ, ac milites ad pugnandum tuba excitabantur, eodem modo hac tubæ voce Chriſtiani excitabantur ad pugnandum cum diabolo, & ejus membris, perſecutoribus nempe, ac ad ſuſtinendas multas, & varias tribulationes. D. Ambr. in præſenti: *Tuba*, ait, *ad pugnandum milites provocare ſolet: ſimiliter & nos ſermo Dei ad pugnandum contra diabolum, atque vincendum incitare non deſinit.* Dion. Carth. *Sicut per tubam*, ait, *ad pugnam homines provocantur, ita per verba libri hujus, fideles ad pralia contra peccata, diabolum, & perſecutorum inſaniam invitantur, & animantur.* Similia habent Rupert. D. Th. D. Anſelm. & alii: omnis ergo tepor à nobis eſt abjiciendus: fideles enim omnes hæc vox ad bellum invitat, ac provocat. Hinc Apoſtolus ad Epheſ. 6. n. 15. nos vult eſſe armatos omni armatura Dei: *In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere: & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.* 306.

Sermo Dei nos vocat ad pugnandum cum diabolo.

D. Ambr.

Carth.

Rupert. D. Anſelm. D. Thom.

Epheſ. 6.

Secundò Cur hæc vox, quæ Joannem invitabat ad attendendum, ſimilis erat tubæ? Hæc vox, tam in hac viſione, quàm in aliis, diverſum ſtatum Eccleſiæ Joanni repræſentabat, unde tubam exprimebat: hæc enim maximè ſtatum Eccleſiæ exprimit, ac repræſentat. Joachimus Abbas: *Eccleſia enim, ait, fuit arcta in principio, quoad numerum fidelium: & occulta uſque ad numerum Prophetarum; exinde verò largior, & manifeſtior uſque ad Joannem: deinde in Apoſtolis dilatata, quorum ſonus in morem tuba grandis effectus, ad fines orbis terra pervenit: Unde factum eſt, ut Eccleſia, qua parvo anguſtabatur populo, in latitudinem gentium fundaretur.* 307.

Joachim *Tuba figurat Eccleſiam.*

Tertiò. Aretas: *Vocem*, ait; *tanquam tuba, à tergo auditam fuiſſe innuit eo quod acer, ac penetrativus ſonus opportunè miſſus ſit ad omnem Eccleſiam.* Cur hæc vox tanquam clangor tubæ auditur? Cum hoc non de bello, ſed de patientia agatur? cùm hic non de jubilo, ac convivio, ſed potiùs de jejunio, ac inedia tractetur? Sermo iſte dirigebatur ad fidelium cœtum, in quo multi ſunt, tanquam ſomno ſopiti, nullam ſalutis curam habentes: & ideò vehemens clangor tubæ cum magno ſtrepitu exigitur, ut excitentur, & exurgant, ut de negotio ſuæ ſalutis agant. 308.

Aretas.

Vox prædicatoris ſomnolentos excitat

Quartò. D. Ambr. in præſenti: *Hæc vox ſimilis tuba fuiſſe dicitur, de hac tuba Propheta Iſaias 58. loquitur dicens: Clama, ne ceſſes, & quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum.* Vox hæc vocem Prædicatoris referebat: ſed quid commune habet tuba cum prædicatione, ut illa hanc exprimat? Tuba non ſolum ori imponitur, ſed etiam manibus tenetur: 309.

D. Ambr. Iſai. 68.

Prædicator, quod docet verbis, opere adimpleat.

tenetur; ita Prædicator Evangelium, quod in ore habet, aliiſque annuntiat, manibus debet tenere ac opere exequi & adimplere. Prov. 19. n. 24. dicitur: *Abſcondit piger manum ſuam ſub aſcella, nec ad os applicat eam.* Ubi D. Hier. de ſolo Prædicatore hæc interpretatur: *Deſidioſus Prædicator non vult operari, quod dicit: manum enim ad os porrigere, eſt, voci opere concordare.*

310. Gen. 49. Jacob benedicens filios ſuos, Nephtali ait: *Cervus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis.* Gen. 49. n. 25. Nephtali fidelem prædicatorem
Liran. Evangelicum denotare, tenet Lyranus: *Dicitur Cervus, ut Prædicatoris celeritas ad peragrandum orbem denotetur, cujus nomine David dice-*
Pſalm. 17. *bat.* Pſal. 17. n. 34 *Qui perfecit pedes meos, tanquam cervorum.* Et dicitur in textu 1 *Cervus emiſſus*: Verus Prædicator non exit ad prædicandum, antequam mittatur; non enim ſuo arbitrio, ſed Divino nutu ducitur, ne increpatus audiat illud 23. 21. *Non mittebam Prophetas, & ipſi currebant: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant.* Tandem dicitur, & ad rem noſtram: *Dans eloquia pulchritudinis*: In Hebræo, ubi nos habemus *pulchritudinis*, eſt verbum *Scapher* Quod *pulchrum* & *tubam* ſignificat, ut
Oleaſt. *Verbo adjuncta operibus, pulchra ſunt.* notavit Oleaſter: quid eſt quod in Concionatore, idem eſt pulchrum, ac tuba? quando vox Prædicatoris eſt ut tuba, quæ tunc ſonat; & quando oris flatui, ac reſpirationi adhibetur manuum operatio, opere adimplendo id, quod dicit verbis; tunc verba ejus ſunt eloquia pulchritudinis.

311. In ſignum ſuæ electionis in Regem ait Samuel Saul: *Cùm ingreſſus fueris urbem, obviam habebis gregem Prophetarum deſcendentium de excelſo: & ante eos pſalterium, & tympanum, & tibiam, & cytharam, ipſoſque Prophetantes.* 1.
1. Reg. 10. Reg. 10. n. 5. Hi Prophetæ Prædicatores deſignabant, ut eſt communis interpretum vox; & dicuntur deſcendere de excelſo idest, de contemplatione ad prædicandum; & ſcribitur, eos habere illa inſtrumenta muſica, ſcilicet, Pſalterium, quod erat decem chordarum tympanum,
Boni Prædicatores ante ſe habent, quæ prædicant, ut exequantur. D. Greg. tibiam, & cytharam, quæ pulſante manu reſonabant voce; quia Prædicator, quod tonat ore, debet adimplere manu: Et refertur, quòd hæc inſtrumenta muſica non poſt ſe habebant, ſed ante; quia Prædicator, quæ prædicat, non ut repudianda poſt ſe, ſed maximè fixa ante oculos habeat, ut exequatur. D. Greg. *Notandum,* ait, *quia pſalterium, tympanum, tibiam, & cytharam ante ſe habere Prophetæ perhibentur, ut electorum Prædicatorum forma videatur. Reprobi namque poſt ſe, quæ prædicant, habent: quia dicunt, & non faciunt, negligunt bona agere quæ cognoſcunt: Sancti ergo Doctores, quia iter ſupernæ converſationis, quod prædicant continuo inceſſu boni operis ſervant, in eorum typo dicitur, quia Prophetæ pſalterium, tympanum, tybiam, & cytharam ante ſe deſcendentes habuerunt.* Similia habet Beda.

Apoc. 1. *n.* 12. Et converſus ſum, ut viderem vocem, quæ loquebatur mecum; & converſus vidi ſeptem Candelabra aurea.

VERSIONES.

Arabicus. Convertique vultum meum huc.

D. Cyprian. Converſus reſpexi.

Aretas. Converſus ſum, ut eum viderem, cujus vox loquebatur mihi.

Arias. Et ibi converſus ſum; ut hunc viderem, cujus vox loquebatur mecum.

Syrius. Et converti me ad videndum vocem illam.

EXPOSITIO VIII.

ET *converſus ſum*: Cùm Joannes vocem, ſive vocantem, à tergo audiret, naturali quo- 312.
dam impetu convertitur. *Ut viderem vocem, quæ loquebatur mecum*: Seu ut clariùs habet
Arias, *ut hunc viderem, cujus vox loquebatur* Arias.
mecum: Seu ut agnoſcerem, ſeu proſpicerem auctorem vocis, qui mecum loquebatur. *Et converſus vidi ſeptem Candelabra aurea*: Quæ erant ejuſdem formæ ſicut Candelabrum, quod
poſuit Moyſes in Tabernaculo, Exod. 25. n. 21. Exod. 25.
& ſicut illa, quæ Salomon collocavit in templo: Unumquodque horum Candelabrorum habebat ſeptem lumina, & Eccleſiam ſignificabant, ut ſtatim dicam.

QUÆSTIO XLII.

Quare Ioannes ait, quòd converſus eſt, ut videret vocem; cùm vox non videatur, ſed audiatur?

GErmana, & genuina ratio ad quæſtionem eſt, quod idem eſt, *converſus ſum,* 313.
ut viderem vocem; ac ut viderem Auctorem vocis, ad hoc tendunt lectiones, quas habent Aretas, Arias: hic modus loquendi eſt fre-
quens in Scriptura Exod. 20. n. 18. *Cunctus po-* Exod. 20.
pulus videbat voces: hoc eſt audiebat voces Viſus cum inter omnes ſenſus ſit certiſſimus, pro quolibet ſenſu, ſenſatione, ac cognitione certa ſumitur: *Idem eſt in Prophetis audire, ac videre.* præcipuè, quia intellectualis erat hæc vox, ideoque erat ipſamet viſio: Undè prophetæ ſuas Prophetias modò *verbum*, modò *viſionem* dicebant: quia in mente & ſpiritu idem eſt videre, & audire. Deinde quia Prophetæ Deum
loquentem ſic audiebant, ac ſi res ipſas coram Aretas.
ſe geri cernerent. Ita Aretas: Haymo & alii. Haymo.
Secundò D. Ambroſius. Sic ait: *Audivimus* 314.
extra civitatem, vidimus in civitate, Deus D. Ambr.
lumen eſt æternum. Maximè adverte, quod Joannes ſuprà verſic. 10. ait: *Audivi poſt me vocem magnam, tanquam tubæ*: Modò ait, quod *converſus eſt, ut videret vocem.* Cùm primò ait, *audivi poſt me vocem*, ſignificat vocem Dei in hac vita, in qua per fidem audimus vocem Dei, Angelorum, & Evangeliſtarum;

Quæ fide cre duntur in via, in patria videntur

ac Prædicatorum; fides enim ex aud tu Cùm ſecundo ait: *onverſus vidi vocem*; quæ loquebatur mecum, ſtatum patriæ denotat, in quo anima ab om re corporis abſoluta, tunc clarè, & apertè facie ad faciem videt, quæ in via per fidem credebantur, ut dicta oraculis prophetarum, Evangeliſtarum, ac Prædicatorum D. Hieron. epiſt. 27. de Paula diſſerens, ait: *Saturatur quia eſurivit, & læta decantat, ſicut audimus, ſic vidimus.*

D. Hieron.

315. Tertiò. Cardinalis Hugo: *Talis enim vox prædicatoris debet eſſe, quæ videatur; quando, quod dicit ore, oſtendit opere; & tunc talis vox multum eſt efficax, nec vacua revertitur* Converſus eſt Joannes ut vocem videret; vox non eſt objectum viſus, ſed auditus, quomodo Joannes vertit vultum, ut vocem videat? Benè ſciebat Joannes voces Dei ſicut & Prædicatorum, viſibiles eſſe; cum id, quod Prædicator dicit ore, videndum ſit in opere.

Hugo. *Vox Prædicatoris videatur in opere.*

316. Quartò. D. Ambr. Cur Joannes tandiu ſtetit averſus, & non ſtatim ad primam vocem convertitur? *Sciendum*, ait, *quòd nobis dedit exemplum; nam ad eum, qui ſecum loquebatur, non prius converſus eſt, quam nomina Eccleſiarum, ad quas ſcribere præcipiebatur, audiret: Et per interpretationem nominum ſeptem Eccleſiarum, diximus, viam demonſtrari, quæ ducit ad vitam. Quiſquis igitur per hanc viam ad Deum deſiderat, aut legendo, aut talia audiendo, qualiter per hanc viam gradi debet, inveſtigare debet: quia ſtultus viator eſt, qui ad locum optatum ire deſiderat, & viam neſcit, ſi non prius diſcere ſtuduerit, quæ ſit lõgitudo viæ, quæ aſperitas, qui anfractus, quæ pericula, ut cum iter ſcãdere cœperit, pericula præcognita facilius pertranſeat.* Valdè mirum eſt, quod Jonnes audivit poſt ſe vocem magnam, tanquam tubæ, quæ ei dicebat: *Quid vides ſcribe in libro, & mitte ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia, Epheſo, Smyrnæ, &c.* Joannes ſtetit averſus, quo uſque hæc dicerentur: cur ergo ad primum ictum vocis, non converſus eſt ad eum, qui à tergo ei loquebatur? Per interpretationem nominum ſeptem Eccleſiarum demonſtratur via, quæ ducit ad vitam; Nam *Epheſus* juxta D. Ambr. ſignificat voluntatem, quam quiſque debet habere bonam, ut Deum ſequatur. *Smyrna*. Cantantium, quod quiſque habet in corde in laudem ſui conditoris. *Pergamus* diviſionem importat quam quilibet obſervet ad diſcernẽdum bonum & malum, &c. quæ proſequi ut D Ambr. Optimo ergo jure prius Joannes non convertitur ad loquentem, ac vocantem ſe, antequam nomina Eccleſiarum audierit, ſeu viam ſalutis perceperit, quâ ad Deum perveniendum eſt: hinc dicebat David Deo: *Vias tuas, Domine demonſtra mihi: & ſemitas tuas edoce me.* Pſal. 24. n. vias tuas, ſemitas tuas; id eſt, legem tuam ut eſt communis interpretatio cum noſtro Incognito, & hæc bis fit repetitio, utpote res ſummi ponderis Et Iſaias 2. n. 3. *Venite aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas.*

D. Ambroſ.

Qui ad Deũ ire deſiderat, viam agnoſcat, quæ ad eum perveniendum eſt.

Pſalm. 24.

Incognit. Iſai. 2.

317. At Chriſtus D. loquens de extrema dei judicii: *Duæ molentes in mola, una aſſumetur, & una relinquetur.* Matt. 24. n. 41. Et cur, cum duæ ſint molentes in mola, tam diſparem habent ſortem, ut una aſſumatur ad ſalutem altera in illa miſerabili perditionis via relinquatur? Aſſumitur una, quia oculos habuit, ut cognoſceret viam Dei & à volubilibus mundialibus rebus declinaret, relinquitur altera, quia cæca exiſtens, iter ſalutis ignorans in hac miſerabili ſorte volvitur. Hanc ſuæ ruinæ cauſam aſſignat D. Paſch. 11. in Matt. *Altera verò*, ait, *quæ permanſerit cæca, ad molam relinquetur gyrando in ſua cæcitate. Alioquin ille Samſon fortiſſimus, nunquam ad hanc molam veniſſet, niſi prius gratiam Spiritus Sancti, deinde oculos, perdidiſſet* Ex eo quod Samſon perdidit oculos ut declinaret inſidias depravatæ mulieris, inde ad hanc molam, ac interitum devenit.

Math. 24. *Aſſumitur, qui viam ſalutis agnovit*

D. Paſch.

Quæstio XLIII.

Quare Joannes hic videt ſeptem Candelabra, cùm Moyſes unum poſuerit in Tabernaculo, & Salomon decem fecerit in Templo.

318. Cum Apocalypſis plena ſit alluſionibus ad varios teſtamenti veteris locos, erant hæc ſeptem candelabra inſtar illorum veterum quæ fuerunt in Tabernaculo & in templo Salomonis; unumquodque Candelabrum erat ſepticeps, hoc eſt, ſeptem lucernas habens, quodlibet enim habet ſeptem ſcapos, ſive calamos, qui ſinguli in culmine habebant lucernam, ut conſtat ex Exod. 25. num. 31. tale erat quod vidit Zacharia 4. n. 2. *Vidi Candelabrum aureum, & ſeptem lucernas ſuper illud*: at proinde hæc noſtra ſeptem Candelabra habent quadraginta novem lucernas.

Exod. 25. Zachar.

319. Moyſes in Tabernaculo poſuit unum Candelabrum, ut patet ex proximo citato loco Exodi; Salomon verò in templo conſtituit decem: *Candelabra aurea; quinque ad dexterã & quinque ad ſiniſtram contra oraculũ* 3. Reg. 7. n. 49. tot fabricavit Salomon pro majori decore, ac capacitate templi, ut ait Abulenſis & quia etiã templ um non movebatur, ut oraculum in deſerto, ut ait Sanch In lege verò gratiæ ſeptem apparent candelabra, omnia autẽ hæc candelabra tam vetera quam nova Eccleſiã ſignificabant: ut expreſsè de noſtris dicitur hoc cap. 1. n. 20. *Candelabra ſeptem, ſeptem Eccleſiæ ſunt.*

3. Reg. 7.

Abul.

Apocal. 1.

320. Quæſtio inquirit cur in Tabernaculo Moyſis erat unum Candelabrum, in templo verò quinque ad dexteram, quinque ad ſiniſtram, in lege verò gratiæ ſeptem ſunt Candelabra? Et ratio germana eſt, quia denotabant ſeptem Eccleſias Aſiæ Deinde quia in lege veteri pauca & parva erat gratia & lux, & ideo in Tabernaculo Moyſis unum Candelabrum, in lege verò gratiæ multiplex. In templo quinque Candelabra ad dexteram oraculi, quinque ad ſiniſtram: per quæ denotabatur, quod Eccleſia tam in dextris, quàm in ſiniſtris, tam in proſperis, quàm adverſis, ſemper ſit luce plena: nec ſucceſſibus erigitur, nec perſecutionibus dejicitur. Ita ex D. Gregor homil. 6. in Ezechiel. Ribeira de templo lib. 2. c. 5.

D. Greg. Ribeir.

321. Beda tamen ad ipſam legem veterem deducens rem, ait, quòd illa quinque Candelabra denotabãt quinque libros legis, in quibus tota lex antiqua nitebatur: & diviſa erant inter ſe, quia lex illa tota dividebatur inter bona ſpiritualia, & terrena, quæ promittebat; ideo inter dexte

Beda. *Lex. Evangelica ſeptem donis Spiritus Sancti repleta & unita cum Chriſto.*

dexteram,& ſiniſtram partita erant:At in lege Evangelica ſeptem ſunt Candelabra, ſeptem nempe gratiæ Spiritus Sancti,quibus lex nova repletur,& hæ maximè unitæ ſunt cum Chriſto in quorum medio ipſe degit,& ambulat.

321. De Eccleſia ait Regius Vates:*Glorioſa dicta ſunt de te,civitas Dei.*Et ſubdit:*Ecce alienigenæ,& Tyrus,& populus Æthyopum, hi fuerunt illic* Pſalm.86 n 4.ac ſi diceretur ecce Eccleſia conſtat,non ex unius,aut alterius religionis,ſed ex omnium orbis plagarum hominibus,conditionum,morum,colorumque diverſitate præditis; dum alii candidiores nive alii carbonibus nigriores, alii principes alii ſervi, ita(ut vult D August.)ſub his intelliguntur nationes omnium gentium. Ubi nos habemus in noſtra Vulgata:*Hi fuerunt illic*.In Hebræo à D.Hier. & noſtro Incognito legitur: *Ille natus eſt ibi.* Quomodo de tot populis, de alienigenis, de Tyro,Æthiopia,ac de omnibus nationibus,loquitur in ſingulari:*Iſte natus eſt ibi?* Ac ſi eſſet ibi genitus,procreatus, & concivis. Unde illis tam diverſis colore, conditione, ac moribus, tanta unio,ac concordia? Statim ſubdit Pſalmographus:*Nunquid Sion dicet,homo, & homo natus eſt in ea.* Homo Chriſtus Jeſus, ut eſt communis interpretatio; in quorum cordibus natus eſt;cum ergo in eis ſit Chriſtus, cui ipſi adhærent,tanquam membra capiti, licet natione, & conditione diverſi ſint,tamen ita inter ſe uniuntur, ac copulantur, ac ſi omnes eſſent unus ſingularis homo,

Pſalm. 86. D. Auguſt. D.Hieron. Incognit. *Fidelium unitas in Eccleſiis.*

Quæstio XLIV.

Quare Candelabrum Eccleſiam denotet, ac ſignificet?

322. Diximus ſuperiori Quæſtione, cum communi ſententia,Candelabrum Eccleſiam ſignificare:*Candelabra ſeptem, ſeptem ſunt Eccleſiæ.*Apoc.1 n 20.& quamvis per has Eccleſias, ſeptem Eccleſiæ minoris Aſiæ ſuperioris nominatæ intelligantur,tamen eorum nomine, univerſæ orbis Eccleſiæ ſunt accipiendæ; tum quia numerus ſeptenarius univerſitatem denotat;tum etiam ob ſeptiformem Spiritus Sancti gratiam ex qua univerſæ Eccleſiæ pulchritudo effloreſcit.Cur Candelabrum Eccleſiam ſignificet nunc altiùs inquirendum eſt?

Apoc. 1. *Eccleſia viſibilis, & conſpicua.*

323. Primò. Quia Eccleſia eſt valdè viſibilis, & conſpicua inſtar candelabri,de qua interpretatur.D.Aug.illud Pſal.18.n.6.*In ſole poſuit tabernaculum ſuum:*Ait Sanct. Doctor. *Quid eſt tabernaculum Dei,niſi Eccleſia præſentis temporis?* Et poſtea ſubdit: *In manifeſtiſſimo poſuit Eccleſiam ſuam* Et de ea communiter intelligitur illud,quod Chriſtus ait Matth.5.n 14.*Non poteſt civitas abſcondi ſuper montem poſita.*Unde ait D.Chryſoſt hom 4 in c.6.Iſai. *Facilius eſt,ſolem extingui,quàm Eccleſiam obſcurari.*

D. Auguſt. Pſalm. 18. Matth. 5. D Chryſ.

324. Secundò Aretas: *Has*,ait,nempe Eccleſias, *non vocavit lucernas,ſed Candelabra, quia Candelabrum propriam non habet lucem,ſed vehiculum duntaxat eſt lucernæ,quæ lucem habet: ideoque Sacer Apoſtolus Paulus exhortatur,conformes fieri Chriſto præceptori* ad Philipp.2.*ut ſint veluti luminaria in mundo,ſermonem vitæ continentes, hoc eſt, qui à ſcaturiente Chriſto lumen ſuſceperunt incorruptum; ad quem dictum eſt:* Pſalm.75.*Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* Si Candelabra Eccleſias denotant,cur non potiùs lucernas, ſeu candelas dixit? Hæ à ſe lucem diffundunt; Candelabrum autem ex ſe non lucet, ſed aliunde lucem habet; aptè ergo non lucernæ, ſed Candelabra dicuntur; quia Eccleſia non à ſe, ſed à Chriſto lucem, qua omnes illuminat,accipit,& habet.

Aretas, Philipp. 3. Pſalm. 75. *Eccleſia à Chriſto habet lumen, ac lucem.*

325. Tertiò.Richard. Victorin.*Sicut magna Candelabra tribus ferè pedibus ſuſtinentur, ita Eccleſia in Sacroſanctæ Triadis fide,per charitatem operante,fundata,erectaque conſiſtit.*Hæc Candelabra ut ſupremi Regis, ſatis magna,& ampla erant hæc autem Candelabra tribus pedibus ſuſtentantur.Hinc eſt,cur hæc Candelabra Eccleſiam denotant, quia ſancta Eccleſia,non in unius,vel duarum, ſed in trium Divinarum Perſonarum fide,per charitatem operante,fundatur,ac ſtabilitur.

Richard. *Eccleſia in fide Trinitatis per charitatem fundatur*

326. Quartò.Pereira:*Eſt Eccleſia,quaſi Candelabrum per doctrinã ſcripturarum, lucida per fulgorem virtutum,ſplendida per gravitatẽ morum ponderoſa per obedientiã,delectibilis per prædicationem,ſonora per perſeverantiam, extenſa per ſpem;erecta per fidem in Deo fundata,per charitatẽ Deo adſtricta.*In eumque quaſi tota tranſformata:luceque à Deo accepta, tenebras errorum depellens viam veritatis oſtendens.

Pereira. *Eccleſia viã veritatis oſtendit, tenebras depellit.*

327. Quintò. Citat: Richard.Victorin. *Eccleſiæ*, ait,*tentationibus probatæ,tunſionibus perſecutionum extenuatæ ardent igne ſapientiæ cœleſtis, & lucent opere charitatis.* Septem Candelabra, ſeptem ſunt Eccleſiæ: & cur Eccleſia Candelabro comparatur? Candelabrum cum ex metallo fabricetur, per ignem probatur,malleis tunditur,tunſionibus premitur, ut in optimi Candelabri formam componatur: Ecce cur Eccleſia cum Candelabro aureo combinatur. Eccleſia perſecutionum preſſuris tuſa malleis, igne,ac inſtrumentis ferreis, multaque tyrannorum rabie probata, majori fulget igne ſapientiæ cœleſtis, lucidiorique charitatis opere ſplendet.

Richard. *Eccleſia perſecutionibus creſcit.*

328. Cant.2,n.2.dicit: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea.*Paraphr.Chaldai.*Comparata ſum roſæ,quæ germinat inter ſpinas,à quibus perforãtur, & rumpuntur folia ejus.* Ubi ſermo eſt de Eccleſia,juxta multorum ſententiam:& tamen tunc dicitur germinare, & in magnos fructus creſcere,& dilatari,quando undique à perſecutionum ſpinis vulneratur,ac laceratur,proprioque ſanguine rubeſcit:ipſe enim ſanguis effuſus,eſt veluti aqua irrigans ad radicem plantæ, ut multum exurgat, ac dilatetur D. Chryſoſt. ſerm.in Juventin.& Maxim.M.M. *Enimvero,* ait,*Sicut plantæ rigatæ magis creſcunt; ita & fides noſtra, oppugnata magis floret, & ſeditione agitata, incrementa majora ſumit: neque horti aquis irrigati ita germinant, & fœcundati ſunt.*

Cant. 2. Chald. *Sanguine effuſo irrigatur Eccleſiis, ad fructus producendos.* D. Chryſ.

329. De dilecta ſua Eccleſia ait ſponſus Cant 8. num.8. *Soror noſtra parvula, & ubera non habet: quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt?* Quod à Rupert,ac Caſſiod.intelligitur de primitiva Eccleſia: quandoque à Nerone, ſuiſque magiſtratibus compulſa eſt rationem reddere fidei ipſius Obſerva maximè quòd antequam Eccleſia hoc examen tyrannorum ſubiret, dicitur parvula numero, & quòd ubera non haberet,ut tunc multos filios procrea

Cant. 8. *Eccleſia poſt perſecutiones magnas, & multas filios generavit.*

procrearet: at poſtquam coram tyrannis ſtetit eiſque a locuta eſt eorumque rabiem,& tyrannidem experta,tunc filiorum multitudinem valdè numeroſa facta plenaque habet ubera ad multos filios alendos,ac procreandos, de eaque dicitur: *Erunt ubera tua,ſicut botri vineæ.* Cantic 7 num 8. Unde præclarè Lucifer Calaritanus. *Moriendum eſſe pro filio Dei*; Sic invehitur in Conſtantium Imperatorem in Catholicos ſævientem: *Advertis*,ait, *quomodo caduca dominatio tua,quantò contra nos ſævire dignatur,tantò ea judicatur eſſe infirma, contemptibilis,inanis,debilis,& abjecta;furore enim, & ſcelere concitata manus tua ad perimendum nos quoties prævaluit,toties nos creviſſe, & magis atque magis victores extitiſſe,meminimus.* Ex quo dixit D.Bern. ſerm.29 in Cantic. *Adverſus Eccleſiam pugnatum eſt hoſtili animo, damno utili.* Et D.Chryſoſtomus homil.7.de laudibus Pauli; *per quæ eos opprimere volumus, per ea ipſa provehimus.* Et poſtea ſubdit: *Quæ putabantur impedimenta prædicationis,fortia erant auxilia.*

Cantic 7. Lucif. Cal. D. Bern. D Chryſ.

Quæstio XLV.

Quare hæc Candelabra erant aurea?

330. HÆc candelabra non erant lignea, plumbea, argentea, ſeu lutea ſed aurea; nam hæc candelabra Eccleſiam denotabant: *Candelabra ſeptem, ſeptem ſunt Eccleſiæ.* Apocal. 1. num 20. Hinc optimè ex auro erant;nam inter omnia metalla,aurum eſt maximè ſplendidum, pretioſum, purum ac perdurabile; & quamvis aurum in terra ſit,nullam rubiginem nec maculam contrahit à terra. Quidquid in ſancta Eccleſia eſt, nempe gratia ſanctificans, juſtificans, virtuteſque omnes, tam Theologicæ, quàm morales, donaque cœleſtia,tota aurea ſunt; putà, valdè pretioſa, ſplendida, pura, ac in æternum permanentia;& cum in terra ſit, nullam maculam,nec contagionem habet à terra. *Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato.* Pſalm.44.num.10 & poſtea: *Omnis gloria ejus filiæ Regis ab intus in fimbriis aureis.* Ibidem num 14. Ubi,juxta communem Patrum ſenſum, ſermo eſt de Eccleſia; quid eſt, quòd ornamentum Eccleſiæ, non ex alio componitur,niſi ex auro? Per aurum D.Athanaſ. D.Cyrillus.D. Hieronym. virtutes Theologicas intelligunt. D.Thomas, Caſſiodorus, Beda, Haymo, Valentia, D Auguſt. Ruffin. Hugo, ſapientiam, ac intelligentiam Scripturarum interpretantur. Et quamvis Eccleſia ſit in hac inferiori parte orbis, nullam inde contrahit maculam. *In fimbriis aureis*; Fimbria ultima pars eſt veſtimenti, & nullam participat contagionem à terra, ſed tota aurea, & pura eſt.

Eccleſ. tota aurea eſt. Pſalm. 44. D. Athan. D. Cyrill. D Hieron. D Thom. Caſſiod. Beda. Haymo. Valentia.

331. Secundò. Auctore Plinio lib.33 hiſtoriæ naturalis, cap.3 Ea eſt auri natura, ut nihil ejus igne depereat ſed tota materia ejus in incendiis duratur,ac conſervatur: imo quò ſæpius arſit, ad bonitatem proficit:accedit etiam quòd nec aliud metallū latiùs dilatatur, aut num roſiùs dividitur. Sic igitur Eccleſia plena charitate, quæ per aurum ſignificatur, nihil igne perſecutionum deperit, ſed magis perficitur. Juxta illud 2. Cor.12. n.2. *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in neceſſitatibus, in anguſtiis pro Chriſto cum enim infirmor, tunc potens ſum*: Ac ſi dicat, nihil virtutis, ac conſtantiæ mihi in tribulationum flammis deperit, quin potius tunc evado firmior, ac potentior; ipſumque virtutis aurum, Chriſti gratia, magis reſplendet.

Plin. *Eccleſia perſecutionibus non perimitur ſed magis perficitur.* 2. Cor. 12. Viegas.

332. Tertiò Candelabrum, cum habeat lumen, fidem denotat; cùm erectum ſit,ſpem innuit, ut dixi ſuperiori quæſtione; cumque ſit malleo fabricatum patientiam ſignificat, aliaſque virtutes,ut in præſenti ponderat D. Bern.Senenſ. *Vidi ſeptem candelabra aurea, id eſt,ſeptem Eccleſias,ſcienti anitentes,ſapientia pretioſa ſolidatas,obedientia ductiles,doctrina ſonoras, ponderoſitatem habentes in moribus,& in tribulationis fornace proficientes.* Candelabrum ergo tot virtutes denotans, aureum eſt quia omnes prædictæ virtutes debent in charitate fundari,in illaque manere: aurum autem charitatem denotat; ut eſt ſatis vulgare: *Suadeo tibi, emere à me aurum ignitum.* Apoc.3.n.18.

D. Bernard. *Omnes virtutes debent radicari in charitate.* Apoc 3.

333. Quartò. Albertus Mag *Dicuntur aurea*,ait, *ad differentiam,hypocritarum,qui ſunt deaurati pulchra converſatione, ſed non aurei ſanctitate vitæ; vel ad differentiam illorum, qui dicunt ore, ſed non opere adimplent.* Per candelabra denotantur etiam Prælati Eccleſiarum, inde non deaurata, ſed aurea dicuntur; quia verus Prælatus hypocriſim neſcit,nec enim aliud habet in exteriori aliud in interiori:ſed id,quod fulget,ac nitet in externa apparentia,intus habet in virtute firma, & ſolida.

Alb. Magn. *In Eccleſia nulla eſt hypocriſis.*

334. Quintò Abſalon Abbas ſerm. 30. *Sicut per Candelabrum*,ait,*Eccleſia ſit & per haſtile candelabri Chriſtus homo, & per calamos ejus rectè Prælati figurantur, ſicut autem candelabrum,& haſtile ejus ex auro puriſſimo erant,ſic etiam calami deſignantes Prælatos, qui aurum dicuntur, propter ſplendorem ſanctitatis*: Sicut Thren.4. n 1.dicitur: *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus.* Sed cur prælati auro deſignantur?aurum purum,fulgidum,in terraque depoſitum,neque rubiginem, neque maculam è terra contrahit, ſed ſemper omn no ſuam ſervat puritatem. Eſt etiam fulgidum adeo,ut radios ſolis reverberatum,res ſibi vicinas efficiat, & reddat fulgentes; rectè ergo Prælatus auro comparatur; quia Prælatus inter impios,& terrenos converſans, nullam ab eis maculam debet contrahere, ſed luce ſuæ doct inæ cæteros debet illuminare, & accendere: Sic pergit cit. Abbas: *Prælatus Eccleſiæ in terra,id eſt, inter terrenos, & peccatores converſans,nullam maculam peccati ab illis contrahere debet,ſed omni diligentia ſervans cor ſuū,munditiem mentis, & puritatem conſcientiæ retineat.*

Abſ. Abb. *Prælatus nullam maculam,non contagionem à ſubditis contrahat.*

335. Sextò.Joachimus Abbas: *Aurea eſſe dicuntur, ait, quia pura ſunt corda juſtorum,quæ ſibi ad inhabitandū Chriſtus gratiæ ſanctificat largitate;abhorret enim omne falſum,qui Dei veritas eſt,abhorret omne factum,qui ſimplicis genitoris eſt filius.* Hæc candelabra non erant lignea, nec ænea, vel plumbea, ſed aurea, inter ea degebat Chriſtus D. Dei filius, & corda, quæ ipſum debent ſuſcipere, neceſſe eſt, ut ſint munda, pura, ac ſine ulla macula:hinc candelabra non erant deaurata, ſed aurea: nam qui Chriſtum

Joachim. *Sint pura, & aurea corda, in quibus Chriſtus habitat.*

Chriſtum habet exigitur, ut ſit verus, ac ſolidus, non fictus & apparens.

336. Aretas. Septimò, Aretas Epiſcopus: *Aurea, ait, dicit Ioannes fuiſſe conſtituta candelabra, propter pretium, & excellentiam eorum, qui divinam meruerunt ſuſcipere lucem.* Candelabra non erant ex alia materia, ſed ex auro. In Candelabro lucerna, ac lumen ponitur, aurum omnia alia metalla ſuperat: inde Candelabra ex auro erant, quia ad divinam revelationum lucem, ac lucernam ſuſcipiendam, non parum, ſed magnum, ac perexcelſum requiritur meritum: *Propter pretium eorum, qui divinam meruerunt ſuſcipere lucem.*

Ad excipiendam divinam revelationem magna merita neceſſaria.

337. Gen 49. Jacob jam morti proximus, ut filios ſuos benediceret; ait illis Geneſ 49. n. 2. *Congregamini, ut annuntiem, quæ ventura ſunt vobis in diebus noviſſimis. Ruben primogenitus meus; tu fortitudo mea, & principium doloris mei: effuſus es ſicut aqua, non creſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum ejus. Simeon, & Levi vaſa iniquitatis bellantia.* Mandat bonus Pater, filios congregari, ut eis futura annuntiet: & cum ad congregatos loqui incipit, totus immoratur in annuntiandis præteritis, unicuique valdè notis. Ruben objicit priſtinum crimen, quomodò patris lectum fœdavit Simeon, & Levi, quomodo principem Sichem occiderunt; ſi decreverat prædicere futura quomodo totus hæret in præteritis? Intendebat pater, illis aperire futura Divinitatis arcana, quomodo ex illis naſceretur Chriſtus Jeſus: & quia ad percipiendam tantam ſanctitatem, ac puritatem, auditores non erant digni, ideò Deus mutavit parentis decretum, ut diceret præterita, ac objiceret crimina, ob quæ incapaces erant, ut illis fieret revelatio Divinæ Incarnationis, ac Chriſti futuri, cum à puritate, ac ſanctitate Jacob multum diſcreparent: tanta enim illa myſteria ſolùm manifeſtabantur Jacob, qui ut ſanctus, & purus erat ad Divina myſteria percipienda admittebatur, à quibus repelluntur qui tali ſanctitate, ac puritate non fulgebant. D. Iſidorus Peluſiota lib. 1 epiſt. 315. dicens: *Cum Iacob, qui futura ſe dicturum promiſerat, præterita tantùm filiis ſuis narrat: verum Dei digito ſenſus ipſius tactus eſt, nam cum futuram ex ipſis Divinæ diſpenſationis Incarnationem, eis exponere conſtituiſſet, eorum, quæ propoſuerat, oblivione captus eſt, commutatis videlicet iis, quæ nondum facta fuerant, cum iis, quæ præterierant.* Perpende ſequentia verba: *Nam tu quidem, inquit Deus, cum mentem tanto myſterio dignam conſecutus ſis, haud abs re, tibi quoque ipſius cognitio credita eſt; at iſti haud patri parem pietatem habituri ſunt.* Quæ ultima verba maximè rem declarant.

Multa ſanctitas requiritur ad divina myſteria excipienda.

338. Actor. 7. Cùm Stephanus lapidaretur, Act. 7. n. 55. ait: *Ecce video cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei,* &c. Quid tunc Judæi? *Exclamantes voce magna, continuerunt aures ſuas, & impetum fecerunt unanimiter in eum.* Stephanus videt Jeſum ſedentem à dextris Dei, at perfidi Judæi continent, ac obturant aures ſuas: non enim capiuntur divina myſteria ab impuris mentibus, impuriſque auribus. D. Nyſſen. orat. de S. Stephano: *Neque enim, ait, fuerunt digna prophanorum, & impurorum aures, quæ divinæ apparitionis exciperent narrationes.*

Solum puri, ac juſti ad divina myſteria admittuntur. D. Nyſſen.

Apocal. 1. *n.* 13. Et in medio Candelabrorum aureorum, ſimilem filio hominis, veſtitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea.

VERSIONES.

Græcus Codex. In medio Candelabrorum, *non addito aureorum,*
Syriacus. & in medio candelabrorum, qui ſimilis eſſet filio hominis, indutus talari, & vinctus juxta mammas.
Arabicus. Indutum veſte mirabili.
Oecumen. Veſte ad pedes uſque demiſſa.
D. Cyprian. Et erat præcinctus ſuper mammillas.

EXPOSITIO IX.

ET *in medio Candelabrorum aureorum.* Chriſtus medium tenet, tanquam omnium centrum. *Similem filio hominis,* non conſiſtentem in uno loco, ſed ambulantem, ut dicitur cap. 2. num. 1. *Qui ambulat in medio Candelabrorum:* Ambulat, ut optimus Princeps, ut omnibus provideat, ſuperque omnes invigilet. *Similem filio hominis:* nempe Chriſtum hominem, homo homini ſimilis eſt, ipſeque paſſim filius hominis dicitur. An Joannes revera viderit hîc Chriſtum Dominum in ſe ipſo? Affirmat Gagnæus, videri enim potuit in alio habitu. Nam corpus glorioſum poteſt apparere in alia forma, & habitu, quali voluerit. Verior eſt ſententia, quòd Joannes non viderit Chriſtum in ſe ipſo: nam hæc ei ſymbolicè repræſentabantur: ſicut dicitur c. 5. quod viderit ſedentem in throno, non vidit ipſum Deum, ſed aliquam ſpeciem Deum repræſentantem: ſpecies enim Chriſti objecta, & impreſſa fuit phantaſiæ Joannis, per Angelum, repræſentans ipſum Chriſtum. Ita Ribeira, Cornelius, Sà, Stius, Tirinus, Menochius, & alii. 339. Apoc. 2.

An Joannes viderit Chriſtum? Gagnæus. Ribeira, Corn. Sà Stius. Menoch.

Veſtitum podere, idest talari veſte ad pedes uſque demiſſa, à pedibus enim nomen habet poderis, juxta radicem Græcam. Erat autem poderis veſtis Sacerdotalis: hæc autem duplex erat, una linea, altera hyacintina, quæ erat propria Summi Pontificis quâ induebatur: mihi probabilius, quòd Chriſtus hic apparuit inter Candelabra, tanquam Eccleſiarum curam gerens, & ad hoc alludit ritus Romani Pontificis, dum ipſe ſolus ſolemniter celebrat, ut circa ſe in altari habeat ſeptem Candelabra, ut ſummus Pontifex, ac moderator ſeptem, idest, omnium Eccleſiarum totius orbis. 340.

Præcinctum ad mammillas zona aurea. Hîc fit alluſio ad cingulum veterum ſacerdotum, & Pontificum, qui valdè altè cingebant ſe; Zona autem aurea, quæ propria erat Summi Pontificis, conſtringit veſtes, illaque ſuum corpus 341.

Quid Zona aurea? firmans, & roborans, ſignificans ſanctam diſciplinam quæ omnium mentem, phantaſiam, corpus, omneſque motus componit, à vitiiſque reſtringit: Deo, legique aſtringit. Eſt autem aurea, quia id facit, non per timorem, ſed per Dei amorem.

QUÆSTIO XLVI.

Quare Chriſtus apparuit in medio Candelabrorum?

342. CHriſtus apparuit in medio Candelabrorum, non ſedens, ſed ambulans, ut dicitur cap 2. verſ.1. de quo ibi agam. Nunc quæſtio inquirit cur Chriſtus apparet in medio, cum ipſe ſit omnium rerum principium, ac finis, Alpha, & Omega?

343. *Chriſtus omnium centrum.* Iſai. 12. Reſpondeo. Primò, quòd Chriſtus D. tam in veteri, quàm in novo teſtimento, medium tenet, tanquam utriuſque centrum. In veteri teſtamento ait Iſaias 12.n.6. *Exulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui Sanctus Iſraël.* Sub Iſraël fidelem populum intelligunt Lyran, & alii, in cujus medio dicitur Chriſtus ad eum ſanctificandum. Et in novo teſtamento, Chriſtum deſignans, ait Baptiſta: *Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis.* Joan. 1.n. 26. & Chriſtus de ſe ipſo loquens ait, *Ego autem in medio veſtrum ſum.* Luc. 22. num. 27. Inde Chriſtus optima ratione apparet in medio Candelabrorum, hoc eſt, in medio Eccleſiæ, ut eam tanquam verum centrum æqualibus lineis gubernet, & protegat; ideóque homo factus, in medio orbis paſſus eſt, ubi ſita Jeruſalem creditur: juxta illud Pſalm.73.num.12. *Operatus eſt ſalutem in medio terræ.* Tertull. lib. 3. Carmi. contra Marc. cap 4. *hic medium terræ eſt, hic victoriæ ſignum.* Ideo autem hoc factum, ut ibi moreretur, ut ait D. Thomas 3. p.q.46. art.10. *Quia virtus Paſſionis ejus ad totum mundum diffundenda erat, in medio terræ habitabilis pati voluit, ideſt, in Hieruſalem, quæ dicitur eſſe umbilicus terræ.*

Joan. 1. Luc. 22. Pſal. 73. Tertull. D. Thom.

344. D. Thom. Secundò. D. Thomas. In medio Candelabrorum, hoc eſt, in medio Eccleſiarum, ut oſtenderet, ſe omnibus eſſe communem, & à nemine recedere longius, ad neminemque accedere propiùs; ſed omnibus æqualiter adeſſe, ac prodeſſe. Canit David Deo; *Miſericordiam, & veritatem diligit Deus.* Pſal. 83. n. 12 Hebræus legit: *Sol & Scutum Deus.* Deus ſoli, & ſcuto comparatur: Sol ſuam lucem in totum orbem æqualiter diffundit: *Oriens ſuper juſtos, & injuſtos*: Sic & Deus ſplendore ſuæ beneficentiæ pluit non ſolùm ſuper probos, ſed etiam improbos. Sed cur Deus dicitur potiùs ſcutum, quàm galea, thorax, vel ocrea? Scutum non tantum caput, ut galea; aut pectus ut thorax; vel crura, ut ocreæ tutatur, ac ſervat: ſed omnium pariter membrorum flectitur, ac reflectitur in tutelam: ſic Deus tanquam in medio adeſt ad pariter tuendos, ac protegendos omnes homines.

Pſalm. 83. *Summa Chriſti æquitas in omnes.* Pſalm. 83. Hebr.

345. Richard. Tertiò Richardus Victorinus: *In medio eſt*, ait, *quia omnes electi opera illius recta cogitatione pariter contemplantur, & eum pro viribus communiter imitantur.* In medio eſt Chriſtus tanquam ab omnibus fidelibus inſpiciendus, ut ipſum omnes contemplentur, ut ejus exempla ſectantes, eum imitentur. Quartò in medio apparet, ut verus Judex, ut bonis det præmium, malis pœnam. Richardus Victorin. *Sic bonis confert gloriam, ut malos damnet per pœnam.* Sic & Chriſtus crucifixus eſt in medio latronum quorum uni dat præmium gloriæ, alteri ſupplicium gehennæ.

Chriſtus imitandus eſt ab omnibus.

346. Galfrid. Quintò. Galfridus Abbas tractat. 34 *Non diſſimulemus*, ait, *vel excuſemus, in medio eſt, omnibus ſeſe offerens, omnes vocans, quòd ſi ille in medio eſt, quid miſer angulum quæris, diverticula captas? omnibus ſeſe Chriſtus exhibet, medium omnibus offert auxilium, & exemplum poſtremo occaſionem recedendi ab amico & proximo, quid exquiris? Quandoquidem ſapientia Dei delitias ſuas ait eſſe cum filiis hominum, mediator ſcilicet Dei, & hominum, medium ſolvens inimicitiarum parietem.* Verè dicitur de Chriſto: deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum: tamen quando homines delinquendo, ejus conſortio indigni redduntur, ab eis recedit & longiùs fit: Tamen Joannes non alibi, ſed in medio eum vidit, ut oſtendatur, quod nulla ratio ſubeſſe poſſit, ut cum non invocemus, ac miſericordiam ab eo petamus. Non deſperes peccator: Deum malè vivendo offendiſti, adhuc ſuſtinet, & ſi à te recedit, ut adhuc in medio tui ſit; ut te revocet, te benignè recipiat, ſi tu redire velis.

Deus paratus eſt in medio, ut peccatorem recipiat, ſi velit.

347. *Prælati Eccleſiaſtici inſtruuntur ad reſidentiam.* Sextò. Chriſtus Pontificali habitu indutus, non alibi apparet, ſed in medio Candelabrorum, nempe in medio Eccleſiarum, quarum ipſe erat ſummus Paſtor: ut ex hoc Præſules Eccleſiaſtici inſtruantur, intra fines ſuarum Diœceſum contineri, & non extra eos vagari: ad quod nos exhortatur Chriſtus D. dum ait, bonum paſtorem ſe ſuis ovibus præbere audiendum, & videndum: audiendum quidem per verbum doctrinæ: juxta illud: *Oves vocem ejus audiunt.* Joan. 10.n. 3. videndum autem per exemplum vitæ, juxta illud: *Ante eas vadit, & oves illum ſequuntur.* Ibid. n. 4. ſic præfata verba noſter D. Cyrillus Alexandrin. lib.17. in Joan. cap.2. interpretatur. Atqui oves paſtorem audire, & videre non poſſunt, niſi præſentem: Ergo manifeſtè jubet, ut præſentem ſuis ovibus ſe exhibeat Præſul, cum eiſque aſſiſtens ſit.

Joan. 10. D. Cyr. Al.

348. *Prælatus omnium oculis eſt expoſitus.* Septimò. Chriſtus veſtitus, ut ſummus Pontifex, apparuit in medio Candelabrorum, hoc eſt, Eccleſiarum, tanquam omnium oculis expoſitus, à quibus nullo modo effugere valet, aut in angulo ſe abdere. Ut inde diſcant Prælati, ſe eſſe in medio, omnium oculis, judiciis, ac cenſuris obnoxios, indeque rectè agere, ſtudioſè curent. Ait Zachar. 3. num. 9. *Super lapidem unum ſeptem oculi ſunt.* Quiſnam ſit iſte lapis, multipliciter exponitur. Prælatum ac Paſtorem Eccleſiaſticum intelligit Petrus Dam. lib. 2. Epiſtol. 2. ad 5 rectè R. E. Epiſcopum: poſtquam adducit citatum locum Zachariæ, ait: *Lapis iſte proculdubio illa petra eſt, de qua verus Ieſus Petro pollicetur, dicens, ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Septem autem oculi ideſt omnium oculi: ſeptenarius enim ſymbolum univerſitatis eſt, ſuper Paſtorem Eccleſiaſticum ſunt omnium oculi, ut ejus facta, ac dicta

Zachar. 3. Damian.

dicta intueantur, contemplentur, ac obſervent, imitenturque: ſic pergit cit. Damianus loquens cum Cardinalibus. *Vos ergo, dilectiſſimi, quibus datum eſt ex Apoſtolicæ ſedis auctoritate corrigere, vosmetipſos cæteris non modo fidelibus, ſed & Sacerdotibus, quandam vivendi regulam exhibete. In vita veſtra legatur quid agi, quid vitare conveniat.*

349. *Chriſtus in medio ut cor, & u. omnibus præſentiſſimum ſe exhibeat.* Octavò. Chriſtus Dom. exhibens ſpeciem ſummi Principis, ac Sacerdotis, in medio Candelabrorum apparet: quia Princeps in medio populi debet eſſe ad inſtar cordis in medio populi debet eſſe ad inſtar cordis in medio corporis, u omnibus membris vitam inſpiret, eiſque provideat; omneſque motus, ac facultates inducat, ac gubernet. In medioque erat, tanquam ſe omnibus præſentiſſimum exhibens, omnibus ſe maximè adeſſe oſtendens. ut omnibus provideret, regeret, ac proſpiceret. David Pſal. 100. n. 2. *Perambulam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.* Titelman ibi: *Ecce ego, ait, ex munere gratiæ tuæ, ſtudebam converſari in medio familiæ tuæ cum innocentia, juſtitia, & ſimplicitate, quaſi pater in medio filiorum, quaſi Dominus in medio ſervorum, quaſi Paſtor in medio ovium, ſingulos attendens, & conſiderans, ſingulis proſpiciens domeſticis* Pſalm. 100. Titelm.

350. Exod. 3. Promiſit Deus ſuis Exod. 3. num. 17. *Educam vos de afflictione Ægypti in terram Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, ad terram fluentem lacte, & melle.* Ecce Divina beneficia populo pollicentur, & differuntur in terram illam, & tamen in deſerto maximè divina largitas enituit: mare diviſum eſt; manna in multa abundantia de cœlo deſcendit: latices aquarum in ſterilitate fluxerunt, non fuit infirmus in tribubus eorum: non defecit nubes per diem, & columna *Deus in omni loco præſentiſſimus eſt ſuis.* ignis per noctem, & plura alia, & ſi Divina promiſſio pro donis exhibendis ſtabat in terra Chananæorum, cur extra illam in ſolitudine tanta largitas declaratur? Ut ſemper ſe Deus oſtenderet cum ſuis, in medioque eorum, ut eos foveat, & tegat: ſi enim ſolùm in illa terra promiſſionis ſuam beneficentiam declararet, tantum ibi ſuis adeſſe exiſtimaretur: ideo extra illam regionem in Ægypto, ac eremo multa fecit, ut teſtaretur, in omni regione, loco, ac parte cum ſuis eſſe, eiſque præſentiſſimum adeſſe, ut eos foveat, eiſque provideat. D. Chryſ. D. Chryſoſt. homil. in dictum Apoſtoli: *Nolo vos ignorare fratres*, &c. Sic ait: *Concluſurus illos erat in unum orbis locum, & viſurus, ut ſibi ibi perpetuò miniſtrarent. Ne igitur ſeparatæ religionis ritu, providentiam ſuam illic concludi putarent, quaſi unius regionis Deus eſſet, prius ſuam virtutem in aliena regione declarabat, in Ægypto, in Eremo.*

351. Joan. 6. *Dei providentia ad omnes.* Poſtquam Chriſtus D. paucis panibus quinque millia hominum ſatiavit, diſcipulis ait: *Colligite, quæ ſuperarunt fragmenta.* Joan. 6 n. 12. multiplicatio hæc panum facta eſt ad turbas illas cibandas, ad quid ordinatum, ut tanta fragmenta ſupereſſent? Ut ejus potentia, ac providentia oſtenderetur, quod ſic in ſuorum medio erat, eiſque præſentiſſimus aderat, ut non ſolùm præſentes, ſed etiam abſentes, illoſque non tantùm pro illo tempore, ſed etiam pro futuro ſatiare vellet: ſicque declarabatur, quod pro omni ſuorum neceſſitate ille ſufficientiſſimus D. Baſil. Sel. erat D. Baſil. Seleuc. oration. 33. *Ideo nunc Dominus panes multiplicat præter neceſſitatem, ut potentiæ defenſionem, eumque cogitandum relinquit, qui eſcam porrigit omni carni.*

Quæſtio XLVII.

Quare Joannes ait, non quod viderit filium hominis, ſed ſimilem filio hominis?

CHriſtus Domin. repræſentabatur hic Joan. ut dicitur, ſimilis filio hominis, undenam 352. potuit Joannes dignoſcere filium eſſe hominis, vel ejus ſimilitudinem gerere, qui apparuerat? Num ex capite? Equidem, *caput ejus, & capilli erant candidi, ſicut lana alba, & tanquam nix.* At caput Chriſti aurum vincit fulgore. Num ex oculis? Profectò, *oculi ejus tanquam flamma.* Oculi ejus, *oculi columbarum* dicuntur Cant. 1. n. 15. Num ex facie? Certe, *facies* Can. 1. *ejus, ſicut Sol lucet in virtute ſua.* At quis faciem Solis meridiano nitentis fulgore intuitus eſt? Non ergo potuit filius hominis ex micante facie dignoſci. Undenam itaque co- *Chriſtus agnitus eſt ex beneficentia ac amore.* gnitus eſt à Joanne? Crediderim ex manibus atque pedibus: *Habebat enim in dextera ſua ſtellas ſeptem; & pedes ejus ſimiles aurichalco.* Agnitus eſt ergo ex manibus, ac pedibus; ex manibus ejus beneficis, à quibus ſui, tanquam ſtellæ, conſpicui, ac fulgurantes multis donis redduntur; ex pedibuſque ejus ignitis amore, exultantibus inſtar gigantis ad currendam viam ſalutis.

Quæſtio tamen tota eſt: Chriſtus paſſim di- 353. citur filius hominis. Matth. 16. *Quem dicunt* Matth. 16. *homines, eſſe filium hominis?* Matth. 8. *Filius ho-* Ibid. 8. *minis non habet, ubi reclinet caput.* Cur non dicitur viſus filius hominis, ſed ſimilis filio ho- Gagnæus. minis? Ad quod reſpondent, primò Gagnæus, Cornel. Cornelius à Lapide Mag. Joannes à Hay: quod La Haye. dicitur, Chriſtum apparuiſſe ſimilem filio hominis, hoc eſt, hominem. Homo enim homini eſt ſimilis: & Chriſtus in ſimilitudinem hominum factus eſt, dum habitu inventus eſt ut homo. Phraſis Hebraica eſt, ut ſimilitudo rei veritatem ſignificet.

Secundò, dicitur, *ſimilem filio hominis*, quia per omnia non erat hominis ſimilitudo, quæ 354. apparebat: habebat enim pedes ex aurichalco, *Chriſtus oſtenditur,* ut in camino ardenti: oculos tanquam flam- *prout erat in* mam ignis: & vocem ut aquarum multarum: *ſuis.* per quæ exprimebatur, qualis Chriſtus eſſet, Cant. 5. non in ſe ipſo, ſed in ſuis. Sic Cant 5. à numero 10. uſque ad finem capit. deſcribitur Chriſti ſpecies ac figura, non tantum prout ipſe in ſe eſt, ſed etiam prout in ſuis præclara, & illu- D. Nyſſen. ſtria operatur, ut commentatur D. Greg. Nyſſen. D. Paulin. D. Paulin. D. Ambr. D. Greg. Philo Carpat. D. Ambr. D. Gregor. & Honorius. Carpat.

Tertiò. Dicitur: *Similem filio hominis*, quia 355. non Chriſtus D. in ſeipſo realiter, ſed Angelus perſonam, & ſimilitudinem Chriſti repræſentans, loquebatur cum Joanne, ac ei hæc myſteria revelabat: ſicut & reliqui Dei vates in ſuis imaginariis, ac intellectualibus viſionibus non rem ipſam realiter exiſtentem intuebantur, ſed ejus ſimilitudinem per ſpeciem repræſentatam,

quod

Angelus repræſentabat Chriſtum. Ezech. 1. Ibid. 3.

quod confirmatur ex illo Ezechiel. 1. n. 5. *Et in medio ſimilitudo quatuor Animalium*. Et ſtatim: *ſimilitudo hominis in eis*. Et cap. 2. n. 1. *Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini*, &c. In quibus locis Divinus Vates non dixit, ſe vidiſſe animalia, gloriam Dei ignem, manus, ſed eorum ſimilitudinem. Sic Joannes in ſuo raptu, ac extaſi, non vidit perſonam Chriſti, ſed ejus ſimilitudinem, quam Angelus, qui ſecum loquebatur immediatè referebat. Richard. de S. Victore: *Qui*, ait, *eò*, *amplius habuit auctoritatis, quod apparuit in ſimilitudine Salvatoris.*

Rich Vict.

356. Andreas.

Quartò. Andreas Cæſarienſ. *Vocat*, ait, *Ieſum non abſolutè hominem, ſed homini ſimilem; quia non tantum homo, ſed ſimul quoque Deus erat*: Cùm Chriſtus eſſet verus Deus, & homo; ideò non abſolutè hominem, ſed ſolum ſimilem filio hominis, dicit Joannes. Ex quo maximè pondera, quòd ſolus Chriſtus in novo teſtamento, & ſolus Ezechiel in veteri; hoc nomine filii hominis dicuntur: hac tamen differentia, quòd Ezechiel non à ſe: ſed ab Angelis ſic nominatus eſt: cap 2. num. 1. & 3 n. 1. & ſæpè, Chriſtus autem nuſquam ab aliis, ſed à ſe ſic dictus eſt, ut patet ex ſuperioribus locis ſuprà citatis: & Matth 29. num. 64. *Amodo videbitis filium hominis venientem in nubibus cœli*: Et ratio eſt, quia Ezechiel, ut notat R. Abraham in ejus commentariis, frequenter cum Angelis loquebatur, à quibus magna Sacramenta accipiebat qui ut eum à ſe, qui homines non erant, diſtinguerent filium hominis dicebant, ſimulque hoc nomine eum admonebant, ut ſuam humanam fragilitatem recognoſceret ne ſublimitate tantarum viſionum, quæ ei communicabantur, aliqua opinione ſuprà ſe raperetur. At Chriſtus cum eſſet verus Filius Dei, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo; cùm in tanta ſublimitate eſſet, maxime cognoſcebat veritatem, ac humilitatem humanæ naturæ à ſe aſſumptæ: & ideo mirificè hanc de ſe publicabat. Deinde Ezechiel ab Angelis dicebatur filius hominis, ut ſublimitate tantarum viſionum de hominibus ne obliviſceretur, ſed de illis ageret. At Chriſtus non ab alio, ſed à ſe dictus eſt filius hominis: quia tali admonitione non indigebat: ſed ex ſua infinita bonitate recordabatur, ut negotium ſalutis hominum p rageret.

Ezech 2. Ibid. 3 Math. 26.

R. Abrah *Solus Chriſtus in tanta ſublimitate humilitatem ſuam cognoſcebat.*

Chriſtus ex ſe de hominum ſaluti recordatus.

357. Joachim.

Quintò. Abbas Joachim. *Tanta*, ait, *poſitus in regno Divinitatis ſua præminet claritate, tantâ majeſtatis gloriâ ſuper Angelos fulget, qui quondam propter homines ab Angelis extiterat minoratus; ut ſicut in eo aliquando Divinitatis ſuæ gloriam occultavit humanitas; ita nunc humanitatis ejus abjectio exinanita à majeſtatis ſuæ gloria, & à ſplendore ſummæ lucis, velut abſorpta eſſe videtur: ut enim aliquando ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens*: Ad Philipp. 2. *Ita nunc forma ipſa ſervilis à majeſtate gloriæ exinanita eſt, ut nihil in eo ſuſpicionis remaneat, quo verus Dei filius minus eſſe credatur.* Chriſtus Domin. verus homo, veruſque filius hominis, ſcilicet, Mariæ Virginis, cum ex ea, utpotè vera Matre ſua, naturam humanam aſſumpſerit: tamen Joannes non dicit ſe vidiſſe filium hominis, ſed ſimilem filio hominis; quia ut olim, cum mortalis apud nos degeret, Divinitas à noſtra mortalitate occultabatur: *Cornua*, ideſt clavi, *in manibus ejus, ibi abſcondita eſt fortitudo ejus*. Habac. 3. n. 4. Sic nunc in cœlis tanta eſt Chriſti Domini majeſtas, ut illa exinanitio, qua ſe uſque ad formam ſervi demiſerat, abſorpta videatur, & obumbrata à gloria tantæ majeſtatis.

Chriſti exinanitio abſorpta videtur à gloria majeſtatis.

Habac. 3.

358. Galfr.

Sextò. Galfridus Abbas: *Adverte quoque*, ait, *quod dicitur, non ſolùm quòd fuerit in medio Candelabrorum, ſed quod etiam ſimilis filio hominis; quod utrumque verum, utrumque eximiæ dignationis, ſed illud forſitan amplioris, valde enim humiliavit ſeipſum, naturam induens, quam ipſe creavit, amplius tamen per omnem modum formam quoque ſuſcipiens, imò deformitatem, quam ipſe homo ſibi reatu prævaricationis ingeſſit: humiliatus eſt enim in forma ſervi, humiliatus in veritate naturæ, magis tamen in communione pœnæ, & in ſimulatione culpæ.* Summæ, & infinitæ bonitatis eſt, quòd Chriſtus apparuerit in medio Candelabrorum, ut omnibus ſubveniret. Cur etiam dicitur ſimilis filio hominis, cùm omnis homo mendax? Sanè in hoc enituit incomprehenſibilis Dei dignatio, & magna humiliatio, quòd nobis voluerit fieri ſimilis in veritate naturæ, in communione pœnæ, maxima vero, & ineffabilis, quòd etiam ſimili voluerit eſſe in culpæ ſimulatione: *Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum*. Rom. 8. num 3. *Qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit*. 5. Corinth. 5. num. 21: id eſt, ab aliquibus peccator reputatur, ut exponunt Patres Græci.

Chriſtus apparuit in ſimilitudine naturæ communione pœnæ, ſimulatione culpæ.

Rom. 8.

2. Co. in 21

359. Anſbert.

Septimo, & magis explicans ſuperiorem ſententiam Anſbertus, *Certè propterea ſimilis filio hominis vocatur, quia non cum peccato, ſed in ſimilitudine carnis peccati notus, inter homines apparuit*. Non dicitur Chriſtus ſimpliciter à Joanne filius hominis, ſed ſimilis filio hominis: quia non aſſumpſit carnem peccati hominum, ſed ſimilitudinem carnis peccati.

360. Anſbert. Beda. Primaſ. Hugo.

Octavò Idem Anſbertus. *Idcircò*, ait, *hoc loco non jam filius hominis, ſed ſimilis filio hominis appellatur, quia devicta morte, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur*. Eandem rationem aſſignant Beda, Primaſius, Hugo, & alii; quia nimirum Chriſtus reſurrexit immortalis, jam non ſimpliciter hominem qui naturam dicit paſſibilem, ſed ſimilem homini, dicendum eſſe. Quo ſenſu dixit Paulus 2. Corinth. 5. n. 16 *Et ſi cognovimus Chriſtum ſecundum carnem*, id eſt mortalem, *jam non novimus*, ut paſſibilem nempè. Eodem modo D. Auguſtin. lib. 11. contra Fauſtum c 7. intelligit illud ad Hebr. 5. num. 7. *Qui in diebus carnis ſuæ*, id eſt, cum vitam mortalem ageret.

Chriſtus ſimilis filio hominis; quia non mortalis ſed jam immortalis.

2. Cor. 5. D. Auguſt.

361. *Sacerdotalis dignitas virtutem, ſupra humanam expoſcit.*

Nonò. Ait Joannes: *Vidi ſimilem filio hominis, veſtitum podere.* Veſtimentum poderis, ut latius dicam in ſequenti, tunica talaris erat, qua indutus apparebat, tanquam verus Pontifex ſecundùm ordinem Melchiſedech; Non ergo mirum, quòd Joannes dicat, non ſe vidiſſe hominem, ſeu filium hominis, ſed ſolùm ſimilem filio hominis, Non vidit hominem, quia ſacerdotalis dignitas, virtutem, puritatem, ac ſanctitatem ſuper humanam conditionem, ac veluti quaſi divinam, expoſcit. Theophan. Nicæn. Epiſt. 3. *Presbyterum*, ait, *debere eſſe Divinum, atque cœleſtem, qui aliorum hominum conditionem longe prætervehatur.*

Theoph.

Regius

361. Pſal 109. Regius Vates æternum Filium conſubſtantialem Patri canit Pſalm.109. num.1. dicens: *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis.* Illud *ſede à dextris meis*, denotat, Filium eſſe coæqualem Patri, à quo ab æterno ex ſua ſubſtantia ante Luciferum eſt genitus. Statim Vates vertit ſermonem; & eum prædicat Sacerdotem, *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Ibid. n.5. Si David totus eſt in annuntiando Dei filium coæternum, ac coæqualem Patri, ad quid ſermonem de Sacerdotio ejus intromittit? Quid habet æterna generatio cum Sacerdotio? Nam David totus occupabatur; ut prædicaret Chriſti generationem conſubſtantialem cum Patre, ad quid tunc celebrat ejus Sacerdotium, cum Chriſtus ut homo Sacerdotio ſit functus, non ut Deus, ut apertè docet D. Auguſt. ibidem: *Nam ſecundùm id, ait, quod natus eſt de patre Deus apud Deum, coæternus, gignenti, non Sacerdos; ſed Sacerdos propter carnem aſſumptam: propter victimam, quam pro nobis offert, à nobis acceptam.* Vates ergo, cum de Chriſto ut Deo agit, de eoque affirmat in ſinu Patris ex utero, id eſt ex ſubſtantia ejus ab æterno genitum eſſe, ad quid tunc eum Sacerdotem introducit? Tam præexcelſa eſt Sacerdotalis dignitas, ut ſolùm æterno Dei Filio conveniat, eam habere, ſuiſque dare, communicare; & ideo cum de ſuprema Divinitatis majeſtate eſt ſermo, ibi Sacerdotalis dignitas interponitur, utpotè ſuper omnem conditionem humanam, & ſoli æterno Dei filio, tanquam capiti, competens. Citatus Auguſt. *Iſte ergo Dominus, ait, qui eſt à dextris, de quo juraſti, & cui juraſti, dicens: Tu es Sacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedech; ipſe utique Chriſtus Dominus à dextris tuis.*

Sacerdotalis dignitas propria ſolius filii Dei. D. Auguſt.

363. Exod. 22. Dans Moyſes præcepta Populo, ait ei: *Diis non detrahes, & Principi populi cui non maledices*: Exod 22. num.22. Num tam inſipiens eſt populus, in Dei cognitione inſtructus; ut Deo detrahat: & adverſus illum loquatur? Cur ergo Moyſes prohibet à populo Dei detractionem? Innocentius Papa ſic ait: *Sacerdotes intelligit, qui per excellentiam ordinis, & officii dignitatem, Deorum nomine nuncupantur*: Sic etiam dicuntur, ob puritatem, & ſanctitatem. Et hoc ſenſit D. Gregor. Magnus, lib 4. Epiſtol. 31. interpretatur illud Exod. 22. num. 8. ubi de lege furti: *Applicabitur ad Deos*: hoc eſt, Sacerdotes. Vide ſuprà quæſt.24. numero 179. & 180.

Sacerdotes dii dicuntur. Innocent. D Greg. Exod. 22.

QUÆSTIO XLVIII.

Quare Chriſtus apparuit veſtitus podere; & agitur de hujus veſtimenti genere?

364. Eraſm. Poderis veſtis erat talaris, ac Sacerdotalis; ſic à pedibus dicta, quia uſque ad pedes deſcendebat: vel ut contendit Eraſmus ex radice Græca, ſic dicta, quia à pedibus remigatur, ac ventilatur.

365. Summus Pontifex duplicem habebat tunicam unam lineam quæ communis erat omnibus Sacerdotibus, & tam arcta erat, & ſtrictis manicis, ut nulla in veſte eſſet ruga: altera erat hyacinthina, ut patet ex Exod. 23. Hæc propria erat Pontificis, ab eaque dependebant mala punica, & tintinnabula: de illa dicitur Sapient.18. num.24. *In veſte poderis totus erat Orbis terrarum.* Ut denotaretur, Pontificem tali podere indutum, mediatorem eſſe cœli, & terræ, Dei, & hominum, ac pro toto mundo rogare debere. Utraque veſtis dicebatur poderis. Biſſinam, ſeu lineam poderem vocant Joſeph. l.3. Antiquit. c.8. D. Hieron Ep 128. & Ezech.9. n.2. ubi nos habemus: *Vir veſtitus lineis.* Septuaginta vertunt: *Veſtitum podere.* Hyacinthina poderis dicebatur, ut patet ex citato loco Sapientiæ. Et Eccleſiaſt. 45. num. 10. manifeſtè loquens de veſte hyacinthina Pontificis, ubi nos legimus: *Circum pedes*; Græcè habetur: *Poderis.* Et Exod. 8. num. 31. Tunica hyacinthina, juxta Septuaginta: Talaris vocatur.

Duplex veſtis Sacerdotalis Sap. 18. Joſeph. D. Hieron. Ezech. 9. Septuag. Eccl. 45. Græcus. Exod. 28.

366. Cùm ergo utraque tunica, poderis dicatur, quanam indutus Chriſtus apparuit? Aliqui utramque intelligunt: At D. Anton. Alcazar. Ribeira, Pererius, de linea interpretantur: quia Chriſtus apparuit inter Candelabra, quaſi de illis curam gerens, quod non erat officium Summi Pontificis, ſed aliorum Sacerdotum, qui lineâ tunicâ tantùm veſtiebantur, & per hanc lineam Tunicam, quæ poderis dicitur, ut vidimus juxta Septuaginta, optimè primò denotabatur Chriſti Sacerdotium, ſecundò ſacratiſſima, ac mundiſſima ejus caro. Iſai.63. n.1. ad illam interrogationem: *Quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra?* Divina voce reſpondetur: *Iſte formoſus in ſtola ſua.* Tertiò, eximia: ac ſingularis innocentia ac puritas. Quartò ejus ſumma patientia; linum enim varie carminatur, tunditur, maceratur. D Anton. 1. p. hiſtor. tit.6. c 1. §.2. *Ite*, ait, *ſimilis filio hominis, dicitur veſtitus podere, ideſt, veſte linea, uſque ad pedes, qua ſignificat conſtantiam in diverſis uſque ad finem vitæ: nam linum per malleationem, & multas percuſſiones pervenit ad pannum album.*

D. Anton. Alcazar. Ribeira. Perer. Iſai. 63. D. Anton.

367. Tertia verò ſententia exiſtimat: poderem eſſe veſtem hyacinthinam, ac Pontificiam, qua Chriſtus hic indutus apparuit. Ita Cardinalis Hugo, Cornel Tirin. & hæc mihi verior videtur. Et primò, quia juxta noſtram Vulgatam Poderis veſtem pontificiam ſimpliciter ſignificat, ut patet ex citato loco Sapientiæ Secundò, hic inducitur Chriſtus, ut Summus Pontifex; cingebatur enim zona aurea. Hæc enim erat propria Pontificum, non verò Sacerdotum tantùm. Sacerdos minor zona biſſina ſolummodo cingebatur; & vero Pontifex, præter byſſinam, habebat zonam polymitam, ſeu auream, qua veſtem hyacinthinam, ſimul cum Ephod, ac rationali cingebat, ut latiùs dicam q.51. huic reſpondet zona aurea, quam Joannes aſſignat Chriſto. Tertiò, quia non tanquam Sacerdos minor, ſed ut Summus Pontifex inducitur, qui ſeptem Angelos, id eſt, Epiſcopos Eccleſiarum Aſiæ, docet & corrigit, & ſub his omnes Eccleſias monet, & corripit.

Verior ſententia. Hugo. Corn. Tirin. Exod 28.

368. Tamen ſimpliciter dicendum exiſtimo, quòd poderis hic propriè non ſignificat aliquam veſtem pontificis antiqui: non enim illius per-

ſonam

Chriſtus apparuit veſtitus, ut ſacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech.

ſonam hic exprimebat Chriſtus: præcipuè cum ipſe Pontificatus antiquus jam eſſet extinctus, & abolitus. Deinde Chriſtus hic nec habebat ſuperhumerale, nec rationale in pectore, nec thiaram in capite: dicitur ergo veſtitus podere, per quandam ſimilitudinem ad antiquam veſtem, quæ erat uſque ad talos demiſſa: ac proinde, qua Chriſtus hîc apparuit. Sacerdotalis veſtis, non ſecundùm ordinem Aaron, ut ait Aretas, ſed ſecundùm ordinem Melchiſedech in cœleſtibus, ut exprimunt ipſe Aretas, & Andreas Cæſarienſis, & latiùs explicatur.

Aretas. Cæſarienſ.

369. D. Irenæus. Primò. D. Iren. lib. 5 cap. 37. ait: *Joannes Domini diſcipulus glorioſum regni ejus adventū vidit.* Deſcribitur Chriſti habitus, tanquam judicis, orbem terræ in fine mundi judicaturi, ut latè explicat Cuniga; c. 4 Zachariæ; apparuit Chriſtus veſte linea, juxta multos, qui habitus eſt judicis. Ezech 9. n. 2. *apparuit veſtitus lineis*, ſeu ut Septuaginta tranſtulerunt, *veſtitus podere*, habens ad renes atramentariū Scriptoris: quia omnia, quæ agimus, diligenter notat, accuratéque deſcribit, ut judicet: ut interpretatur D. Hieron. Et cum formam judicis aſſumit, mammillas lac pietatis effundentes habet præcinctas: tunc enim ſeveriſſimus ſuæ miſericordiæ ubera reſtringit, ne fluant: & dum Chriſtus Epiſcopos Aſiæ arguit, & reprehendit, habitum judicis in extremo die aſſumit. Nil vehementius ad emendationem vitæ, ac ut homo reſipiſcat, quam memoria, ac repræſentatio extremi judicii.

Cuniga. Ezech 9. *In extremo judicio nulla apparebit miſericordia.* D. Hieron. *Memoria judicii valde efficax.*

370. Beda. Secundò. Beda: *Poderis tunica, talaris dicitur, & eſt veſtis Sacerdotalis; Chriſti Sacerdotium oſtendit, quo ſe pro nobis in altare Crucis obtulit hoſtiam Patri.* Ita Richardus de ſancto Victore, Cardin. Hugo. Veſtis poderis erat Summi Sacerdotis, & Chriſtus in ara Crucis ſe obtulit in hoſtiam Patri pro nobis. At in ipſa veſte Chriſtus multum Aaroni præfertur: nam ille in veſte terrarum orbem habebat deſcriptum Sap. 18. Chriſtus non in veſte ſed in corde totum orbem habebat, pro quo paſſus eſt. Veſtiſque ipſa talaris erat, id eſt uſque ad talos ſe extendens quia virtus paſſionis Chriſti ad infimos quoque infideles pertingit. Vir ille, qui in throno ſapphirino ſedebat. Ezech 1. n. 4 Chriſtum ſignificabat; cujus ſimilitudo electri erat, quod ſcilicet vim habet paleas attrahendi, quia Chriſtus non ſolùm principes, ſed etiam infimos de plebe, velut electrum paleas, virtute ſuæ Paſſionis ad ſe attrahit, & elevat in cœlum.

Richard. Hugo. Sap. 18. *Chriſtus omnes habet in corde, quos & ſalvat.* Ezech. 1.

371. Legion. Tertiò Luiſius Legionenſis lib. de nominibus Chriſti; totam hanc viſionem ad Chriſti ardentem charitatem refert. Quod patet ex multis circumſtantiis ut ex aurichalco in camino ardenti, & maximè ex ipſa veſte talari in Chriſto, uſque ſcilicet ad finem vitæ pertingente. Ansbertus Abbas: *Veſtis ei, ait, uſque ad talos, fuit opus charitatis uſque ad paſſionem mortis; de cujus paſſione ab Evangeliſta præmittitur, cùm dilexiſſet ſuos, qui in mundo erant, in finem dilexit eos.* Joan. 13. n. 2 Et veſtis hyacinthina Pontificis, ut hîc notat Hugo, deorſum ad pedes per circuitum habebat mala punica mixta cum tintinnabulis Exod. 28. n. 33. quibus denotabatur, quòd eximius Chriſti amor in fine vitæ maximè inſonuit, ſublimavit ac exaltavit vocem, ut explicui de hac veſte tom. 5 in Evang. lib. 7. cap. 5. quæſt. 15. per totam.

Amor Chriſti uſque ad finem, in quo maxime inſonuit. Joan. 13.

Quartò. Ambroſ. Ansbert. *Una, ait, Chriſti & Eccleſiæ perſona, quæ & in ſeptem Candelabris, & in ſimili filio hominis conſtare videtur: idem enim Dominus qui veſtitus podere in medio Candelabrorum apparuit, indutus eſt ipſa Candelabra: quia & veſtis ejus, & Candelabra unam deſignant Eccleſiam, quam Dominus indutus eſſe cognoſcitur.* Veſtis hæc Chriſti Eccleſiam denotat: ſicut & cum Jacob ait in ſua benedictione Judæ: *Lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine uvæ pallium ſuum.* Gen. 49. n. 11. Ubi per ſtolam, & pallium, Chriſti Eccleſiam interpretantur Origenes homil. 17. in Geneſ. D. Ambroſ. lib de benedict. c. 4. D Auguſtin. lib. 12. contra Fauſtum c. 42. Si ergo podere, id eſt, ipsâ Eccleſiâ indutus eſt Chriſtus, quomodo apparet in medio Candelabrorum, id eſt Eccleſiarum? qui aliqua induitur veſte pro eadem cum ipſa ſumitur: dicitur homo cum illa veſtitus, cum illaque moraliter unus homo. Merito ergo in medio Candelabrorum, id eſt Eccleſiarum, ſimilis filio hominis conſpicitur, indutus podere, id eſt, ipſa Eccleſia: Chriſtus ita Eccleſiæ unitur, ut idem cum ea eſſe videatur. Quod optimè confirmatur ex Paulo ad Epheſ. 5. n 31. qui poſtquam explicavit matrimonium viri cum uxore, ait: *Erunt duo in carne una: Sacramentum hoc magnum eſt; ego autem dico in Chriſto & Eccleſia.* Ubi nobis maximè declaratur ſumma unitas Chriſti cum Eccleſia, tanquam ſint unum Chryſoſtom. homil. 20 in Epiſt. ad Epheſ. *Ipſe relicto Patre deſcendit, & ad ſponſam venit, & factus eſt in ſpiritum unum.* 372.

Ansbert. Geneſ. 49. Origen. D. Ambr. D. Auguſt. *Eccleſia ita unita Chriſto, ut eadem cum eo videatur.* Epheſ. D. Chryſ.

Quintò. Haymo: *Quæ veſtis uſque ad pedes tetendit, quia uſque ad noviſſima membra fidelium Eccleſia in fine ſæculi duratura eſt.* D. Anſelmus Laudunenſ. *Talaris eſt, quia in fine ſæculi permanet.* Veſtis hæc Eccleſiam deſignat, quæ eſt Chriſti indumentum ac ornamentum: juxta illud Iſai. 49. n. 18 *Vivo ego dicit Dominus; quia his omnibus velut ornamento veſtieris.* Sed quæ convenient a hujus tunicæ talaris cum Eccleſia? multa ſanè; ſicut enim hæc tunica uſque ad talos demittitur, ſic Eccleſia uſque ad finem ſæculorum permanebit: ſic firmiter fundata eſt ſuper petram, *Et adverſus eam portæ inferi non prævalebunt.* Matth. 16. 373.

Haymo. D Anſelm. Iſai. 49. *Eccleſia uſque in finem ſæculi duratura.* Matth. 6.

Sextò. Viegas hîc ſect. 4. & multi alii per hanc veſtem poderis, juſtitiam, ac ſanctitatem Chriſti interpretantur, juxta Iſai. 61. num. 10. *Indumento juſtitiæ circumdedit me.* Cui cohæret Eccleſ. 27. num. 9. *Si ſequeris juſtitiam, apprehendes illam, & indues quaſi poderem honoris.* Sed cur hæc veſtis talaris ſanctitatem exprimit potius, quàm quælibet alia? Meritò inſignitur hæc ſymbolum ſanctitatis eſt; quia ſicut hæc totum hominem cooperit, etiā uſque ad talos, nil in corpore nudatum relinquens ſic ſanctitas Chriſti totum ipſum omnimodè circumcingit, ac undique mirificè exornat. Pro quo facit id quod D. Greg l. 10. Morali. c 18. ad illa verba Job. 29. *Juſtitia indutus ſum*, docet: *Veſtimento, cum veſtimur, ex omni parte circumdamur: ille ergo juſtitia, ſicut veſtimento, veſtitur qui ſe undique bono opere protegit, & nullam partē actionis ſuæ peccato nudam relinquit; nam qui* 374.

Viegas. Iſai. 61. Eccleſ 27. *In Chriſto nullus defectus, ſed ſumma Sanctitas* D. Greg.

qui in quibuſdam actionibus juſtus eſt, in aliis injuſtus; quaſi hoc latus cooperit, illud nudavit

375. *In ſanctitate, ac juſtitia perſeverandum uſque ad finem.* D. Greg. Gen 27. Septimò. Eſt etiam hæc veſtis, quæ Chriſti ſanctitatem, ac juſtitiam denotabat, talaris uſque ad pedes, ut exprimat perſeverantiæ Symbolum, uſque ad finem. Quod expendit D. Greg. lib. 1. Moral. cap. ult. expendens, cur inter omnes fratres, Joſeph tunica talari induitur à Patre? *Fecit ei tunicam polymitam.* Gen. 27. n. 3 & iterum: *Nudaverunt eum tunica talari, & polymita.* Ibidem n. 23. Solus enim Joſeph integritatem vitæ cum puritate morum uſque ad finem conſervavit. Sic ait Sanct. Pater: *Quid enim eſt talaris tunica, niſi actio conſummata? quaſi enim talaris tunica talum corporis operit, cum bona actio ante Dei oculos uſque ad vitæ terminum nos tegit.* Hinc eſt, quod Joſeph hanc pretioſam veſtem, cum exiit in campum, ac vias agreſtes, non deponit, ſed ſecum defert; ut ponderat D. Eligius Noviomenſis Epiſcop. hom. 11. ad pœnitentes. D. Eligius

376. Pſalm. 91. D. Ambr. *Indumentum virtutis perſeveret uſque ad extremum* Decantat Regius vates Pſalm. 91. num. 13. *Juſtus ut palma florebit.* Cur juſtus cum palma confertur? Pulchrè, ac eleganter D. Ambroſ. lib. 1 Exam cap. 17. Sic ait: *Servant indumentum ſuum ſemper olea, vel pinus; ſed tamen folia ſua ſæpè commutant; nec ea quaſi diurna, ſed quaſi ſuccedentia prætereunt ſuæ arboris pulchritudini, perpetui integritate veſtitus, vice muneris obumbrantes. Palma autem virens ſemper manet, conſervatione, & diuturnitate, non immutatione foliorum. Nam quæ primo germinaverit folia, ea ſine ulla ſubſtitutionis ſucceſſione conſervat. Imitare ergo eam, ô homo, ſerva viriditatem pueritiæ tuæ, & illius innocentiæ naturalis, quam à primordio recepiſti, ut folium tuum non defluat.* Huc tendant omnes hominis conatus, ut palmam imitentur: nam & ſi aliquæ arbores, ut oliva, ſemper virides perſeverent, tamen folia, quædam vetera amittunt, & alia nova ſuccedunt; At palma ſemper ſuum primum foliorum indumentum, quod à primordio habuit uſque ad extremum conſervat nil illo veteraſci, ac aridum fieri ſinens: tales & ſint homines, ut ſuæ virtutis indumentum retineant uſque ad extremum, & ita ut omnem neſciat vetuſtatem ſed ſemper quaſi novo, ac recenti ſtudio illud poſſideant.

377. Exod. 28. Præcepit Deus Moyſi, quod rationale Summi Pontificis, *quadrangulum erit, & duplex: menſuram palmi habebit, tam in longitudine, quàm in latitudine.* Exod. 28. num. 16. Sed cur non erat rotundum, ſed quadrangulum? In rationali exprimebatur Charitas: nam in eo erant ſcripta nomina filiorum Iſraël: inde pro majori firmitate ad ornamentum Pontificis, quadrangulum præſcribitur. Philo libro 3. de Moyſe: *Pulchrè, ait ſubindicans oportere rationem, tum naturæ, tum hominis, inconcuſſam eſſe, ac ſolidam.* Nam quod quadratum eſt, firmum, ac ſtabile conſiſtit. *Pontifex ſit conſtans in rectè agendo.* Philo.

Quæstio XLIX.

Quare Chriſtus apparet præcinctus ad mammillas; cùm alii, ut Elias, Baptiſta, cingerentur ad renes?

De Chriſto hîc teſtatur Joannes apparuiſſe præcinctum ad mammillas, in quo declaratur ſuprema ejus Pontificia dignitas, in qua Chriſtus ſe hîc manifeſtavit, ut dixi ſuperiori q. 365. Nam Pontifex inter alios Sacerdotes altiùs ſe cingebat, ita ut dicat Joſephus lib. 3. Antiq. c. 10. lineam veſtem ac cingi ſolitum circa pectus paulò axillis inferiùs? & D. Hier. Epiſt. 128. ad Fabiolam: *Baltheo, ait, cingebatur tunica linea inter umb. locum & pectus.* Ex quo Turnebus lib. 15 adverſ. c ult. Sigonius lib. 3 de judiciis cap. 19. advertunt, morem altiùs ſe cingendi, proprium fuiſſe Pontificis, ut per hoc denotaretur, eum præ cæteris maximè promptum, & paratum ad omne Dei obſequium. Chriſtus autem hîc apparet præcinctus ad mammillas, inter quas ſedes cordis eſt; quia & cor ejus plenum erat charitate, & conſtringebatur maximè amore ſui Æterni Parentis, ad ejus obſequium; ac etiam amore hominum, ad eorum vitam, & ſalutem procurandam. 378. *Pontifex altiùs cingebatur.* Joſeph. D. Hieron. Turnebus. Sigonius.

379. D. Greg. D. Auguſt. Tertull. D. Cyr. Al. Secundò. Cinguli imago ad caſtitatem pertinet, ex D Greg homil. 13. in Evang Ad continentiam ab amore ſæcularium bonorum, ex D. Auguſtin. lib. 2. quæſt Evang. cap 15. Ad expeditionem ab impedimentis laſcivæ vitæ, & implicitæ negotiis, ex Tertullian. lib 4 contra Marcionem cap 29. Ad promptitudinem ad omne opus bonum, ex D. Cyrillo Alexand. in Catena D. Thomæ ad cap. 12 Luc Hinc Pontifex altiùs cæteris cingebatur; quia cùm ipſe in altiori dignitate emineret, altius hæc omnia in Dei obſequio debet præſtare: nam quantò quis altiùs de dono accipit, tantò altiùs debet eſſe in munere perſolvendo: quod apertè ei intimatur ex cinguli ſitu, ac altitudine: Nam ſi cingulum probitatem, ac continentiam adumbrat; altius ergo accingendi imago altiorem virtutem, majoremque puritatem, ac morum integritatem denotat in Pontifice, ac Præſule. Unde de principe ait Vincentius Ferreira: *Debet, quidquid in cæteris pulchri, honeſtique eſt, id omne ſolus ipſe in ſeipſo præſtare.* *Prælatus in virtute omnibus aliis ſit excellentior.*

380. *Reges decorè pro ſuis pugnare.* Tertiò. Chriſtus hîc apparet præcinctus tanquam ad pugnam. Totus hîc Chriſtus oſtendebatur amore inflammatus, ut tendens in pugnam. Præcingere enim, ſignum militare eſt? Hinc Romani, cum milites initiabantur: ſtatim cingulo cingebantur. Et de Chriſto Domino ait Regius Vates Pſal. 92 n. 1. *Dominus regnavit, decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.* Cajetan. *Præcinxit ſe ad pugnandum pro ſuis.* Et nota, quod tunc dicitur, decorem induit: nil enim magis decorum Regi, quàm pro ſuis pugnare. Chriſtus hic apparebat totus amore æſtuans: *Oculi ejus, flamma ignis; pedes ejus ſimiles aurichalcho in camino ardenti,* Tunc Rex maximè amore inflammatur; quando in pugnam exit pro ſuis. Pſalm. 91. *Verus Regum amor in pugnam exit pro ſuis.*

Nato Domino apparet Angelus dans nuntia Luc. 2. Paſtoribus; & ſtatim ſubdit D. Luc 2. n. 13. *Facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis:* ſeu Syriac. ut legit Syriacus: *Multi exercitus cœleſtes.* Quid eſt quod quando nato Domino: *Benignitas, & humanitas apparuit Salvatoris noſtri* Ad Tit. 3. *Dei.* Ad Titum 3. n. 4 Angeli armati, tanquam in acie militari prodeunt? Ut denotaretur, quòd Dominus naſcebatur, ut pro ſuis adverſus Principem tenebrarum pugnaret; & ideo Angeli ſub militari forma ad bellum ſeſe accingebant. D. Ambr. Poſt D. Ambr. ac D. Bonav. Janſe- D. Bonav. Janſen. nius, *Benè,* ait, *dicitur; Angelo conjuncta eſt multitudo cœleſtis militiæ, nimirùm, ut ſignificaretur, natum puerum, Dominum illum Sabbaoth, vel virtutum fortem in bello, qui adverſus hujus mundi principes expugnare venerat.* Et nunc dicitur, quod apparuit benignitas, & humanitas Salvatoris noſtri; quando ille pro ſuis expugnare venerat.

381. Ansbertus. Quartò. Ansbertus: *Illa præcinctio non ad caput, ſed ad membra redigitur.* Sicut per cingulum ad renes in veteri teſtamento reſtrictio carnalis luxuriæ deſignabatur, ſic etiam per zonam mammillarum cohibitio cordis, & interioris libidinis denotatur: ſed cùm manifeſtum ſit, quòd Redemptor noſter omnino erat immunis ab omni motu luxuriæ tam in corpore, quàm corde, quid eſt, quod in veteri te- Dan. 10. ſtamento à Dan. c. 10 n 5 in renibus, & in novo à Joanne cinctus ad mammillas aſpicitur? Rectè Ansbertus: *Illa præcinctio non ad caput, ſed ad membra redigitur.* Ac ſi diceret, Chriſtus in ſe nec indiget præcinctione renum; nec etiam mammillarum, cum ab omni motu inordinato omnino liber fuerit, ſed in ſe præcingitur, ut doceat; nos qualiter præcinctos eſſe debemus, non ſolùm quoad corpus, ſed etiam quoad men- *Chriſtus in ſe oſtendit, quales nos eſſe debemus.* tem. Quod eleganter explicat Petr. Bleſ. ſerm. 45. in Synodo ad Sacerdotes: *Ure renes meos, & cor meum,* inquit, pſ. 25. n. 2. *Et iterum: Sint lum-* Pſalm. 25 *bi veſtri præcincti: lumbi dixit, & non lumbus,* Ezech. 25. *non enim ſufficit præcingere lumbum corporis, niſi & præcingamus lumbum cordis.* Ezechiel. 25. n. 15. *Hominem præcinctum podere uſque ad renes: Joannes in Apocalypſ. vidit ſuccinctum uſque ad mammillas; ſuccingamur ergo, non tantum uſque ad renes, corpus cuſtodiendo, ſed uſque ad mammillas, cor ab immundis cogitationibus cohibendo: corporis ergo, & cordis lumbos præcingere debemus, caſtitatis vinculo & zona.*

382. Quintò. Ad eadem verba Ansberti: *Illa præcinctio non ad caput, ſed ad membra redigitur* *Princeps in ſe oſtendat normam ſubditorum.* Apparet Chriſtus præcinctus; non pro ſe, ſed pro ſubditis; ut dixi ſuperiori n. quia Princeps in ſe oſtendat, qualiter inferiores in ſe ipſis ſe D. Gregor. debeant exhibere, ac habere. D. Greg. lib. 4 in 1. Reg cap. 4. *Is,* ait, *qui ad regendum culmen quæritur, tantæ debet eſſe perfectionis, ut quidquid populus de bono opere ſibi vult proponere, in ſua converſatione debeat monſtrare.*

383. Idem. Sextò D. Gregor. Magn lib. 21. Moral cap. 2. ſic ait: *Angelus, qui Joannem alloquitur, zona aurea ſuper mammillas cinctus eſſe perhibetur; quia enim teſtamenti novi munditia etiam cordis luxuriam frænat; Angelus, qui in eo apparuit, in pectore cinctus venit.* Quid eſt, quod Angelus per naturam virgo, paſſionum expers, contra luxuriæ paſſiones armatus venit? Ut dixi in 4. ſolutione, & etiam dicam ſequenti, Angelus corpore aëreo apparebat, & licet liber ſit, ut *Angelus in corpore aëreo, contagio caſtitatis armatur.* appetitu tangatur, ac in libidinis periculum incidat, tamen ut non ex carne & ſanguine compoſitos, doceat cautelæ circumſpectionem, ideo in illo corpore luxuriæ non obnoxio, munimine contra libidinem apparet: Nullum Angelo periculum; ſed magnum nobis exemplum Chriſti reſuſcitati veſtigia oſculari intentat Maria; vetat Chriſtus dicens: *Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum:* Joa. 20. Joan 20. n 17. & tamen Thomæ concedit, ut manum in latus mittat, Joan. 20. n. 27. Quæ hujus rei cauſa pro noſtra magna doctrina? Thomæ contre- *Mulieris tactum fugiendum eſſe.* ctanda vulnera offert, ut cordis duritiem depellat, & gratiam cumulet; mulierem accedere vetat ad corpus illud ſacratiſſimum, libidinis immune, ut homines ad lapſum proclives doceat, illecebroſa mulierum obſequia fugere. De Maria dicebat D. Chryſol. ſerm 76. *Illud de* D. Chryſ. *figura eſt, hoc de ſexu; illud de Divina gratia, hoc de humana natura.* Puritas reſurrectionis, Divinitate munita, nullum illi periculum; noſtræ tamen infirmitati magnum dat ſuffragium ad eruditionem.

384. Richard. Septimò. Richardus de Sancto Victore: *In veteri teſtamento, ait, viſus eſt Angelus Propheta cinctus renibus; quia ibi carnis opera expreſſius prohibebatur: In novo autem Joanni viſus eſt Angelus præcinctus ad mammillas: quia nunc vel ipſæ cogitationes illicitæ manifeſtè reſtrananbtur: qui enim non inquinamentum carnis, quod veteri teſtamento jam fuerat interdictum, ſed inquinamentum Spiritus, quod in novo arctius eſt prohibitum, reſtringere veniebat, non ad renes, ſed ad mammillas, præcinctus debeit apparere.* D. Chryſ. D. Chryſoſtom. hom. 2. in Marc. poſtquam proponit dubium, ſic ait: *Lex in lumbis cingitur; Chriſtus hoc eſt Evangelium, & Monachorum virtus, non ſolùm in libidine, ſed in mente condemnatur: hic nec cogitare quidem expedit.* Pannon. Ansbertus. D. Anſelm. Hugo. Eandem rationem tradunt Pannon. Ansbert D. Anſelm. Albert. Magn Hugo, & alii. Res maximè notanda: *Joannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lum-* Matt. 3. *bos ſuos.* Matth. 3. n. 4. Imò Angelus in perſona Dan. 10. Domini apparens Daniel. 10 n. 5. *Ecce vir unus veſtitus lineis, & renes ejus accincti auro obrizo.* *Minima concitatio venerea fugienda, ac damnanda.* Joannes circa lumbos aſtringebatur; & Dominus apud Daniel. circa renes: At verò modò Chriſtus ad mammillas præcingitur? In Ioanne lex vetus figurabatur, ſicut in Domino apud Daniel. in qua ut imperfecta, maxima illius ſolicitudo, ac expreſſior cura erat in coërcenda libidine, quæ in opus externum prodibat; & hæc præcipue caſtigabant; at in filio hominis erat Evangelium, cujus tanta eſt eminentia caſtitatis, ut arctiſſimè jubeat, omnem curam adhibere, ad quemlibet pravum mentis affectum coërcendum ac ad excludendum minimam repræſentationem indecoram: & ideo cor, de quo cogitationes prodeunt, zonâ alligatur. Albert. Albert. Magn. *Quia in veteri teſtamento damnabatur luxuriæ opus, ideo Dominus apparuit Danieli renes accinctus: quia verò in novo teſtamento cogitationes malæ damnantur, ideo ad mammillas præcinctus oſtenditur.* Matth. 5 n. 27. Dictum Matth. 5. eſt antiquis; non mœchaberis: *Ecce cohibitio luxuriæ.* Ego autem dico verbis; qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, &c. *Ecce cohibitio cogitationis pravæ.*

Et

385. Et quamvis modò in Evangelio uberior ſit gratia, & Dei auxilio robuſtiores vires ad pugnandum tamen inter luxuriam, ac alia crimina hoc eſt diſcrimen, ut libidinis inquinamentum robuſtiſſimis maximo ſit in timore. Job ille fortiſſimus athleta, qui contra tot impugnamenta Satanæ invictus extitit, de ſe dicebat cap 31. n. 1. *Pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de virgine.* Unde tanta formido in tam ſtrenuo duce? ſciebat Jobus robuſtiſſimos milites à libidine fuiſſe victos; & ideo ſpem ſalutis ponebat, non tantum in excludendis aſpectibus, ſed etiam in amputandis cogitationibus. D. Chryſoſtom ſerm. 1. de continentia. *Quis non admiretur*, ait, *& obſtupeſcat, videns virum hunc cum Diabolo quidem viriliter certare, & omnes maligni machinas vincere; Virginis autem faciem fugere? Diabolum quidem videns accedentem non fugit, ſed manſit ſicut Leo, viribus fidens: Virgine autem viſa, non ſtetit; cenſebat nimirum, & prælio contra dæmones virili, & audaci animo opus eſſe, in continentiæ autem præparatione victoriam concedi, non Virginum conceſſu, non conſuetudine, ſed fuga.*

Job 31. Luxuria concertatio timenda viro ſtrenuo.

D. Chryſ.

386. Mandat Deus Saül pugnare adverſus Amalec, dicens ei: *Nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire univerſa ejus: non parcas ei, & non concupiſcas ex rebus ipſius aliquid: ſed interfice à viro uſque ad mulierem, & parvulum atque lactentem: bovem & ovem, camelum & aſinum.* 1. Reg 15. n. 3. Nonne ſatis erat, viros perimere, cur nec una mulier, nec unus infans unius diei a miſeratione vacuus erit? ita ut nec una ungula de Amalec ſuperſtes ſit: multos hoſtes habuit Iſraël, ut fuerunt Philiſthiim, Ammonitæ; in nullos cœleſti ſententia tanta crudelitate ſævitum eſt, ut in Amalec; quid de Amalec timet Iſraël, qui perfectionis imaginem exprimebat; qui tam fortis, & grandis natio erat, ut nulla alia eſſet, quæ ita Deum ſibi propinquantem haberet: quid ergo timet de Amalec, ut omnia ejus à viro uſque ad lactentem perimenda ſint, ita ut nec una ungula ſuperſtes ſit? D. Greg. lib. 6. in expoſit. in 1. Reg. cap. 1. ait: *Superius Amalec luxuriæ vitium deſignare diximus.* Ideo omnia illius ſunt de medio tollenda: in re libidinis ſive magnum, ſive parvum non eſt ſuſtinendum, ſed omnino perimendum: ſive ſit magnum in opere, ſive parvum, ſeu lactens in cogitatione. Et ſignanter dicitur: *Non parcas ei, & non concupiſcas.* Quia non ſolùm cautela adhibenda eſt, ut ne opere aliquid tibi retineas ſed etiam ut mente, ac deſiderio, ne aliquid exoptes. D. Gregor. citatus: *Quid eſt hic, ait, qui parcit Amalec; niſi qui, aut cogitatione, aut in ore, aut in carne, laſciviæ aliquid retinet? Dicit ergo: non concupiſcas aliquid ipſius ut penitus eradicetur a cogitatione; quid eſt ergo, non parcas ei, non concupiſcas aliquid ipſius? niſi quia luxuria omnis in carne perfectè damnanda eſt, & à mente radicitus extirpanda.*

1. Reg. 15.

D. Greg. *Minima cordis luxuria perimenda.*

Idem.

Quæstio L.

Quid mammillæ ſignificent?

387. Primò. D. Auguſt. ſeu potius Ticonius, Aretas, & alii hoc loco per mammillas interpretantur duo teſtamenta, quæ de pectore Salvatoris, tanquam de perenni fonte manant, ut populum Chriſtianum nutriant & reficiant in vitam æternam. In ſuo dilecto ſponſo Chriſto ſponſa mammillas, ſeu ubera agnoſcit; dicens Cantic. 1. num 2. *Meliora ſunt ubera tua vino.* Vinum optimum, & ſuaviſſimum eſt, cur ubera ei præferuntur? Per vinum humanæ delectationes interpretantur, ut docet D. Ambroſ. ſerm. 1 in Pſalm 118 vel etiam ſcientiæ, quæ homines ſpiritualiter multoties inebriant, ut Auctor eſt D Gregor Niſſenus homil. 1. in Cantic Ecce cur ubera ſponſi vino præferuntur: nam lac ſcripturæ in utroque teſtamento ab ejus uberibus manans excellentius, & ſuavius eſt omnibus hominis delectationibus, ac ſcientiis Philo Carpath. *Vt duo ubera, duæque mammæ*, ait, *hinc inde pectori affixa cor ambiunt, ita & duo teſtamenta ex Spiritu ſancto, ſpiritualem nobis potionem, Divini lactis inſtar, effundunt, noſque ſuper delectationes omnes humanas ſanctiſſimè lætificant, atque tuentur.*

D. Auguſt. Aretas Duo teſtamenta.

Cantic. 1.

Dulcedo ſcripturæ ſuper omnes delectationes, ac ſcientias.

D. Ambr. D. Greg. Nyſſen. Philo. Carp.

388. Secundò. Pannonius: *Hujus, ait, duo ubera, ſunt duo præcepta charitatis, quibus Deum diligere ſuper omnia jubemur, proximum ſicut nos: in pectore ubera pendent, & charitatis geminæ ſedes eſt in corde, quod ſub clauſtro pectoris deliteſcit.* Alii accinguntur ad renes, ut notavi ſuperiori quæſt. Ait Chriſtus hic apparet ſuccinctus ad mammillas: nonne hæ duæ ſunt, quia duo ſunt præcepta dilectionis, Dei nempe, ac proximi, quibus Chriſtus ſummè aſtringebatur in negotio noſtræ ſalutis? Præfata verba Cantic. 1. n. 2. *Meliora ſunt ubera tua vino*; Omnes ferè Hæbræi ſic legunt: *Meliores ſunt amore tui vino.* Unde hac ubertate, ac dulcedine uberum Chriſti ſatiata ſponſa plurimum, audebat pro ſuo dilecto in certamine ſtare; quæ eſt obſervatio D. Bernard ſerm. 9. *Tu feciſti, ait, ò ſponſe, qui in dulcedine uberum tuorum tanta me dignatione lactaſti; quatenus omni metu depulſo, audeam plus forte, quam expediat.*

Pannon. *Dilectio, Dei & proximi.*

Cantic. 1. Hebr.

D. Bern.

389. Tertiò. Viegas. Per has duas mammillas, duo univerſalia Deo attributa, ſcilicet miſericordiam in pios, & juſtitiam in impios interpretatur: etenim in omnibus Dei operibus, miſericordiam, & juſtitiam reperiri docet D. Thomas 1. p. q. 1. art. 4. de dextero miſericordiæ ubere ſugitur lac indulgentiæ, de ſiniſtro lac correptionis: hoc durius, illud ſuavius utrumque infantibus ſalutare.

Juſtitia & miſericordia.

390. Quartò. Pererius. *Duæ mammillæ, ait, ſunt, mens, & voluntas, hac cincta eſt auro ſapientiæ, illa charitatis: utræque lac præbent tum doctrinæ per prædicationem, tum gratiæ per Sacramentorum adminiſtrationem.* Unde ait divus Gregorius libro 34. Moral cap 8. *Zonam auream circa mammillas habere, eſt cunctos*

Pererius. *Mens, & voluntas.*

D. Greg.

cunctos mutabilium cogitationum motus, per ſolius amoris vincula, reſtringere.

391. Quintò in ſententia illorum, qui veſtem poderis qua Chriſtus hîc indutus apparuit, referunt ad illam antiquam Pontificis legalis, poterit dici, quòd mammillæ innuebant doctrinam, & veritatem, quæ in pectore, ac rationali Pontificis erant ſcripta. Dixit Deus Moyſ. Exod. 28. num 30. *Pones in rationali judicii doctrinam, & veritatem* Philo lib. *Quis rerum Divinarum hæres*; legit, *claritatem & veritatem*. Pro doctrina claritatem: nam doctrina debet eſſe clara. Nota etiam, quod in aliis dixit Deus Moyſi facies propitiatorium, facies menſam, Candelabrum, Cherubim Exod. 25 at hic non dixit, facies, ſed pones doctrinam, & veritatem: quia doctrina, & veritas non eſt facienda nec fabricanda, ſed ſimpliciter, ut eſt ponenda, ac dicenda. D. Sever. in Catena Græca: *Rectè*, inquit, *impones, non autem facies, perinde, ac de aliis jubetur? Non enim hæc pertinent ad artificium aliquod.*

Doctrina ſit clara. Exod. 25. *Veritas, & doctrina ſit nuda, & non conficienda.* Severian.

392. Duæ ergo mammillæ ſignificabant doctrinam, & veritatem; & veniens Dominus, arguere ac increpare Epiſcopos Aſiæ, hæc fert in pectore, & ſuper cor, ut Prælati Eccleſiaſtici inde admoneantur, ut quæ ſui muneris ſunt, ſemper habeant defixa in corde: & ut ſemper eis ante oculos obverſetur, ſuos doctrina imbuere, & veritatem errantibus aperire, ſecundum quod meriti, vel demeriti ratio poſtulaverit. Bruno apud Trim. ad locum citatum Exod. *Hoc Epiſcopi audiant, hoc diligentiſſimè attendant, & conſiderent, quid ſignificet, quod ſuper pectus Aaron doctrina, & veritas ponuntur: ille enim Epiſcopus rationale in pectore non habet, in cujus corde non eſt doctrina, & veritas. Quid enim ſine doctrina docebit? quid ſine veritate judicabit? ideo enim rationale judicii dicitur, ut in rationali ſit doctrina, in judicio ſit veritas. Semper igitur rationale, ſuper pectus ſuum Epiſcopus intueatur: ſufficit illi liber iſte, tota lex utriuſque teſtamenti, ſi ſcientiam in pectore habet.* Et cingitur hic Dominus zona aurea, quia hæc omnia debet Prælatus præſtare in charitate, quæ per zonam auream interpretatur.

Prælatus ſemper ſui muneris admoneatur. D. Bruno. *Prælatus judicet ratione, non affectu.*

393. Cùm unus ex ſenioribus, qui Suzannam accuſabant, in falſitate eſſet deprehenſus: *Rectè mentitus es & tu in caput tuum.* Dan. 13. n. 59. hoc eſt in ſententiam, ac condemnationem capitalem tuam, ac ſi diceret, non ego, ſed iniquitas tua, mendacia tua, te in mortem, ac capitalem ſententiam advocant: quod alibi dixit D. Cyrillus Alexand. *Non mea ſententia, ſed malitia tua te damnat.* In c. 2. Amos Cyrill.

Daniel. 13. *Non judex, ſed merita dicant ſententiam* D. Cyrill.

394. Ait Chriſtus Joan. 5. n. 30. *Non poſſum à me ipſo facere quidquam: ſicut audio, ſic facio.* Quid dicis Domine, non poſſum à me facere quidquam? Tu judex omnium es conſtitutus? tu ad judicium advocas; cauſam diſcutis? ſententiam profers & pronuntias; præmia concedis, & pœnam infers, quomodo dicis, quod non potes facere quidquam? In judicando nempè; non enim ſententiam promulgat à ſe excogitatam, ſed à reorum meritis ſolicitatam; quod eleganter diſſerit D. Ambr. l. 5. Epiſt. 20. *Non enim quaſi infirmus, dicit, ait, non poſſum à me facere quidquam, ſed hoc loco quaſi judex loquitur; ut cognoſcamus homines in judicando, quod non ex voluntate noſtra, & poteſtate, ſed ex æquitate debemus formare ſententiam, Juſtitia in judicando, non potentia eſt in judicando. Ego non judico, ſed facta tua te judicant, ipſa te judicant, ipſa te accuſant, ipſa te condemnant, leges te adjudicant, quas judex non converto, ſed cuſtodio. Nihil ex me ego profero, ſed ex te forma judicii in te procedit.*

Joan. 5. *Sententia ſit à meritis, pronuntiata.* D. Ambroſ.

395. Sextò. Mammillæ denotant affluentiam, ac exuberantiam Divinæ gratiæ in populum Chriſtianum, quæ ſui communicatione non minuitur, ſed creſcit, & augetur: ſic à mammillis fluit lac, ut de eo notavit D. Machar. hom. 12. *Lac ſugit infans, ait, omnémque modum lactis exhaurit: ac mammilla denuo alia hora impletur.* Non marceſcit mammilla communicans ſuum lac, ſed ſemper ſtatim abundat: quam conditionem æmulatur Chriſtiana charitas, quæ dum communicationi ſui ſpiritus inſtat, non minuitur, ſed magis creſcit, & in augmentum abit.

Gratia communicata augeſcit. D. Machar.

396. Cùm advenit Divinus Spiritus ſuper Apoſtolos dicitur Actor 2 n. 3. *Apparuerunt eis diſpertitæ linguæ, tanquam ignis, ſeditque ſuper ſingulos eorum.* Et cur Spiritus ſanctus ſub ſpecie ignis deſcendit ſuper Apoſtolos? Optimè ſub hac forma explicabatur gratia Spiritus ſancti ab Apoſtolis accepta. Ignis hoc habet, quòd dum communicatur, non minuitur, ſed magis creſcit, ac dilatatur: ſic gratia Spiritus ſancti in Apoſtolos, ſui communicatione creſcit, & augetur, ac dilatatur. D. Chryſoſt. ibi homil. 4. *Quemadmodum, ait, ab igne quotquot volet aliquis lucernas accendit, nec ignis minuitur, ita in Apoſtolis tunc temporis accidit.* Ignis, dum ſe communicat materiæ, creſcit: ſic Apoſtolica gratia in communicatione ſui maximè augeſcit.

Actor. 2. *Gratia ſui communicatione non minuitur, ſed augetur.* D. Chryſ.

QUÆSTIO LI.

Explicatur Zona aurea, prout ſpectat ad perſonam Chriſti.

397. Alludit hîc Joannes ad zonam auream veterum Pontificum, ut notant in præſenti Cornelius à Lapide, Menochius, M. Joannes de la Haye, & alii: Nam minores Sacerdotes cingebant ſe zona ex byſſo polymita, id eſt, cocco, & purpurâ intexta: Pontificis verò zona erat ex byſſo polymita, cocco, puro auro intexta. Hæc autem zona dicebatur, *Balteum*: Ut patet Exod. 28. num. 39. ibi cum D. Hieron. Beda, obſervant Abul. Lyran. & communiter interpretes. Ex quo ait N. D. Cyrill. Alex. *Vides igitur, quia militaris propemodum Aaron habitus fuerit, nempe, quia Chriſtus pro nobis bella geſſit in manu forti: ſicut ſcriptum eſt, arcum ſuum tetendit, & paravit illum, & ſagittas ſuas ardentibus effecit.* Nota etiam quod Chriſtus ingreſſus eſt in bellum humili fune ac catena, poſtea verò apparet zona aurea; at verò modo milites tendunt ad bellum balteo aureo, & redeunt omnibus ſpoliati.

Corn. Menoch. Exod. 28. D. Hieron. Beda. Abul. Lyran. D. Cyrill.

398. Tamen exiſtimo, quod zona, qua Chriſtus hîc præcinctus apparuit, æmulabatur illam antiqui Pontificis: nam Pontifex antiquus cingebatur balteo, ſeu zona facta opere Plumarii. Exod. 28. numero 36. opus autem polymitum, ut patet ex radice Græca, conſtat ex diverſis

Exod. 28.

diverſis liciis, ſeu ſi iis, ex variis, & verſicoloribus, ita ut aves varie depictas imitetur: & ita zona Pontificis antiqui erat ex byſſo intexta cocco, purpura, hyacintho, & auro. At zona, qua Chriſtus indutus hic apparuit, ſimpliciter tota erat aurea: proindeque meritò illa ſigni-
Viegas. ficabatur, ut notavit Viegas Exegetic 2. in eap. 1. ſect. 1. Sacerdotem illum, ſive Pontificem, cujus ille *ſimilis filio hominis* perſonam ſuſtinebat, ſacerdotibus Pontificibuſque legalibus longe excellentiorem eſſe Nam illa antiqua, ac legalis erat ex variis coloribus, ac filis ſimul cum auro intexta; hæc verò Chriſti, utpotè ſublimior, ac illuſtrior, tota ex auro.
Aretas. Hoc egregiè notavit Aretas hic: *Auream*, ait, *intuere zonam, quemadmodum legales, Sacerdotes palliis utebantur variatis: oportuit enim, diverſitatem manifeſtari inter ſervos, ſive legem umbralem, & veritatem.* Altiùs rem inquiramus.

399. Joachim. Primò. Joachim. Abbas: *Zona pellicea cingitur Ioannes, Zona aurea Chriſtus. Quantacumque Joannes perfectionis fuerit, comparatus tamen Chriſto, imperfectus apparet* Plures præcin-
Omnia in Chriſto ſublimia, & excelſa ſunt. ctos legimus in ſacra Scriptura, zona pellicea, vel lanea ut Parentem Eliam, Joannem Baptiſtam, & Ezechielem: Cur ergo Chriſtus talibus cingulis non alligatur, ſed auro conſtringitur? Ut inde colligas, quam latum ſit diſcrimen inter Chriſtum, & alios ſuos miniſtros; ſicut enim aurum pretioſum excellit omnia alia utiliora, ſic Chriſtus antecellit omnes alios:
Dan. 10. & apud Daniel. 10. n. 5. apparet Angelus, *& renes, ejus accincti auro obrizo*: At Angelus hic, qui Chriſti perſonam repræſentabat zona aurea præcinctus erat ad mammillas, inter quas eſt cor: quia omnia in Chriſto ſublimiora, & perfectiora ſunt.

400. Andr. Cæſ. Secundò. Zona aurea præcingitur, ad ſignificandam Chriſti D. excellentiam. Andreas Cæſarienſ. *Zona aurea præcingitur ad pectus circa mammillas, ut oſtendatur, opus nobis eſſe clementia, quæ juſtam Dei iram contineat: tum etiam veritas, qua duo teſtamenta, per quæ fideles tanquam per duo Domini ubera, nutriuntur. Dicitur autem zona iſta aurea, ad deſignandam ſingularem illius excellentiam, ejuſdemque caſtimonium, ab omni prorſus ſorde, & adulterino fuco*
Charitas. D. Greg. *co alienam.* Zona aurea ſignificat Dei Clementiam ac charitatem, ut etiam docet D. Greg. lib. 34. Moral c. 8. Nam ſicut aurum inter omnia metalla eſt pretioſiſſimum, ita inter omnes vir-
Veritas ſine fuco mendacii. tutes charitas; hac præcinguntur mammillæ, quæ juſtitiam ac miſericordiam denotant. Secundò Aurum ſignificat veritatem: nam ſicut aurum eſt purum ab omni iniquinamento, ita veritas eſt aliena ab omni fuco mendacii hæc
Caſtitas ſine ſorde. veritas circumcingit *duo teſtamenta, per quæ fideles, tanquam per duo Domini ubera, nutriuntur.* Tertiò denotat etiam zona aurea *ejuſdem continentiam ab omni prorſus adulterino fuco alienam.*

401. D. Bruno. Tertiò D. Bruno Aſtenſis ſic ait: *Quid zona aurea circa mammillas, niſi ſapientia in corde? (Inter mammillas namque jacet cor) ut ergo omnes ſapientiæ, & ſcientiæ theſauros in Chriſti pectore reconditos, demonſtraret; zona aurea ejus mammillam præcinctam dixit.* Zona aurea præcinguntur mammillæ, inter quas eſt cor, quia in corde Chriſti erant maximè reconditi, ac cuſ-

toditi *omnes theſauri ſapientiæ ac ſcientiæ Dei*, Sapientia & ſcientia debet eſſe cuſtodita, & *Scientia, ac ſapientia cuſtodienda & non vulgariter publicanda.*
hæc erat in Chriſto zona nempè aurea fulgore ſcilicet ſuæ divinitatis. Pergit S. Pater: *Si autem & tibi ſapientia fulget in pectore (hoc eſt enim zona aurea circa mammillas) cinge eam, ne effluas, ſtringe, ne amittas; dic cum Propheta: In corde meo abſcondi eloquia tua, ut non peccem tibi.* Pſalm. 118. n. 11. Zona aurea eſt ſapientia Pſalm. 118.
& ita ſit in corde cuſtodita, ut ipſa ſit ſui met cingulum, ut retineatur, & non amittatur. Chriſtique zona, eſt noſtra doctrina, documentumque.

Quartò. Rupertus: *In eo, quòd præcinctus erat, ait, ad mammillas zona aurea, intelligimus auctoritatem regiam, de Pſalmiſta.* 92. n. 1. *Dominus regnavit, decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe virtute. Decorem, & fortitudinem quam indutus eſt, vel qua præcinxit ſe Dominus regnans regno peccati deſtructo, & ſuperata morte, per zonam auream intelligimus, qua nunc videbatur ad mammillas præcinctus.* Per zonam auream intelligitur regia poteſtas, qua Dominus ſe præcinxit induens decorem ac fortitudinem: decorem ad ſuos nobilitandos, ac extollends: fortitudinem verò ad eos cuſtodiendos 402. Rupert. Pſalm. 92. *Dignitas regia ad nobilitandos, ac ſuos tuendos.*

Quintò. Poſſumus per zonam, qua Dominus apparuit præcinctus ejus Paſſionem & mortem intelligere; nam cingulo mortem crucis Dominus Petro præſignificavit: *Cum ſenueris, alius cinget te.* Joan. 21 n. 18. ut ibi ex D. Auguſt. Beda, Euthymio dixi. Si ergo præcinctio dicta Petro mortem crucis inflictam clavis denotat, non abs re dicemus, hanc præcinctionem Chriſti Domini mortem, ac Paſſionem ejus denotare. Sed cur hujuſmodi præfiguratio fit, zona aurea interveniente? potuit enim quolibet alio cingulo ſignificari. Quid habet zona aurea cum humili fune? Hæ ſunt divitiæ amoris Chriſti; Paſſionem ſuam, crucem ac mortem clementiſſimus Dominus pro nobis ſuſceptam ut zonam auream æſtimavit, ac reputavit: ill uſque ſignis ſe inſignitum ac præcinctum exhibet ad oſtenſionem ſuæ pulchritudinis cum jam in cœlo glorioſus regnat. 403. Joan. 21 D. Auguſt. Beda. Euthim. *Chriſti Paſſio pro nobis ei fuit valdè pretioſa.*

Sextò Juxta D. Greg. citandum quæſt. ſequenti ac Doctores in præſenti, auri nomine charitas ſignificatur, & rectè Angelus, qui Chriſti perſonam agebat, præcinctus apparet ad mammillas zona aurea, quia Chriſti cor, ac pectus undique totum fuit præcinctum, ac religatum ſua ſupema, ac infinita charitate; unde rectè hæc zona dicitur tota aurea, quod, ex ipſa auri natura ſic oſtendo. 404. *Summa Chriſti charitas multis explicatur.*

Auctor eſt Plinius lib. 33 cap. 1. & ſequentibus, quod in auro novem ſunt conſiderandæ: *Mira generatio, ſplendor, pondus, facilitas materiæ, conſtantia, munditia, medicina, miracula, pretium.* De quibus auri qualitatibus latè agit Alcazar hic Annot. 12. pag 225, quibus omiſſi in præſenti ſic rem accommodo ad Chriſti charitatem. Primò *Generatio*, Aurum gignitur in viſceribus terræ intimis: Divina charitas progenita eſt in viſceribus infinitæ bonitatis, ac pietatis Divinæ. Secundò. *Splendor* Divinæ charitatis valdè ſuperexcellens Pſalm 109 num 3 *In ſplendoribus Sanctorum*. Seu ut legit Chaldæus: *In ſplendoribus ſanctitatis.* Qui ſplendores, ut multi expli- 405. Plin. Alcazar. *In auro novem conſideranda.* Pſ. 109. Chald. Lorinus.

Omnia attributa relucent in Chriſti charitate.

explicant apud Lorinum , ſunt Divinæ perfe-
ctiones attributales, quæ ſunt luces,ac ſplen-
dores Sanctorum ad ſuas operationes ac actio-
nes dirigendas : omnes hujuſmodi ſplendores,
ac Divinæ perfectiones attributales relucent in
hac infinita Dei charitate, omnipotentia im-
menſitas,ſcientia,miſericordia,juſtitia,decujus
toto rigore Chriſtus ſatisfecit : ac fortitudo ,
quæ ibi in Paſſione ejus abſcondita eſt. Ha-
Habac. 3. bach.3.n.5. Tertiò. *Pondus.* Inter omnia me-
talla aurum valdè ponderoſum:tam ponderoſa
fuit Divina Charitas , ut plus præponderave-
rit,quam vita unigeniti filii Dei : *Sic Deus di-
lexit mundum,ut filium ſuum unigenitum daret*
Joan. 3. Joan.3.n 16.*Qui proprio filio ſuo non pepercit*
Rom.8. Rom 8.n.32.Quartò. *Fac litas materiæ* : Nam
ut teſtatur ipſemet Plinius,aurum inter omnia
metalla maximè extenuatur, ac extenditur:ſic
Filius Dei præſua charitate ſic ſe extenuavit,ut
Philipp. 2. dicat Paulus ad Philipp.3.n.7.*Semetipſum exi-
nanivit,formam ſervi accipiens.* Quintò. *Conſ-
tantia.* Aurum valdè forte , & conſtans, itaut
teſte Plinio , ſi per integrum diem ſit in igne,
non conſumetur, ſed magis ac magis purifice-
tur:valde fortis , & conſtans eſt Divina chari-
Cant. 8. tas , itaut dicatur Cantic.8. n.7. *Aquæ multæ*
Job. 6. *non potuerunt extinguere charitatem* Et Job in
perſona Chriſti in ſua paſſione dicat 6.n.12.
Nec caro mea ænea eſt;pro multitudine eorum
quæ in paſſione ſua pertulit.

406. Sextò. *Munditia.* De auro teſtatur Plinius-
Plinius. *quod nulla rubigo,nulla ærugo,non aliud ex ipſo
eſt;quod conſumat bonitatem, minuatvè pondus.*
Sic & charitas à peccatorum maculis abhor-
1. Cor. 13. ret *Non gaudet ſuper iniquitate.*1.Cor.13.n.5.
tanta fuit Chriſti charitas , quod cum ipſe ſit
ipſamet puritas , & ſanctitas,*qui peccatum non*
Iſai. 53. *fecit nec dolus inventus eſt in ore ejus* Iſai.53.
n 9. tamen figuram peccatoris non abhorruit,
2. Cor. 5. ut dicit Apoſtol.2.Cor.5.n.21.*Qui non nove-
rat peccatum,pro nobis peccatum fecit*,ideſt pro
nobis voluit peccator reputari, ac inter latro-
nes crucifixus mori, ut communiter explicant
Plinius. Patres Græci. Septimò *Medicina.*Plinius: *Au-
rum*,ait,*pluribus modis pollet in remediis,vulne-
ratiſqae ſalutare applicatur.*Ex immenſa Chri-
Iſai. 53. ſti charitate: *livore ejus ſanati ſumus*.Iſai.53.
Vatablus. n.5.Vatabl *In livore ejus nobis eſt medicamen-
tum.*Nempè morte,paſſione,ac ſanguine Chri-
ſti, Sacramentiſque ab eo inſtitutis.

407. Octavò. *Miracula* In auro multa ſunt mi-
racula,ut patet ex facilitate ejus materiæ con-
ſtantia , munditia , ac medicamine : omnia in
Chriſto D.fuerunt ſuprema,& altiſſima mira-
cula,quæ pro ſua infinita charitate eſt opera-
tus ut immenſus contractus eſſet in utero Vir-
ginis;& ut qui omnibus præbet alimenta,par-
vas lactis guttas expectet ab ubere Virginis :
& quod cum ipſe ſit vita per eſſentiam : ſit
D. Ephr. crucifixus , & mortuus. Unde Divus Ephrem
oration.2. de Beata Virgine Chriſtum appel-
lat præſtantiſſimum *Orbis miraculum,ac mira-
culum miraculorum.*

408. Nonò. *Pretium.* Aurum intér cætera me-
Sanguis Chriſti valde pretioſus. talla majoris eſt pretii : Chriſti ſanguis inter
cætera ſummi , & præſtantiſſimi pretii ut po-
te infiniti valoris. Unde ait Paulus 1. Co-
1. Cor. 6. rinth.6. numero 20. *Empti eſtis pretio magno.*
D. Auguſt. Ex quo clamat D. Auguſt.in Pſalm.102. *Ma-
gna res anima , quæ Chriſti ſanguine redempta
eſt. Gravis animæ caſus , qui niſi cruce Chriſti
potuit reparari.*

In hac noſtra Apocalypſi vidit Joannes Dei 409.
filium qui cum magno trophæo, ac triumpho
exiens, vincens ut vinceret : *Et veſtitus erat
veſte aſperſa ſanguine: & vocabitur nomen ejus
Verbum Dei* Apocalypſ.19.num.13 Reges, ac Apocl. 19
Imperatores in magnifico,ac pompoſo trium-
pho induunt ſe regali purpura,ſaphiro,ac ſma-
ragdo, aliiſque lapidibus pretioſis intexta ; at
filius Dei in magnifico,ac glorioſo ſuo trium-
pho mortis,ac principis tenebrarum qualinam
veſte componitur ? ea nempè , quæ excellen
tior eſt ſuper aurum , lapidem pretioſum *Sanguine ſuo pretioſiſſimo Chriſtus exornatur.*
multum,quæ infinitæ majeſtati,ac tam per ex
celſo triumpho conveniens , ut eſſet ejus ſan-
guine infiniti valoris inſignita , ac conſpicua:
hac tantum infinitus Dominus poterat,compo-
ni,& exornari D. Auguſt. ſerm.178.qui eſt de
Aſcenſ. *Aſcendebat Dominus*, ait , *crucis cruo-
re perfuſus , ac triumphalibus victoribus lau-
reatus.*

Quæstio LII.

Explicatur zona aurea, prout in ea ſignificantur Iuſti Chriſto adhærentes.

PRimò. Divus Gregorius lib. 21. Mo- 410.
ra. capite 8. ſic ait : *Zona in pectore ,* D. Greg.
*eſt refrænatio malorum in corde , ne hominem
lædant , eſtque aurea , quia quiſquis ſupernæ
patriæ civis eſt , non tam timore ſupplicii , ſed
amore charitatis immunditiam deſerit , bo-
numque operatur.* Præcingi ad mammillas , eſt
cohibere mala in corde , ne exterius pro-
deant , & hominem inficiant : ad hoc nonne
ſufficiens erat quælibet zona plumbea , vel
ferrea , cur aurea ad cingendum aſſumitur ?
Quia cohibitis noſtris cupiditatibus , obſe- *Juſtus agit, non timore pœnæ. ſed amore Dei.*
quia debemus Deo præſtare , non zonis
aut vinculis ferreis timoris , ſed aurea di-
lectionis charitatis zona : *Non timore ſup-
plicii , ſed amore charitatis immunditiam de-
ſerit , bonumque operatur.* Hinc à Regio Vate
ſponſa decantatur pulcherrimo ornatus veſti-
ta , Zonis aureis ſplendens : *In fimbriis au-
reis.* Pſalm. 44 numero 15. quod adducere- Pſal. 44.
tur ad divina præcepta adimplenda, ac ad Dei
obſequium exhibendum , non ferrea metus
coactione , ſed aurea dilectionis catena con-
ſtricta. Quod etiam docet idem Divus Gre-
gorius lib. 34. Moral. cap. 8. *Auri nomine,*
ait , *charitas nominatur , ſicut Angelus , quem
ſibi Ioannes loqui aſpexit, ad mammillas zona
aurea cinctum videt , quia nimirum ſuperno-
rum civium pectora , dum pœnali jam timore
nequaquam ſubjecta ſunt , atque à ſe vitiſſim
nulla ſciſſione ſolvuntur , ex ſola charitate con-
ſtringuntur,*

Secundò. Joachimus Abbas : *Zona au-* 411.
rea , ait , *virtus eſt internæ munditiæ ; fir-
mum , & inconcuſſum caſtitatis propoſitum ſpe-
cialis : diſſimilis eſt huic Zona pellicea in per-
ſeverantia , in colore , & in pretio. Illa enim
cito deficit , & in brevi conſumitur vetuſta-
te , ac novitate ſui conſervatur diutius ; quia*

aurum

aurum natura imputribilis eſt; in pelle ſplendor non eſt, in auro eſt; quia illis Deum ſuum videre conceditur, qui zonis aureis circa pectora muniuntur. Præcinctio zonæ aureæ ad mammillas, cuſtodiam internæ caſtitatis denotat, quæ mẽs viri ſpiritualis ſtringenda eſt, ne per illicitas luxuriæ cogitationes diſſolvatur; ad hoc præceſſit caput, ut membra inſtruerentur. At ad hanc præcinctionem ad mammillas nonne ſufficiebat zona pellicea, ad quid aurea requiritur? Zona pellicea vilis, brevi conſumitur, ac nullum habet ſplendorem; at zona aurea, valdè pretioſa, natura imputribilis eſt, ac maximè fulget. Meritò ergo hac zona præcinctus eſt filius hominis ad mammillas, caſtitatis enim virtus valdè pretioſa, conſtans, & inconcuſſa eſt, fulgetque ſui exemplo in hac vita, & in æterna felicitate ſplendoribus viſionis beatæ.

Caſtitas præſtantiſſima & conſtans in in propoſito.

412. Galfrid. Tertiò Galfridus Abbas: *Nec mirum, ait, ſi in ſe quidem mundiſſima, & integerrima illa veſtis, ea exterior vita apparuit, intus verò ſapientiæ plenitudo, & in corde ejus, lex divina præ cæteris filiis hominum fuit; & fortaſſis ipſa eſt zona aurea quæ per circuitum ad mammillas, ubi ſedes eſt cordis, hunc filium hominis addidit, qui veſtitum podere antea perhibuit.* Coopertus erat filius hominis inſigni veſte poderis, cur zona illi neceſſaria, quando ipſa veſtis poderis, maximè ita corpori ſtricta, ut ſine cingulo corpori adaptaretur, ut jam dixi & de veſte tali tradit D. Hier. Epiſtola ad Fabiolam? Veſtis illa poderis, perfectam, & conſummatam juſtitiam quoad exterius ſignificat; inde additur illi zona aurea ad mammillas, ubi ſedes eſt cordis: talis ergo circulus innuit perfectam virtutem, cum conſummata aurea charitate; ut oſtenderetur, virtutis perfectionem, non ſolùm exterius, ſed & interius illi ineſſe: *Illa veſte, exterior vita apparuit, intus verò ſapientiæ plenitudo, & in corde ejus lex divina.*

Virtus perfecta non ſolum in eſt exterius, ſed & interius.

413. Primas. Victorin. Quartò. Primaſius, Victorinus: *Zona aurea chorus Sanctorum,* inquiunt, Duo hîc inquirenda ſunt, cur chorus Sanctorũ mammillas Chriſti præcingens zona aurea dicitur; & quid agunt Sancti, dum inſtar zonæ pectus Chriſti circumdant, pendentque ab uberibus ejus? Percipiunt namque corporis, & ſanguinis ejus Sacramenta, quæ per ubera Chriſti ſignificantur. Tres Patres illud Cant. 1. n. 2. *Meliora ſunt ubera tua vino:* ſic inquiunt. *Quod ſi ubera myſticè vis intelligere, per ubera illa admiranda, ac una præſtantiora cogita ineffabiles illos altaris fontes, ex quibus nos omnes pietatis alumni nutrimur.* Ex quo pondera, quòd dum Sancti è pectore Chriſti pendent ejuſque Sacramenta corporis, ac ſanguinis ſugunt; dicuntur aurei: *Zona aurea.* Sic extolluntur, ac nobilitantur, ut non lutei, ac terreni, ſed toti aurei appareant; ait Deus Moyſi, *Facies altare ad adolendum thymiama de lignis Sethim, veſtieſque illud auro puriſſimo.* Exod. 30. n. 1. Ligna Sethim olim erant valdè pretioſa, non ſolùm quia incremabilia, & imputribilia erant, ſed quia multo candore fulgebant, cur ergo auro veſtienda? Quidquid enim ad altare Domini accedit, non in qualibet conditione, ſed in excellentiſſima ac præſtantiſſima conſtituitur, ut totum aureum appareat.

Chorus Sanctorum. Tres Patres Cant. 1. *A participatione Euchariſtiæ redditur homo aureus.* Exod. 30.

414. D. Ambr. Quintò. D. Ambroſ. *Per zonam auream, ait, Patriarchæ & cæteri Juſti, qui ante legem fuerunt deſignantur. Quæ aurea fuiſſe dicitur, quia multis tribulationibus, ſicut aurum in fornace, probati eſſe noſcuntur: ſicut Abraham, qui de igne Chaldæorum erutus eſt: ſicut Loth, quem Sodomitæ afflixerunt: ſicut Iſaac, qui cæcitatem pertulit.* Juſti, ut jam dixi, & iterum dicam, ſignificantur per zonam ad mammillas, ubi cor eſt & rectè denotantur per zonam, non quamlibet, ſed auream; quia juſti, ſicut aurum in fornace, multis laboribus probantur, & his dicuntur in corde Chriſti; quia iſte Dominus ſuorum labores, ac merita habet in corde, ac pectore, ut pro eis præmia reddat, coronas diſtribuat æternas.

Chriſtus ſuorum merita habet in corde ut eis præmia conferat.

Sextò Beda ait: *Zona aurea, chorus Sanctorum eſt, cordis charitate Domino adhærens.* Per zonam auream interpretantur juſti, qui charitate ferventes inter ubera Domini commorantur, ibique inveniunt aſyla, munimen, ac turres, quibus maximè cuſtodiuntur, ita ut non valeant, ab hoſtibus expugnari, juxta illud Cantic 8 n. 10. *Ubera mea ſicut turris.* Pulchrè Guillielm. Abbas apud Deltium: *Ubera mea, non tantum ſunt ubera, ſed etiam tanquam turres; nutriunt ut grandeſcant, quos muniunt à facie inimici.* In illius pectora ſunt ubera, ut ſint etiam turris ubera ut nutriant, turris ut defendant, & tueanrur, quos nutriunt. 415. Beda.

Per charitatem hic Deo unitur juſtus ut ſit inexpugnabilis. Cantic. 8. Guillelm.

Per civitatem ſuum dilectum quærebat ſponſa; tunc contigit, ut ipſa ait Cantic. 5. n. 7. *Invenerunt me cuſtodes, qui circumeunt civitatem, percuſſerunt me, & vulneraverunt me: tulerunt pallium meum mihi.* At aliter ei contigit cap. 3. num. 2. quod dum quæreret ſuum dilectum *Invenerunt me, ait, vigiles, qui cuſtodiunt civitatem: num quem diligit anima mea, vidiſtis? Paululum cum pertranſiſſem eos, inveni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam.* Bis inventa dicitur à cuſtodibus; magno tamen diſcrimine; nam primò cum invenitur, vulneratur, percutitur, palliumque ab eis aufertur; at verò ſecundò cum invenitur, non vulneratur, nullumque incommodum reportat; ſi in primo in tot pericula incidit, quomodo in ſecundo ab illis libera evadit, quid amplius habuit in ſecundo? Præferebat Dei dilectionem ſecum, quam publicabat, ac evulgabat: *Num quem diligit anima mea, vidiſtis.* Et tali ſcuto munita omnia pericula ſuperavit: in ſecundo eventu, cum ſine illo in tot diſcrimina incidiſſet in primo eventu, libera evaſit. 416. Cantic. 5. Cantic. 3.

Dei Charitas nos cuſtodit à malo.

Decantat Regius Vates Pſalm. 5. n. 15. *Scuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos.* D. Cyril. Alexandrin. lib. 3. in Iſai. legit: *Velut armis benevolentiæ coronaſti nos.* Ipſa divina benevolentia dum nobiſcum defertur, tanquam arma, nos cuſtodit, & tuetur, ſic ait citatus Cyrillus *Benevolente enim, & pacato Deo, & Patre, arma nobis infracta exhibitus, & factus eſt Chriſtus, ſe telis maligni pro nobis opponens, populumque ſuum invulneratum, & ab ejus malitia immunem, intactumque cuſtodivit.* 417. Pſalm. 5. D. Chr. Al.

Dei amor, noſtrum ſcutum.

Apoc. 1. *n.* 14. Caput autem ejus, & capilli erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix, & oculi ejus tanquam flamma ignis:

VERSIONES.

Syrus. Et dii albi, ſicut lana alba.

Arabicus. Et nive ſuperiores in candore.

D. Cypr. l. 2. adverſus Judæos. Et capilli erant albi, velut lana, aut nix.

D. Auguſt. Sicut lana alba, & nix.

EXPOSITIO X.

418. *Cur, quater caput, facit mentionem de capillis.*

CAPUT autem ejus, & capilli erant candidi: hac canitie ſignificantur Chriſti æternitas ac proinde conſequenter ejus omnis ſcientia, omnis prudentia, omnis providentia; cani enim ſunt Senes; & ait, quod caput, & capilli erant candidi; quia aliqui habent caput candidum capillos verò barbæ nigros; vel è contra; quod non eſt ſignum perfectæ ſenectutis: ut ergo ex omni parte indicet perfectam Chriſti æternitatem, ait totum caput, omneſque ejus capillos candidos eſſe. *Tanquam lana alba, & tanquam nix.* Multis comparationibus utitur ad majorem rei expreſſionem; & quia nix non ſolùm eſt candida, ſed etiam nitens, ac ſplendens omnia in Chriſto fulgent, & nitent in toto orbe.

419. *Oculi ejus tanquam flamma ignis.* Judices ſunt iræ Chriſti, & vindictæ in hoſtes Eccleſiæ, ac omnes iniquos à qua nemo ſubduci, ac abſcondi poteſt juxta illud Jeremiæ 32. n. 19. *Oculi ejus aperti ſunt, ut reddat filiis Adam ſecundùm fructum adinventionum eorum.*

Jerem 32.

QUÆSTIO LIII.

Quare Chriſtus hîc appareat capite, ac capillis candidis?

420. Daniel. 7. *Chriſtus ſuo æterno Patri cævus.*

PRima, & communis expoſitio eſt, quòd quamvis Chriſtus D. ſit ſpecioſus præ filiis hominum; tamen Joanni hîc apparet ſenex, ac jam provectæ ætatis, ut ejus genitor viſus eſt à Daniele cap. 7. n 9. *Antiquus dierum ſedit, & capilli capitis ejus tanquam lana munda.* Ut ſic ſignificaretur Chriſtum D eſſe coævum, ac coæternum Patri ſuo; capillorum enim candor antiquitatem, & æternitatem denotat, ut patet ex citato Danielis loco. Rupertus lib. 1. in Apocal. ſic ait: *Hujus, atque illius capilli capitis æque candidi ſunt; uterque per candorem capitis ſenex oſtenditur; nulla diſtantia; quia videlicet, nec anno nec menſe, nec die, nec hora, nec puncto temporis filius iſte junior eſt illo tam ſene Patre ſuo*

Rupert.

421. Et notandum, quòd ſicut ille antiquus dierum viſus eſt à Daniele ſenex ſecundùm caput, ob ſuam æternitatem: ſic etiam hîc Chriſtus ſenex apparet ſecundùm caput, hoc eſt ſecundùm divinitatem *Caput Chriſti Deus eſt.* 1. Corinth. 11. num. 3 ſecundùm quàm coævus, ac coæternus eſt Patri; & rectè Joannes hic Chriſti æternitatem exprimit; tunc enim tempore illo inſurrexerunt Hereſiarchæ garrientes, Chriſtum ante Abraham, ac Virginem Mariam non extitiſſe, ſed eis omnino poſteriorem eſſe. Ecce cur neceſſe fuit, ſic Cheiſtum apparere cum capitis canitie, ut totaliter hic error amputaretur; ſicque Chriſtus ſuæ Eccleſiæ periclitanti ſubvenit; ac ſuccurrit: Subſcribit Rupertus: *Conflabant, ait, ſuas blaſphemias Antichriſti, ut negarent Chriſtum extitiſſe ante Mariam; at ille ſibi providens, imò ſuæ Eccleſiæ in fide periclitanti conſulens, Joanni hunc ſuum demonſtrabat caput, præ antiquitate candidum, quod non ſolùm ante Mariam, ſive ante Abraham, ſed ante Luciferum erat ſine tempore genitum, ante tempora de Patre natum.* Deſcribitur ergo hic Chriſtus, ut ſummus Sacerdos, ac Pontifex veſte poderis, ut verus Rex zona aurea, ut verus Deus coæternus Patri canitie capitis.

1. Cor. 11. *Chriſtus ſuæ Eccleſiæ periclitanti ſubvenit.*

Rupert. *Chriſtus Pontifex, Rex verus Deus.*

Secundò. Andreas Cæſarienſ. *Et ſi noſtra cauſa carnem induimus recens in medium prodiit, ſecundùm ſe tamen antiquus, imò verò modis omnibus ſempiternus eſt; atque in hujus rei argumentum canis capillis opertus cernitur.* Similiter Aretas per caput, ac capillos candidos interpretatur myſterium Incarnationis, ſicut enim caput capillis cooperitur, ſic Divinitas humanitate abſcondita erat in Chriſto Capilli ſunt candidi, quia ipſe abſolutè in ſe antiquus dierum eſt, vel ut ait Aretas: *Myſterium Incarnationis novum manifeſtatione, beneplacito ac decreto ante ſæcula.* Juxta illud Pauli ad Coloſſ. 1. n. 26. *Myſterium, quod abſconditum fuit à ſæculis, & generationibus, nunc autem manifeſtatum eſt Sanctis ejus.* Et rectè humanitas per capillos denotatur, nam ſicut hi ſunt tenues, & fragiles, ſic & humanitas, & Verbum Dei corpus aſſumens, humanam fragilitatem, ac debilitatem non reſpuit. Galfridus Abbas Conci. 34. *Hoc loco fortaſſis principium nobis principatus innuitur, juxta illud, in capite libri ſcriptum eſt de me, quod ſi Incarnatio ſecundùm hoc intelligitur ejus caput, dicamus etiam capillos de capite ejus prodeuntes, multiplices ejus neceſſitates, & infirmitates ex eadem origine procedentes, qui enim fragile corpus aſſumpſit, plurima etiam fragilitatis corporeæ ſigna dedit.* 422.

Andreas.

Aretas. *Myſterium Incarnationis.*

Galfrid. *Dei Verbum aſſumens naturam humanam, ejus fragilitatem non reſpuit.*

Tertiò Aretas: Per capillos candidos accipit puram; & candidam humanitatem Chriſti. Secundò Viegas puritatem vitæ Chriſti. Hinc dicitur candidus Cantic 5 n. 10. Sap. 7 num 26. Tertiò poſſumus dicere, per capillos denotari Dei cogitationes ab æterno ita ſplendentes, ut aciem noſtri intellectus perſtringant: Pro quo ſuppono, per capillos deſignari cogitationes, ut teſtatur D Gregor. lib 2. Moral cap 8 ad illa verba Job. 1. num. 20. *Tonſo capite corruit in terram*, Sic ait Sanct. Doctor: *Caput tondere, eſt cogitationes ſuperfluas à mente reſecare, & tonſo capite in terram corruit, quia repreſſis præſumptionis ſuæ cogitationibus, quàm in ſemetipſo infirmus ſit, humiliter agnoſcit.* Hinc Religioſi, ac Virgines Deo conſecratæ tondentur tanquam liberæ ab omni vana cogitatione; ſoli Deo ſervire volentes, quæ conſuetudo ex Apoſtolica traditione manavit, ut teſtatur D. Iſidorus de Divinis nominibus. Ecce cur capilli Chriſti candidi dicuntur, ſicut & caput ejus: quia ejus cogitationes, utpote veri Dei ſunt ab æterno, nec aliquid novum ei ſuccedit in tempore, & ideò albæ ſicut eſſentia divina deſcri 423.

Aretas. Viegas.

D. Greg. Job. 1.

Cogitationes Dei ab æterno & incomprehenſibiles.

deſcribuntur. Et dicuntur capilli candidi ad inſtar nivis: nix habet quemdam nitorem, & tanquam radios è ſe emittit ob quos ſplendida dicitur, & ex hoc meritò divinæ cogitationes ei comparantur; nam adeò ſplendentes, & fulgurantes ſunt, ut omnem creatum intellectum obcæcatum reddant, ſi eas perſcrutari curioſè
Rom. 11. voluerit. Hinc Paul. clamat Rom. 11. n. 33. *O altitudo divitiarum, quàm incomprehenſibilia*
Pſalm. 35. *ſunt judicia ejus!* Et Pſalm. 35. n. 7. *Iudicia tua abyſſus multa.*

426. Rupert. Eſdr. 4. c. 2. Quartò. Chriſtus D. hîc, ut ait Rupertus Abbas per candorem capitis ſenex oſtenditur; & tamen Eſdras juvenem eum vidit, ait enim l. 4. c. 2. n. 42. *Ego Eſdras vidi in monte Sion turbam magnam, quam numerare non potui; & in medio eorum erat juvenis ſtatura excelſus, eminentior omnibus illis, & ſingulis eorum capitibus imponebat coronas.* Ecce Eſdræ juvenis apparet, Joanni autem ſenex & multæ ætatis; cur tam diverſimodè ſic apparet: Eſdræ oſtendebatur ſuos coronans, eorumque laboribus, ac meritis præmia conferens; at Joanni repræſentabatur ut caſtigaturus, ac reprehenſurus aliquos Aſiæ Epiſcopos. Apud Eſdram juvenis viſitur, tanquam diligenti ac juvenili celeritate utens, ad ſuorum merita coronanda, ut credatur breviſſimum tempus intereſſe inter eorum labores, ac præmium collatum. At Joanni non mirum, quod ſenex appareat tanquam lento gradu veniens ad puniendum, ut ſic oſtendatur, ad caſtigationem vix procedere, niſi poſt longiſſimi temporis expectationem, quæ ſufficeret ad ſenectutem faciendam. De quo multa in noſtris libris in Evang. Verbo Miſericordia.

Deus cel rad præmia, moroſus ad pœnam

427. D. Auguſt. Cantic. 5. Quintò. D. Auguſt. tract. 37. in Joan. qui per capillos Chriſti Sacramenta interpretatur; ad illa Canticorum verba cap. 5. n. 2. *Aperi mihi ſoror mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium:* Sic ait Auguſt. *Caput Chriſti Deus, ſed portantur in crinibus, ideſt, in Sacramentis viſibilibus.* Guttæ nempe ad rores divinæ gratiæ Cui expoſitioni cohæret illud
Judic. 16. quod de Samſone refertur cap. 16 Judic. num. 19 quod in ſeptem crinibus ejus reſidebat tota illius fortitudo; quibus reſectis, omnis fortitudo ab eo receſſit; ſic & Chriſtus in ſeptem Sacramentis, tanquam in ſeptem crinibus, omnem ſuam fortitudinem oſtendit; ea enim ad gratiam communicandam inſtituit, quæ cum hæretici negant, quaſi à Chriſto fortitudinem ſuam excidere conantur.

Per Sacramenta communicatur Chriſti fortitudo.

426. Rupert. Sextò. Rupertus in præſenti: *Capilli, ait, à capite procedunt, & multi ſunt; multa enim ſunt Dei verba, quæ de uno, vel per unum Verbum, quod erat in principio, præceſſerunt.* Deus Verbum, & unum caput eſt, verba autem multa, quæ ab eo per Scriptores Canonicos. Prophetas ac Evangeliſtas proceſſerunt tanquam multi capilli unius capitis ſunt; ſed cur lanæ comparantur? quia ſic ex lana, ac ejus filiorum textura fit veſtis, ſic de multiplicibus Dei verbis in vocem prophetarum, ac Evangeliſtarum transfuſis ſcribendo contexta eſt Sacra Scriptura quæ rectè lanæ albæ comparatur ut dici-
Pſalm. 11. D. Hieron. tur Pſal. 11 n 9. *Eloquia Domini, eloquia caſta.* D. Hier. *Eloquia munda* Alii ex Hebræo: *immacula a.* Et etiam tanquam nix dicuntur, ob ſuam munditiam, ac puritatem, quæ per nivem ſignificatur; *Lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.* Pſal. 50. n. 9. *Nive dealbabuntur in Selmon.* Pſal. 67. n. 15. Pſalm. 50. Pſalm. 67.

Puritas ſcripturæ Sacræ quæ ex multis ſcriptoribus conſtat.

427. Septimò Per Capillos capitis Chriſti, qui dicuntur candidi tanquam lana alba, ac nix, intelliguntur Sancti, quod mu tipli iter explicatur. Et primò Beda: Propter multitudinem
Beda. dealbatorum innumeram. Secundò Pannonius:
Pannon. Quia ſicut capilli de capitis ſubſtantia non ſunt ſed de ejus tamen virtute procedunt: ſic & juſti, quamvis ſubſtantiam divinitatis non participent, virtutem tamen gratiæ à Chriſto hauriunt. Tertiò. D. Bern. Seneſ. *Capilli, ait, d*
D. Bern. *eſt, ſancti per fidem, Chriſto adhærentes capiti, per abſtinentiam extenuati, perſeverantia dealbati, cani facti, & mundificati.* Capilli cum ſint tenues, denotant juſtos extenuatos per pœnitentiam, candidi verò, ipſoſmet p ros ſignificant, & perſeveranter, tanquam in amore Dei ſeneſcentes Quartò. Premo illa verba, *Chriſti adhærentes capiti;* adhærent Chriſto candido ob ſuam puritatem etiam juſti ob participatam puritatem candidi ſunt; *Caput ejus aurum* Cant. 5. n. 11. *Reclinatorium aureum,* Cant. 3. n.
Cant. 5. Gilbert. 10. Gillibert. Abbas ſerm. 18. in Cant. *Caput tuum aurum optimum, reclinatorium aureum non invenit, ſed reddit, ubi ſe reclinat.* Juſti qui adhærent capiti ſuo candido Chriſto, fiunt candidi, ut di xi ſuprà q 52. n. 413. Quintò Dionyſ. Carthu-
Carth. Richel. ſian. Richelius: *Juſti dicuntur capilli candidi, ut lana alba, & mollis, & calefactiva; ſic iſti ſunt albi cordis munditio, miles per docilitatem, ac mititatem habentes cor carneum ad ſuſceptionem devotionis aptiſſimum, calefactivum propria mentis, ac proximorum, per infuſum ſibi divinum amorem. Nix etiam dicuntur quæ frigida, ita & ipſi concupiſcentiæ carent fervore, & frigidi ſunt à mundi hujus amore.* Juſtus calidus Dei ac proximi amore, frigidus ſæculi amore Sextò Primaſ.
Primaſ. *Capillos albos, præcelſos, juſtitiæ virtutibus enitentes, multitudinem candidatorum dicit.* D. Bern. *Ex hoc concludit tur Sanctorum Chriſto adhærentium ſublimitas.* Juſti non per barbæ pilos, ſed per capitis capillos denotantur Capite nihil ſublimius in toto corpore; ſic & juſti ſublimantur à Deo eique in tanta æſtimatione ſunt, ut ad hoc ſignificandum, dicantur quodammodo eſſe ſuper caput.

Juſti Dei amore, frigidi mundi concupiſcentia.

A Chriſto candidi.

Juſtorum pœnitentia, ac perſeverantia

Juſti valde ſublimes.

428. Septimò D. co. quòd juſti non comparantur cum qualibet lana ſed cum lana alba, quæ eſt ſuſceptiva cu uſlibet coloris, ſive nigri, ſive purpurei, ſive viridis, ſive cærulei, ſive ad retinendum prop iè candorem; ſic & juſtus diſpoſitus ac præparatus eſt ad omnem colorem, ac nutum Divinæ voluntatis, ſive ad candorem, proſperitatis, ſive ad nigredinem laboris, ſive ad purpureum Martyrii, ſive ad viriditatem Confeſſorum ſive ad cœruleum Monachorum, in omnibus ſe juſtus præparat, & conformat cum divino beneplacito illiuſque ordinatione, cui libenter ſubmittitur.

Juſti conformantur in omnibus cum Dei voluntate.

429. Octavò Chriſtus in hac viſione apparebat ut perſonam judicis agens, veniebat enim ut argueret, ac caſtigaret aliquos Aſiæ Epiſcopos, & ideo juxta Coe ium Pannonium, oculi ejus
Pannon. dicuntur tanquam flamma, propter maximam cognitionem, qua præditus debet eſſe judex, zeloque juſtitiæ armari, ſed cur capilli capitis dicuntur candidi? Primò propter reverentiam
Levit. 19. ei debitam, ut dicitur Levit 19 num 32. *Coram cano capite conſurge.* Secundò, ut denotetur ejus imma

Iudex perſpicax ſenibus reverentia danda.

immaculata vita Tertiò judex ad inſtar lanæ albæ, ac nivis candidus deſcribitur, ut ſignificetur integritas,ac ſinceritas;quam Chriſtus in judicando obſervabit; in illo enim divino judicio nulla eſt acceptio perſonarum, nullaque diſſimulatio, nil impunitum, nil irremuneratum manebit. Quartò. Lyran. *Apparebat*, ait, *Angelus in ſpecie Sacerdotis,quia veſtitus podere,& etiam judicis,in hoc, quod gladius ex utraque parte acutus procedebat de ore ejus: maturitas autem ætatis,& morum,quæ canitiem deſignat & decet judices, & Sacerdotes.* Maximè enim neceſſaria eſt judicibus rerum cognitio,ac maturitas in re agenda. Sic dicitur Daniel.7.n.9. *Antiquus dierum ſedit, & capilli capitis ejus quaſi lana munda.* Et ſtatim n.10 *Judicium ſedit.* D.Hieron.ibi: *Senex deſcribitur; ut maturitas comprobetur ſententiæ.* Et nota, quod prius deſcribitur ſenex, & poſtea judex, ac ſi ipſa ſenectus præcedat ad judicium.

In judice ſit maturitas, & non acceptio perſonarum. — Lyran. — Dan. 7. — D. Hieron.

430\. Victorin. Nonò. Victor. Pictavienſis Epiſcopus, ait: *Majeſtatis origo in capite candor oſtenditur. Caput autem Chriſti Deus eſt; & in capillis albis, albatorum eſt ſimilitudo, lanæ ſimilis propter ovis.* In capite,ubi eſt majeſtatis origo, ibi candidus apparet,tanquam lana alba; & cur ejus candor potius comparatur lanæ, quam byſſo, ſeu ſerico indumento? Aſſignatur ratio; *Lanæ ſimilis propter oves.* Nonne vides, quod ipſe oves aberrantes ſuis humeris ſuſtuli, & portavit ad gregem? Luc.1.8.n.5. Inde talibus coronatur caput Chriſti, nulla enim corona Chriſto pretioſior,ac æſtimabilior, quàm peccatores convertere, ac reducere ad ſalutis gregem.

Converſio peccatoris Chriſto magna corona.

431\. Iterum prædictæ parabolæ adhæreo; Bonus Paſtor valde ſollicitus per montium cacumina, ac depreſſa campeſtria quærebat aberrantem ovem; invenit eam, non baculo ducit ad gregem,non ſinu,vel manibus portat;ſed *eam imponit in humeros ſuos gaudens*,& ſic reportat ad gregem. Luc.15. n.5. Iſte novus Rex Chriſtus Jeſus ſignum imperiale regni ſui non conſtituit in manu vel brachio, ſed in humero, ut ait Iſaias: *Factus eſt principatus ſuper humerum ejus.* Inde ibi reportat errantem ovem reductam; tanquam ſi hoc ſit magnum ſignum, ac character ſuæ Regiæ poteſtatis Nicetas in oratione 42. Naz anz. *Inveniam*, ait, *balantem noſtram naturam minimè neglexit ſed præinſigni honore complexus eſt. Quemadmodum Iſaias de ipſo vaticinatus fuerat,dicens: Cujus principatus ſuper humerum ejus*, cap 9.n.6. Diſcant diſcant Reges ſublimitatem regni ſui oſtendere, non radiis coronæ, quibus ſuper alios fulgent nec ſceptro, quo eos regunt, ac gubernant, ſed humeris, quibus miſeros, ac laſſos portant ad requiem Hinc ait Tertull.lib.3. adverſ. Marc. c. 9. *Novus Rex, novorum Avorum Chriſtus Jeſus, novæ gloriæ, & poteſtatem, & ſublimitatem ſuam humero extulit.*

Luc. 15. — *Reductio peccatoris, imperiale inſigne Chriſti* — Nicetas. — Iſai. 9. — Tertull.

432\. Cùm populus maxima aquarum penuria laboraret in Cades, ex Dei mandato percuſſit Moyſes ſilicem,quæ ſe ſe in magnos aquarum latices totam diffudit,tunc ſubdit Textus,quod *Dominus ſanctificatus eſt in eis.* Num.20. n.13. Multi ex Hebræo legunt: *Glorificatus eſt in eis.* Cur modò dicitur, quod Dominus glorificatus eſt? Magna prodigia per tot ſigna,& mirabilia exercuit in itinere dum dat populo cœleſtem panem; tamen modò inſigniter dicitur, quod *Dominus glorificatus eſt in eis.* Cùm lapis obduratus ſe ſe diffundit in aquarum copiam,repræſentabatur ibi peccatoris converſio, ut notant Macharius de recipiendis, Petrus Cellenſ. de Panibus, & alii, quando cor ſuum obduratum liquefit in fluenta aquarum pœnitentiæ,& cum ibi eſſet quædam repræſentatio converſionis, ac reductionis peccatoris ad Deum, inde ipſe peculiariter, ac inſigniter dicitur glorificatus; ipſa peccatoris mutatio ad pœnitentiam, magna Dei eſt glorificatio, ac ſublimatio: hac enim mutatione maximè ejus majeſtas innoteſcit. Huc advoca,,quod alibi dixit Chryſologus ſerm. 157. *Ubi aqua mutavit naturam,mox patefecit authorem,& elementorum creator mutatione revelatus eſt creaturæ.* Expende illud, revelatus mutatione creaturæ.

Num. 20. — Hebr. — Machar. — Petr. cyrill. — D. Chryſ.

QUÆSTIO LIV.

Quare capilli Chriſti dicuntur candidi, non ſolùm tanquam lana alba, ſed etiam ſicut nix?

DIxit Joannes, Chriſti capillos eſſe candidos, tanquam lanam albam; deinde addidit, ſicut nivem, cum ſatis eſſet unum, vel alterum exprimere ad ſignificandum candorem capitis. 433

Communis & genuina ſolutio eſt,quod ſæpè ſacer Textus eamdem rem multis ſimilitudinibus explicat, ad majorem rei expreſſionem; Proverb. 6. n.5. *Eruere quaſi damula de manu, & quaſi avis de manu aucupis.* Sapient. 5.n.9. *Tranſierunt illa omnia, tanquam umbra,& tanquam nuncius præcurrens.* Noſter Evangeliſta præter lanam,addidit, ſicut nivem majoris gratia amplificationis; ac ſi diceret, perfectiſſima canities erat in capite ejus. 434

Proverb. 6. — Sap. 5. — *Amplificationis gratia.*

Secundò De Æterno genitore agens Dan.7. n. 9. ait: *Antiquus dierum ſedit; veſtimentum ejus candidum, ſicut nix; & capilli capitis ejus, ſicut lana munda.* At de Chriſto D.hîc ait Joannes: *Capilli capitis ejus candidi, ut lana alba, & ſicut nix.* Ad majorem expreſſionem duplex apponit exemplum, lanam albam,quod idem eſt, ac mundam, & nivem. Contra celſitudinem Æterni Parentis pauci hæretici locuti ſunt: multi verò impiè oblatrarunt contra Chriſti ſublimitatem: & ideò ejus mundities, puritas, ac ſanctitas multiplici comparatione fuit explicanda; ubi controverſia,ibi res magis declaranda ac dilucidanda eſt, ut inſipientium ora comprimantur. 435

Dan. 7. — *Ubi controverſia, ibi magis res explicanda.*

Tertiò. Joachimus Abbas: *Quia Deus*, ait, *omnipotens,naturaliter juſtus eſt, homo accidentaliter,dicens, capillos Domini eſſe candidos,naturalem albedinem in exemplum accepit,ut naturaliter Deus juſtus eſſe credatur, non accidentaliter ſicut homo.* De Chriſto D.[loquitur venerabilis Abbas,ut patet ex ejus contextu, ad cujus candorem capillorum declarandum, per quem ſignificatur ejus puritas, innocentia,ac ſanctitas adducit Evangeliſta in exemplum lanam albam,& nivem; lana accidentaliter alba, nix verò naturaliter, ac eſſentialiter alba,ne quis impiè cogitaret, quod Chriſtus D ſolùm erat accindentaliter Sanctus per gratiam habitualē, ut 436

Joachim. — *Chriſtus naturaliter, ac ſubſtantialiter Sanctus.*

ut ſunt cæteri juſti:ideò præter lanam albam, ejus candorem aſſimilat nivi quia, ſe per gratiam unionis hypoſtaticæ eſt naturaliter, ac eſſentialiter candidus & ſanctus gratiâ ſubſtantiali, cùm ejus humanitas ſubſtantialiter unita ſit Divinitati.

437. Galfr. Quartò. Galfridus Abbas, Concion. 34.& ſatis ingenioſè : *O caput candidum,ait,puriſſimum Salvatoris ex intemerata Virgine conceptum : ò capillos æquè candentes,ſine ullo culpæ contagio,dignatiſſimas ejus neceſſitates,hanc nobis lanam albam, ovis alba candida Virginitas protulit,imò etiam hanc nobis cœleſtis regio nivem miſit : propterea ſiquidem candor iſte lanæ comparatus,& nivi,quod ineffabili quodam Sacramento conveniunt, materia carnis, & forma cœleſtis : ſolus enim, qui in carne humana, ſed non lege venit humana,utrumque candorem ſingulariter in ſe ipſo carnalis,videlicet,pudicitiæ, & cœleſtis gloriæ ſociavit.* Caput candidum Chriſti duplici candori aſſimilatur ſcilicet lanæ albæ ac nivis,lanam dat ovis;nivem verò mittit cœleſtis regio, & ideo utrique candori caput Chriſti comparatur, quia illud ineffabile, ac ſanctiſſimum compoſitum Chriſti D.nobis protulit ovis alba candida Virginitas Mariæ, ſine ullo contagio culpæ dilapſo rore,ac nive Divinitatis è regione cœleſti,& ita quodam Sacramentali fœdere *conveniunt materia carnis, & forma cœleſtis.* Materia carnis ex candida ove,ac puriſſima Virginitate Mariæ;forma cœleſtis ex rore,ac nive divinitatis;& ideo pudicitia carnis Mariæ aſſociata eſt cum Divinitate. *Utrumque candorem ſingulariter in ſe ipſo;carnalis videlicet pudicitiæ,& cœleſtis gloriæ ſociavit.* Et ideò candor capitis Chriſti, non ſolùm lanæ albæ, nec ſolùm nivi comparatur,ſed utrique;ex utroque enim tanta integritas, ac puritas prodiit.

Puritas, ac ſanctitas Chriſti prodiit ex Virginea carne Mariæ ad:uncta Divinitati.

438. Quintò. Candor capillorum capitis Chriſti, non ſolùm cum lana alba, ſed etiam cum nive comparatur:*Facies ejus,ſicut Sol lucet in virtute ſua,*hoc eſt, meridiano tempore infrà n.16. Intellige, & agnoſce myſterium ; ad intuitum ſolis ardentis nix liquefit,ut defluat,& cuncta, per quæ tranſit abluat, & mundet:cùm oculi Chriſti homines videntes, inflammari eſſent illorum amore,túnc ejus capilli, hoc eſt, ejus cogitationes,ut dixi ſuperiori q.num.423.tanquam nix liquefacti ſunt,ut abluerent,& mundarent homines:*Cùm dilexiſſet ſuos,cœpit lavare pedes Diſcipulorum ſuorum.*Joã.13.n.5.*Sicut aqua effuſus ſum,factum eſt cor meum, tanquam cera liqueſcens in medio ventris mei.* Pſ.21.n.15. Cùm inflammatum eſt cor ejus hominum amore,tunc ipſe tanquam aqua effuſus eſt, ut ſuos lavaret,mundaret, purificaret. Vide quæ dixi tom.5.in Evang.lib.7.cap.5.q 29.

Chriſtus tanquam nix, dum defluit ſuos lavat, & mundat.

Joan. 13.

Pſalm. 21.

439. Richard. Sextò. Richardus Victorinus : *Capilli rectè dicuntur habere colorem capitis,quia ſpiritualis creatura,ſive Angelica,ſive humana,per divinã gratiam candorem habet immortalitatis:nonſolùm natura Angelica,verùm etiam humana Divinitati conjuncta,immortalitati; pulchritudine candeat,in ſequentibus patenter manifeſtat ; ait enim,tamquam lana alba,& tanquam nix : quid enim accipimus per lanam, quæ de terrenis animalibus oritur, niſi humanam naturam? Et quid per nivẽ,quæ de ſupernis eſt,rectius intelligimus, quàm naturam Angelicam? quia ergo utraque natura dono immortalitatis apud conditorem decoratur, aptè capilli capitis hujus tanquam lana alba, & tanquam nix,candidi perhibentur.* Caput Chriſti ſignificat Divinitatem,capilli verò creaturam intellectualem, ſive humanam,ſive Angelicam;&;ſicut capilli à capite habent originem, accipiunt ab eo ſuam vegetationem : ſic hujuſmodi creaturæ à Deo habent ſuam ſubſtantiam,totamque vegetationem,ac vigorem gratiæ per internam ſuſceptionem:& ſicut capilli inhærent capiti, ſic homo & Angelus inhærent Divinitati,à qua habent omnem candorem juſtitiæ, ſanctitatis,ac immortalitatis. Talis autem capillorum candor comparatur cum lana alba & nivi, per lanam albam,quæ de terrenis animalibus oritur,natura humanæ per nivem autem,quæ de ſupernis eſt Angelica ſignificatur Adverte tamen,quod talis candor ſanctitatis, ac immortalitatis eſt in capite per naturam ; in capillis verò per gratiam à ſuo capite derivatam.

Homo, & Angelus à ſuo capite Chriſto accipiunt juſtitiam, & gratiam.

Septimò. Albertus Magnus:*Capilli ejus,id eſt, Sancti,tanquam lana alba ; capilli molles ; quoniam ſunt albi per innocentiæ candorem;molles per manſuetudinem ; calidi per charitatem ; & tanquam nix, ideſt, frigidi per caſtitatem.* Nonne ſatis erat capillos in candore aſſimilare nivi, cùm nivem in albedine nil excedat, ad quid ultra cum lana alba comparantur?Per capillos,Sanctos deſignari latè diximus ſuperiori q. n. 427.Inde combinantur cum lana, quæ candida eſt ; & etiam cum nive, quæ frigida. Sancti,tanquam lana alba,ſunt candidi innocentiâ, mites, ac ſuaves ingenio : calidi verò, ac ferventes amore Dei ac proximi : & ſunt etiam tanquam nix frigidi, amore ſæculi, ac concupiſcentiæ carnalis. 440. Alb. Magn.

Juſti calidi Dei amore, frigidi verò ſæculo.

Octavò. Ambroſius Ansbertus : *Quia, ait, utrumque caput in ſe oſtendit, innocentiam ſcilicet,ac reſurrectionem,quorum unum nunc in præſenti tempore imitandum fidelibus exhibuit:aliud verò in futurum expectandum perdocuit,idcirco non ſolùm capilli,ſed & ipſum caput lanæ albæ, nempe primo, deinde candori nivis ſimile perhibetur.* candor capitis, ac capillorum Chriſti comparatur primò cum lana alba, deinde ſecundò loco cùm nive : ſi enim dixiſſet,candidi ſicut nix,& lana alba rectè videretur explicaſſe candorem capillorum : Magnò ſanè myſterio factum eſt, ut priùs contulerit cum lana alba, deinde cùm nive.Lana alba denotat innocentiam,ac puritatem vitæ.Iſai. 1.n.18.*Si fuerint peccata veſtra rubra,quaſi vermiculus,velut lana alba erunt* Et ad hoc exprimendum,dicuntur Sancti oves, vel agni : *Ecce ego mitto vos, ſicut oves in medio luporum.*Matth.10.n.16.vel ſicut agnos in medio luporum.Luc.10 n.3.Nix autem ſplendorem reſurrectionis deſignat. Hinc Chriſtus Dominus in monte Sancto coram tribus Diſcipulis,novitatem poſt hanc vitam mortalem, ſpeciemque reſurrectionis oſtendens, veſtimenta ſua in candorem nivis mutavit,Matth 17 n.2.& Angelus teſtis reſurrectionis ejus,mulieribus apparens,veſtimenta alba tanquam nivem figuraliter exhibuit. Matth.28.n.3.Per capillos Chriſti, Sancti ac juſti intelliguntur,ut latè diximus quæſt ſuperiori.Ecce jam reſeratum eſt myſterium,cur capilli,ſeu juſti, priùs aſſimilantur candori lanæ albæ,quàm nivis, quia puritas, ac innocentia vitæ debet in hoc ſæculo præcedere reſurrectionem 441. Ansbert.

Iſai. 1.

Matth. 10. Luc. 10.

Matth. 17.

Matth. 28.

Innocentia,& puritas ad gloriam reſurrectionis præcedit.

ctionem animæ, & corporis, ſi vis reſurgere cum Chriſto prius ejus innocentia imitanda, ac ſequenda eſt: *Ipſum caput lana albæ, nempe primo, deinde candori nivis ſimile perhibetur.*

442. 1.Petr. 1. Ait Apoſtolus Petrus Epiſtol.1.c.1.n.21. *Qui per Jeſum fideles eſtis in Deo, qui ſuſcitavit eum a mortuis, & dedit gloriam, ut fides veſtra, & ſpes eſſet in Deo. Animas veſtras caſtificantes in obedientia charitatis.* Perpende connexionem textus, ad quid dicat nobis propoſitam Jeſu à mortuis reſurrectionem: ut ſcilicet, ſpes noſtra eſſet in Deo, animas caſtificantes, ac puras reddentes; ac ſi caſtitas interna in primis ſubeat in mentem omnibus ſperantibus, & ſpectantibus reſurrectionem, ſolùm enim, ubi eſt caſtitas, poteſt eſſe reſurrectionis ſpes. Quò ſpectat Joan. Apoſt. Epiſt. 1. cap. 3 n.2. *Scimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus; quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Et omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut ille Sanctus eſt.* D. Aug. ibi tract. 4. ſic legit: *Et omnis, qui habet hanc ſpem in eo, caſtificat ſe, ſicut & ille caſtus eſt.* Vide, in quibus eſt ſpes videndi Chriſtum in reſurrectione, ſicuti eſt; ille nempe, qui in caſtitate vivit, ac Chriſti caſtitatem imitari intendit: *Qui habet ſpem in eo, caſtificat ſe, ſicut & ille caſtus eſt.*

Solum ex puritate ac castitate spes ad resurrectionem.

Joan 3.

D. Auguſt.

443. Matth. 26. In ultima cœna ait Chriſtus ſuis Diſcipulis Matthæi 26.n.29. *Non bibam de hoc genimine vitis, donec bibam illud novum vobiſcum in regno Patris mei.* Sub metaphora vini novi, promittit Chriſtus illud ſuaviſſimum nectar ſpirituale æternæ beatitudinis, quòd poſt reſurrectionem illud in regno ſui Patris guſtabunt, quod frequenter per convivium explicatur. Ita prædicta verba interpretatur D.Aug quæſt.43.in Evangelia: *Quid enim, ait, aliud novum vinum, niſi immortalitatem renovandorum corporum intelligi debemus? quod cum dicit, vobiſcum bibam: etiam ipſis reſurrectionem corporum ad induendam immortalitatem promittit.* Et dum Dominus invitat ad vinum, ad nectar novum ſpirituale immortalitatis poſt reſurrectionem, *donec bibam illud vobiſcum novum in regno Patris mei:* dat eis vinum, ac Calicem ſanguinis ſui quæ connexio eſt unius cum altero? Optima ſanè: Calix ſanguinis Chriſti habet vinum germinans virgines; ut ait Zacharias; & qui Virginitate, ac puritate nitent, hi ſolùm ad reſurrectionem immortalitatis in æterna felicitate vocantur. D.Hier.lib.1 ad Jovini. *Hoc eſt vinum, ait, quod cum ebriaverit adoleſcentes, & puellas, ſtatim virginitatem ſitiunt, & in crapulam caſtitatis eructant: & expletur illud vaticivium Zachariæ: Quid bonum ejus, & quid pulchrum ejus, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Zachar.9.n.17.

D. Auguſt.

Virgines invitantur ad reſurrectionem gloriæ.

D. Hieron.

Zachar. 9.

QUÆSTIO LV.

Quare capilli capitis Chriſti appareant hic candidi: cùm ab ſponſa dicantur nigri ſicut corvus?

444. Valde mirabile videbitur, quod taliter ſe in præſenti exhibet, ut dicatur, caput ejus, & capilli candidi tanquam lana alba, & ſicut nix; cùm alterius coloris ab ſponſa celebrentur: *Coma capitis ejus, ſicut elatæ palmarum, nigra quaſi corvus.* Cantic.5 num. 11. Ad quæſtionem. Cantic. 5.

445. D. Dion. Primò, Reſpondet D. Dionyſius Areopagit. cap. 10. de Divinis nominibus: *In Sacris, ait, myſticarum viſionum apparitionibus antiquus, novuſque fingitur: quorum prior quidem veterem, & eum, qui eſt ab initio; junior autem eum, qui in ſenectutem compelli non poteſt, ſignificat.* Si Deus hic intelligitur, quomodo tam variis ſimilitudinibus exprimitur? Deus in ſe unus, & indiviſibilis eſt, tamen ratione affectuum, ac operationum, varius objicitur: In Scriptura Deus aliquando repræſentatur ſenex totus candidus, & antiquus dierum, ut ejus æternitas ſignificetur, aliquando juvenis capillis nigris, ætate florida, ut ſignificetur, cum ejus æternitate junctam eſſe immarceſſibilem ejus pulchritudinem, & vigorem, juxta illud Pſalm 101. n. 13. *Ipſi peribunt, tu autem in æternum permanes* Repræſentatur ſenex, & antiquus dierum apud Daniel 7. perſonam judicis agebat, cui convenit canities, ſenectus venerabilis, ac authoritas, & reverenda majeſtas. In Canticis exprimit ſponſi perſonam, & inde capillos habet nigros, virilem, ac floreſcentem ætatem indicantes, ad familiæ negotia agenda, & ſuſtinenda. Vide q. 53. num. 429.

Deus ſecundum diverſos effectus ac operationes, nobis objicitur.

Pſalm. 101.

446. Theod. Secundò, Theodoretus. Ad citata Cant. verba: *Nigra, quaſi corvus*; ſic ait, *ex capite ejus fluentes gratias, mea quidem ſententia comas vocat: quoniam igitur, qui Chriſto crediderunt, variis ipſius muneribus fruentes, pietatis fructum ferunt, meritò comæ ejus elatis comparantur: dicuntur autem nigræ, ut per nigrum, & obſcurum colorem abdita, & inacceſſa Incarnationis ejus ratio declaretur.* Per caput, ac capillos Chriſti, myſterium Incarnationis interpretantur Andreas Cæſarienſ. Aretas, ut dixi q. 53. n. 422. Nam ſicut capilli operiunt caput, ſic humanitas occultabat Divinitatem. De hoc Incarnationis myſterio ait Paulus ad Coloſſenſ. 1. num. 26. *Myſterium, quod abſconditum fuit à ſæculis, nunc autem manifeſtatum eſt Sanctis ejus.* Dicuntur ergo capilli candidi, & nigri; candor denotat puritatem myſterii, quod licet ante tempus in æternitate decretum fuerit, tamen nobis in tempore eſt manifeſtatum, & cognitum. Nigredo autem indicat obſcuriſſimum, ac valdè nobis occultum eſſe hoc myſterium, quod explicari, ac comprehendi à creatura non poteſt.

Coloſſ.

Chriſti Incarnatio, etſi à nobis cognita, tamen abſolutè incomprehenſibilis.

447. Rupert. Tertiò, Rupert. ad citata verba ſic ait: *Sunt comæ nigræ, ſicut corvus: quia tenebroſa aqua in nubibus aëris, id eſt, occulta ſcientia in Prophetis, atque legalibus ſcripturis: ita ut veraciter dicas, nigredo magna in comis capitis dilecti.* Quæſt. 53. ex eodem Ruperto diximus per capillos capitis Chriſti deſignari Dei verba in Sacra Scriptura, capilli enim à capite procedunt, & multi ſunt: multa ſunt Dei verba, quæ de uno, & per unum Verbum, quod erat in principio, procedunt. Rectè dicuntur hujuſmodi verba, ſeu capilli, candidi & nigri, & in hoc nulla eſt contrarietas: nam verba Sacræ Paginæ mundiſſima, caſtiſſima, ac puriſſima ſunt, tanquam lana alba, & nix: tamen ob ſui profunditatem obſcura, & opaca ad inſtar corvi: *Occulta ſcientia in Prophetis, &c.*

Scripturæ, & difficilis, & occulta.

448. D. Greg. Quartò D.Greg Magn. ad cit. locum Cant 5.

Comæ,

Comæ, ait *ſicut elatæ palmarum ſunt; quia electi dum ſemper ad alta virtutum ſe efferunt per Dei gratiam, quandoque ad victoriam ſe promovent: nigræ autem ſicut corvus exiſtunt; quia quamvis virtutis in Cœlum ſe erigant; ſemper tamen peccatores ſe eſſe agnoſcunt.* Capillis capitis deſignantur juſti, ut citata quæſt. 3. diximus, & rectè dicuntur candidi, & nigri; quia quamvis juſtus ſit in ſe ipſo maximè candidus in virtutis cacumine, eximia puritate, juſtitia, ac ſanctitate quæ per ſummam, ac ſplendidam albedinem qualis eſt candor nivis, denotantur, tamen nigredinis ſuorum peccatorum non obliviſcitur, ſed adhuc nigrum multis imperfectionibus ſe reputat: *Quia quamvis virtutibus in Cœlum ſe erigant: ſemper tamen peccatores ſe eſſe cognoſcunt.* Præclara virtus quæ humiliter de ſe ſentit, & in ſanctitatis culmine nocentem ſe putat, ac peccatorem.

Magna virtus, in culmine virtutis ſe peccatorem reputare.

449. Quintò D. Auguſt. Conc. 5. in illud Pſ. 118. n. 9. *In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam.* ſeu, ut legunt D. Auguſt. D. Ambroſ. Hilar. & alii: *Junior viam ſuam*: ſic ait citat. Auguſt. *Docet hominem*, ait, *adoleſcentiorem hoc loco hominem ſanctitate novum, licet ætate decrepitum, licet enim quilibet, quantum ad ætatem pertinet, corporis annoſa vetuſtate decrepitus ſit, junior erit apud Deum percepta gratiæ novitate converſus.* Juſtus dicitur ſenex, & adoleſcens: ſenex ætate, ut expendit D. Aug adoleſcens ſua innovatione, ac converſione in Deum, vel dicitur ſenex, quia eſt veteranus in obſervatione mandatorum Dei; & juvenis; quia quotidie novis actibus, novoque virtutis fœtu innovatur; quo ſenſu juxta multos ait Joannes infrà c. 21. n. 2. *Vidi ſanctam civitatem Jeruſalem novam.* Ubi ſermo eſt de Eccleſia militanti, & quomodo dicitur nova, quæ perantiqua eſt, & incepta in Adamo? Nova dicitur, quia quotidie nova prole novoque fœtu innovatur. Aliter explicat D. Ambr Conc 2. citatum locum Pſalmi; quòd juſtus eſt juvenis ætate, canus autem prudentia, ætate ac maturitate; quod probat exemplo Jeremiæ, Danielis, Ezechielis.

D. Auguſt. Pſalm. 118. — *Juſtus, etſi ſenex, quotidie innovatur* — Apoc. 21. — D. Ambr.

450. Sextò Ut dixit citata q. 53 ex Beda, Primaſio D. Bernardo, Carthuſiano, per capillos Chriſti intelliguntur Sancti, & juſti: ſed quomodo dicuntur tam diverſi coloris, candidi, & nigri? Ad idem ſanè tendit, ut juſtorum conſtantia ac perſeverantia exprimatur; id proprium, ac peculiare eſt nigri coloris, ut nullam ſuper ſe tincturam; ſive alium colorem ſuſcipiat, quo maximè conſtantis animi ingenium denotatur. Sic dicebat D. Ambr. Epiſtol 8. *Vetus dictum adſueſce, unus eſſe, ut vita tua quandam picturam exprimat: eandem ſervans imaginem, quam acceperat.* Quod apprimè ad nigrum colorem pertinet, nullam in ſe tincturarum imaginem ſuſcipientem; quo eximii viri juſti conſtantia deſignatur, ad quod etiam ſpectat capillorum candor, de quo hìc meminit Joannes; vita enim juſti ſemper unius coloris eſt; canities enim capitis, virtutem canam, ac vitam quaſi immutabilem ac invariabilem adumbrat; nam etſi alius color ut niger, vel rubeus, mutetur in capite à natura, candidus verò nunquam ab ipſa mutatur, ſed ſemper retinetur. Hanc juſtorum conſtantiam etiam alia metaphora explicat ſponſa citato loco: *Comæ capitis ejus ſicut elatæ palmarum, nigræ, ſicut corvus.* Quæ ſic explicat Caſſiodorus: *Ibi, ait, elatæ palmarum ſunt rami, qui productiores, & excelſiores, interdum aurei coloris criſpantes, & ſemper ad excelſa tendentes, & nunquam virorem ſuum amittunt.* Inde juſti comparantur cum elatis palmarum, quia nunquam virorem ſuum amittunt, ſed ad anteriora indeſinenter ſe ſe extendunt, & fixi atque immoti indefeſſo curſu ſtant. Quo ſenſu ait Joannes epiſt. 1 c. 3. n 9. *Qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit; & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt.* Quomodo dicitur, *non poteſt peccare*, cùm hoc humanæ libertatis, ac fragilitati, quæ facile in utramque partem flectitur, repugnare videatur? D. Ambroſ. ſerm. 22. Pſ. 118. *Tanta vis*, ait, *conſummatæ emendationis eſt: ut in quandam pueritiam redeat ſpiritualis ætatis, quæ vias erroris ignoret; crimen; etiam ſi velit, non poſſit admittere, quia deſiverit uſum noſſe peccandi.* Tam firmiter juſtus adhæret Deo, ac ſemitis juſtitiæ; ac ſi vias peccati ignoret, uſumque peccandi amiſerit.

Beda. Primas. D. Bern. Carth. — *Mira juſtorum perſeverantia, ac conſtantia.* — D. Ambr. — Cantic. 5. Caſſiod. — Joan. 3. — D. Ambroſ.

451. Septimò. Simon Caſſian. l. 1 c. 3 ſic ait: *Quod cum inter cætera conveniant, tamen inter albedinem, & nigredinem diſtare videtur: ſed in myſterio congruunt, eo quod albedo ad munditiam, impuritatem, nigredo verò ad pœnitentiam, & miſeriam noſtri incolatus pertineat.* D. Chriſto D. ſententiam interpretatur. Candidus, & niger dicitur ob varias rationes, ac conſiderationes: Ipſe *ſpecioſus forma præ filiis hominum*, ob ſuam eximiam puritatem, juſtitiam, ac ſanctitatem, ſuper omnem albedinem candidus eſt; tamen ob noſtras miſerias, dolores, ac pœnalitates aſſumptas denigratus eſt, ut non eſſet ei ſpecies, neque decor. Non diſtat ab hac ſententia Guilliel. in Cant *Specioſus præ filiis hominum, inventus eſt niger ſicut corvus, propter ſimilitudinem carnis peccati: ſimiliter eſt niger ſicut corvus, quia inter peccatores reputatus eſt à dicentibus: Noſcimus, quia hic homo peccator eſt.* Joan 9 n. 24.

Caſſian. — *Chriſtus ob ſuam puritatem candidus ob noſtros dolores denigratus.* — Joan 9.

452. Meritò tamen interrogabis cur Chriſtus ſecundum capillos dicatur *niger ſicut corvus*: cum ipſe de ſua ſponſa teſtetur Cant. 7. n. 5. *Caput tuum, ut Carmelus: & comæ capitis tui ſicut purpura Regis vincta canalibus*? Si ſponſi, & ſponſæ præ amore una eſt anima, unuſque ſpiritus eſſe dicitur; *Dilectus meus mihi, & ego illi*: ac proinde ex hac ratione; nulla in eis differentia eſſe debet cur in eis tam varius eſt color cum ea amantium ſit lex ut iiſdem ambo coloribus qui indices affectuum cenſentur, utantur? Agnoſce, & perpende magnum myſterium caput Chriſti candidum, ut hìc dicitur: *Caput ejus, & capilli erant candidi.* Et etiã ut habetur Cant. 5 n. 11. *Caput ejus aurum optimũ.* At verò ipſa ſponſa, ſeu natura humana, quam ſibi deſponſavit, tota erat deformata, ac denigrata. Cant. 1. n. 5. *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim.* Septuaginta: Quod *nigra ſim.* Ut ergo hanc naturam D. ſibi aſſociavit, ac deſponſavit, ſic ſe ad menſuram ſponſæ compoſuit ut nigredinem noſtræ ſimilitudinis carnis peccati, ſibi aſſumeret, ut ſuperiori n. dixi, ut ipſa ſponſæ coma, quæ erat obſcura, & nigra, ex jam aſſociato Regio Chriſti ſanguine eſſet ſplendens ut regalis purpura omni auro, ac lapide pretioſo gratiæ, ac cœleſtium donorum. Petr Abb Cell lib de Panibus c. [illegible] *Fiunt ſponſus, & ſponſa una caro & unus ſpiritus: ſponſus refundit in ſponſam quidquid habet in ſe dulcidines, quidquid [illegible]*

Cantic. 7. — Cantic. 5. — Cant. 1. Septuag. — *Filius Dei exinanitur ad noſtras infirmitates, ut nos ad hujus faſtigium aſcendamus.* — Petr. Cell.

poteſtatis : denuò mutua viciſſitudine, reſumit ab ea quidquid paupertatis, quidquid amaritudinis, quidquid contumeliæ eſt, & paſſionis. Septuaginta legunt : *Plexus capitis tui , ſicut perpura , Rex ligatus in tranſcurſibus.* Ac ſi coma capitis ſicut purpura eſſet ex cruore Regis ligat in tranſcurſibus. Ipſe enim Filius Dei ſibi aſſumpſit fuſcum, & nigrum noſtræ naturæ, ut nos inſigniret aureo ſplendore ſuæ majeſtatis. (Septuag.)

453. De Dei Filio ait Joan. 1. n. 13. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Et cur hic bonus Dominus ſic amavit homines, ut eis dederit, quod poſſent fieri Filii Dei : Præclarè D Athan. orat. de Incarnat. Chriſti : *Ipſe enim,* ait, *in ſublimi procreatus ex Deo ineffabiliter, in tempore naſcitur humi , ex perpetua Deipara Virgine , ut illi, qui humi antea geniti erant , denuò in ſublimi naſcerentur, hoc eſt, ex Deo* Erat ipſe Filius Dei, in ſublimi ex Patris ſinu natus: *In ſplendoribus Sanctorum ex utero ante Luciferum genuite* Homines verò multis miſeriis concepti , & coagulati , in terra , ac humi naſcebantur. Ipſe unigenitus Patris , ut homines amare cœpit , quandam admirabilem, ac divinam commutationem fecit, noſtros natales ſibi aſſumens; naſcens in humili, ac vili præſepio in ſimilitudinem carnis peccati , ut nobis ſuam illuſtriſſimam nativitatem communicaret ; ut homines. qui in vili , ac humili prodibant in lucem, altiſſimè per divinam gratiam ex Deo naſcerentur ? *Ut illi, qui humi antea geniti erant, denuo in ſublimi naſcerentur, hoc eſt, ex Deo.* (Joan 1. D. Athan. *Jeſus noſtram naturam aſſumpſit , ut nobis ſuum decorem communicaret.*)

Quæstio LVI.

Quare oculi Domini apparent , ſicut flamma ignis?

454. Ad quæſtionem reſpondet primò Aretas. *Oculi ejus,* ait, *tanquam flamma ignis, quia ardorem, & ultionem comminantes adverſus Eccleſias , ad quas verba revelationis tranſmittentur, tanquam non integrè ſuis legibus correſpondentes.* In hac etiam ſententia eſt Ribeira, Cornel. & alii. Oculi igniti ſignum ſunt iræ & furoris; talibus ergo oculis hic apparet , quia hunc librum Apocalypſeos mittendum mandabat, ad aliquos Aſiæ Epiſcopos , qui niſi pœnitentiam agerent puniendi erant, & ideo ſuis oculis eos ſimul minabatur , ac admonebat, ut talem caſtigationem evitarent: *Dediſti metuentibus te ſignificationem, ut fugiant à facie arcus.* Pſ. 59. n. 6. Quod autem ignei oculi ſignum ſint iræ patet ex Apocal. 19. n. 12. ubi iratus Chriſtus inducitur ad ultionem procedens, & dicitur: *Oculi ejus , ſicut flamma ignis.* Et de Achille irato ait Homer. Iliad. 19. *Dentes ejus ſtridebant; oculi verò ſplendebant, ut flamma ignis.* Et de Cicer. in Verrem : *Ardebant oculi , toto ex ore crudelitas emicabat.* Et ratio eſt, ut ſumitur ex Ariſt. Probl 3. Phantaſia; quæ in capite ſuper oculos reſidet , ira concitata , ad ſe advocat ſpiritus vitales, eoſque accendit, ut ſumos naribus, ignem oculis efflare videatur. (Aretas. Ribeira. *Deus dat ſignum ſuæ iræ , ut ab ea fugiamus.* Pſalm 59. *Oculus igneus ſignum iræ.* Apoc. 19. Homer. Cicero Ariſtot.)

455. Secundò. Rupert. Abb. *Sicut illud principium,* ait, *ſive quod erat in principio Verbum; per iſtud ſignificatur caput candidum : ſic per iſtos oculos ſignificatur illa vita lux hominum, quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundū, ergo oculi ejus, velut flamma ignis, id eſt, aſpiratio ejus illuminans omnem hominē, & lucens in tenebris.* Quid habet caput candidū cum oculis tanquā flamma ignis? Caput candidum provectam indicat ætatem , & ad illam conſequenter oculi debebant eſſe caliginoſi, & tanquam deficientes; ſed ſunt ut flamma ignis. Caput candidum indicabat Chriſti Divinitatem coæqualem , ac coæternam cum Patre, ut ſuprà dixi q. 52. inde oculi ejus ſunt, ut flamma ignis illuminans omnem hominem venientem in hunc mundū. Aparet Chriſtus oſtentans ſuam divinitatem, non ut exaltetur, ac ſublimetur , ſed ut ſuos illuminet, ac à peccatorum obſcuritate eruat, ut fiant Filii Dei ; ſic pergit Rup. *Flamma illuminans ,* ait, *ut non ſimus in tenebris , ut non ſimus noctis, & tenebrarum, ſed ſimus filii lucis, & filii Dei.* (Rupert. *Chriſtus oſtentans ſuam divinitatem, ut homines illuminet.*)

Tertiò. D. Ant. Olyſip. in frag ſuper Apoc. *Oculi ejus ,* ait , *tanquam flamma ignis , id eſt, reſpectu gratiæ Chriſti , tanquam ignis glaciem, id eſt, cor peccatoris congelatum diſſolventis.* Unde Luc. 22. n. 61. dicitur : *Reſpexit Dominus Petrum , oculis ſcilicet miſericordiæ , & flevit amare , quia diſſoluta fuit glacies cordis ejus in lachrymas compunctionis.* Dicuntur oculi Chriſti, tanquam flamma ignis. Nonne ignis, quod gelu concretum eſt, calore ſuo diſſolvit: hominum corda glacie peccatorum frigidiſſima ſunt; quos ergo Dominus ſuis ignitis oculis reſpicit, virtute, ac efficacia Divini caloris , glaciem cordis peccatorum diſſolvit, ac liquefacit in fontes lachrymarum pœnitentiæ. 456. (D. Ant. Ol. *Chriſti oculi efficaces ad diſſolvendam glaciem peccatorum.*)

Quartò. Oculi Domini dicuntur , tanquam flamma ignis, cum tamen cum oculis columbæ compararentur: Cant. 5. n. 12. *Oculi ejus, ſicut columbæ ſuper rivulos aquarum , quæ lacte ſunt lotæ.* Quid commune flammæ ignis, & columbæ? Anſbert & alii, oculorum nomine intelligunt Spiritum ſanctum , qui in ſpecie columbæ deſcēdit ſuper ipſum Dei , & hominum mediatorem , Matth. 3. qui rectè oculorum luminibus cōparatur; cū diſſipans tenebras animarū eas radiis lucis ſuæ illuſtret oculorum nomine, dona ſancti Spiritus interpretantur. D. Hier Rupert. & alii Zach 3. n 9. *Super lapidem unum ſeptem oculi ſunt* Et c. 4. n. 10. *Septem ſunt iſti oculi Domini, qui diſcurrunt in omnem terram.* At ut iſti oculi Domini illuminarent, non ſat erat ut dicerētur lucidi, & ſplendidi ; ad quid inſtar flammæ ignis? Anſbert. *Quos,* ait, *ad fidē illuminat in amorem Dei cōcremat: de hoc igne Dominus in Evāgelio dicit: Ignē veni mittere in terrā, quid volo, niſi ut ardeat?* Hic ignis non ſolùm illuminat, ſed etiam inflammat, ac accendit corda in Dei amore, conſumens, ac comburens, quidquid inquinatum, ac defectibile eſt. Et inde dicuntur oculi ejus ſicut columbæ *lacte lotæ* , propter innocentiam, & puritatē, quæ ex donis ejus manant. 457. (Cant. 5. Matth. 3. D. Hieron. Rupert. Zachar. 9. Anſbert. *Spiritus S illuminat, & inflammat corda.*)

Quintò Andr. Cæſar. *Oculi ejus ,* ait, *ignita, flammæ ſpeciē præſeferūnt, quamvis enim hi Sāctos illuſtrent, & recreent; homines tamē prophanos, & ſceleratos incendunt, diréque excruciant.* Similia habet Richard. Victorin. Non dicitur, oculos ejus, ſed oculi ejus ſicut flamma ignis, denotantes ejus miſericordiam , & juſtitiam, à qua nemo ſe poteſt abſcondere unus eſt oculus miſericordiæ, quo juſtos reſpicit, eis dona gratiæ largiendo. Pſ. 32. n. 18. *Oculi ejus ſuper metuentes eum, & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia ejus.* Alter oculus eſt juſtitiæ in peccatores, 458. (Andr. Cæſ. Richard. *Deus benignus juſtis ; ſeverus impiis* Pſalm. 32.)

quo

quo in eos ſeverè animadvertit, puniendo, ut dicitur Exod. 14. n. 24. *Ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum, interfecit exercitum eorum.* Deus ſuavis juſtis, ſeverus impiis. Pro quo adverte, quam diverſa hîc apparent: *Caput ſicut lana, & nix: Oculi ſicut flamma ignis.* Lana, & nix inſerviunt ad recreationem, ac delicias, quas Deus ſuis concedit: ignis ad pœnam, & combuſtionem qua iniquos afficit.

Exod. 14.
Deus juſtos recreat, impios affligit.

459. Sextò, Primaſius. *Ignis hîc præceptorum, ait, & fidelibus lumen, & incredulis præbet incendium, ignis enim ante eum præibit, & inflammabit in circuitu inimicos ejus.* Oculorum nomine, intelligit divina præcepta, quæ tanquam duobus oculis illuminant intellectum, dilectione nempe Dei, & proximi: *Mandatum enim lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ.* Ut dicitur Prov. 6. n. 23. & Regius Vates Pſ. 118. n. 40. *Ignitum eloquium tuum vehementer.* At flamma ignis illuminat & comburit: ſic & divina præcepta, ad inſtar flammæ, illuminant juſtum iniquum verò concremant, ut ait cit. Primaſ. & S. Victor. Mart. *Oculi ejus, ut flamma ignis præcepta Dei ſunt, quæ credentibus lumen miniſtrant, incredulis incendium.*

Primaſ.
Mandata Dei juſtos illuminant, iniquos, damnant.
Prov. 6.
Pſalm. 118.
Victor.

460. Septimò Beda: *Oculi Domini, ait, prædicatores ſunt, igne ſpirituali, & fidelibus lumen, & incredulis præbentes incendium.* Idemque habet Alb. Magnus. Per oculos Domini, Apoſtoli, ac Prædicatores intelliguntur, & ita aliqui interpretantur illud Zach. 4. n. 10. *Septem iſti oculi ſunt Domini, qui diſcurrunt in univerſam terram.* Et dicuntur ſicut flamma ignis, quæ illuminat, & comburit; Prædicatores præbent fidelibus lumen vitæ, & incredulis combuſtionem æternam: ſed cur Apoſtoli, ac Doctores, oculi Domini appellantur? Quos impenſè diligimus, tanquam oculos noſtros amare dicimus. D. Aug. in illa verba Matth. 5. *Si oculus tuus*, ſic ait, *Quidquid eſt, quod ſignificat oculus, tale eſt ſine dubio, quod vehementer diligitur; ſolet enim ab his, qui dilectionem ſuam in aliquem exprimere volunt, ita dici: diligo eum, ſicut oculos meos.* Ecce cur Apoſtoli, & Prædicatores dicuntur à Chriſto oculi ſui, utpote ab eo maximè dilecti; unde qui eos lædit, dicitur oculos Domini lædere. Iſai. 3. n. 8. contra Judæos ſic ait: *Adinventiones eorum contra Dominum, ut provocarent oculos majeſtatis ejus.* Alia lectio habet: *Adinventiones eorum contra Dominum, ad lædendos oculos claritatis ipſius.* Per oculos intelliguntur Prophetæ, & Prædicatores, & dicuntur; *claritates ipſius.* Quia declarant, & explicant Dei verba.

Beda.
Alb. Magn.
Zachar. 4.
D. Auguſt.
Prædicatores ſic dilecti ut dicantur oculi Domini.
Iſai. 3.
Qui lædit Prædicatores, lædit Dei oculos.

461. Octavò. Galfrid. Abb. Conc. 34. *Oculi ejus, ait, intentio ejus: quia autem charitas ignis; flamma ignis, eſt nimietas charitatis: bonorum noſtrorum non egens, ſubvenire nobis ſolo intuitu vehementiſſimæ charitatis intendit, ut initio primùm oculos ejus, ut flammam ignis, Joannes viderit, & deſcripſerit.* Per oculos intelligitur Divina Providentia, cum Summa rerum omnium cognitione ac ejus eximia charitate conjuncta, qua Chriſtus ſuam Eccleſiam regit & adminiſtrat; *Lampades ejus, lampades ignis, atque flammarum.* Cant. 8. n. 6. oculi quaſi flamma ignis, tria denotant claritatem, calorem & vim exurendi. Claritas ſignificat Chriſti præſcientiam omnium quæ in Eccleſia fiunt, & quæ deinceps futura ſunt, per quam & ipſam Eccleſiam regit. Per calorem ſpiritus fovet, lætificat ac vivificat Eccleſiam. Per vim exurendi, impios conſumit, exurit, ac punit debita ſuorum peccatorum pœna.

Galfrid.
Dei providentia omnibus conſulit.

462. *Oculi Domini ſuper metuentes eum.* Ait Regius Vates. Multa eſt Dei providentia, ac cura in ſuâ Eccleſiam, in ſuos fideles, ac omnes homines; nam ut ait D. Ambr. l. 1. de officiis c. 13. *Quis ſui operis curam negligat? Quis deſerat, ac deſtituat, quod ipſe condendum putavit?* Quod pulchre, & eleganter explicat Petr. Dam. lib. de Divina providentia: *Deus ſic intendit ſingulis, tanquam vacet ab univerſis; & intendit univerſis, tanquam vacet à ſingulis.* Deus ſic intentus eſt ſuper unumquemque, ac ſi vacuus eſſet cura de omnibus aliis; & ſic intendit ſuper omnes, ac ſi vacuus eſſet cura de unoquoque ſingulari.

D. Ambroſ.
Dam.
Singularis Dei providentia erga ſuos.

463. Proverb. 8. n. 17. dicitur: *Qui mane vigilaverint ad me, invenient me.* Quæ verba de ſuo more exponit D. Bern. ſer. 69. *accelera quantumvis ait, etiam ipſas anticipa vigilias, invenies eum, non prævenies. Temere in tali negotio, vel prius aliquid tribuis tibi; vel plus & magis amat, & ante.* Semper vincimur à Dei ſolicitudine pro nobis. Quantumvis homo vigilet ad Deum, Deus multo ante lucanus ſupervigilat ut præveniat, & prior te ſit in negotio tuo, ut tibi provideat ſuperabundanter in omnibus.

Prov. 8.
D. Bernard.
Deus ſua providentia noſtram ſolicitudinem vincit.

464. In primo rerum molimine, in tertio die: *Dixit Deus: germinet terra herbam virentem.* Gen. 1. n. 11. cur ante hominem creantur herbæ, arbores, & animalia volatilia, terreſtria, & aquatilia? Homo creandus erat, ut omnium princeps cur non obtinet in creatione primum locum, ſed poſteriorem. Philo lib. de opificio; *Volens, ait, ut recens natus homo nulla re careret, quæ ad vitam, atque adeò ad benè vivendum conferat.* Et Nicetas in oratione 24. Nazianz. *Ut mundum ingreſſus inopia minimè laboraret.*

Geneſ. 1.
Deus homini providet ante ejus nativitatem.
Philo.
Nicetas.

Apoc. 1. n. 15. Et pedes ejus ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardenti; & vox illius, tanquam vox aquarum multarum.

VERSIONES.

Syrus. Pedes ejus ſimiles æri libanico, quod inflammatum eſt, tanquam in fornace.

Prim. Aretas. Pedes ejus aurichalco libani, ſicut de fornace ignea.

Vatabl. Pedes ejus ſimiles chalcolibano, velut in camino ardentes.

Arias. Pedes illius ſimiles chalcolibano in camino igniti.

Arabic. Pedes ejus, ſicut æs conflatum in igne, vel orichalcum ſplendens incenſum in fornace ignis.

Anton. Neb. Similes thuri æneo.
in 3. Quinq. c. 4.

D. Cyprian. Et vox illius, tanquam ſonum aquarum.

EXPOSITIO XI.

465. *Quid aurichalcum.* Suidas. Aretas.

PEdes ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardenti. Suid. putat, aurichalcum eſſe genus electri auro pretioſius. Ant. Nebriſſenſis in 3. Quinquagena c.4. vertit *thus æneum*, idest, forte, maſculum utpote incenſum fragrantiſſimum, jucundiſſimum odorem ſpargens. Alii vertunt *orichalcum* à voce Græca, quæ *mons* ſignificat, quaſi æs, quod è montibus eruitur, a ii, ut Areta, Primaſius, *aurichalco libani*, quaſi æs libani eò quod è libano eruatur, ut inquiunt Aretas, & Theſaurus linguæ Latinæ. Unde Syrus vertit. *Similes æri libanitico.* Tamen noſtra Vulgata habet *aurichalcum*, ſive or chalcum legas, eſt æs laudatiſſimum, & apud antiquos fuit in magno pretio, ut teſtatur P in lib. 34 c.2.& vocatur aurichalcum, eò quòd colorem habeat aureum, ut inquit Sixtus Pompeius.

Aretas Primaſ. Theſaur. Plinius. Sixtus.

466. *Per pedes Chriſti, ſignificatur humanitas.*

Senſus ergo eſt: Pedes Chriſti ſimiles erant aurichalco, non frigido, non liquefacto, ſed ignito, cadenti & coruſcanti: *In camino ardenti.* Ut habet noſtra Vulgata: Alii, ut Varabl. legunt: *Ardentes*, ſcilicet pedes Chriſti erant fulgentiſſimi, ac ſplendidiſſimi humanitas nempe ejus, quæ per pedes ſignificatur, ut Deitas per caput, per caminum autem paſſionis, mortis, ac crucis facta eſt ſplendidiſſima, ac fulgentiſſima humanitas Chriſti, ac conculcandum Domitianum, Trajanum, cæteroſque ſuos, & Eccleſiæ ſuæ hoſtes, & etiam ad eos comburendos, ut docent Damaſc. Rupertus. Pannonius & alii.

467. *Vox Chriſti vel prædicationis Evangelicæ.*

Vox illius tanquam vox aquarum multarum, idest, vox Chriſti erat vehemens, & ſonora, qualis eſſe ſolet aquarum multarum cum impetu defluentium. D. Greg. & alii intelligunt, deſignari ſonum prædicationis Evangelicæ per omnem terram, eandemque humectantis, purgantis, ac fœcundantis.

QUÆSTIO LVII.

Quare poſtquam Joannes fecit mentionem de capite, ac oculis Chriſti ſtatim de illius pedibus ignitis agit?

468. SUperiori num. Joan. dixit: *Caput ejus, & capilli erant candidi, tanquam lana alba, & ſicut nix, oculi ejus tanquam flamma ignis.* Modò ſtatim ſermonem vertit ad pedes; cur priùs non agit de manibus, ore, ac facie?

469. Dam. Reſpondet primò Petrus Damian. ſerm.5.de S. Joanne Evangeliſta: *Beatus Joannes alterno ſuæ narrationis ordine, modò divinitatem Chriſti ſublimiter intonat, modò quæ humanitatis ſunt, planè quodammodo, & humiliter aſſeverat: In principio, inquit, erat Verbum; ecce Aquila ad Cœli verticem ſublimiter evolat; ſed ad eſcam carnis neceſſe eſt, ut preſſis alis aliquando in imum ſubmiſſa deſcendat, unde & paulò poſt quid ſubdat, audite, & Verbum, inquit, caro factum eſt, & habitavit in nobis.* Poſt illius caput, qui ſimili, filio hominis apparebat, immediatè ad illius pedes deſcendit Joannes, cur ex alto capitis vertice ad illius pedes tranſit? Sicut in capite natura Divina; & ſicut in exordio Evangelii, de Chriſti divinitate, deinde de ejus humanitate diſſerit, ſic in hoc Apocalypſeos libro, inſtar Aquilæ ſublimis, ad ejus caput, hoc eſt ad ejus Divinitatem volat. Deindeque ad ejus pedes, hoc eſt, humanitatem deſcribendam deſcendit, & ſic ſæpiſſimè utriuſque naturæ conjunctionem, ac operationem nobis proponit; quod optimo exemplo confirmat. De divino ſponſo dicitur Cant. 5. num. 14. *Venter ejus eburneus, diſtinctus ſaphiris.* Ebur dêns eſt Elephantis, quod fertur eſſe animal caſtiſſimum, & Chriſti humanitatem caſtiſſimam, & puriſſimam denotat. Saphirus verò qui Cœli colorem habet, divinitatem divinaſque in Chriſto operationes ſignificat. Sic pergit citatus Dam. *Quia Chriſti humanitas divinis virtutibus refulgebat: nec plenus Saphiris eſſe dicitur, ſed diſtinctus: ita videlicet, ut inter Saphiros candor eboris appareret: quia ſic Dominus in parte hominis aſſumpti operabatur humana, ut nihilominus ex parte Deitatis oſtenderet divinitatem, hoc itaque modo B. Joannes quaſi eburneum ventrem Sponſi ſaphiris diſtinguit, dum aliquando divinitatis alta, aliquando humanitatis infirma deſcribit.* Cant. 5.

Joannes modo ad divinam Chriſti naturam modo ad humanam volat.

Secundò. Poſt oculos inflammatos, pedes igniti commemorantur: Per oculos vitam contemplativam, per pedes activam, multis interpretatur Ioachim. Abbas, & ſubdit: *Sive cum Petro ſequimur Dominum; ſive cum Ioanne contemplationi vacamus; ſive, inquam, illam vitam tenemus, quæ corpori Chriſti adſcribitur, deſignata in pedibus ſive & illam, quæ oculis mentis ejus magis congruit, cujus propriè oculus, qui lumen eſt corporis, ſimilitudinem gerit: utrumque donum Dei eſt, utrumque gratia? & ſicut ab illo in nobis eſt, ut ſimiles eſſe poſſimus flamine ignis, contemplando cœleſtia, ita & ab ipſo, ut poſſimus ſuſtinere preſſuras, & ob veritatis amorem paſſionem ſubire.* Poſt commemoratos oculos, ut flammam ignis, ignitos pedes refert; quia ſicut per oculos intelligitur vita contemplativa, ita & per pedes activa, & utraque debet eſſe plena, ac inflammata amore Divini Spiritus, qui per ignem ſignificatur. 470. Joachim.

Vita contemplativa, & activa ſit charitate plena.

Tamen vitæ activæ multas preſſuras, ac tribulationes, ut in camino ignis, tribuit, quas ejus ſtudioſi, *ob veritatis amorem ſuſtinent.* Et S. Anton. 1.p.hiſtoriæ tit.6.§.2. *Activa, ait, debet eſſe firma, & lucens, charitate ferveſcens, ideo fervens de aurichalco ſolido metallo, & lucenti in camino ardenti.* Vita activa debet eſſe firma & ſtabilis, ut aurichalcum: quia nonnulli, dum de operibus, & miniſteriis ſuis gloriantur, maximè cadunt, & præcipitantur: & ideò debent eſſe firmi, lucentes, ac charitate ferventes, ut in camino ignis examinati ac probati, firmiter perſeverent, & non conſumantur, ac pereant. 471. D. Anton.

Vita activa ſit ſtabilis ne gloria, at labore moveatur.

Utramque vitam, contemplativam in oculis deſignatam, & activam in pedibus, conjungit Joannes, utramque enim vir juſtus, ac perfectus debet in ſe tenere, ac amplecti Sicut enim in humano corpore, non minus neceſſarius eſt oculus ad videndum, quàm manus, vel pes ad operandum; ita & in animo cujuſque juſti non minus neceſſaria eſt interna rerum cœleſtium contemplatio quàm externa bonorum operum exequutio. Ait Paul. 1. Cor. 12.n.21. *Non poteſt oculus dicere manui: opera tua non indigeo.* Sic oculus debet eſſe intentus contemplatione, ut ſimul ſecum adjunctam habeat activam manuũ operationem. D. Greg Nyſſen orat. 15. in Cant. ſic inquit: *Divinus ille Apoſtolus ait, non poſſe* 472.

Vita activa, & contemplativa, ſimul debent eſſe. 1. Cor. 12. D. Gr. Niſſ.

oculum

oculum manui dicere, non mihi opus eſt te; quibus vobis docere vult, debere corpus Eccleſiæ ab utroque rectè comparatum eſſe, tam perſpiciendi, quam agendi vi, inter ſe quaſi temperata. Quippe quod neque contemplatio per ſe animam perficiat: niſi adſint opera vitam egregiam abſolventia: neque Philoſophia occupata in agendo ſatis ſit utilis, niſi vera pietas eorum, quæ fiunt, dux ſit.

473. Cantic. 2. Ait Divinus Sponſus ad Sodales ſuæ dilectæ *Ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis dilectam.* Cant.2.n.7.& tamen ſtatim ab ipſo celeriter ad actionem evocatur: *Surge, propera amica mea, columba mea formoſa mea, & veni*, n 13. Valdè mirabile quòd ſponſus uno penè momento, & prohibeat ſuſcitari ſponſam, & ſimul eam ſuſcitet ut veniat. Vult ut indulgeat quieti contemplationis, ideo nec ab aliis excitari permittit; & ut ſimul ſit in activa operatione, & ideo eam vocat, ut ſurgat, & veniat: ac ſi ſimultaneè in ea intendat quietem contemplationis conjunctam cum externa rerum occupatione. D.Bern. ſer.58. *Agnoſcite, ait, eas quas vobis commendavi, & non ſemel viciſſitudines ſanctæ quietis, ac neceſſariæ actionis; quia non ſit in hac vita copia contemplandi, nec diuturnitas otii, ubi officii, & operis cegentior urget, inſtantiorque utilitas.*

Anima ſimul ſit in operatione ac contemplatione.

D. Bern.

Quæstio LVIII.

Quare per pedes in camino ignis, humanitas Chriſti, ejuſque actiones, ac ſanctiſſima vita interpretatur?

474. Rupert. PRimò. Rupertus de Chriſti humanitate interpretatur, & ſic ait: *Sicut per caput candidum, vel canum, rectè intelligimus antiquum, quod in principio erat Verbum; ſic per pedes, quæ pars eſt finis corporis; rectè illud, quod idem Verbum caro factum eſt; illi pedes, iſta ejus humanitas ſimilis aurichalco dicitur; quia videlicet ſicut aurichalcum multis ignium impendiis, & ære perducitur ad colorem auri, ita & illa humanitas per multas tribulationes paſſionis; & mortis perducta eſt ad gloriam divinitatis, quæ per aurum ſolet intelligi, ut dicitur* Luc.24 *Nonne ſic oportuit pati Chriſtũ, & ita intrare in gloriam ſuam*; Sic & ſimiliter Nazianz. Damaſc.& alii Patres. Sicut per caput intelligitur Divinitas, ita per pedes humanitas; & dicuntur pedes ſimiles aurichalco in camino ardenti. Nonne vides, quòd aurichalcum ardentiſſimo igne, ac multis tunſionibus ad colorem auri pervenit? per caminum ardentem acerbitas Paſſionis Chriſti D. optime intelligitur. Meritò ergo dicitur in camino ardenti; quia Chriſtus D. in ſua Paſſione extitit tanquam in fornaſce ignita paſſionum, dolorum, ac amaritudinum; & per hæc Chriſtus intravit in gloriam ſuam.

Luc.24.

Naz Dam.

Chriſtus per fornacem paſſionis, obtinuit exaltationem ſuæ gloriæ.

475. Dubium tamen adurgeo: Quomodo dicuntur *pedes ſimiles aurichalco in camino, ardenti?* Pedes ænei in fornàce ardentiſſima diu perſeverare non poſſunt, ſed ſine dubio ibi peribunt, ac conſumentur; quomodo ergo humanitas Chriſti in ſua paſſione comparatur cum pedibus æneis in camino ardenti? ſic illa ſanctiſſima humanitas à Divinitate coroborata eſt, ut pro nobis pateretur, ut non ſolùm eſſet tanquam caro ænea ut dicebat Job.6.num.12. ſed etiam ut naturam omnem æneam ſuperexcederet, ac tranſiret. Vide quæ dixi tom.5. in Evang.l.8 c.1.n.22.23 & 24 & deinceps.

Tot paſſus eſt Chriſtus, ac ſi plus quàm caro ænea eſſet

Secundò. Andr.Cæſar. per chalcolibanum intelligit Chriſti divinitatem; ac humanitatem; *Quod ſi, ait, voces, unde hoc nomen chalcolibani conflatur, ſeorſum interpreteris, per æs humana natura Chriſti, per thus autem ejus divina ſubſtantia denotatur; per utrumque verò, & fidei fragrantia, & inconfuſa naturarum unio inter ſe, atque conjunctio.* In ea ſententia eſt citatus Auctor, quod per chalcolibanum intelligunt non metallum purum, ſed thuris: ac æris permixtionem, per quod interpretatur unionem humanitatis cum divina natura in Chriſto; nam Chriſtus habuit duplicem naturam, divinam ac humanam: Divinam ſignificatam in thure, quo colimus Deum, in ære verò humanam: & ſi hæc admirabilis naturarum unio per pium affectum recipiatur in corde fidelium veluti in camino ardenti emittit quandam fragrantiam, ac ſuaviſſimum odorem fidei, & amoris erga Chriſtum Dominum. 476. Andr. Cæſ.

Unio Divinitatis cum humanitate generat in nobis fragrantiam fidei.

Tertiò Galfr. Abb tract. 34. *Aurum optimum in morte palluit, aurichalco ſimile fuit, poſteriora ſiquidem dorſi ejus in pallore auri. O aurum calcatum, & conculcatum! ô aurum pretioſum aurichalcho viliſſimo comparatum! imò ſtratum etiam quaſi lutum, juxta illud Job.41.n.21.* Sternes aurum, ſicut lutum, *& Iſai.53.* Conſideravimus eum, & non erat ei ſpecies, neque decor, Unde nec reputavimus eum. *Ubi autem in camino ignis? Caminus ignis, fervor, tribulationis, vehementia perſecutionis, dolor extitit Paſſionis,* Chriſtus D. totus pretioſiſſimus, totus aureus; caput ejus aureum; pedes ejus aurei, quomodo cum aurichalco comparatur quod inter metalla vilis eſt conditionis? Chriſtus D. etſi pretioſiſſimus tamen in camino mortis ac Paſſionis, ſic vilis reputatus eſt, ut non eſſet ei ſpecies, neque docor. 477. Galfrid.

Chriſtus in ſua morte viliſſ habitus.

Job. 41.

Iſai. 53.

Quartò, & magis adurgeo ſuperiorem conſiderationem Chriſtus D totus aureus: *Caput ejus, aurum optimum*, ut dicitur Cant 5 n.21. pedes ejus aurei, ut etiam ibidem ſcribitur. n. 15. *Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundata ſunt ſuper baſes aureas.* Quomodo ergo ejus pedes cum aurichalculo comparantur, quod non eſt aurum, ſed ſolùm quandam auri ſimilitudinem habet, & eſt multò inferioris conditionis auro? Chriſtus D à Judæis, ac infidelibus tanquam vilis reputabatur, ab ſponſa, ac anima ſancta, in magno, ac ineſtimabili pretio eſt habitus, illi, cùm celſitudinem Chriſti ignorarent, eam contemnebant: hæc autem, cum illam agnoſceret, eximio affectu ſuper omnia, eam venerabatur. Vide quæ dixi tom. 1. in Evang. lib.2.c.4.q.29.n.107. 478.

Cantic. 5.

Chriſtus infideli vilis, fidelis pretioſus

Quintò. Humanitas ex unita Divinitate eximium fulgorem participavit. Quod colligo ex D.Greg hom.2.in Ezech qui explicans illa verba c.1. *In medio ejus quaſi ſpecies electri*, ſic ait: *Dum aurum, & argentum miſcentur: argentum ad claritatem proficit, aurum verò à ſuo colore palleſcit: illud ad claritatem proficit, hoc à claritate temperatur: igitur in unigenito Dei filio natura Divinitatis unita eſt tanquam aurum, natura noſtra tanquam argentum: in qua adjunctione humanitas in majeſtatis gloriã excrevit: Divinitas verò à ſui fulgoris potentia humanis ſe tẽperavit ocu-* 479. D. Greg.

lis:per hoc enim quòd humana natura clarior facta, quaſi per aurum crevit argentum, & quia Divinitas à fulgure ſuo,noſtris aſpectibus,eſt temperata, quaſi aurum nobis palluit per argentum.
Suidas. Chalcolibanum, ut volunt Suidas & alii genus electri eſt, & habet in ſe aliquid auri, & æris. Cùm aurum ſit omnium metallorum excellentiſſimum, Divinitatis fert ſymbolum juxta
Si ſublimes humiliantur, infimi aſcendunt. illud ſponſæ: *Caput ejus aurum optimum*: humanitas autem aurichalco, auro inferiori comparatur; tamen aliqua ex parte auro ſimile habetur, ex fornace ignea ad ejus colorem producitur; humanitas in ſe formaliter aliquid divinitatis non habuit; tamen ratione unionis hypoſtaticæ cum Divino Verbo, quodam eximio fulgore, ut ignitum aurichalcum nitet, & reſplendet. Cum enim ſummus ſplendor Divinitatis ſe ſe exinanivit, ac deſcendit ad miſeriam, ac ad pallorem naturæ humanæ; tunc noſtra humana natura ad eximium ſplendorem ac nitorem fulgurantibus radiis elevata eſt. Si ſuprema deſcendunt ad infima, infima elevantur
Luc. 3. ad alta. Dicebat Joannes Luc. 3 num. 5. *Omnis vallis implebitur & omnis mons, & collis humiliabitur.* Si montes, & colles, hoc eſt, alti. & ſublimes humiliantur, ac deſcendunt, valles, & infima implentur, ac exaltantur.

480. Pannon. Sextò Pannon, *Quia Chriſti deſideria ſancta erant, & fortiſſima, ut non cederent morti, rectè æri comparantur.* Valdè frequenter in Sacra Pagina per pedes deſideria, & affectus ſignifican-
Pſalm 9. Pſal. 17. tur; Pſ. 9. n. 16. & 17. n. 34. & 25. n. 12 Prov. 3. n. 23. & ſæpè multis in locis. Chalcolibanum eſt quoddam æris genus; quomodo pedes Chriſti, ſeu ejus deſideria; ac affectus ei aſſimilantur?
Deſideria Chriſti pro nobis patiendi conſtantiſſima. nam teneritudo, ac compaſſio in eo maxima relucebat, ita ut ejus viſcera, dicantur miſericordiæ viſcera: ære autem quid durius ac inflexibilius? Meritò tamen huic chalcolibano, æri nempe fortiſſimo Chriſti affectus comparantur; quia deſideria in Chriſto pro nobis moriendi, ac tam acerba tormenta ſuſtinendi, validiſſima, & conſtantiſſima fuerunt, ut numquam flecti potuerint: *fortiſſima, ut non cederent morti*

481. Septimò. Pedes ejus ſimiles aurichalco, ſignificant Chriſti affectus, & deſideria patiendi pro hominibus, ut ex Pannonio, antecedenti nume-
Deſiderium patiendi in Deo ardentiſſimum. ro. Nonne hîc apparet Chriſtus capite candido, & capillis candidis, qui denotant ejus Divinitatem, ac coæternitatem cum Patre? quomodo ejus pedes, ſeu affectus, ſunt in camino ardenti? Quia ab ipſa æternitate vehemens, ac ardentiſſimum erat Dei deſiderium moriendi, ac vitam dandi pro hominum ſalute; & præ vehementia deſiderii, dici poterat, eum veluti eſſe in camino ardenti: pro hoc ingenti affectu dandi vitam pro noſtra ſalute dicebat Chriſtus
Luc. 12. Luc 12. n. 50. *Baptiſmo habeo baptizari, & quomodò coarctor, uſque dum perficiatur.* Et iterum
Luc. 22. Tertull. Luc. 22. n. 15. *Deſiderio deſideravi, hoc paſcha manducare vobiſcum.* Quod explicat Tertullian adverſus Marc. *Figuram ſanguinis ſui ſalutaris implere concupiſcebat.* Hoc erat illi maximè in optatis; ſi Paſſionis Calicem exhauriret; ſi dolorum veſceretur pane; ac ſi nullo alio ſatiari poſſet.

482. Octavò *Pedes ejus in camino ardenti.* Quomodò hæc cohærent cum his, quæ in perſona
Pſalm. 30. Pſalm. 118. Chriſti ait Regina Vates Pſal. 30 n. 9. *Statuiſti, in loco ſpatioſo pedes meos.* Et iterum Pſal. 128. n. 45. *Ambulabam in latitudine,* tanquã in loco perdelectabili jucundo, ac amœno? Quomodo ergo nunc in camino ardenti? Quòd Chriſtus eſſet in camino ardenti ſuæ paſſionis, mortis, ac *Mors Chriſti ei valdè per jucunda, ac ſuavis.*
crucis, ut ex Patribus, jam dixi, erat ei locus ſuavis, ac delectabilis. Ait Iſai. 6. n. 1. *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſoliũ excelſum, & elevatum* Si verò quæras quiſnam eſſet hîc thronus Iſai. 6. D. Hieron. Gloſſa.
tam ſublimis, & elevatus? Reſpondent D. Hieron. Gloſſa, eſſe mortem, & crucem Chriſti, nullus ei ſublimior, ac excelſior thronus, in quo tanquã maximè ſpatioſo, ac glorioſo ſolio reſideret; & ad hoc refertur quod ait Joan. 12. n. 42. *Hæc dixit Iſaias, quando vidit gloriam ejus.*

Nonò Pannonius: *Quia pedes,* ait, *extrema* 483. Pannon.
pars hominis ſunt, rectè finem hujus vitæ mortalis Chriſti deſignant, quando ſe pro nobis Deo Patri in odorem obtulit ſuavitatis in cruce: tunc ſanè ſuæ combuſtionis odorem emiſit; hic odor pervenit ad dilectos omnes, quem modò olfacimus omnes, cujus ſuavitate vivimus. Multi contendunt, chalcolibani non eſſe metallum, ſed thus fortiſſimum ſeu maſculũ, ut reddidit Ant. Nebriſſ. tamen ſi his pedibus humana Chriſti natura *Chriſtus in fine vitæ ampliſſimum odorem dedit æterno, Parenti*
ſignificatur, quomodo dicitur thus in fornace ardenti? Per pedes, ut ſæpe dixi, denotatur ultima vitæ Chriſti periodus; dicitur ergo tanquam thus in camino ardenti: nam ſi thus ſupponatur in mediocri igne, aliqualem dat odorem; at verò ſi projiciatur in magno igne, ſeu in camino, magnum, & amplum emittit odorem; & ſi Chriſtus D. fuerit in tota vita ſuaviſſimus odor æterno Parenti: tamen in ultimo vitæ curriculo extitit fragrantiſſimus, & magnũ, & amplum. ſuper omnia opera dedit jucundiſſimum odorem. 484.

Decimò. *Pedes ejus in camino, ardenti.* Primaſius: *Sicut de fornace ignea; ſatis videbatur* Primaſ.
dicere, pedes ejus ardentes, ſicut in igne; ſed apparent ut in camino, ac fornace ignea, in camino ardenti: Pro quo nota; quod fornax ignea intenſiorem, & majorem ardorem habet, quam ſolus ignis, ex aliquot lignis accenſus: quod diſcrimen inter caminum, & ignem obſervavit D. Gregor. homil. 2. in Ezechiel. expendens illud Iſai. 31. *Vivit Dominus, cujus* D. Greg. Iſai. 31.
ignis eſt in Sion, & caminus ejus in Jeruſalem. Sic ait Sanctus Pater: *Plus eſt caminum eſſe, quam ignem, quia eſſe ignis, & parvus eſſe poteſt: in camino autem vaſtior flamma ſuccenditur.* Hinc in Sion ignis, in Jeruſalem eſt caminus; quia Sion, id eſt, ſpeculatio in via: Jeruſalem, id eſt, viſio pacis in patria; & multo major eſt flamma claritatis in patria, quàm in via.

Magno ergo myſterio; nunc pedes Chriſti 485.
non apparent tantum in igne, ſed in camino, ſeu fornace ardenti: nam etſi Chriſtus D. per totum vitæ curſum, à primo inſtanti ſuæ Incarnationis, extiterit in igne charitatis erga nos, ſic à Moyſe videtur in igne in rubo Exod. 3. n. Exod. 3.
2. per quod Incarnationis myſterium denotatur. ut interpretatur noſter D. Cyrillus Alexandrin. D. Cyrill.
ſic & ab Ezechiele 1. n. 4. in ſuo mirabili curru Ezech. 1.
videtur: *In medio ejus quaſi ſpecies electri, id eſt, de medio ignis.* In quod repræſentabatur Chriſtus, qui in mirabili curru ſuæ ſanctiſſimæ humanitatis degebat, per totum mundum docens, Iſai. 62.
& illuminans: ad quod alludit Iſai. 62. n. 1. *Et ſalvatur ejus, ut lampas accendatur*: tamen modò pedes ejus, hoc eſt ultima vitæ periodus, *Chriſtus in fine vitæ ardentiſſimè nos dilexit.*

per

per pedes denotata, ut ſæpe dixi, non dicuntur eſſe in igne, ſed in camino, ſeu fornace ardenti? quia quamvis Chriſtus D. in toto vitæ curſu magno affectu nos diligeret, tamen in fine vitæ maximo, & intenſiſſimo amore ferebatur erga homines; & maxima ac ſuprema ſuæ di-

Guatric. lectionis ſigna dedit. Guatricus Abbas ſerm. de Aſcenſio. *Magnus*, ait, *Pater, & Magiſter parvulos ſuos magna dilectione diligebat; & quãdiu cum eis corporaliter converſari voluit, non facilè, ac multum hunc ſuum eis affectum prodiait, maturiorem ſe illis, quam teneriorem exhibens ſicut Magiſtrum decebat; cum autem tempus, quo ab eis receſſurus erat, inſtaret, tunc veluti vinci tenero eorum affectu, viſus eſt, & magnam multitudinem dulcedinis ſuæ, quam ab eis abſconderat, diſſimulare non potuit. Hinc eſt illud: Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos; tunc enim propemodum omnem vim amoris effudit amicis; tunc eis Sacramentum corporis, & ſanguinis tradidit, & celebrandum inſtituit: neſcio virtute, an charitate mirabilior.*

486. Cùm ob diras plagas, ac ulcera, multi è populo è vita decederent; ex Dei mandato *fecit Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit eum pro ſigno quem cum percuſſi aſpicerent, ſanabantur.* Nu-

Num. 21. Lorinus. mer. 21. n. 9. Alii legunt apud Lorinum ibi, *Serpentem ignitum*, ſeu inflammatum: Qui ſerpens typum geſſit Chriſti Dom. crucifixi, ut ipſemet Dominus dixit: *Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium ho-*

Joan. 3. *minis.* Joan. 3. n. 14. ad intuitum enim Chriſti omnes nos ſalvati, & liberati ſumus: ſed quomodo Chriſtus in cruce dicitur ſerpens igni-

Chriſtus in Cruce vehementiam ſui amoris declaravit. tus? nam Chriſtus in cruce elevatus erat in aëra; ſerpens æneus, tunc eſt ignitus, quamdiu eſt in fornace: ſi ab illa extrahitur, jam non eſt ignitus. Meritò Chriſtus in cruce ſerpens ignitus dicitur, quia ſic in cruce inflammatus erat amore hominum, ut non ſolùm videretur eſſe in igne, ſed in camino, ac fornace ardenti ſuæ vehementiſſimæ dilectionis, ac charitatis erga nos quam maximè in cruce declaravit ac aperuit: & ſic erat in aëre ſublevatus, tanquam ſi eſſet in ardentiſſimas fornace ſuccenſa ſuæ eximiæ dilectionis erga nos.

Quæstio LIX.

Variæ expoſitiones circa pedes ſimiles aurichalco in camino ardente proferantur, ac expendantur?

487. Sardus. Ribeir. PRimò, Antiquus Sardus, quem ſecutus eſt Ribeira, per pedes ſimiles aurichalco, ardentes in fornace ignea, interpre-

Pſal. 109. tatur inimicos, ac perſecutores Chriſti, juxta illud Pſalm. 109. num. 2. *Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum:* qui ita ponendi ſunt, ut ab eo conculcentur, ut victi à victoribus ſolent conculcari, ac peſ-

Iſai. 63. ſundari, ut eſt illud Iſai 63. num 3. *Calcavi eos in furore meo, & conculcavi in ira mea.* Ta-

Inimici Chriſti conculcandi ab eo. men meritò dubitabis, ſi calcandi ſunt à Chriſto, quomodo dicuntur ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardenti? cur non potius ſimiles ferro, vel plumbo? Reſpondebis juxta Alcazar hîc ac Lorinum ad citatum locum Pſalmi, quod ita ſubjugandi ſunt à Chriſto, ut convertantur, ac charitatis aurum recipiant, ut dicitur Joſuë 1. num 3. *Omnem locum, quem* Joſue. 1.
calcaverit veſtigium pedis veſtri, vobis tradam & Pſalm. 59. num. 10. *In Idumæam extendam* Pſalm. 59.
calceamentum meum. Tamen communis ſententia, per hos pedes, ſimpliciter intelligit intimos Chriſti amicos; ac chariſſimos ejus familiares.

Secundò de affectibus B. Virginis interpretatur Richardus de S. Laurentio lib 2. de laudi- 488.
bus Mariæ, §. Partic. 2. *Commendantur*, ait, *affectus Virginis attributis; Sapientia, quæ in auro, à perſeverantia, quæ in aëre, à vehementi fervore eximiæ charitatis, qui ſignatur in camino ardenti.* *Eximii affectus Virginis erga ſuos devotos.* Idem ferè habet lib. 6. de fœmin Mar æ. Sicut per hujuſmodi pedes ſignificantur affectus ſanctiſſimæ humanitatis Chriſti, ut dixi ſuperiori quæſt. ita etiam denotari poſſunt affectus ſanctiſſimæ Virginis Mariæ, quibus ſuos devotos viſi ſunt, mò & quibus tendebat in dilectiſſimum filium Jeſum, præcipue tempore Paſſionis: Sed quomodo hujuſmodi affectus dicuntur ſimiles aurichalco, quod cùm ſit æs, ſpeciem auri refert: aurum deſignat illius eximiam ſapientiam, qua omnes illius affectus dirigebantur; æs cum ſit fortiſſimum, illius perſeverantiam ac conſtantiam; caminus verò ardens, illius vehementiſſimam charitatem denotat; vel per reſpectum ad filium: ſicut ſuperiori quæſt. diximus, quod filius ejus Jeſus, in fine vitæ, tempore Paſſionis, erat in fornace ardenti tormentorum, ac pœnarum: ſic ſanctiſſima ejus Mater erat in camino ardenti dolorum, ac anguſtiarum.

Tertiò Per hujuſmodi pedes interpretantur noviſſimos Chriſti fideles, tempore Anti- 489.
chriſti, D. Ambroſ. D. Auguſtin. Haymo Beda, D. Anſel. & alii; nam ſicut pes noviſſima pars eſt corporis, ſic hujuſmodi electi, noviſſimi ſunt corporis myſtici, Eccleſiæ nempè, qui multis preſſuris ac tribulationibus erunt probandi: at cur hujuſmodi pedes ſolùm ſimiles aurichalco, & non potius auro dicuntur: nam primi electi, tanquam aurum probati in fornace ſcribuntur Sap 3 n 6. & ultimis temporibus multi futuri ſunt farcti ejuſdem meriti, ac primi: cur ergo hujuſmod pedes non ſimiles auro perhibentur? quia miraculorum ſplendore non fulgebunt. Ita D. Bernard. Senenſ. *Pedes Domini, ſunt electi plurimi, qui erunt tempore Antichriſti: nam ſicut aurichalcum multis concuſſionibus, & cremationibus depuratur, & meliorem colorem accipit: ita illi multis tribulationibus depurabuntur, & puriores efficientur: & ideo comparantur aurichalco, & non auro, quia quamvis ſunt ejuſdem meriti, & virtutum, ac primi fuerunt, non tamen lucebunt miraculis, ſicut illi.*

D. Ambr. D. Auguſt. Haymo. Beda. D. Anſelm.

Sap. 3.

D. Bern. *Noviſſimi juſti licet magnim riti, miraculis non fulgebunt.*

Sed cur hujuſmodi electi noviſſimi, ſeu pe- 490
des, dicuntur in camino ardenti? cur non potius in igne, ut alii electi ſunt probati, ut ait Regius Vates Pſ 65. n. 10. *Igne nos examinaſti ſicut examinatur argentũ.* Et iterum n. 12. *Tranſivimus per aquam & ignem.* Cur ergo hujuſmodi ultimi electi nõ dicuntur examinati & probati in igne, ſed in camino ardenti? Jam dixi ſuperiori quæſtione fornace accenſam, majorem vim, ardorem, ac incendium ſuper ignem

Noviſſimi juſti fortiſſimè tribulatione probabuntur.

denotare: inde hujuſmodi electi, ſeu pedes Domini, non in igne, ſed in camino ardenti dicuntur: quia illuſtriſſimi illi, & inclyti juſti robuſtiſſima, ac fortiſſima tribulatione erunt probandi, ac examinandi. Favet Haymo: *Sicut Antichriſtus erit crudelior omnibus perſecutoribus, ita & fortiores erunt omnibus retro Martyribus; nam ipſe caminus validiſſimam tribulationem ſignificat, de qua Dominus Matthæi cap. 24. ait: Erit tribulatio talis, qualis non fuit, nec fiet.* Idem habet Albertus Magnus.

Matth. 24.

491. Quartò. Hæc figura, ſeu ſimilitudo filii hominis, repræſentabat effigiem juſti, ac fidelis hominis, cujus pedes dicuntur *ſimiles aurichalco, ut in camino ardenti.* Aurichalcum manifeſtam importare alluſionem ad labrum, ſeu mare æneum 3. Reg 7. n. 24. multis contendit hic Alcazar; quod mare æneum pœnitentiam denotabat. Caminus ignis ſacram Euchariſtiam, ut ipſe tenet, & Gerſon. Anton. Eſcobar de ſacra Euchariſtia lib. 2. ſect. 5. num 29 quo ſignificabatur, quod per pedes, ſeu mare æneum pœnitentiæ, in aurichalco deſignatum, accedendum ſit ad ignem Euchariſticum, ut calore cœleſtis charitatis inflammari, ac ſuccendi valeas.

3. Reg. 7. Alcazar. Gerſ. Eſcob. *Per mare pœnitentiæ ad Euchariſtiam deveniendum.*

492. Quintò. Hic ſimilis filio hominis veniebat ad arguendos Epiſcopos Aſiæ, ut patet ex ipſo contextu; ac proinde repræſentabat perſonam magni Præſulis Eccleſiaſtici, & de eo dicitur, quod habebat *oculos tanquam flammam ignis;* & *pedes ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardenti.* Et ſicut per oculos denotatur vigilantia, ita per pedes diligentia; & oculi, & pedes dicuntur igniti; quia tota vigilantia, ac diligentia Prælati debet eſſe conjuncta cum charitatis flamma, ac ſuccenſa igne charitatis ſuorum. Sic ait D. Auguſt. in Reg. cap. 40. *Ipſe qui vobis præeſt, non ſe exiſtimet poteſtate dominante, ſed charitate ſerviente felicem.* Et dicuntur pedes ejus non in medio florum, vel balnei refrigerii, ac deliciarum, ſed in camino ardenti; quia verus Prælatus multos labores, magnaque diſcrimina debet pertranſire ac conculcare ob ſuorum ſalutem, & dicuntur pedes ejus, non lutei, vel lignei, ſed ænei, qui fatigari neſciunt: charitas enim veri Prælati nullo labore, nullaque preſſura ſuperari poteſt; ſed cum robore æneo ſemper perſiſtit. Richard. Vict. tract. de gradibus charitatis cap. 3. ex D. Auguſtin. ſic ait: *Solus amor nomen difficultatis ignorat.* Et non capite, ſed pedibus tales deſignantur Prælati, ut humiles ſe exhibeant non tantum ad pedes aliorum, ſed etiam ſub illorum pedibus. D. Auguſt. in Reg. cap. 40. *Honore coram vobis Prælatus ſit, timore coram Deo ſubſtratus ſit pedibus veſtris.*

In Prælato ſit vigilantia, & diligentia cum charitate. D. Auguſt. Richard. D. Auguſt.

493. Sextò. Victorinus, Ticonius, Aretas, Viegas, Pererius, & alii, per pedes intelligunt Apoſtolos, & Prædicatores. Sic ait Andræas Cæſarienſ. *Illo ſenſu Apoſtoli Chriſti pedes dicuntur, ut qui ſolida ſunt Eccleſiæ fundamenta; & ad Magiſtri exemplum, in tentationis camino egregiè probati ſunt.* Hi nomen Chriſti per totum orbem deportaverunt. De his dicitur Iſai. 52. num. 7. & Rom. 10. n. 15. *Quam ſpecioſi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!* Cant 7. n. 1. *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia Principis?* Et hi pedes non dicuntur ſimiles auro, vel æri, ſed aurichalco, quod utriuſque habet ſpeciem: quia hi ſua ſapientia ſplenduerunt, ut aurum, ſuaque conſtantia expreſſerunt fortitudinem æris. Unde D. Irenæus lib. 4. c. 37. Chalcolibanum refert ad fortitudinem fidei, & ad perſeverantiam in tot adverſis, ærumnis & perſecutionibus, quas præcones Dei, ejus amore pertulerunt uſque ad mortem, & martyrium.

Victorin. Ticon. Aretas. Iſai. 52. *Apoſtoli, & Prædicatores oſtendunt ſapientiam, & fortitudinem.* D. Irenæus.

494. Septimò. Aliter Aretas cum per chalcolibanum interpretetur thus maſculum, quod fragrantiſſimi eſt odoris, cum igni ſuperimponitur: tales debent eſſe præcones divini verbi, ut virtute, ſanctitate, ac doctrina fragantiſſimum emittant odorem. Sic ait Aretas: *Suavis fragrantia ſunt Chriſti Diſcipuli.* Ideo ait Paulus 2. Corinth. 2. num 15. *Chriſti bonus fragrantia ſumus, in his qui ſalvi fiunt, & in his qui pereunt.* Hunc bonum odorem D. Hieronym. D. Ambroſ. D. Anſelmus referunt ad prædicationem, & doctrinam Evangelicam, D. Auguſtin ad vitam, & mores, quo ſuaviſſimo odore Apoſtoli, ac Prædicatores Evangelici replent orbem. Nota, quod ait Apoſtolus: *Bonus odor in his, qui ſalvi ſunt, & in his, qui pereunt.* Quia tam bonus odor eſt gratia & miſericordia juſtis, & his, qui ſalvi fiunt: ac eſt bonus odor juſtitia, ac caſtigatio iniquis, & his, qui pereunt.

Prædicatores dent odorem doctrinæ, & vitæ. Aretas. 2. Cor. 2. D. Hieron. *Tam bonus odor eſt juſtitiæ, ac miſericordiæ.*

495. Octavò. Dicuntur etiam Prædicatores ſimiles aurichalco *in camino ardenti*: comparantur cum hujuſmodi metallo, quod valde magnum, ac ſuavem emittit ſonum: & in camino ardenti, nam Concionator charitate ardet, & alios ardere facit. D. Gregor. Magn. hom. 3. in Ezech. ad illa verba Prophetæ. 1. n. 7 *Quaſi aſpectus æris candentis.* Sic ait S. Doctor. *Benè æs candens dicitur, quia vita prædicantium ſonat, & ardet, ardet enim deſiderio, ſonat verbo.* Vel in camino ardenti laborum ac preſſurarum, quas præcones Dei Verbi pro doctrina Evangelica patiuntur: & ideò aliqui apud Cornelium à Lapide dicunt, in hoc chalcolibano, ſive æte libani, alludi ad altare holocauſtorum, quod ex hoc ære erat fabricatum: Ad hujuſmodi ignem holocauſtorum reſpicit hic Joannes, quia Prædicator tot laboribus ſe exponit, ut idem ſit, ſuſcipere munus prædicationis ac in altari, & igne ſe offerre Deo in holocauſtum.

D. Greg. Corn. *Qui prædicat ut in holocauſtum ſe offerat Deo.*

496. In Plauſtro novo boves portabant arcam, & dicitur: *Ibant autem in directum vaccæ per viam: & itinere uno gradiebantur, pergentes, & mugientes & non declinabant, nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram.* 1. Reg. 6. num. 12. Per has vaccas arcam portantes, Prædicatores interpretantur D. Gregor. hom. 17. in Evang. & lib. 7 Moral. cap. 14 vel 18. & Beda, qui ſic ait: *Qui uno eodemque fidei, & veritatis calle gradiuntur, gementes quidem quaſi homines, ſeparati ſe ab his quos diligant, libentius tamen eos, ubi neceſſitas ingruerit, quàm juſtitia viam deſerentes: tendentes ad victimam Paſſionis, pro arca Dei properantes, quam fletu filiorum, arcam deſerere conſentientes.* Quibus ultimis verbis, ut obſervavit Mendoza ad citatum locum Reg Annot 21. ſect. 1. n. 8. alludit ad holocauſtum, quod de his vaccis in fine itineris factum eſt n. 15 *Et conciderunt ligna plauſtri: vaccaſque impoſuerunt ſuper ea holocauſtum Domino.* Vaccæ ſignificant Dei concionatores, portantes arcam, ſacram ſcilicet

1. Reg. 6. D. Gregor. Beda. Mendoz.

licet Scripturam ac doctrinam Evangelicam: gementes pro converſione fidel um, quos tanquam filios ſuos in Chriſto generabunt; non declinantes pro lucro, ac bono temporali; pergentes *ardentius ad victimam Paſſionis.* Nam idem eſt, quòd collum ſubmitterent ad portandam arcam, ac prædicat onem Evangelicam; ac collum ſubmittere gladio perſecutionis, ut ſe offerant Deo in ſacrificium, ac holocauſtum, in igne tribulationis ac preſſurarum.

Munus prædicandi ſacrificium, & holocauſtum eſt.

497. Rubus ardens objicitur Moyſi; vehementi videndi ſtudio fertur Patriarcha; vox inhibet cœleſtis: *Solve calceamentum de pedibus tuis.* Exod. 3. numero 5. Cur præceptum urget, ut calceamentis Moyſes ſpolietur; Opportunè Divus Gregor. *Moyſem*, ait, *alloquutus oſtendit, quia Doctor populi fieret.* Mittitur Moyſes in Ægyptum, prædicaturus Dei majeſtatem, nomen, fidel tatem, ac magnalia; & dicitur ei: *Solve calceamentum de pedibus tuis.* Cùm Prædicator conſtituitur, ſtat m ei longa via aſſignatur, & iter ſpinis, tribul s & lapid bus plenum, quo illius pedes vulnerandi, ac cruentandi ſunt. In Apoſtolica m ſſione mille de bes ſub re labores, innumeriſque incommodis tentari.

Exod. 3.

D. Greg.

Munus prædicandi, valdè laborioſum.

Quæstio LX.

Quare hæc vox erat, ſicut aquarum multarum?

498. VAriè ac multipliciter hæc vox explicatur, quæ omnia ad quatuor capita reduci poſſunt. Et primò ad gentes, Secundò ad Divinam gratiam: Tertio ad Sripturam ſacram: Quartò ad prædicationem Evangelicam.

499. Et primò Alcazar exiſtimat, hanc vocem donotare perſecutionem Romani Imperii: ac ſi aquæ multæ, multæ ſint gentes frementes, ac furentes in Eccleſiam, ejuſque filios fideles: ſed cùm hæc ſit vox Chriſti, non eſt frementium gentium. Secundò Ribeira hanc vocem refert ad condemnationem impiorum: tanquam ſi hæc ſit vox Chriſti valdè terrifica impios condemnantis in extremo judicio: ſed quia hæc ſign ficantur per gladium, qui ſequitur, ideo alia eſt intelligentia hujus vocis. Tertiò D. Ambr. quia multæ aquæ multi populi ſunt, ſic ait: *Per vocem aquarum multarum multitudo gentium, quæ ad fidem Chriſti cucurit, deſignatur.*

Alcazar.

Ribeira.

D. Ambr.

500. Secundum caput, de gratia. Et primò Victorinus, ad aquas Baptiſmi refert, ad quas Chriſtus vocabat. Secundò Arias Montanus ad affluentiam cœleſtium virtutum, quæ ex ore Chriſti dimanabat: in qua expoſitione eſt Aretas, qui hanc vocem *aquarum multarum*, ad multitudinem gratiarum refert, quæ ex ore Chriſti, tanquam ex fonte, defluebant, juxta illud Joan. 6. numer. 38. *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Similiter Haymo hanc vocem refert ad charitatem: & ait: *Benè vox ſingularis Chriſti, tanquam vox aquarum multarum; quia cum una ſit Charitas, ſi mentem repleverit, hæc ad innumera virtutum opera multiformiter accendit.* Sed cùm charitas ſit una cut ad inſtar multarum aquarum dicitur; Quia licet ſit una, plurima tamen virtutum opera generat, & producit.

Victor.

Arias.

Aretas.

Haymo.

Charitas ad multa virtutum opera accendit.

501. Tertium expoſitionum caput de ſacra Scriptura Nam ſæpe in ſacro textu per aquam ſacra Scriptura deſignatur. *Repleta eſt terra ſcientiâ Domini, ſicut aquæ maris operientes.* Iſai. 11. num. 9, *Erit in die illa, exibunt aquæ vivæ de Jeruſalem.* Zachar. 14. numero 8. Ubi D. Hieronym & alii interpretes communiter per aquam ſacram Scripturam interpretantur. Cujus rei rationem aſſignat Noſter Divus Cyrillus Alexandr. lib. 5. in Joannem cap. 10. *Aqua Sapientiæ ſalutaris* (hoc eſt ſacra Scriptura) *noxam hujus mundi ſitim; & vitiorum ardorem prorſus extinguit: ſordes omnes peccatorum eluit: animæ noſtræ terram cœleſti imbre irrorat, atque fœcundat.* Quamvis Scriptura in ſe ſit una, vox illius dicitur multarum aquarum, quia inſtar multarum aquarum, animas lavat, & mundat.

Sacra Scriptura.

Iſai. 11.

Zachar. 14.

D. Hieron.

D. Chryſ.

Scriptura in ſe una, inſtar multarum aquarum lavat.

Secundò Rupertus: *Aquarum nomine*, ait, *Divinæ Scripturæ ſolent intelligi: conſtat autem, quia illè filius hominis caput candidum, pedes habens hujuſmodi ſimiles aurichalco, quidquid in Paſſionibus, ſive tentationibus ſuis loquebatur, vel nunc uſque loquitur, ſanctarum conſonat Scripturarum; & conſentit vocibus, ac ſonſibus; imò & vita, & mors ejus, reſurrectio quoque, & Aſcenſio ejus. Sicque, & ſic idcirco proceſſit, ut Scripturæ implerentur: igitur vox ejus, tanquam vox aquarum multarum, quæ multæ ſunt, ſcilicet legis, Prophetarum, atque Pſalmorum, quoniam neceſſe eſt impleri omnia; quæ ſcripta ſunt de me.* Luc. 24. Scribit Joannes, caput Chriſti eſſe candidum: pedes ſimiles aurichalco in camino ardenti: oculos ejus, ut flammam ignis: ſicut caput denotat Divinitatem, ita pedes humanitatem: & dicuntur in camino ardenti, ut ſignificetur ejus Paſſio & mors quam pro nobis pertulit: oculi inflammati ejus ſummam providentiam, & curam ſuper genus humanum: ecce cur vox illius, dicitur vox aquarum multarum, ſcilicet, Scripturarum: quia quidquid Chriſti erat: totum Scriptura dicit, loquitur, & clamat: ita ut vita ipſius, nil aliud eſſet, niſi quædam adimpletio vel cum ac teſtimoniorum ſacræ Scripturæ

Rupert.

Luc. 24.

Vita Chriſti ſcripturarum adimpletio.

502. Tertiò. Joachimus Abbas: *Vox Chriſti, vox aquarum multarum*, ait *quia ſicut guttæ multæ decidentis pluviæ ſono multiplici concorditer ſonat, ita multiplicata Scriptura ſacra eloquia, in quibus loquitur Chriſtus, eandem ſonant veritatis ſententiam: quam ob cauſam Scriptura rota illi apud Ezechielem* cap. 1. *comparatur, cum dicitur: Apparuit rota una ſuper terram, juxta animalia, habens quatuor facies; & aſpectus earum, & opera, quaſi ſit rota in medio rotæ: & una ſimilitudo ipſarum quatuor.* Si plurimæ ſunt aquæ defluentes, cur non dicitur à Joanne quod plurimæ ſint voces; Quia licet aquæ multæ, una erat earum vox; quia licet multi ſint Scriptores ſacræ paginæ, multique ſint libri, tamen omnes unanimiter in una veritatis voce conveniunt: & ideo apud Ezechielem dicitur: *Rota in medio rotæ.* Ubi Divus Gregorius per rotam, ſacram Scripturam interpretatur: quæ quatuor facies habet: quia utrumque teſtamentum in quatuor partes diſtinguitur, videlicet in

Joachim.

Ezech. 1.

Scriptura licet habeat multos libros, ſumma eſt eis conſonantia.

D. Greg.

in legem,& Prophetas ſeu Prophetarum dicta & in Evangelia, Acta, ſeu dicta Apoſtolorum. Tamen una ſimilitudo ipſarum quatuor dicitur, ut indicetur ſumma omnium Scripturarum conſenſio.

504. Quartum expoſitionum caput Prædicatorem Evangelicum per hanc vocem aquarum mul-
D. Auguſt. tarum interpretatur. Ita Divus Auguſtin. D.
D. Greg. Gregor. Primaſ. Ticon. Haymo, D. Anſelm.
Primaſ. Ansbertus, Seraphin. Pererius, Viegas, & alii.
Ticon. Et hæc eſt veriſimilior ſententia. Alludit hic
Haymo. Joannes ad locum Ezech. 43. n. 2. *Ecce gloria*
Ansbertus. *Dei Iſraël ingrediebatur per viam Orientalem:*
D. Anſelm. *& vox erat ei, quaſi vox aquarum multarum:*
Ezech. 43. *& terra ſplendebat a majeſtate ejus.* Sic ait hîc
Prædicatio Evangelii ſonora, & efficax. Joannes: *Vox illius, vox aquarum multarum.* Ac ſi dicat: vox Chriſti, diſcipulorumque ejus prædicantium erat valdè fortis, ſonora, & penetrans; & efficax, qualis eſſe ſolet aquarum multarum cum impetu defluentium, & ad hoc declarandum aquarum ſimilitudine utitur Joannes.

505. Secundò. D. Bernard. Senenſ. *Quia ſicut*
D. Bernard. *aqua,* ait, *eſt extinctiva ignium; ſubmerſiva animalium; productiva viventium, conglutinativa, & unitiva partium diſſidentium; mollitiva ad recipiendas formas imaginum: ſic prædicatio ſordes prædicatorum abluit; ardorem concupiſcentiæ extinguit: Pharaonem cum exercitu ſubmergit; virtutes vivificat. diſcordes conglutinat, ſuper-*
Alb. Magn. *bos mollificat.* Idem habet Albertus Magnus:
Mira virtus prædicationis. Cùm eloquium Dei ignitum dicatur, quomodo vox ejus cum aquis multis comparatur? Meritò ſanè. Nam prædicatio Evangelica, inter aquam, quæ extinguit ſitim rerum temporalium: refrigerat æſtum concupiſcentiæ: mundat, & lavat peccatorum ſordes; cœleſtibuſque documentis rigat, & fœcundat corda noſtra; immò & vivificat: partes diſſidentes congregat, unit; mollitque noſtrum pectus, ut in eo imprimatur Divinarum cogitationum imago; & tandem Principem tenebrarum cum exercitu ſuo ſubmergit.

506. Tertiò. D. Anton. Paduan. hîc in fragm.
D. Ant. *Sicut,* ait, *aquæ multæ, quæ cum impetu vadunt, omne obſtaculum irrumpunt: ſic vox prædica-*
Vox prædicatoris, ac Prælati omne impedimentum ſalutis ſuorum removet. *tionis Prælati omne obſtaculum vitiorum, & impedimentum ſalutis debet irrumpere.* Quomodo vox Prædicatoris, ac Prælati, quæ debet eſſe ſuavis, ut ſuos ad virtutem alliciat, dicitur vox aquarum multarum decurrentium, quæ incuſſiva timoris eſt? Meritò tamen vox Prædicatoris, ac Prælati voci aquarum multarum aſſimilatur: quia ſicut aquæ obſtacula ſuo curſui reſiſtentia effringunt, ac evellunt, ſic vox Prædicatoris, ac Prælati, ſui efficaciâ omne impedimentum ſalutis ſubditorum, ac auditorum omni conatu debet removere, ac
Gloſ. Mor. excludere. Ad hoc reſpicit Gloſſa Moralis: *Vox illius, tanquam vox aquarum multarum, per quam ſignificatur efficacia verbi tam in prædicando, quàm in corripiendo, quæ debet eſſe in prælato.*

507. Quartò. Haymo, Ansbertus, Ioachimus,
Haymo. *Superius legimus,* ait, *quod Ioannes audierit vo-*
Ansbert. *cem Angeli, tanquam tubæ; nunc autem tan-*
Joachim. *quam vocem aquarum multarum, quia videlicet prius per paucos Prædicatores inſonuit, de quibus Dominus dicit; Meſſis quidem mul-*
ta operarii autem pauci. Matth. 9. Et *poſtea* Matth. 9.
populorum multorum officio reſultavit, aquæ enim multæ populi ſunt: quod enim primùm pauci Prædicatores, hoc poſtea totus mundus clamavit. Superiùs dixit Ioannes, ſe audiſſe vocem, tanquam tubæ, nunc verò ait, vocem à ſe perceptam, eſſe ſicut aquarum multarum: ſine dubio majorem ſonitum edunt aquæ cum impetu decurrentes, quam unica tuba. Cur ergo non dixit, ſe audiſſe vocem tubarum multarum, ſed unius tubæ: modò verò inſtar multarum aquarum? Magno ſanè myſterio; quia in exordio primitivæ Eccleſiæ, vox erat, veluti unius tubæ: tunc enim pauci erant Prædicatores: At verò nunc vox eſt multarum aquarum: multi enim modò ſunt præcones Evangelium annuntiantes: ideo ſonus, qui prius erat unius tubæ, modò eſt inſtar multarum aquarum. *Nunc plures ſunt Evangelii annuntiatores quam in exordio Eccleſiæ.*

Quintò. Andreas Cæſarienſ. *Haud inju-* 508. Andr. Cæſ.
ria, ait, *vox illius, aquarum multitudini aſſimilatur: nam una, eademque illius, & ſpiritus vox eſt: at ſpiritus vi fit, ut aquæ vivæ torrentes, è fidelium ventre fluant, clareque per terrarum orbem perſonent.* Vox illius, vox aquarum multarum: & tamen ſtatim num. ſequenti dicitur: *De ore ejus gladius ex utraque parte acutus exibat.* Per vocem aquarum multarum intelligitur prædicatio Evangelica, ut ſæpè diximus: & illud eſt mirabile, quod cùm haberet gladium in ore, dicatur vox illius, ut aquarum: ſi aliquid ore retinetur, vox impeditur, raucè profertur, & minimè ſonat. Deinde cur vox Prædicatoris comparatur aquæ? Cur non potius aviculæ ſuaviter, vel cymbalo ſonanti: ſed aquæ? Quæ hujus rei ſimilitudo? Vox Prædicatoris ſua doctrina eſt, ut gladius, & ut aquæ multæ: nam ejus efficacia viva eſſe debet, & penetrans ad animam, & hoc ita dilucidè, & clarè, ut aqua pura, & cryſtallina, ut omnes illam guſtare, de eaque bibere poſſint. *Vox prædicatoris efficax, ſit clara, & dilucida.*

Sextò. Richardus Victorinus: *Quia quem-* 509. Richard.
admodum, ſonus aquarum aliis odibilis, aliis amabilis: ſic prædicatio Scripturarum bonis placet, malis diſplicet: bonos mulcet, malos terret: demulcet per cœleſtium præmiorum promiſſionem, terret per tormentorum infernalium comminationem. Vox Prædicatorum, quemadmodum aquarum multarum currentium per omnem orbem: *In omnem terram exivit ſonus eorum. In fines orbis terræ verba eorum.* Pſalmo 19. Pſalm. 19.
Quomodo eorum vox dicitur, tanquam aquarum multarum? *Nam eloquia Domini dulciora ſuper mel & favum:* & ideò vehementer ſponſa petebat, dicens: *Sonet vox tua in auribus meis.* Quomodo ergo dicitur vox aquarum multarum: nam torrens inundans terribilis eſt, & aquæ, cum è loco alto per valles decurrunt, vehementi ſuo ſonitu terrorem incutiunt. At verò aquæ decurrentes per valles valdè amœnæ, & gratæ ſunt. Ecce cur vox prædicatoris, aquarum voci comparatur: ſicut enim ſonus aquarum aliis eſt amabilis aliis odibilis; torrenſque aquarum multis formidoloſus, aliiſque perjucundus: ſic eſt prædicatio Evangelica, quæ bonis eſt ſuavis, & grata; malis eſt odibilis, & aſpera. Et ideo quæ modò aquæ irriganti comparantur, ſtatim cum gladio pungente, ac *Prædicatio Evangelica bonis placet, malis diſplicet.*

inter

interficiente aſſimilatur ſequenti numero.

510. Hugo.

Septimo. Hugo de Sancto Victore: *Vox igitur ejus, tanquam vox aquarum multarum, vox ejus ad modum aquarum per orbem currentium, eum irrigantium, ſonat.* Vox Prædicatoris eſt, quæ modò inſtar aquarum multarum dicitur, & quæ vox eſt, quæ modò ſimilitudinem aquarum multarum præfert, & ſtatim enſis ancipitis ſpeciem, ut ſequenti numero dicitur: *De ore ejus gladius ex utraque parte acutus exibat?* Et quæ vox hæc quæ facilè ſcindere, & ſcindi poteſt? facilè enim ſcindit gladius acutus, & facilè aquæ ſcinduntur; Verè prædicatoris vox gladii tunc viget acumine, & poteſtate prævalet, vitiorum regna diſſecare, cum inſtar aquæ funditur, & aquæ retinet conditiones. Nam ut ait Gloſſa: *Prædicatio obtinet vim aquæ, quia mundat.* Aqua mundat cum clara, & pura eſt, & ſpeculi vices agit; turbida enim, & cœnoſa, ſicut objectarum rerum ſpecies non accipit, ita nec reddit: Vox enim Prædicatoris, tunc eſt inſtar perlucidi aquarum rivuli, quando ita ſe accommodat auditoribus, ut in ipſa aquarum, ſeu documentorum perſpicuitate, ii, qui adſtant expreſſas imagines ſuorum appetituum contueantur. Tunc prædicatoris vox gladium acutum exprimit, ut terrenorum corda proſcindat; quando ipſa vox ita ſcindit, ut auditorum animos exprimat, & reddat: & tunc valet eos mundare, ac purificare, quando eis ſe attemperat & vices agit perlucidi ſpeculi, ut cuilibet reddat ſuas ægritudines, & quidquid tenere, vel fugere debeat.

Gloſſa.

Tunc ex Prædicatoris efficax quando auditorum mores exprimit.

511. Divinus Sponſus oculis ſuæ ſponſæ delectatus, eos commendans, ait: *Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis.* Cantic 7. n. 4. Per oculos ſponſæ, Prædicatores, & prælatos deſignari, communis eſt Patrum ſententia. Et hoc aperte ſentit Chaldæus vertens: *Scribæ tui pleni ſunt ſapientia.* Et quandò Scribæ, ac Doctores tanta ſapientia reſplendent: *Sicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis?* Quando ſicut piſcinæ, ſeu limpidiſſimis redundantia aquis ſtagna eſſe, demonſtrantur, ut in ſua perſpicuitate, ac claritate, multitudinum ſpectantium ſpecies, & impreſſas retinent, & ſimiles emittunt, Nullus in ore nævus, nulla inſidet in facie ruga, quæ lateat aquas, & quam non prodeant; nullus in conſcientia ſit nævus, nulla in vita ruga audientium, ad quam Prædicator ſua doctrina non convertat ſermonem, ut illam in oculis aſtantium exprimat, & effingat. Ad hoc tendit Aquilæ tranſlatio, teſte Theodoreto: *Oculi tui ſicut piſcinæ cogitationum.* Contendit ſponſus Prælatos, & concionatores; adeò oculorum vi pollere, ut non ea tantum, quæ à foris apparent, teneantur patefacere: ſed etiam ea, quæ in ſecretioribus abditis mentis reconduntur; ita ut ſint tanquam ſpecula, quæ ipſarum cogitationum ſpecies ad ſe trahant, & formam illarum prodant.

Cantic. 7.

Chaldæus

Prædicator auditorum rugas, ac defectus prudenter aperiat.

Aquil. Theod.

512. Joan. 4.

Verba facturus Jeſus cum Samaritana; ut eam revocaret ad ſalutem; ut ait Joannes 4. num. 6. *Jeſus fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſuper fontem.* Fons fonti conjungitur, ut Jeſus fons aquæ ſalientis in vitam æternam; in perluciditate, ac claritate ſuarum aquarum, ſeu verborum, mulieri repræſentet, ac objiciat ſua delicta. A Samaritana petit Jeſus aquam quam illa negat, cui ait Dominus: *Si ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi; da mihi aquam, tu forſitan petiiſſes ab eo; & dediſſet tibi aquam vivam.* Tunc mulier aviditate tam ſaluiferæ undæ ait: *Domine da mihi hanc aquam.* Ait illi Jeſus: *Voca virum tuum,* ut veluti illum faceret participem. *Reſpondit mulier, & dixit; non habeo virum. Dicit ei Ieſus: Bene dixiſti, quia non habeo virum. Quinque enim viros habuiſti; & nunc quem habes, non eſt tuus vir.* Inſcia mulier fontis, defectus ſuos celari contendit. At Chriſtus fontem ſe eſſe demonſtrat, dum ipſius turpitudinem, & fœditatem, inſtar cryſtallini fontis oſtendit. Tunc mulier jam alta ſapiens ait: *Domine, video, quia Propheta es tu.* Quomodo prudens fœmina hanc conſequentiam intulit? nam quod illa tot viris fuiſſet copulata, res erat humana induſtria cognoſcibilis, ac multorum oculis patens, quomodo ergo inde intulit, eum eſſe Prophetam? de quo quæſtionem excitavi tom. 2. cap 5. q. 28. Propheta in Scriptura non ſolum ſignificat vatem, qui futura prædicit, ſed etiam Prædicatorem, ac Doctorem. Cùm ergo mulier vidiſſet, quod Chriſtus tanta ſagacitate, ac ingenuitate, ejus delicta aperuiſſet, ac tanquam in vitrea aqua tam aperè ejus delicta expreſſiſſet, tunc verè eum Doctorem, ac prædicatorem, agnoſcit, & fatetur: cum tali diſciplina, tanquam vero fonte, ejus delicta declaraſſet. Origen. in præſenti: *Ex fonte Ieſu diſciplinæ patefiunt his qui nondum humanum geſtant cor.*

Tunc quis ſe oſtendit Prædicatorem, quando ſcit auditorum delicta proponere.

Origen.

Apoc. 1. *n.* 16. Et habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem; & de ore ejus gladius ex utraque parte acutus exibat: & facies ejus, ſicut ſol lucet in virtute ſua.

VERSIONES.

Syrus. Ut ſunt ipſi in manu ejus dextera ſtellæ ſeptem; & ex ore ejus gladius acutus duorum orum exiens; & facies ejus, ſicut Sol in rubore ſuo.

Arabicus. Tenebátque in manu ſua dextera ſeptem ſtellas, & prodibat de ore ejus gladius duarum acierum ſecans; & erat facies ejus, ſicut Sol in vigore ſuo.

Tygurina. Et de ore ejus utrimque incidens.

D. Auguſt. Gladium verò de ore ipſius bis acutum procedentem.

Vatabl. Arias. Gladius anceps, & acutus exibat.

Primaſ. Ex ore ejus gladius utrimque acutus exierat.

Alii ex Græco. Gladius duplicis oris.

Victorinus. In facie autem ejus claritas, ut Sol.

Pagnin. Et facies ejus, ſicut Sol, lucet in potentia ſua.

EXPOSITIO XII.

513. *Et habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem*: per quas ſignificantur ſeptem Angeli, ſeu ſeptem Epiſcopi Aſiæ, ut apertè dicitur verſu ultimo hujus capitis, qui inſtar ſtellarum, debent ſplendore ſuo ſubditos illuminare: calore vivificare, & influentiis vegetare, præſertim in tenebris, ac nocte hæreticorum perſequentium. *Et de ore ejus*, tanquam ſupremi judicis, *gladius ex utraque parte acutus*; ſeu; *bis acutus*; ſeu *duplicis oris*; juxta varias lectiones: Hoc gladio ancipiti ſignificatur ſententia condemnationis, ac punitionis æternæ, qua Chriſtus in extremo die judicii acerrimè feriet impios, eoſque adiget in gehennam, & dicitur hæc ſententia, gladius duplicis oris acuti; quia duriſſimè Chriſtus duplici pœna, ſcilicet damni, & ſenſus eos afficiet. *Sententia condemnatoria.*

514. *Sicut Sol lucet in virtute ſua*, ſeu *in potentia ſua*; ſeu *robore ſuo*; hoc eſt, meridiano tempore, cum Sol maximè fulget, & lucet; & ſignificatur gloria corporis Chriſti, qui tanquam Sol nunc reſplendet in cœlo: reſplenduitque in Transfiguratione: reſplendebitque in die judicii, ſuoque ſplendore Sanctos omnes, tanquam minores ſtellas colluſtrabit, ac vegetabit ut inquiunt S. Ambroſ. Ticonius, Haymo, Rupertus, & alii. D. Ambr. Ticon. Haymo. Rupert.

QUÆSTIO LXI.

Quid hîc hæ ſtellæ ſignificent?

515. Alcazar. Alcazar hîc has ſeptem ſtellas in dextera Chriſti, interpretatur eſſe ſeptem gemmas, inſtar ſtellarum, annulis totidem infixas, vel inſculptas: quomodo Joachim, & Zorobabel vocantur annuli ſeu ſignacula in dextera Dei
Jerem. 22. Eccleſ. 49. Jerem. 22. Eccleſiaſtic. 49. n. 13. Addit ipſe, has ſeptem ſtellas adaptari poſſe ad ſeptem planetas, quas ipſe ſeptem Epiſcopis Aſiæ accommodat; & de Planetis etiam exponit Abbas Joachim.

516. Hæc quamvis cum aliquali ingenio ſint excogitata aliena tamen ſunt à littera: transformat enim ſtellas in gemmas, ſeu annulos, de quibus nulla hîc fit mentio: & extorquet nomen ſtellarum à ſuo genuino ſignificato, ſine fundamento: ac proinde ſimpliciter ſtellarum nomine, ſtellæ ſunt accipiendæ, quarum lux fulgentior eſt, quàm gemmarum Ita communiter Patres, & Interpretes; ſtellas ſimpliciter intelligunt: ſicut & ſtellas proprie fixas, & non Planetas.

Quantum ad ſignificatum harum ſtellarum 517. *Quia ſignificent.*
Primò, non Epiſcopos, ſed propriè ſeptem Angelos, ſeu Spiritus cœleſtes, interpretantur Origen. hom. 20. in Numeros. D. Hilar. in Pſ. 124. D. Nazian. orat. 31. D. Hieron. in c. 18. Matt. *Ad illa verba: Angeli eorum.* Maldon. eodem capite. Origen. D. Hilar. D. Nazian. D. Hieron.

Secundò. Per ſeptem ſtellas, ſeu Angelos, 518.
ſeptem dona Spiritus S. ſive Spiritum ſanctum ſeptiformem, accipiunt Victorinus, Stephanus, & Arias Montanus, qui etiam addit, has ſeptem ſtellas, eſſe ſeptem Spiritus in Divina eſſentia conſtantes. Tertiò, Andr. Cæſar. per ſeptem ſtellas, exponit ſeptem rerum gradus, ſive omnes res, quæ in univerſa mundi machina ſunt, ac proinde totius orbis, quæ in manu, ac dextera Dei eſt. Steph. Arias. Andreas.

Quartò. Genuinam, & legitimam harum 519.
ſtellarum interpretationem nobis dedit ipſemet Angelus, qui hæc Joanni revelabat; dicens infra verſ. 20 *Septem ſtellæ, Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum*; hoc eſt ſeptem Epiſcopi Eccleſiarum Aſiæ. Ita communiter D. Aug. D. Ambroſ. Victor. Haymo, Beda, Richardus, & alii multi, ut patebit ex ſtatim dicendis. *Stellæ Prælati.* D. Auguſt. D. Ambroſ. Victorin. Beda. Richard.

Primò. Rich. Victorin. *Rectè Eccleſiarum* 520.
Epiſcopi ſtellis comparantur, non planetis; quia in eodem ſtatu juſtitiæ debent ſtare: non per diverſa vitia ſemetipſos permutare. Comparantur Epiſcopi ſtellis, non planetis; ſtellæ in firmamento fixæ manent, planetæ autem nequaquam, quibus hæreticos comparat Judas Apoſt. n. 13. *Fluctus maris feri, deſpumantes ſuas confuſiones, ſydera errantia.* Ecce cur non planetis, ſed ſtellis conferuntur Eccleſiaſtici Antiſtites: quia ſtabiles, fixi in Eccleſiæ fideique firmamento, ac juſtitia debent ſtare, & à ſuo loco non diſcedere, nec à ſua ſede unquam recedere. Richard. Jud. Apoſt.

Secundò De Prælatis, ac Doctoribus, ait 521.
Dan 12 n. 3. *Qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* Quæ verba commentans D. Hier. ait: *Magiſtri habebant ſimilitudinem cœli: & qui alios erudiunt, ſtellarum fulgori comparantur: non enim ſufficit ſcire ſapientiam, niſi ut alios erudias: tacitus ſermo doctrinæ alium non ædificans, mercedem operis recipere non poteſt.* Juxta illud Eccleſiaſt. 41. n. 17. *Sapientia abſcondita, & theſaurus inviſus: quæ utilitas in utriſque?* Ecce cur Prælati, & Doctores ſtellis comparantur: non ſatis eſt quod ipſi ſint doctiſſimi, ac ſapientia pleni: ſed neceſſe eſt, ut alios erudiant: non ſufficit quod Prælatus, ſit doctus, virtuoſus, ac reformatus: ſed ultra requiritur ut in doctrina, juſtitia, reformatione, ac virtute inſtruat. Dan. 12. D. Hieron. Eccleſ. 41. *Prælatus, non ſufficit, quod ſit doctus & virtuoſus: ſed ut alios erudiat.*

Tertiò D. Bonaventura tractat. de Beatitud. 522.
cap. 4. *Septem ſtellæ quæ ſunt in dextera, ſunt opera miſericordiæ ſpiritualia, in cordis hemiſphærio lucentia tanquam ſydera radioſa.* Meritò Præſules ſtellæ nominantur, cùm illis comparantur: quia veluti ſtellæ, ſua claritate alios illuminant, calore fovent, & vivificant, ſuiſque influentiis creant, conſervant, & vegetant. D. Bonav. *Prælatus miſericordiæ operibus alios viſitet.*

Quartò. D. Auguſt. in Pſalm. 46. *Sunt ſtel-* 523.
læ, ait, *quædam lumina in Eccleſia conſolantia noctem noſtram, omnes, de quibus dicit Apoſtolus,* D. Auguſt.

Philipp. 2. *Prælati debent lucere inter perſecutientes.* *ſtolus* ad Philip. 2. n. 15. *Inter quos lucetis, ſicut luminaria in mundo.* Stellæ nocte in medio tenebrarum lucent: ſic & Antiſti es luceant præcipuè noctu, hoc eſt, tempore perſecutionum, ac adverſitatum, & hæreſum; uti lucebant hi ſeptem Epiſcopi fortiter, ac conſtanter tempore perſecutionis Domitiani.

524. D. Bern. Quintò D. Bernard. *Epiſcopi, & Prælati debent lucere in ſe ipſis per puritatem conſcientiæ; debent etiam illuminare ſubditos per claritatem.* Rectè Epiſcopi cum ſtellis comparantur, nam ſicut ſtella prius in ſe lucens eſt, priuſque in ſe habet ſplendorem: ſic & prælati prius in ſe lucidi ſint, ſplendoremque virtutis in animo retineant, ut inde aliis poſſint ſplendeſcere, ac illuminare ſubditos.

525. *Prælatus, ut ſi ſublimis, humilis.* Sextò Magno myſterio hi Epiſcopi, ſtellæ nuncupantur. Stellæ magnitudine ſuperant terram; & tamen nobis minimæ apparent: ſic & veri Prælati, licèt in ſeipſis magni ſint præclaris virtutibus: tamen per humilitatem, omnium minimi videantur. Curavit Deus, ut Ioſuè univerſo populo præeſſet, poſt mortem Moyſis, cui ait Deus Numer. 27. n. 18. *Pone manum tuam ſuper eum,* ſcilicet Joſuè; *& dabit ei præcepta, cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ.* Oleaſter ex Hebræo: *Pones de deſcenſu tuo ſuper eum.* Ubi pro gloria ponitur deſcenſus, ac ſi Prælatorum gloria ſit humilitas.

526. *Epiſcopus ſicut excellunt gradu, excellant vita.* Salvian. Septimò. Stella valdè ſublimem locum obtinet, nempe firmamentum: ſic etiam Præſules, ſicut gradu excellunt, ſic & vitæ luce, ac ſplendore debent eminere. Salvian. lib. 3. de Ecclesia Catholica: *Cunctos,* ait, *qui ſacri altaris ſuggeſtu eminent, tam excellere oportet merito, quàm gradu: ſi eminent dignitate, emineant culmine ſanctitatis.*

527. *Prælatus plus doceat factis quam verbis.* Octavò. Stellæ ſunt mutæ, & vocem non habent: quomodo ergo eis aſſimilantur Prælati, quorum eſt ſuis monita dare, eoſque arguere, quando oportet: ergo comparandi erant alicui vociferanti, ac clamanti. Alto tamen conſilio animarum Præſules mutis ſyderibus comparantur, lucentibus tamen ſemper: quia Prælatus ſuos magis debet luce, ac ſplendore bonorum operum illuſtrare, & erudire, quàm verbis, ac vocibus docere Nam Prælati, qui alienis tantùm exemplis ac verbis docent, ſimiles ſunt illis, de quibus Dominus per Jerem. 23. n. 30. ait: *Ecce ego ad Prophetas, qui furantur verba mea, unuſquiſque à proximo ſuo.* D. Greg in 1. Reg. c. 7. ait: *Verba quippe furantur; qui bonum, quod docendo prædicant, operando non ſequuntur: quia veluti clam de alieno tollunt, quod data proprio laboris pretio ſuum nequaquam faciunt.* Si quis, v. g. exemplo obedientiæ Abrahæ, quod ipſe non ſequitur, alios ad obediendum adhortatur: furatur, dicendo quod ſuum non eſt, nec ipſe ſequitur.

Jerem. 23.

D. Greg.

528. Alb. Magn. Baruch. 3. *Prælati ſint Deo obedientes.* Nonò. Albertus Magnus: *Dicuntur ſtellæ, nempe rectores animarum, propter obedientiæ promptitudinem.* Baruch. 3. num. 34. *Stellæ autem dederunt lumen ſuum in cuſtodiis ſuis, & lætatæ ſunt, & dixerunt adſumus.* Ob citatum locum Prophetæ, meritò Epiſcopi aſſimilantur ſtellis, quæ promptè, ac diligentiſſimè ſunt Deo obedientes, tàm lucendo, quàm influendo ac gyrando, & iter reflectendo, ac ſiſtendo, omnia alacriter ad Dei nutum præſtant: ſic & prælati in omnibus ſuis operibus obedientes ſe Deo exhibeant, & hoc cum lætitia, ac hilaritate: ut ſtellæ, de quibus dicitur: *Lætatæ ſunt, & dixerunt, adſumus.*

529. *Subditis dormientibus Prælatus vigilet.* Decimò Stellæ hoc habent, quod cùm cuncti mortales ſint ſomno dediti, ipſæ vigilant, & lumen ſuum cum multis influentiis ſuper cunctos homines effundunt: inde optimo jure rectores ſtellis conferuntur; quia ſubditis dormientibus, ipſi vigilare, ac neceſſaria eis providere tenentur. Benedicens Jacob filium ſuum Judam, ait *Catulus Leonis Iuda: Ad prædam fili mi aſcendiſti: requieſcens accubuiſti, ut leo.* Gen. 49 num. 9. & cur eum leoni aſſimilat, cum ei totius reipublicæ regimen datur; Ideo cum leone comparatur: Leo enim vigilantiæ ſymbolum eſt, ſive quod perpetua vigilia utatur, ut aliqui credunt, ſive quod apertis oculis dormiat: ac ſi vigilare etiam dormiens videatur, ut refert Pererius lib. 1. non procul ab initio; & ante illum D. Epiphan. ad Phyſiolog. de ferarum, & volucrum natura cap. 2.

Geneſ. 49.

Perer. D. Epiph.

530. Iſai. 14. Syriac. Ait Iſaias cap. 14. num. 29. *De radice colubri egredietur regulus: Et ſemen ejus abſorbet volucrem.* Syriacus ſic transfert: *De radice ſerpentis egreditur ſerpens biceps, & fructus ejus regulus.* In ſerpente bicipite rectè adumbratur Chriſtus, ob duplicem ejus naturam. At Domini diſcipuli, ſeu Prælati Eccleſiæ, in regulo, ſeu ſerpente pennato adumbrantur, & quænam eis ſimilitudo cùm regulo? Univerſa arma ſunt regulo in oculis: hi ſi vigilant, accedentes perimunt: ſic boni Chriſti diſcipuli: ſicque boni Eccleſiarum Prælati, oculos habent pro armis adverſus Dæmones, dum enim ipſi vigilant non audet malus inimicus accedere, ſed intuitu, ac cuſtodia ſuorum oculorum perimitur. D. Chryſoſtom. homil. 22. ad populum: *Nullus vigilans unquam læſus eſt.*

Vigilia Prælatorum perimit inimicos. D. Chryſ.

531. Tobiæ 5. Angelus ait Tobiæ juniori: *Cordis ejus,* ſcilicet piſcis, *particulam ſi ſuper carbonem ponas, fumus ejus extricat omne genus dæmoniorum,* c. 6. n. 8. Et qui fumus poteſt in dæmonem tantum prævalere? Non ignis, ac fumus naturalis tanta vigebant virtute, ſed res per ignem, & fumum ſignificata ſcilicet excubatrix & vigilans virtus ignis, ac fumus vigilias oſtendunt excubantium, ac vigilantium in caſtris. Unde meritò Angelus in ignis, & fumi imagine, vigilantiam innuit, qua hoſtiles Diaboli incurſus infringuntur; quod bene intelligens Tobias, poſt ignem poſitum fumum excitavit: *Tunc hortatus eſt virginem Tobias, dixitque ei: Sara, ſurge, & deprecemur Deum hodie, & cras, & ſecundum cras, quia his tribus noctibus Deo jungimur,* c. 8. num. 4. Igne, & fumo depellunt ſomnum; & lecto ſurgunt; & tanquam ſtrenui milites adverſus Diabolum excubias agunt, & in ſtatione ſtant: & totus Diabolicus impetus infringitur; vigiliarum fructus inimicorum ſaltus elidit, & frangit.

Vigilantia fugat Dæmones.

Quæstio LXII.

Quare ſtellæ apparent ſeptem, & non plures, nec pauciores.

532. *Litteralis ratio.* Ratio litteralis patet ex ultimo verſ. hujus primi capitis; ubi dicitur: *Septem ſtellæ, Angeli ſunt Septem Eccleſiarum; & candelabra ſeptem, ſeptem Eccleſiæ ſunt.* Septem erant Epiſcopi Aſiæ, ad quos hic ſermo dirigebatur, & ad quos hæc mittenda erant, ut dicitur hoc primo capite num. 11. *Quod vides, ſcribe in libro: & mitte ſeptem Eccleſiis; quæ ſunt in Aſia, Epheſo, & Smyrna, & Pergamo, &c.* Proindeque ſeptem in manu Chriſti apparent ſtellæ, quæ hos Epiſcopos ſignificabant: & in eis omnes alii antiſtites, & Prælati Eccleſiarum intelliguntur, ut ſæpe ſæpius ex SS. Patribus, & Doctoribus diximus.

533. *Quæ Epiſcopus debent ſuis miniſtrare.* Secundò. Chriſtus D. hîc agebat perſonam Summi Pontificis, ac Sacerdotis ut patet ex veſte podere, ut ibi diximus, dans formam, ac normam omnibus Pontificibus, ac Sacerdotibus; & habebat ſeptem ſtellas in manu: quia ſeptem ſunt, quæ Epiſcopus, ac Prælatus ſuis debet miniſtrare, ac exhibere vita, exemplo, doctrina, ac operatione, ſeptem ſcilicet ſacramenta Eccleſiæ; ſeptemque dona ſpiritus Sancti; ſeptemque principales virtutes, tres Theologales, fidem, ſpem, charitatem: & quatuor cardinales, prudentiam, juſtitiam, fortitudinem, temperantiam: ad has enim omnes aliæ morales reducuntur.

534. Nazera. Tertiò M. Emmanuel Nazera tom. 1. in Joſue: tract. Append. de B. Virgine Maria §. 18. num. 88. addubitat, cur hîc dicatur, quod Chriſtus habuerit in manu ſtellas ſeptem; cùm
Apoc. 12. de B. Virgine dicatur Apocal. 12. n. 1. *In capite ejus corona ſtellarum duodecim*; & in utero habens, ſcilicet, filium ſuum? Cur ergo hîc in
Chriſtus per Mariam multò plures adduxit ad ſe, quam antea. manu Chriſti apparent ſeptem ſtellæ; in capite verò Virginis, cum haberet in utero filium, duodecim? Reſpondet ipſe. Hic Joannes vidit filium hominis, ſed non vidit virgineum pectus inhabitantem: illic pectus mundiſſimum Virginis conſpicatus eſt incolentem: ideò hîc pauciores ſtellæ, illic myſteriis, & numeris auctæ: per matrem namque plures cœlo acquiſivit Verbum, quos non acquireret ſine matre. Signum illud magnum, Mariam deſi-
D. Bern. gnaſſe, tradit Bernard. de ſigno magn. & plures Patres: ergo in Virginis utero infantulus ſtellas plures ſortitur, quàm ſine matre virili ætate ſortiatur.

535. Quartò. Dicam in hoc dubio, quid ſentio: ſeptem ſtellæ, hîc in manu Chriſti ſignificabant omnia dona gratiæ, virtuteſque omnes, tam Theologicas, quàm Cardinales, ad quas
In Virgine Maria plus gratiæ, & ſanctitatis, quam in omnibus SS. & Angelis, collectivè. cæteræ reducuntur, ut jam dixi in hac quæſtione: quæ ſunt in omnibus Angelis, & Sanctis. Et ideò Chriſtus habebat ſtellas in manu, ut tali diademate omnes ſuos electos coronaret, ut innuunt Richard & Bernard. Senenſ. At in capite ſanctiſſimæ Mariæ eſt corona ſtellarum duodecim: quæ duodecim ſtellæ, ejus dona gratiæ, gloriæ, virtutis, ac ſanctitatis denotabant, ex quibus ejus admirabilis corona componitur: plures ſtellæ in una ſola corona Mariæ, quam in corona omnium Sanctorum, ac Angelorum: Meritò ſanè, quia in una ſola ſacratiſſima Maria plures ſunt ſplendores, ac radii gratiæ, gloriæ, juſtitiæ, ac ſanctitatis, quàm in univerſa collectione, omnium Sanctorum, ac Angelorum: Corona ſtellarum, quæ eſt in manu Chriſti, ut omnes ejus electi ſublimentur, ex ſeptem ſtellis conflatur: ut corona Mariæ ex duodecim, quia illa ſola plus habet gratiæ, & virtutum, quam omnes alii electi ſimul ſumpti. Cardin. Damian. ſerm. de Aſſumpt. Damian.
Sicut, ait, *utramque naturam*, ſcilicet, Angelicam, & humanam, *Virgo ſingularis exuperat, & immenſitate gratiæ, & fulgore virtutum.* Ad hoc comprobandum plures Patres, & teſtimonia adduxi tom. 3. in Evang. cap. 16. quæſt. 18. per totam.

Cum Joſeph, ob Virginalem conceptum, 536.
cogitaret dimittere Virginem, apparet illi Gabriel Archangelus in ſomnis, & ait illi: *Noli timere, accipere Mariam conjugem tuam.* Matt. 1. Matth. 1.
n. 11. quæ verba commentans Origen hom. 1. Origen.
ex variis, præclarè ait: *Accipe illam, ſicut cœleſtem theſaurum, ſicut Divinitatis divitias.* Quæ verba alta indagine ſunt expendenda. *Accipe, ut cœleſtem theſaurum*: à cœleſti theſauro omnes homines, & Angeli replentur, ut ait Eccleſiaſtic. 1. num. 21. *Receptacula à theſauris illius.* Eccleſ. 1. Receptacula, ſive animæ ſive corporis, ut explicant Cornelius, & alii, replentur Cornel. à theſauro illo cœleſti, ſecundùm varia genera donorum: nam quibuſdam datur operatio virtutum, aliis prophetia, aliis genera linguarum, &c. *Dividens ſingulis, prout vult.* Ut dicitur 1. Cor. 12. n. 11. At hic theſaurus 1. Cor. 12. cœleſtis, qui per tantos, & tam variè dividitur, totus eſt in una B. Virg. Maria: *Accipe illam, ſicut cœleſtem theſaurum.* Et addit magis in rem noſtram: *Sicut Divinitatis divitias.* Apoſtolus Paulus volens, explicare pulchritudinem, ac elegantiam gloriæ Beatorum, explicat per claritatem ſolis, lunæ, ac ſtellarum: *Alia claritas ſolis; alia claritas lunæ, alia claritas ſtellarum: ſtella enim differt à ſtella in claritate: ſic & reſurrectio mortuorum.* 1. Corinth. 15. num. 41. *Maria in gratia, & gloria excedit omnes Sanctos.* 1. Cor. 15. At Origenes, ut nobis proponeret excellentiam gloriæ, ac gratiæ Mariæ, non per ſolem, lunam, ac ſtellas expendit, ſed per divitias Divinitatis, & ſicut divitiæ Divinitatis magno exceſſu ſuperant ſolem, lunam, & ſtellas: ſic gratia, & gloria Mariæ, quantum fas eſt puræ creaturæ, excedit gratiam, ac gloriam Angelorum ac Sanctorum omnium; unde meritò ait D. Bernard. Senenſ. tom. 1. ſerm. 6 artic. 5. D. Bern.
cap. o. *Excepto Chriſto, tanta gratia Virgini à Domino data eſt, quantum uni puræ creaturæ dari, poſſibile eſſet.*

Deus plus amat Virginem Mariam, quàm 537.
omnes Sanctos ſimul ſumptos: hoc apertè docent D. Auguſtin. prout refert D. Bonavent. in ſpeculo Mariæ, cap. 6. D. Bernard ſerm. in Origen. ſignum mag. D. Anſelm. lib. de excellentia Vir- Philo. ginis c. 4. D. Methodius ſerm. de Purific. D. Ber- D. Auguſt. D. Bonav. nard. ſerm. 15. de feſtivitatibus Virg. probatque D. Bern. Suar. to. 2 ad 3. p. diſp. 18. ſect. 4. § *Secunda ratio.* D. Anſelm. Ergo plus gratiæ, & gloriæ Deus contulit D. Method. Mariæ, quàm omnibus aliis electis: gratia enim Suar. reſpon-

reſpondet amori Dei; quod confirmo hoc exemplo In Ægypto Joſeph excipit fratres ſuos convivio: & ita fercula dividebantur inter fratres; quod *major pars venit Benjamin, ita ut quinque partibus excederet*. Gen. 43. num. 34. Ac proinde; ſi fratribus apponebatur unum ferculum, pars ejuſdem ferculi Benjamin quinquies major erat: & cur pars Benjamin ſuper alios fratres tam ampla erat? Hamerus: *Plura fratris obſonia mittit, cum illum ampliori amore proſequeretur.* Atqui Deus multo magis diligit ſanctiſſimam Virginem Mariam quam Joſeph diligebat Benjamin; & tamen Joſeph, pro manifeſtatione ſui amoris erga Benjamin dedit ei portionem quinquies majorem ſuper omnes fratres, ergo Deus Optim. Maximus ſanctiſſimam Virginem Mariam ſuper omnes fratres ampliſſimè ditavit, nam licet ſit ejuſdem naturæ, cum eis; tamen in gratia ſuperior omnibus eſt D. Athanaſ. oratione in Chriſti D. occurſum. *Tam etiam*, ait, *ipſa humanæ naturæ particeps fuerit, quamquam dona hominie majora, divina largitate conſecuta ſit.*

Geneſ. 43.

Deus, cum diligeret virginem ſuper omnes, ſuper omnes ditavit.

Hamerus.

D. Athan.

QUÆSTIO LXIII.

Quare ſtellæ in manu Chriſti apparent?

538. RAtio literalis eſt; quia ſtellæ ſunt Angeli, ſeu Epiſcopi Aſiæ, ut dicitur verſ. ultim. hujus primi capitis. In manu Dei cuncta ſunt poſita: & inde ſtellæ, ſeu Prælati apparent in manu Dei, ad maximam eorum cuſtodiam, & ſecuritatem exprimendam, juxta illud Joan. 10. n. 28. *Non rapiei eos quiſquam de manu mea.*

Joan. 10.

539. Secundò. Magiſter Becca tom. 2. in Evang. lib. 10. cap. 3. § 6 quod Chriſtus hîc apparet habes ſeptem ſtellas in manu & tamen apud Joan. 9. num. 6 habet lutum in manu: *Expuit in terram, & fecit lutum.* Et tamen non ſtellarum, ſed luti opus nobis ediſcendum proponit: cur non ſtellarum fulgorem, ſed ad luti humilitatem invitat; cum ait Matth. 11. num. 29. *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde*? Eleganter Urbanus IV. Pontifex Max. in Pſalm. 50. *O humilis celſitudo! quam verè, ſi voluiſſes, dicere potuiſſes: diſcite à me; fabricare auroram, & ſolem: ſive diſcite à me, quatriduanos mortuos ſuſcitare? Sed quia potentior eſt ſolidiſſima humilitas, quàm ventoſiſſima ſublimitas; idcirco potius dicere voluit: diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Pondera illud: *Potentior eſt ſolidiſſima humilitas.* A pulvere humilitatis ea poteſtas exurgit, qua præclariſſima, ac ſolidiſſima facinora edantur.

Becca.

Joan. 9.

Ex humilitate præclara facinora prodeunt.

Matth. 11.

Urban 4.

540. Tertiò. Per has ſtellas in manu Chriſti, ſignificabantur Epiſcopi Aſiæ, quibus hîc cap. 2. & 3. multa minatur Chriſtus D. ſi in munere ſuo defecerint: inde in eis oſtendit Chriſtus manum ſuam, denotans, eos eſſe ſubjectos Chriſti poteſtati, ad caſtigationem ac punitionem: quæ acceptio, valde frequens eſt in ſacro textu. Pſ. 37. n. 3. *Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & confirmaſti ſuper me manum tuam.* Origenes homil. 1 in Pſalm. *Confirmat manum ſuam*, ait, *ſuper pueros pedagogus, dum verberat; & confirmat manus, dum verbera, non leviter infligit.* Et Auguſt. explanans illud Pſalm. 122. n. 2. *Sicut oculi ſervorum in manibus dominorum ſuorum*, ſic ait: *Qui ſunt iſti ſervi, qui habent oculos in manibus dominorum ſuorum, niſi qui jubentur cædi? Vapulatur ſervus; ſentit plagarum dolores; attendit ad manus Domini, quoad uſque dicat; parce. In omnibus hominibus Adam vapulat; & ſic ſunt oculi noſtri ad Dominum noſtrum, donec miſereatur noſtri.*

Prælatus, ſi deficit, in ſuo munere, punitur.

Pſalm. 37.

Origen.

D. Auguſt. Pſalm. 122.

541. Quartò. Ut explicavi tom 4. in Evangel. cap. 26 q. 6. n. 43. Chriſtus D. hîc repræſentabat perſonam veri Pontificis, ac Prælati; ſuperioris enim verba debent eſſe gladius acutus; & oculi tanquam flamma, ut cuncta introſpiciant: & dicitur de eo, quòd *habet in dextera ſua ſtellas ſeptem.* Prælatus obtinet ſtellas in manu; de eo enim dicitur, ut Epiſcopo Thyatiræ: *Dabo ei ſtellam matutinam.* Apoc. 2. n. 28. ſeu ut legit Arabicus: *Dabo ei nitorem matutinum.* Per quem nitorem, ac ſtellam Andræas Cæſarienſ. Gagnæus, & alii interpretantur lumen ſcientiæ, ac intelligentiæ infuſæ in intellectu à Deo; id ergò, quod mens intelligit, proportionetur manibus, illiſque conjungatur. Denotatur enim, quod lux, ac ſtella cognitionis; quæ relucet in mente, manibus reſplendeat in actionibus, ſtella intelligentiæ, quæ matutino rore exorta eſt in mente multiplici ſplendore niteat operibus externis in manu.

Apoc. Arabic.

Cæſarienſ.

Intelligentia mentis fulgeat in actione.

542. Quintò. Stellæ ſua magnitudine ſuperant terram: quomodo ergo ſeptem tenentur manu filii hominis? Hæ ſtellæ denotabant præmia, quæ ſuis Chriſtus largiturus erat: inde etſi valde magnæ, tamen pro Domini liberalitate parvæ videbantur, ita ut tanquam pugillo contineri poſſent. Recenſet Nathan David, quod modo ei Deus dederit regnum Iſraël, & addit: *Si parva ſunt iſta, adjiciam tibi multò majora.* 2 Reg. 12. n. 8. Quomodo tam latum imperium ac diadema totius Iſraël, dicuntur parva? Quamvis magna eſſent in ſe: tamen in oculis Dei donantis, parva & exigua erant.

Magna, quæ liberalis dat, in parvo æſtimat.

2. Reg. 12.

543. Sextò. Res valde mira, hîc apparent in manu Chriſti ſeptem ſtellæ, & ſuper ipſum Regem natum in præſepio una tantum: *Ecce ſtella, quam viderant Magi, antecedebat eos, uſque dum veniens, ſtaret ſuper, ubi puer erat.* Matth. 2. n. 9. Si hîc ſeptem ſtellæ devoto officio convolant ad Chriſti manum, cur ad ipſum in tugutiolo una ſola currit? Hîc adſtabat Chriſtus in multa majeſtate, ac ſplendore: *Et facies ejus, ſicut ſol lucet in virtute ſua: in medio Candelabrorum aureorum.* In ſtabulo verò in multa humilitate, viliſſimis pannis involutus, inter duo animalia: Verum eſt, quod ſtellæ, nec ambitione, nec ingratitudine obſcurantur: tamen ob noſtram eruditionem, ſic res eſt diſpoſita. Cum pompoſa majeſtas ſolis ſplendore relucet, multæ ad miniſterium adſunt ſtellæ, at verò, ſi hujuſmodi externus ſplendor abſconditur, & paupertas prodit; una tantum ſtella miniſtrat & hoc magno miraculo facto. D. Chryſolog. ſerm. 156. *Apparuit, ait, ſtella, non volens, ſed juſſa; non cœli nutu; ſed divinitatis impulſu; non lege ſyderum, ſed novitate ſignorum.*

Matth. 2.

In felicitate ſunt qui ſequuntur, non ſic in indigentia.

D. Chryſ.

544. Septimò. Profunde expende, quod hîc videntur à Joanne ſeptem ſtellæ, & ſeptem candelabra, in quibus idem eſt ſignificatum: nam

ſtellæ ſunt ſeptem Angeli; ſeu Epiſcopi Aſiæ, ut dicitur verſ. ultimo hujus capitis: Candelabra aurea, etiam Prælatos denotant: nam quamvis eodem ultimo verſu dicatur: *Septem Candelabra, ſeptem Eccleſiæ ſunt*; Eccleſia ibi ſumitur pro ſuo Prælato, ut habent Richardus, Primaſ. ut dixi ſuprà Expoſit. 7. Prælatus idem eſt, ac ſua Eccleſia.

Richard.

545. Stellæ, & candelabra ſignificant Epiſcopos, & Prælatos: quid eſt, quod Epiſcopi ac Prælati, prout ſunt ſtellæ, apparent in manu dextera: prout candelabra humi, ac ad pedes? ſi eadem in utroque eſt ſignificatio, cur tam diſpar, ac diverſus ſitus? Magnum, ac latum eſt diſcrimen inter lumen, ſplendorem ſtellæ, ac candelabri: ſtella fulget, & nitet, ſine alicujus ope, vel expenſis: nihil enim ad ſu lucem inſumit: at verò candelabrum, ut fulgeat, multiplici indiget ſumptu, lichno, ut ardeat; oleo, vel cera, ut abſumatur. Prælatus, ac Princeps, in manu Dei ſtella eſt ſplendens, ſic ut lucem ferat ditionem ſuam illuſtret, nulli inferat damnum: nulliuſque expenſas requirit, & ſubditorum bonis non indiget, ſed à ſe habet regia majeſtas, quo omnia luſtret, & illuſtret: ſi autem ad ſui nitorem aliorum operam, & oleum perdit ſuoſque multo gravamine vexat eorumque bona conſumit: illius ſplendor, candelabri eſt, non ſtellæ; & tantum à ſuperna celſitudine dilabitur, ut humi, ac ad pedes projectus jaceat; tantum à ſuo apice cecidit.

Maximè reſplendet Prælatus, ſi ad ſui nitorem, ſubditorum bona non conſumit.

546. Huc transfero elegantiſſima verba D. Gregor. Nazianz. oration 27. qui ad Reges ſic loquitur: *Univerſus orbis manui veſtræ ſubjectus eſt, diademate parvo, atque exiguo panno retentus ſubditis veſtris Deos vos præbete: liceat enim audacius aliquid dicere: Cor regis in manu Dei eſt, ut ex ſcriptura audivimus, ac credimus. Hic imperium veſtrum ſit; non autem in auro, aut exercitibus.* Singula aurea verba ſunt expendenda. Totus orbis vobis ſubjectus eſt: *Diademate parvo, & exiguo panno retentus* Ita tamen, ut amplitudo majeſtatis veſtræ coarctanda ſit, & in anguſto ſinu tanquam exiguo panno cogenda; nec ſubditi ob veſtram ambitioſam majeſtatem evacuentur: *Subditis veſtris Deos vos præbete.* Tunc ſuperior Deum imitatur: ſi ſubditorum bonis non indigeat, ſed illis multa bona ſua elargiatur. Hinc Pſalmiſta Deum ſuum cognovit: *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Pſalm. 15. num. 1. Hic eſt optimus de Deo ordo, quod nullius egeat, & omnibus benefaciat. *Liceat nos, audacius aliquid dicere: Cor Regis in manu Dei eſt, ut ex Scriptura audivimus.* Sed quæ licentia, quæ audacia in hoc, cum nihil ſit magis vulgare, quàm reges à Deo gubernari? Aliquid valdè ſingulare hîc nobis tradit Nazianzen. Dei manus, principum ſchola eſt: Dei manu omnibus bona largiuntur, & non aliquid ab aliquo accipiunt: his ergo docentur Principes, ut ſimiliter ſe habeant. *Hic imperium veſtrum ſit; non autem in auro, aut exercitibus.* Quod nullius bonis moleſtia inferatur; nulliuſque concupiſcatur ſubſtantia; hæc ſit nota generoſa veſtri imperii, non autem in auro, & exercitibus.

D. Nazianz.

Superiores ſubditorum bonis non indigeant, ſed omnibus benefaciant.

Pſalm. 15.

547. Regni auſpicia habuit Salomon juxta fontem Siloë, qui erat in Gihon: *Adduxerunt eum, ſcilicet Salomonem, in Gihon, ſumpſitque Sadoc Sacerdos Cornu olei de tabernaculo, & unxit Salomonem* 3. Reg. 1. n. 38 Aliter Iſraëlites Abimelech, Regem crearunt juxta arborem: *Abierunt, & conſtituerunt Regem Abimelech juxta quercum, quæ ſtabat in Sichem.* Judic. 9. num. 6. Magno myſterio factum eſt, ut Salomon, datus à Deo Rex juxta fontem regni coronam accipiat, & Abimelech ab hominibus electus, juxta arborem. Agnoſcè diſcrimen inter fontem, & arborem: & inde deprehendes magnam differentiam inter Regem, qui datus eſt à Deo, & deſignatus ab hominibus: Arbor, ut creſcat, frondoſitate vegetet, nanciſcatur feracitatem fructuum, opimitate redundet, ope hortulani indiget, ac humore aquæ quem exugit: ut fons omnibus patens, cuncta irrigat, & fœcundat ſine ullius ope, ac ſumptu. Salomon, utpote Rex deſignatus à Deo, tanquam fons ſine ullius ope, in cunctos aquam multorum bonorum diffundebat: At Abimelech, ut ab hominibus aſſumptus, omnia aliorum bona abſumebat eorumque humorem exugebat, & cuncta depopulabatur. Quod ei aperuit Joatham parabola de regno arborum, ibidem Jud. 9. n. 8. Unde D. Iſidor. Peluſiota regnum à tyrannide diſtinguit lib. 3. epiſt. 194. *Virtus, ait, palmam obtinet, cum regnum Rex exornat, & moderatur. Tyrannis enim ad ſuam; Rex autem ad ſubditorum utilitatem omnia refert.*

3. Reg. 1.

Jud. 9.

Rex non de ſe ſed de ſuis agit; è contra Tyrannus.

Jud. 9. Peluſiot.

QUÆSTIO LXIV.

Quare hujuſmodi ſtellæ non tenentur à Chriſto, in manu ſiniſtra, ſed in manu dextera?

548. AD quæſtionem reſpondet primò Richardus: *In manu, id eſt, in poteſtate Chriſti, hujuſmodi Angeli dicuntur eſſe, ut ipſo cooperante, Eccleſias ſibi commiſſas dignè poſſint gubernare.* In manu dextera habentur hujuſmodi ſtellæ, ſeu Angeli: hæc enim fortior, & valentior reputatur; quàm ſiniſtra: ac proinde per illam eæ actiones Dei denotantur, quæ magis vim, & potentiam declarant: & inde eſt illud Pſalm. 117. num. 16. *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me.* Rectè ergo hujuſmodi ſtellæ, quæ ſunt Angeli Eccleſiarum Aſiæ, apparent in manu Chriſti dextera, ut fiat cunctis evidens, quod Deus in defenſione, ac protectione Prælatorum ſuæ Eccleſiæ, multam ſuam demonſtrat potentiam, & præ cæteris ab ipſo Deo proteguntur, conſervantur, ac foventur: quo tanto auxilio ipſi animati, ſine formidine, munus ſibi injunctum debitè exerceant.

Richard.

Pſalm. 117.

Prælati Eccleſiæ magna potentia à Deo conſervantur ac, foventur.

549. Secundò, Aretas: *Stellas vocat hos Angelos, propter lucis abundantiam; quã in ipſos Chriſtus diffundit, & eoſdem dextra manus ſitum nactos eſſe dicit, utpote in digniſſimo requieſcentes ordine.* Per dexteram multam bonorum abundantiam denotat: inde ſtellæ, ſeu Prælati in Dei dextera conſtituuntur: quia Deus abundanter Eccleſiæ Prælatis providet in neceſſariis: *Utpote in digniſſimo requieſcentes ordine.* In dextera Dei collocantur, quia in digniori, ac excellentiori gradu conſtituti ſunt. Et inde Eccleſiarum

Aretas.

Prælati Eccleſiæ, eſſi indigni, venerandi.

rectoribus

rectoribus dignior, ac illuſtrior apud nos com petit locus Et nota quod multi ex his Epiſco pis, laborabant multis defectibus : & tamen habentur in manu dextera Dei ; quia Prælati, quavis ind gni, in multo honore ſunt habendi.

550\. Rupert. Tertiò Rupertus : *Dicendo, qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua: ſimul terribiliter innuit, ut qui ſe exiſtimat ſtare, videat, ne cadat : non enim ſtat ſua virtute, ſed dextera Domini continente.* Stant ſeptem ſtellæ in manu Dei nitentes, ac fulgurantes, nec alibi habent tantum ſplendorem, niſi in Dei Dextera : ut inde fiat manifeſtum, quod qui ſtat, & reſplendet in Eccleſia Dei, hoc non fit virtute ſua, ſed dextera Dei auxiliante, ac protegente, à quo eſt illi omne bonum.

Non ſua, ſed Dei virtute ſtat, & lucet homo.

551\. Anton Paduan. Quartò. D. Anton. Paduan. fragm. in Apoc. *Has ſtellas debet habere dextera, ut quidquid cogitat, & quidquid operatur, totum ſit dextrum.* Stellæ, ſeu Prælati non habentur in ſiniſtra ſed in dextera : dextera ſignificat opus rectum, & cum debita intentione factum ; ut à ſuo loco, & ſitu diſcant Prælati, quod quidquid operantur, rectum ſit, & cum bona intentione factum: quod docet D. Anton. 1. p hiſtor. tit 6. c. 1 §. 2. *Hæc habentur in manu operis, non ſolùm in habitu mentis ; & dextera manu, ideſt, ex recta intentione bonæ actionis, ſecundùm illud.* Matth. 6. n. . Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua, *id eſt, ſe non immiſceat ſiniſtra intentio favor popularis, & hujuſmodi, in operibus bonis.* Similia habet Cardinalis Hugo.

Prælatus operetur cum recta intentione.

D. Anton. Matth. 6.

552\. Quintò Hujuſmodi ſtellæ, ſunt Angeli, ſeu Epiſcopi Eccleſiarum, & ſunt in dextera Chriſti ; cum tamen dicatur Proverb 3. n. 16. *In ſiniſtra ejus divitiæ, & gloria.* Per has divitias, & gloriam, dona ſpiritualia gratiæ, & virtutum interpretantur D. Hieron tract. in fine ejus operum, ſi illius eſt ; ita Carthuſian. Hugo, Janſen. Salazar. Cornel & alii, nam hujuſmodi dona, ſunt magnæ divitiæ in theſauro Sapientiæ: ſed valde mirum eſt, (formaliter rem explico) quod hujuſmodi ſpiritualia dona, quæ ſunt æſtimationis magnæ in ſiniſtra appareant ; & Eccleſiæ, ac Eccleſiarum Paſtores in dextera. Dona illa ſpiritualia, accepta ſunt à Patre, ſine ullo ſudore, tanquam connexa cum unione hypoſtatica: at Eccleſias Eccleſiarumque Paſtores acquiſivit Chriſtus ſanguine ſuo: cui negotio manus ejus magno labore incubuere: ſuſtinuerunt enim plagas, clavos, catenas, funes; cum ergo Eccleſiæ, ac Eccleſiarum paſtores, tanto ſudore, tantoque labore fuiſſent comparati, inde apertum eſt, quod in majori æſtimatione, ac pretio haberentur à manibus; & in eminentiori, ac præſtantiori loco eminent. Ait Titus Boſtrenſ. in cap 11. Luc. *Quæ citra ſudorem obtingunt, vel ex parato ſubminiſtrantur, certè minoris plerumque fiunt.* Multa de hac re dixi tomis in Evang. verb Meritum.

Proverb. D. Hieron. Carth. Hugo. Janſen. Salazar. Cornel.

Acquiſitu diffiiliora, poſſeſſione magis æſtimabilia.

Boſtrenſ.

553\. Sextò. Cur hæ ſtellæ ſunt potius in dextera, quam in ſiniſtra, quæ ſeveritatis nota eſt, nam Chriſtus D. hic veniebat ad Epiſcopos Aſiæ arguendos, & pœnas eis comminabatur, ut patet ex cap. 2. & 3. Rectè tamen in dextera Dei ſunt, per quam beneficentia, & miſericordia denotatur, magna eſt enim Dei miſericordia, ac pietas, in hoc ſæculo puniri. Cum multa eſſent peccata Synagogæ, ait ei Deus per Ezechiel. 16. num. 42. *Auferetur zelus meus à te ; & quieſcam, nec iraſcar amplius :* Hoc ei minatur Deus, tanquam omnium pœnarum maximum D. Bernard. ad hæc verba ſerm. 42. in Cantic *Solo, ait, auditu contremiſco, ſine zelus deſeruit, & amor; nec erit amore dignus, qui indignus caſtigatione cenſeris : tunc magis iraſcitur Deus, cum non iraſcitur.*

In hac vita puniri, magna Dei pietas.

Ezech. 16.

D Bern.

554\. Septimò. Stellas tenet Chriſtus in manu dextera & non in ſiniſtra. Cur manus dextera radiis ſtellarum fulget, non verò ſiniſtra, Chriſtus hic agebat perſonam judicis ſententiam prolaturi in cauſis Epiſcoporum Aſiæ: ſola dextera erat ſcriptura ſententiam : meritò ergo tantis ſtellarum radiis reſplendet ut ſit omnibus apertum, quod manus tanti judicis, non muneribus, ſed cœleſtibus luminibus replebatur: ac proinde nihil intervenire poterat, quod juſtitiam perturbaret. Diſcant judices, ut manus habeant plenas ſcientia, & luce, non verò muneribus.

Judicis manus aliena ſit à muneribus.

555\. De homine juſto ait Iſaias 33. num. 17. *Qui excutit manum ſuam ab omni munere.* Cum ait, *ab omni*, nullum excludit, etiam ſi parvi, & levis momenti videatur eſſe : parvum etiam munuſculum, quemlibet ad ſe trahit. Petrus Bleſenſ. ſerm 45 *Pauci inveniuntur*, ait, *quos odor munerum non inclinet : ſed beatus, qui excutit manum ſuam ab omni munere* Expende illud, *Odor munerum.* Accepti pomi odor, maximè judicem afficit deſiderio placendi muneratori ſuo Ait Reg. Vates Pſal 25. n. 10. *In quorum manibus iniquitates ſunt, & dextera eorum repleta eſt muneribus.* Cum dextera judicis ad munera extenditur, ſtatim manus omni malo impellitur ad ſententiam ſcribendam : cum dextera eorum impleta eſt munere, bene, & optimè, *in quorum manibus iniquitates ſunt* Bleſenſ. Epiſt. 10. *Peremptorium eſt in Principe, vel auram odorare munerum, vel favorem quærere perſonarum ; teſte Propheta : In quorum manibus iniquitates ſunt.*

Iſai. 33. Bleſenſ.

Judicis manus ad ſententiam ſcribendam caveat à munere Pſalm. 25.

Bleſenſ.

556\. Octavò Septem ſtellas tenet in manu : Perſonam judicis hîc agebat Chriſtus D. ut dixi ſexta, & ſeptima ratione, & ſeptem radiantes ſtellas tenet in manu dextera, qui finalem ſententiam erat ſcripturus : inde ejus dextera tantis ſtelliferis radiis repletur, ac ſi non ſemel, ſed ſepties, ac multis vicibus ſententia proferenda, intellectualibus radiis ſit conſideranda, ac examinanda: non quia Chriſtum aliquid lateat qui omnia habet in promptu, & manifeſto: ſed ut cunctis daret documentum quod nullus audeat ſententiam promulgare, niſi maxima ratione cauſa ſit præpenſata, & ſufficienti examine diſcuſſa.

Iudex ante ſententiam rem conſideret, & examinet.

557\. Cùm Rex Baltaſar jucundaretur grandi, & prophano convivio, manus hominis ſcribentis in pariete apparet, Daniel. 5. num. 5. & manus ſententiam capitalem ſcribebat in Regem, hoc ordine : *Numeravit Deus regnum tuum.* deinde ſcribebat : *Appenſus es in ſtatera.* Et tandem tertiò : *Diviſum eſt regnum tuum, & datum eſt Medis, & Perſis.* Ecce finalis ſententia Præpondera optimi judicis rectum ordinem. Prius manus exaravit: *Numeravit Deus regnum tuum.* Recenſet judex annos, & dies, quibus Judæum Chaldæus tyrannicè oppreſſerat : deinde ſua Regem trutina ponderat, & expendit quantum pœnarum meruerit. Appenſus es in ſtatera hominum judex, hominum cauſas non

Dan. 5.

Deus cum ſtatera, & examine procedit.
D Chryſ.

non judicat, niſi cùm bilancibus, & calculis; ut rectè notavit Chryſoſtom. citato Daniel. Text. in Pſalm 95. *Declaravit Deus, omnia cum numero, & menſura facere. Cum punit, trutinâ librat ultionem; pro delictorum modo, vicem rependens, ne major, ſed congruens ſit commiſſis.* Crudelitatis diebus, & annis numeratis; calculis, & bilancibus cauſa appenſa; tandem Deus profert ſententiam: *Diviſum eſt regnum tuum*, &c.

QUÆSTIO LXV.

Quare Evangeliſta cum deſcriberet ſingillatim omnia, quæ Chriſti erant, ſolius ſiniſtræ mentionem non facit?

558. *Ratio difficultatis.*

MUlta ponderatione dignum eſt, quod Joannes ſcribat, Chriſti dexteram ſtellis ornatam, tanquam ad præmia gloriæ conferenda; & de ſiniſtra nil referat; quod ſanè multum myſterium involvit: nam Evangeliſta ſatis minutim deſcripſit omnem Chriſti habitum, ac figuram; capillos depinxit candidos, inſtar lanæ mundæ; oculos, tanquam flammam ignis; totumque ſimilem filio hominis: meminit veſtitum podere: præcinctum ad mammas zonâ aureâ; faciem micantem, ut ſolem in ſuo fervore: vocem, tanquam aquarum multarum: os gladium ancipitem emittens; pedes aurichalco ſimiles in camino ardenti; & tamen ſolam ſiniſtram tacet: magnum hîc eſt ſacramentum.

559. *Qui vacuus eſt à ſuo ornamento, tacet.*

Reſpondeo, primò. Gladius, qui ex ore prodibat tanquam è vagina, ejus proprius, & innatus locus eſt ad ſiniſtram, ad quam ex communi uſu ſpectat omiſit ergo Joannes manum lævam, tanquam ab enſe vacuam, qui ſiniſtræ ornamentum eſt, at verò dextera, cum tantis ſtellis ſplendeſceret ad munerum largitionem, ideo hanc tanquam maximè exornatam, commemorat; illam verò vacuam à ſuo debito munere tacet Confirmatur. Quia Proverb. 3 n. 6. dicitur: *Longitudo dierum in dextera ejus; & in ſiniſtra illius divitiæ, & gloria.* Dextera, & ſiniſtra commemorantur, quia utraque erat inſignita in ſuo ornamento; At verò hîc, cùm pars læva careret ſuo ornamento, quod eſt enſis, qui tanquam è vagina procedebat ab ore, ex multo myſterio, ut ſtatim dicam; ideò illa prætermittitur, ac tacetur.

Proverb. 3.

560. Hugo.

Secundò. Hanc rationem colligo ex Cardinali Hugone: *Hi, ait, ſcilicet, Prælati, dicuntur eſſe in dextera Domini, ut omnia faciant pro bonis dexteræ, non pro bonis ſiniſtræ, id eſt, pro æternis non pro terrenis divitiis.* Chriſtus D hîc agebat perſonam Summi Pontificis, dans normam omnibus Prælatis, qualiter ſe debeant habere in ſuis actionibus; ideo ſolum eis oſtendit dexteram, & non ſiniſtram: quia Prælati ſolùm agant, cogitent & operentur, quæ dextera, ac recta ſunt: fugiant, & avertant oculos à ſiniſtris, & quæ temporalia ſunt. Divinus Sponſus Cantic. 4. n. 9. ſe vulneratum dicebat à ſua dilecta *in uno oculorum tuorum.* Seu ut legunt Græci, *in uno ex oculis tuis.* Ab uno oculo

In Prælatis ſolùm ſit dextera pars, ut ſancta cogitent, & operentur.
Cantic. 4.
Græcus.

tantum, ſed dicit irretitum, ſponſus: ſed quis ille, dexter, an ſiniſter? Dexterum ſenſit. D. Hieronym. lib. 1. contra Jovinian. *Habes & ſiniſtrum oculum, quem tibi dedi, propter imbecillitatem eorum, qui recta videre non poſſunt: ſed magis mihi dexter oculus placet.* Si tamen fides danda eſt Nyſſeno, unum tantum oculum ſponſam fuiſſe ſortitam, hinc elicit hom. 8 in Cant. *In uno ex oculis tuis, inquit, propterea quod unum tantum habes oculum, cum cæca ſit in aliis univerſis, quæ præter Deum ſunt.*

D. Hieron.
D. Nyſſen.

Tertiò. Juxta D Bernard. citandum: Dextera ſignificat miſericordiam, ac cœleſtis regni collationem: ſiniſtra verò juſtitiam, ac ſupplicium Hinc D. Rex in finali judicio juſtos, ac electos ad gloriam, conſtituet ad dexteram: reprobos, ac damnatos, ac ſiniſtram. Matth. 25. num. 33. Ideo in præſenti Chriſtus dexteram ſtellis fulgentem oſtendit: ſiniſtram verò occultat, & abſcondit; quia Chriſtus D. maximè gloriatur de ſua miſericordia, & hanc vult manifeſtare, ac in omnium oculis declarare: rigorem verò juſtitiæ occultare, & abſcondere. 561.

Deus ſuam miſericordiã oſtentat punitionem abſcondit.

Ardenti amore ſui dilecti tenebatur ſponſa, & inde dicebat: *Læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Cantic. 2. n. 5. Valde diverſo ſitu ſponſa dilecti ſui manus accommodare deſiderat: dexteram ſuper pectus, cor, ac brachia, ad amplexum exoptat: ſiniſtram ſub capite occultat: *Læva ejus ſub capite meo* Seu ut legit Vatab. *ſiniſtra ipſius ſupponatur meo capiti.* Differentiam colligo ex D. Bernardo ſerm 51 *Ergo, quia per dexterum, & ſiniſtrum, adverſa ſolent, & proſpera deſignari: videtur mihi hoc loco intelligi poſſe, lævam quidem Verbi comminationem ſupplicii, dexteram verò regni promiſſionem.* Quod idem eſt, ac dicere: ſiniſtra, ſupplicia & pœnas deſignat; dextera verò miſericordiam, ac regni promiſſionem indicat. Hinc ſponſa ſui dilecti ingenio bene inſtructa, lævam ſponſi ſub capite ſuo vult abſcondi: nam cum hæc ſit manus illius, quæ punit aliquantulum, noſtro dicendi modo, præ vi ſui amoris verecundatur, & ideo occultatam; ac tectam habere affectat. At dexteram, per quam dona ac beneficia largitur, patenter ac manifeſte ſuper pectus, brachia, ac cor amantiſſimo amplexu tenere ſe gloriatur. 562.

Cant. 2.
Vatablus.
D. Bern.
Sponſus dexteram benefacientem oſtentat, ſiniſtram punientem occultat

Callidiſſimus, ſerpens mulierem eſt aggreſſus & eum perſuaſit: tunc mulier *tulit de fructu illius, & comedit: dedit que viro ſuo, qui comedit & aperti ſunt oculi amborum, cumque cognoviſſent, ſe eſſe nudos.* Geneſ. 3. n. 6 Ecce ibi: quam ſingillatim hominum calamitas, ac peccatum refertur: at, qui tam multus fuit in recenſenda hominum calamitate, Canonicus Hiſtoriator, Angelorum ruinam prorſus tacuit: Nullibi Moyſes dixit verbum de Angelorum peccato; imò quale illud fuerit, quo ordine, & modò perpetratum, nec in Moyſe, nec in ſacra Pagina apertè invenies narratum, niſi in Iſaïa, & ad ſenſus allegoricos recurrere velis: cur ergo cavit Deus ne hiſtoria Angelicæ calamitatis narretur, quando tam multus eſt in enarranda humana calamitate; Meritò quidem humanus lapſus tam ſingillatim prædicatur, utpotè qui Deum redemptorem habuit & magna ejus miſericordia curatus eſt; at calamitas Angelorum, juſtitia exigente, ſine remedio fuit, ideo ſub 563.

Gen 3.
Iſai. 41.
Miſericordia opus latè narratur.

ſub ſilentio clauditur Cum miſericordia interveni,aperta, & lata eſt deſcriptio, ſi verò ſeveritas punitionis inducitur, alta ſub taciturnitate teg tur D.Auguſt.lib.1.de mirabil.Sacræ Scripturæ,cap.2. *Angelicum vulnus, verus medicus, qualiter factum ſit, indicare noluit, dum illud poſtea curare non deſtinavit; & qualiter ſit ejectus per ſententiam vindictæ, quem per pœnitentiam nullo modo revocavit. Peccatum verò hominis,quomodo factum fuerit,profertur: ipſum namque quandoque promereri veniam non deſperatur.Et qualiter ejectus ſit homo, indicare Deus maluit, quem ad ſtatum priſtinum,in noviſſima iterum revocavit.*

D. Auguſt.

Quæstio LXVI.

Quare poſtquam Ioannes narravit manum Chriſti cum ſeptem ſtellis,ad os ejus cum gladio convertit ſermonem?

564. IMmediatè antè de manu Chriſti cum ſeptem ſtellis agit Joannes: *Habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem*, nunc ad Chriſti os dirigit ſermonem: *Et de ore ejus gladius ex utraque parte acutus exibat.* Quid eſt, quod ma us, & os ita conjungantur,ut inter utrumque nil medium interveniat? Quia verba operibus vox vitæ, lingua manibus adjungenda ſun. Oſtenditur Ezechieli reædificatio Jeruſalem cum ſtructura menſarum ad ſacrificium & dicitur, *Labia earum unus palmi.* Cap.40.n.43. Magno myſterio labia cum palmo, lingua cum manu copulantur, ut ſignificetur, Magiſtri verba eum factis, documenta cum exemplis conjungenda. D. Gregor. homil. 21. in Ezech ſic ait, *Doctor, quod docendo loquitur, hoc regulariter operetur. Verbis ergo ſuis ſemetipſum conveniat: ubi itaque ſe eonſp cit opere implere, quod dicit,ibi auditores admoneat, eorumque animos ad ſtudium bonæ operationis.*

Verba operibus ſint conjuncta. Ezech. 40 D Greg.

565. Secundò. Priùs Joannes manum Chriſti deſcribit,deinde os ejus commemorat, in corpore humano prius eſt os,quàm manus.Cur ergo Joanni prius objicitur videnda manus, quàm os ex quo gladius prodibat? Manus opera ſignificat; inde merito, priùs manus, quàm os Chriſti videtur, quia prius in eo fuit facere, quàm docere, prout debet eſſe in quolibet doctore, ac Prælato. Quod latè probat Divus Chryſoſt. homil.14. in Matth. Nam Deus dicturus: *Fiat lux,fiat firmamentum.* Geneſ.1.n.3. & 6. prius de eo ſcribitur: *Creavit cœlum, & terram.* In prima facie ſunt opera manuum ejus deinde verba, quæ protulit. Ut opera præceptis, exempla documentis præirent.

Prius ſit operari,quam dicere. D Chryſ. Geneſ. 1.

566. Tertiò.Primò audita eſt vox lenis, tanquam aquarum multarum defluentium deinde ſeptem ſtellæ nitentes apparent in manu, & ultimo loco gladius ex ore ejus prodiens cernitur, quænam tam mirabilis rerum diſpoſitio? Ut prius ſit lenitas in voce, deinde larga beneficentia ſeptem ſtellarum, ſeu donorum gratiæ; & tandem gladio diſtricto armatum ſe exhibet. Veniebat Chriſtus ad arguendos, ac reprehendendos Epiſcopos Aſiæ, & ſuo geſtu: ac figura omnes Antiſtites informat, qualiter in correptione, ac admonitione fraterna ſe debeant habere. Prius ſit vox lenis, & ſuavis admonitionis, tanquam aquæ labentis, qua animus alliciatur, deinde proponantur ſtellæ cœleſtium donorum,ac beneficiorum, quorum ſpe noſter affectus maximè ſo licitatur,& ſi hæc non proſunt,diſtricto enſe utantur, pœna, ac flagello interpoſito, ut qui blandis verbis, ac magnis promiſſionibus non adducuntur, duro ac rigido ſupplicio trahantur, & ita pœna ſemper infligenda ultimo loco appareat.

Ordo ſervandus in debita correctione.

De Chriſto ait Regius vates Pſal.44. num 3. *Specioſus forma præ filiis hominum; diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum. Accingere gladio tuo ſuper femur tuum.* Priùs ò eum introducit benignum,ac gratioſum verbis: *Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.* Deinde valde beneficum, multis benedictionibus cumulatum, ut eis ſuos repleat: *Benedixit te Deus in æternum:* Id eſt, benedixit te,& in te, omnes: illud *benedixit* ad prolem, ac filios etiam adoptivos derivatur, ut mul i apud Lorinum explicant: & tandem armatum gladio introducit, ad rebelles, ac protervos compeſcendos: *Accingere gladio ſuper femur tuum.* Et hic eſt debitus ordo, ut poſt ſalutaria verba poſt multas b nedictiones, tunc iracundus ac ſanguinolentus arma deferens prodeat. D.Paſchaſ. ad citatum Pſalm. *Hinc quoque,* ait, *poſt egregiam formam decoris, poſt gratiam diffuſam in labiis, poſt benedictionem præceptam æternæ hæreditatis, imperatur à Patre, ut accingatur gladio ſuæ fortitudinis; ad ultionem inimicorum, ad reprehenſionem contradicentium, ad conſervanda omnium rerum jura; & ut in pace ſint omnia.* 567.

Pſal. 44. Lorin. *Poſt monita, ac beneficia, gladio utendum* D.Paſch.

Quartò.Richard.de Sancto Victore eleganter ait: *Qui per negligentiam Epiſcoporum,in Eccleſiis ipſis commiſſis, quædam vitia pullularant,poſtquam dixit, quod habebat ſeptem ſtellas in dextera ſua, ut hoc eſſet eis ad conſolationem: ſtatim addidit, quod gladius ex utraque parte acutus de ore ejus exibat, quod eſſet ad correptionem: ut illud conferret fiduciam de gratia, iſtud incuteret terrorem de negligentia: ut inde ſumerent ſecuritatem,ne deſperarent; hinc cautelam, ut ſemetipſos emendarent.* In hac mirabili viſione introducitur Chriſtus D. habens ſtellas in manu gladium in ore: Veniebat Dominus, ut negligentias Epiſcoporum Aſiæ in munere eis commiſſo argueret, ac increparet. Tenet ſeptem ſtellas in manu, ut fabricata corona ex eis ſuos muneraret, ut objecto tanto præmio, magnam ſpem ac conſolationem conciperent: Ab ore ejus exiens gladius cernitur, inſerviens ad correptionem,ac timorem pœnæ ſi non reſipiſcant, ac vivendi modum in melius reforment: Stellis ingerit ſpem, gladio timorem, ut cum ſpe ac timore, viventes cautos ſe habeant, ut timore pœnas fugiant, ſpe ad præmia animentur: *Ut illud conferret fiduciam de gratia: iſtud incuteret terrorem de negligentia.* 568.

Richard. *Homo ſit cautus à malo,ſpe premii, & timore pœnæ.*

Ait Iſaias 26.n.18. *Sicut quæ concipit,cum appropinquaverit ad partum,dolens clamat in doloribus ſuis: ſic facti ſumus à facie tua, Domine. Concepimus,& quaſi parturivimus,& peperimus ſpiritum,* Græci Legunt: *Per quem timorem tuum Domine in utero concepimus; & parturivimus ſpiritum ſalutis, quem fecimus ſuper terram.* Qui à facie Domini ſeu ab ejus gratia, ac auxilio concipiunt ſpiritum ſalutis, & renovantur in 569.

Iſai 26. Græci.

 gratia,

gratia, comparat Propheta cum muliere parturiente, & quænam inter utrumque combinatio? Multa ſanè. Mulier in partu, dolorum cruciatu, habet mortis timorem; firmiter tamen retinet ſpem naſcituræ prolis: ſic & h mo, dum juſtificatur, magno timore concutitur gravitatis ſuorum peccatorum, & ſimul firmam retinet ſpem, ut gratia Dei afflante, in ſpiritu renovetur, novuſque ſpiritus in eo renaſcatur: & ita cum ſpe, & timore feliciſſimum tenet ſalutis partum. In hac cogitatione eſt Euſebius in Catena Græca: *Similes fuimus*, ait, *mulieri parturienti, & clamores edenti quod in utero conceptum eſt; ſic & nos facti ſumus: Quandoquidem habentes intus in noſtra anima timorem tuæ pietatis, omnes labores generosè perferimus, & viriliter tolerando à ſpe non decidimus, ſed ſpiritum ſalutis parimus.*

Salus hominis à ſpe, & timore concipitur. — Euſeb.

570 Matt. 9. Scribit D. Matth. 9. num. 20. *Ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti ejus. Dicebat enim intra ſe: ſi tetigero tantum veſtimentum ejus, ſalva ero.* Audierat hæc mulier beneficia quæ ſingulis momentis proficiſcebantur à Jeſu in ſuos populares; & inde certiſſimam concepit fiduciam, ſe ab illo faci è, levi nempe veſtimenti tactu, ſanandam eſſe. Quid tunc mulier? *Acceſſit retro.* Cur accedis retro ad eum, quem largiſſimum in ſuis beneficiis agnoſcis? Cur vereris facie ad faciem accedere? Et ſi mulier multa fiducia repleta erat, pariter & timore: Agnoſcebat ſe mulier immundam ac proinde indignam tanti aſpectus. Et ſi ex larga Domini beneficentia magnam hauſit ſpem ſalutis; ex ſua verò immunditia magnum conceperat timorem; & ſic ſpe, & timore, tanquam duobus remis, ad ſalutis portum devenit; acceſſit multa ſpe, magnoque timore, præ reverentia. D. Chryſolog. ſerm. 34. *Agebat mulier*, ait, *ut ſibi & rediret ſanitas, & verecundia non periret; curabat ne cura ſua ad curantis redundaret injuriam; providebat, ut redderetur ſibi ſalus, ſalva reverentia Salvatoris.* Vide tom. 4. in Evangelia cap. 22. q. 10. n. 71. 72. 73.

Metu & ſpe, tanquam remis, venimus ad ſalutem. — D. Chryſ.

QUÆSTIO LXVII.

Gladius ab ore Chriſti exiens, multipliciter explicatur; & præcipuè de Verbo Dei.

571. D. Ambr. DIvus Ambroſius hoc loco per gladium interpretatur fideles, fortes ac conſtantes qui in fine mundi pro fide contra Antichriſtum pugnabunt. Tamen & magis communiter Victorinus, Primaſius, Aretas, D. Bruno Aſtenſ. Haymo. Anſelmus, Richardus, Victor. Alcazar, qui omnes per hunc gladium intelligunt Verbum Dei, quod Chriſtus per ſuos Prædicatores eructat, ac loquitur: eoque ferit, ac percutit audientium corda, juxta illud Iſai. 49. n. 2. *Poſuit os meum, quaſi gladium acutum.* Et ad Epheſ 6. n. 17. *Aſſumite gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.* Hebræor. 4. n. 12. *Vivus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens uſque ad diviſionem animæ, ac ſpiritus*, & Pſalm. 149 n. 6. *Gladii ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus increpationes in populis.* Concionatores ſuis verbis ſunt Chriſti gladii, per quos Chriſtus pugnat: vitia amputat: & omnium corda penetrat, & iniquos vulnerat, & percutit. Hoc altiùs inquirendum.

Gladius Verbum Dei. Victorin. Primaſ. Aretas. D. Bruno. Haymo. D. Anſelm. Richard. Iſai. 49. Epheſ. Hebr. 4. Pſal. 149.

Secundò. D. Ambroſ. in præſenti: *Quod*, ait, *de ore Domini ipſe gladius procedere viſus eſt: illud ſignificat, quod ipſe dixit in Evangelio: Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.* Verbum à ſpiritu inhabitante prolatum, gladii adinſtar, vitia diſſecat, cupiditates abſcindit, audientium animos penetrat. O quàm Verbum efficax ab interno verbo prolatum! ô quam vanum à noſtro ingenio compoſitum! Ob vitulum adoratum confregit Moyſes priores tabulas, tamen cum Dominus eſſet voce Prophetæ placatus, ait ei: *Præcide tibi duas tabulas lapideas, inſtar priorem, & ſcribam ſuper eas verba.* Exod. 34 n. 1. Sed quomodo potuit Moyſes, ſine celte & ferramentis, præceptum hoc implere, & lapides præſcindere? Verbo nempè Dei, quod in illis erat ſcribendum, quo & populum ad pœnitentiam vocabat, ad quod reſpiciat Procopius: *Pœnitentiam præparat*: & tamen ad Cades loquens ad Petram, in quo Dominum ſanctificavit Num. 20 n. 12. ut notant Theodoret. Abulenſ. Lyran. Oleaſter, non potuit educere aquam. Unde apud Sinai lapis ſic emolleſcit, non verò apud Cades? In Sinai operabatur ductus ſpiritu, ac verbo Dei, quo erat plenus, & inde tanta efficacia eminuit, ut verbo tabulas ex rupe præſcinderet. At apud Cades, proprio ſpiritu, ac ore ducebatur, ut loqueretur ad populum, inde verbum ejus vanum, ac virtute vacuum extitit. 572.

D. Ambr. Num. 20. Exod. 34. Procopius. *Verbo Dei plenus ſpiritu ſcindit corda, non verò qui proprio ſpiritu agit.* Theod. Abul. Oleaſter.

Tertiò Albertus Magnus ait: *Dicitur exire, quia verbum Dei non debet eſſe otioſum*, 2. ad Theſſal. 3. n. 1. *Orate pro nobis, ut ſermo Dei currat, & clarificetur, ſicut apud vos.* Maximè notandum quod Evangeliſta non ait, in ore ejus erat gladius, ſed de ore ejus exibat, quod dicit continuum motum, ac progreſſum, ut hoc loquendi modo ſignificetur quod verbum Dei neſcit eſſe otioſum, ſed ſemper multos progreſſus, in auditorum mentibus ingerit. Et hoc ait Paul. citat. *Ut ſermo Dei currat, & clarificetur, ſicut apud vos* Multo profectu, aut utilitate audientium, & forte Apoſtolus reſpexit ad Pſal. 147 n. 15. *Qui emittit eloquium ſuum terræ, velociter currit ſermo ejus.* Ipſe ſermo Dei promulgatur currit per omnes gentes. 573.

Albert. 2 Theſſal. 7. *Verbum Dei non eſt otioſum.* Pſalm. 147.

Quartò. Tertullian. lib. 3. contra Marcion. *Licuit*, ait, *Chriſto creatori, enſe ſermonis præcingi, cui ſuperdicta tempeſtivitas congruit, & gratia labiorum, quæ tunc jam cingebatur ſuper femur apud Davidem, hoc eſt enim, quod ait; intende; propera, & regna, extendens ſermonem in omnem terram, properaturus ſucceſſu fidei.* Chriſtus accinxit ſe gladio ſuo ſuper femur potentiſſimè, Pſal. 44 n. 4. Gladius accingitur ſuper femur, ut manu elevetur ad pugnam, & certamen, & tamen nunc Chriſtus illum non habet in manu, ſed in ore, quia Chriſtus plus devincit, ac ſubjicit gladio, ſeu verbo oris ſui, quam duces, ac potentes ſeculi, ferreo gladio in manibus: *Pugnabo cum illis in verbo oris mei.* Apoca. 2. n. 16. *Properaturus ſucceſſu fidei.* Altius quid dicam non habet enſem in manu ſed ore, manus dicit divinam potentiam: *Opera ma-* 574.

Tertull. Pſalm. 44. *Dei Verbum efficaciſſimum ſuper omnia ad penetranda corda.*

nuum

nuum tuarum annuntiat firmamentum. At os verbum importat, & dicit; gladius ad ſubjugandas gentes, non manu, ſed ore retinetur, efficacius enim fuit os quam manus; verbum, quàm potentia ad penetranda humana corda, & ideò: *En ſe ſermonis præcingi, ut properaturus ſucceſſu fidei.*

575 Quintò. Doctè ponderat in præſenti M. Joannes de la Hay Dicitur hîc quod de Chriſti ore exibat gladius: quomodo hæc cohæret cum eo quod Chriſtus ſemper haberet pacem in ore? dicebat enim ſuis: *Pax vobis.* Luc. 24. num. 36. Joan. 20. n. 11. & 26. & iterum: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Joan. 14 n. 27. Nunquid poteſt hîc dici, quod ait Jerem. 4. num. 10. *Heu, heu, heu, Domine Deus, ergone decepiſti populum tuum, dicens: Pax erit vobis, & ecce pervenit gladius uſque ad animam?* Quomodo conveniunt in ore pax & gladius, qui bellum indicat? Nonne ſufficiebat, quod gladius eſſet in manu; ad quid in ore, quod pacis plenum erat? Pax, quæ à Deo venit, non inermis, eſt, ſed belligerans, funditus debellans peccata; armataque cum gladio eſt, qui vitia amputet, & bellum inferat voluptatibus; ubi Chriſtiana pax viget, neceſſum eſt, quod gladius vigeat adverſus mundanas delitias. D. Hier. ad cit. locum Jerem. *Niſi gladius, ait, præceſſerit, qui dejiceret vitia, pax, & promiſſio non ſequitur.*

Iſay. 14. 1. 2. 14. m 4. Chriſtianum in adverſitia. D. Hieron.

576 Sextò. Eximio amore vulnerata ſponſa à ſuo dilecto Jeſu poſtulabat: *Oſculetur me oſculo oris ſui* Cant. 1. n. 1 Hoc eſt, mihi ſui præſentiam exhibeat, mihique communicet oſcula, ſeu promiſſiones ſuorum verborum gloriæ, ac beatitudinis: ſed quomodo tales ſpiritus exhibit ſponſa, ut ſic exoptet oſcula oris ſponſi, quod nunc gladio armatum apparet? Gladius multas tribulationes ac labores indicit; quomodo, ergo os cum gladio, quod formidabile apparet, ambit ſponſa? Nunquid ipſa oris gladium ignorabat? Minimè: optimè illud ſciebat & agnoſcebat, & talem tribulationum gladium deſiderat: benè enim deprehenderat anima ſancta ad oſculum beatitudinis non perveniri, niſi per medios diſtrictos gladios, & enſes laborum, ac tribulationum: ac proinde cum tam ardenter poſtulet oſculum ſuæ præſentiæ, ac beatitudinis, idem valet ac ſi dicat, non refugio gladium omnis præſentiæ ſuæ ac laboris; benè enim ſcio, neminem aliter ad illud intromitti. Beda in c. 24. Luc. ad illa verba: *Nonne oportuit, hæc pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?* ſic ait, *Quomodo gloriatur, ſe eſſe Chriſtianum, qui neque qualiter Scripturæ ad Chriſtum pertineant, inveſtigat, neque ad gloriam quam cum Chriſto habere cupit, Per Paſſionem attingere deſiderat? Non ita ſponſa prudentiſſima, quæ ad oſculum Sponſi ſui pervenire anhelat niſi mediis gladiis tribulationum.*

Cant. 1. P... lios ...ionū ...ndum ...riſti ...m. Luc. 24.

577. Septimò. *De ore ejus gladius ex utraque parte acutus exibat.* Hoc reſpicit ad illud, quod ait Iſa. 49. n. 2. de Chriſto D. *Poſuit os meum, quaſi gladium acutum.* Et iterum c. 11 n. 4. *Spiritu labiorum ſuorum interficiet impium.* Ideo enim os Chriſti, aſſeruit Iſaias, inſtar exacuti gladii; quia ab ipſo ore, tanquam ex vagina, ut vidit Joannes in præſenti, educebatur enſis utraque parte limatus, de quo ipſe loquitur in Evangelio Matth. 10 n. 34 *Nolite arbitrari, quia pacem venimittere in terram, Non veni pacem mittere, ſed gladium; veni enim ſeparare hominem adverſus patrem ſuum, & filiam adverſus matrem ſuam, & nurum adverſus ſocrum ſuam, & inimici hominis domeſtici ejus.* Gladius verborum Chriſti, qui exiit ab ejus ore, ut ait Iſaias, eſt ad interficiendum impium, ſcilicet Dæmonem; at Chriſtus ait, quod ſit ad amputandam carnalem cognationem, ut rectè ponderavit D. Hieron. ad primum citatum locum Iſaiæ: *Poſuit os ejus, ſicut gladium acutum, ut ſpiritu oris ejus interficiat impium, de quo, & ipſe in Evangelio loquitur.* Et quænam copula eſt inter carnalem propinquitatem, & Dæmonem, ut illa præciſa hic perimatur? Nullis aliis adverſus Dæmonem armis digladiatur Deus, quàm illis, quæ adverſus hominis cognationem depromit; nam ſub illo conſanguinitatis affectu maximè latet Dæmon, & illo ſic perſonatus, ac contectus eſt, ut ictu in hanc cadente, ille maneat truncatus; ac proinde Divinum os, vel ejus gladius exacutus, & elimatus in carnalem propinquitatem interfectio, ac mors Dæmonis eſt; & ideo gladius, qui ab ore ejus, hîc exibat, qui juxta Iſaiam eſt ad interficiendum impium, eſt ad eradicandum neceſſitudinis affectum; nam hoc maximè ultas machinas excitat Diabolus.

Iſai. 49. Iſai. 11. Matt. 10. D. Hieron. *Si perimitur carnalis affectus propinquorum, perimitur diabolus.*

578. Unicus parentibus ſuis Samuel, poſtquam ablactatus eſt in Silo adducitur ibique Deo in miniſterium offertur; qua oblatione facta ſubdit text. 1. Reg. 2. n. 11. *Et abiit Elcana in Ramatha, in domum ſuam; puer autem erat miniſter in conſpectu Domini ante faciem Heli.* Puer vehementer deſideratus, & multo fletu, ac oratione à Deo impetratus, tam facilè in Silo relinquitur, & parentes revertuntur in domum ſuam Ramatha; Multum erat, ſi amantiſſima mater permitteret, filium extra domum ſuam in eadem urbe commorari At Samuelis mater non in eadem urbe, ſed in loco valde diſtanti determinat eſſe filium ſuum; cur magno dolore de illius abſentia non commovetur? cur non magis veretur tantam diſtantiam à chariſſimo pignore? Anna filium ſuum Deo voverat omnibus diebus vitæ ſuæ, 1 Reg. 1. n. 11 & ut puer eſſet perfectè, & integer Deo conſecratus, ac dedicatus, non ſolùm ſufficiebat quod à paterna domo exiſſet, ſed ultra neceſſarium erat ut ab illius intuitu, ac aſpectu recederet; nam hæc ſæpè animum ſollicitant, perturbant, ac in diverſa trahunt. D. Chryſ. hom. de educat. Samuelis: *Nec ipſe puer, ait, ægrè tulit à matre avulſus, ſed ad Dominum reſpexit.* Qui Deum reſpicit, nec matrem, nec patrem reſpicit, ſed ſolum Deum cæteris omnibus abjectis.

1. Reg. 2. 1. Reg. 1. *Qui Deo conſecratur, non ſolùm recedat à paterna domo, ſed etiam ab illius intuitu.*

579. *Aſtitit Regina à dextris tuis, in veſtitu deaurato circumdata varietate. Audi filia, & inclina aurem tuam, & obliviſcere populum tuum, & domum patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum* Pſ. 44. n. 10. Perpende primò ultima verba: *Obliviſcere domum patris tui,* &c. Ac ſi dicat, quouſque cognationem tuam oblivione non prætervolaveris, decor tuus non erit Deo gratus & à Rege concupitus. Bruno: *Oſtendit autem,* ait, *quæ illi utilitas contingat, ut magis eam attrahat Si oblita fueris, Rex, & Sponſus tuus concupiſcet decorem tuum, ideſt, adamabit te propter decorem virtutum tuarum.*

Pſalm. 44. *Ex patris domo relicta maximè decora.* D. Bruno.

580. Illud tamen in præfato Pſalmo maximè notandum eſt, quod prius dicitur Regina: *Aſtitit Regina à dextris tuis.* Deinde filia; *Audi filia & obliviſcere* Pſalm. 44.

oblivifcere. Et tamen prius fuit filia, quàm ſponſa, prius adoleſcentula in domo patris, quàm Regina in domo ſupremi Regis, & à dextris ejus; ordo iſte præpoſterus fuit, ut indicetur gradus, per quem ex filia ad ſponſam ex adoleſcentula ad Reginam in altum locum evecta eſt, renuntiatio nempe carnalis propinquitatis; *Obliviſcere domum patris tui.* Inde obtinuit, ut eſſet ſponſa, Regina in eminentiſſimo loco à dextris plena, & conſpicua omni virtutum varietate, ac ſi dimiſſio carnalis agnitionis ſit quædam altiſſima omnium cæleſtium donorum, ac gratiarum acquiſitio. D. Paſch. ad eundem locum: *Ex quo liquidò conſtat,* ait, *quia & ſi alteri nata fuerat in carne, jam ei, qui eam hortatur, & jubet, ut obliviſcatur populum, & patrem, renata erat in ſpiritu: & quia renata, propterea conjugio fœderata; & quia fœderata, propterea Regina; & ideo in dextris eſt exaltata.*

Renuntiatio paternæ domus, aſſecutio omnium gratiarum.

D. Paſch.

QUÆSTIO LXVIII.

Gladius exiens ab ore Chriſti explicatur de ſententia in generali Iudicio?

588. *Gladius ab ore Chriſti, ſententia condemnationis.*

APtior mihi videtur ſecunda interpretatio: quid cum ſupra verſ. 15. verbum Dei intelligatur per vocem aquarum multarum, hinc commodius per gladium hunc interpretatur ſententia condemnationis, qua Chriſtus in die judicii impios æternaliter, ac diriſſimè feriet, eoſque alligabit in gehenna ignis. Ita Andr. Aret. Rup. Beda, Alb. Magn. Lyran. Steph. Vieg. Ribeira, M. Jo. de la Hay. Et ſic dicitur c. 2. n. 12. *Hæc dicit, qui habet rhompheam, utraque parte acutam.* Et Nicolait. n. 16. *Regnabo cum illis in gladio oris mei,* & c. 19. n. 15. *De ore ejus procedit gladius ex utraque parte acutus, & in ipſo percutiet gentes: & ipſe reget eas in virga ferrea.* Et ſic in Scriptura per gladium extrema ſententia intelligitur, juxta illud Deut. 32. n. 41. *Si acuero, ut fulgur gladium meum, & arripuerit judicium manus mea.* Ubi poſterior pars priorem explicavit, ut Dei gladium, judicium ejus eſſe intelligamus, quo impios damnabit. Nam gladius à clade dicitur, quaſi cladius, quod cladem hoſtibus inferat, ut teſtatur Varro.

Andreas. Aretas. Rupert. Beda. Albert. Apocl. 2. Apoc. 19. Deut. 32. Varro.

582. Secundò Hic gladius dicitur, quod exibat ab ore Chriſti, quia ſententia finalis condemnatoria ab ore Chriſti exiet, *Ite maledicti.* Ut denotetur ſumma Chriſti poteſtas, quæ uno ſolo verbo omnia valet efficere. Unde ait Paul. Hebr. 1. n. 3. *Portans omnia verbo virtutis ſuæ.* Pro quo nota cum Viegas in præſenti, Chriſtum triplici modò dici geſtare gladium. Primò accinctum; Secundò in ore; Tertiò in manu. Accinctum, ut Pſal. 44. n 4. *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.* In ore, ut in hoc loco. Denique in manu, Pſal. 7. n. 13. *Niſi converſi fueritis, gladium ſuum vibrabit; arcum ſuum tetendit, & paravit illum.* Quo innuitur Dei in puniendo progreſſus Primò habet gladium accinctum oſtendens potentiam, ut terreat Deinde gladium in ore ponit comminando; ut deterreat. Denique, cum neutrum ſufficit, gladium è vagina exuit, ac vibrat, ut percutiat, juxta illud Exod. 15 n. 9. *Evaginabo gladium meum interficiet eos manus mea.* Ezech. 5. n. 12. *Evaginabo gladium meum poſt eos.*

Hebr 1.

Tribus modis Chriſtus gladium geſtat.

Pſalm. 44. Pſalm. 7. Exod. 15. Ezech. 5.

Tertiò. Lyran. *Apparebat Angelus,* ait, *in ſpecie Sacerdotis, quia veſtitus podere; & etiam judicis in hoc, quod gladius exibat de ore ejus.* Quo modò Chriſtus armatum gladio ſe exhibet; nam ipſe hic apparuit veſtitus podere, ut verus Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech ut ſuprà dixi; arma enim aliena ſunt à Sacerdotibus. Cur ergo Chriſtus ſupremus Antiſtes, cujus vita omnium eſt doctrina, cum diſtricto enſe ſeſe oſtentat? Unuſquiſque formam gerat illius perſonæ, quam repræſentat; Chriſtus hîc apparuit, non ſolùm ut verus Sacerdos, ſed etiam ut verus omnium vivorum ac mortuorum judex; & ideo ſic ut Sacerdos geſtat ſacram veſtem poderis, ut judex portat gladium; quia ſicut decet, Sacerdotem ſacris veſtibus indui, ita etiam judicem gladio adverſus impios armari. 583.

Lyran.

Quilibet gerit habitum illius, cujus perſonam gerit.

Quartò. Aretas: *de ore ejus gladius utraque parte acutus dicitur egredi: atque Dei progenitor præcipit, ut hunc ſuper femur ſuum potens accingat; quia nondum eo tempore ultio inflicta erat tranſgreſſoribus legum Evangelicarum: idcirco ille, ut cunctationem ſupplicii demonſtret, ſuper femur interim gladium ſuſpendit: nūc autem egrediens ex ore gladius ſummam eorum ſubindicat promptitudinem, qui in novo teſtamento inobedientes, ad inevitabilem animæ perniciem acriter feriuntur ad hoc ut per medium diſſecentur.* In veteri teſtamento introducitur Dominus, gladio in vagina recondito, ſuper femur: *Accingere gladio ſuper femur tuum potentiſſime.* Pſ. 44. n. 4. Quomodo ergo hîc apparet, nòn jam in latere, ſed in ore, non intra, ſed extra vaginam; non quomodocumque acutus, ſed ex utraque parte? Cùm augentur dona, rationes creſcunt donorum. Nunc in lege Evangelica uberior, ac abundantior eſt gratia, quàm antea in veteri teſtamento: *Ego veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Jo. 10. n. 10. Qui ergo in tanta abūdantia gratiarum, ac donorū delinquit & tranſgreſſor eſt legis Evangelicæ, in ſeveriorem iram & indignationē incurrit, & ad hoc denotandū gladius, qui olim in vagina erat abſconditus, jā ab illa exutus in ore apparet: *Nunc autē egrediēs ex ore gladius ſummam deſignat promptitudinē.* 584.

Aretas. Pſalm 4.

Ioan. 10. *Qui inter majora dona delinquit rigidius punitur.*

Quintò. Narrans Joannes ea, quæ vidit, ait, quod in manu Chriſti erant ſtellæ ſeptem, & de ore ejus gladius ex utraque parte acutus exibat Totus hic ordo videtur inverſus; nam in manu potius gladius, quàm ſtellæ exiſtere debebant; unde ergo talis dicendi ordo? Stellæ beneficiorum ſymbola exiſtunt; nam ſuis influentiis ac nitore, mortalibus multa conferunt commoda; Ecce cur ſtellæ in manu, & gladius in ore apparet: quia Deus punitiones, ac ſupplicia ore comminatur, dicit, ac loquitur, at beneficia confert, & largitur: ſtellæ ſunt, veluti ſphæræ in manu ejus, quæ in orbem per beneficia volvuntur, ſuoſque gratiarum influxus inceſſanter mortalibus communicant: gladius autem eſt in ore, quia prius mortales comminationibus perterrefacit: & deinde ad manum transfert, ut dixi in ſecunda ratione. D. Baſil. commenta. in Pſ. 7. ad illa verba: *Niſi converſi fueritis, gladium ſuum vibrabit:* ſic ait, *Comminatorius ſermo eſt; non ſtatim minatur vulnera, plagas, mortes; ſed armorum vibrationem, veluti præparationem quandam ad ultionem, intentat: quemadmodum ergo, qui arma abſtergunt, & poliunt, pugnæ mox ineundæ acrem affectum & alacritatem ſignific* 585.

Deus valde pronus ad benefaciendum.

ſignificant; ſic & ſermo hic motum, ac ultionem oſtendere volens, gladium illum vibrare dicitur.

586. D. Ambr. Sextò. D. Ambroſ. lib. 3. de Spiritu Sancto c. 8. *Si Dominus Jeſus interficiet impium Spiritu oris ſui, gladius quidem verbi Spiritus intelligitur.* Ac proinde juxta D. Ambr. quod hic gladius exiens ab ore Chriſti, quod ſit Spiritus ſanctus, quo interficiendi, ac condemnandi ſunt impii. Spiritus ſanctus eſt amor: quomodo ergo ipſe erit interficiens, ac damnans impium? Amor totus eſt benevolus, & affabilis, ac proinde maximè videtur alium ab eo, punire, & caſtigare: Tamen ait Ambroſius, *gladius quidem verbi*, interficiens impium, *Spiritus intelligitur.* Amor offenſus, acutus eſt gladius, rigidumque eſt flagellum ad percutiendum, ac perdendum inîquum, & ſui offenſorum, & quantus amor erat in benevolentia, tantum ſi iraſcitur, in pœnam, & ſupplicium vertitur.

Amor offenſus, rigidus gladius ad puniendum.

587. Septimò dicitur hic de Chriſto: *De ore ejus gladius ex utraque parte acutus exibat. & facies ejus lucet, ſicut Sol in virtute ſua*; meridiano nempè tempore. Si gladius iram & furorem minatur, quomodo facies tam radioſa, ad inſtar ſolis lucens? Quid habet pulchritudo cum armis, ſpecioſitas, ac nitor vultus cum gladio; quomodo à facie tam ſplendida, cujus pars eſt os, prodit gladius acutus ex utraque parte? Magnus eſt Chriſti judicis, ac Regis ſplendor, & pulchritudo, dum impii puniuntur, ac ad pœnas damnantur. Ait Regius Vates Pſal. 44. n. 4. *Specioſus forma præ filiis hominum, accingere gladio tuo ſuper femur tuum, potentiſſime. Specie tua & pulchritudine tua intende, proſpere, &c.* Decorem cum gladio conjunxit; ac ſi ejus decor: & pulchritudo in hoc maximè reſplendeſceret, quod cum gladio, iniquos, ac impios puniret: D. Chriſoſt ibi: *Gladius eſt ſpecies, & pulchritudo ejus*, auctoritas, & gloria in impiis damnandis nitet.

Pſal. 44. *Decor Regis ac judicis, gladius ad pœnams*

588. Octavò. *Gladius ex ore ejus exibat.* Jeſus totus beneficus, & ſuavis, qui pertranſiit benefaciendo ac ſanando omnes, quomodo nunc armatus terribilis, metum incutiens apparet? Veniebat Dominus, ut ſupremus omnium Antiſtes, ore ſuo condens novam legem, oreque dans nova præcepta, ab oreque ſuo exiit etiam gladius: quia ubi eſt lex, neceſſe eſt, ut ſit gladius, & pœna; gladius enim, & pœna, legum cuſtodia eſt. Ait Regius Vates Pſal. 9. num. 21. *Conſtitue Legiſlatorem ſuper eos.* Ex Hebræo legitur: *Pone timorem ſuper eos.* Vox Hebraica utrumque ſignificat, Legiſlatorem, & timorem; tibi enim eſt Legiſlator, expedit, ut detur illius timor; quo homines refrænant appetitus, & horreſcant delicta. Unde ait Clem Alex orat. 1. *Non enim facilè arcetur cupiditas, quæ metu caret.* Et pulchrè D. Auguſt q. 22. ad 1 p. ex novo teſtamento, ſic ait: *Deſtruxiſſet planè legem, ſi impunè peccare docuiſſet.*

Gladius cuſtodia legum Pſal. 9. Hebr *Ubi Legiſlator, ibi timor.* Clem. Alex. D. Auguſt.

589. In multo honore condidit Deus hominem cum magna largitate donorum, ac gratiarum, cum ampliſſimoque dominatu ſuper piſces maris, volatilia Cœli, ac ſuper cuncta animantia terræ; deditque ei Dominus omnia, quæ germinant ſuper terram, in cibum, poſuitque eum in paradiſo delitiarum; & inter hæc, mortis pœnam ei imponit: *Morte morieris.* Geneſ. 2. n. 27. Quomodo convenit tam terribilis mortis timor cum tanta affluentia donorum, cum tanta beneficâ liberalitate in hominem, ut ſanè nulla major videatur poſſe excogitari? Impoſuit Deus legem Adamo: *Ne comedas de ligno vitæ.* Et ubi lex erat impoſita, exigebatur ut ad illius cuſtodiam eſſet timor pœnæ. Tertull. lib. 2 contra Marcion. cap. 13. *Quis illud appeteret, quod impunè contemneret? Quis illud cuſtodiret, quod ſine periculo emitteret.*

Geneſ. 2. *Qui non timet, præcepta non ſervat.* Tertull.

590. Cùm ſceptrum Iſraël teneret Manaſſes dicitur 4. Reg. 21. n. 5. *Adolebant incenſum Soli, & Lunæ.* Quidam adorabant Solem, alii Lunam; cur illi qui colebant Solem, non ſimul Lunam colebant, ſed in cultu dividebantur; alii Solem, alii Lunam? Sol præeſt diei, & non nocti. Luna è contra nocti, & non diei; inde illi homines talem ſibi conſtituebant Deum, ut in aliqua differentia temporis, ac illius præfectura, ac timore eſſent immunes, ut ſic licentioſiùs, vitiis indulgerent, ac peccarent. D. Cyrill. Jeroſol. Catech. 4. *Alii, ait, Solem ponebant, ut nocte ſine Deo eſſent, alii verò Lunam ponebant, ut in die Deum non haberent, &c.* Et ideò ſine timore pœnæ in aliquo temporis articulo vivebant.

4. Reg. 21. 3. *Frænat homines Legiſlatoris oculus.* D. Cyrill. Jeroſ.

QUÆSTIO LXIX.

Quare hic gladius dicitur ex utraque parte acutus, ſive de verbo ſive de finali ſententia intelligatur?

591. Quæſtione 67. multos graves Auctores retuli, qui hunc gladium de verbo Dei interpretantur: & dicitur hic gladius ex utraque parte acutus, propter duo teſtamenta, quorum vi humana corda penetrantur, quorumque efficacia Eccleſiæ adverſarii vincuntur ac proſternuntur; ut docet D. Auguſt. lib. 20. de Civitate Dei cap. 21. & D. Ambroſ. hîc dicens: *Gladius duo acumina habere viſus: quia ipſi duorum teſtamentorum doctrinis eruditi facilè hoſtes devincent.* Quod optime confirmat ipſe D. Ambr. in c. 22. Luc. quando Dominus eis dixit, quòd emerent gladios: at illi dixerunt: *Ecce duo gladii.* Quibus Dominus reſpondit; *Satis eſt.* num. 38. Quomodo ſufficere poſſunt duo gladii pro omnibus diſcipulis ab innumeris adverſariis defendendis? Citatus D. Ambr. *Duos gladios diſcipuli obtulerunt: unum novi, alterum veteris teſtamenti, quibus adverſus diaboli armantur inſidias: denique dicit Dominus: ſat eſt: quia nihil deſit ei, quem utriuſque teſtamenti doctrina muniverit.* Et illud maximè ponderandum, quòd hic gladius ex utraque parte acutus, dicitur exire ab ore Dei, quia hic gladius duorum teſtamentorum, quibus hæretici trucidantur, mira cohærentia, ac convenientia, ab uno Deo Legiſlatore provenit, ut latè probat Ebardus tom. 4 cap. 4. contra Uvald.

Duo teſtamenta D. Auguſt. D. Ambr. Luc. 22. *Doctrina utriuſque teſtamenti vincuntur adverſarii.* Ebardus.

592. Richard. Secundò Richardus de Sanct. Victore. Gladius ex utraque parte acutus; quia hic gladius utriuſque teſtamenti amputat vitia carnalia, ut in veteri; & ſpiritualia, ut in novo. In quo apertiſſime peccata cogitationis prohibentur: *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: non occides: ego autem dico vobis, quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio.* Matth. 5. n. 22. Tertiò, quia Matth. 5.

Accommodandum viribus cujuſque.
Haymo.

quia hæc doctrina utriuſque teſtamenti perfectos,& imperfectos inſtruit, juxta uniuſcujuſque vires, ac capacitatem. Haymo: *Hic gladius bis acutus dicitur, quia & imperfectus ſecundum literam exterius informat, & perfectos juxta myſticum intellectum interius erudit.* Ut alta contemplatione ad Deum volent. Quartò, quia foris in nobis luxuriam amputat carnis; & intus malitiam reſecat cordis Hugo Victorin *Quia qui foris in nobis amputat luxuriam carnis, intus reſecat malitiam cordis.*

Hugo.

De judicis ſententia.

593. Superiori quæſtione 68. eum gladium acutum cum meliori ſententia explicavimus de ſententia finali judicis Et rectè hic gladius,qui ab ore exibat,dicitur ex utraque parte acutus, quod aliqui,ut Viegas,ſic explicant: quia ſententia proferenda duas partes quaſi duas acies, habebit, quarum una ad prædeſtinatos pertinebit, altera ad reprobos. Acies gladii ad dexteram erit: *Venite benedicti Patris mei.* Hoc namque dicto gladius ejus ita carnes devorabit, ut jam non ſint caro, & ſanguis, ſed omnes carnis corruptione exuti, indutique incorruptionem, & immortalitatem, miroque modo permanente natura, in alteram gloriam permutati erunt. Acies autem gladii ad ſiniſtram erit; *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum* Et utrinque ſic erit efficax hic gladius, ut malos dividat à bonis, illos mittens in ſupplicium æternum,hos in gloriam ſempiternam Thronum illum grandem, quem fecit Rex Salomon de ebore & veſtivit auro, explicat Rupertus de grandi judicio finali, de ebore ob ſui candorem,& claritatem,& veſtitur auro, quia nimirum aurea Divinitatis juſtitia revelabitur tunc. Et de throno dicitur, *Duo leones ſtabant juxta manus ſingulas.* 3 Reg. 10.n. 19. Per hos duos leones, illas duas ſententias interpretatur Rupertus ſuo lib.3.in libros Reg.3. *Duo leones,* ait, *juxta manus ſingulas, quia utrobique fortis, atque formidabilis erit judicii veritas; etenim à ſiniſtris omnis iniquus condemnabitur, & à dextris juſtus vix ſalvabitur.* 1. Petri 4. n. 18.

Viegas.

Sententia finalis judicii ex utraque parte acuta, & omnibus tremenda.

3.Reg. 10.
Rupert.

1.Petr. 4.

594. Commodius tamen per hunc gladium, ſententiam punitivam in damnatos intelligimus; hic gladius exibat, *ex utraque parte acutus*, quia hac ſententia impiorum opera, & cogitationes punientur; itaque duplici pœna damni, & ſenſus percutientur. Ait Salomon de hac ſententia loquens Proverb 5.num.4. *Noviſſima autem illius amara, quaſi abſynthium, & acuta, quaſi gladius biceps.* Hebræi, *Gladius duorum orum.* Arabicus, *quaſi gladius habens duo ord.* Illa ſententia, quæ erit amariſſima, ut abſynthium, duplici ore, duplicique pœna damni & ſenſus feriet impium; ſemper pœna in peccatores duplicato ictu fertur. Divina virtute protecta Judith manum cum pugione elevat ad caput Holophernis, dicens *Confirma me Deus in hac hora: & percuſſit bis cervicem ejus, & abſcidit caput ejus.* cap. 13.n.10. Si manus mulieris dirigebatur divina virtute, cur percutit bis; Cur ſemel, unus ictus non ſufficit; Conditionem juſtitiæ ſequitur mulier, ut mucronem repetat in cervice: rigoroſæ juſtitiæ ictus non unus,ſed multiplex, ut inde plaga ſit immedicinalis, & incurabilis. Eccleſiaſt. 21. num. 4.

Prov. 5.
Hebr.
Arabic.
Judith 13.
Juſtitia in peccatores ictum duplicat
Eccleſ. 21.

Quaſi romphæa bis acuta, & omnis iniquitas; plaga illius non eſt ſanata. Agit ſapiens de iniquitate rebelli, quæ rigidè plectitur à juſtitia, cui tam vicina eſt acies geminata ſupplicii,ut romphæa, qua punitur, dicatur bis acuta, ut vulnus immedicabile demonſtretur.

Tertiò. Cardinalis Hugo: *Acutus ex utraque parte*, ait, *quia modo ſcindit bonos, qui ſe hîc puniunt timore judicii, ne ibi puniantur ſecundum conſilium.* Eccleſ 18 n. 19. Ante judicium, para juſtitiam tibi. *Et ſtatim.* Ante languorem adhibe medicinam; & ante judicium interroga te ipſum; & in conſpectu Dei invenies propitiationem. *Ex altera parte ſcindet malos in futuro à bonis, & perimens in malis* Iſai 30.n. 32. & erit tranſitus virgæ fundatus, quam requieſcere faciet Dominus ſuper eum. *Tranſiet à bonis, & requieſcet in malis, flagellum inundans, cum tranſierit bonos, eritis in calcationem vos mali.* Hæc ſententia judicis,eſt gladius bis acutus; quia nunc perterret bonos, ut fugiant à peccatis, & in futuro ſæculo, ubi nulla eſt ſpes, impios damnabit. 595.

Hugo.
Judicium nunc terret bonos & in fine percutiet malos.
Iſai. 30.

Quartò. *Gladius ex utraque parte acutus*; id eſt,habens duos mucrones, & cùm frequenter in Scriptura dicatur gladius, cur talis proponitur, quod habeat duo acumina; quod ego tom.2.in Evang cap. 10. q. 9. n. 75. explicavi de verbo prædicationis; quia hîc Dominus veniebat arguere Epiſcopos Aſiæ; ac proinde hîc Dominus formam cunctis Prædicatoribus, & magiſtris dicebat; ideò talis gladius habet duo acumina, unum, quo auditores pertingit; alterum quo ipſummet Concionatorem penetrat. Et quando mucro gladii verbis Dei exit ad auditores, & jam alter mucro in corde Prædicatoris eſt infixus, verba ejus valdè efficacia ſunt. 596.

Prædicatio prius penetret Prædicatorem, quam auditorem.

Mendoza tom. 2.in lib. Reg.cap 5. verſ. 6. n. 9. ſic explicat: *Gladius utraque parte acutus exibat.* Hoc eſt, deſinens in duos mucrones: quorum alter ad peccatores ſpectaret, alter ipſius Dei ore includeretur: ut ſi quando Deus illo externo mucrone peccatores punctim peteret, hoc alio intra os incluſo ipſemet percuteretur: ac proinde dum peccatores ferit, præ ſua infinita bonitate, ac pietate, ſemetipſum vulnerat. 597.

Mendoza.
Deus ſuorum vulnere quodammodo vulneratur.

Ad populum Iſraël ait Deus per Iſaiam 43.n. 24. *Servire me feciſti in peccatis tuis; præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Interlinealis: *Præbuiſti mihi laborem ſuſtinendi.* Quomodo fieri poteſt, quod Deus, qui eſt ſupremus omnium Dominus, ſervierit: *Servire me feciſti?* Et quod ipſe, qui eſt in ſumma fœlicitate, expers omnis laboris, laborem ſuſtinuerit: *Præbuiſti mihi laborem ſuſtinendi?* Explicat Cornel. à Lapide: *Servire me feciſti in peccatis tuis: hoc eſt, in peccatis tuis me gravaſti, & moleſtia affeciſti.* Iſraël, ob peccata ſua, ſæpè ſervitute afflictus eſt,& Deus ob eximia viſcera ſuæ pietatis afflictione ſuorum affligebatur. Iſraël ob ſuas iniquitates in multas laborum moleſtias devenit, quibus Deus ob ſui pietatem, etiam ſuorum moleſtiis moleſtabatur, ac proinde ſi ſervitute,& labore Iſraël percutiebatur, etiam illi quodammodo noſtro dicendi modo, Deus pungebatur. Ait Iſaias 63. n. 9 *In omni tribulatione eorum non eſt tribulatus*, Hebræi illam negationem excludunt, & legunt: *In omni afflictione.* 598.

Iſai. 43.
Interlin.
Corn.
Deus ſuorum laboribus affligitur, & pungitur.
Iſai 63.
Hebr.
Vatablus.

afflictione eorum ei fuit afflictio.Quod ita expli-
Vatablus. cat Vatablus. *Cùm affligebantur Iſraëlitæ, ipſe-*
met Deus affligebatur.
599. Poſt peccatum primi Parentis, ei ac uxori
ejus, fecit Deus tunicas pelliceas; & ait: *Ecce*
Geneſ. 3. *Adam, quaſi unus ex nobis factus eſt.* Geneſ. 3.
num. 22. Quæ verba communiter intelliguntur
dicta per ironiam; ſed Deum ſemper cum pro
prietate, ac vero ſenſu loqui, magis commodius
videtur, & ideò prædicta verba interpretantur
Richard. in ordine ad Incarnationem Verbi futuram: Ri-
Tilma. chard. de Sancto Victore citat à Tilm. & ante
Tertull. eum Tertullian. lib. 2. contra Marcion. cap. 25.
qui ait: *Ecce Adam, factus eſt tanquam unus ex*
nobis, de futura ſcilicet adjectione hominis in Di-
vinitatem. Ac ſi dicetur in ordine ad Incarna-
tionem Verbi: *Adam factus eſt quaſi unus ex*
nobis. Ob hoc peccatum datur Adamo unicus
cilicius, unicaque pellicea tunica, cum multis
doloribus, & afflictionibus; inde eſt, ac ſi ve-
luti diceret Sancta Trinitas; etiam unus ex no-
bis, nempe Filius, ob hoc peccatum, alterum
cilicium, alteramque pelliceam tunicam, natu-
ram nempe humanam, in ſimilitudinem pecca-
ti, multis doloribus, moleſtiis, ac pœnalitati-
bus ſibi aſſumet, prout Dominus pertulit in ſua
Paſſione. Ecce, ſi Deus dat homini unam tuni-
cam pelliceam, unumque cilicium, cum multis
doloribus, etiam aliam tunicam pelliceam,
aliumque cilicium cum multis doloribus, ſibi
reſervat, & aſſumit.

QUÆSTIO LXX.

Quare facies Chriſti dicitur reſplendens ſicut ſol in virtute ſua?

600. CUm Joannes hîc ait: *Facies ejus*, ſcilicet
Chriſti, *ſicut ſol lucet in virtute ſua* Pa-
Pagnin. gnin. *in potentia ſua.* Syrus, *in robore ſuo.*
Syrus. Arabicus, *in vigore ſuo.* Denotatur maxima vis,
Arabic. claritas, ac vigor ſolis, ut eſt in meridie. Et
D. Hilar. cum facies Chriſti incomparabiliter fulgentior
ſit ſole, ita ut dicat, D. Hilar. in cap. 17. Matth.
Quod facies Chriſti ſole ſplendidior centies,
ideo cur hîc cum ſole comparatur, altiùs in-
quirendum eſt.
601. Primò. Andreas Cæſarienſ. ait: *Quod facies*
Andr. Cæſ. *ejus, inſtar ſolis lucida dicitur, id non ad ſenſibi-*
lem aliquam lucem, vel ſplendorem referri debet;
ſed ad mentis illuſtrationem: quandoquidem ſol
juſtitiæ vi propria, & poteſtate lucet, & illuminat
non ita autem ille ſol, qui obtutibus noſtris quoti-
die objicitur; is enim, tanquam res creata, quam
à Deo accepit, lucem ſpargit, illiuſque juſſu munus
Aretas. *ſuum obit.* Similiter Aretas, per ſolem, cui com-
Virtus ac ſplendor Chriſti non poteſt percipi humano ſenſu. paratur facies Chriſti, non intelligunt hunc ſo-
lem corporeum qui noſtris oculis cernitur, ſed
quandam ſuperiorem lucem ſole clariorem, ac
elegantiorem, quia ea, quæ ſunt Chriſti, nullo
ſenſu nec intellectu noſtro percipi poſſunt De-
inde quia ſolus Chriſtus lucet virtute propria;
hic verò ſol virtute accepta à ſuo creatore.
602. Secundo, Joachim Abbas hanc claritatem
Joachim. interpretatur, tanquam in viſione Prophetica
oſtenſam, de eximia claritate ac ſplendore
quem Eccleſia erat habitura in hac ſexta mun-
Alcazar. di ætate, & huc etiam ſpectat ſententia Alca-
Sylveira Apocalypſim. Tom. I.

zaris, qui hunc fulgorem exponit de Eccleſia
Romana: Nam Eccleſia facie Chriſti denota-
tur, juxta illud: *Reſpice in faciem Chriſti tui.*
Sed quid multum, faciem Chriſti lucere ſicut
ſol, quando facies Moyſis dicitur luce conſpi-
cua, Exod. 34. n. 29. *Quod cornuta eſſet facies* Exod. 34.
ſua. Pagnin. *Quod reſplenduiſſet facies ejus.* Pagnin.
Chald. *Quod multiplicatus eſſet ſplendor gloriæ* Chald.
ejus. Hæc tamen gloria, Moyſis, ut teſtatur Joa *Splendidior*
chimus Abbas erat inſtar bicornis Lunæ, quia *ac fulgentior*
cum ille eſſet Legiſlator legis veteris, ſua luce *eſt lex nova,*
Luna repræſentabat lucem illius legis eſſe ve- *quàm antiqua.*
luti Lunam: At Chriſtus noſter legifer fulge-
bat ſicut ſol in virtute ſua, quia lux Evangeli-
ca, eſt ſplendidiſſima, tanquam Sol in ſuo vigo-
re ac meridiano tempore. Sic explicat Arnobius Arnob.
in Pſalm. 135. illud Geneſ. 1. num. 16. *Fecit Deus* Gen. 1.
duo luminaria magna, luminare majus, ſcilicet
Solem, *in poteſtatem diei; & luminare minus,*
ſcilicet Lunam, *in poteſtatem noctis.* Sic ait cit.
Auctor: *Luminaria duo magna, unum in die no-*
vi teſtamenti; quod ſicut ſol radiat in lumine
agentibus. Aliud in nocte Judaïca converſanti-
bus; in novo enim apertè; quod legitur, ſicut in
die, in ipſa littera perluſtratur à Chriſto, qui eſt
ſol verus juſtitiæ: In veteri autem, ſub literæ te-
gmine, quaſi in nocte poſitum à luna. Et rectè lex
legis veteris comparatur cum Luna in nocte;
quia ubi verus ſol Chriſtus refulſit in mundo;
ſtatim illa tenebroſa lux legis veteris extincta,
ac abolita eſt.
Et rectè Eccleſia comparatur cum ſole, in 603.
virtute ſua, ſeu meridiano tempore, quia tunc *In Eccleſia*
nulla umbra conſpicitur, Sic in Eccleſia Evan- *juſtitia ſine*
gelica tanta virtutum luce fulget Chriſtus, ut *umbra reſplendet.*
in ea nihil ſit obſcurum, ac umbroſum. D. Am
broſ. lib. 4. in Examer. c. 5. explicans illa verba
Cant. 1. n. 6. *Ubi cubes, ubi paſcas in meridie.* Sic Cantic. 1.
ait: *Meridiano paſcis, hoc eſt, in Eccleſiæ loco,* D. Ambr.
ubi juſtitia reſplendet; ubi fulget judicium, ſicut
meridies, ubi umbra non cernitur: ubi majores
ſunt dies, quòd eis ſol juſtitiæ, tanquam æſtivis
menſibus, diutius immoretur.
Tertiò. Primaſius, Ambroſius, Ansbertus, 604.
Haymo, D. Anſelmus inquiunt, per claritatem
faciei Chriſti ſignificari *illum ſplendorem, quem*
corona Beatorum poſt reſurrectionem habebunt:
juxta illud Matth. 13. num. 43. *Fulgebunt juſti,* Matt. 13.
ſicut ſol, in regno Patris mei. Verùm majori luce
tunc reſplendebunt, juxta vaticinium Iſai. 30. Iſai. 30.
num. 26. *Erit lux Lunæ, ſicut lux ſolis: & lux*
ſolis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum.
Si ergo claritas Beatorum tunc maximè auge-
bitur ſuper radios ſolis, quibus nunc radiat,
quomodo his comparatur Juſtorum ſplendor?
Reſpondent Ansbertus, & Haymo: *Sciendum* Ansbert.
eſt, ſolem tunc majorem claritatem habiturum, Haymo.
quàm nunc habet: ampliorem etiam & San-
ctos, qui futuræ claritati ſolis comparantur.
Adhuc inſtat dubium. Claritas Sanctorum *Deus majora*
major futura eſt, quàm ſolis, quomodo cum *dat quàm*
Sole comparatur, ac per eum explicatur: Hæc *promittit.*
eſt infinita Dei bonitas, qui ſemper majora
dat, quàm promittat, promittit claritatem ſo-
lis, & dabit claritatem incomparabiliter am-
pliorem.
Quartò, & maximè genuinè, ac ad literam. 605.
Hîc ſignificatur ſumma glorioſi corporis Chri-
ſti gloria, ac claritas, qua veluti Sol nunc ful-
get in Cœlo, & hac gloria reſplendens, appa-
I rebit

rebit in finali judicio; unde in Transfiguratione, *reſplenduit facies ejus ſicut ſol.* Matth. 17. Demonſtratur etiam hîc tanquam in ſpeculo gloria Sanctorum in ſua reſurrectione, de qua dicitur, quod *Juſti fulgebunt ſicut ſol* ut ſuprà dixi. Ita Ticonius, Ambroſ. Rupertus, Haymo, & multi alii ſtatim citandi, & comparat Evangeliſta fulgorem corporis Chriſti cum ſole, non quia tantùm ſicut ſol fulgebit, ſed quia hoc ſydere aliud magis ſplendidum, ac luculentum non noſcimus, ut notavit Chryſoſt. homil. 48. in Matth. ac proinde cognitis nobis utitur exemplis; per viſibilia Dei cognoſcimus inviſibilia; alias tamen rationes adducamus ad ſenſus morales.

Ticon. D. Ambr. Rupert. Haymo. D. Chryſ.

606. D. Bernard. Quintò. Bernard Senenſ. *Chriſtus dicitur ſicut ſol lucens triplici radio, videlicet fontalis Divinitatis, ubi pax exuberat omnem effectum: idealis exemplaritatis, ubi lux reverberat omnem viſum: imperialis majeſtatis, ubi pax exuberat omnem ſenſum.* Chriſtus, ut verus ſol, multiplici radio fulget; radio nempe *Divinitatis*, qua ut verus Deus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; radioque *idealis exemplaritatis*, quia in omni virtute, ſanctitate, ac doctrina nobis dedit præclariſſima documenta, radioque *imperialis majeſtatis.* Cum ſuprema ſua celſitudine conjunxit ſummam humilitatem, & cum ſua majeſtate, modeſtiam, & pacem.

Chriſtus multipliciter lucet.

607. Alb. Magn. Sextò. Albertus Magnus: *Facies ejus ſicut ſol*, ait, *quia ſine peccato natus, paſtores illuminavit; ſtella prævia Magos perduxit: lucens in progreſſu vitæ, quando miracula fecit in virtute ſua; quando in Paſſione diabolum vicit, & Judæos excæcavit, id eſt, excæcari permiſit: tripliciter ſol exurens montes, radios igneos exſufflans, ſcilicet, in ſua Nativitate; & refulgens radiis ſuis in miraculorum operatione, obcæcavit oculos Judæorum, ſcilicet in ſua Paſſione.* Chriſtus in toto vitæ progreſſu ſol fulgentiſſimus ſine peccati nebula. In nativitate illuminans paſtores; ſtella Magos perducens In vita radiis miraculorum; & in morte, ſua eximia luce ægros Judæorum oculos obcæcari permittens, ut in ſuum ſplendorem minimè poſſent intendere, eumque agnoſcere.

Chriſtus in toto vitæ progreſſu ſol fulgentiſſimus

608. Septimò, Evangeliſta Chriſtum D. vocat ſolem ut ipſum diſtinguat ab Eccleſia, quæ luna appellatur, quæ licet illuminet, hoc tamen facit lumine mutuato à ſole. Beda in c. 1. Geneſ. *Ipſe eſt lux mundi, qui & Eccleſiam illuminat; ſicut luna dicitur de ſole percipere lumen, ut per ipſum poſſit illuminare: ſic Eccleſia ſuſcepto Chriſti lumine, illuminat tenebris ignorantiæ obcæcatos*, Et quod Eccleſia dicatur luna, patet ex illo Habacuc 3. n. 11 juxta Septuaginta, *Elevatus eſt ſol, & luna ſtetit in ordine ſuo.* De Aſcenſione Domini ſic interpretatur D. Aug. lib. 18 de Civ. cap. 32. *Aſcendit Chriſtus in Cœlum, & ordinata eſt Eccleſia ſub Rege ſuo.*

Beda. *Eccleſia lucet Chriſti virtute.* Habac. 3. D. Auguſt.

609. Sinaita. Octavò, D. Anaſtaſius Sinaïta lib. 1. in Hexamer. *Non vos lateat*, ait, *quod ex omnibus luminaribus, ſol compoſitus, ut qui conſtet ex duobus generibus, nempe in typum Chriſti, ſcilicet, ex illa prima cœleſti, & antiqua luce, &c.* quod latè proſequitur. Sol typum gerit Chriſti D. quia ſolaris globus quarta die creatus eſt ex illa luce primogenia, quæ creata eſt primo die, quando Deus dixit, *fiat lux*, & ex alia, ac excellentiori luce quarta die in illam primam materiam deſuper infuſa: Sic Chriſtus D. ineffabiliter componitur ex duplici natura, ex humana materia, quæ in utero Virginis formata eſt, & ex ſuperna Divinitate, quæ in naturam humanam infuſa eſt, ac ei pariter unita.

Chriſtus ex duobus naturis componitur.

Nonò. Richard. Victorin. *Cùm dixiſſet*, ait, *ſicut ſol lucet, protinus adjicit, in virtute ſua: ſol autem in virtute ſua, quando circa meridiem nubibus ablatis, aëre purificato, per ejuſdem aëris ſpatium clariſſimo fulgore ſplendet.* Dicitur, ſicut ſol lucet in virtute ſua, hoc eſt, ſub meridiano tempore, quando Phœbus ardentiſſimus eſt, & umbra nulla. Volens Chriſti ſupremam gloriam ſedentis ad dexteram Patris Joannes explicare eam cum ſole meridiano confert, ad differentiam humanæ gloriæ, quæ ſub Cœlo eſt; nam hæc manca eſt, defectumque ſuſtinet; at illa valde ſuperna, & excellens, & cum ſole meridiano confertur, quando cuncta illuminat, & nullas umbras patitur; Chriſti gloria undique valde ſplendida, & luminoſa, & nullam defectibilitatis umbram admittit. Unde ſic pergit citatus Richard. *Sed quis valet in Chriſto Redemptore noſtro, vel ſaltem beatæ humanitatis gloriam verbis exprimere cùm Sanctus Theologus viſam illius ſimilitudinem vix ſufficiat, vel valeat declarare.* Sicut, ſi aliquis apertis oculis intendat ſolem contemplari, ab illius lumine obcæcatur: ſic magnus Joannes videns gloriam Chriſti, non valet eam verbis dicere, ac explicare, ſed brevi comparatione appoſita, *Sicut Sol lucet in virtute ſua*; ſtatim præterit, & totam rem ſilentio involvit. 610. Richard.

Felicitas in Cœlo perfecta non ſic humana in hoc mundo. *Chriſti gloria in hoc ſæculo explicari non poteſt.*

Decimò. *Ut Sol in virtute ſua.* Id eſt, in meridiano æſtu quando umbræ minores imò nulla eſt umbra; quia gloria Chriſti ſic fulget, ut neminem obſcuret; non ſic gloria Principum hujus ſæculi, qui reſplendent, & nitent ex aliorum obfuſcatione, ac obtenebratione. Deinde ſol dicitur, quia unus, & ſolus eſt in mundo. Deinde ſol ſua luce, calore, ac influentia, omnia producit, calefacit, fœcundat, & vivificat, ſic & Chriſtus. 611.

Chriſti gloria ſine ulla obſcuritate.

Undecimò. *Et facies ejus ſicut ſol lucet in virtute ſua*, hoc eſt, in meridie, quando ſol, nubibus ablatis, clariſſimè reſplendet, ſed cur dum Chriſtus D. ut notavi tom. 2. in Evangel. cap. 7. quæſt. 4. num. 28. introducitur, ac proponitur, ut univerſalis omnium Doctor, ac Magiſter, tunc proponitur facies ejus reſplendens, ut ſol meridianus, quando nubium obtegumento non involvitur? Per faciem, ac præſentiam doctrina, ac verba intelliguntur, juxta illud Pſalmi 11. num. 7. *Eloquia Domini, eloquia caſta.* Alii legunt; *eloquia unius faciei:* facies ejus ſicut ſol in meridiano, ſermocinatio, ac Prædicatoris doctrina ita ſit clara & patens, ut ſol meridianus, non involvatur fuco, retortis verborum ambagibus, ſed cunctis ſit aperta, ac perſpicua. Anſbertus: *Quid autem per faciem*, ait, *niſi manifeſtam Redemptoris in carne præſentiam, qua loquebatur hominibus facie ad faciem, intelligere debemus? quæ ſcilicet rectè per ſolem deſignatur.* Vide citatum locum. 612.

Prædicatoris doctrina ſit clara. Pſalm. 11. Anſbertus.

Duodecimò. De ſimili filio hominis dicitur: *Facies ejus, ſicut ſol. Et tunc ſeptem ſtellas in dextera geſtabat.* Joachimus Abbas, Lyranus: *Sancti dicuntur Planetæ, Sol, Luna, &c. quia debent,* 613.

Joachim. Lyran.

debent, Eccleſiam illuminare vita Chriſtus Planeta eſt, Sol eſt: nam eſt vera lux, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: Inde in quæſtionem voco; ſi Sancti Planetarum, ac ſolis fulgore condecorantur. juxta illud Matth. c tat. 13. *Fulgebunt ſicut ſol*; cur Chriſtus non celſiori radiorum emicat apparatu, ſed ſolis radios minimè ſuperans oſtenditur? Quia coram eis, qui Planetæ, ac ſolis referebant imaginem, emicans; comprimit increati luminis abyſſum, ſolis veluti conditionem gerens, ſe ſe diſcipulorum ſubditorumque captui diffundit, non attendens tantùm ad ſuam celſitudinem, ſed potiùs ad inferiorum infirmitatem ſe ſe accommodans. Ait Matth. 17. num. 2 *Transfiguratus eſt ante eos, & reſplenduit facies ejus, ſicut ſol.* Ac ſi diceret; quia ante eos, qui ſoli comparantur, transfiguratur, non excellentiorem tunc, quàm ſolis, objicit ſplendorem Origenes tibi: *Diverſas habet Dei Verbum formas, apparens unicuique, ſecundum quod videnti expedire cognoverit. Unde non dixit ſimpliciter: Transfiguratus eſt*, ſed *coram eis.*

Jeſus ſe ſuis accommodat. Matth. 17. Orig.

614. Tertiodecimò. Expende connexionem textus: *De ore ejus gladius utraque parte acutus exibat, & facies ejus, ſicut ſol lucet in virtute ſua.* Maximè neceſſaria eſt candidiſſima lux oculis, dum conſtabat, gladium ineſſe verbis, ne aut feriret ſana, aut non abſcinderet putrida: *Collocavit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium.* Geneſ. 3. num. 24. Non alteri traditur flammeus gladius, niſi Cherubim, qui interpretatur plenitudo Sapientiæ, & luminis.

Ubi gladius, ibi multa lux in oculis ad caſtigandum. Geneſ. 3.

615. Victor. Quarto decimò. Victor. Pictavienſ. Epiſcop. *Claritas, ait, quam dicit, apparitio ejus fuit, qua locutus eſt hominibus facie contra faciem; ſolis autem gloria minor eſt, quàm gloria Domini; ſed propter ortum, & occaſum: & rurſum ortum; quòd natus ſit, & paſſus reſurrexit; ideo dixit ſimilem ſcriptura faciem ejus gloriæ ſolis,* Filius hominis veniens in terram, cum radiis ſolis comparatur, ſed filius hominis venit obſcurus, ac humilis, tanquam vermis, naſcens in præſepio, mortis tenebris deſtinatus: Quænam hujus rei combinatio cum ſolis fulgore? Multa ſanè, ſol intrat tenebras noctis, ibique occumbens, ſe abdit, inde primo mane fulgentiſſimus rutilat: ſic meus Jeſus, & qui Jeſum ſequuntur, cùm ſe mortis tenebris dent, inde à tali occaſu fulgentiſſimi exurgunt, & apparent Gloria Filii Dei, longè ſplendidior luce ſolis, tamen in eo ſolis ſimilitudinem gerit, quòd de ſuo occaſu, ideſt, de Paſſionis, Crucis; Mortis, ac præſepis tenebris fulgentiſſima claritate exurgit, ac reſplendens apparet.

Cùm Jeſus ſe abſcondit, fulgidior apparet.

616. Exod. 24. De Moïſe loquens ſacer textus, ait Exod. 24. n. 18. *Ingreſſuſque Moyſes medium nebulæ, aſcendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus.* Quid inde, dum ſub hac hac nebula exiit? Exod. 34. n. 29. *Cùmque deſcenderet Moyſes de monte Sinai, ignorabat, quod cornuta eſſet facies ejus.* Ex Hebræo legitur: *Moyſes non ſciabat, quod radians eſſet cutis faciei ejus.* Deſcendente Moïſe de monte, facies ejus radiis reſplendet, ſicut ſol, nonne ipſe in monte erat in nebula, ac caligine abditus? unde ergo ad tantum ſplendorem devenit? Ipſa immerſio, ac occultatio in nebula, tantam gloriam, ac ſplendorem produxit. De caligine, ac obſcuritate pro Deo accepta, ad tantam claritatem evehitur, ut radians, tanquam fulgentiſſimus ſol appareret. Ex caliginoſa humilitatis abjectione ad ſolarem reſurgit claritatem D. Gregor. Nyſſen. homil. 12. in Cantic. *Moyſes nubem ſubiit, caliginem intrat, in qua Deus erat, fœdus accepit, fit fulgens dum è vultu lumen emittit.*

Exod. 34. Hebr. *Quantò quis ſe obtenebrat fulgentior eo apparet.*

Apparuit Abrahamo Dominus in convalle Mambre, ſedenti in oſtio tabernaculi: cùmque elevaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri. Geneſ. 18. num. & 2. Apparet Deus Abrahamo, ſub ſpecie hominis peregrini, & fatigati: qui pedum lotione, & cibo egebat, ac etiam aliquali quiete ſub arbore, & tamen inter hæc maximè ſe Deus nunc Abrahamo manifeſtavit, pluſquam in omni alio eventu. imò nunc clariorem ei dedit ſui notitiam, quàm aliis Patribus, nam Abrahamus nunc *tres vidit, & unum adoravit, in figuram Summæ Trinitatis*, ut canit Eccleſia. Eique abditum Incarnationis myſterium primo aperuit: *Benedicendæ ſunt in illo omnes nationes terræ.* Multiſque miraculis refulſit: Saræ ſterilitatem abſtulit, & decretum de civitatibus, delendis exponit. Cur modo Deus, tam magnis ac magnificis divinitatis ſignis refulget, abdidit enim ipſe ſe ſub nubilo carnis, ſub ſpecie peregrini, ſub aſpectu neceſſitatis, & quantò ſe ſe occultavit ſub humanis infirmitatibus, tantò magis miraculis, ac oſtentationibus, ſuam declarat potentiam, & divinitatem, quantò magis ſe ſe abſcondit, tantò excellentiùs ſuam prodit, & manifeſtat excellentiam? Divus Chryſoſtomus ſerm. 131. *Ad Abraham Deus venit in hominis forma: ſe oſtendit hoſpitis in figura; & laſſati viatoris in morem accepit pedibus ſuis inquam: & invitatus ad menſam, vituli, & panis appoſitione ſaturatur: & ita ipſo tactu, & viſu verum hominem videtur explere: & hoc eo tempore, ut verus Deus, ſterilitati extremæ ſenis deſperatæ, patefactis viſceribus in partum, ſobolem largiturus advenit.* 617.

Gene. 18. *Ex occultata majeſtate, glorioſa manifeſtatiò* D. Chryſ.

Quæstio XX.

Variis aliis modis hæc viſio explicatur?

Circa hanc viſionem ſimilis filio hominis, per ſuperiores Quæſtiones explicavimus ſenſus litterales, & morales, nunc etiam alia apponamus, quæ non ad litteram, ſed valde ſymbolicè circumferuntur. 618.

Ambroſius in præſenti notat, per hæc octo Chriſti ſymbola, ſignificari octo ſtatus juſtorum. Primo per *poderem* ſignificari Sanctos, & electos, ab Adamo uſque ad diluvium. Secundò per *zonam*, electos poſt diluvium. Tertio per *canitiem*, Sanctos veteris teſtamenti. Quarto *oculos* eſſe Prophetas Quartò *pedes* eſſe Apoſtolos. Sexto *vox aquarum multarum*, eſt multitudo gentium converſarum ad Chriſtum. Septimo *gladius*, erunt electi in fine mundi. Octavo *Sol*, erunt Sancti, ac beati in Cælo. 619. D. Amb.

Secundo Omnia quæ à Joanne viſa ſunt veram ſacerdotis imaginem adumbrare videntur. 620.

Veri Sacerdotis ymbolum. *Capilli candidi* denotant prudentiam, & cogitationes mundas: *Poderis veſtis uſque ad talos*, cœleſtem vitam cum perſeverantia uſque ad finem vitæ: *Zona aurea præcingebatur ad mammillas*, quia tota ejus vita debet eſſe circundata multa charitate ſalutis aliorum. *Septem ſtellas habet in manu dextera*; quia ſeptem Sacramenta adminiſtrat, cum eiſque confert gratiam ſanctificantem, ſeptemque Spiritus ſancti dona. *Vox illius inſtar aquarum multarum*, vox eſt abſolutionis Sacramentalis, quæ tanquam aquæ multæ mundat conſcientiam, & extinguit incendium æternæ damnationis. *Et gladius de ore ejus ex utraque parte acutus*, virtus eſt Sacramentalis abſolutionis, cujus virtute diaboli confoditur poteſtas. Et recte ex utraque parte acutus nominatur, quia ut ait S. Antonius, *Confeſſio acuta, vel Confeſſor acutus debet eſſe*, ut totaliter, ac radicitus omnia peccata carnalia, vel ſpiritualia valeat amputare, ne ſuggeſtionibus ſuis valeant iterum pullulare. *Oculi tanquam flamma ignis*, omnia aſpicientes zelo honoris Dei, & non proprio commodo.

621. *Facies ejus lucens, veluti ſplendidiſſimus ſol.* Et ſicut ſol omnia penetrans rimatur, & luſtrat ſuis radiis, ſic & confeſſor ſuæ prudentiæ, ac eruditionis radiis abditas latebras conſcientiæ pœnitentis rimetur, & ſcrutetur, ut ſalutarem medelam valeat adhibere. Quatuor illa animalia, quæ currum Dei circumferebant, eique miniſtrabant, de eis ait Ezech. 1. n. 18. & 10. n. 12. *Totum corpus oculis plenum in circuitu.* Quod de Sacerdotibus interpretatur D. Iſidor. Peluſiot. lib. 1. Epiſtola 151. *Dei Sacerdos, quoniam ad Deum appropinquat, animalium illorum multis oculis præditorum in morem, omni ex parte oculus eſſe debet eorum inſtar, nihil neſciens.*

Sacerdos in confeſſione rimetur conſcientiam pœnitentis. Ezech. 1. D. Iſidor. Peluſiot.

622. *Facies ejus, ſicut ſol lucet in virtute ſua.* Sol tunc lucet in virtute ſua, quando ſuo calore, ſua luce ac benignitate multas influentias infundit in terram. Ita Sacerdos in populo, ſua prudentia probitate, ac admonitione, multas virtutes transfundat in aliorum animos. Juſſit Deus olim, ut ſex urbes refugii, ad quas homicidæ ſe reciperent, in Tribu Levitica conſtituerentur: *De ipſis autem oppidis, quæ Levitis dabitis, ſex erunt in fugitivorum auxilia ſeparata.* Numer. 35. n. 6. At cur non aliis potius in tribubus locabantur; ut vel ex eo congruentiùs videbatur, ne cum ſacris hominibus, profani immiſcerentur? Optimè Philo de ſacrificiis Abelis, & Caini, ad finem, ſic ait: *Dicendum*, inquit, *bonum virum mali eſſe redemptorem. Itaque meritò peccatores ad Sacerdotes veniunt, ut purificentur.* Ac ſi diceret; ideo peccatores ad ſolos Sacerdotes confugere videbantur, ut delinquentes, eorum influentiis, ſcilicet, ſuo exemplo documento, ac doctrina, & conſilio miteſcerent, ac meliores fierent.

Sacerdos ſua probitate multas virtutes transfundat in alios. Num 35.

Ap. 1. n. 7. Et cùm vidiſſem eum, cecidi ad pedes ejus, tanquam mortuus; & poſuit dexteram ſuam ſuper me, dicens; noli timere; ego ſum primus & noviſſimus.

VERSIONES.

Arabic. Impoſuit mihi manum ſuam dexteram; ego ſum primus, & ultimus.

Tigurin. Arias. Pagnin. Poſuit dexteram ſuam manum dicens mihi.

Syrus. Ne time; ego ſum ille primus, & ille ultimus.

D. Cyprianus. Nolite timere.

Mariana. Principium, & finis.

EXPOSITIO XIII.

Et cùm vidiſſem, ſcilicet, tam horribilem Chriſti viſionem, oculos tanquam flammam habentis; gladium ore vibrantis, & voce horribili tonantis, *Cecidi ad pedes ejus tanquam mortuus*: Partim ex reverentia, partim ex multo pavore concepto, non ut verè mortuus, ſed quaſi exanimis, *Cecidi ad pedes ejus*, veluti in terram cecidi ut de Daniel dicitur 8. n. 18. *Et poſuit dexteram ſuper me.* Hoc eſt, erexit, corroboravit, ac confirmavit me, præ timore, ac ſtupore collabentem, ut de Daniel. dicitur citato loco: *Collapſus eſt, & tetigit me, & ſtatuit me in gradu meo.* Et ſubdit textus: *Ego ſum primus, & noviſſimus.* Ego ſum Alpha & Omega, ego ſum principium, & finis: ac ſi dicat; ego ſum omnium Deus, creator, ac conſervator, & hæc ſunt propria epitheta Dei, ac ſi dicat: *Ego ſum Alpha, & Omega: principium, & finis.* Ut patet ex ſuprà dictis verſic. 8. & ex Iſaia cap. 44. num. 6. & cap. 48. num. 12. & de his latiùs in quæſtionibus. 623. Daniel. 8.

QUÆSTIO LXXII.

Quare Joannes tanto timore perterritus cadit?

Genuina, & litteralis ratio eſt quam dedi in expoſitione, quia Joannes magno tremore ac trepidatione, ex tam horribili viſione, ut jam dixi in expoſitione, quaſi exanimatus, corruit, ac cecidit, Hoc etiam accidit Danieli 10. n. 9. & Chriſti Apoſtolis in Transfiguratione, Matt. 17. num 6. Unde Dominus nunc noſtro Joanni occurrit, ipſumque erigit; dicens: *Noli timere.* Ita Andreas, Aretas, Rupertus, & alii. 624. Daniel 10. Matth 17. Andreas. Aretas. Rupert.

Secundò, Joachimus Abbas: *Quare cecidit, tanquam mortuus? Quia qui priuſquam iſta conſpiceret, ſtare ſe in juſtitia culmine, quaſi Chriſti Diſcipulus, & dilectus præ cæteris, præſumebat; ubi divinæ claritatis luce, & juſtitiæ ſplendore perfuſus eſt, quidquid ſibi de ipſo complacuit, deſpexit, unde & quaſi mortuus ad pedes Domini cecidiſſe dicitur, quia nunquam meliùs tenebras ſuas mens humana dijudicat, quàm cùm divina Sapientiæ lucem, & juſtitiæ, quæ de Cœlis eſt, veritatem agnoſcit.* Joan. huc uſque firmus 625. Joachim.

mus ſtabat : & tamen nunc cadit : & quomo-
Quantò quis magis divinam celſitudinem agnoſcit, tantò magis ſuam vilitatem intelligit. do ? Nonne viſa eleganti facie alicujus, in illius intuitu delectamur ? Cur ergo Ioannes videns cadit ? Quantò quis magis penetrat, ac cognoſcit divinam celſitudinem, tantò magis in illa, tanquam in ſpeculo, intuetur ſuam exiguitatem, ac vilitatem ; ex quo tanto rubore confunditur ut ad mortem pervenire videatur. Ecce cur Joannes imperfectorum perſonam agens videns radiantem Chriſti faciem, inſtar ſolis ſplendidiſſimam, tanquam exanimatus cadit. Quò enim plus de divina pulchritudine agnoſcitur, eò plus ad ejus aſpectum ſe indignam agnoſcit humana mens ; quod pergens confirmat cit. Joachim. Idcirco Beatus Job, qui contra judicem Deum, tam multa ex perſona tentatorum objecerat, à cap. 3. *Audita voce Domini, obmuteſcit*, & ait : *Auditu oris audivi te, nunc autem oculus meus videt te. Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla, & cinere.*
Job 42. Job. 42. num. 5. 6. Ac ſi dicat, multa de gloria ac majeſtate tua fama, ac auditu, acceperam ; ſed nunc cum te præſentem video, multò magis ſum commotus, & ad conſpectum tuum, omnia mea peccata, etiam leviſſima, tanquam atomos ad ſolis radios, intueor ; neque maximè inquinatum intelligo. Sic eundem locum interpretatur D. Gregor. lib. 35.
D. Gregor. Moral. cap. 2.

626\. *Puriſſimus juſtus ad conſpectum extremi judicis contremiſci.* Tertiò. Vidit Joannes hîc Chriſtum D. in habitu, & forma judicis ; vocem ejus terribilem, ut aquarum ; oculos præ ira ignitos, tanquam flammam ignis, ex ore ejus exeuntem gladium ex utraque parte acutum, ſignificantem ſententiam punitivam & condemnativam damnatorum : *Ite maledicti in ignem æternum*, ut explicavi ſup. à quæſt. 67. & 68. Et hæc videns Ioannes, præ timore vehementi tanquam mortuus cecidit : Nonne Joannes in magno ſanctitatis apice verſabatur ? Ipſe enim erat virgo, purus, ſanctiſſimus, & Apoſtolus Domini dilectus, ac ſingulariter dictus Filius Virginis ; & tamen videns quandam formam, ac ſimilitudinem Dei judicantis tanta trepidatione, ac pavore conturbatur. Quid faciet miſer peccator ante faciem tanti judicis, quando magnus Joannes tanto timore concutitur ? Quis non paveſcet à ſuperno judice ? Quod in præ-
Richard. ſenti confirmat Richard. Victor. ait, *Legimus*, ait *quod Eſther Regem Aſſuerum contra baſilicam ſuam in throno ſedentem, virgam in manu tenentem, ardentibus oculis furorem pectoris indicantem contemplata, planè exanimata fuit ; in tantum, ut Rege, & Miniſtris ejus illam conſolantibus, vix valuerit relevari. Quem in hoc loco Rex Aſſuerus ſignificat, niſi Deum ? Quem Eſther, niſi animam ? Quid baſilica, niſi Divinitatem ? Quid thronus, niſi majeſtatem ? Quid ardor oculorum, niſi ſupremi judicii figurat terrorem ? Eſther intuita Regem, expavefacta cecidit ; & anima Deum, & diſtricta Dei judicia contemplando, coram Divina majeſtate contremiſcit.* Expende ultima verba. Unde dicebat Sanct. Job. *Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas, & abſcondas me, donec pertranſeat furor*
Job. 14. *tuus.* Job. 14. n. 13.

627\. Quartò. Richardus de Sancto Victore : *Mens humana*, ait, *quantò perfectius inviſibilia bona cognoſcit, tantò amplius ipſa ſibi viloſcit ; & quantò ſublimius Creatoris potentiam contem-*

platur, tantò magis apud ſemetipſam humiliatur. Cùm ad præſentiam divinæ celſitudinis evehatur Joannes, indignum ſe judicans ante conſpectum tantæ majeſtatis aſtare, humiliter ſe proſternit, ſummam reverentiam, ac cultum illi deferens, & quantò ſublimiùs ſe erexit in contemplatione Divinitatis, tantò ſe ſe humiliùs in ejus venerationè demittit. Ita D. Ambroſ. D. Ambr.
Pannonius, Lyranus, & alii. Pannon. Lyran.

Ait Iſaias 6. num. *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & elevatum : Seraphim ſtabant ſuper illud : ſex alæ uni, & ſex alæ alteri : & duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus.* Pagninus, ex Hebræo ſic legit : *Seraphim ſtabant ſuper illud ſex alæ erant unicuique ; duabus velabat unuſquiſque faciem ſuam, & duabus valebat pedes ſuos.* Ex viſione divina omnia bona manant ; cur ergo Seraphim facies ſuas vælant ? Ut hoc modo ſummam venerationem, ac reverentiam, erga Deum indicarent, tanquam ſe indignos judicantes, ut divino aſpectui aſſiſterent. D. Chryſoſtomus homil. 1. ad citata verba Iſaiæ : *Duabus alis velabant faciem, ſimul excludentia radium è throno prodeuntem, eò quod non poſſent ferre immenſam ejus gloriam, ſimul autem, & ſuam Religionem, ac reverentiam ſignificantia.* 628 Iſai. 6. Paguin. *Seraphim ſummam reverentiam erga Deum exhibent.* D. Chryſ.

Altiùs tamen inquirendum eſt, cur non ſolùm faciem velant, ſed etiam & pedes eodem conatu : *Et duabus velabant pedes ſuos* ? Unde ſupernis illis ſpiritibus venit hæc cogitatio, ut pedes contegerent ? Dicebantur Seraphim illi ſtare in circuitu throni ; & ne quis ſuſpicaretur minorem reverentiam in illis ſpiritibus eò quod permittebant pedes ſuos firmos ſtare, abſque eo quod præ timore, ac reverentia caderent : ex magna reverentia venit : quod cum homini deficiant vires deficiantque pedes, quibus poſſit ſtare in conſpectu majeſtatis, ut accidit hîc Joanni, ac Danieli 10. n. 9. *Iacebam conſternatus ſuper faciem, & vultus meus hærebat terræ.* Et Ezechieli 2. n. 1. & 3. n. 23. Cùm autem talis defectio glorioſis ſpiritibus accidere non poſſit, & aliunde cùm pedes ſuos ſtantes viderent ; ne quid minoris reverentiæ in illis appareret, cùm maximam ipſi oſtentare vellent, inde pedes ſuos cooperiunt. Citat. Chryſoſtom. *Cùm plurimam haberent erga conditorem reverentiam, & hanc undique conantur præſtare.* Hanc ob cauſam, faciem, & pedes tegere dicuntur. 629. *Seraphim velant pedes, quia ſtant, & non cadunt.* Daniel. 10. Ezech. 2. D. Chryſ.

Quæstio LXXIII.

Quare Ioannes cecidit ad pedes Chriſti, cùm igniti eſſent tanquam in camino ardenti ?

De Joanne dicitur, quòd ceciderit ad pedes Chriſti, ut denotetur, quòd ceciderit in faciem ſuam in terram ? Juſti, & peccatores cadunt in terram ; diverſo tamen modo, nam juſti in faciem ſuam, ut Apoſtoli in Transfiguratione Matth. 17. n. 6. *Ceciderunt in facies ſuas.* Abraham Geneſ. 17. num. 3. *Cecidit in faciem.* Ezechiel. 2. num. 1. Daniel. 10. n. 9. 630. Matth. 1. Geneſ. 17. Ezech. 2. Dan. 17 Dan. 10. G. 49. 1. Reg. 4.

Econtrà verò iniqui cadunt retrorſum : *Cadat aſcenſor ejus retro.* Geneſ 49 n.17. & ſic cecidit Heli, 1. Reg 4. num. 18. & ſic Judæi Chriſtum comprehendentes ceciderint retrorſum. Joan. 18. num. 6. de quo elegantem differentiam

D. Greg. aſſignat D. Gregorius Magn. hom. 9. in Ezechielem ; *Omnis, ait, qui poſt ſe cadit, ibi cadit, ubi non videt ; qui verò ante ſe cadit, ibi cadit, ubi videt : iniqui ergo, quia in inviſibilibus cadunt, poſt ſe cadere dicuntur : quia ibi corruunt, ubi quid eos tunc ſequatur, modò videre non poſſunt. Juſti verò, quia in iſtis viſibilibus ſemetipſos ſponte dejiciunt, ut inviſibilibus erigantur : quaſi in faciem cadunt, quia timore compuncti videntes humiliantur.* Juſti in faciem cadunt, ut peccati malitiam videant, & cognoſcant ; quam retrorſum habent in qui , ut eam non conſiderent, ac recogitent. Illi vident, ut reſipiſcant, hi non aſpiciunt, ut in æternum damnentur, hancque latiùs tractavi tom 4. in Evangel. c. 8. q. 31. & tom. 5. lib 8. cap. 3. q. 15. ubi alias rationes circa hoc dedi.

Juſti cadunt in faciem, impii retrorſum.

631. D. Bernard. Secundò. D. Bernard. Senenſ. hîc : *Figurantur hic quatuor, quæ debent eſſe in anima contemplante, videlicet, contemplationis limpitudo, cum vidiſſem : cordis humiliatio, quia cecidi : carnis maceratio, quia mortuus, intentionis rectitudo, quia ad pedes ejus.* Ex tam præclara, & excellenti viſione, in qua facies Chriſti reſplendebat ſicut ſol in virtute ſua, indubio Joannis anima ingenti gaudio repleta eſt, omnis enim exuberans lætitia ab illa divina facie manat, quomodo ergo, cùm hæc vidiſſet cecidit ad pedes ejus, tanquam mortuus? Ut ex ſuo caſu nobis fiat documentum quod in contemplatione Divinitatis quatuor ſint habenda : Puritas in contemplatione, humilitas cordis in ipſa meditatione, carniſque mortificatio, cum recta intentione ad Chriſti veſtigia ſequenda.

In contemplatione Divinitatis quatuor habenda.

632. Galfrid. Tertiò Galfridus Abbas tract. 34. *In quo potiſſimum, ait, tanquam mortuus cecidit ipſe, non jacuit ad pedes ejus, illos utique pedes, quo in camino ignis viderat, ſimiles aurichalco, ut Dominicæ mortis imitator exiſteret.* Vidit Joannes pedes Chriſti in camino ardenti, hoc eſt, finem vitæ ejus, in fornace ignea Paſſionis, Mortis Crucis ac tormentorum, & tunc cecidit ad hos pedes ignitos, tanquam ad eos tenendos, & amplectendos, hoc eſt, ut veſtigiis Chriſti inſiſteret, ejuſque exempla per Crucem & mortem ſequeretur, quod totius Eccleſiæ nomine feciſſe Joannem, teſtator Ambroſius

Inſpecta Chriſti paſſione, ejus veſtigia debemus ſequi.

Ansbert. Ansbertus : *Joannes, ait, hoc loco generalem membrorum formam aſſumit ; quid autem hoc loco ſunt pedes Angeli, niſi indicia paſſionis ejus, ſigna itineris, imitationis exempla,* juxta illud

1. Petr. 2. 1. Petr. 2. num. 21. *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus.* Et ad hoc benedicitur, quòd ceciderit, tanquam mortuus, qui enim veſtigia Chriſti vult imitari, debet tanquam mortuus mundo, & vitiis, ut dicam quæſtione ſequenti, cadere.

633. Pannon. Quartò. Pannonius, *Poſſe pedem nomine, ait, mortalis vitæ Chriſti finem intelligi : & in camino ardenti fuiſſe dicuntur propter illuſtriora, quæ tunc præbuit, amoris argumenta,* juxta illud Joan. 13. *in finem dilexit eos.* Valde mirabile ſanè eſt ; videt Joannes pedes Chriſti ignitos, ut in fornace ardenti, & tamen non timet, nec exhorreſcit, & tamen ad ipſos pedes ſic ignitos, tanquam ad eos amplectendos, cadit. Cur non dicitur, quod ceciderit ante faciem ejus, ſed ad pedes ejus cedit? Vidit Joannes hic Chriſtum D. mirabiliter fulgentem : *veſtitum podere* ; quo denotabatur ejus ſanctiſſima humanitas ; ut interpretatur Beda, Richardus de S. Victore. *Præcinctum ad mammillas zona aurea* : quo ſignificabatur Divinitas, qua ipſa humanitas fuit præcincta, & maximè locupletata, ut exponit D. Dionyſius Areopagita de Divinis nominibus, cap. 10. *Oculos tanquam flammam,* innuentes gratiam qua nos illuminat, ut intelligit Rupertus, faciem fulgentem, *ut ſol lucet in virtute ſua.* Per quam ſplendidiſſimos Divinitatis radios intelligi D. Bernard. Senenſ. *Et capilli candidi,* tanquam lana munda, qui ejus æternitatem adumbrabant, ut vult D. Ambr. & alii, & tamen Joannes non dicitur cadere ante faciem ejus, radiantem fulgoribus Divinitatis, ſed ad pedes in fornace ardenti tormentorum paſſionis, mortis ac crucis? Ac ſi magis commotus eſt ejus amoris affectus, inſpecta ipſa fornace ignea tormentorum, quàm viſa ipſa fulgente majeſtate Divinitatis : ut Chriſto tenerrime adhæreret, eique cultum & venerationem exhiberet, & ideo non dicitur, cadere ante faciem ejus, ut ſolem radiantem, ſed ad pedes in camino ardenti, cujus flammis maximè ſuccendebatur, ut ad illos magno conatu, ac deſiderio ferretur.

Beda. R. chard. D. Dionyſ.

Plus allicit noſtrum affectum Chriſtus paſſus, quàm ipſemet radians Divinitate.

Ait Iſaias 6. n. 1. *Vidi Dominum ſedentem* 634.
ſuper ſolium excelſum, & elevatum : & ea quæ Iſai. 6.
ſub ipſo erant, replebant templum : Seraphim ſtabant ſuper illud, &c. & addit : *Plena eſt omnis terra gloria ejus.* At verò de patibulo ignominiæ ſuæ cum ageret, idem Propheta ait cap. Iſai. 53.
53. n. 2. *Vidimus eum, & non erat aſpectus,* ita ut reputaretur ab omnibus, tanquam leproſus, & percuſſus à Deo : Illud tamen profundè notandum, quod cum Propheta de Domini majeſtate ait quòd eſſet in ſolio excelſo, & elevato, & Seraphim, quòd illi in circuitu aſtarent : omniſque terra, gloriâ ejus eſſet plena : nil de noſtro affectu erga eum dicit : at cùm ipſum introducit percuſſum, & vulneratum, ita ut non eſſet ei ſpecies, neque decor : ait de ipſo : *Vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſideravimus eum.* Quando ſe oſtentat in tanta majeſtatis gloriâ, non ſcribitur, quod aliquis eum deſideret : at verò quando ſine ſpecie ac decore, tanquam leproſus, tunc à cunctis exoptatur : *Deſideravimus eum.* Ipſa deformitas ejus ſine ſpecie, ac decore fortiùs rapit noſtrum affectum, quàm ſpecioſitas ejus in ſplendoribus divinitatis. Unde rectè D. Aug. ſerm. 22. de verbis Apoſtoli monet quod maximo affectu debemus, deformitatem Chriſti diligere, de eaque multùm gloriari : & ad hoc optimam ſubdit rationem : *Deformitas Chriſti te format.*

Chriſti deformitas in paſſione, plus allicit, quàm ejus majeſtas.

D. Auguſt.

QUÆSTIO

Quæstio LXXIV.

Quare Ioannes tanquam mortuus cecidit?

635. RAtio litteralis jam appoſita eſt ſuprà quæſt. 71. in exordio. Joannes ex tam admirabili viſione, ex voce horribili, veluti aquarum multarum, ex oculis ignitis, tanquam flamma ignis, & gladio utraque parte acuto, ſententia nempe punitiva damnatorum, tanto horrore, ac pavore concuſſus eſt, ut tanquam exanimatus ceciderit:& etiam non improbabiliter dici poteſt quod cùm quis omnem animi conatum in contemplationem rerum divinarum defixit; mox inferiores illius vires quodammodo enervantur, ac deficiunt: calore namque vitali ad ſupernas functiones mentis contracto, & ſanguine ad ipſum cor defluente, neceſſum eſt corpus frigeſcere, vultúmque palleſcere: & exinde corporis languor, ac debilitas naſcitur, animique deliquium; & ſic ſimiliter accidit Joanni vehementer elevato in contemplatione divinæ viſionis, cum multa anima ſubmiſſione ad reverentiam exhibendam.

Ex contemplatione rerum divinarum animi deliquium.

636. Richard. Reſpondet ſecundò Richardus de Sanct. Victore hic: *Non dicit*, ait, *omnino mortuus, ſed, tanquam mortuus cecidit: tali namque diſcretione mens humana in contemplatione conditoris ſe librare debet, ut dum mira de inviſibilibus videt, ſe de imperfectione ſua funditus per timorem humiliet, non per deſperationem præcipitet; & ſic palleſcat per timorem, ut nequaquam moriatur: ſic humiliationis reverentiam exhibeat, ut confidentiam de ſalute nullatenus amittat.* Joannes imperfectorum perſonam gerebat, ut tenet citatus Doctor, & cùm elevatus eſſet in contemplatione ſupremæ, ac altiſſimæ Divinæ majeſtatis, bene conſcius de ſua infirmitate, ac exiguitate, cùm omnes gentes illius comparatione, tanquam ſi nihil ſint, habeantur: timore quodam reverentiali maximè humiliatus, tanquam mortuus cecidit; non nempe omnino mortuus, quia licet ex illo divino aſpectu multam humilitatem, ac timorem percipiat anima: non tamen debet in diffidentiam abire, ſed multam ſpem de ſua ſalute concipere, confiſa in illa divina bonitate, quam contemplatur.

Quamquam reſpectu Dei nihil ſimus, tamen in deſperationem ſalutis non veniamus.

637. Joachim. Tertiò. Joachimus Abbas: *Cadit ante pedes Chriſti, quaſi mortuus, contemplator cœleſtium cum agnito veritatis jure, devictus à lumine, pertimeſcit; animadvertent, quam pravum fuerit, & impium, voluiſſe ante tempus, occulta judicia penetrare: cur ſcilicet omnipotens Deus, qui juſtus, & pius eſt, tot plerumque calamitatibus innocentes affligit? & non potius firma fide tenuiſſe, non poſſe omnino Deum facere, niſi quod juſtum eſt; nec voluiſſe, electos ſuos abſque cauſa judicii ſubire diſciplinam.* Cur Joannes dilectus Domini diſcipulus, viſo ſuo diligente Jeſu, tanquam mortuus cadit; Cur viſo vitæ auctore, cujus aſpectu in vitam revocari poterat, ſic exanimatus ſuccumbit? Ait citatus Abbas, quòd Joannes hic referebat afflictorum à Deo, perſonam, de Deo conquerentium cur vita iniquorum proſperatur, & bene eſt his, qui iniquè agunt, ut imperium, ac dominatum teneant; è contra verò juſti multis calamitatibus opprimantur: Non ergo mirum, ſi Joannes, viſo Domino, ante pedes ejus veluti mortuus corruat: qui enim judicia Domini vult penetrare, ab ejus majeſtate obruitur, & tanquam mortuus jacet, ut non valeat videre, nec intelligere, nec diſcurrere: ita accidunt ei, qui Dei judicia vult penetrare: hæc enim ſunt *abyſſus multa.*

Qui judicia Dei vult penetrare, veluti mortuus jacet, ut non videat, nec intelligat.

638. D. Ambr. Quartò. Hic D. Ambroſ. *Ad pedes cecidit tanquam mortuus, quia Incarnationis myſterium, quod per pedes figuratur, ſe nullo modo comprehendere poſſe perſpexerit.* Joannes quaſi viribus, & ſenſu deſtitutus dicitur, quòd ceciderit, non ante faciem, vel oculos illius, quem intuebatur ſimilem filio hominis, ſed ante pedes illius, per pedes autem Chriſti humanitas, ſeu Incarnationis myſterium intelligitur, quod dum Joannes illud intendit ſpeculari, ac contemplari, tanquam mortuus corruit; denotans, nequaquam illud poſſe ab homine comprehendi.

Incarnationis myſteria inſcrutabile à noſtro intellectu.

639. Quintò Joannes, cum videt Jeſum ſui amoris delicias, ex cujus intuitu ſi mortuus eſſet, reſuſcitari poterat, dicitur quòd ceciderit tanquam mortuus, non ante faciem, vel oculos ejus, ſed ad pedes illius, qui toti igniti erant, ſicut in camino ardenti; quid vidit in hoc Joannes cùm quaſi viribus deſtitutus corruerit? non ipſe tanquam ſuperna aquila, fixa oculorum acie ſtetit in cœnaculo recumbens ſuper pectus Jeſu, contemplans altiſſima Divinitatis myſteria, ut latè differit Cardinalis Petrus Damian. ſerm. 1. & 2. de Sanct. Joan Evang. Quid eſt, quod modò intuens hanc viſionem, cecidit tanquam mortuus? In cœnaculo recumbens ſuper pectus Jeſu, vidit ſuperna Divinitatis arcana, illam nempe æternam generationem à Patre, quam in Evangalio nobis eructavit: *In principio erat Verbum*, &c. hîc verò vidit pedes Chriſti ignitos in camino ardenti, exceſſus nempe illius amoris in fine vitæ in fornace ardenti ſuæ Paſſionis, mortis, ac crucis, & licet omnia Dei ſint incomprehenſibilia, & in infinitum tranſcendant noſtrum intellectum: tamen inter illa maximè videntur, ſupertranſcendere noſtrum captum, exceſſus amoris Chriſti; & ideò dum illos vult Joannes contemplari, ac videre, tanquam mortuus cadit, veluti carens ſenſu, ac impotens ad illos percipiendos, ac intelligendos Vide. tom. 5 l. 7. c. 5. q. 40.

Damianus. Ioan. 1.

Exceſſus amoris Divini, inter omnia myſteria maximè tranſcendit noſtrũ intellectum.

640. Haymo. Sextò. Haymo: *Bene autem*, ait, *non mortuus, ſed tanquam mortuus, Joannes ad pedes Angeli cecidiſſe deſcribitur: quia etſi electi, ut redemptoris ſui paſſiones poſſint imitari, mũdo, & vitiis moriuntur, Deo tamen vivere ſpiritualiter comprobantur; hinc & Paulus ait ad Galat. 2. Vivo ego jam non ego, vivit verò in me Chriſtus.* Similiter Anſbertus: ſuperiori quæſtione, ex multorum ſentẽtia diximus, quod Joannes ceciderit ad pedes Chriſti, tanquam ad ſequenda, ac tenenda veſtigia ejus. Cur ergo corruit, tanquam mortuus? Quomodo ſtare poteſt, quod aliquis exanimis jacens, alium ſequatur; ad ſequendum enim aliquem viventis virtus motiva requiritur? Rectè tamen, ut quis veſtigia Dei ſequatur, dicitur tanquam mortuus, quia quaſi mortuus, imò & totaliter mortuus, debet eſſe

Qui Chriſti veſtigia ſequitur, ut cum ipſo vivat mortuus ſit mundo.

vitiis, & mundo, ut Deo ſolummodo vivat.
D. Chryſ. Unde perbellè dixit Chryſoſt. in I ſalm. 100. de ſolo nomine Chriſtiano: *In baptiſmate depoſui terram, & cœlum indui.*

641. Colo. 3. * Ait Paulus ad Coloſſenſ. 3. num. 3. *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* Id eſt, per baptiſmum, morum converſione & vitæ mutatione, mortui eſtis mundo carni, peccatis, & vitæ carnali, ac mundanæ, imò mortui eſtis vobis ipſis, quia jam non eſtis, quod eratis antea: tunc mors erat nunc verò vita; imo tuus eſt Saulus perſequens Chriſtianos, reſurrexit eorum amator, mortua eſt iniquitas in Saulo, reſurrexit ſanctitas in Paulo, ait Divus Anſelm.
D. Anſelm. *Et vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* Ex eo quod mortui ſitis mundo; quid inde? Vita veſtra, ſpiritualis nempè gratiæ, gloriæ, ac cœleſtium donorum abſcondita eſt in Chriſto, ut de donis Chriſti participes ſitis: *In Deo*, hoc eſt, in tanta copia, ac abundantia, ut ſolus Deus ſciat & cognoſcat quot & quanta vobis præparat; quot & quanta vobis dabit. D. Auguſt. in ſententiis num. 01. *Boni*, ait, *latent: quia bonum ipſorum in occulto; nec viſibile eſt, nec corporale, quod diligunt; & tamen merita eorum ſunt in abſcondito conſtituta.*

Qui moritur mundo, & vitiis invenit in Chriſto.

D. Auguſt.

642. Pſalm. 54. Ait Regius Vates Pſalm 54. num. 8. *Ecce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine.* Non ſolùm à terrenis voluptatibus ſe ſeparavit, ſed etiam elongavit; quia illarum non ſolùm præſentiam fugit, ſed etiam memoriam extrinxit, ita ut mente, ac re maneret in quadam ſolitudine rerum temporalium. D. Bernard 53. in Cant. *Non fuit contentus exire, niſi & longè ſe faceret.* Et ſtatim ſubdit: *Tranſiliſti carnis oblectamenta, ut minimè ſibi obedias concupiſcentiis ejus, nec teneàris illecebris; refugiſti, ſeparaſti te; ſed nondum elongaſti, niſi & irruentia undique phantaſmata corporalium ſimilitudinum tranſvolare, mentis puritate prævaleas.* Et nota quod poſtquam Propheta dixit: *Ecce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine* ſtatim ſubdit *Expectabam eum qui ſalvum me fecit*: Tunc concepit ſpem ſuæ ſalutis à ſuo Salvatore, quando fugiens in ſolitudinem rerum temporalium, etiam elongatus erat ab earum cogitationibus.

D. Bern *Non ſolum corpore, ſed etiam mente ſeparandum à terrenis, ut Deum habeas.*

Quæſtio LXXV.

Quare dicitur, quod Chriſtus extenderit ſuam manum dexteram ad confortandum, ac elevandum Ioannem? cùm imperio ac voce hoc facile fieri poſſe?

643. Ait Joannes in præſenti: *Et poſuit dexteram ſuam ſuper me.* Id eſt, erexit me præ timore, & ſtupore collabentem, & roboravit, & confortavit me, ut Daniel. dici
Dan. 8. tur cap 8. num 18. *Collapſus ſum*, ait, *& tetigit me, & ſtatuit me in gradu meo.* Tamen cùm hoc fiat cum Joanne, non per levem tactum, ut cum Daniele, nec per vocem, ac Imperium, ut cum Jeremia 1 num. 7. Ezechiel. 2.
Jerem 1. Ezech. 2. num. 1. *Et tu fili hominis ſta ſuper pedes tuos, & loquar tecum*: Sed per manum Dei dexteram: *Poſuit dexteram ſuam ſuper me.* Singularis gratia, & benevolentia denotatur erga Joannem. Nam manus dextera Dei eſt prodigiorum directiva, Pſalm. 117. num. 16. *Dextera Domini fecit virtutem; Dextera Domini exaltavit me.* Eſtque erectorum directiva, dirigens eos in bonum; Sap. 5. n. 17. *Dextera ſua teget eos*, ſeu ut alii legunt, *reget eos, & brachio ſancto ſuo defendet illos.* Eſtque directorum deductiva, ducens in ſalutem; Pſalm. 144 num 3. *Deducet te mirabiliter dextera tua.* Eſtque deductorum lætificativa, Cantic. 2. n. 6. *Læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Cùm ergo dicatur, quod Chriſtus poſuerit manum ſuper Joannem, his omnibus modis ſumenda eſt, quibus omnibus Chriſtus ſuam benevolentiam declaravit erga eum.

Deus multis modis honorat, & glorificat Joannem.

Pſalm 117

Sap. 5.

Pſalm. 144.

Cantic. 2.

644. Primaſ. Secundò. Sanct Primaſ. ſic ait: *Poſuit dexteram ſuam ſuper me, utique propter Sacerdotium, quo Eccleſiæ præpoſitos novimus ordinari.* Deus, ut Danielem ſublevaret, ipſum tetigit, ut modo ſuprà dixi. Apoſtolos etiam collapſos in terram ob fulgorem Transfigurationis, volens Chriſtus conſolari, dicitur; *Tetigit eos dixitque eis: ſurgite, & nolite timere.* Matth. 17. num 17. Danielem virum deſideriorum tetigit: Apoſtolos quos jam non ſervos, ſed amicos, dicebat, etiam ſolùm tetigit: at nunc ſuper Joannem ponit manum ſuam dexteram. Sine dubio majoris æſtimationis, ac benevolentiæ ſignum eſt, aliquem manu dextera apprehendere, quàm ſolo digito tangere. Cur ergo majoris æſtimationis ſigna exhibentur erga noſtrum Joannem, quàm erga Danielem, vel Apoſtolos; Reſpondet Primaſ quia nec Daniel Sacerdos erat nec etiam Apoſtoli erant Sacerdotes tempore Transfigurationis, nam poſtea in cœnaculo creati ſunt, at verò nunc Ioannes Sacerdotio inſignitus erat: Non ergo mirum quod ſolum ſuper Ioannem ponat manum dexteram, & non ſuper alios, ut indicaretur nobis quanto pretio ac æſtimatione præ aliis Sacerdotes ſint habendi: ideò licet alios, ac etiam Ioannem ante initiatum Sacerdotio, ad eis ſubveniendum, digito tangat, ad Ioannem jam Sacerdotem totam manum dexteram extendit, ad illius levamen.

Dan. 8.

Matt. 17.

Sacerdos in magno honore habetur à Chriſto.

645. Tertiò & maximè in laudem noſtri Evangeliſtæ, Danielem, & alios Apoſtolos digito tangit, & ſuperiori num dixi, ſuper Joannem Baptiſtam manum ſuam extendit: *Manus Domini erat cum illo.* Luc. 1. n 66. & non exprimitur quænam manus eſſet? At ſuper noſtrum Ioannem apertè declaratur, quod ſuper eum non eſſet appoſita qualiſcumque manus, ſed manus dextera: Ioannis magnalia, non patitur Chriſtus, quòd ſint ſub quæſtione: ſed omni dubio excluſo, apertiſſimè exprimuntur. Et non tantùm ponitur ſuper eum manus dextera ſed manus dextera quæ habebat ſeptem ſtellas, ut dicitur ſuprà verſ. 16. per quas intelligitur univerſitas omnium donorum, ac gratiarum, quæ omnia à Chriſto communicata ſunt noſtro Evangeliſtæ, ob ſingularem Domini benevolentiam erga eum.

Luc. 1.

Evangeliſta in ſuis excellentiis, ac donis præcellit cæteros Divos.

646. Richard. Quartò Richardus *Quiſquis igitur*, ait, *ſe ipſum humiliare cognovit, ſtatim à Deo meretur donum cœleſtis auxilii; ut ad altiora pro humiliatione ſublimetur*; unde rectè ſubditur; *poſuit*

poſuit manum ſuam ſuper me, in eo quippe, quod dexteram ſuam ſuper eum poſuit, exprimitur auxilium ſublevationis. Unde Joannes tam citò, ac indilatè tanta in gratiam, ac favorem promeruit; Nam cum dicitur: *Cecidi ad pedes ejus, tanquam mortuus*; ſtatim nullo alio interpoſito ſubditur: *Et poſuit dexteram ſuam ſuper me*; per quam intelligi ur omnis gratia, ac benevolentia Joanni data. Undè tam ci ò tantum promeruit? Joannes cecidit ad pedes ejus per humilitatem, recognoſcens ſuam exiguitatem: Inde ſine dilatione, dextera Dei extenditur ſuper eum; qui enim ſe c ram Deo humiliat, ſtatim cum omni dono gratiæ erigitur. D. Bernard. Senenſ. tom. 3. in Dominic. Sexageſ. art. 2. *Cadere in terram,* ait, *eſt indignum ſe reputare, unde ſequitur, & appoſuit dexteram ſuam ſuper me; ad ſignificandum, quod qui ſe tanquam ad omnia merita mortuum exiſtimat, & inutilem, hunc Chriſtus dextera magnificentiæ ſuæ amplioribus bonis cumulat.* Quæ omnia bona per Domini dexteram intelliguntur, juxta illud Cantic. 2. n. 6. *Dextera illius amplexabitur me.* Ibi Theodoretus; *ideſt, beneficiis me ſuis exornabit; ac veluti amplectens, & comprehendens, deſiderium meum im le is, meis lis cumulabit.*

Qui ſe humiliat, ac nullius meriti exiſtimat, indicare multis donis erigitur. — D. Bern. — Cant. 2. Theodor.

647. Quintò. Lyranus. *Poſuit dexteram ſuam ſuper me, quia ſicut,* ait, *ſubditus debet Prælatum revereri; ſic verſa vice Prælatus debet ſubditum ſolari.* Viſo Angelo perſonam Chriſti gerente, cecidit Joannes ad pedes ejus; tanquam mortuus vel ex humilitate, vel ex reverentia erga illum; tamen Dominus non eſt paſſus ipſum tanto terrore perculſum, ac ſenſibus deſtitutū, diu jacere; ſed ſtatim ſine d latione, extendens illi manum dexteram, eum conſolatur cum omni gratiæ dono per dexteram communicato, dicens *noli timere.* Hæc ita facta ſunt pro magno documento: quod ſicut à ſubdito debetur Prælato obdientia, ac reverentia ita ut ad pedes ejus ſe ſe proſternat, ita à Prælato exhibenda eſt ſubdito animi conſolatio, ac recreatio, data dextera multæ benignitatis.

Lyran. — *Subditus exhibeat Prælato reverentiam, Prælatus ſolatio-nem.*

648. Sexto. Rupertus Abbas: *Niſi dextera ſua,* ait *hic & illic* (loquitur de Transfiguratione) *tetigiſſet hunc, vel illos, nempe Apoſtolos, ſuſtinere non poterant lucem, vel virtutem, in qua lucebat ille talis ſol: ergo & univerſos, qui illum viſuri ſunt in illo cœleſti regno, ut videre, & videndo ſubſiſtere valeant, conſtitui opportebit ad dexteram: hoc erit, tunc omnes à dextris conſtitui, ut claritatem illam videre, & non cum ſiniſtris hœdis defluere, ſicut fluit cera à facie ignis.* Pſalm. 67. Videns Joannes Chriſti faciem radiantem, ut ſolem in virtute ſua, ad ejus pedes tanquam mortuus cecidit. Quomodo nunc erectus eam valde contemplatur, ut per ſingula nobis eam narret, ac deſcribat? Poſuit Dominus dexteram ſuam ſuper eum: ecce cur erectus eam faciem intuetur; niſi enim dextera Dei nos corroboret, & fulciat; nemo illam majeſtatem valet intueri; & ideò electi ad dexteram ſunt conſtituendi, ut illa confortari ad increatam lucem valeant accedere.

Rupert. — Pſalm 67. — Matth. 25. — *Ut Deus intueatur, dextera ejus nobis neceſſaria.*

649. Septimò. *Poſuit dexteram ſuam ſuper me:* Non ait Evangeliſta; poſuit dexteram ſuper me, ſed ad dexteram ſuam, ſcilicet Dei: hoc habet dextera, ut Deus eam ſuam appellet: non ſic verò ſiniſtra In extremo judicio ait D. Matth quod Dominus, *ſtatuet oves quidem à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris.* Matth. 25. n. 33. ubi notanter adverte Evangeliſtam dexteram Chriſti, ſuam appellaſſe, non ſic verò ſiniſtram: ſiniſtra manus eſt Chriſti ſicut dextera. Cur ergo D. Matthæus dexteram ſuam dicit, ſcilicet Chriſti; non verò ſiniſtram? Solutio deſumenda eſt ex D. Bernardo ſerm. 2. de Aſcenſione, ubi diſcrimen ponit inter utramque Chriſti manum: *Sedet autem,* ait, *ad dexteram, habens in dextera miſericordiam multam nimis, & judicium multum nimis: in dextera aquam, in ſiniſtra ignem immobiliter tenens.* Chriſti dextera miſericordiam, ſiniſtra juſtitiam deſignat, juxta mentem ſancti Doctoris: Inde ergo Matthæus dexteram ſuam appellat; ſecus verò ſiniſtram: ut inde fiat manifeſtum, Chriſtum ex ſe propitiari, miſereri, ac bene facere, ex nobis verò provenire, ut ipſe puniat, ac ad æterna ſuplicia deſtinet. Inde ergo meritò D Matth. dexteram ſuam appellat; quia dona, quæ ab ea nobis communicantur, à ſua infinita bonitate proveniunt, at verò ſiniſtram abſolutè dicit, & non ſuam appellat, ſed veluti extraneam, quia pœna, & ſupplicia, quæ ab ea inferuntur, non ab eo, ſed tanquam ab extraneo, ſcilicet à nobis, naſcuntur.

Matth 25. — D. Bernard — *Miſericordia, ac beneficentia à Deo, punitio à nobis naſcitur.*

650. Ait Iſaias 28 num. 21. *Sicut enim in monte diviſionum ſtabit Dominus, ſicut in valle Gabaon iraſcetur: ut faciat opus ſuum, alienum opus ejus: ut operetur opus ſuum, peregrinum eſt opus ejus ab eo.* In impios illuſores Prophetarum multa ſupplicia comminatur Dominus, quod ſicut per Davidem diſſipavit Philiſthæos in monte Baalpharaſim, eos ſicut aquam dividens, & inde mons diviſionis nomen habuit, 2 Reg. 5. num 20. ſicut & in valle Gabaon, quando Joſuë debellavit alienigenas, multi ex eis perierunt: ſic etiam Dominus iraſcitur adverſus delinquentes, ac peccatores, ut faciat opus ſuum, ut juſtè puniat eos, *ut faciat opus ſuum.* Nota tamen, quòd cum Propheta dixiſſet, caſtigationem eſſe Dei opus, ſtatim ſubdit, *alienum opus ejus, & peregrinum.* Quod videtur manifeſtè repugnans Si eſt opus ejus, quomodo alienum, & peregrinum? Deus verè punit peccatores: tamen ita punit ut punire non ſit opus Dei, ſed alienum, & peregrinum: nam peccatores ita iram Dei accendunt, & provocant, ut Deus, qui ex ſe habet parcere, & indulgere, habeat caſtigare & punire: Poſt D. Cyrillum Alexandrin. ac Hieronym ſic ait Lyranus: *Ubi faciat opus ſuum: ideſt, vindictam de peccatoribus: quia tamen punire, non eſt ſibi proprium, ſed magis miſereri, & parcere, ſecundum quod dicit Eccleſia: Deus cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere; punire autem convenit ei per accidens: ſcilicet, propter hominum malitiam: & ideò ſubditur: opus puniendi non ineſt ei ex ſua conditione, ſed ex malorum tranſgreſſione.*

Iſai 28. — 2. Reg 5. — *Dei proprium miſereri, punire alienum eſt ab eo.* — Lyran.

Quæst

QUÆSTIO LXXVI.

Quare dum in perſona Chriſti dicitur Joanni, noli timere; ſtatim additur: Ego ſum primus, & noviſſimus?

651 LOquens Angelus Joanni, ait: *noli timere* & rationem ſubdit: *Ego ſum primus, & noviſſimus*: quæ verba idem valent, ac illa; *Alpha, & Omega, principium, & finis*, ſuprà verſ. 8. Ac proinde: *Ego ſum primus*, ut omnium creator; *& noviſſimus*, ut omnium finis. Quæ verba deſumpta ſunt ex Iſaïa 44. num. 6. & 48. num. 12. & quod ſolùm ei adoratio eſt exhibenda, & non idolis: ac proinde, quod ipſum colentes, ac adorantes, ab omni preſſura propter nomen ſuum liberabit. Sic ait Deus citato loco Iſaiæ cap. 48. *Ecce ego excoxi te, ſed non quaſi argentum; elegi te in camino paupertatis: propter me faciam, ut non blaſphemer, & gloriam meam alteri non dabo, ego ipſe primus, & noviſſimus.*

Iſai. 48. *Deus ſuos cultores ab omni preſſura liberat.*

652. Secundò. Cùm Chriſtus ait: *Ego ſum primus, & noviſſimus*, Chriſtus his verbis ſignificat, opus Eccleſiæ à ſe inchoatum, per quaſcumque tribulationes, ac adverſitates, quales erant Domitiani, ac cæterorum tyrannorum, perfecturum, & conſummaturum, ut ita fideles in eis forti, & conſtanti animo ſint, nihil formidantes: ſcientes, quod Chriſtus, qui eſt primus, & noviſſimus, eis tam initium, quàm finem dabit, ac determinabit, & ſicut Eccleſiæ ſuæ, ut templo ſuo, dedit initium, ita & dabit conſummationem, ac ultimum ſecuritatis culmen. D. Ambroſ. lib. 5. de ſacram. c. 5. *Vides*, ait: *quia ipſe primus, & noviſſimus. Primus quia auctor eſt omnium: noviſſimus, non quod finem inveniat, ſed quod univerſa concludat.*

Deus, ſicut dat initium, ſic & finem. D. Ambr.

653. D. Ambr. Tertiò. Idem D. Ambroſ. lib. de Inſtitut. Virgin. cap. 11. ait: *Chriſtus primus; quia per ipſum omnia: noviſſimus, quia per ipſum reſurrectio.* Cum dicitur Joanni *Noli timere*, & ſubdit: *quia ego primus*, à quo ſunt omnia, oſtendit potentiam ſuam infinitam, à qua omnia habent eſſe, & dependent, quæ nunquam in cauſa ipſius Dei deerit, ſed ſemper præſens erit: ac proinde nihil formidandum eſt. Sic ait D. Bernard. Senenſ. in præſenti: *Nil debet timere, qui habet auditorium validum quia ego ſum primus, à quo omnia, & noviſſimus, ad quem omnia.* Pergit Ambroſius. *Noviſſimus, quia per ipſum reſurrectio.* In qua omnium fidelium Chriſti erit glorificatio, ut objecto tanto præmio, facile omnes perſecutiones, ac contrarietates contemnantur, ac in parvo habeantur.

Dei auxiliũ in cauſa ſua nunquam deerit. D. Bern.

654. D. Ambr. Quartò. Idem D. Ambroſius proxime citato loco: *Vide clementiam Chriſti*, ait, *ipſe eſt primus, & noviſſimus: qui primus erat, propter nos ſe noviſſimum fecit.* Andreas Cæſarienſ. *Cum principii, finiſque expers eſſem, mortem causâ hominum ultro ſubire non dubitavi.* Maximè Chriſti exemplo debent fideles animari ad mortem perſecutionem, ac paſſionem ſuſtinendam: nam cum ipſe eſſet omnium primus, ut verus Deus; voluit in morte ſua tanquam *deſpectum, ac noviſſimum virorum*, reputari Iſaiæ 53. num. 3. Et cum ut verus Deus, eſſet *expers principii, ac finis*, voluit pro ſalute hominum, in tempore habere initium, naſcens de virgine, & in tempore finem non recuſavit, moriens pro nobis D. Anſelm. *Quia ipſe*, ait, *non indigens, pati pro nobis voluit, valde animari debemus, ut indigentes pro eo patiamur, ut cum eo æternaliter vivamus.* Ita etiam Aretas, Rupertus, Hannonius, & alii.

Andr. Cæſ. *Non recuſandum mori pro Chriſto, cum ipſe pro nobis mortuus ſit.* Iſai. 53. D. Anſelm.

655. Quintò. Richardus, D. Thomas, & alii. Chriſtus dicitur *primus, & noviſſimus*, quia verus Deus, & homo: quà Deus *primus*, quia omnia creavit, etiam ipſa ſæcula: *noviſſimus*, quia judex eſt futurus in noviſſimo die. Vel alii ſic exponunt; *noviſſimus*, quia in fine ſæculorum omnia reſtaurabat, juxta Apoſt. ad Epheſ. 1. num. 10.

Richard. D. Thom. Epheſ.

Sextò. D. Auguſtin. lib. de unitate Eccleſiæ, cap. 7. ait, quod quaſi primus dedit, legem veterem, & quaſi noviſſimus, eſt auctor legis novæ. Ac proinde primus, quia dedit legem antiquam, noviſſimus, quia dedit noviſſimam legem Evangelicam, quæ uſque in finem ſæculorum durabit.

D. Auguſt.

656. Septimò. Ait Angelus Joanni in perſona Chriſti: *Noli timere; ego primus, & noviſſimus*, qui ſolus timendus eſt, ita ut nullus alius ſit timendus: ac proinde ego ſum primus, quem timere debes, & ſum noviſſimus, etiam in timore, quem in corde tuo retineas, ita ut nullius alterius timore percutiendus ſis: ex quo præclarum documentum depromendum ſit: quod omne noſtrum opus à timore Dei incipiat, in ipſoque finiatur: in ædificio enim virtutum, quod ab Spiritu ſancto in anima juſti fabricatur. Dei timor ima, & ſuprema occupat: principium, ac noviſſimum finem ipſe tenet, recte noſtrum opus cum Dei timore inchoatur, perfectiſſiméque cum ea conſummatur, cũ undique tanto Dei dono ſit circumvalatum.

Solus Deus timendus, & omnis operatio, illius timore ſit plena.

657. Ait Regius Vates Pſalm. 110. n. 10. & Salomon. Eccleſiaſt. 1. num. 16. *Initium ſapientiæ, timor Domini.* At Iſaias 11. n. 1. eum tanquam coronidem, & ſupremum majeſtatis ædificium, conſtituit, de Chriſto D. vaticinatur: *Egredietur virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilii, & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis & replebit eum ſpiritus timoris Domini.* Ecce magna diverſitas. Juxta Pſalmiſtam, ac Eccleſiaſticum, aſſignatur Domini timor, ut initium, ac fundamentum virtutum: At apud Iſaïam altior erigitur, & inter omnia Divini ſpiritus dona ad ſupremum apicem evehitur, & pro omnium culmine in ultimo loco conſtituitur: *Replebit eum ſpiritus timoris Domini.* Nota, quod de aliis donis ait Propheta: *Requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, &c.* at de timore ait: *replebit eum*, quia cum operatio Chriſti eſſet perfectiſſima, tota timore Domini repleta erat, ut in timore Domini haberet ſuum initium ſuumque complementum, ac coronidem. Timore Domini incipit: timore Domini repletur perficitur, ac cõſummatur. Rupertus lib. 1. in Geneſ. c. 22. *Pſalmiſta initium*, inquit, *ſapientiæ timor Domini*: quare ergo alius Propheta timorem in ultimo conſtituit, dicendo: *Egredietur virga de radice Jeſſe*

Pſalm. 110. Eccleſ. 1. Iſai. 11. *Opera noſtra à timore incipiant, & timore compleantur.*

Jeſſe, & flos de radice ejus, &c. & replebit eum ſpiritus timoris Domini? videlicet, quia ille, in quem hæc dicuntur, cum non tantum homo, ſed & Deus ſit, licet ſecundum humanitatem ſapientia, ætate, & gratia profecerit: tamen ſecundum quod eſt, & Deus erat, nullum profectum habuit. Verùm creatura, non ſolum humana ſed Angelica, proficit teſtante Apoſtolo, & proficit, & profectus ejus initium eſt, habere timorem Domini; quia initium ſapientiæ, timor Domini.

Ait Christus D. Matth. 5 n. 3. *Beati pauperes*
658. Matth. 5. *ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Qui locus ſic interpretandus eſt: Beati timentes Deum, hoc eſt, timoris ſpiritum habentes:
D. Auguſt. quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum D. Auguſt. lib. 1. de ſerm. Domini in monte: *Quapropter rectè hîc intelliguntur pauperes ſpiritu, humiles, & timentes Deum. Nec aliunde omninò incipere oportuit beatitudinem, ſiquidem perventura eſt ad ſummam ſapientiam; initium autem ſapientiæ timor Domini.* Et alii Patres, ut citavi tom. 2 cap. 0. q. 15. n. 105. Illud tamen notandum, quod in hac beatitudine, timentium Deum præmium non differtur, nec de futuro ponitur, ut in aliis beatitudinibus: *Beati mites quoniam ipſi poſſidebunt terram.* Et de lugentibus, *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* At in noſtra virtute timentium, ſtatim & indilatè aſſignatur præmium de præſenti, *quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Quomodo ergo timor qui eſt initium ſapientiæ, jam obtinet regnum cœlorum, quod eſt ſumma ſapientia, ſummaque meta timoris? Ecce timor ima, & ſumma attigit: in limine Sapientiæ eſt timor: & in faſtigio illius eſt regnum cœlorum, quod eſt ultimus timoris terminus; quia ab exordio uſque ad finem, eorum opera plena timoris extiterunt, totumque à fundamento uſque ad cumulum, ac apicem, timore negotiatum eſt. Favet

A fundamento uſque ad culmen, opera ſint cum Dei timore.

Rupert. Rupertus lib. 8. de offic. cap. 6. *Atqui hic eſt ſpiritus timoris Domini, qui in fundo cordis, ut fundamentum ponitur, quo cætera, quæ ſuperædificanda ſunt, firmiter portentur. Hæc illa paupertas, id eſt, Regina humilitas, quæ totius ſecuræ beatitudinis cumulum ſervat.*

Apoc. 1. *n.* 18. Et vivus & fui mortuus; & ecce ſum vivens in ſæcula ſæculorum; & habeo claves mortis, & inferni.

VERSIONES.

Syrus. Et qui vivus ſum, & fui mortuus, & ecce vivens ſum in ſæcula ſæculorum, Amen; & ſunt mihi claves mortis, & inferni.

Tygurina. Ecce ſum vivens ille.

Arias. Et vivens, & factus ſum mortuus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Primaſ. Et vivus, qui fui mortuus.

Arabic. Apud me ſunt claves mortis, & vitæ, & claves inferni.

D. Cypr. Qui fueram mortuus, &c. habeo claves mortis, & infernorum.

EXPOSITIO XIV.

SEcundam rationem in medium adducit Angelus Joanni, & ſub ejus nomine omnibus fidelibus ob quam non debeant timere ſuos perſecutores; quia ego qui ſum caput Eccleſiæ, qui eram *vivus*, tum per æternam generationem, tum per aſſumptionem humanæ naturæ, *fui mortuus* per crudeliſſimam tormentorum paſſionem *Et ecce ſum vivens in ſæcula ſæculorum*, per glorioſam, & triumphantem reſurrectionem in ſempiternum, numquam amplius moriturus. Rom. 6. num 9 *Mors illi ultra non dominabitur.* Et proinde noli timere: perpetuus ero tibi, & Eccleſiæ meæ auxiliator, hoc enim mea morte promerui, ſicut etiam, quod omnes electos meos meæ reſurrectionis participes faciam. 659. Rom. 6.

Et habeo claves mortis, & inferni. Clavis hîc denotat poteſtatem, imperium, & dominationem; & ecce jam tertia eſt ratio, quam Angelus Joanni proponit, ob quam non debeat perſecutiones, ac mortem tyrannorum timere, quia ego habeo poteſtatem vitæ & mortis, vivificandi, & occidendi: nam penes me ſunt *claves mortis, & inferni*: quoſcumque volo ab iis præſervo vel illis jam traditos reſuſcito ad gloriam, ac vitam æternam: veſtros è contra adverſarios illis tradam æternaliter excruciandos. 660.

QUÆSTIO LXXVII.

Quare hic dicitur Joanni in perſonâ Chriſti, quòd fui mortuus, & ecce ſum vivens.

IN perſona Chriſti ait Angelus Joanni & ſub ejus perſona omnibus fidelibus, *Fui mortuus, & ecce ſum vivens.* Quia ſicut ex morte, ipſa de vita glorioſiùs reſurrexi; etiam faciam, ut Eccleſia mea ex tribulationibus, quibus nunc videtur vexari, ac premi, glorioſior reſurgat, triumphet ac dilatetur, longè lateque dominetur; hoc enim mea morte ei promerui & hujus rei typum in mea morte toti mundo exhibui; & ſicut mea mors extitit cauſa ſalutis totius generis humani, ſic reſurrectio Chriſti extitit cauſa noſtræ reſurrectionis, ut patet ex Paul. 661.
1. Corinth. 15. n. 12. *Si autem Chriſtus prædicatur, quod reſurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam reſurrectio mortuorum non eſt.* 1. Cor. 15.

Secundò Richardus Victorinus: *Mortuus,* 662.
ait, *per paſſionem, vivus per reſurrectionem; &* Richard.
quia quidam leguntur reſuſcitati, qui iterum leguntur poſtea mortui; ad demonſtrandum igitur ſuæ vitæ interminabilem perpetuitatem, adjungit

Chriſtus ſemel mortuus nunquam amplius moriturus. git dicens: *ego ecce ſum vivens in ſæcula ſæculorum, ideſt ſemper; Chriſtus enim reſurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.* Non ſolùm in perſona Chriſti dicitur, quod ſit vivus, ſed additur, in ſæcula ſæculorum: multi enim poſt mortem ad vitam revocari, poſtea iterum leguntur demortui. Meritò ergo de Chriſto dicitur, quod fuit mortuus, & eſt vivens in ſæcula; quia Chriſtus ſemel fuit mortuus; numquam amplius moriturus.

663. Lyran. Tertiò. Lyranus: *Juſtus*, ait, *non propriè moritur, ſed tranſit de vita gratiæ ad vitam gloriæ ſempiternam, propter quod obitus Sanctorum,* *Juſtus nequaquam mori videtur.* *dicitur natale ipſorum.* Dupliciter dicitur vivus, & ſemel mortuus: *Vivus, & fui mortuus, & vivens in ſæcula.* Ecce mors circumdata eſt vita: nam ante & poſt mortem, dicitur vivens; quia juſtus mori nequaquam videtur, ſed ſemper vivere, & ideò ejus mors circumvallata eſt vitâ; quia non tam eſt mors quàm potiùs tranſitus ad vitam; cum ante mortem corporalem eſſet in vita ſpiritua i gratiæ.

664. Primaſ. Quartò. Sanct. Primaſius: *Omnis,* ait, *ſumma, & ſpes conſolationis oſtenditur, cum dicitur ei, qui mortuus jacet; noli timere ſicut in* Joan. 16. *Evang.* Joan. 16. num. 33. *Gaudete,* inquit, *quia vici ſæculum. Ego ſum vivus, qui fui mortuus; caput enim corporis ſimilem ſpem reſurrectionis* *Debemus conformari cum Chriſto, ut per mortē ad reſurrectionem veniamus.* *veraciter pollicetur cujus præceſſio, ſpes eſt certamen bonorum operum:* Magna conſolatio, ac ſpes datur Joanni, & in eo omnibus fidelibus, ut mortem non timeant; quia ego *fui mortuus, & vivens in ſæcula*: tanquam ſi ei diceretur, membra corporis conformabuntur capiti: ego enim, cùm ſim caput omnium electorum, licèt mortem pertulerim, poſtea glorioſè reſurrexi, ac per mortem ad gloriam reſurrectionis deveni; ſic & tibi, ô Joannes, ac aliis mihi per gratiam unitis, ut per mortem vobis ſit Ansbertus. tranſitus ad reſurrectionis gloriam. Ansbert. *Nihil pietate plenius; ait, nihil affectioni congruentius, quàm quod ſibi ſimilem in morte ſuum Dominum audiat is, qui tanquam mortuus pavebat; ac ſi caput corpori diceret; nolite membra pavere pro capite pati, cum ego caput veſtrum, priùs pro vobis mori non dubitaverim: quin potius attendite, quia poſt mortem vivit vita veſtra, quæ conſtat in capite, exemplum quandoque vobis oſtendens, quandoque in gloriam reſurgendi, ſi modo vano timore non receſſeritis de corpore.*

665. Ad campum, ac certamen vocat Chriſtus, cum de ſe, ait: *Ego flos campi & lilium convallium.* Cant. 2. Cant. 2. num. 1. Et ſtatim de ipſa ſponſa ſimiliter aſſeritur ibidem num. 2. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea.* Quid eſt, quod cum ipſe ſit flos, & lilium convallium, etiam ipſa dicatur lilium inter ſpinas? Quam connexionem habet lilium convallium cum lilio inter ſpinas? Filius Dei ante Incarnationem, ut explicat Aponius; erat flos campi, cujus intuitu omnes electi beatificantur; & per Incarnationem factus eſt lilium convallium, in hac miſeriarum, ac lachrymarum valle, ut ibi eſſet conculcatum, ac attritum inimicorum prætereuntium pedibus; quod videns dilecta ſponſa, etiam ipſa facta eſt; ſicut lilium inter ſpinas, ut à crudeliſſimis tyrannorum, ac perſecutorum aculeis eſſet percuſſa, vulnerata, ac etiam morte affecta: quis enim videns Chriſtum tan- *Cum Dominus ſit vulneratus,* tis preſſuris, ac tormentis paſſum & mortuum, *ſponſa vulnera non recuſet.* ob ſui charitatem erga nos, recuſet pro eo cruciatus, ac tormenta ſuſtinere? Ut ſimul cum eo mereatur præmium accipere? D. Bernard: D. Bernard. ſerm. 47. in Cantica: *Nec putat cæleſtis ſponſus*, ait, *quidquam perſuaſibilius fore illi ad ineundum certamen, quàm ſi ſe ipſum certantis, aut exemplum proponat, aut præmium.* Præmium, quia flos ad gloriam, & coronam ap us; exemplum verò, quia lilium in convalle miſeriarum attritum; & ſtatim ſubdit: *Utrumque es mihi Domine Jeſu: & ſpeculum patiendi, & præmium patientis.*

Cum Moyſes duceret gregem ſuum ad interiora deſerti, *apparuit ei Dominus in flamma* 666. *ignis, de medio rubi*: Exod. 3. num. 2. Cur inter Exod. 3. flammas, & ſpinas ei ſe præbet Dominus? cur non potiùs ſe oſtentat in throno excelſo, & elevato, ut Iſaiæ, vel in curru mirabili, ut Ezechieli, vel in gloria majeſtatis, ut ei in monte *Si Dominus eſt inter ſpinas, ſervus patienter ſpinas ſuſtinat.* Sinaï? Cur ergo inter flammas, & ſpinas apparebat Dominus. Ut mitteret Moyſem in Ægyptum inter periculorum incendia, interque ſpinas perſecutionum, ac adverſitatum cum Pharaone, & ut ipſe etiam, ut populi ductor, inter flammas præceptorum legis, ac etiam inter tribulos iniquitatum, ac peccatorum populi degeret, inde ei ſe objicit Dominus in flamma ignis, de medio rubi, ut ex tali viſione diſceret, tales flammas, ac ſpinas patienter ſuſtinere. Huc advoco, quod ait D. Gregor. D. Greg. Magn. lib. 28. Moralium cap. 2. ſcribens: *Per ſuccenſum rubum alloquens Deus Moyſem, quid aliud oſtendit, niſi quod ejus populi ductor fieret, qui & legis flammas perciperet, & tamen peccati ſpinas nequaquam vitaret.* Et cum Moyſes curreret ad inſpiciendam illam magnam viſionem, clamat ei Deus: *Solve calceamenta de pedibus tuis.* Ibidem n. 5. Et cur Deus imperat, *Ad Dominū inter ſpinas per ſpinas eundum.* calceamenta de pedibus ſolvere? Ac ſi ei diceretur: incede nudis pedibus per ſpinas, ad me inter ſpinas commorantem acceſſurus. Deus eſt exiſtens cum ſpinis, cruce, clavis, flagellis: Vis Chriſtiane ad ipſum pervenire? perge per crucem ſpinas, clavos, & flagella, aliter ad ipſum non habebis acceſſum. Non enim licet, quod cùm Dominus tuus ſit inter flammas, ac ſpinas, tu ad eum accedas per prata roſis, liliis, ac floribus conſita: ſed per ſpinas, ac tribulos tibi via demonſtratur.

QUÆSTIO LXXVIII.

Quare, ad expellendum timorem à Ioanne, ait ei Dominus; Ego habeo claves mortis, & inferni?

CUm Joannes præ timore, tanquam mortuus, ad pedes Angeli in perſona Chriſti, 667. cecidiſſet; ait ei: *Noli timere*: & ad excludendum hunc timorem, jam tertiam rationem adhibet Angelus, *Ego habeo claves mortis, & inferni.* Conveniunt omnes Interpretes, quod per claves ſignificetur hîc poteſtas, imperium, & dominium.

Maximè verò diſcrepant, quid ſignificet 668. hîc

Ticon. Primaſ. Beda. Rupert. Andr. Cæſ. Richard. Primaſ.

hîc mors,& infernus.Et primò Ticonius,Prim. Beda;Rupert.*Habeo poteſtatem dimittendi peccata, ac homines liberandi à morte,& inferno.* Secundò Andreas Cæſarienſ. Richard. Victor. Primaſius:*Habeo poteſtatem hoſtes meos,ac meæ Eccleſiæ,morte&gehenna puniendi,in infernoque cõcludendi cũ,ut principe diabolo.* Teritiò Aret.

Aretas. Lyran. Ribeira. Pereir. Viegas. D. Anſelm. Alcazar.

Lyranus, Ribeira,Perer.*Habeo poteſtatem vitæ, & mortis.* Quarto Viegas. *Poſſum gratiæ vitam conferre, mortem peccati inferendo*;& vice verſa, *poſſum homines ſempiternæ morti,& inferno addicere.*Quintò D.Anſelm. Alcazar : *Poſſum morti,& inferno,ejus nempe principi Dæmoni,ad tentandum laxare habenas,vel contrahere.*Sextò

Cornel. à Lap.

Cornelius à Lapide , & alii mortem,& infernum in ſua germana ſignificatione accipiunt, ut ſonant, *pro morte* ſcilicet , *ac inferno.*

669.

Vera explicatio.

Quæ omnes ſententiæ facilè in idem convenire poſſunt:nã Judæi,ac Gentiles Chriſtianos minabantur,quod eos traderent morti,ac poſt mortem in infernum,niſi fidem Chriſti abnegarent. Ait ergo Chriſtus Joanni : *noli timere.* Ego ſum Dominus vitæ,mortis,ac inferni.Ego enim, quos volo ab æterna damnatione libero,& quos volo meo juſto judicio in æternum damno. Adverſarios meos, meæque Eccleſiæ, æterna morte in inferno,cum eorum principe Dæmone recludam : meoſque fideles mecum regnaturos æternaliter tranſmittam in gloriã: Ego ſum etiam, qui Dæmoni ad tentãdum homines habenas laxare, vel contrahere poſſum: eumque ac ſimul ejus miniſtros cohibere ; ut tentatio non ſit major,quàm ut fideles poſſint ſuſtinere:imo poſſum facere, ut reipſa faciam, ut ipſa dæmonis tentatio,ac tribulatio,ſit medium ad illuſtriorẽ Eccleſiæ,ac cujuſcumq;veſtrum gloriam, & excellentiam;ac proinde in qualibet tribulatione conſtãtes ſtate:Habeoque etiam poteſtatem dimittendi peccata,& à pœnis eis debitis relaxandi.Ad majorem hujus rei elucidationem, aliqua ex SS. PP. proferamus.

670. Rupertus.

Cum peccatum remittitur, mors & infernus clauditur.

Primò Rupert.*Habeo*,ait, *claves mortis,& inferni,id eſt poteſtatẽ dimittendi peccata:peccata namque dimittendo, mortem in me credentibus claudo , infernum obſtruo ; ſive mortis , & inferni, ideſt,duplicis mortis videlicet animæ , & corporis.* Ait Chriſtus,quod habet claves mortis, & inferni,& quomodo januas inferni ac mortis claudit. Cùm ſane peccata dimittit:cum peccatũ remittitur homini,mors,& infernus jã non eſt timẽdus ab eo:hæc omnia ei jã ſunt clauſa

671. Ansbertus.

Peccatoribus Dominus aperit infernum ; pœnitentibus claudit.

Secundò Ansbert.*Iſtis clavibus*,ait,*ad probãdam atque ad exercendã Eccleſiam,occulta omnipotentis Dei ordinatione, reſeratur antiquus adverſarius cum ſuis in perſecutione: iſtis recluditur cùm ſatis fuiſſe perſpexerit ille,qui aperit, iſtis divinæ poteſtatis clavibus fuerat relaxatus: cùm Petrum ſervili timore negare compulit redemptorem ; iſtis rurſum poſt paululum reclusus eſt, cùm negationem amariſſimè flentem,quodammodo de faucibus am ſitiſtis divini judicii clavibus quotidiè reſeratur,cùm electos tentationibus fatigare permittitur,iſtis reſtringitur,cùm nõ ſupra modum ſed ad menſuram, ipſas tentationes exagerare permittitur.*Deus,qui eſt infinitè bonus, quomodo habet claves mortis & inferni, cùm ipſe neminẽ vult perire ſed omnes ſalvos facere?Deus claudit. Aperit, aperit portas mortis,& inferni , quando permittit hominẽ tentari ab adverſario, & in ipſa tentatione cadere : ut permiſit Petrum in negatione. Clauſit verò , cùm non ſinit tentationem ſupra modũ exercere, ſed ad menſuram, ſecundùm vires: & quando facit, quod homo per pœnitentiã reſurgat:ſicque Dominus peccatoribus obſtinatis aperit infernũ cum morte æterna; pœnitẽtibus verò claudit, quos tranſmittit in vitam.

Tertiò. Figuratè nomine inferni poteſt peccatum intelligi , cujus claves dicitur Chriſtus habere,quando nempe peccatores obſtinatos in peccato relinquit:contritos verò,ac pœnitẽtes ab illo abſolvit. Sed quomodo peccatum poteſt dici infernus,cùm ſolùm ſit via ad illum. Proverb. 7.n.27.*Via inferni domus ejus*,nempe domus peccatoris,propter ſcelera ibi commiſſa ? Rectè tamen peccatum dicitur infernus. David ſe, ac alios, ad immortales gratias Deo agendas, exhortabatur, Pſ.29.*Exaltabo te Domine*,Et ſtatim n.4.ſubdit:*Pſallite Domino ſãcti ejus*?Et qualenam ob beneficium? *Quoniam eduxiſti ab inferno animam meam.* Auguſtino interprete,à peccato nempè,in quo non minùs quàm in inferno, cruciabatur. Imò peccatum deterius eſt ipſo inferno,ut rectè cognovit ille Sanctus Eleazarus , conſtans ſui propoſiti,qui dicebat 2.Machab. 6.n. 23. *Præmitti ſe velle in infernum*,quàm ſcilicet in peccatum.Eum imitatus eſt D.Anſelm.ut refert.Edinerus Angelus lib.2.de illius vita : *Dicere ſolebat*, ait, *quod ſi hinc peccati horrorem,hinc inferni dolorẽ corporaliter cerneret, & neceſſario uno eorum immergi deberet;prius infernum,quàm peccatum appeteret.* Quod optimè confirmatur illo Pſ. 85.n. 13. *Eruiſti animam meam ex inferno inferiori.* Ac ſi detur unus infernò ſuperior , alius verò inferior,& depreſſior : infernus ſuperior, ſunt gehennalia tormenta , ac totus horror illius loci:infernus verò inferior , ac depreſſior, ſit ſtatus peccati, ac odii Dei, quod ſuper omnia damnatorum tormenta durior,& acerbior eſt. Vide quæ dixi tom. 5. in Evang.lib. 7. cap. 5.

672. Proverb. 7. *Peccatum infernus eſt, & eo deterius.* Pſ. 29. D. Auguſt. 2. Machab. D. Anſelm. Edinerus. Pſ. 8.

673. *Chriſtus mortis , & vitæ auctor.* Pſal 101.

Quartò *Habeo claves mortis , & inferni* , quia ſum Dominus vitæ,& mortis:Deus enim poteſt mortem inferre , & ab illa educere, ac revocare ad vitam. De ſe ait Chriſtus D. per Regium Vatem Pſ. 101.n.7.*Similis factus ſum pellicano ſolitudinis.*Et quæ ſimilitudo inter Chriſtum , & Pellicanum? Talis eſſe dicitur, ut filios ſuos roſtro vulneratos occidat,& rurſum pectus ſub eodem roſtro percuſſum,vertat in ſanguinẽ , & aſperſione ſui ſanguinis filios ſuos mortuos vivificet : ſic conformiter ait noſter Incogn. *Chriſtus filios occidit,& vivificat:quia peccatores occidit,& ab eis,quod ſunt, cõmutans,ſãguine ſuo,ideſt,fide ſãguinis ſui,vivificat illos:ſic enim Chriſtus occidit Saulũ perſecutorem, & ipſum ſuo ſanguine vivificavit prædicatorem.*

Incognit.

674. Matth. 17.

Alto myſterio Jeſus in monte Tabor glorioſus in majeſtate apparet inter Moyſem, & Heliam Matth 17. n. 3. Cur non potiùs inter alios priores ; & ſanctitate , puritate, ac religione valdè conſpicuos, ut inter innocentem Abelem & oratorem Seth;vel inter patrẽ fidei Abraham,& patientiſſimum Iſaac:ſed præ omnibus eliguntur Moyſes : & Elias. Moyſes vita fructus : Helias adhuc ſuperſtes , & inde inter eos ſe Dominus exhibet , ut ſe oſtenderet, mortis ac vitæ auctorem eſſe,qui inter vivum,& mortuum cernebatur: ſicut qui fuit mortuus,& nunc eſt vivens,mortis tenens claves.D.Chryſ.hom.57.in Matth.*Vt diſcant*,ait *quoniam*

Cur Chriſtus inter Moyſem,& Heliã apparet.

D. Chryſ.

quoniam mortis; & vitæ poteſtatem habet propterea & Moyſem, qui morte defecerat, & Heliam, qui nondum mortem paſſus fuerat in medium adducit.

QUÆSTIO LXXIX.

Quare Chriſtus ait, quod habet claves mortis & inferni, & non potius vitæ, ac regni cœlorum?

675. CHriſtus dicens Joanni, *noli timere*, ut excludat ab eo omnem timorem, jam tertiam ponit rationem Angelus. *Habeo claves mortis, & inferni*, quod idem eſt, ac ego ſum dominus vitæ & mortis, ut dixi in ſuperiori quæſt. habeo enim claves, ut aperiam ad mortem & infernu n talia inferendo; & habeo etiam poteſtatem, ut claudam ad mortem, & infernum, ab his educendo, ac liberando, vitamque donando.

676. Secundò. Si nomine clavium peteſtas intelligitur, cur ita diminutè Chriſtus loquitur, dicens, ſe habere claves mortis & inferni? cur ut à Joanne excluderet omnem timorem eumque animoſiorem redderet, non ait: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra?* At cum illud primum dicit de ſe, quod habeat ſcilicet claves mortis & inferni, etiam ſecundum de ſe aſſerere videtur: quid enim morte fortius? ideo ad exaggerandam dilectionis fortitudinem, cum morte comparatur, Cant. 8. n. 6. *Fortis eſt, ut mors dilectio.* Quid potentius inferno à quo potentiſſimi Reges, ac Imperatores devorantur? & qui in fortiora, ac potentiora habet dominatum, etiam in alia obtinere cenſetur. Cælius Pannon. *Quid morte fortius,* ait, *quid inferno potentius? in quem deſcendunt fortiſſimi quique, & ſublimes, glorioſique, ut ait* Iſai. 5. n. 14. *Super hæc Chriſtus habet poteſtatem, quia à reſurrectione ſic teſtatus eſt:* data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra: *habet poteſtatem ſuper mortem; quia mors eum detinere non potuit: habet & ſuper infernum, quia diſtentis clauſtris, ac repagulis ejus detractis, captivos, qui erant iſtic, liberavit.*

Chriſtus cum habeat principatum ſuper fortiſſima, habet in alia.

Cant. 8.

Pannon.

Iſai 5.

677. Tertiò. Si Dominus cum loquitur Joanni; & ſub ejus perſona cum omnibus fidelibus, ad eos corroborandos, ac muniendos ad generosè contraria & adverſa ſuſtinenda: cur coronam ac præmium eis præparatum, ante oculos non proponit dicens habeo claves regni, & vitæ? Cur tantùm de ſe teſtatur quod habeat claves mortis, & inferni? Nonne dicitur ſequenti capit. n. 7. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei.* Et ibid. n. 10. *Eſto fidelis & dabo tibi coronam vitæ:* Non ergo mirum, ſi nunc infernum, ac mortem commemoret, ut rectè obſervat M. Joan de la Haye n. 568 dura tormenta, ac rigidas perſecutiones ſuſtinendas in medium adducat: Deus enim lætis triſtia, proſperis adverſa præmittit. Ut notat Origen. hom 1. in Jerem. *Obſervavimus,* ait, *ſemper in Scripturis ſacris primum ea, quæ videntur triſtia nominari; deinde ea, quæ hilariora ſunt, ſecundum dicit:* Ego occidam, & ego vivificabo. Deut. 32. n 36. *A triſtibus ſemper, ſed neceſſariis inchoat Deus; quem enim diligit, corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit, & poſt hæc curat ipſe, dolorem fecit, & iterum reſtituit lætitiam.*

Lætis triſtia, proſperis adverſa præmittit Deus.

Apoc. 2.

Origen.

Deut. 32

678. Quod multis exemplis confirmat Mendoza in 1. Reg cap. 2. verſ. 6. ſic dicitur Tobiæ 11. n. 17. *Benedico te, Domine Deus Iſraël, quia tu caſtigaſti me, & ſalvaſti me.* Et Tobiæ 13. n. 2. *Tu flagellas, & ſalvas: deducis ad inferos, & reducis,* Job 5 n. 18 *Ipſe vulnerat, & medetur: percutit: & manus ejus ſanabunt.* Oſeæ 6. num 1. *Ipſe cepit, & ſanabit nos, percutiet, & curabit.* Sic Rex Iſraël 4. Reg 5 n. 5. *Nunquid Deus ego ſum ut occidere poſſim, & vivificare?* Sic Jacob mortem priùs prædicens ait: *Requieſcens accubuiſti ut Leo.* Vitam poſterius præcinens: *Qui* inquit, *ſuſcitabit eum* Gen. 49. n. 9. Et Chriſtus D ſuam mortem priùs declarans: *Ego,* inquit, *dormivi, & ſoporatus ſum.* Et poſteriùs ſuum reditum ad vitam inculcans, inquit: *Exſurrexi, quia Dominus ſuſcepit me.* Pſ. 3. n. 6. Et ſic etiam ad Patrem ait: *Tu cognoviſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam.* Pſal. 138. n. 2. & ſic in multis aliis locis.

Tob. 11.

Tob 13.

Job. 5.

Oſeæ 6.

4. Reg. 5.

Gen. 49.

679. Ait Deus per Jerem. 1. n. 10. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.* Ubi Deus non ſolùm ponit priora mala ſed & uberiora, ac in duplum, ut rectè ex verbis Prophetæ colligit D Hier. *Conſiderandum,* ait *quod quatuor triſtibus duo læta ſuccedant. Neque enim ædificari poterant bona, niſi deſtructa eſſent mala: nec plantari optima, niſi eradicarentur peſſima.* Quatuor mala, & adverſa priùs propoſuit Propheta. *Ut evellas & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes;* & poſtea duo bona: *Ædifices, & plantes: ſemper enim multa mala antecedunt, antequam bona veniant.* Et etiam ut unicus gratiæ ſupernaturalis gradus infundatur: non ſatis eſt, ut una, ſed neceſſe eſt, ut omnes vitiorum maculæ ex animo eradicentur, ac deleantur.

Jerem. 1.

D Hieron

Ante gaudium multa triſtia præmittenda.

680. Ipſemet Propheta Jeremias à rigida comminatione exorſus, ſic ait: cap. 30. n. 5. *Hæc dicit Dominus, vocem terroris audivimus; formido, & non eſt pax.* Et paulò poſt leni ac ſuavi allocutione blanditur: *Tu ergo non timeas ſerve meus Jacob, ait Dominus, neque paveas Iſraël quia ecce ego ſalvabo te.* Priùs vox terrifica ac plena formidinis ſonat, deinde blanda ac lenis ſalutis. Ibi D. Hieronym. *Primum* ait, *triſtia annuntiantur, ut poſt malorum magnitudinem læta ſuccedant; gratia quippe eſt ſanitas, ægrotatione depulſa: & doloris magnitudo in magnitudinem vertitur gaudiorum.*

Jerem. 30.

Poſt terrorem blanditiis gratior

D. Hieron.

Apoc. 1. n. 19. Scribe ergo quæ vidiſti, & quæ ſunt, & quæ oportet fieri poſt hæc
Num. 20. Sacramentum ſeptem ſtellarum, quas vidiſti in dextera mea, & ſeptem Candelabra aurea; ſeptem ſtellæ; Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum: & Candelabra ſeptem, ſeptem Eccleſiæ ſunt.

VERSIONES.

Arabic. n. 19. Et quæ ſunt poſt hæc futura.

Aretas, Arias. Et quæ futurum eſt fieri poſt hæc.

Arabic. 20. Porrò myſterium allegoriæ ſeptem ſtellarum,

Tygurina. Arcanum ſeptem ſtellarum.

EXPOSITIO XV.

681. MAndatur Joanni, ut ſcribat: *Scribe ergo* Illa particula, *ergo*, illativa maximè expendenda eſt. Dixerat enim. *Ego ſum primus & noviſſimus*, id eſt, omnium creator & judex; habeoque claves mortis, & inferni; quibus Deus maximè declarat ſuam omnipotentiam: Meritò ego, cùm jubet, ut ſcribat, ponit illam particulam illativam: juſtiſſimum eſt ei, qui omnipotens eſt, obedire, ut notavit Richard. Victor. *Meritò ſcribere debuit, quæ ſcripta ſunt, qui omnipotentem illum eſſe, cognovit, qui viſa ſcribere præcipit.* Et dicitur, *Scribe quæ vidiſti*, hanc nempe viſionem relatam hoc primo capite. *Et quæ ſunt.* præſentia, & actualiter fiunt in Ecclesia, ſub Domitiani tyrannide. (Richard.)

682. *Et quæ oportet fieri poſt hæc* ſub Traiano, Adriano cæteriſque tyrannorum perſecutionibus; ac etiam Turcarum crudelitate: ac denique ſub tempore: ac rabie furibundi Antichriſti: nihil enim à tempore hujus viſionis uſque ad finem mundi factum, vel futurum eſſe in Eccleſia creditur, quod hæc divina Apocalypſis non annuntiet: Et nota, quod dicitur: *Quæ oportet fieri.* Sicut & Paulus dixit 1. Cor. 11. n. 19. *Oportet hæreſes eſſe.* Et Chriſtus Mat. 18. n. 7. *Neceſſe eſt, ut veniant ſcandala.* Conſiderata humana malitia, inſtigante dæmone, oportet, ſeu neceſſe eſt ut ſint offendicula ab Hæreticis, ac Tyrannis, ut manifeſtentur ſancti, ac humiles viri ut explicavi tom. 4. in Evang. cap. 10. Expoſit. 5. n. 86. (1. Cor. 11. Matth. 18.)

683. *Sacramentum*; id eſt, myſterium, arcanum, ſeu ſecretum. Tobiæ 12. num 7. *Sacramentum regis abſcondere, bonum eſt*, id eſt ſecretum, *ſeptem ſtellarum, quas in manu mea vidiſti*, ut in manu Dei apparuerint, ſupra explicavi hoc cap. quæſt. 63. & 64. *Septem ſtellæ, Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum*, id eſt, Epiſcopi, ut patebit ex cap. 2. & 3. Cur autem Epiſcopi ſtellis comparentur, etiam jam dixi ſuprà quæſt. 61. *Et Candelabra ſeptem, ſeptem Eccleſiæ ſunt.* Cur etiam Eccleſiæ Candelabra dicantur, jam explicavimus ſuprà quæſt. 45. & loquitur de ſeptem Eccleſiis Aſiæ minoris. (Tob. 12.)

QUÆSTIO LXXX.

Quare cum jam ſuprà mandatum eſſet Ioanni, ut hanc Apocalypſim ſcriberet, hic iterum ei dicitur: Scribe quæ vidiſti?

684. DIctum eſt ſuprà hoc capite num. 11. Ioanni: *Quod vides, ſcribe in libro.* Nunc iterum ei mandantur: *Scribe ergo quæ vidiſti.* Semper per imperativum ei dicitur, *Scribe*, ut divinum mandatum ſignificetur: & quod Joannes hæc ſcribat, non ex arbitrio, ac voluntate propria, ſed præcipiente Deo ac Spiritu ſancto dictante, juxta illud 2. Pet. 1. n. 21. *Non voluntate humana allata eſt aliquando Prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirante locuti ſunt ſancti Dei homines.* (2. Petr. 1.)

685. Ad quæſtionem, & primò Rupertus Abbas hic: *Dicto, vel verbum*, ait, *modo imperativi, quo dicitur, ſcribe, largitio eſt muneris, & gratiæ. Tanquam ſi diceret; ſcribendi facultatem, atque authoritatem accipe: Unde vere beatus, & honorandus eſt* B. *Joannes, qui ſic inter duodecim Apoſtolos crevit, & auctus eſt, quomodo inter duodecim Patriarchas Ioſeph: quomodo enim ille duplicia accepit, dicente Patre; dabo tibi partem unam extra fratres tuos; ſic iſte diſcipulus dilectus, extra fratres ſuos, Apoſtolos cæteros, dono diligentis Domini Jeſu partem unam egregiã accepit; Non ſolùm, ut, qui erat Apoſtolus, Evangeliſta quoque fieret, tamque divinum Evangeliũ ſcriberet, verùm etiam tantam, tamque mirabilem revelationem ſcriptura traderet.* Verum eſt, quod omnes ſacri Evangeliſtæ ex divino afflatu, Spiritu *S.* inſpirante, ſcripſerunt: tamen ſoli Ioanni ſemel, & iterum legitur impoſitum præceptum ſcribendi, ut denotaretur excellentia ſuorum ſcriptorum: nam in Evangelio de æterna generatione Verbi à Patre, agit: *In principio erat Verbum.* in hac Apocalypſi de altiſſima, ac admirabili rerum divinarum revelatione, ita ut dicatur revelatio, ſeu Apocalypſis quam æternus Pater dedit Ieſu Chriſto palam facere: & ideo dicitur Apocalypſis Jeſu Chriſt, quam dedit illi Deus, ut dixi in prima Expoſitione: ac proinde, ut denotetur tam admirabilis rerum divinarum ſcriptura, ideo ſingulariter de illa Ioanni imponitur præceptum. (Rubert. — *Magna ſublimitas dignitas. Joannis.*)

686. Paulus raptus uſque ad tertium cœlum ait: *Audivi arcana, quæ non licet homini loqui.* 2. Cor. 12 n. 4. Quis ergo nobis hæc aperiet niſi ipſe filius Dei ut dicitur Joan. 1. n. 18. *Unigenitus, qui eſt in ſinu patris revelabit nobis?* Nam ut ait Paul. 1. Cor. 2. n. 11. *Et quæ Dei ſunt nemo cognovit, niſi ſpiritus Dei.* Et tamen hic dicitur Joanni: *ſcribe quæ vidiſti*, quæ non licet homini loqui, & ſolùm ſunt ſpiritus Dei manifeſtatur Joanni, ut in publicum eructet, ac ſcribat Quia Joannes humanam tranſcendit naturam, & gratia ad divinam eſt elevatus. Orig. ad cap. 1. Ioanni *Joannes ille divinus omnem viſibilem, & inviſibilem creaturam, deificatus in Deum intra ſe deificantem, tranſcendit: non enim aliter poterat, aſcendere in Deum, niſi priùs fieret Deus* (2. Cor. 2. Joan. 1. — 1. Cor. 2 — *Joannes elevatus tranſcendit naturam humanam.*)

687. Deinde preme illa verba Ruperti: *Sic iſte diſcipulus, dilectus extra fratres ſuos, Apoſtolos* (Rupert.)

Chriſtus commiſit Joanni matrem, & ſponſam Eccleſiam.

cæteros, &c. ut non ſolùm eſſet Apoſtolus, ut alii, nec ſolus Evangeliſta, ut aliqui; ſed etiam Propheta, ac ſecretarius magnarum viſionum torius Eccle; ita Chriſtus Joanni commiſit Matrem Virg Mariam, ut illius fieret integerrimus cuſtos, ac miniſter; commiſitque illi ſponſam Eccleſiam, ut eſſet fideliſſimus ſecretarius rerum mirabilium, ac arcanorum, quæ ad ſtatum, ac directionem Eccleſiæ ſpectabant, ut illa in publicum eructaret, ac diceret, *Dono diligentis Domini Ieſu.*

688. Haymo. Secundò. Haymo: *Quod ſuperius*, ait, *jam dictum eſt, ut ſcribere debeat ea, quæ vidit & nunc iterata voce ad ſcribendum compellitur; & repetitione verbi negligentia corporis removetur à ſtudio Prædicatorum, ut quæ ſæpius admonentur, ſine tarditate impleantur.* Jam ſuperiùs dictum eſt Joanni; *Scribe quæ vidiſti*: ad quid iterum hoc ei dicitur? in repetitio e magnus affectus imperantis, ac auditorum neceſſitas declaratur. Vide quæ dixi tom. 1. c. 15. n. 52. & c. 17. n. 8. Deinde Joannes hîc agebat perſonam Prædicatorum, ac Magiſtrorum, & ne aliqualis deſidia, nficiat Prædicatores, ac Magiſtros, ſed ut urgeantur ad ſcribendum in cordibus auditorum, quæ à Chriſto acceperint; & ut iterum ac iterum inſtanter, ac opportunè, ac importunè 2. Timot. 4. num. 2. doceant; ideo repetite dicitur Joanni: *Scribe quæ vidiſti*

Prædicator ſæpe inſtet doctrina auditoribus.

2. Tim. 4.

689. Parens Elias ad ſuſcitandum filium viduæ, portavit ipſum in cœnaculum ſuum, & poſuit eum ſuper lectulum ſuum; & poſtquam oravit ad Dominum, *expandit ſe, atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus.* 3. Reg. 17. num. 21. & etiam ut communiter tradunt Rabbini, inſufflavit tribus vicibus ſuper puerum? & tunc tradidit eum matri ſuæ Longa quæſtio expoſitoribus Abul Lyrano, & aliis: cur ad primam expanſionem, ſeu inſufflatum Eliæ, non ſuſcitatur puer, ſed poſt tertium? præcipue cum Elias uno verbo clauſerit cœlum, 3. Reg. 17. n. 1. unaque oratione dejecerit ter ignem de cœlo, 3. Reg 18 n 38 & 4. Re. 1. n. 10. & 12. & tamen ad puerum evocandum ad vitam, ſic triplicat actiones. ter expandit terque inſufflavit? Elias erat Propheta, id eſt, Magiſter, ac Doctor populi? & hîc poterit uno verbo; unaque oratione multa miracula edere, claudere cœlum ignem de cœlo deducere; at verò, ut unam animam emortuam in peccato valeat revocare in vitam gratiæ, debet prædicator orare, ac multipliciter expandere ſe totis viribus; inſufflareque halitu, ac ſpiritu oris ſui, verbo, doctrina, ac documento ſuper eam, ut ipſam ad ſtatum gratiæ reſtituat illamque reddat matri ſuæ Eccleſiæ; ut ei perpetuò adhæreat, eique ex toto corde inſerviat.

3. Reg. 17.

Abulenſ. Lyran.

3. Reg. 17.

3. Reg. 1.

Prædicator multipliciter pro ſuorum ſalute inſtet.

QUÆSTIO LXXXI.

Quare Epiſcopi Angeli vocantur?

690. Origen. IN proprio ſuo ſignificatu Angelos eſſe accipiendos, contendit Origen. hom. 20. in Numer & homil. 35. in Lucam; ex quo eſt

D. Hieron. illud D Hieron. ad initium cap. 16. Matth. *Angeli verſantur in periculo; & niſi nos bene cuſtodiant, non videbunt faciem Patris.* Sed hîc eſt apertus error Origenis, nam Angeli,

Origenis error.

ut patet Matth 18. n. 19. *Semper vident faciem Patris mei*, utpote beati: beatitudo autem eſt firma, & ſtabilis, & non mutationi obnoxia, Hieronymus autem verba Origenis tranſcribit, & ea improbat; ac à tali errore ſe purgat Apologia 1. contra Ruffinum. Matth. 8.

Tamen certum eſt quod Epiſcopi hîc appellantur Angeli, ſic & c. 2. *Angelo Epheſi*, id eſt, Epiſcopo Epheſi In Scriptura Sacerdos Angelus dicitur, Malac. 2. n. 7. *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus: quia Angelus Domini exercituum eſt* Ubi D. Hier. *Angelus*, ait, *ſacerdos veriſſimè dicitur, quia Dei, & hominum ſequeſter eſt: ejuſque ad populum nuntiat voluntatem.* Sic etiam D. Paulus 1. Cor 11. n. 1. præcipit mulieribus; ut in Eccleſiis velata habeant capita propter Angelos, hoc eſt ut exponunt D. Anſel D. Thom. *propter Sacerdotes*, quibus & obedientiæ, & modeſtiæ exemplum præbere tenebantur. Dicuntur Angeli Epiſcopi multis ex cauſis. 691.

Malac. 2. *Sacerdos. Angelus.* D. Hier.

1. Cor. 11. D. Anſel. D. Thom.

Primò Angeli ſunt divinæ voluntatis nuntii, & interpretes, de illáque inſtruunt, & docent homines. Si dixit Angelus Dan. 10. n. 14. *Veni ut docerem te, quæ ventura ſunt in noviſſimis diebus.* Sic & Angelus paſtoribus annuntiat Chriſti nativitatem, Luc. 2. n. 10. & Chriſtus ſuis Apoſtolis præcipit docere omnes gentes, Matth. 28 n. 18. D. Aug. ſer. quodam de Nativ. *Angelus nuntiat paſtoribus Verbum natum, & Apoſtoli univerſo mundo.* 692. Daniel. 10.

Luc. 2. *Sacerdotum eſt, Deum hominibus nuntiare.* D. Auguſt.

Secundo Sint Prælati ſapientia, ac perſpicacitate, veluti Angeli: ut de Epiſcopo dicatur illud 2 Reg. 14. n 20. *Tu autem ſapiens es, ſicut habet ſapientiam Angelus Dei, ut intelligat omnia ſupra terram* Ut inde poſſint populum inſtruere, docere, ac illuminare. Tertiò ſint ſicut Angeli, conſtantia, ac firmitate mentis, & voluntatis, ut de eis dicatur illud ejuſdem c. 14. n. 17. *Sicut enim Angelus Dei ſic eſt, ut nec benedictione, nec maledictione moveatur.* Prælati debent eſſe firmi, ac conſtantes in bono, ac in ſuorum commodo, ut à nullo labefactentur. 693.

Epiſcop. ſapientia præditi. 2. Reg 14. *Epiſcopi firmi, & conſtantes.*

Quartò. Angeli, ut docet D Greg. l. 11. mor. c. 3. id eſt, nuncii ac miniſtri Dei: inde Præſules dicuntur Angeli; nam nuntii, & miniſtri eſt, alterius perſonam agere, alterius negotium procurare. Et quale eſt hoc negotinm in Angelis? Dei honorem ac omnium ſalutem requirere Ecce cur Prælati ſeu Epiſcopi Angeli, ſeu nuntii dicuntur: quia nequaquam temporalibus commodis, nequaquam propriis lucris; ſed Dei honori ac ſuorum ſaluti debent invigilare. Hinc ait Paul. 2. Cor. 5. n. 20. *Pro Chriſto legatione fungimur.* Legati non ſua, ſed dominorum ſuorum negotia agunt: ſic Apoſtoli, ac eorum ſucceſſores Epiſcopi, non ſua, ſed quæ Domini ſunt requirunt: quæ nempe ſpectant ad Dei gloriam, ac ſalutem populi. Huc transfero verba D. Bern. ep. 42. ad Arch. Senon *Fidelis Pontifex*, ait, *qui bona qualibet per manus ſuas tranſeuntia, ſive divina beneficia ad homines, ſive hominum vota ad Deum columbino intuens oculo, nil ſibi retinet ex omnibus; nec populi requirit datum, ſed lucrum ſcilicet ipſius populi.* Et tandem concludit: *Uſuras recipit, non ſibi, ſed Domino.* 694.

Epiſcopus ſtudet non ſua, ſed ſubditorum ſaluti.

1. Cor. 5.

D. Bern.

Quintò. Quia Epiſcopi debent eſſe Angeli vigilantia: de illis enim præcipue dictum eſt illud Ezechiel. 33. num. 17. *Fili hominis, ſpeculatore dedi te domui Iſraël, & audies de ore meo verbum.* 695.

Epiſcopi vigilantia. Ezech. 3.

verbum, & enuntiabis eis ex me. Hic nomen Episcopi duas habet etymologias. Una eſt au- ctore Suida, ex Græco; *ſpeculator* qui nempe aliorũ mores ſpeculatur, inſpicit, ac reformat. Alia eſt, ut teſtatur D. Auguſt. lib. 19. de Civit. cap. 19. quod idem valeat Episcopus: ac *ſuperintendens*; quaſi deſuper intendat, & incumbat ſubditorum; utilitati, ac reformationi. Unde ait ipſe Auguſt. citatus: *Intelliget non eſſe Epiſcopum, qui præeſſe dilexit, non prodeſſe.*

Interpretationes nominis Epiſcopi.

696\. Sextò Epiſcopi debent eſſe maximè celeres, ac diligentes pro cura animarum; veluti Angeli De quibus Paulus 1. Hebr. n. 14. ait: *Omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis.* Et Regius Vates Pſ. 103. n. 4. *Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem urentem.* Ignem urentem propter charitatem, ſpiritus propter celeritatem. Diæceſis Apoſtolorum totus erat orbis: totum Paulus circuibat prædicans Judæis, & gentibus; Act 20. n. 21. Inde de eo ait D. Chryſoſt. in prooemio epiſt. ad Rom. *Qui quidem veluti volatilis præ charitate effectus omnes aſſidue circumibat, nuſquam manens, nuſquam ſtans.* Et hom. 34. in Gen. de eo ait: *Fervidus Chriſti amator, & quaſi alatus in univerſo orbe currens, incorporea facere ſtudens, clamabat dicens; Charitas Dei urget nos.* 1. Cor. 5. num. 14.

Epiſcoporum diligentia ad ſuorum ſalutem. Hebr. 11. Pſalm. 103. Actor. 10. D. Chryſ. 1. Cor. 5.

697\. Septimò. Quia caſtè, ſanctè, & angelice, verè, & quaſi Angeli, inter homines debent vivere Sacerdotes, ac Epiſcopi. Unde ait D. Auguſtin. ſerm. 249. *Omnibus caſtitas pernéceſſaria eſt, ſed maximè miniſtris Chriſti altaris, quorum vita aliorum debet eſſe eruditio, & aſſidua ſalutis deprecatio. Tales enim decet Dominum habere miniſtros, qui nulla contagione corrumpantur.*

Epiſcopi caſti. D. Auguſt.

Octavò. quia ſic venerandi, ac honorandi ſunt ſacerdotes, & Epiſcopi tanquam Angeli miſſi è cœlo; & ideo Angeli vocantur, ut patet ex dictis in hac quæſtione.

Epiſcopi honorandi.

698\. Nonò. Epiſcopi ſunt Angeli: Nam Angeli, ſeu intelligentiæ cœlos moventes, ipſis cœlis aſſiſtunt, eiſque præſentes adſunt: non enim Angelus agit in remotum. Sic Præſules Eccleſiaſtici, ut bene regant ſuam Diœceſim, ei adſint, præſenteſque aſſiſtant: non enim agunt in remotum, nec è remoto bene regunt. Divus Paulus ſcribens ad Galat. 4. n. 20. ait: *Vellem autem eſſe apud vos modo, & mutare vocem meam* Volebat Apoſtolus ſuos potiùs verbis quàm litteris inſtruere; optabatque ſermonem contentum in Epiſtola, mutare in vocem præſentialiter clamantem, hanc efficaciorem eſſe bene ſciebat. D. Hier. ibi ait, *Sciens itaque Apoſtolus, majorem vim habere ſermonem, qui ad præſentes fiat, cupit vocem ſuam Apoſtolicam litteris comprehenſam, in præſentiam commutare, & quia hoc magis expediebat his, qui in errorem fuerant depravati; vivo eos ad veritatem trahere ſermone, exoptabat.*

Epiſcopi reſideant, & præſentialiter regant Eccleſias. Ad Gal. 4. D. Hieron.

699\. Decimò. Valdè mirum, quod cum in præſenti ſit ſermo de Epiſcopis Aſiæ non eos Præſules, ac Antiſtites vocat, ſed Angelos, ut cognoſcant, & admoneantur, talem eſſe eorum naturam, ut nihil humanum ſapiat, ſed ſupercœleſte, & prorſus Angelicum. Arnold. Abbas de ſeptem verbis Domini, ſic ait. *Sacerdos Spiritu vivat, ſpiritu ambulet, hoc eſt enim ſummum Sacerdotium, ad hunc ſanctitatis apicem attingere, ut totum ſe vir juſtus cœleſtem exhibeat, moreſque ſupernos*

Epiſcopi ſunt cœleſtes, veluti Angeli. Arnold.

Præſcribens Deum modum Pontificiæ veſtis, ait: *Facies & tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam.* Exod. 28. n. 31. Expende, quòd ad veſtem Pontificiam nullus alius eligitur color, niſi cœleſtis; & hoc à capite uſque ad pedes; quia omnes ejus cogitationes, opera, ac greſſus ſint cœleſtes, nihilque in eo reperiatur, quod cœleſte non ſit, ac ad cœlum & vitam æternam dirigatur. Expende illud, *totam*, nullam aliam habeat mixturam. Poſt Alcuinum ſic ait Abul. ibi q. 12. *Sacerdos magnus, totus hyacinthinus erat: tam in capite, quàm in reliquo corpore, quia hyacinthinus eſt color cœleſtis, ſacerdos autem magnus, totus cœleſtis eſſe debet. In capite autem; quia omnes cogitationes ſuæ de rebus cœleſtibus eſſe debent, ita ut totum deſiderium ſit in bona æterna. In corpore autem, quia in omnibus operibus tota vitæ beatitudine apparere debeat, quod ſolam vitam æternam deſiderabat, & inter cœteros quaſi quoddam exemplar cœleſtis vitæ, atque futuræ beatitudinis ſit, ita ut illud Apoſtoli dicere poſſit: Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto.* Ad Coloſſ. 2.

700\. Exod. 28. *Pontifex in omnibus ſuis totus ſit cœleſtis.* Abulenſ.

Quod etiam confirmatur ex eo, quod Deus dixit Moyſi eodem cap. 28. *Facies veſtem ſanctam Aaron fratri tuo.* Si veſtis exterior eſt ſancta & ſacra, planum fit, quod id, quod eſt interius, debet eſſe ſanctum, & ſacrum S. Ivo Epiſcopus Carnotenſ. ſerm. de ſignificatione indument. ſacerd. *Sicut bona domus, ait, in ipſo veſtibulo agnoſcitur; ſic ſacerdos cultu ſacrarum veſtium oſtendit exterius, qualis apud ſe eſſe debeat interius.*

701\. Exod. 28. *In Pontifice totum ſit ſanctum.* S. Ivo.

Quæstio LXXXII.

Quare, cum in hac viſione plura commemorentur, duo tantum Dominus per ſe ipſum eſt interpretatus, & nobis explicavit?

Multa in hac viſione referuntur de capillis, de veſte poderis, zona aurea, oculis, facie de voce, gladio ancipiti ab ore exeunte, dextera cum ſtellis pedibus, ac de candelabris, inter quæ Dominus ambulabat; quæ ferè omnia ſine interpretatione relinquuntur, & ſolùm duo explicantur; ſtellæ nempe in dextera, & Candelabra, inter quæ Dominus ambulabat, ut habetur hìc verſ. 10. *Septem ſtellæ, Angeli ſunt ſeptem*, id eſt Epiſcopi Aſiæ, *& Candelebra ſeptem, Eccleſiæ ſunt.* 702.

Quod dubium attigit Albert. Magn. *Quædam expoſuit Dominus*, ait, *quædam non; quod ideo fecit, ne ſi totus liber eſſet planus, vileſceret legentibus, & in tædium verteretur; & ut haberemus, in quo noſtrum ſenſum exercitaremus, & exercitando mereremur.* Quædam Dominus per ſe ipſum eſt interpretatus, ut illis declaratis, nobis confidentiam cætera intelligendi præberet, ſi enim omnia ex toto clauſa forent, ea legere nos tæderet, ſi aperta, forſitan vileſcerent: ne ergo liber vileſceret, ne etiam veniret in tædium, media vita tenenda fuit; quædam explican-

Alb. Magn. 703. *Vult Dominus nos exerceri in ſtudio litterarum divinarum.*

explicantur, quædam in abdito arcana relinquuntur, ut eorum exercitio, ac ſtudio multum mereamur.

704. Plenè, & genuinè reſpondeo. Duo à Domino ſunt explicata: ſtellæ nempe, quod eſſent Epiſcopi, Candelabra Eccleſiæ; illa enim duo maximé ſpectabant ad inſtitutionem, corroborationem, correctionem, ac conſolationem illarum Eccleſiarum Aſiæ, earumque Paſtorum ut ipſi cum ſuis ſubditis viderent bona, in quibus tenebantur proficere, & mala, à quibus etiam declinare debebant. Deinde ut maxime nobis eſſet inſinuata, & alta mente repoſita reverentia Paſtoribus debita, cum ipſi à Domino Angeli dicantur: & quæ ad hanc venerationem commendandam ſpectant, non alteri committit Dominus, ſed ipſe per ſe explanat.

Explanat Dominus quæ inſerviunt ad inſtitutionem Eccleſiarum.

Veneratio Epiſcoporum.

705. Alia verò, quæ ſunt in hac viſione, ſine expoſitione præterit Dominus; quia illis duobus explicatis, poterat vir ſagaci ingenio, divina gratia illuſtrato, ſtudioque literarum adhibito, eorum myſticam intelligentiam, ac ſignificationem indagare, ac inquirere. Ait Chriſtus Joan 5. n. 39. *Scrutamini ſcripturas, illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me* Ex quo monet D. Chryſoſtom. 9. homil. in Geneſ quod ſacræ literæ magno ſtudio, ac labore ſunt conquirendæ: *Qui*, ait, *pretioſos lapides in mari quærunt, non ſedent juxta litus maris, fluctus numerantes, ſed in profundum ſe demittunt; & ut ita dicam, quaſi in ipſo ſitu abyſſi deſcendentes aſſequuntur, quod tanta opera exquirunt. Quamvis quid magnæ utilitatis vitæ huic attulerit illorum lapidum inventio? Utrùm non magnam damna, & incommoda inferrent; ex inſania enim iſta, & rabie, quæ eſt in pecunias, innumera ſequi videmus mala. In divinis autem Scripturis, & in ſpiritualibus, & pretioſis illis lapidibus, neque periculum ſuſpicari licet, nec multus eſt labor, ſed lucrum ineffabile: tantùm ea, quæ noſtra ſunt, cum alacritate afferamus.*

Joan. 5.

D. Chryſ.

Scripturæ ſcrutandæ, & inquirendæ.

706. Homo ille, qui invenit theſaurum abſconditum in agro; *& præ gaudio illius abiit, & vendidit univerſa, quæ habuit, & emit illum.* Matth. 13. num. 44. *Vendit univerſa*, id eſt, pro illo agro comparando, tradidit omnia ſua, tam divitias, ac bona temporalia, quàm requiem, ac quietem; nulli pepercit pro tali theſauro obtinendo: & quiſnam eſt iſte theſaurus, qui in tanta æſtimatione eſt habitus ab illo homine? Rupertus lib. 8. de Victoria Verbi cap. 26. interpretatur, Theſaurum illum eſſe ſacram Scripturam quàm homo omnibus divitiis, labori, ac quieti prætulit, & pro ejùs poſſeſſione omnia alia contempſit, de illa enim dicitur Pſal. 18. num. 11. *deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum.* Et Pſ. 118. numero 72. *Dilexi mandata tua ſuper aurum, & topazion.* Quod prudentiſſimè factum eſt iſtis hominibus. Citatus Rupertus: *Hoc invento*, ait, *delectati, & univerſa, quæ habebant, vendiderunt, & agrum hujuſmodi emerunt; ut exonerati ſæcularibus negotiis, vacare poſſent, & intendere, vel meditari in lege Domini.*

Matth. 13.

Rupert.

Pro ſacra Scriptura habenda, omnia contemnenda.

Pſalm. 18. Pſalm. 118.

CAPUT SECUNDUM.

ARGUMENTUM CAPITIS.

Epiſtolæ quatuor Eccleſiarum.

IOANNES ex Chriſti juſſu ſcribit ſeptem Aſiæ Epiſcopis, quorum in hoc Capite quatuor commemorantur. Primus Epheſinus admonetur quod collapſam primam charitatem reparet; ſi non faciat, minatur, quod ejus candelabrum amovebit; ſi faciat ſignum vitæ ei in præmium promittitur. Secundus eſt Angelus Smyrnæ, & admonetur, quòd ſit firmus in fide ac virtute uſque ad mortem, & ei promittit vitæ coronam. Tertius eſt Epiſcopus Pergami, & exhortatur, ut viriliter, ac generosè ſe opponat Nicolaïtis; minans gladium, & promittens manna abſconditum & calculum cadnidum. Quartus eſt Epiſcopus Thyatiræ; & ei dicitur ut reſiſtat Jeſabeli, docenti fornicari & veſci idolothytis, eique facienti promittitur poteſtas ſupra gentes, & ſtella matutina.

PRIMA EPISTOLA.

Apoc. 2. n. 1. Angelo Epheſi Eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit, qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua, qui ambulat in medio ſeptem candelabrorum aureorum.

VERSIO

VERSIONES.

Tygur. Pagn. Angelo Epheſinæ Eccleſiæ ſcribe.

Mariana. Epiſcopo Epheſi.

Arias. Angelo Eccleſiæ in Epheſo ſcribe.

Syrus. Hæc dicit ille tenens omnia, & illas ſeptem Eccleſias.

EXPOSITIO I.

1. ET *Angelo.* Illa conjunctio, & præſent a cum ſuperioribus connectit, ut fiat evidens, continuatum eſſe ſermonem. *Angelo Epheſi, Eccleſiæ ſcribit.* Id eſt, Epiſcopo Epheſinæ Eccleſiæ ſcribe meo nomine, inquit Chriſtus. Et huic Epiſcopo primo omnium ſcribitur, tanquam Primati ac capiti totius Aſiæ, & per ipſum totique ejus Eccleſiæ ſcribitur; in ſuo Prælato, ac Epiſcopo, omnes ejus ſubditi informantur. Hunc autem Epiſcopum fuiſſe S. Timotheum, docet communior, ac magis recepta ſententia.

In Prælato informantur omnes ſubditi.

2. *Hæc dicit, qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua.* In una qualibet Epiſtola cuilibet Epiſcopo repetit aliquam circumſtantiam ex his, quæ vidit in ſuperiori viſione, in perſona Chriſti, & huic Primæ dicitur, qui tenet ſeptem ſtellas in dextera; quia Prælati à Chriſti manu dependent; ejuſque virtute ſuſtentantur. *Qui ambulat in medio ſeptem candelabrorum aureorum.* Id eſt, qui ambulat in medio Eccleſiarum, ſingulorum lumen intuens, quantum luceant, ne forte ſine oleo charitatis ſine operibus dilectionis, fumiget fides mortua, ſeu mortuorum.

Prælati à Chriſti virtute ſuſtentantur.

QUÆSTIO I.

Pro his ſeptem Epiſtolis ad Epiſcopos Aſiæ, aliquot quæſtiones Proœmiales reſolvuntur.

3. ANtequam ad ſingulas Epiſtolas deveniamus, aliquid commune ad omnes notandum eſt, & primò.

Quid in iſtis Epiſtolis ſignificetur?

4. Alcazar. Notat Alcazar, in iſtis ſeptem Epiſtolis inſtrui ſeptem diverſa genera conſcientiarum? tum Epiſcoporum, cum aliorum fidelium. Primum genus eſt, negligentium. Secundum, diligentium. Tertium, deficientium, & inconſtantium. Quartum, imbecillium. Quintum, laſſorum. Sextum, timidorum. Septimum, imprudentium, & tepidorum. Unde comparate poſſumus hos ſeptem Epiſcopos, ſeptem Planetis. *Epheſinum Mercurio*, bono & bene ordinato, ſed remiſſi ardoris: *Smyrnæum Soli*, eximiæ virtutis, & omnia nubila ſuperantis: *Pergamenum Lunæ*, deficienti, & inconſtanti: *Thyatirenſem Veneri*, imbecilli: *Sardenſem Marti*, laboribus quaſi laſſo, & dormitabundo: *Philadelphicum Jovi*, timido, ſed felicis fortunæ: *Laodicenum Saturno*, temerario, ac tepido.

Quædam comparatio Epiſtolarum, ac Epiſcoporum.

Cur Epiſtolæ hæ diriguntur ad Epiſcopos, & non ad ſubditos?

Paulus valde frequenter ſcribens ſuas Epiſtolas, eas ad ſubditos, ad populos dirigit, ut ad Romanos, Corinthios, Galatas, Coloſſenſes, ac Epheſios. At hîc juſſu Chriſti non ad ſubditos, ſed ad Prælatos, ac Antiſtites Epiſtolæ ſcribuntur: *Angelo Epheſi, Angelo Smyrnæ*, &c. 5.

Reſpondet primò D. Anſelmus: *Epiſcopo, ait, ſcribit de manu cujus ſubditorum peccata requirit: nec ſine ejus commonitione, ſubditos eſſe judicandos præſumit.* Agebatur multa ex parte de ſubditorum peccatis; & tamen non illis, ſed eorum rectoribus ſcribit Dominus: quia ille, qui præeſt, de ſuis ovibus tenetur reddere rationem, eorumque crimina de manu Prælatorum requirenda ſunt. Secundò aliter reſpondet Lyranus: *Informando Epiſcopum*, ait, *qui eſt caput illius Eccleſiæ, informabat populum ſibi ſubditum.* Soli Epiſcopo ſcribitur, & non ſubditis: quia quæ ſuperioribus dicuntur, ad inferiores derivantur, præcipuè cum majorum mores ſint norma minorum, & facilè inferiores ſuperiorum mores ebibant: ideo quod Epiſcopis dicitur, dictum omnibus reputatur. 6.

D. Anſelm. *Prælatus de ſuis ovibus tenetur reddere rationem.* *Lyran.* *Superiorum mores norma inferiorum.*

Quare in ſingulis Epiſtolis dicitur Joanni, Scribe?

In ſingulis Epiſtolis dicitur Joanni, *Scribe. Angelo Epheſi ſcribe; Angelo Smyrnæ ſcribe; Angelo Thyatiræ ſcribe.* In omnibus ſervatur hæc forma ut ad omnes ſit æqualis methodus dicendi: & in ſingulis dicitur Joanni, *Scribe*, ut fiat evidens, quod non arbitrio ſuo, ſed Dei juſſu hæc mittebantur: nam in his erant corrigendi ac arguendi Eccleſiæ Præſules, ad quod non facilè quiſque ſe intromittat, niſi ex Dei afflatu, ipſoque Deo verba dictante, ut hîc legimus factum; & ut etiam Joannes ſuis ſcriptis magnam reconciliaret auctoritatem, utpotè à Deo elapſa. Sic Parens Elias, cum occurreret Achab deſcendenti ad occupandam vineam Naboth, ait illi: *Hæc dicit Dominus: Occidiſti, inſuper & poſſediſti, & poſt hæc addes: Hæc dicit Dominus: In loco hoc, in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoque ſanguinem tuum.* 3 Reg. 21. num. 19. Sic idem Propheta ait Regi Ochoziæ: *Hæc dicit Dominus: Quia miſiſti nuntios ad conſulendum Beelzebub Deum Accaron, quaſi non eſſet Deus in Iſraël, ideoque ſed morte morieris.* 4. Reg. 1. n. 16. Hic erat frequens dicendi modus Prophetarum, ut eorum vox eſſet formidoloſior, ac terribilior, majoriſque auctoritatis: præcipuè cùm ad Reges dirigeretur ſermo, ut ſcirent, quod non proprio nutu, ſed Dei juſſu loquebantur. 7.

Valde difficulter Prælatus eſt arguendus. 3 Reg. 21. 4. Reg. 1.

Cur propria Epiſcoporum nomina non exprimuntur?

8. *Electus Epiſcopus debet mutari in virum alterum.* Scribit Joannes ſeptem Epiſtolas ſeptem Aſiæ Epiſcopis. Cur propria nomina ipſorum Epiſcoporum in fronte harum Epiſtolarum non affiguntur, ut mos eſt valde celebris? ſed ſilentio involvuntur? Dicunt aliqui, quia poſt Epiſcopale faſtigium ſuſceptum, debuerunt in viros alteros commutari, & antiqui nominis deperdere honorem, juxta illud. 1. Reg. 10. n. 6. *Mutaberis in virum alterum.* At revera, quamvis, hoc ita ſit, aliud nomen debeant ſortiri Epiſcopi. Ideo dixerunt alii, quod ideo Epheſini Præſulis Joannes nomen præterit, quia in illo charitatis ardor refrixerat; & ſi hæc ſolutio habeat locum in Epiſcopis Pergami, Thyatiræ, Sardis & Laodiceæ: non tamen omnibus adaptari poteſt, ut Epiſcopis Smyrnæ, & Philadelphiæ, quorum unus dicitur dives in gratia, alter virtutis laude inſignitur.

1. Reg. 10. *Remiſſio charitatis delet nomen Epiſcopi.*

9. *Prælatus debet transformari in ſubditos, ut ſit idem cum illis.* Ideo ergo in ſubſcriptione harum Epiſtolarum propria Epiſcoporum nomina non referuntur; quia Antiſtes ſuſcepto onere Epiſcopali, ita ſe debet transformare in ſubditos, ut jam nomen ſuum antiquum videatur amittere, & nomen ſubditorum ſibi comparare, & tot nominibus Epiſcopus inſignitur, quot ſunt ſubditi, qui ei adſunt. Ex quo alte perpende ſubſcriptiones Epiſtolarum: *Angelo Epheſi Eccleſiæ ſcribe:* & ſic de cæteris: Vox *Eccleſiæ* non eſt in gignendi caſu, ſed in dandi, in eodem caſu eſt Eccleſia, ac Angelus, ſeu Epiſcopus ac proinde *Angelo Epheſi Eccleſiæ.* Idem ſonat ac Angelo, qui Epheſi eſt Eccleſia ſua, nam ipſe eſt Epheſi Eccleſia, quia totius Eccleſiæ ſuæ imaginem refert, & nihil eſt in Eccleſia, quod, velut in ſpeculo, in Epiſcopo non ſpectetur. Hæc ingenioſa interpretatio Patronum habet Primaſium. *Et Angelo*, ait, *Epheſi Eccleſiæ ſcribe. Dativo hic caſu Eccleſiæ poſuit, non genitivo: ac ſi diceret: Scribe Angelo huic Eccleſiæ, ut non tam Angelum, & Eccleſiam, ſeparatim videatur dixiſſe, quàm quis Angelus exponere voluiſſet, unam videlicet faciens Angeli, Eccleſiæque perſonam. Quamvis enim Sacramenti diſpenſatione præponatur: compaginis tamen unitate connectitur. Nam hanc regulam à principio ſervans non ſeptem Angelis ſed ſeptem Eccleſiis ſcripſit: Joannes inquit, ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia: & Dominus, quem vidit; Scribe, inquit, in libro, & mitte ſeptem Eccleſiis: poſtea tamen Angelis jubet ſcribi, ut oſtenderet, unum eſſe.*

Primaſ.

Epiſcopus idem eſt cum ſua Eccleſia.

10. Matth. 16. Ait Chriſtus Petro: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Matth. 16. num. 18. & Petrus, quænam Petra erat, ſine dubio Jaſpis. Nam Joannes in hac noſtra Apocalypſi cap. 21. num. 14. ait, quod muri civitatis ſanctæ habebant in fundamento duodecim nomina Apoſtolorum, & ſtatim n. 19. ſubdit: *Et fundamenta muri civitatis omni lapide pretioſo ornata: fundamentum primum Iaſpis.* Primum ergo hoc fundamentum eſt princeps Apoſtolorum, qui in Jaſpide figuratur, ſi quis contempletur Jaſpidem, in ipſo effigies, ac diſciplina Summi Pontificis ante oculos obſervabitur. Nam Jaſpis perlucidus & cryſtallinus eſt, teſte Plinio aſſerente: *Iaſpis ſæpè tranſlucet* Et citato cap. 21. Apocal n. 10. dicitur de ſancta civitate: *Et lumen ejus ſimile lapidi pretioſo, tanquam lapidi Iaſpidis, ſicut cryſtallum.* Ideſt, inſtar cryſtalli ſplendentis, unde objectorum obſervantium reddit figuram, exprimitque imaginem: cum ergo Petrus, ſeu Pontifex, ſit tanquam Jaſpis, omnium quorum gerit curam, veluti figuris induitur, ac imaginibus accingitur: omneſque in illo, tanquam in ſpeculo, ſe inſpicere poſſunt.

Apoc. 21.

Plinius.

Prælatus omnium ſuorum figuras exprimat.

11. Deinde Jaſpis non ſolùm perlucidus eſt ſed etiam colore variatus, varioſque colores exprimit, qualis ex albo, viridi, nigro, ac cæruleo coagmentari ſolet: ſicque maculoſus, ac variatus dicitur: O excellens, & aptus Prælatorum typus, taliter ſe debent ipſi gerere, ut varios ſubditorum morum colores ſimul præſe ferant eorumque imagines exprimant, eiſque ſe ſimiles oſtendant, ita ut exhibeant tanquam Jaſpis in ſe album puritatis, purpureum charitatis, viride, ſeu cæruleum cœleſtis vitæ, ac nigredinem etiam laborum, ut ita ſuo exemplo cunctis ſint norma vivendi, eoſque in bono perſeverare faciant, ac lapſos ad bonum reducant, ut ita candidos in puritate confirment, tepidos charitate inflamment, vacillantes in ſpe corroborent, decidentes in vita, ac moribus ad integritatem reducant, & etiam oppreſſos nigredine laborum ſublevent, & ſi neceſſe eſt, tanquam Jaſpis maculoſus fuſco, ac cinereo colore diſpungantur, ut peccatorum, ac terrenorum imaginem in ſe oſtendere non detrectent, ut eorum maculas abſtergere, ac mundare, faciliùs valeant: & ita dicant cum Apoſtolo 1. Corinth. 9. n. 19. *Factus ſum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem: omnibus omnia factus ſum, ut omnes facerem ſalvos.* D. Anſelmus: *Omnibus omnia factus ſum: quaſi omnium ſectarum eſſem: in ſe enim perſonas omnium piè transfigurabat.*

Prælatus in ſe repræſentet ſubditorum mores, ut eos lucrifaciat.

1. Cor. 9.

D. Anſelm.

QUÆSTIO II.

Quænam civitas eſſet Epheſus? & quis Epiſcopus hic commemoratus; & cur ab illo inchoatur in his Epiſtolis?

12. *A quo ædificata civitas.* EPheſus illuſtre totius Aſiæ minoris emporium, illiuſque Metropolis, ab Amazonis condita, ac ædificata, ut teſtantur Juſtinus lib. 2. & Plinius lib. 5. cap. 29. quamvis Pherecides, & ex Strabo, erectam eſſe dicant ab Antiocho Codri Athenienſium Regis filio. Hæc civitas vade celeberrima facta eſt magnifico Dianæ templo, quod inter ſeptem orbis miracula connumerari meruit, & inter cætera centum viginti ſeptem columnis erat exornatum, quarum ſingulæ de ſingulis regibus gloriabantur conditoribus; de quare videndus eſt Plinius late l. 36. cap. 14. & propter urbis celebritatem, in ea moratus eſt Paulus per triennium; Actor. 20. num. 21. in eaque conſtituit primum Epiſcopum, ſuum clariſſimum diſcipulum Timotheum, ut habet Euſebius Cæſarienſ lib. 3. hiſtor.

Juſtinus. Plinius.

Plinius.

Actor. 20.

Euſeb.

hiſtor. Eccleſiaſt cap. 4. ad ipſos Epheſios unam epiſt lam ſcr pſit : ſicut & ad Timotheum diſcipulum, duas.

13. *Quis Epiſcopus.* Lyran. Ribeira. La Haye. Qu ſnam eſſet ſte Epiſcopus Epheſi, de quo hîc agitur tota con roverſia eſt : Lyran Ribeira, & Ioannes de la Haye tenent, non fuiſſe Timotheum Pauli diſcipulum, ad quem ipſe ſcripſit duas epiſtolas ; quia, inquiunt, Timothæus fuit v r ſanctiſſimus, hic autem Epiſcopus Epheſi à Chriſto increpatur, ut remiſſus in charitate.

14. *Timotheus Epiſcopus.* Aureolus. Viegas. Alcazar. Perer. Corn. Tirinus. Ferrad. Baron. Tamen valdè communis eſt ſententia, quod iſte Epiſcopus Epheſinus fuer t Timoth. Pauli diſcipulus. *Ita* Aureolus, Viegas, Alcazar, Pererius, Cornelius, Tirin Ferradus, Baronius. Et apertè ex chronolog a demonſtratur, quod hoc tempore non fuiſſet alius Epiſcopus Epheſi, niſi S. Timotheus : & probatur, quia Paulus ſcripſit Epiſtol. ad Timotheum, ut ad Epiſcopu n Epheſi anno Chr ſti 57. ut tenent ibi ejus commentatores. Ioannes ſcripſit hanc Apoca lypſim anno Chriſti 97. ut probavi ſuprà q. 5. proœmiali ; Timotheus autem perduravit in Ep ſcopatu Epheſino uſque ad annum Chriſti 109 quo anno ipſe martyrio coronatus, eſt ſub Tra ano Imperatore, ut latè eodem anno probat Baronius. Unde D. Ignatius eodem anno 109 ſcribens ad Epheſios, poſt Timoth. meminit Oneſimi, tanquam denuò eorum Epiſcopi electi : ergo Epiſcopus Epheſinus, de quo hîc eſt ſermo, eſt Timoth. & non Oneſimus, ut vult Lyran Ribeira & alii.

15. *Ad fundamentum.* Ad fundamentum contrarium reſpondetur, quod cù n dicitur: *Primam charitatem reliquiſti* id ſt pri num illum charitatis fervorem : hæc eſt enim humana infirmitas ut illi, qui magno ſpiritu cœperunt inſervire Deo, ſenſim de ejus co atu langueſcant, ac remittant ; de nde quia hæc non ſolùm Epiſcopis, ſed etiam ipſiſmet Eccleſiis Eccleſiarumque filiis, à Chriſto ſcribi mandatur ; & ideò in Epiſcopis primariò reprehenduntur, quia vitia ſubditorum raró ſine culpa ſuperiorum committuntur, ut ait Divus

D. Chryſ. Chryſoſt. hom 38 in Matt.

16. Richard. Ulterius inquirit quæſtio : cur ab hoc Epiſcopo Epheſino incip t Joannes in ſuis Epiſtolis? Reſpondet rectè Richard. Victor. *Primùm,* ait, *de Epiſcopo Epheſi Eccl ſiæ agit, qui cæteris prælatione, & dignitate ſublimior extitit: dum ille, qui in civitate Metropoli reſidebat, increpatur, omnibus aliis emendatus, in exemplum correptionis proponatur.* Alii Epiſcopi Aſiæ repre-

Majorum pœna, minorum eſt eruditio, ut emendentur. henſione erant d gni, & in eos ſevere animadvertit hîc Chriſtus; & tamen in hac inciepatione ab Epheſino Præſule exordium ſumit Chriſtus, qui Primas, ac major erat in dignitate, ut modò diximus, & meritò ſanè, quis increpatio in majores illata, in minores derivatur? & cum digniores corriguntur etiam alii inferiores puniuntur, ac ad meliorem frugem revocantur.

17. Cum populus multa aquarum penuria laboraſſet juxta Cades, obmurmuravit contra Moyſem, & Aaron : tunc de mandato Dei, *Tulit Moyſes virgam, & congregata multitudine ante petram, dixitque eis : Audite rebelles, & increduli: nunquid de petra hac vobis aquam poterimus ejicere? Cumque elevaſſet Moyſes manum, percutiens virga bis ſilicem, egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ ita ut populus biberet*, Num. 20. 9 & 10. Num. 20.

Tunc ait Deus Moyſi, & Aaroni : *Quia non credidiſtis mihi, ut ſanctificaretis me coram filiis Iſraël, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.* Ibid. num. 2. Ecce res maximè ponderanda In populo extitit rebellio, & incredul tas, *Audite rebelles, & increduli* : quæ fuit grande peccatum, ut commune eſt apud omnes : in Moyſe, & Aaron, ob populi murmur, fuit quædam diffidentia, & tepidus langor, de educenda aqua, ut tenet Cornelius à Corn. Lapide; *quia non credidiſti mihi* : Quæ diffidentia, ut contendit Lorinus ex D. Auguſtino, peccatum tantùm veniale extitit : & tamen Lorinus. illa populi incredulitas non legitur in hoc D. Auguſt. eventu punita, ſicut illa Moyſis, & Aaronis, *Levis culpa ſuperiorum* quæ venialis metas non excedebat; *non introducetis hos populos*, &c. Levis ſuperiorum *regidiùs puniturquam* culpa ſeveriùs, ac rigidiùs plectitur, quàm g ande *grande delictum inferiorum.* inferiorum delictum. Deinde maxmè ad noſtrum ſcopum Moyſes, & Aaron ob ſuam incre dulitatem caſtigantur: non verò totus populi *Pœna ſuperiorum etiam* congregatio ob crimen ſimile. Moyſes, & Aa- *inferiores apprehendit.* ron totius populi Principes duces ac capita; & in eorum reprehenſione etiam inferiores coarguuntur : & dum majores pœnâ mulctantur, etiam in illa ſubditi involvuntur, verbera enim illata in capita, etiam membra tangunt, apprehendunt

---

Quæstio III.

Quare in titulo hujus Epiſtolæ ponitur, Hæc dicit, qui tenet ſeptem ſtellas in dextera?

Singula, quæ vidit Ioannes in ſuperiori viſione, nunc ſigillatim in ſingulis epi- 18. ſtolis, ex verbis Chriſti repetit : & Epiſcopo Epheſino in hac prima epiſt dicitur : *Hæc dicit, qui tenet ſeptem ſtellas.* Cur hoc peculiariter huic Epiſcopo dicatur, præſens inquirit Quæſtio.

Primò ad quæſtionem reſpondet Joachimus 19. Abbas: *Tenet Dominus*, ait, *ſeptem ſtellas in dextera ſua, ut ad ſiniſtram non effluant reproborum; niſi quia Dominus aliquos roborando teneret, univerſa Eccleſiarum fabrica ruinam pateretur, ſicut ex voce ipſius Domini per pſalmiſtam dicitur.* Pſ. 74. *Liquefacta eſt terra, & omnes qui* Pſalm. 74. *habitant in ea : ego confirmavi columnas ejus,* Epheſinus Epiſc. erat Primas, ac caput aliorum Epiſcoporum Aſiæ : & huic dicitur : *Qui tenet ſeptem ſtellas*: non qui habet; nam id, quod habetur, aliquando faci è lab tur, non ſic illud, quod tenetur; & hoc dicitur huic Epiſcopo, tanquam Primati, & in ipſo cæteris, ut intelligant, quod Deus peculiari cura ac protectione proſequitur Epiſcopos Eccleſiarum eoſque ſua gratia fovet, ac ſervat, & quia hujus Epiſcopi Epheſini multa bona opera referuntur (& ſic de aliis Epiſcopis, ut ſuo loco videb mus) *Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam.* Deinde arguitur quod charitatem ſuam primam reliquerit, & ad pœnitentiam exhortatur, ut ita intelligat divini favoris eſſe quod fecit, *Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltavit*

Joach. (margin, ¶19) — *Deus fortiter tenet ſuos.* — *Bona opera noſtra à gratia Dei ſunt.*

tavit me. Et quod etiam divini favoris fuiſſet, quod graviora non commiſerit; ac proinde quod toto affectu, totiſque viribus debet ferri in eum qui tanta cura, protectione, ac benignitate erga eum ſe habet.

20. Richard. Secundò Richard. Victorin. *Si quis,* ait, *ſuperiorem gradum amiſerit, & per negligentiam ad inferiora deciderit: non deſperet, ſed ad ſuperiora ſe ſublevet, agat pœnitentiam, & inveniet priorem gratiam; quia ego, qui ſeptem Eccleſias teneo, etiam poſt commiſſam negligentiam, qui in medio ſeptem candelabrorum aureorum ambulo; ego eos, qui peccant, ſi pœniteant, minimè deſero, minimè contemno, ſed ad bonum recuperandum manuteneo; & ad potiora promovenda promoveo, eripio clementer de mala.* Deinde ſubdit: *Et qui in eorum medio ambulabat: & tamen nequaquam eos deſerebat ad pœnam, ſed movebat ad pœnitentiam.* Aliqui ex his Epiſcopis offenderant, & iſte Epheſinus primam ſuam charitatem amiſerat: & tamen Chriſtus non abjicit, ſed adhuc tenet in ſua dextra tanquam ſtellā; ut iſte Epiſcopus & alii videant ſuam vocationem ac celſitudinem gradus, ad quem vocati ſunt à Chriſto ut inde tanta Chriſti benignitate cognita ac tanto honore pignorati, vires reſumant & à Dei miſericordia non diffidant; nam Chriſtus eos non deſerit, ſed adhuc tenet in manu, & ad pœnitentiam agendam promovet, ut ita honorem, ac dignitatem ſuam retineant, & conſervent, & ab ea miſerrimè non prolabantur.

Objecta alicujus dignitate pignoratur homo ad eam conſervandam.

Deus peccatores non deſerit ſed promovet ad pœnitentiam

21. Tertiò Epiſtolæ hæ miſſæ ſunt ad Epiſcopos Aſiæ, & in prima hac Epiſtola ad Epiſcopum Epheſinum Primatem, ac Metropolitanum, & caput totius Aſiæ. In ejus titulo præfigitur: *Hæc dicit, qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua,* Ut iſte Epiſcopus primæ civitatis non ſe extolleret, ac ſuperbiret ſuper alios; ſed agnoſceret, præter ſe, alias eſſe ſtellas, & in dextera Dei, ſicut & ipſum. Quamvis Primas eſſet, non tamen ſolus erat ſtella nec ſolus in dextera Dei; ſed etiam alii, quamvis inferiores, ſtellæ etiam erant, & in dextera Dei; nullus ſe exiſtimet ſolum honore, dignitate, ac meritis; ſed ſciat, multos eſſe ſibi æquales; quod graviter docet D. Greg. Magn. lib. 29. moral. c. 14. *Sæpè novimus,* ait, *quod plerique, qui præſunt, inordinatum ſibi metum à ſubditis petunt; & non tam propter Dominum, quàm pro Domino venerari volunt. Intus enim ſe tumore cordis extollunt, cunctoſque ſubditos in ſuis comparatione deſpiciunt; nec condeſcendendo conſulunt, ſed dominando premunt: quia videlicet alta cogitatione ſe erigunt: æquales ſe illis, quibus eos præeſſe contigit, non agnoſcunt.* Nulla major ſtultitia, quam in dignitate ſe ſolum exiſtimare.

Nulus ſe exiſtimet ſolum in dignitate.

D. Greg. Magn.

22. Oſeæ 8. Theophyl. De Ephraim ait Oſeæ 8. n. 9. *Onager ſolitarius ſibi Ephraim.* Quæ verba ex Græco ſic transfert Theophylactus. *Refloruit per ſeſe Ephraim.* Optimo ſanè jure Ephraim onager dicitur, cum per ſeſe ſolitariè florere amat; qui ſe ſolum exiſtimat, in bonorum decore, ac venuſtate eminere, neceſſum eſt, ut hominem exuat; ut fera agreſtis ac feraciſſima evadat. Eleganter de avibus ait Caſſiod. lib. 8. var. 31. *Aves ipſæ gregatim volant, quæ innoxia voluntate miſcentur. Canori turdi amant ſui generis denſitatem; ſternentes ſturni compares ſequuntur indeſinenter exercitus. Contrà animoſi accipitres, aquilæ venatrices, & ſuper omnes alites acutius intuentes, inſidiæ innoxiæ conventicula non requirunt, Ambiunt enim, aliquid ſoli agere, qui prædam cum altero non deſiderant invenire, ſic mortalium plerumque deteſtabilis eſt, qui conſpectum hominum probatur effugere:* Avibus rapacibus cruentior, ac feracior eſt, qui aliorum ſocietatem fugit; & qui in prædis, ac divitiis, cùm aliis nullam vult habere communicationem.

Valde ſtolidus, qui ſe ſolum in dignitate exeſtimat.

Ait Regius Vates Pſalm. 48. n. 13. *Homo, cùm in honore eſſet, non intellexit; comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Expende, quibus ſimilis fiat homo; non hominibus ſimilis fit, ſed jumentis inſipientibus; & unde tam miſera ac abjecta ſimilitudo illi obvenit, qua infra humanum decus factus, pecoribus æquaretur; Pſalmus notat, dicens: *Quia cùm in honore eſſet, non intellexit,* dicens: conditionem, nempe; quia cum tanto honore non eſſet ſolus, ſed ſimilis, ac æqualis aliis: at illi ſic honor rationem eripuit, ut ſeſe ſolùm repræſentaret, ſupraque omnes ſe exiſtimaret: & inde in tam miſerrimum ſtatum devenit, ut à conſortio hominum dilapſus, cum brutalibus jumentis eſſet comparatus. D. Bern. Epiſt. 237. *Conſidero gradum,* ait, *& caſum vereor. Conſidero faſtigium dignitatis, & intueor faciem abyſſi jacentis deorſum. Attendo celſitudinem honoris, & è vicino periculum reformido, pro eo quod ſcriptum eſt: homo, cum in honore eſſet, non intellexit: honor abſorbuit intellectum.* 23. Pſalm. 48.

Honor abſorbet intellectum, ut ſe ſolum homo exiſtimet.

D. Bernard.

Quæstio XIV.

Quare in titulo hujus Epiſtolæ ponitur, etiam punitur, Qui ambulat in medio ſeptem Candelabrorum aureorum.

Hæc verba: *Qui ambulat in medio ſeptem Candelabrorum aureorum,* ponuntur in principio hujus primæ Epiſtolæ, tanquam in proœmio omnium Epiſtolarum: & ideo dicitur, ambulare in medio ſeptem Candelabrorum aureorum: Candelabrum Eccleſiam ſignificat, ut ſuprà dixi. Septenarius numerus univerſitatem quandam denotat. 24.

Ad quæſtionem primò. Hîc proponitur Dominus deambulans & tamen in ultima Epiſtola, c. 3. n. 20. dicitur, ſtare: *Sto ad oſtium, & pulſo:* & multoties in ſcriptura dicitur Dominus ſtare, Pſalm. 81. n. 1. *Deus ſtetit in Synagoga Deorum.* Iſai. 3. *Stat ad judicandum Dominus, ſtat ad judicandos populos.* Reſpondeo tamen, quòd Dominus ſtat per divinitatis æternitatem, ambulat per immenſam pietatem, omnibus ſubveniens; ſtat per perennem immutabilitatem, ambulat per humanitatis converſationem, omnibus imitandum ſe proponens, ut ait Richard. de S. Victor. *Ambulat in medio Candelabrorum, dum electis omnibus humanæ converſationis ſuæ, ad imitationem ſanctitatis, propoſuit exempla,* 25.

Apoc. 3. Pſalm. 81. Iſai. 3.

Chriſtus omnibus ſe imitandum proponit. Richard.

Stat Dominus, tanquam firmus in uno loco, nullum deſerens: ambulat, omnes favorabiliter inviſens: 26.

inviſens: ſtat, tanquam ſingulis propinquus, & immediatè aſſiſtens, *Ambulat, ut univerſis per gratiarum largitatem, diſtribuat bona ſua*, ut ait Ansbertus, per internam diſcretionem. Stat, cunctos expectans, ut ad ſe veniant; ambulat, cunctos quærens, ut omnibus, præcipuè Eccleſiis ſuis proſpiciat, ſuggeratque eis oleum, & ignem, quibus vera pietate, ac charitate luceant. Ambulatque Dominus in medio ſeptem Candelabrorum aureorum, ut accendens laudet & dicat: *Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam.* Et recedens increpet, ac arguat, & dicat: *Sed habeo adverſum te, quod charitatem tuam primam reliquiſti.*

Ansbertus.

27. Secundò. Haymo: *Qui de ſuo, Patriſque dilectore dicit: ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus, oſtendit procul dubio, quia ne ſine excuſatione pereant, ad eos etiam venit, in quibus manſionem non invenit: bene itaque dicit, quòd ambulat in medio Candelabrorum aureorum: ac ſi apertè diceretur; tandiu inter electos, & reprobos exhortationis verbo diſcurrit, quouſque inveniat, apud quem per opera virtutum, manſionem faciat.* Joan. 14. n. 23. ait Dominus: *Si quis diligit me, ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Qui in alio loco permanet, non ambulat; quomodo ergo dicit Chriſtus, in medio Candelabrorum ambulare, per quæ non ſolum intelligit Prælatos, ſed etiam omnes fideles; nam ſeptenarius numerus univerſitatem denotat: ſic Chriſtus noſtræ ſalutis eſt avidus, ut non quieſcat, ſed de uno loco diſcurrat in alium, donec inveniat hominem, qui in medio ſui cordis velit eum admittere, ut ibi maneat, & requieſcat: *Quouſque inveniat apud quem per opera virtutum: manſionem faciat.*

Haymo.

Joan. 14.

Chriſtus ambulat de uno loco in alium, donec inveniat, ubi requieſcat.

28. Tertiò. Ad auctoritatem principum ac Regum maximè decet, in Regio throno ſedere; ſic vidit Iſaias 6. n. 1. *Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum.* Quomodò ergo hîc deambulans apparet in medio Candelabrorum: ut de loco in locum ambulans, omnia conſpiciat, omnium gerat curam, omnibuſque provideat: Huc ſpectat id quod ait Titelmanus expendens illud Pſalm. 100 n. 3. *Perambulabam in medio domus meæ.* Ubi ſic ait: *Admodum pulchrè dicitur: Perambulabam in medio domus meæ: eum enim qui præeſt, oportet in medio domus perambulare: omnium gerat curam, neceſſe eſt & diligenter providendum eſt illi, ut nulla uſquam ovis, vel ex hac parte, vel ex illa pereat: propter quod illum oportet, in medio ambulare, ut æquè propinquus, atque expoſitus ſit omnibus: ut ex æquo omnibus invigilet.*

Iſai. 5.

Prælatus omnium ſubditorum curam gerat, illiſque provideat.

Pſalm 100.

Titelm.

29. Quartò D. Thomas: *Ambulabat ergo*, ait *per effectum: quia omnibus ſe præſentem offert, ad dandum, ac ſi ambularet hinc inde, ſi ſit, qui recipiat. Quia communiter ſua dona diſtribuit, quantum eſt de ſe.* Multum notandum, quod Angelo Epheſino ſe ambulantem oſtendat: Pergamo autem hoc cap. n. 12. ſe exhibet cum romphæa acutiſſima: unde tanta differentia? Pergamo ſe peccatorum vindicem declarabat? & ideò ei gladium ex utraque parte acutum objicit; at Epheſino bonorum largitorem ſe oſtendebat: & ideo ambulantem ſe præbet: cùm enim Deus ambulat, ac pedem movet, non eſt, niſi ad multa dona concedenda, ac communicanda. Olim ſub virga Moſaica fugit mare, ut cantat Regius Vates Pſalm. 113. n. 5. *Quid eſt tibi mare quod fugiſti, & tu Jordanis, quia converſus es retrorſum? A facie Domini mota eſt terra.* Ecce à facie Domini fugit mare, ac Jordanis. Aliter verò Matth. 14. num. 25. *Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans ſuper mare.* Illinc à facie Domini fugit mare: at in præſenti videns eum mare, minimè fugit, ſed ſub ejus plantis obduratur; & cur modò non fugit? Quia vidit eum ambulantem, ambulat Jeſus, ut neceſſitatem, ac metum fugiendi auferat à mari; cum Deus ambulat, non eſt, cur præ metu fugiamus, quin potiùs multum eſt, cur ad illum accedamus: quando ideo ambulat, ut ad nos veniat, & dona ſua impartiatur. D. Cyrill. Jeroſolym. Catech. 12. *Ambulat ſuper aquas maris: quoniam ante carnis aſſumptionem mare vidit & fugit, Jordanis converſus eſt retrorſum: Aſſumpſit corpus Dominus, ut mare videns ſuſtineret, & Jordanis ſine timore illum ſuſciperet.*

D. Thom.

Pſalm. 113.

Matth. 14.

Greſſus divini non fugam ſed magis acceſſum perſuadent.

D. Cyr. Jer.

30. Quintò. Ruper. lib. 2. hîc ſic ait: *Cùm in medio Candelabrorum ambulat, ſingulorum lumen intuetur, quantum luceat, ne fortè ſine charitatis oleo, ſine dilectionis operibus fides fumiget.* Tanquam ſi dicat; Ille qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua, eaſdem vigilanter attendit, ne fortè pro ipſa claritate veniat alicui pes ſuperbiæ: ne pro loci eminentia: alicui torpor in juſtitia, ac charitate obrepat: ac proinde ambulat inter ſeptem Candelabra, ut ſingulorum corda, ac renes inveſtiget, ut omnium ſpeculator: ut & intueatur, quantum ſingulorum lumen luceat, ne fortè ſine oleo charitatis, ac dilectionis operibus, fides obtenebretur: Sciant, ſciant univerſi, quod ipſe ſimul ſit ſpeculator, teſtis, ac judex, ut ipſe ait per Jerem. 29. n. 23. *Ego ſum judex, & teſtis.* Quod ſi Deus maximè diſciplinæ exactor, ſimul teſtis & judex adeſt humani generis, quis in conſpectu Dei ſui peccare audebit? Unde dixit Seneca Epiſtola 11. *Magna pars peccatorum tollitur ſi teſtis adſit.*

Rupert.

Deus teſtis oculatus hominum, qui multiplici lumine intuetur.

Jerem. 29.

Seneca.

31. Moyſes Sacram Dei ædem, ac ſedem appellat, *Tabernaculum teſtimonii.* Exod 27. n. 21. Cur hoc nomen ei imponit: nonne meliùs dici videbatur, ſolium majeſtatis, thronum divinitatis, ut inde populus cum tremore, ac reverentia accederet, & ſacrum illum locum coleret? cur ergo tabernaculum teſtimonii dicit; Ut ſciret Hebræus, quod intra ſe haber ſuarum rerum teſtem, ac omnium actionum ſpeculatorem: ut inde viam piè inſtitueret, rectéque in omnibus ſe ageret: cùm ſciret, ſe ambulare coram ſui teſte locupletiſſimo, à cujus aſpectu, ac teſtimonio nihil effugere poterat. Philo lib. de Temulenti. *Solet Moyſes*, ait, *vocare tabernaculum teſtimonii, ſive quod Deus virtutis teſtis eſt, ſive quod virtus confirmat animo, & in veritatem quaſi pro tribunali revelans.*

Exod. 27.

Nemo peccat ſi teſtem proponat.

Philo.

32. Hoc conſilio admonet Deus Abrahamum, Gen. 17. n. 1. *Ambula coram me, & eſto perfectus* Ac ſi ex eo, quod coram Deo ambulaſſet, inde ſequebatur quod eſſet in omnibus perfectus, ac abſolutus. Cajetanus: *Nullum majus frænum, nulla efficacior ratio componendi geſtus, motus, actionéſque hominis apparet, quàm ambulare ante faciem Principis.* Si autem verſetur in Dei oculis: addit Caietanus citato loco: *Hujuſmodi ambulatio ducit hominem ad perfectionem.*

Gen. 17.

Caiet.

Dei aſpectus facit hominum mores perfectos.

Apocal. 2.

*Apoc.*2.*n*.2. Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quia non potes ſuſtinere malos; & tentaſti eos, qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe, & non ſunt; & inveniſti eos mendaces.

Num. 3. Et patientiam habes, & ſuſtinuiſti propter nomen meum, & non defeciſti.

VERSIONES.

*Arias num.*2. Laborem, & tolerantiã tuam, &c. & inveniſti eos mendaces, & portaſti.

Tygurina. Laborem, & patientiam tuam, &c. eos mendaces tuliſti.

Pagnin. Pertuliſti.

Victorinus. Quia non potes portare malos.

Arabicus. Et quod exploraveris qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe, & compereris eos mendaces.

*Syrus num.*3. Et tolerantia eſt tibi, & tuliſti propter nomen meum, & fatigatus non es.

Arabicus. Et ſuſtinueris, me in hocque ſis manſuetus, & toleraveris eos, propter nomen meum, ac ſis in hoc fatigatus.

Tygur. Vatabl. Et laboraſti propter nomen meum.

Codex Albini & Roberti. Propter nomen meum laboraſti, vel laſſatus & fatigatus, ſed non defeciſti.

EXPOSITIO II

33. SCIO, Scientia approbationis: Deus enim dicitur ſcire quæ approbat, neſcire quæ reprobat: unde ultimo die dicturus

Matth. 25. eſt reprobis: *Neſcio vos* Matth. 25.num.12. Ac proinde ſcio approbando *opera tua* bona, ad Eccleſiæ utilitatem conducentia, quæ faciebas antequam charitas tua refrigeſceret: *Et laborem tuum*, pro prædicatione Evangelii, ac in ſalutem animarum impenſum. *Et patientiam tuam*: in adverſitatibus tolerandis & laudat in hoc Epiſcopo laborem, & patientiam: quia hæ duæ virtutes maximè propriæ ſunt Epiſcoporum, ut nulli labori parcant pro ſuorum ſalute, eorumque infirmitates patienter ſuſtineant.

Et quia non potes ſuſtinere malos. Modò commendat Epiſcopum à deteſtatione malorum; quia publicos peccatores ſufferre non valet, quin aut emendet, aut ab Eccleſia expellat. *Et tentaſti eos, qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe.* Cum multa diligentia exploraſti, ac examinaſti eos, qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe, & deprehenſos ut mendaces, ac Pſeudo Apoſtolos redarguiſti, & expuliſti. Quidam codices, ut Tygurina, Arias, & alii, hic po- Tygurina. Arias.
nunt; *& tuliſti*, ſeu *pertuliſti.* Tamen hoc nec eſt in noſtra Vulgata, nec in emendatis Codicibus. 34.

Et patientiam habes. Forti, & conſtanti animo ſuſtinens tibi illata adverſa à Pſeudo-Apoſtolis *Propter nomen meum*, id eſt, propter me, propter meum Evangelium; ſeu pro nomine meo propagando, ac defendendo, & fit alluſio ad id, quod dicitur Actor. 5. n.41. *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu Concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam pati.* Et pro magna laude additur: *Et non defeciſti*, nec ſpiritualiter, nec corporaliter: Nam patienter quaſcumque ærumnas à Pſeudo-Apoſtolis illatas ſuportaſti: & etiam proper eas gregem tibi commiſſum corporaliter non deſeruiſti, ſed ſemper ſana, ac bona doctrina imbuiſti. Aliqui Codices, ut Arabi- Arabicus.
cus, *laſſatus* ſeu *fatigatus es*: legendum eſt. Aldinus.
juxta Codicem Aldini Venetiis anno 1518. vel Pariſ. anno 1546. *Laſſatus, vel fatigatus es, & non defeciſti.* 35.

QUÆSTIO V.

De laudibus Epiſcopi Epheſini, de ejus operibus, laboribus, ac patientia.

VEnerat Dominus reprehenſurus hunc Epiſcopum, ut patet n.4. & tamen ab 36.
ejus laudibus inchoat ſermonem: *Scio opera tua, laborem, & patientiam tuam.* Et tunc poſt tot encomia ſeverè arguitur: ſæpius laudatur, ut laudibus quodammodò delinitus, patienter increpationem audiens toleret: qua dexteritate uſus eſt Daniel, dum in exordio fit totus melleus, ut annuntiet ſeveriſſimam ſententiam Regi Babylonico, audito ſomnio ejus: *Hæc eſt*, ait, *interpretatio ſententiæ Altiſſimi, quæ pervenit ſuper Dominum meum Regem. Ejicient te ab hominibus; cum beſtiis feriſque erit habitatio tua, & fœnum ut bos comedes.* Daniel.4.num. 22. Quid ſuavius. Dan. 4.
quid blandius verbis illis, nimirum: *Pervenit ſuper Dominum meum Regem?* Quid durius, quid ſeverius illis ultimis: *Cum beſtiis, feriſque erit habitatio tua, fœnum ut bos comedes?* Hoc eſt viri Religioſi ingenium, ut totus emolleſcat in exordio, ut inde rigoroſa, & aſpera, quæ dicit, ſuavius, & lenius accipiantur. D. Gregor. homil. 11. in Ezechiel D. Greg.
Peritus enim medicus ait, *vulnus ſecandum videns, ſed ægrum timidum eſſe conſpiciens, diu palpavit, & ſubitò percuſſit. Prius blanda manu laudes poſuit, & poſtmodum ferrum increpationis fixit.*

Ante reprehenſionem ſuavia præmittenda.

Et primò laudans Epiſcopum Epheſinum, 37.
ait, *Scio opera tua.* Quæ verba commentans

Joachi

Joach. Joach'mus Abbas; ſic ait: *Poſſumus hoc ſimpliciter accipere, ut intelligamus dictum propter eos, qui negligunt juſſa Dei: arbitrantes, non eſſe curam Deo de oper bus, ſive bona ſint, ſive mala, ad reddendum unicuique juxta opera ſua; parvipendentes illud quod ſcriptum eſt* Pſal. 13. n. 2. Dominus de Cœlo proſpexit ſuper filios hominum, ut videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum. *Unde de quibuſdam dicitur*. Pſal 93. n. 7. Et dixerunt: non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob. Ecce cur ait *ſcio opera tua*, ut indicaret ſingularem bonorum operum habere providentiam ut ea præmio muneraret, corona donaret, ac gloria ſublimaret.

Pſalm. 13.

Pſalm. 93. *Deus remunerat bona opera.*

38\. Haymo. Secundò. Poſt bona opera laudat ejus laborem, ex quo bene ait Haymo: *Quia homo operans laborat, ideo poſt opera virtutum, rectè etiam ſubjungitur & labor: quia ſancta Eccleſia, ſicut magna eſt in operibus, ita magna eſt & in labore.* Immediatè poſt opera bona adjungit laborem: cur non unum ab alio præſcindit, ſed utrumque connectit, ut forti, & conſtanti ſimul animo, quia in operibus bonis multus labor eſt impendendus, & quia qui bene operatur, multos labores, ac diverſitates contra ſe inſurgentes debet ſuſtinere, ad illaſque ſe præparare.

Multus labor adjungitur operi bono.

39\. Richard Victor. Tertiò Poſt laborem, patientiam commendat, ut rectè notavit Richard à S. Victore. *Scio opera tua bona ait, in neceſſitatibus exhibita proximis: laborem tuum in afflictione corporis: patientiam tuam in tolerantia cordis: & hæc tria ponit. Sunt enim quidam, qui bona à Deo accepta proximis non diſpertiunt, ſed corpus delicatè nutriendo, minimè laborant; & cum quid adverſum contigerit, impatientes ſunt qui cum diſtributione bonorum ſuorum corpus affligunt, ſed in adverſis patientiam ferre non noverunt: ſed de his omnibus iſte laudatur: ſcio, qui bona accepta libenter indigentibus erogas: & in affligendo corpus laboras, & quod his excellentius eſt, in adverſitatibus patientiam ſervas* Poſt laborem in adverſis ejus commendat patientiam in perſecutionibus: & optimè quidem: parùm prodeſt, laboribus affligi, moleſtias pati, ſi non patienter adverſa ſuſtineantur: nam quidquid meriti ex eis lucrari poteſt, totum deperditur.

Non prodeſt affligi, niſi patienter ſuſtineas.

40\. Ansbertus. Nam ut rectè aiunt Ambroſ & Ansbert. *Sciendum, quod magna laus Eccleſiæ in operibus, ac laboribus; ſed magnificentior prædicatur in patientia, quæ cunctas cuſtodit virtutes, cunctoſque tolerat labores, opera enim, & labores communia ſunt bonis, & malis, patientia autem vera ſingulare munus electis collatum, quæ ſi deſit, multi labores, multaque opera in nihilum rediguntur:* Poſt encomia bonorum operum, ac laboris in vinea Domini plantanda, ſtatim ejus patientiam celebrat, ac extollit Dominus: quia omnium virtutum, quæ reſplenduerunt in Epiſcopo, in bonis operibus edendis, ac in laboribus ſuſtinendis coronam, ac cuſtodem eſſe patientiam indicat; ipſa virtutibus dat decorem, ac valorem, & ſine ipſa *multi labores, multaque bona opera in nihilum rediguntur.*

Patientia virtutum cuſtos, ac nobilitas.

41\. Luc 21. D. Greg. Diſcipulis ſuis ait Chriſtus D. *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* Luc. 21 n. 19. Quæ verba præclarè commentantur à D. Gregorio hom 35. in Evang. *Per patientiam igitur, ait, animas noſtras poſſidemus, quia dum nobiſmetipſis dominari dicimur, hoc ipſum incipimus poſſidere quod ſumus. Idcirco autem poſſeſſio animæ in virtute patientiæ ponitur, quia radix omnium, cuſtoſque virtutum, patientia eſt: Patientia verò eſt, aliena mala æquanimiter perpeti, contra eum quoque in mala irrogat, nullo dolore mordere.* Sicut impatiens animam videtur non poſſidere ſic enim operatur, ac ille qui ea caret, neſcit affectus, ac appetitus ſuos refrænare: ac proinde anima ſua à vitio iræ ac vindictæ, & non à ſe ipſo poſſidetur, ac proinde quaſcumque virtutes habeat, ipſa ira ac impatientia deperdit. Econtra verò patiens ſui, ac animæ ſuæ obtinet dominium, ſcitque motus ſuos moderari, regere ac flectere, quomodo ei libet: ſicque hac regali patientia, tanquam fortiſſimo muro, retinet conſervat, ac cuſtodit ſuæ animæ dominium, ejuſque virtutum ac donorum pulchritudinem, ac decorem: ex quo conjice, quantum lucrum ex patientia proveniat, ut præclare notavit Cajet. ad prædicti Lucæ verba: *Eximium documentum poſſidendi non agros, non opes, non regna, ſed quod majus eſt omnibus, proprium animum, virtute patientiæ.*

Patientia virtutes cuſtodit; & conſervat.

Magnum lucrum ex patientia.

Cajet.

42\. 1. Cor. 13. Magnis elogiis extollit Paulus charitatis nobilitatem 1. Cor 14. n. 4. dicens: *Charitas patiens eſt, benigna eſt; charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.* Apoſtolus multus eſt ut celebret charitatis encomia: & meritò ſanè. Maximè tamen expendenda eſt methodus Pauli: nam charitatem à patientia commendare inchoat, & ejus decantationem in eadem virtute patientiæ terminat: nam primò ſic ſermonem incipit: *Charitas patiens eſt*: & metam imponit; *omnia ſuſtinet*: Quid habet patientia cum charitate: Charitas omnium virtutum Regina, ſine ipſa reliquæ virtutes tanquam ſine vita habentur: cur ergo Apoſtolus charitatem celebrans, patientiæ utitur argumento, ejuſque elogia inchoat, ac terminat patientia: ut, denotaret, quod cum charitas omnium virtutum habeat principatum, à patientia obtinere totam vim ſuam, ipſaque muniri ad ſui cuſtodiam, ac defenſionem. Tertullian. lib. de patient c. 12. *Nam dilectio, ait, ſummum fidei Sacramentum, Chriſtiani nominis theſaurus, quam Apoſtolus totis viribus ſancti Spiritus commendat, cujus niſi patientiæ diſciplina eruditur. Dilectio, inquit magnanimis eſt, ita patientiam ſumit. Benefica eſt, malum patientia non facit. Non æmulatur, id quidem patientiæ proprium eſt. Non protervum ſapit, modeſtiam de patientia traxit. Non inflatur, non protervit, non enim ad patientiam pertinet. Nec ſua quærit, ſuffert ſua, dum alteri proſit, nec incitatur. Cæterùm quid impatientiæ reliquiſſet? ideo inquit, dilectio omnia ſuſtinet, omnia tolerat, utique quia patiens.* Perpende ſingula & reperies charitatem in ſe habere imbibitam patientiam, tanquam ſi eſſet una, & eadem virtus cum illa: non mirum, quod charitas ſit virtutum Regina, quæ ita ſecum aſſociatam habet patientiam, qua cuſtoditur, ac munitur.

Charitas virtutum regina patientia munitur.

Tertul.

Quæstio VI.

Zelus ac virtus Epiſcopi Epheſini, dum tentat, & explorat ſuorum mores, & impios, ac mendaces non ſuſtinet.

43. Hiſtoria. Hiſtoria hæc eſt, ut bene notat Viegas in præſenti ſect. 4. Sub hoc tempore ſurrexerunt Epheſ. Pſeudo-Apoſtoli, quos Joannes
1. Joan 2. & 4. ſua 1. Canonica c. 2. & 4. Antichriſtos appellat, in quibus erant Ebion, Cerinthus, & Valentinus; quorum videtur memini ſſe Paulus
2. Cor. 11. 2. Cor. 11. num. 13. dum ait: *Ejuſmodi Pſeudo-Apoſtoli, operarii ſubdoli, transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti.* Hi autem tum doctrinæ tum ſanctitatis ſimulatione ſeſe malitioſè inſinuabant, & Eccleſiæ tum doctrinam, tum ſanctitatem furtim, ſub ſpecioſo Apoſtolorum nomine deſtruere moliebantur: hos ergo dicitur, quod Epheſi Epiſcopus tantaverit, & tam doctrina, quàm vita mendaces invenerit.

44. *Difficultas quæſtionis.* Duo quaſi contraria de hoc uno, & eodem Epiſcopo Epheſino videntur hic proferri; nam idem ipſe ſimul de patientia, ac impatientia commendatur. De patientia, cum dicitur hic verſ. 3. *Patientiam habes, & ſuſtinuiſti.* De impatientia verò, cum aſſeritur: *Non potes ſuſtinere malos.* Ecce ſimul patientia, & impatientia in hoc uno, & eodem Epiſcopo.

45. Joach. Rectè quæſtionem ſolvit Joachimus Abbas: *Pſeudo-Apoſtolis reſiſtentes fideles, qui primi ex gentibus crediderunt, & patientes; & impatientes utiliter comprobantur, patientes propter ſcandala, quæ propter hoc paſſi ſunt: impatientes, quia quos mendaces eſſe probaverant, ſuſtinere non poterant.* Maximè laudanda eſt patien-
Prælati patientes in propriis injuriis, impatientes in ſuorum damno. tia in hoc Epiſcopo Epheſino, in multis laboribus, ac adverſitatibus ſuſtinendis pro defenſione Eccleſiæ Dei, ac doctrina Evangelica, ut dixi ſuperiori quæſt. & dicam etiam ſequenti: Similiter, & maxime laudanda eſt ejus impatientia, quia iniquos, ac Pſeudo-Apoſtolos non potuit ſuſtinere; ſic & Paulus impium fornicatorem juſſit ſeparari, & ejici à fidelium cœtu, 1. Cor. 5. num. 5. *Tradere hujuſmodi Satanæ in interitum carnis.*

46. *Prælatus exploret, & examinet ſuorum mores.* Et Epiſcopus Epheſinus prudentiſſimè ſe habuit in hoc, nam antequam eos non poſſet ſuſtinere, priùs dicitur: *Tentaſti eos, & inveniſti eos mendaces*: hoc eſt, exploraſti, inveſtigaſti eorum doctrinam ac mores, & inveniſti eorum falſitatem. Prælatus, antequam adverſus aliquem procedat, debet exactiſſimè rem inveſtigare, & explorare.

47. Jerem. 6. Quod probat D. Greg. 2. p. Paſt. c. 10. ex Jerem. 6 n. 27. cui ait Deus: *Probatorem dedi te in populo meo robuſtum: & ſcies, & probabis viam eorum. Omnes iſti Principes declinantes, ambulantes fraudulenter, æs & ferrum: univerſi corrupti ſunt. Defecit ſufflatorium, in igne conſumptum eſt plumbum, fruſtra conflavit conflator: malitiæ enim eorum non ſunt conſumptæ. Argentum reprobum vocate eos; quia Dominus projecit illos.* Ubi nos habemus: *Probatorem dedi te*. Syrus. Arabic. Syrus vertit, *ſcrutatorem.* Arabicus; *Feci te, ut ſcruteris & conſideres opera populi mei.* Vatabl. Vatabl.
Excoctorem dedi te. Et ubi nos habemus, *robuſtum*: Aquila vertit: *munitum.* Symmachus, & Aquila. Symmach.
Septuaginta: *Clauſum, & circundatum.* Ac ſi dicat Deus: dedi te, ô Propheta, probatorem, ac ſcrutatorem, ac examinatorem populi, ac morum ejus, tanquam alicujus metalli: & ſic dedi te, tanta conſtantia ac fortitudine, ut ait D. Hieron. inſtar firmiſſimæ rupis, ac propugnaculi, ut nullo affectu, ac reſpectu movearis; D. Hieron.
& dum inquireres, ac inveſtigares mores eorum, qui ſe dicebant aurum & argentum, *inveniſti eos, declinantes, ambulantes fraudulenter, æs & ferrum.* Et propterea ſequitur: *Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus projecit illos,* per ſuum miniſtrum Prophetam. *In examino inveniuntur multi iniqui.*

Pergit Propheta in ſua comparatione maximè exaggerans malitiam populi: *Defecit ſufflatorium, in igne conſumptum eſt plumbum.* Signi- 48. Jerem. 6.
ficatur malitia illius populi, quæ nulla ratione, ac medicamine purgari potuit, ut indicat illud: *Malitiæ, eorum non ſunt conſumptæ.* Unde D. Thomas ad citatum locum ſic ait: *Argentum admiſtum plumbo in fornace ponitur; & ſufflante argentario, fæces conſumuntur, argentum purgatur, & plumbum minuitur. Iſti autem poſiti in fornace tribulationis, conſumptis malis, quaſi plumbo, non ſunt correcti: unde ſubditur, fruſtra conflavit conflator.* Pro hujus loci intelligentia ſupponendum eſt: cum metalla ſunt adulterata alienæ materiæ permiſtione, ſolere eis plumbum admiſceri, ut notant Nicetas in orat. 44. D. Thom.
Nazianz. & B. Cyrill in Zach. 4. n. 10. Theodoret. hîc, & alii, ut in conflatione fæces ſecernantur: plumbum enim metallum purgat, fæces ab eo ſeparans; & ipſum etiam plumbum in conflatorio minuitur, & conſumitur. Unde maximè arguitur malitia hominum populi illius, qui plumbo deteriores inventi ſunt: quia cum ſcirent quod eorum vita ſcrutabatur, & examinabatur, & fortè in aliquibus malitia erat punita, & emendata: ipſi verò noluerunt reſipiſcere, ſed in ſua nequitia obſtinati ſunt, nilque ab ea diminuerunt: *Iſti autem poſiti in fornace tribulationis, conſumptis malis, quaſi plumbo, non ſunt correcti; unde ſubditur, fruſtra conflavit conflator.* Nicetas. D. Cyrill. Theod. *Iniqui obdurati in ſua malitia.*

Cùm ergo Epiſcopus Epheſinus Pſeudo-Apoſtolorum mores, ac doctrinam examinaſſet, eoſque mendaces in omnibus inveniſſet, 49. Richard.
non potuit ſuſtinere malos. Rectè Richard de ſancto Victore: *Sic zelus domus Dei, ait, nos comedat, & in malis pravitatem conſumat. Sic & in nobiſmetipſis ſtudeamus, virtutes exercere: & in aliis curemus vitia debellare: debemus itaque, ſi perfecti eſſe volumus, impugnare ea, quæ contra Deum eſſe cognoſcimus.* Meritò laudatur Epiſcopus Epheſinus, quod malos ſuſtinere non potuit, quod eſt magnæ virtutis argumentum; neque enim bonus perfectè eſt ille, qui malos in ſua malitia æquanimiter ſuſtinet: quiſquis enim malos in ſua malitia patienter ſuſtinet, ipſe malitiæ eorum conſenſum præbet: & ſic evidenter oſtenditur, quòd iſte à culmine perfectionis multum diſtat. *Ex Zelo honoris Dei, non ſuſtinet malos Epiſcopus.*

Meritò ergo zelus domus Dei ſic comederat hunc Epiſcopum, ut prævaricatores ipſius domus Dei non ſuſtineret, ne cum ipſis 50.
domus

domus Dei periclitaretur, oveſque ejus ex eorum conſortio aliquod malum contagioſum paterentur. Poſtquam Parens Elias obtulit illud magnum ſacrificium Deo in monte Carmelo, ſuper quod cecidit ignis de cœlo: tunc præclariſſimus Dei zelator, cujus verbum tanquam favilla ardebat protulit ſententiam contra Prophetas Baal, qui quadringenti & quinquaginta viri erant, dicens populo: *Apprehendite Prophetas Baal, & ne unus quidem effugiat ex eis: quos cùm apprehendiſſent, duxit eos Elias ad torrentem Ciſon, & interfecit eos ibi.* 3. Reg. 18. n. 40 Cur omnes occiduntur gladio, & ne uni quidem indulgentia conceditur, ne vivus ſuperſit; Sic Elias zelo Dei æſtuabat, ac radicitus volebat malum eradicare, ut ne uni quidem vita daretur, ne malum ſerpat, & ipſe alios valeat inficere; & ne ex ipſo uno malum in alios transfundatur. D. Baſilius hom. l. 10. de ira *Juſta*, ait, *ac ſapienti indignatione; in totius Iſraëlis, utilitatem, ut omnes morte afficerentur, affecit.*

3. Reg. 18.

Ne malum ſerpat, radicitùs evellendum.

D. Baſil.

51.

Prælatus ſui damna ſuſtinet; non verò ſui gregis.

Valdè præclarus hic zelus Epiſcopi Epheſini, patiens, & impatiens, ut ſuprà in hac Quæſtione notavi ex Joachimo Abbate; patiens ad ſufferendas injurias, & calumnias contra ſe illatas; impatiens, ut non poſſet ſuſtinere mala gregis ſui; & ideo, qui eum conabantur mendaciis demoliri, ejicit plus dolens ſuorum, quàm ſui damna; & qui æquanimiter ſui injuria patitur, minimè ſuorum calamitates ſuſtinet.

52. Matth. 27.

Cum meus Jeſus penderet in Cruce, ait D. Matth 27. num. 47. *A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram uſque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamavit Jeſus voce magna, dicens: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me?* Qui inter verbera, inter illuſiones, inter clavorum Crucis ac ſpinarum tormenta, tanquam agnus tacuit; quænam res tantum potuit extorquere clamorem? Tunc præmiſſæ fuerunt tenebræ, quæ totam terram Judæam operiebant, ſub quibus totus populus Judæorum interne, & externè involvebatur, ut in errorum tenebris detentus remaneret: inde Jeſus, qui pro ſuis doloribus tam profundè tacuit, pro ſuorum objectis malis, ſic cœpit angi, & affligi: uſque modò tacebat Jeſus; nunc verò gemitus clamor, ac querelæ in ipſo vero Judæorum, ac totius orbis Rege exhibentur, quando ſubditi ſub tenebris, ac cæcitate primi objiciebant. Origenes homil 35 in Matth. *Quandiu fuit*, ait, *ſolis lumen etiam tanta, & talia ſuſtinens, non dicebat: quare me dereliquiſti? Poſtquam autem vidit, ſuper omnem terram Judæam uſque ad horam nonam tenebras factas, dixit magna voce ſua: quare dereliquiſti?*

Chriſtus in ſuis injuriis tacet, pro ſuorum damnis clamat.

Origen.

QUÆSTIO VII.

Laudatur patientia Epiſcopi Epheſini, quod ſuſtinuit, & non defecit, propter nomen Domini?

53.

Dicitur de Epiſcopo Epheſino: *Patientiam habes, & ſuſtinuiſti, propter nomen meum, & non defeciſti.* Tria hîc dicuntur de Epiſcopo Epheſino, quod habens patientiam, ſuſtinuit; & quod non defecit: & hujus cauſa aſſignatur, propter nomen meum.

54.

Bis patientia hujus Epiſcopi commendatur. Nam verſ. 2. dicitur: *Scio opera tua, laborem, ac patientiam tuam.* Et iterum de eo hîc aſſeritur: *Patientiam habes, & ſuſtinuiſti.* Ac ſi hic Epiſcopus totus eſſet circumdatus patientia in ſuis injuriis, ac laboribus; ad patientiamque tanquam ad tutiſſimum azylum confugeret, ut monet D. Nilus in parænesi; *In omnibus, ait, in quibus injuria afficieris, ad patientiam confugito, & ſuper injuriantes nocumentum devolvetur.*

Bis extollitur hujus Epiſcopi patientia.

D. Nilus.

55.

Deinde multiplicatis vicibus hujus Epiſcopi patientia celebratur, ac extollitur: Epiſcopus enim iſte totus incumbebat compoſitioni morum ſui gregis, ac reformationi ſuæ Eccleſiæ, ita ut malos non ſuſtineret, nec permitteret, ſed eos radicitùs evellere conabatur. Meritò ergo ejus patientia tanta repetitione laudatur; qui enim reformationi invigilat, de eaque agit, non una, ſed multa patientia indiget ad ſufferendas adverſitates contra ſe exortas, & excitatas. Ansbertus hîc: *Patientia eſt, quæ cunctas cuſtodit virtutes, cunctoſque tolerat labores.* Vide tom. 2. cap. 11. quæſt. 1. num. 13.

Qui de reformatione agit, multa patientia indiget.

Ansbert.

56.

Perpende connexionem textus; dicitur enim: *Tentaſti eos, qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe & non ſunt: & inveniſti eos mendaces, & patientiam habes.* Quia abſque dubio cùm eos arguiſſet, ac reprehendiſſet ſuæ iniquæ doctrinæ, ac turpiſſimi mendacii; illi Pſeudo-Apoſtoli nequaquam ejus correctionem ferre potuerunt, & inde toto immanitatis impetu eum perſecuti ſunt, & ſic ſolet fieri, cùm obdurati in ſuis malis objurgantur, eorum infeſtationi, ac perſecutioni cum multa patientia præparandus eſt animus, ut hîc notat Richardus de S. Victore: *Dum quilibet electus, ait, reprobis viriliter reſiſtere nititur, ab ipſis reprobis perſecutionem patitur.*

Cum iniqui reprehenduntur; contra eorum perſecutionem armandum.

Richard.

57.

In hoc autem maximè laudandus Epiſcopus Epheſinus, pro quo audiendus eſt D. Primaſius: *Malos, dicitur, ferre non poſſe, ait, ut cognitos non imitaretur: ad hoc autem toleraſſe, ne deſerens ipſe ab unitatis vinculo reddatur alienus, Ille enim reprobus judicatur, qui propter apertos malos, etiam latentes deſerit bonos.* Meritò multis encomiis extollitur hic Epiſcopus, quia licèt malos ſuſtinere non potuerit: eorum tamen preſſuras, ac adverſitates ſuſtinuit, & non defecit, ut gregem ſuum deſereret, nec enim propter malos deſerendi, ac relinquendi ſunt boni.

Propter malos non deſerendi boni.

58. *Prælatus multum longanimis, ut ſuos perducat ad ſalutem.* D. Greg. Naz.

Quintò. In hoc valdè mirabilis hic Præſul Epheſinus, quod non ſolùm patiens laborum fuerit: ſed etiam multùm longanimis in ſuſtinendis injuriis ſibi factis, ut minimè cum illis labefactari potuerit ab expectandis, ac deducendis peccatoribus ad pœnitentiam; quod optimè nobis proponit D. Gregor. Naz. orat. in laudem Heronis: *Quemadmodum*, ait, *arca illa Noë in diluvio viam diluvii non ſenſit: & rubus ille mirabilis, quem Moyſes in monte conſpexit, ita conflagrabat, ut tamen à flammis exhauriri non poſſet; eodem modo nos quoque nec multitudinis imperitæ vitiis inficiamur: quemadmodum nec adamas percutientium ictibus labefactatur; & pro virili noſtra curemus, ut alii per nos meliores efficiantur.*

59. *Bene proficiat, qui bene incepit.*

Sextò. Hic Epiſcopus non ſolùm habuit patientiam, & ſuſtinuit, ſed non defecit, nec retroceſſit ab incepto, ſed multùm in illo progrediendo profecit; qui enim aliquod bonum opus exorſus eſt, caveat ne reſpiciat retro ad antrum, non enim erit aptus regno Dei: Qui ergo aliquod opus cum laude incepit, cum virtutis palma illud perficiat: Ad veram ſanctitatem ſpectat, non ſolùm bene incipere, ſed & perfectè conſummare. Inde rectè dixit Henricus IV. Romanus Imperator Epiſtola ad S. Othonem Bambergenſem Epiſcopum: *Bona incipere ſine fine ſpecioſi corporis inſtar eſt ſine capite.*

Henric. IV.

60. *Perſeverantia germana patientiæ.* D. Bernard.

Septimò. Hic Epiſcopus fortiter perſeveravit, & non defecit in laboribus, ac moleſtiis ſibi illatis à Pſeudo Apoſtolis: ſed unde illi tanta conſtantia? Ex adjuncta nempe patientia. Et ideo ei dicitur: *Patientiam habes, & ſuſtinuiſti, & non defeciſti.* Qui habet patientiam, non deficit in laboribus, ſed conſtans, fortis, ac perſeverans eſt in illis. perſeverantia enim germana ſoror patientiæ eſt, ut teſtatur D. Bernard. Epiſtola 129. *Abſque perſeverantia*, ait, *nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor conſequitur. Vigor virium virtutum conſummatrio eſt: nutrix ad meritum: conſummatrix ad præmium: conſtantiæ filia: amica pacis: amicitiarum nodus, unanimitatis vinculum: ſanctitatis propugnaculum: ſoror patientiæ.*

61. Alb. Magn. Proverb. 18. *Virtute nominis Ieſu adverſa ſuſtinentur.*

Octavò Profunde nota, quod dicitur: *Suſtinuiſti propter nomen meum, & non defeciſti*; ubi optimè Albertus Magnus ſic ait: *Propter nomen meum effectivè; hoc eſt, quia virtus nominis mei te juvat, nec poſſes aliter ſuſtinere.* Prov. 18. n. 10. *Turris fortiſſima nomen Domini: ad ipſum currit juſtus, & exaltabitur.* Multæ perſecutionum, ac diverſitatum tempeſtates exortæ fuerunt contra hunc Epiſcopum Epheſinum, & tamen tanquam murus fortis, ipſe ſuſtinuit, & non defecit: unde illi tanta virtus; Ab ipſo nomine Domini, quo erat munitus, à quo tanta virtus illi manavit, ut tot ac tanta generosè ſuſtineret.

62. Iſai. 26. Procop. *Ieſus urbs fortitudinis.*

Ait Iſaias 26 numer. 1. *Vrbs fortitudinis noſtræ Sion Salvator, ponetur in ea murus; & antemurale.* Procopius ex Hebræo legit, *Vrbs fortitudinis noſtræ*, Jeſus in hoc ſalutifero nomine firmantur adverſus omnes hoſtiles inſidias; & in hoc ſacratiſſimo nomine nobis ponitur murus, & antemurale contra omnia tela nequiſſimi, ut fortiſſimè contra illa prævaleamus.

Moyſes eligit Joſuè in ducem populi, qui unus de minoribus ducibus erat; de quo ait Philo lib. 1. de Moyſis vita: *Imperatorem his Ieſum præficiens unum ex minoribus ducibus, ipſe properavit.* Et de hac electione agens Scriptura ait Num. 13. num. 17. *Vocavit Moyſes Oſee filium Nun, Ioſue.* Vocavit eum Joſuè, ſive Jeſum cum ipſe ad prælium contra Amalechitas deſignaretur, ut tenent Origen. hom. 11. in Exod. D. Auguſt. ſerm. 93. de Templ. Theodoret. quæſt 34. Oleaſter, quos refert, & ſequitur Serarius lib. 1. Joſue cap. 2. quæſt 6. Sed cur ſapientiſſimus Moyſes, cum eum elegit ex minoribus ducibus, & ad tantum prælium deſtinat; ejus nomen mutat, & Ioſue vocat, cur non retinetur antiquum nomen? Prudentiſſimè quidem Moyſes, ut eum ex minoribus ducibus faceret maximum Imperatorem, ac victorem præſtantiſſimum contra hoſtiles exercitus Regis Amalechitæ, eum ſub umbra nominis Ieſus armavit, ut tanto ſcuto ac protectione munitus, omnium ſupremus dux conſtitueretur; omniumque glorioſus victor, ac triumphator fieret; ubi eſt umbra nominis Ieſus, ibi tutiſſimum umbraculum contra hoſtes, victoria certa; & triumphus magnificus obtentus. 63.

Philo. Num. 13. Orige 11. D. Auguſt. Theodor. Oleaſter. Serarius. *Vmbra nominis Ieſus, victoria, & triumphus.*

A nomine divino magna fortitudo, ac virtus dimanat, adversùs incurrentia mala. Dixerat Petrus Matth 16 n. 16 *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi.* Et ſtatim audit ab ore Domini: *Tu es Petrus; & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; & portæ inferi non prævalebunt adversùs eam.* Unde Petro petræ ſtabilitas, ac fortitudo data eſt, quæ adversùs inferni poteſtates prævaleret? Ipſe primus fuit, qui nomen Chriſti, Filii Dei vivi in mundo inclamavit; & cum ab ore ejus tantum nomen prodierit, ſic ipſo nomine firmatur, ac roboratur, ut omnem contrariam vim irrideat, à nuncupatione novi nominis Chriſti Filii Dei vivi, illud petræ robur natum eſt in Petro, ut Eccleſiam fortiſſimè firmaret, & omni tartareæ poteſtati prævaleret. D. Hilar. Cantic. 16. *Dignus Petrus judicatus, ait, qui quod in Chriſto Dei eſſet, primus cognoſceret. O in nuncupatione novi nominis fœlix Eccleſiæ fundamentum, dignaque ædificatione illius petra, quæ infernas leges, & tartari portas, & omnia mortis clauſtra diſſolveret?* Perpende illud: *In nuncupatione novi nominis.* 64.

Matth 19. *A nomine divino robur contra omnes poteſtates.* D. Hilar.

Apoc. 2. n. 4. Sed habeo adversùm te, quòd charitatem tuam primam reliquiſti.

VERSIONES.

Multi Cod. Habeo adversùm te pauca

Arabicus. Verùm ſuccenſeo tibi, quod dimiſiſti abs te, & deſeruiſti charitatem primam.

Syrus. Sed eu mihi contra te, propter illud primum, quod reliquiſti.

S. Victor

S. *Victor.* Amorem tuum priſtinum deſeruiſti.

Arias. Quod charitatem illam primam reliquiſti.

EXPOSITIO III.

65. Richard. Dionyſ. SED *habeo adverſùm te.* Superiùs tot ejus laudes præmiſit ut nunc ſuaviùs, ac faciliùs accipiat reprehenſionem, ut notant Richardus de S. Victore, Dionyſius Carthuſianus, ut jam dixi, & iterùm dicam; & cùm ait: *Habeo adverſùm te.* Aliqua culpa denotatur in hoc Epiſcopo, ſicut etiam colligitur ex illo, quod dicitur ſequenti verſ. *Pœnitentiam age.* Pœnitentia de homine ſine culpa non dicitur.

Aliqua culpa ſupponitur

66. *Quod charitatem tuam primam reliquiſti.* Ecce defectus notatus in hoc Epiſcopo circa charitatem. Ambroſius Haymo inclinat Joannes de la Haye, de culpa mortali interpretantur: tenent enim, hunc Epiſcopum perdidiſſe charitatem. Contraria ſententia eſt communis, & verior, quam tenent Pererius, Viegas, Ribeira, & Cornelius, Gagnæus, Tirinus, Eſthius, Menochius, non de culpa mortali ſed veniali exponunt: non enim arguitur Epiſcopus, quod perdiderit charitatem, ſed quod reliquerit primam charitatem, illius nempe fervorem, & vehementiam: nam ſenectute, ac diuturnitate, & aſſiduitate laborum fractus, aliquid de prima illa contentione remiſerat. Deinde quod non de amiſſione charitatis, ſed de diminutione intelligendum ſit, ſuadent verba antecedentia, quæ magnam laudem continent: quod laboret, & patientiam habeat, & non defecerit. Deinde de Timotheo viro ſanctiſſimo non eſt præſumendum, quod charitatem perdiderit.

D. Ambr. Haymo. Perer. Viegas. Ribeira. Corn. Gagnæus. Tirinus. Eſthius. Menoch.

Culpa venialis.

67. *Reſponſio ad objecta.* Nec fundamentum contrariorum obſtat; *Age Pœnitentiam, quin movebo Candelabrum tuum de loco ſuo.* Quod videtur denotare culpam mortalem; ſed hoc nihil probat: *movebo Candelabrum tuum de loco ſuo*: Auferam Eccleſiam tuam à te, ut ſuo loco explicabo, & ad plurimum ex illis probatur, quod peccatum veniale, & frequens inducit ad mortale.

QUÆSTIO VIII.

Quænam fuerit hæc remiſſio charitatis in hoc Epiſcopo Epheſino?

68. *Germana ratio.* CONveniunt omnes Doctores, quos proximè in Expoſitione citavi procul à veniali hujus Epiſcopi, quod ipſe non arguitur de charitate deperdita, ſed de remiſſione, tepore, ac frigiditate illius: quia nempe aliquem gradum de ejus intenſione deperdidit. Nam hic Præſul erat S. Timotheus, qui per 40. annos fuerat creatus Epiſcopus Epheſi; nam ipſe electus eſt Epiſcopus anno Chriſti 57. & modò agebatur annus Chriſti 97. ut dixi hoc cap. quæſt. 2. proindeque multa ſua ætate, ac diuturnitate temporis, aſſiduitate laborum, ac pertinaci multorum machinatione adversùs eum fractus eſt: & deinde remiſſus à ſuo illo primo fervore, ac ardore charitatis, in bonis operibus exhibendis, eam in prædicatione Evangelii, converſione gentium, ac vehementi obſiſtentia cultoribus Dianæ Epheſinæ, quàm etiam in adjuvamine oppreſſorum, ac pauperum. In hac ſententia eſt Richardus, qui ait: Richard. *In gratia minùs ſecurè vixerat, & quædam negligenter egerat: & ideo de culmine ſuæ perfectionis deciderat.* Et inde meritò hic rigidè arguitur, quamvis defectus eſſet venialis, quia in viris perfectis deficere ab eo quod erant, valde vituperabile eſt, ut ait D. Anſelmus lib. 2. Epiſtolâ 37. *Nullus gradum bonæ vitæ, quem jam conſcendit, cuſtodire ſufficit, qui ſemper ad altiorem proficere non appetit: ſemper igitur neceſſe eſt, ut nitatur ad profectum, qui ſemper vult vitare defectum.*

Qui in via ſalutis non progreditur, periclitatur D. Anſelm.

Secundò Richardus Victorin. *Reliquiſti*, ait, *primam charitatem, quam habuiſti prædicando, videns, quod non profueris.* Meritò reprehenditur hìc Præſul Epheſinus, quia à verbo Dei annuntiando ceſſaverat, & quamvis impii audire nollent, ipſe inſiſtere tenebatur, & ideo Concil. Trident. ſed cap. 2. ſtatuit, omnes Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, & omnes alios Eccleſiarum Prælatos teneri, per ſe ipſos, ſi legitimè impediti non fuerint, ad prædicandum Sanctum Jeſu Chriſti Evangelium. 69. Rich. Vict.

Prælatus inſiſtat in prædicando verbum Dei. Conc. Trid.

Tertiò. Andreas Cæſarienſ. *Reprehenditur hic Epiſcopus, ait, quod primam dilectionem, ſolitamque erga egenos beneficentiam, remiſſius, quàm par erat, exerceret: id vitio vertit.* Idem habet Aretas: exiſtimant hi Auctores, in eo ſugillari hunc Epiſcopum, quia eleemoſynas minuiſſet: & parùm jam cum pauperibus, & indigentibus de ſuis facultatibus inſumeret. Et meritò ſanè inde objurgatur, quia ut ait D. Greg. Nazianz. orat. 16. quæ eſt de pauperum amore: *Si ex Pauli, inquit, atque etiam ipſius Chriſti ſententia, & auctoritate, charitas legis, & præceptorum caput eſt, hujus præcipuam partem in eo ſitam eſſe comperio, ut pauperes amore, & benevolentia complectantur; atque eorum qui nobis cognatione conjuncti ſunt, calamitatibus doleamus, & moveamur.* Et maxime hanc pietatem in pauperes exaltans, ait: *Cura, ut proximo tuo idcirco præſtantior ſis, quàm benignior, fac calamitoſo ſis Deus, Dei miſericordiam imitando: nihil enim tam divinum homo habet, quàm de aliis bene miſereri.* 70. Andr. Cæſ. Aretas.

Prælatus ſubveniat pauperibus. D. Nazianz.

Quartò. Albertus Magn. *Primam reliquiſti, ait, id eſt, tui ſubditi, quam priùs habuerunt, charitatem reliquerunt per tuam negligentiam: unde propter peccata ſubditorum punitur frequenter Prælatus. Eli Sacerdos bonus: & tandem damnatus, quia filios corrigere noluit.* Primaſius, Beda, D. Bernard. & alii tenent, quod iſte Epiſcopus Epheſinus non reliquit charitatem in ſua ipſius perſona, ſed in ſubditis: & hoc non omnes, ſed aliqui, ſed ſi hi deliquerunt, reprehendantur; cur ergo Epiſcopus? Quia peccata ſubditorum in Antiſtitem refunduntur de illis enim ipſe redditurus eſt rationem: & ideo tenetur eos dirigere, ac vivificare in bonum. Cardinal Hugo: *Charitatem dico tuam reliquiſti: quaſi diceret, quia tui ſubditi non ſunt ita ferventes, & charitativi, ſicut priùs fuerunt: nec ſine cauſa peccata, vel negligentiæ populi imputantur* 71. Alb. Magn. Primaſ. Beda De Bern.

Delicta ſubditorum in Prælatum refunduntur. Hugo.

72. *putantur Prælato, quia eos debet animare, & vivificare in bono.*

Quintò, D. Bernadin. *Multi in initio ferventes ſunt, ſed proceſſu temporis tepeſcunt, unde propter iſtum torporem, dicitur ei, Dimiſiſti charitatem tuam, quia in gratia accepta vixerat minùs ſeverè.* Conrigit in hoc Epiſcopo id, quod frequenter accidit, cùm hæc ſit infirmitas humana, ut qui magno ſpiritu cœperunt ſervire Deo, ſenſum de ejus contentione remittant, ac langueſcant. Hæc eſt enim Dæmonis aſtutia, ut eos, qui in alto virtutis cacumine ſunt conſtituti, non ſtatim ad turpiſſima vitia impellat: ſed paulatim à ſua altitudine machinetur dejicere; ut ex virtute veniat ad quandam animi recreationem: deinde ad quid veniale; tandem ad magnum peccatum, & nefas: hinc Dæmon, poſtquam Dominus jejunaſſet in deſerto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ac eſuriret, accedens ait illi: *Dic, ut lapides iſti panes fiant.* Matt. 4. n. 3. Si Dominus ex lapidibus faceret panes, nullum in hoc apparet crimen; in quo ergo eſt tentatio? Vide Dæmonis aſtutiam: ſuggerit materiam ad unam cupiditatem, pro certo ſtatuens quòd ſi uni cupiditati indulgeret, ſe nulli aliæ negaturum: & inde ad alia vitia induci poſſet, ſi ſenſim à ſuo jejunio laberetur.

A virtutis cacumine ſenſim Dæmon vult depellere.

Matth. 4.

73. Facta eſt viſio Nabuchodonoſori in qua ſtatua una grandis ob oculos ponebatur. *Hujus ſtatuæ caput ex auro optimo erat.* Daniel. 2. n. 32. & poſt argenteum pectus, & venter æneus, & crura ferrea: & ſubdit text. *Pedum quadam pars erat ferrea, quædam fictilis.* Conſide a Dæmonis ſtatuam; caput aureum; pectus argenteum, venter æneus: non enim ex illa ſumma pretioſitate capitis aurei, factus erat fictile venter ferreus: ſed ſenſim ex illa alta excellentia auri deſcendebat ad argentum, ad quid æneum, ferreum, & luteum: & ſic qui in auro incœperant ſenſim ad lutum, & fictile deducit Dæmon. Richard. Victorinus apud Tilman 2. Daniel. O *quantum eſt,* ait, *inter teſtam, & aurum: inter ſtatuæ principium, & finem! Incipit ex auro, deſinit in teſtam. Nemo namque repentè fit turpiſſimus: ſed minima negligens, paulatim defluit. O confuſibiles operarios, qui initio converſionis ſuæ, opus ſuum inchoant ex auro, & tandem luto conſummant! Vide, quomodo ſermo divinus arguat illum, qui opus aureum in argenteum commutarat: Habeo adverſum te pauca, quod primam charitatem reliquiſti.* Perpende illud: *Incipit ex auro, deſinit in teſtam.*

Daniel. 2.

Richard.

Multi in virtute incipiunt in auro, deſinunt in luto.

74. Quod ipſe Richardus idem confirmat lib. 1. de eruditione interioris hominis cap. 23. Mons cadens paulatim defluit & terra alluvione conſumitur: ſiquidem qui hujuſmodi ſunt, paulatim incipiunt *à Priſtino deſiderio tepeſcere, & à poriori fervore magis deficere.* Quæ verba maximè ſint infixa in noſtris mentibus: ut nos, qui aureo exordio, ac fervore incepimus in Religione, non luteo, ac ſtolido fine terminemus.

Richard.

Mons magnus paulatim cadit.

Quæstio IX.

Quare huic Epiſcopo Epheſino, non dicitur, ut aliis. Habeo adverſus te pauca?

Quanquam aliqua Græca exemplaria ſic 75.
legant: *Habeo adverſus te pauca, quòd charitatem primum reliquiſti.* Tamen in noſtra vulgata correcta, ac emendata, non habetur illud *pauca:* ſed ſolùm, *habeo adverſùs te, quod charitatem primam reliquiſti.* Cur non ponitur illud *pauca* ſicut dicitur aliquibus aliis Epiſcopis? Angelo Pergami ſcribitur: *Habeo adverſus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, &c.* hoc cap. 2. n. 14. & Angelo Thyatiræ: *Habeo adverſùs te pauca, quia permittis mulierem Iezabel, &c.* n. 20. cur ergo referens Chriſtus aliorum crimina, dicit *pauca, habeo adverſùs te pauca,* adverſus autem Angelum Epheſinum, non dicit *pauca,* ſed ſolum *habeo adverſùs te,* Cur non ponit *pauca.*

Difficultas quæſtionis.

Solutionem colligo ex Andrea Cæſarienſi 76.
ſuperiori quæſt. dato: *Reprehendit hunc Epiſcopum,* ait: *quod primam dilectionem, ſolitamque erga egenos beneficentiam remiſſiùs; quàm par erat, exoneret, id vitio vertit.* Defectus hujus Epiſcopi erat in charitate, in qua fundatur omnes virtute: culpaque illi objiciebatur, quod à ſolita beneficentia in pauperes recederet: dico adverſùs illum, non ait Jeſus, quod habet pauca, pro noſtro magno documento, quod adverſùs eum, qui claudit viſcera ſua pauperibus, ne eis ſuas eleemoſynas faciat, non pauca, ſed multa, & gravia habet Deus. Mandabatur Deut. 16 n. 17. quod homo *non apparebit ante Dominum vacuus,* Quod ponderans D. Chryſoſtom, hom. 2. in Epiſt. 2. ad Timot. ait: *Idicirco pauperes ante fores adſtant, ut nemo vacuus ingrediatur: ut miſericordia comite, ſecurus introeat.* Nota, quod cum miſericordia coram Domino ingreditur, ſecurus intrat: ſine illa cum tanto diſcrimine, ut horrenda, & rigida accipiat.

Andr. Cæſ.

Deus multa habet adverſùs negantes eleemoſynas pauperibus.

D. Chryſ.

Cùm Deus vellet liberare Iſraëlitas captivos 77.
à Perſarum jugo, Angelus Perſarum cuſtos pro ſuis alumnis validè contendebat? dicitur enim Daniel. 10. num. 12. *Noli metuere Daniël, quia ex die primo, quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum, ut te affligeres in conſpectu Dei tui, exaudita ſunt verba tua: & ego veni propter ſermones tuos. Princeps autem regni Perſarum reſtitit mihi viginti, & uno diebus.* Hic Princeps Perſarum, erat eorum bonus Angelus cuſtos, ut tenent Theodoretus ibi. D. Gregor. 17. Moral. cap. 8. D. Thom 1. p. q. 113. art. & communiter Doctores: ex quo grandis quæſtio inſurgit, quam alibi ad alium ſcopum tractavi. Cur hic Angelus ſic pro ſuis Perſianis decertabat, ut ſub eorum jure Iſraëlitæ tenerentur: non ſic legitur de Angelo Ægyptiorum, cum ab eorum poteſtate Iſraëlitæ eſſent eximendi. De fide eſt, quod Ægyptii ſuos habebant Angelos patronos: nullus tamen Angelus pro ſuis alumnis Ægyptiis decertat, nec eorum plagas avertit? ſed

Daniel. 10.

Theodor.

D. Greg.

D. Thom.

ſed omnes ſub maris undis ſubmerguntur. Cur ergo contra Iſraëlem habent Perſæ patronum Angelum, at verò Ægypti deſtituti ab omni patrono miſerrimè pereunt; Perſæ tenuerunt Iſraëlitas, ut peregrinos, ac advenas à ſuis bonis ſpoliatos, multa tamen benignitate, ac pietate, ita ut ſtarent in conſpectu regis; & eis de regali menſa per ſingulos dies annona provi-
Dan. 1. deretur. Daniel. 1. 5. At verò Ægyptii receperunt Iſraëlitas fameſcentes, tanquam peregrinos, & advenas, quo multa tyrannide, ac acerbitate perſequebantur, ita ut Ægyptii nec eis
Exod. 5. paleas darent. Exod. 5. n. 7. & 10. Inde ergo Perſæ, qui advenas & peregrinos ab omnibus deſtitutos, benignè excipiunt, & tenent, benignum patrocinium Angelorum erga ſe experiuntur. At Ægyptii duri, & valde acerbi in fameſcentes ac pauperrimos hoſpites, durum, ac horribile ſubeunt judicium divinum, ut duriſſimis plagis, & numquam ſimiliter in orbe auditis, premantur; ac tandem ab omnibus bonis expoliati, ac miſerrimè in medio aquarum ſuffocati, tanquam plumbum, ad ima maris deſcendant. D. Athanas. in Synopſi lib 2, ait: *Pro morte verò Ægyptiorum in mari rubro, fuit ira Dei abſque miſericordia, & iter populi inſolens, quod propter inhumanitatē erga advenas, mala iſta paſſi ſunt Ægyptii.*

Benigni in pauperes, benignum habent judiciū, duri verò durum, & horribile.

D. Athan.

78. In extremo judicio impios condemnabit Chriſtus dicens *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum.* Matth. 25. n. 41. D Auguſtinus: *Hujus autem tanti ſupplicii, ait, quæris cauſam? Eſurivi, inquit, & non dediſtis mihi manducare? Ecce pro eſca temporali, non ablata, ſed non data, æternum & horrendum ſupplicium comminatur.* Multa alia crimina, homicidia, furta, ſacrilegia habebunt damnati nullum aliud crimen eis objicitur ad comminationem horrendi ſupplicii, niſi duritiès in pauperes, ac eis negata eleemoſyna: *Æternum, & horrendum ſupplicium comminatur.* Ac ſi hoc crimen maximè divinam iram ſollicitet.

Matth. 25. D. Auguſt.

Pro negata eſca horrendum ſupplicium.

Apoc. 2. *n.* 5. Memor eſto itaque unde excideris, & age pœnitentiam; & prima opera fac: ſin autem venio tibi, & movebo Candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris.

Num. 6. Sed hoc habes, quia odiſti facta Nicolaïtarum, quæ & ego odi.

VERSIONES

S. *Victor. n.* 5. Memento itaque.

Arabic. Recordare, quo ex loco excideris, téque pœniteat; & exerce opera priora, nempe charitatem; alioquin veniam ad te confeſtim, & amovebo de loco ſuo Candelabrum tuum, niſi te pœniteat.

S. *Cyprianus.* Propria opera fac, ſi quominus veniam

Arias. Sin autem venio tibi citò.

Prim. Pagn. Sin autem veniam tibi citò.

Syrus. Sin minùs moveo Candelabrum tuum.

Oecum Movebo, niſi reſipueris.

Vatabl. Niſi reſipueritis.

Pagnin. 6. Sed hoc habes, quia odio habes facta Nicolaïtarum, quæ & ego odio habeo.

Arabicus. Bene quidem feciſti, illud poſſidendo, quod odiſti facta procacia Nicolaïtarum.

Primaſ. Sed hoc habes bonum S. *Epiphan.*

Tertullian. adverſ. Hæreticos cap. 46, doctrinam Nicolaïtarum, quam & ego odi.

EXPOSITIO VI.

MEMOR eſto itaque. Tria hîc proponuntur neceſſaria ad perfectam cognitionem peccati. *Memor eſto, unde excederis*: peccati retractatio. *Age pœnitentiam*: Bonæ vitæ inſtauratio. *Prima opera fac ſcilicet charitas.* Dicitur ergo huic Epiſcopo: *Memor eſto itaque unde excideris.* In memoriam revoca tuum priſtinum ſtatum, & à quanto culmine charitatis deſcendiſti: & *age pœnitentiam* exhibe dignos fructus pœnitentiæ in remedium ſatisfactionis: *Et prima opera fac*: fortiter inſiſte, ut antea, in verbo Dei prædicando: ac in ſubveniendis pauperibus, ut antea faciebas; & generoſè quoſcumque labores pro nomine meo patienter ſuſtine. 79.

Sin autem venio tibi. Alii Codices habent, *citò confeſtim*, ad ſui punitionem. Et utitur verbo præſenti ad certitudinem, ac infallibilitatem punitionis demonſtrandam, quaſi jam fiat contra hunc Epiſcopum, quod mox futurum eſt. *Et movebo Candelabrum tuum de loco ſuo.* Difficilis locus, & variè exponitur. Tunc Candelabrum movetur de loco ſuo: quando de primo loco, in quo erat, ponitur in ſecundo, tertio, vel ultimo. Senſus ergo eſt: Te, tuamque Eccleſiam Epheſinam quæ inter Eccleſias Aſiæ eſt primas, ac Metropolis, ut dixi quæſt. 1. ob tua tamē demerita amovebo à ſuo loco, à ſua dignitate, ac primatu. Sicut & Magiſter optimum ſcholaſticum conſtituit in primo loco: ſi tamen à ſua diligentia cadit, admovet ad tertium, & quartum: ſic & faciam cum tua Eccleſia, niſi & tu pœnitentiam egeris. 80.

Alii Codices.

Quid ſit moveri Candelabrum.

Odiſti facta Nicolaitarum. quorum hæreſis erat, licere fornicari, & promiſcuè abuti fœminis; etiam conjugatis: Dicti ſunt autem 81.

Secta Nicolaitarum.

Nicolaïtæ ab ejus Sectæ auctore Nicolao, quē aliqui volunt fuiſſe unum ex ſeptem Diaconis inſtitutis ab Apoſtolis. Actor.6.n. 5. Et prædicto Nicolao hanc hæreſim affingunt Irenæus, Tertullianus, Hilar. Hieron. Epiphan. Philastrius, & alii, quos citat Baron. ann. Chriſti 68. Nicolaum tamen excuſant Clemens Alexandr. lib.3. ſtromat. D. Auguſt. hæreſ.5. qui æmulis ejus Gnoſticis, Nicolai dicta ſiniſtrè exponentibus, & falsè nomen ejus Sectæ prætexentibus, adſcribunt.

Actor 6. D. Irenæus Tertull. Hilar. Hier. Epiph. Baron. D. Auguſt.

Quæstio X.

Quare huic Epiſcopo Epheſino maximè recommendatur, ut de ſua celſitudine, à qua exciderat, recordetur?

82. Anſbertus. Reſpondet primò Anſbertus: *Redeat ad mentem, ait, celſitudo dignitatis tuæ, quando mihi, dilectione conjuncta, ſanctitatis decore fulgebas, virtutumque prole fœcundabaris. At quia rejecto amoris mei fœdere, ſubintroductum hujus ſæculi amorem, tanquam adulterinum ſuſcepiſti, decorem ſanctitatis, prolemque virtutum amittens, germina vitiorum, quaſi vile mancipium parere cœpiſti.* Maximè homo memoria repetat, quæ per peccatum amittuntur, nempe gratia Dei, ac illius amicitia, filiorum adoptio, ac hæreditas ad æternam beatitudinem, cum decore omnium virtutum: & ideo huic Epiſcopo inſcribitur, *Hæc dicit, qui habet ſeptem ſtellas in dextera ſua.* Conſideret ipſe, quod erat ſtella, & prima ſtella fulgentiſſima in dextera Dei, à quo tanto culmine ipſe exciderat.

Memoria antiquæ dignitatis movet animum.

83. Nam memoria deperditi boni, vehementer acuit illius deſiderium, & generat faſtidium, & dolorem præſentis mali. Dicebat Iob.29.n.2. *Quis mihi tribuat, ut ſim juxta menſes priſtinos?* tantis malis circundatus, oculos cum ingenti dolore, ac deſiderio conjicit in priſtina ſua bona: tunc magnoperè exoptabat; quæ Iobi lamentatio optimè inſervire poteſt cuilibet peccatori, ut reſipiſcat. D. Ambroſ. lib.2. de pœnit. cap. 11 *Nihil eſt*, ait, *quod tam ſummo dolori ſit, quàm ſi unuſquiſque poſitus ſub captivitate peccati, recordetur, unde lapſus ſit, atque unde deciderit; & quod ad corporalia, atque terrena, ab illa ſpecioſa, & pulchra Divinæ cognitionis intentione deflexerit.*

Job. 29. *Poſitus in malis vehementer appetit antiqua bona.* D. Ambr.

84. D. Paſchaſ. Secundò D. Paſchal. lib. 2. in Matth. *Omnis*, ait, *qui manet in morte, neſcit quò eat, quia tenebræ obcæcarunt oculos ejus.* Cur dicitur huic Epiſcopo, quod memor ſit; *unde exciderit*: nonne ipſe lapſum ſuum videre poterat, & à quanto culmine ceciderit, & in quantam miſeriam præceps rueret; Cur ergo ei conſulitur, ut oculos conjiciat ad celſitudinem, à qua lapſus eſt, & in quam miſeriam pergat? Sic peccatum cæcitatem, ac tenebras in mentem infundit, ut homo non valeat ſuum deploratum ſtatum videre, D. Ambroſ. lib. de fuga ſæculi. cap. 5. explicans illa verba Regii Vatis Pſ.39. num.13: *Cōprehenderunt me iniquitates, & non potui, ut viderem*: Sic ait Sanctus Doctor. *Fumo iniquitatis, oculus animæ cæcatur ne videat, quæ ſunt lucida; ſic Laban bona Iacob videre non potuit, & princeps hujus mundi gloriam Chriſti; ſummus iniquitas eſt, quia ſicut fumus oculis, ſic iniquitas mentibus eâ.*

Peccatum, ut tenebræ, mentem excæcat D. Ambroſ. Pſalm. 39.

85. Joan. 3. Ait Chriſtus D. Ioan.3.n.19. *Dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem.* Interlineal. *Dilexerunt homines magis peccata.* Nam idem eſt peccatum, ac tenebræ, & cæcitas. Sic de peccantibus, ac iniquis filiis Heli dicitur 1. Reg.2.n. 12. *Porrò filii Heli, filii Belial.* Leo à Caſtro in ſua Apoolg. lib.6. cap.243. ex radice Hebraïca legit, *filii ſine luce*, ſeu juxta aliam ſectionem: *Filii tenebroſi?* quod maximè convenit peccatoribus, quibus, tanquam tenebroſis, opponit Chriſtus D. *Filios lucis* Luc.16. n.8. hoc eſt, juſtos: de quibus Paul.1.Theſ.5: n.5. *Omnes vos, ait, filii lucis eſtis, & diei; non ſumus noctis, neque tenebrarum.* Quod competit Diabolo, qui à D. Paulo Epheſ.6.num.12. vocatur, *Rector tenebrarum harum.* Unde à D. Gregor. Nazianz. oration.38. dicitur: *Propter ſplendorem Lucifer, propter ſuperbiam caligo.* Et à D. Bernard. ſerm. de ſancto Benedicto: *Non tam Lucifer, ſed tenebrifer.* Et de gradibus humilitatis, in primo ſuperbiæ gradu: *O Lucifer*, inquit, *imo non jam Lucifer, ſed noctifer, aut etiam mortifer.*

1. Reg. 2. Leo à Caſt. Luc. 16. *Diabolus tenebrarum princeps.* Epheſ. 6. D. Gregor. Nazianz. D. Bern.

Quæstio XI.

Quare adjungitur in dictis Epiſcopo Epheſino, ut pœnitentiam agat?

Dicitur ei: *Memor eſto, unde excideris, & age pœnitentiam.* Poſtquam ei dictum eſt, ut recordetur de faſtigio, à quo cecidit: ſtatim exhortatur: *Age pœnitentiam.* Lyran. *Memor eſto, ait, à quanto gradu charitatis excideris, & de omiſſione tanti boni age pœnitentiam.* Fervorem, ac ardorem primæ charitatis deſeruit Epiſcopus, cùm ceſſaverit, vel à prædicatione verbi Dei, vel ab eleemoſyna ſolita pauperibus diſtribuenda; ideo ei intimatur, ut dignos pœnitentiæ fructus faciendo, ſuum ardorem, ac zelum recuperet, aliter Dominus ei minatur: *Movebo Candelabrum tuum de loco ſuo.* 86.

Lyran. *Per pœnitentiam locus deperditus recuperandus.*

Secundò Albert. Magn. *Dicit, Age, non tantùm propone; non tantùm ſuſcipe; non tantùm promitte; ſed age. Quia Matth. 4. dicitur: Agite fructus dignos pœnitentiæ.* Non dicit, fac propoſitum pœnitentiæ: promitte emendationem: pollicere contritionem; ſed apertè ait: *pœnitentiam age*; quia reſipiſcientia à peccatis, ac pœnitentia, non tantùm proponenda, ac in intentione habenda, ſed in effectu agenda, ac opere implenda. 87.

Albert. *Pœnitentia non promittenda, ſed augenda.*

Tertiò Victor. Antioch. in cap.14. Marci, ad illa verba. *Gallus ter cantavit: Porrò, ait, per ſanctorum lapſus, quos divinæ ſcripturæ ob oculos ponunt, admonemur, ut fortè quid ſimile paſſi, ſeduli pœnitentiæ illorum imitatores ſimus: ſiquidem clemens Deus unicum ſalutis remedium poſt caſum, pœnitentiam nobis reliquit, omnibuſque peccatoribus clementer propoſuit,* Hic Epiſcopus Epheſinus, vel erat S. Timotheuſe 88.

Sanctorum lapſus proponuntur, ut eorum pœnitentiam imitemur.

theus B.Pauli diſcipulus, vel S.Oneſimus Martyrii laurea decoratus: cur ergo peccatum ſilentio non involvitur, cùm Prælatorum peccata non ſint evulganda. Illud tamen hujus Epheſini commemoratur, ut ejus pœnitentiam ſequi debeamus.

89. Quartò. Quare huic Epheſino ſtatim objicit illi Deus ſuam frigidam, ac remiſſam charitatem? cur non immoratur, ut poſt multos dies, ac temporis decurſus ipſe in ſe redeat, ac ad pœnitentiam deveniat? Meritò tamen Chriſtus huic Epiſcopo, ſtatim ut lapſus eſt emendationem conſulit: peccata, quæcumque ſint, etiam modica, nequaquam conſeneſcere debent: tenera enim facilius curantur: ſi enim in mente diu perſiſtant, tanquam fixa; ac veluti immobilia redduntur, ut expelli nequeant. Magnus Bacharius Epiſtola ad Ianuarium: *Aſpice*, ait, *quod nuſquam in ſacrificiis pecora ſenio confecta jugulantur, ſed utique aut agnus, aut vitulus, aut hircus, aut hœdus immolatur, ideſt, tenera adhuc, & parva, vel modica peccata.* Hæc animalia, utpote tenera, ac recenter nata, facillime jugulabantur: ſic & peccata tenera, ac recenter nata, facillime amputantur.

Peccatum recens facilius emendatur.

Bachar.

90. Geneſ. 3. Poſtquam primi parentes lapſi ſunt in peccatum, ait textus Gen. c.3. n. 8. *Et cùm audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem.* Ex Græco legitur *ad veſperam*. Pulchre D.Ambroſ. in Pſalm 89. *Audierunt vocem Dei*, ait, *ambulantis ad veſperam in paradiſo. Simul cognoſce myſterium: manè erraſti? veſpere liberaberis.* O quanta Dei pietas in hoc elucet! manè peccavit homo; cur non permiſit Deus illum in eo per octave, ac diu iùs immorari, nec una integra die peccato ſuo adhærere? nam ſi peccatum in homine radices mitteret valdè difficilis eſſet regreſſus, medicinaque parata; quantò enim peccatum immoratur, tantò difficiliùs expellitur. O quanta felicitas peccatoris, ſi ſol non occidat ſuper ejus peccata!

D. Ambr.

Magna Dei pietas, quod peccatum non ſeneſcat.

91. Ierem. 31. Ait Jeremias cap.31. num.2. *Hæc dicit Dominus: Invenit gratiam in deſerto populus, qui remanſerat à gladio: vadat ad requiem ſuam Iſrael.* Quæ verba ſic transferunt Septuaginta: *Sic dicit Dominus: Inveni calidum in deſerto, cum his, qui perierant gladio Ie, & nolite interficere Iſrael.* Nota, quod ubi noſtra Vulgata habet: *Invenit gratiam*, Septuaginta legunt: *Inveni calidum inter interfectos*. Quod veriſſimum eſt, & maximè conſonat noſtro inſtituto: qui enim in peccatis lethalibus nondum refrixit, nec inveteravit, ſed quaſi adhuc recens mortuus, & adhuc calidus in peccato ſuo, tunc cecidit, & tunc facilè ſurgit: ad gratiam redit, & á morte liberatur.

Septuag.

A peccatis novis facilè liberatur homo.

Quæstio XII.

Quare Epiſcopus Epheſinus, ac alii Angeli vocantur, cùm eis commendetur pœnitentia, quæ peccatum ſupponit?

IN præſenti cap. 2. num.1. ait Chriſtus ad Joan. *Angelo Epheſi Eccleſiæ ſcribe.* Et ſtatim hoc num. 5. ipſi Epiſcopo dicitur: *Age pœnitentiam, ſin autem venio tibi, & movebo Candelabrum tuum.* Iterum Magiſter ad diſcipulum ait num.12. *Angelo Pergami ſcribe*; & vox de pœnitentia ineunda inſonat n. 16. *Similiter pœnitentiam age.* Iterum divinus judex urget cap.3 num.1. *Et Angelo Sardis ſcribe*: & dolorem peccati imperat num.3. *Scilicet pœnitentiam age.* Et tandem ait Chriſtus n.14. *Et Angelo Laodiciæ ſcribe, &c.* Et quid Angelo ſit præſcribendum, exprimit num 19. *Æmulare ergo, & pœnitentiam age.* Pœnitentia ſupponit peccatum, ut eſt planum: ſi ergo in eis eſt peccatum, quomodo Epiſcopi Angeli vocantur, ac tanto nomine nobilitantur? 92.

Antequam ad quæſtionem reſpondeam, ſubjicio præclara Tertulliani verba lib. de pœnit. cap.8. Evolve quæ Spiritus dicat Eccleſiis: *Deſertam dilectionem Epheſiis imputat: ſtultum idolothytorum eſum Thyatirenis exprobrat: Sardos non plenorum operum incuſat: Pergamenos docentes perverſa reprehendit: Laodicenos fidentes divitiis objurgat; & tamen omnes ad pœnitentiam commonet, ſub comminationibus quidem. Non comminaretur autem non pœnitenti, ſi non ignoſceret pœnitenti.* Quod uni Præſuli dicitur, omnibus dicitur: vocat Dominus ad pœnitentiam, etiam minis impoſitis, ut ſciremus, eum pœnitentia delectari, pœnitentque ignoſcere. 93.

Tertull.

Deus pœnitentia delectatur.

Ad quæſtionem reſpondeo primo, quamvis Præfecti Aſiatici haberent aliquos defectus, pro quibus pœnitentiam tenebantur ſolvere: adhuc honorifico Angelorum vocabulo decorantur: nam Præſules, etiam delictis infecti, honore afficiendi ſunt, ideo quamvis aliquod crimen in eos eſſet inventum, ſpecioſo Angelorum vocabulo nobilitantur. 94.

Prælatus etiam iniquus honorandus.

Secundò Epiſcopis Aſiaticis maximè à Deo pœnitentia commendatur, *Pœnitentiam age*; & iterum, *æmulare ergo, & age pœnitentiam*; quam ſi præſtent, nomen, decus, ac ſpeciem ſanctitatis æque ac dignitatis Angelicæ, non perdunt illi Antiſtites, ſed retinent, Deo ritè per eam propitiato: & hac de cauſa hos Præſules Chriſtus Angelos vocat, utpote errorum pœnitentes homines: Angelus eſt adhuc, qui pœnitentiam de peccatis agit. 95.

Angelus eſt adhuc, qui de piaculis pœnitentiam agit.

Ait Regius Vates Pſalm.31. n. 5. *Delictum meum cognitum tibi feci: & injuſtitiam meam non abſcondi.* Et ſtatim ſubdit: *Pro hac orabit ad te omnis ſanctus.* Meritò tamen opponit D.Hier. *Si ſanctus, quomodo orat pro iniquitate? Si iniquitatem habet, quomodo ſanctus appellatur?* Aptè reſpondet Sanctus Doctor lib.2. contra Pelagian. *Iuxta illum videlicet modum; ſepties cadit* 96.

Pſ. 35.

D. Hieron.

Prov. 24. *cadit juſtus, & reſurgit.* Proverb 24. num. 16. Juſti enim vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam ſemper reſurgit. Et idem habet Epiſtol. 45. Septies, ideſt ſæpe ſæpiùs, graviter fortè delinquit. Si toties cadit, quomodo juſtus adhuc appellatur? Tam velociter reſurgit, ut quodammodo nomen juſti videatur non perdere, ſed retinere; ac ſi eodem tempore cadens, & reſurgens, fuerit. D. Paſchaſ. lib. 2. in Matth. *Cadit,* ait, *quidem juſtus per varios delictorum exceſſus, ſine quibus noſtra mortalitas non ſubſiſtit; ſed reſurgit illicò per humilem confeſſionem. Alioquin non juſtus interea cenſeretur, dum incideret: ſi non juſtificatus continuò veniam reſumeret.* Expende: *Non juſtus interea diceretur, dum incideret.* Evidens eſt pœnitentia recuperari honorem peccato amiſſum, ut qui vita ſanctus ac juſtus erat, ſanctus adhuc, & juſtus appelletur: ac ſi non perdiderit odorem ſanctitatis, ac ſplendorem juſtitiæ, *cùm reſurgit illicò per humilem confeſſionem.*

Iuſtus, & ſanctus adhuc eſt, qui facti pœnitens dolet.

97. Ait ergo ſapiens: *Nigra ſum, ſed formoſa.*
Cant. 1. Cant. 1. n. 4. Unde nigra, niſi à peccati colore? ut advertit Bernard ſerm 25. *Tali fortaſſe modo poteſt ſponſa nævo non carere.* Unde ergo pulchra? ſi per pœnitentiam de peccato dolet ut pulchra ex nigra virgo evadat, & faciem cœleſti ſplendore dignam oſtentet. Theodor. *Nigra,* ait, *ob ſuperiorem impietatem; pulchra verò propter pœnitentiam.* Unde ſimul dicitur, *nigra, & formoſa.* Nigra ob lapſum; formoſa, quia citò, & magno conatu reſurgit.

Virgo à peccati macula ſana.

QUÆSTIO XIII.

Quare cùm hic Epiſcopus unum charitatis opus reliquerit, ad multa tamen opera adimplenda adhortatur?

98. Dicitur huic Epiſcopo: *Prima opera fac.* Multa erant prima opera hujus Epiſcopi quando ipſe erat valdè fervidus in honore Dei: tunc enim multum inſtabat in prædicatione verbi Dei; in deſtructione cultus idololatriæ, quæ Dianæ deferebatur: in eleemoſynis faciendis: in adjuvandis oppreſſis, in patientia, ac tolerantia multorum laborum, & tamen cùm ab his exciderit, ſolùm ei objicitur defectus in charitate, *Tuam primam charitatem reliquiſti*: & nullum aliud opus nominatur: Si ergo unum charitatis opus reliquit; cur ad multa opera adimplenda exhortatur?

Difficultas quæſtionis.

99. D. Paſchaſ. Reſpondet primò D. Paſchaſ. lib. 4. in lamentat. Jeremiæ: *Quæ opera;* ait, *videlicet, caritæ dilectionis, ſine qua nulla invenitur virtus boni odoris, propterea etiam ipſæ virtutes operum, quæ ſine dilectione fiunt, rectè planguntur quod amplexæ ſint ſtercora, dum ſine ipſa amittant fragrantiam boni odoris, & veniunt in fœtore pravæ intentionis.* Et ſi multa virtutum erant opera: omnes tamen virtute à charitate habent præſtantiſſimum decorem, & odorem; & ideò non expreſsè ad charitatem ſed ad prima opera præſtanda revocat; magnus eſt enim nexus operum & charitatis; qui amat operatur; neſcit torpere amor verus, operibuſque & laboribus fovetur; & verum, ac perfectum opus neſcit conſiſtere ſine amore; & ideò idem fuit Epiſcopum ad prima opera revocare, ac ad primam charitatem, ſine qua nullum opus habet nec perfectionem, nec odorem.

Amor neſcit ceſſare ab operatione.

Sine charitate virtutes non habent perfectionem.

Dicitur apud Ezechiel. 17. num. 3. *Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate venit ad Libanum, & tulit medullam cedri: Summitatem frondium ejus avulſit, & tranſportavit eam in terram Chanaan.* Drogo Hoſtienſ. legit ultima verba, *in terram Sanaar,* hoc eſt fœtorum Sanaar enim fœtorem ſonat: Et unde hîc cedrus in tantam miſeriam devenit ut cum ejus nativus locus eſſet Libanus, qui à candore nomen habet ab ipſo tamen Libano tota ſummitas frondium tranſmutatur in Sanaar hoc ẽſt in terram fœtorum? nonne illæ ſpecioſæ frondes cedri, à natura ſunt odoriferæ, ac incorruptibiles, quo modo à rapaci aquila tranſportantur in terram corruptionis, ac fœtoris? Cedrus, Iſraël erat; frondes verò virtutes, ac actiones quibus in Dei obſequio componebatur, ac exornabatur. Unde ergo ſic abeunt in corruptionem, & fœtorem? Textus in verbis antecedentibus inſinuat rationem: *Tulit medullam cedri.* Ubi enim primùm medullam cedri, medullamque virtutum, charitatem nempe, Diabolus eripuit, ſtatim cæteræ omnes virtutes, ac actiones, & operationes in fœtorem, ac corruptionem tranſmutantur, ut nihil prætii, ac valoris deinceps haberent Drogo lib. de Sacramento Paſſi. ſic ait: *Tulit medullam cedri: cujus medulla eſt charitas, quam ſingulariter nititur expugnare Diabolus. Summitatem frondium ejus avellit, & ſermonem ſapientiæ, qui excellentiſſimus eſt, evellit ab amore Dei. Et aſportavit in terram Sanaar, hoc eſt, fœtoris eorum.* 100. Ezech. 17.

Sine charitate cæteræ virtutes corrumpuntur.

Drogo.

101. Secundò Multæ hîc hujus Epiſcopi Epheſini recenſentur virtutes. Sic dicitur verſ. 2. *Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam; & quia non potes ſuſtinere malos, & tentaſti eos qui ſe dicunt, Apoſtolos eſſe, & non ſunt: & inveniſti eos mendaces; & patientiam habes, & ſuſtinuiſti propter nomen meum, & non defeciſti.* Inter tot præclaras virtutes hujus Epiſcopi, unicus charitatis defectus ei objicitur, unicaque charitas deſideratur: *Habeo adverſum te, quod charitatem tuam primam reliquiſti.* Et tamen cum una charitas ſola ſit deſiderata, ad multa opera implenda exhortatur: *Memor eſto, unde excideris, & pœnitentiam age, & prima opera fac.* Si charitatis defectu laborabat, & inde hæc ei tantùm objicitur, cur ei dicitur, *prima opera fac*; & non potiùs, primum tuum opus exhibe? Volebat Dominus, ut Epiſcopus ad ſuum priſtinum charitatis ardorem rediret; ideò non primum opus, ſed prima opera exigit: neſcit charitas in nobis ineſſe, abſque eo quod multitudine operationum fulgeat; ſi ardor charitatis adeſt, ſtatim mens operationum multitudine fœcundatur. D. Gregor. lib 10. Moral. *Cùm una, eademque ſit charitas ſi mentem plenè ceperit, hanc ad innumera opera multiformiter accendit.*

Charitas in multa opera diffunditur.

D. Greg.

Dicitur Eccleſiaſtic 39 n. 17. & 18. *Obaudite me divini fructus, & quaſi roſa plantata ſuper rivos aquarum fructificate. Quaſi Libanus odorem ſuavitatis habete. Florete flores, quaſi lilium.* 102. Eccleſ. 39.

lilium. Ad fructus dirigitur ſermo, & ab eis petit, ut fructificent, ac floreant, ac ſimul nempe exhibeant maturos fructus, ut ſuaviſſimos flores & ubi tales fructus inveniuntur, ut ſimul ab eis exoptari flores poſſint; nam cùm fructus apparent, flores diſparent; fructus enim florum interitus eſt. Talis ſanè eſt divinus amor; nequit enim otioſus eſſe, ſed ſimul producit maturos, ac plenos fructus, & etiam præclariſſimos aliorum flores; præbet nempe conſummatas, ac perfectas virtutum operationes, & initia, ac exordia, veluti flores ad alia magnifica opera edenda: nunquam quieſcit amor, ſed cùm quidam bonorum operum fructus finiuntur, ſtatim veluti flores, exordia aliorum pullulant, ut ſi uni finiuntur, alii ſine mora producantur.

Charitas continuò ſine mora, opera producit.

103. Cantic. 1. Septuag. Dicebat anima ſancta apud Septuag. Cant. 1. n. 1 *Oſculetur me ab oſculis oris ſui.* Non unum oſculum poſtulat, ſed multa ſine termino, & fine; & qui vere Deum amat, non uno opere contentus eſt, ſed in multa diffunditur, à quibus ceſſare neſcit, D. Ambr. lib. de Iſaac cap 3. *Non unum oſculum quærit*, ait, *ſed plura; ut deſiderium ſuum poſſit explere. Quæ enim diligit, non eſt unius oſculi partitate contenta, ſed plura exigit, plura vendicat. Denique & illa in Evangelio ſic probata eſt; quia non ceſſavit, inquit, oſculari pedes meos, ideò dimiſſa ſunt ei peccata multa, quia dilexit multum.*

Charitas neſcit ceſſare ab opere.

Quæstio XIV.

Quid ſignificetur per hæc verba: Movebo Candelabrum tuum de loco ſuo?

104. Rupert. Richard Hugo. Corn. Menoch. Tirinus. Locus ſatis difficilis, & multis interpretum expoſitionibus plenus. Et primò Rupertus, Richardus de S. Victor. Hugo, Cornelius à Lapide, Menochius, Tirinus, & eſt communis Recentiorum: *Movebo Candelabrum tuum de loco ſuo*, hoc eſt, *Candelabrum*, Eccleſiam nempè, à te auferam, ne ſis ejus caput, ac Epiſcopus eamque in alterius manu collocabo. Sic cap. 1. num. 20. dicitur: *Septem Candelabra, ſeptem ſunt Eccleſiæ.* Hæ autem dicuntur moveri de loco, id eſt de ſtatu ſuo, cùm ab uno capite, Epiſcopo nempe, ad alium transferuntur, & in ejus manu gubernandæ ponuntur: ſi regna dicuntur moveri ac mutari de gente in gentem cum Rex, aut Imperator mutatur. Sic Monarchia Chaldæorum dicitur mutata, & tranſlata ad Perſas cum Monarcha factus eſt Cyrus, & Perſarum ad Græcos, cum Monarcha factus eſt Alexander; ac proinde pro magna pœna ei aſſignatur, quod expoliatus à ſua dignitate videbit alium in ſuum locum introductum. Et ſic dicitur ad Heli 1. Reg. 2. num. 32. *Videbis æmulum tuum in templo*; Symmachus vertit: *Aſpicies tribulationem.*

Valde durum alium in ſua dignitate videre.

1. Reg. 2. Symmach.

105 D. Thom. Haymo. Dionyſ. Zege. Ribeira. La Haye. Secundò, & valdè probabiliter, magis explicans ſuperiorem ſententiam, S. Thomas, Haymo, Dionyſius, Nicolaus Zegerius. Ribeira, M. Joannes de la Haye & alii: per Candelabrum intelligunt ipſam dignitatem Epiſcopalem; ſic Haymo per Candelabrum, non intelligit Eccleſiam, ſed Epiſcopatum: ac proinde ut ſit ſenſus, movebo te ab Epiſcopatu Eccleſiæ; auferam tibi dignitatem æque, ac gratiam, & dona Epiſcopalia, quibus præſides, ac præfulges Eccleſiæ tuæ. Impugnat Alcazar hanc ſententiam, quia in ea non accipiatur Candelabrum pro Eccleſia: nam in hac viſione cap. 1. verſu ultimo dicitur: *Septem Candelabra, ſeptem ſunt Eccleſiæ.* Reſpondetur tamen cum Primaſio, ut citato loco dixi: nam quamvis Epiſcopus, & Eccleſia duo ſint, tamen ita ſunt ſimilia, & connexa, ut unum eſſe videantur.

Epiſcopus cum ſua Eccleſia, unum eſſe videtur.

106. Andr. Cæſ. Tertiò. Andreas Cæſarienſ. exponit, Candelabrum, id eſt, ſedem Pontificiam Epheſo auferam, & transferam eam in regiam civitatem: v.g. Byzantium ſive Conſtantinopolim. Quartò. Idem Andreas Cæſarienſ. *Nudabo plebem tuam gratiâ, & projiciam ore meo; eamque in fluctus, & tempeſtates conjiciam.* Quintò. Victorinus Martyr: *Movebo Candelabrum, id eſt, diſpergam plebem tuam.* Ac proinde ob delictum Epiſcopi, & Prælati, minatur pœnam in plebem. Sextò D. Ambroſ. Beda, D. Bernard. Senenſ. *Per Candelabrum*, ait, *hic deſignatur merces, quæ debetur curæ paſtorali, quam à te amovebo.* Septimò Lyranus: *Obedientia*, ait, *tuæ ſubtraham ſubditos tuos.* Ut ita damno temporali cogatur ad reſipiſcendum.

Victor. *Ob delictum Prælati, pœna in populum.* D. Ambr. Beda. D. Bern. Nicol.

107. Alcazar. Octavò. Alcazar adhærens ſententiæ Andreæ Cæſarienſ. quarto loco relatæ, ait, quo hic Epiſcopus punitur pœna ſuæ remiſſioni convenienti; ac ſi ei dicatur, exiſtimabas, te quiete, ac tranquillitate fruiturum, remittendo aliquid de tuo fervore, ac zelo; ſed eadem res devolvetur in majorem civium ſeditionem, ac fidelium perturbationem: ex remiſſione ducis magna militum perturbatio oritur; & ita, dum tua remiſſione parabas tibi quietem, incides in multam inquietudinem, ac perturbationem; & ita puniam tuam negligentiam ſeditione, ac commotione civium, in magnas tui moleſtias.

Qui per remiſſionem quærit quietem, invenit perturbationem.

108. Sed hæc ſunt valdè moraliter dicta; dum per Candelabrum accipitur quies, obedientia, merces Epiſcopi, vel collectio ac congregatio populi. Hæc non ſunt genuina, nec ad literam, quam intentamus explicare. Deinde ut bene notavit Cornelius, non Eccleſiæ, ſed ipſi Epiſcopo peccanti punitio hic intentatur.

109. Ut explicem quid ſentio in hac re: adverte, quod Candelabrum dupliciter intelligi poteſt, Primò pro Eccleſia cap 1. verſ. ultimo: *ſeptem Candelabra, ſeptem ſunt Eccleſiæ.* Secundò pro viro juſto & ſancto, fulgentem coram Deo in omni juſtitia, & ſanctitate. Sic de Parente Helia, ac Henoch dicitur cap. 11. n. 4. *Hi ſunt duæ olivæ, & duo Candelabra, in conſpectu Domini terræ ſtantes.*

Dupliciter candelabrum accipitur.

Apoc. 11.

110. Primò ergo ſic explico, juxta ſecundam ſententiam: *Movebo Candelabrum tuum de loco ſuo.* Sic accipiendum; auferam tibi tantam Epiſcopalem dignitatem, & ea, in quibus lucere ſolebas, ſuper omnes alios Epiſcopos Aſiæ inter quos tenebas primum locum, ut pote Primas, & Metropolitanus; (talis erat Epiſcopus Epheſinus, ut dixi in expoſitione) ac proinde ex hoc primo, & illuſtri loco in ultimum te conjiciam, & abjiciam: pœnam enim propo

Sententia auctoris.

Comminatur Epiſcopus, quod à ſua dignitate ſit amovendus.

proportionata eſt culpæ, ut qui reliquit primam charitatem quæ inter cæteras virtutes eſt princeps & Regina, conveniens eſt, ut tollatur ab eo primus, ac princeps locus, & in ſecundum, vel terti um, ſeu u timum reponatur. Et ſi contendas, quod per Candelabrum intelligitur Eccleſia, juxta primam acceptionem, facile dices, quod ob cu pam ſu t Epiſcopi minatur Deus, ne ſit Primas, ac Metropolis, ipſa Eccleſia.

111. Secundò. Sic explico juxta ſecundam acceptionem, in qua Candelabrum accipitur pro viro juſto reſplendente in omni charitate, ac juſtitia, ut Paulus loquitur de ſuis diſcipulis ad

Philipp. 2. Philip. 2. n. 15. *Inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo.* Senſus ergo eſt: cùm tu tenebas tuam primam charitatem, m gnis operibus plenam, inter cætera Eccleſiarum candelabra, coram me, meaque amicitia ac benevolentia, & etiam coram omni populo, tenebas primum locum; nunc verò, quia ab ipſo charitatis fervore decidiſti & negligens ac remiſſus factus es in operibus ejus, niſi ergo d primum charitatis fer orem redieris, tuum candelabrum, tuamque charitatis lucernam amovebo à primo loco ſuo, quem coram me, meaque benevolentia habebas: nam cùm alius ex Epiſcopis ſit ferventior, ac ardentior charitate, ac ejus operibus, quàm tu; primus locus ei debetur; & à tuo loco amotus, alium infer orem tenebis. Sicut in gymnaſio Magiſter diligenti, ac optimo ſcolaſtico dat primum locum: tamen ſi negligens fiat, eum a ovet à primo loco, & alteri diligentiori dat, ita & fiet tecum, ô Epiſcope Epheſi in mea Eccleſia.

Amovendus à loco coram Deo, qui non eſt in operibus charitatis.

Candelabrum eſt propter lucernam: ac proinde præſtantiſſima lucerna præſtantiſſimum requirit candelabrum præſtantiſſimo loco poſitum: præſtantiſſima lucerna, ac lux, eſt charitas quæ maximé lucet apud Deum; & inde bene ſequitur; quod ille qui reliquit ſuam primam charitatem, non debeatur ei pr mus locus apud Deum, ſed ab eo revocandus eſt.

Candelabrum propter lucernam.

112. Quanta verò ſit lucerna, ac lux charitatis,

Cantic. 8. Cantic. 8. n. 6. ubi dicitur: *Fortis eſt, ut mors, dilectio; dura ſicut infernus, æmulatio; lampades ejus, lampades ignis, atque flammarum* Nota, quod non dicitur in ſingulari, ſed in plurali, lampades, ſeu lucernæ charitatis, ad maximam vim luminis xplicandam; & non dicuntur ſolum lampades ignis, ſed etiam flammarum; quia ejus lampades, ac luces, non ſolùm ſunt ſimplicis ignis, ſed etiam lampades flammarum ſummo cum impetu inflammantes, vel ut explicant Caſſiodorus, Beda D. Anſelmus: lampades dilectionis ſunt ignis, quia intrinſecus in corde ardent per amorem; flammam verò, quia exteriùs lucent per operationem, vel ut ait Juſtus Orgelitanus, ſunt lampades ignis, ac flammarum: quia ſemper ſunt ſplendentes, ac fulgentes, & Spiritus ſancti igne ferventes; vel quia charitas tam f lgens lucerna eſt ut ad ejus ſplendorem, ac lucem exprimendam, non una phraſis, ſed multiplex ſit neceſſaria; & ideo lampades ejus dicuntur ignis, ac flammarum. Tres Patres apud Delrio: *Quæ ſcilicet charitas illuſtrat in luce veritatis mentem, atque ignorantiæ tenebras diſcutit.*

Charitas multipliciter fulget, ac lucet.

Caſſiod. Beda. D. Anſelm. Orgelit. Tres Patres Delrio.

113. Ad hæc ait D Joannes epiſt 1. c. 2 n 10. *Qui*

Joan. 1. *diligit fratrem ſuum, in lumine manet & ſcandalum in eo non eſt. Qui autem odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quo eat, quia tenebræ obcæcaverunt oculos ejus.* Qui ambulat in charitate, inter lucidas lampades degit, qui à charitate decidit, in tenebris, cæcitate ac caligine verſatur.

Tobias, c. 2. n 10. *Contigit ut quadam die fatigatus à ſepultura, veniens domum, jactaſſet ſe juxta parietem, & obdormiſſe: atque ex nido hirundinum dormienti illi calida ſtercora inciderent ſuper oculos ejus. fieretque cæcus* Res valdé mira, cùm mediis noctibus ſepeliret mortuos in ipſa denſa nocturna caligine, præclara oculorum acie pollebat; at cùm fatigatus à ſancto opere deſiſtit, ut requieſcat, in tenebroſam cæcitatem incurrit. Quando oper bus charitatis ncumbebat, inter noctis tenebras in lumine ambulabat, ut omnia perlucidé videret, & agnoſceret; at verò cum ab operibus charitatis fatigatus obdormit, lumine oculorum privatur, & in cal ginem cæcitatis incidit. Petrus Dam. l b. 2. Epiſtol. 12. *Fatigatus à ſepultura* ait, *dum ſe vel effractis projicit, lumen amittit. Illæſum quippe cordis oculum ſervat, quiſquis in bonis operibus charitatis infatigabilis perſeverat: cùm verò poſt laniminter frangitur, non immeritò luce privatur.* Similiter contigit huic Epiſcopo Epheſino, dum infatigabilis erat in operibus charitatis, magna luce reſplendebat coram Deo; at ubi fatigatus remiſsé obdormit à ſua luce cecidit, & in periculum movendi, ſeu amovendi ſuum Candelabrum, incidit.

114. Tob. 2.

In opere charitatis lux: in illius ceſſatione tenebræ.

Damian.

QUÆSTIO XV.

Quare, antequam Deus inferat pœnam, minatur dicens: Venio tibi?

NOn dixit Angelus abſolutè: *Venio tibi & movebo Candelabrum tuum,* ſed præmiſit. *Age pœnitentiam, & prima opera fac;* ac ſi diceret: niſi reſipueris, prima opera faciens, tunc te à tuo culmine ejic am, proindeque impœnitenti pœna imponitur, qui ſua impœnitentia ndignum ſe fac t ſ a dignitate. S. Bacharius Epiſt. 72. *Candelabrum, ſive lucerna, ait, tunc penitus, juxta Joannem, extinguitur, vel movetur; quando poſt caſum delicti, pœnitentia admiſſa, ſcelera non deflentur: non enim dixit; pro eo quod cecidiſti, movebo Candelabrum tuum; ſed niſi pœnitentiam egeris: ergo quemquàm peccantem propoſitum ſi pœnituerit, pœnitentiam delicti utique ſequitur reparatio meriti.* 115.

S Bach. *Non caſus, ſed impœnitentia indignum reddit dignitate.*

Ad quæſtionem, & primò. Ait Dominus in præſenti: *Pœnitentiam age, & prima opera fac: ſin minus venio tib.* Secundùm Græcam lectionem habetur: *Citò venio tibi.* Dubitat Viegas, quomodo h c Chriſtus d c t, ſe venire citò ad puniendum hunc Epiſcopum cùm Deus tardo, & lento gradu veniat ad puniendum hunc Epiſcopum, hac de cauſa apud Ezechielem 1. n. 7. pedem bovis quod eſt tardiſſimum animal habere dicuntur animalia, ut denotetur, Deum ad quatuor Monarchiarum, quæ per ea animalia ſignificantur, punitionem tardiſſimè deſcendere: 116.

Et ſi Deus tardè ad puniendum veniat, tamen citò ſe venire exiſtimat.

dere, hæc omnia tamen optimè inter ſe conveniunt, etenim ob eandem cauſam Chriſtus hoc loco dicit,ſe citò venturum;quia quamvis ad ſupplicium inferendum moroſo gradu procedat,& diu tardet; ſemper tamen,ejus inſpecta clementia,nimis citò ſe venire exiſtimat;& maximè ad caſtigandum properare. Ac proinde noſtris demeritis conſideratis, vere tardat; at ſua miſericordia, ac natura ſpectata citiſſimè venire cenſendum eſt:unde ipſemet conqueritur quod longiſſima tempora expectationi peccatorum præſcripta, velociſſimè decurrant.
Ezech 22. Ezech.22.n.4.ſic cum Jeruſalem loquitur:*Appropinquare feciſti dies tuos,& adduxiſti tempus*
D. Hieron. *annorum tuorum*; ideſt,ut interpretatur D.Hieron. appropinquare feciſti tempus quod tibi differebatur, ut ageres pœnitentiam.

117. Secundò. *Venio tibi,& movebo Candelabrum tuum.* Hæc phraſis, *venio tibi*,punitionem, & vindictam denotare videtur: & tamen multi aſſerunt in bonam partem ſumendam eſſe. Tamen ſi comminatur à ſe mutandum eſſet Candelabrum hujus Epiſcopi de loco ſuo, id eſt, quod à dignitate Pontificia repellendus ſit; ex quo liquet hoc verbum,*venio tibi*, bonam partem innuere: nam Deus ex miſericordia ſuos in hoc ſæculo caſtigat,ne dirè in altero puniantur,

Deus in miſericordia caſtigat in hoc ſæculo.

Ezech. 7. Ezech 7. n.4. ait Deus: *Non parcet oculus meus,nec miſerebor.* Quæ verba ſic commenta-
D. Hieron. tur D Hier. *Quaſi clementiſſimus medicus*, ait, *incidere cupiens putridas carnes,& carioſa vulnera adurere cauterio,non parcit, ut parcat, non miſeretur,ut magis miſereatur.*

118. Tertiò Rupertus; *Sicut*, ait, *multa ſacræ*
Rupert. *Scripturæ teſtimonia,ſic & locus iſte docet,nos non debere præcipitare ſententiam ſuper Eccleſiarum Angelos, id eſt,Epiſcopos, & ſuper quoſcumque gradus Eccleſiaſticos:non enim dixit;quia charitatem tuam primam reliquiſti, idcirco venio tibi, &c.ſed grande intervallum voci ſuæ,magnumque frænum poſuit currenti ſententiæ dicendo: memor eſto unde excideris&c.* Arguit Deus Epiſcopum Epheſinum de jactura charitatis: *Charitatem tuam primam reliquiſti*; & tamen valdè amicè ei loquitur, *memor eſto unde excideris*; & *age pœnitentiam*:Ut benevolentia eum alliciat, antequam comminationem interponat: *Venio tibi, & movebo Candelabrum tuum.* Deinde cùm crimen objicit: *charitatem tuam primam reliquiſti*: Non ſtatim pœnam infert: *movebo Candelabrum tuum*: ſed inter unum, ac alterum, magnum intervallum impoſuit. *Memor eſto, unde excideris*, dat ei tempus, & locum, ut recogitet, à quanto culmine prolapſus ſit: ut ſic inter delictum, & pœnam det ſpatium pœnitendi.

Deus minatur, non ſtatim caſtigat, ut ad pœnitentiam provocet.

119. Quod valdè familiare eſt Deo in ſacris litteris. Vir Dei ait Heli: *Ecce veniunt dies, &*
1. Reg. 2. *præcidam brachium tuum.* 1. Reg.2. n 32 id eſt, inſtat tempus, quo de tua familia ſummum ſacerdotium auferatur: & tamen ablatum non fuit, niſi poſt octoginta annos, ut ibidem ex
Mendoza. multis oſtendit Mendoza ut divina miſericordia commendetur., differens pœnas,ut intermedio ſpatio pœnitentia agatur Quod patet in diluvio,quod quidem Deus minatus eſt, ſed in longum tempus diſtulit: *Non permanebit*, ait,*Spiritus meus in homine, quia caro eſt;eruntque dies illius,centum viginti annorum.*Gen 6.n.
Geneſ. 6 D. Hier. 3.D.Hier.in quæſtionib. Hebraic. *Ne videretur*,ait, *in eo eſſe crudelis, quod peccantibus locum pœnitentiæ non dediſſet*, adjecit: *ſed erunt dies eorum centum viginti anni*, hoc eſt, habebunt centum viginti annos,ad pœnitentiam agendam.

Deus ſupplicia differt, ut det locum pœnitentiæ.

Quartò. Iterum premo citata verba: *Sed* 120.
grande intervallum voci ſuæ,magnumque frænum poſuit currenti ſententiæ. Judex advenerat Angelus qui Epiſcopum Epheſinum premebat, & tamen dum eum arguit, quod florem ſuæ charitatis decuſſerat: *tuam primam charitatem reliquiſti*;tamen priùs mollit ſententiam, dicens: *Memor eſto unde excideris*:deinde medicamentum admovet; *Et age pœnitentiam*: ac tandem acerbè minatur. *Movebo Candelabrum de loco ſuo.* Ad quid ante minas pœnæ, tot, & tanta præmiſit? ne qui perſonam Judicis agebat,velox ac præceps in puniendo eſſe videretur; & ideo adhuc cunctatur, adhuc manum trahit, adhuc ſecures ligat: ut bene doctus à Deo Judex Angelus, in cauſa gravi cunctandum ſibi eſſe exiſtimavit, ne ſi feſtinaret ad puniendum, temere ageret. Unde ait Caſſiod.lib.7.form.5. Caſſiod.
Cunctator eſſe debet, qui de ſalute judicat. Inde optime de hac re ſanxerunt Tiberius, ac Theodoſius Imperatores: ille, ne reus mortis peractus intra diem decimum duceretur,ut notat Baron.tom 1.ann.Chriſti 20. Sueton.c 75. Iſte,ut damnatus pœnam capitis ſolveret, poſt Baron.
menſem exactum, ut habes apud Theod.lib.5. Sueton.
cap.17 Hiſtor. Eccl. & habet *L. ſi vendicari.* Theod.
C.de pœnit.

Cunctatur bonus Judex qui de cauſa agit aliena.

Cum Dominus cogitaret de ſolvenda Jericunte, præcipit Joſue ut ipſe cum toto exer- 121.
citu per ſeptem dies circumeant civitatem, & in ipſo ſeptimo die ſepties in circuitu gyrent: *Die autem ſeptima,diluculo conſurgentes, circuierunt urbem,ſicut diſpoſitum erat ſepties.*Joſue 6. Joſue. 6.
n.15. & tunc ad clamorem populi corruerunt muri: ad quid tot circuitus? ad quid hebdomada integra interponitur ad devaſtationem urbis? grande opus fabricationis orbis una integrà hebdomada abſolvit Dominus Geneſ.1 Gen. 1.
& non ad unam ſimplicem urbem demoliendam æquale tempus aſſignatur? Agebat Deus vices Judicis, ut deleret urbem ob completas iniquitates Amorrhæorum;& Deus Judex lento procedit gradu & moroſè in hoſtes invehitur;& qui ad machinam tot ius orbis condendam unam elegit hebdomadam, eadem etiam eligit ad unam ſimplicem urbem diſſolvendam. D.Chryſoſtom homil.5.de Pœnitent. *Inventus eſt bonitate tardus.* D.Chryſ.

Tardè punit homines bonus princeps.

Ait Deus apud Moyſen. Exod.20. n 5. *Ego* 122.
ſum Dominus Deus tuus,viſitans iniquitatem in Exod.20.
*filios,in tertiam,& quartam generationem.*Dolet D. Hieron. apud Ezech.18 quod Secta Hæreticorum argueret Dominum,cùm daret parentibus impunitatem ſcelerum, puniretque filios innocentes; bene tamen advertit Hieron.quid textus addiderit Deuteron. 5. n.9. *His*, ſcilicet, *qui oderunt me.* Sed cur ipſis parentibus Deut.5.
delinquentibus non ſtatim infertur pœna ſed in tertiam, & quartam generationem differtur? Ut fiat evidens, quàm lento, ac moroſo gradu procedat Deus judex; tantum abeſt, ut velociter veniat, quod in unam, & alteram generationem, nempe tertiam & quartam, judicium dilatet. D.Hier. *Non enim truculentiæ, & ſeveritatis eſt,iram tenere uſque in tertiam,&* D. Hieron.

Pœnam differt bonus Deus.

quartam generationem; ſed miſericordiæ ſignum eſt, pœnam differre peccanti.

QUÆSTIO XVI.

Quare pro magna laude hujus Epiſcopi dicitur, quòd oderit facta Nicolaitarum?

123. TErminat Dominus orationem ſuam cum Epiſcopo Epheſino dicens: *Sed hoc habes, quod odiſti facta Nicolaitarum, quæ ego odi.* Secta autem hæc erat de impudica, ac licentioſa luxuria cum quacumque muliere, etiam conjugata; & rectè iſti hæretici dicuntur Nicolaitæ à Nicolao: Nicolaus enim interpretatur, populus ſtultus, & inſipiens. Ita Haymo, & Ansbert. qui ait: *Si ad proprietatis figuram, ut ſolet, ſermo recurrit, omnes hæretici Nicolaitæ eſſe probantur. Nicolaus enim interpretatur ſtultus populus, & qui alii hujus ſtulti populi vocabulo rectiùs figurantur, quàm hæretici? Qui cum ſapientia Dei Patris, qua Filius ejus eſt, vera non ſentiunt.*

Haymo. Ansbert. *Hæretici dicendi Nicolaitæ, id eſt, ſtulti.*

124. Et maximè expendendus eſt modus dicendi. *Odiſti facta Nicolaitarum,* non Nicolaitas quia non homines, ſed peccatum non natura ſed vitium odio eſt habendum. Albert. Magn. *Vitia odiſti, ait, non naturam, quæ ego odi, & diligo naturam* Haymo: *Notandum, quia non naturam, ſed opera hominum Dominus ſe odio habere dicit: unde non dicit; odiſti Nicolaitas, ſed odiſti facta Nicolaitarum quæ ego odi, homo enim diligendus eſt, opus autem illius malum, odio eſt habendum.*

Alb. Magn. Haymo. *Natura diligenda; vitium odio habendum.*

125. Secundò, Joachimus Abbas: *Facta Nicolaitarum nulli meliùs, quàm caſtitatis zelatores, commendantur odiſſe, quia nimirum fax luxuriæ iam fœtida, & tam horrida eſt iis, qui vitam caſtam elegiſſe noſcuntur, ſeu etiam qui haben es uxores quaſi non habentes ſint.* Meritò huic Epiſcopo dicitur quod magno odio ferebatur in ſpurciſſimam luxuriam Nicolaitarum: etſi ad omnes, maximè tamen ad Prælatos, ac Eccleſiaſticos ſpectabat odio proſequi libidinoſam turpitudinem.

Joach. *Prælati odio perſequantur luxuriam.*

126. Tertiò Ait Dominus: *Odiſti facta Nicolaitarum, quæ ego odi.* Infinita Dei bonitas odio habet omnia peccata; & cùm in his hæreticis multæ eſſent turpitudines, tamen ſingulariter ait Deus quod oderit facta Nicolaitarum, impudicam nempe eorum libidinem: inter omnia enim vitia hoc maximè execratur, & deteſtatur à Deo. Ait Jerem. 12 n. 2. ad Deum: *Longè tu es à renibus eorum.* Multa peccata erant in Iſraël, furti, homicidii, odii, ſuperbiæ, & tamen inſigniter Propheta ait, quod à Deo abominentur, quæ ſunt renibus D. Vinc nt. Ferrer ſerm. 7. Adventus explicans citata verba: *Longè à renibus eorum*: ait, *id eſt operibus, ſed quare non dicit longè à pedibus eorum, ſicut dicit a renibus?* Quia dicit B. Gregor. *quod radix luxuriæ in renibus conſiſtit, propter quod peccatum Deus elongatur à natura humana, pluſquam ab aliis peccatis; quia plurimi damnantur iſto peccato.*

Vitium luxuriæ maximè abominatur à Deo. Jerem. 12. Vinc. Ferr.

QUÆSTIO XVII.

Quare Dominus loquens cum Epiſcopo Epheſino, ejus laudes prædicat in principio, ac fine orationis?

DIfficultas quæſtionis eſt, quia verba cum hoc Epiſcopo inchoat Dominus ſuprà 127.
n. 2. *Scio opera tua, & laborem, & quia non potes ſuſtinere malos.* Et ſtatim eum arguit: *Sed habeo adverſus te, quia charitatem tuam primam reliquiſti.* Et tandem verba terminat cum laudibus ejuſdem Epiſcopi in præſenti: *Sed hoc habes, quia odiſti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.* Cur ergo unica objurgatio duplici encomio circumcingitur.

Ratio difficultatis.

Reſpondet Rupertus lib. 2. in Apoc. *Notanda diſpoſitio ſermonis*, ait, *quàm artificioſa ſit. Et prius quàm emitteret auſteritatem reprehenſionis, quæ laudanda erant, collaudavit. Et poſt, ubi corripuit, atque minas intentavit, rurſus quod laudandum erat, laudavit: ita reprehenſionis amaritudinem, ne nimis offenderet, atque exterreret, collaudationis dulcedine circumlinivit.* Ecce principium, & finis orationis totus reſolvitur in laudes Epiſcopi Epheſini: in medio autem orationis acerba reprehenſio, duræque minæ de eo à dignitate removendo: cur ergo ſic accingitur laudibus unica objurgatio? & ſapienter quidem ut reprehenſio eſſet facilior, & durities ejus favoribus, & laudibus emollita. 128.

Rupert. *Correctionis ſeveritas favoribus circumcum mollienda.*

Quod optime confirmat Rupertus citatus ex colloqui Domini cum Samaritana Joan. n. 18. ait illi Jeſus: *Benedixiſti, quia non habeo virum. Quinque enim viros habuiſti, & nunc quem habes, non eſt tuus vir. Hoc verè dixiſti.* Bis mulieris meretricis verba probat, & laudat Dominus. In principio: *bene dixiſti*: & in fine: *hoc verè dixiſti.* Cur, Domine, laſcivam mulierem duplicata laude commendas? Objecturus erat mulieris turpitudinem: *quinque viros habuiſti,* Ab ejus inchoat laudibus, & in eis finit, ne ejus animum nimis exacerbaret; & ut ſuavis, ac lenis fieret reprehenſio tantis laudibus interclusa. Rupertus: *Antequam diceret, quinque viros habuiſti, & nunc quem habes, non eſt tuus vir; præmiſit collaudans: bene dixiſti, & poſtquam illi, quod tot viros habuiſſet expreſſit, iterum collaudans: hoc, inquit, verè dixiſti, Magnum hoc, & dignè imitandum eſt magiſterium Spiritus Dei, corripere quidem ea, quæ emendatione indigent; ſed inter corripiendum, & priùs, & poſteriùs collaudare, ſi quæ bene dicta ſunt; & quatenus teneatur benevolus correctus, & non refugiat.* 129.

Joan. 4. *Mulierem bis laudat, quam ſemel reprehendit.* Rupertus.

In templi fabrica dicitur quod Salomon poſuit *inter coronulas & plectas, leones, & boves, & cherubim.* 3. Reg 7. n. 29. *Coronulas* explicat Menochius ex Ribeira lib 2 de templo c. 8. ſculptu as, *plectas*, id eſt, juncturas, proindeque ipſæ juncturæ erant implicatæ floribus, ac ramuſculis. Tyrinus ait, *Coronulas, & plectas* idem eſſe, ac coronas plexas, ſeu nexas, juxta illud 1. Machab. 4 n. 57. *Ornaverunt faciem templi coronis aureis.* Quid eſt, quod Salomon in tabulis tépli primò poſuit coronas cũ ramis, & floribus, deinde in medio leones, & poſtmodũ boves & Cheru 130.

3 Reg. 7. Menoch. Ribeira. Tyrin. 1. Mach. 4.

Cherubim ? ut ſeveritatem, ac ferocitatem leonum mitigaret, ac circumcingeret ſuavitate coronæ ac florum, bovis manſuetudine ac Cherubin benignitate.

131. Sic ſolet Deus ſuam ſeveritatem gemino benignitatis muro circumvallare. Quod videtur ſignificaſſe David, dicens: *Miſericors Dominus, & juſtus, Deus noſter miſeretur.* Pſ. 114. n 5. D. Ambroſ. de obitu Theodoſij: *bis*, ait, *miſericordiam poſuit, ſemel juſtitiam. In medio juſtitia eſt gemino ſepto incluſa miſericordiæ.* Ne juſtitia foras in vindictam, niſi per miſericordiam, erumpat, miſericordiæ muro circumcluditur, ut à benignitate rigor juſtitiæ ſit mitigatus, & mitiùs ab ipſa feriatur.

Pſal. 114. D. Ambr.

Juſtitia miſericordia circumcluditur.

Apoc.2.n.7. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis; Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei

VERSIONES.

S. Ambroſ. Qui habet aures audiendi.
D. Cyprian. Qui vincet, dabo illi.
Syriacus. Qui vincit, dabo ei edendum de lingo vitæ.
Arabicus. Dabo edere de arbore vitæ.
S. Victor. Dabo veſci arbore vitali.
Vatabl. Edere de ligno vitæ, quod eſt in medio paradiſi Dei.

EXPOSITIO V.

132. *Quod uni Eccleſiæ dicitur, omnibus dicitur*

QVi habet aurem, audiat. Intelligit aurem promptam ad intelligendum ac audiendum: *Quid Spiritus.* Spiritus nempe ſanctus, qu per Prophetas locutus eſt: *Dicat Eccleſiis*: Quod enim uni Eccleſiæ ſigillatim dicitur, id ipſum ſanè omnibus dicitur Eccleſiis; & quamvis ſermo ſit cum Epiſcopo Epheſino, ac ejus Eccleſia, cum qua præcipuè loquitur, ut dicam quæſt. ſequenti? tamen ſermo ad omnes alias Eccleſias dirigitur, ac deſtinatur.

133. Perer. Menoch. Tyrin. La Haye.

Vincenti Pererius intelligit mundum, carnem, dæmonem: quomodo vicerunt, & vincunt Martyres. Menoch Tyrinus vincenti remiſſionem, & torporem, cujus hîc arguuntur Epheſini. M. Ioannes de La Haye: vincenti facta ac doctrinam Nicolaitarum ſub quibus intelligit cæteros hæreticos, de quibus immediatè fuerat ſermo. Angelus tamen abſolutè dicit, *vincenti*, & non explicat quæ vincenda ſunt; & ideo poſſumus extendere, quod omnia, quæ in via Dei adverſantur, à nobis vincenda ſunt, ut præmio donemur.

134. Gen. 2.

Dabo edere de ligno vitæ. Non de illo corporali Geneſ. 2 num. 9 ſed de ejus antitypo, ac ſpirituali arbore vivificante; beatitudine nempe, ac fruitione Dei vel de Chriſto in Euchariſtia, ſeu cruce ejus, ut multi interpretantur: de quo in quæſtionibus. *In paradiſo Dei mei.* Chriſtus æternum Parentem, vocat Deum ſuum, ratione naturæ humanæ, ut dicam quæſt. 25.

QUÆSTIO XVIII.

Quare cùm hucuſque Angelus locutus ſit in perſona Chriſti, nunc ſermonem ad Eccleſias de Spiritu ſancto inſtituit?

AIt Angelus: *Qui habet narem audiendi, audiat quid Spipitus dicat Eccleſiis:* Hanc eandem methodum in omnibus Epiſtolis tenet: ut poſtquam apponat ab omnibus Eccleſiis audiendum; & quod uni Eccleſiæ dicitur, omnibus dicitur, ut jam notavi in Expoſitione. Et ſcribitur: *Qui habet aurem audiendi, audiat.* Aurem intelligit ſpiritualem, paratam ad intelligendum, & obediendum. Sicut Matth 13. nun. 9. dicitur: *Qui habet aures audiendi, audiat. Vbi* Hieron. ait: *Provocamur ad dictorum intelligentiam, quoties ſermonibus commonemur.* Ansbertus in præſenti. *In eo quod dicit; qui habet aurem audiendi, audiat; non carnis, ſed cordis aurem requirit; quam inter innumeras populorum turbas, pauciſſimos habere prævidit; quam videlicet aurem mentis, niſi quis habere potuerit, eloquia Spiritus capere nequaquam valebit: hinc eſt, quod Dominus in parabolis ad turbas loquens, dicebat.* Marc. 7. n. 19. *Qui habet aures audiendi, audiat; omnes enim qui illic adorant, proculdubio aures corporeas habebant: ad cupienda ergo parabolorum ſuarum ænigmata, interiores aures requirebat, qui cunctos exteriores habere cernebat, quibus talia clamabat.* 135.

Matth. 13.

Ad capienda divina myſteria, auris interior requiritur.

Marc 7.

Quæſtio tamen inquirit, cur in principio hujus Epiſtolæ ſicut & in cæteris primò introducitur Chriſtus loquens, ut in hac Epiſtola Epiſcopi Epheſini, hoc cap. 2. n. 1. *Hæc dicit qui habet ſeptem ſtellas in dextera ſua.* Et in ſecunda Epiſtola Epiſcopi Smyrnæ n. 8. *Hæc dicit* Et tamen in fine cujuſlibet Epiſtolæ ſemper introducitur Spiritus Dei loquens. *Qui habet aures audiendi, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.* Cur ergo in principio ſermonis Chriſtus loquitur, in fine Spiritus ſanctus. 146.

Difficultas quæſtionis.

Reſpondeo primò, quòd hucuſque ſermo erat cum perſona particulari Epiſcopi? modò ſermo eſt cum Eccleſiis, *quid Spiritus dicat Eccleſiis.* Spiritus autem ſancti proprium eſt regere, ac gubernare Eccleſiam, nam ut inquiunt D. Nazianz. orat. 44. D. Leo ſer. 1. de Pentec. *Spiritus ſanctus, inſpirator eſt fidei, doctor, ſcientiæ fons dilectionis ſignaculum caſtitatis, & totius eſt cauſa virtutis.* Et ideo dicitur *ſanctus*, quia puriſſimus, ac ſanctiſſimus eſt, omnis ſanctitatis creatæ fons, & origo: inde ipſius eſt regere Eccleſiam in vera fide, in doctrina ſana, in vehementi dilectione, puritate, ac caſtitate cum omni ſanctitate. Hinc Apoſtoli in primo Concilio quod celebrarunt, Act 15. n. 28 dixerunt *Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis.* Et Paulus Act 10. num. 28. *Attendite vobis, & univerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei.* 137.

Spiritus ſancti eſt regere Eccleſiam.

D. Naz. D. Leo.

Act. 15. Act. 20.

Secundò Ioachimus Abbas. *Bene in principio, ait, cujuſcumque capituli loquitur Chriſtus, in fine verò Spiritus ſanctus, quia primo miſſus eſt Chriſtus, qui docet Apoſtolos: ſecundo Spiritus ſanctus,* 138.

Joach.

Quod Chriſtus docuit, Spiritus ſanctus confirmat.

ſanctus, qui omnibus fidelibus loqueretur, nec alia tamen quam ea, quæ locutus eſt Chriſtus. Primò introducitur Chriſtus loquens: deinde ipſe Divinus Spiritus; quia quod primò Chriſtus docuit, ipſe Spiritus Sanctus confirmat. In ultima cœna ait Chriſtus D. ſuis Diſcipulis. *Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis.* Ioan. 4.n.26. Illud *dixero vobis*, Arabicus legit: *Dixi vobis*: Syriacus, *Dico*. Quæcumque ergo à Chriſto dicta ſunt ſive præſentia, ſive præterita, ſive futura & ab eo inſinuata ſive apertè, ſive obſcurè ea omnia docuit, explanavit ac cognita fecit Spiritus ſanctus. Ita D. Aug. Rupert. Beda, D. Thom. D. Bon. pro ut citavi tom. 5. in Evang. lib. 7.c.13 q. 14 n. 89.

Ioan 14. Arabic. Syriac.
D. Auguſt. Rupert. Beda D. Thom. D Bonav.

139. Tertiò Rupertus in præſenti innuit quod in fine harum Epiſtolarum, dicitur: *Quid Spiritus dicat Eccleſiis.* Quia ſeptem Spiritus ſancti dona loquuntur ſeptem Eccleſiis, ſeu his ſeptem Epiſcopis, & ſic ait. *Septem loquuntur dona* Spiritu Dei loquente hîc uno filio hominis ſeu filio Dei. Loquitur hîc Eccleſiis; primò loquitur Spiritus timoris; ſecundò Spiritus pietatis; tertiò Spiritus ſcientiæ; quartò Spiritus fortitudinis; quintò Spiritus conſilii; ſextò Spiritus intellectus ſeptimò Spiritus ſapientiæ. Eccleſia namque dum Chriſtum imitatur à timore incipit, *& aſcendendo ad ſapientiam pervenit: ſicut ſcriptum eſt*, Initium ſapientiæ timor Domini. *Igitur eodem ſpiritu præeunte qui habet aures audiendi audiat, quid iſtorum Spirituum quiſque dicat Eccleſiis juxta proprietatem ſuæ dignitatis, & primò quid dicat Spiritus timoris.* Vincenti dabo edere de ligno vitæ. Seu ut legit ipſe Rupertus, timenti dabo edere.

Rupert.

Timens Deum omnia devicta, ac poſſeſſa jam habet,

140. Tamen in quæſtionem voco, cur ait, *vincenti dabo edere*. Potiùs videbatur dicendum, victuro ſeu bellum confecturo quàm vincenti ſeu victori. Nam hæc potiùs dicunt certamen conſummare, ac perficere, quàm illud inire, ac inchoare Inde rectè dicitur vincenti victori ſeu timenti, præmium eſt aſſignatum à Deo, quia qui timet Deum, jam vincens, ac victor omnium rerum eſt, ſic enim *timor Dei eſt initium ſapientiæ*; ut ſit victoria finis, ac conſummatio, & qui timore Dei plenus eſt, tantos jam habet progreſſus ut ſit in ultima meta, ac termino conſtitutus. Vide quæ dixi ſuprà cap. 1.

141. Quartò In principio Epiſtolæ Chriſtus eſt loquens, in fine Spiritus ſanctus. *Quid Spiritus dicat Eccleſiis.* In exordio Chriſtus Patris ſapientia ab eo omnium judex conſtitutus eſt arguens hunc Epiſcopum: *Quia charitatem tuam primam reliquiſti.* In fine verò Epiſtolæ eſt Spiritus ſanctus, qui eſt amor promittens, & dona conferens: *Vincenti dabo edere de ligno vitæ.* Sicut enim ad ſapientiam ac judicem ſpectat arguere ita proprium amoris eſt dare, ac beneficia elargiri, & cùm beneficia eſſent elargienda, amor introducitur. *Adamavit eam*, ſcilicet Eſther, *Rex Aſſuerus pluſquam omnes mulieres, & poſuit diadema regni in capite ejus: fecitque eam regnare pro Vaſthi.* Eſther. 2. n. 17. Cùm amaret pluſquam omnes, pluſquam omnes ei dedit; ad amoris menſuram eſt doni largitio.

Amor liberalis in donis.

Eſther.

142. Fame premebatur totus orbis, ex terra Chanaan veniunt filii Iacob in Ægyptum, ut deferant frumenta: vices Regis agebat in Ægypto Ioſeph, qui non eſt agnitus ab eis, quamvis ille bene agnoſceret eos? & cum illi eſſent profecturi ad Patrem, *Præcepit Ioſeph diſpenſatori domus ſuæ dicens, imple ſaccos eorum frumento quantum poſſunt capere.* Gen. 44.n.1 Fame totus conſumitur orbis, & frumentum ferè non reperitur, niſi in regiis horreis, & multi anni ſterilitatis duraturi ſuperſunt, cur ergo ſine menſurâ triticum largietur tanquam ſi hi ſoli à tanta neceſſitate liberi evaſuri ſint? cur ſine menſura alimenta fratribus dare præcipit? eos intimè diligebat, amor autem in donis neſcit menſuram. Oleaſter: *Hæc eſt menſura, quam ſolet facere amor*, cujus ſimile habes in libro Ruth.

Gen. 44.

Amor neſcit menſuram in donis.

Oleaſter.

143. Anima ſancta ad ſuum dilectum ſponſum ſic ait Cant. 1. n. 3. *Oleum effuſum nomen tuum.* Multi legunt: *Oleum exinanitum nomen tuum.* Quid verò per hoc nomen in præſenti intelligatur variant Interpretes. Philo Carpath. intelligit vehementiſſimum Dei amorem. Sic ait ipſe: *Hoc eſt nomen illud effuſum ſumma charitas, ardentiſſimus amor creaturæ ad creatorem.* Sed cur hoc nomen effuſum ſymbolum amoris divini eſt: Nam cùm hic amor divinus eſſet perfectiſſimus amor tam liberalis ac magnificus fuit, ut multitudine beneficiorum totus ſe effunderet, ac profunderet in ſuos uſque ad exinanitionem, ſeu ut ita dicam evacuationem, nam cùm eſſet in ſua ſublimitate Divinitatis ad ima noſtrarum pœnalitatum, ac mortis deſcendit, ut nobis tanquam verus amor ſuam celſitudinem communicaret. Sic pergit citatus Carpathius *Mortalis venerat*, ait, *ut nos redderet immortales; paſſus eſt aliquando; qui ſemper eſt impaſſibilis, ne nos ſemper pateremur; deſcendit ad ima, ut nos tolleret ad ſuperna, exinanitus eſt Dominus, ut excellentiſſimè dominaretur & ſervus.*

Cant. 1.

Alia lectio.

Carpath.

Amor nequit ſe continere, quin ſe diffundat.

QUÆSTIO XIX.

Quare non pugnavit, ſed vincenti lignum vitæ promittitur?

AIt in præſenti Angelus: *Vincenti dabo.* Sub nomine vincentis intelligendus venit, qui Diaboli tentationes, mundi fallacias, ſuóſque appetitus, ſuámque remiſſionem verâ pœnitentiâ vincit rediens ad ſuam primam charitatem, & tam fervidè, ut ne periculis laboribus, cruciatibuſque cedat, nec flecti poſſit, ut à Chriſto recedat. 144.

Quid ſit vincere?

In limine quæſtionis nota loquendi modum. *Vincenti dabo.* Hæc verba ad plures extendenda ſunt? ait textus. *Quid Spiritus dicat Eccleſiis*? eorúmque filiis, qui innumeri ſunt & tamen non dicitur vincentibus, ſed *vincenti dabo.* Nam etſi unus vincat, aliorum torpor non illi officit; nil gloriæ à victoria ejus demittitur; licet unus ſit qui vincat, etſi cæteri vincantur: vel quia tam larga, ac inexhauſta ſunt cœleſtia dona & tam amplè quilibet vincens accipit, ac ſi ille ſolus eſſet remunerandus, divina dona ex multorum communicatione minimè exhauriuntur. Ad quæſtionem. 145.

Divina dona ex multorum communicatione non exhauriuntur.

Reſpondet primò Rupert. *Vincere eſt corripienti acquieſcere.* Iſte Epiſcopus arguebatur à Chriſto D. Quòd ſuam primam charitatem reliquerit, & ſimul admonebatur: *Memor eſto unde excideris, pœnitentiam age, & prima opera fac.* 146.

Rupertus.

Ille

Ille enim verè vincit, qui cœleſtibus monitis acquieſcit, ac obtemperat, cùm propriam voluntatem renunciet, proprioſque appetitus refrænat, & ad nutum imperantis ducatur, ſic per ipſam obedientiam præparatur homo, ac dignus inventus eſt, ut de fructu ligni vitæ guſtet, ac manducet. Nonne illud materiale lignum vitæ (hujus typus, ac figura) prohibitum fuit primis parentibus propter eorum inobedientiam, ſic ergo nunc vincenti propter ejus obedientiam dabitur, ſane is eſt de quo Prov. 21. n. 28. dicitur. *Vir obediens loquetur victorias.* Ansbert. in præſenti. *De hoc ligno*, ait, *non comedit, niſi qui vicerit, ſubaudi tentationem illam ſerpentis: ſicut enim primus parens antiqui hoſtis calliditate victus per inobedientiam a ligno vitæ excluſus eſt ſic nos ex ejus carne propagati; ejuſdem inſidiatoris ſuaſionem refellentes per obedientiam ad eſum ſpiritualis ligni pertingemus certiſſimè, non jam cum primo Adam foras egreſſuri, ſed cum ſecundo intus manſuri.*

Prov. 21. Ansbert. *Per obedientiam meretur fructus ligni vitæ.*

147. Secundò: Idem Rupert. *Vincere*, ait, *eſt pœnitentiam agere*; dictum fuit huic Epiſcopo ob ſuam remiſſam charitatem, *Memor eſto unde excideris, pœnitentiam age* Et tamen non pœnitenti, ſed vincenti præmium, ſeu lignum vitæ promittitur; Pœnitentia enim tantùm eſt illius, qui in militia Chriſtiana vincit, ac triumphat, per illam enim non ſolùm vincit homo hoſtes ſuos, ſed ſe ipſum, ſuum corpus, ſuam carnem, quæ omni hoſte crudelior eſt, & ſic ſe ipſum vincens per pœnitentiam de fructu ligni vitæ valet guſtare, ac manducare. D. Chriſ. hom. de pœnit. *Reſtat, ait, lignum vitæ in paradiſo Dei repoſitum, quod nunc per pœnitentiam recipit homo: ò homo recurre ad arborem vitæ, quid tardas manducare fructus ejus maneat in æternum*; Chriſtus D. hoc ſacramentum inſtituit in memoriam ſuæ paſſionis. qui ad illud accedit ſua mortificatione, ſuaque pœnitentia debet oſtendere ſe habere memoriam Paſſionis Domini. D. Baſil. in Regulis brevioribus interrog. 23. *Oportet, ait, accedentem ad corpus, & ſanguinem Domini non ſolùm purum eſſe à quovis inquinamento carnis, ac ſpiritus, ne ad judicium edat, ac bibat, ſed oſtendere in vita memoriam ejus, qui pro nobis mortuus eſt in eo, quod mortificatus eſt peccato, & mundo, ac ſibi ipſi, & Deo vivere.*

Rupertus. *Qui per pœnitentiam vincit, Euchariſtiam participat.* D. Chryſ.

Qui ad Euchariſtiam accedit memoriam paſſionis in pœnitentia oſtendat. D. Baſili.

148. Tertiò. Hic Epiſcopus arguebatur de remiſſa ſua charitate, dictum eſt ei, *Charitatem tuam primam reliquiſti.* Et maximè exhortatur, ut ad ſuam primam, & fervidam redeat. Dicitur ei: *Prima opera fac.* Ac proinde cum ait Dominus, vincenti dabo edere de ligno vitæ, idem eſt, ac ſi dicat, ſi hanc remiſſionem viceris, & negligentiam excluderis, & in bono opere te fervidus bellator emiſeris, Euchariſtici ligni particeps eris, qui enim agno Euchariſtico refici deſiderat, deſidiam, ac torporem à ſe abjiciat. Iſraëliticis mandavit Dominus, quod Agnum Paſchalem *comedetis feſtinanter* Exod. 12. n. 11. D. Gregor. homil. 22. in Evangel. *Notate chariſſimi*, ait, *notate quod dicitur, feſtinantes comedite Paſcha, mandata Dei, myſteria redemptionis cœleſtis, patriæ gaudia cum feſtinatione cognoſcite, & præcepta vitæ cum feſtinatione amplius curate. Quia hodie licet bene agere ſcimus, verum cras liceat, ignoramus. Feſtinantes ergo Paſcha comedite, id eſt, ad ſolemnitatem patriæ cœleſtis anhelate. Nemo in hujus vitæ itinere torpeat; ne in patria locum perdat.*

Torpor, ac deſidia abjicienda, ut ad Euchariſtiam accedas. Exod. 12. D. Greg.

149. Quartò. Immediatè ante dictum eſt huic Epiſcopo Epheſino: *Odiſti facta Nicolaitarum*, hoc eſt, eorum impudicam, & licentioſam luxuriam, ut dixi ſuprà expoſitione 4. Cur ergo poſt commendatum Epiſcopum de deteſtatione Nicolaitarum, ſtatim ſubditur, *vincenti dabo edere de ligno vitæ.* Qui enim amator eſt caſtitatis, & odio proſequitur libidinoſos, dignus efficitur, ut hoc divino pabulo reficiatur; Ecce cur poſt odium libidinoſæ ſectæ Nicolaitarum eſus ligni vitæ promittitur, ad illum namque pudicitiæ amator admittitur. Præcepit Deus Hebræis ad Agnum Paſchalem comedendum, qui præfigurabat hunc Dei agnum; ait Deus; *Sic autem comedetis illum, renes veſtros accingetis.* Exod. 12. n. 11. Quod per renes accinctos caſtitas intelligatur, valde perſpicuum eſt. Hac lege Deus ſolos caſtos ad ſui convivium admittebat, luxurioſos verò excludebat. At peccata omnia cum animam coinquinent, à ſacra communione detinent, quare ergo ſolùm luxurioſi hic prohibentur? Quare non ſuperbi, avari, ac ſimiles? Et ſi verum ſit, quod acceſſurus ad ſanctam menſam ab omni inquinamento debeat eſſe expurgatus, tamen in hac cœleſti cœna tam exactè ſola luxuria inhibetur? Quoniam majus luxurioſis, quàm cujuſvis alterius generis peccatoribus, Chriſtum indignè comedentibus, imminet malum, ac ſeverior pœna. D. Paſchaſ. lib de corpore 22. *Renes veſtros accingetis*, ait, *quia hæc ſacramenta ſunt vitæ ſemiplena, quibus virgines generantur. Unde conſtat, quod nulli periculoſius ea contingunt, quàm luxurioſis & incaſtis.*

Caſtitatis amator guſtat de ligno vitæ. Exod. 12. *Luxurioſi accedentes ad hanc menſam rigoroſiſſimè puniuntur.* D. Paſchaſ.

150. Quintò. D. Anſelm. ſic ait. *Vincenti non dicit facienti aliquando, ſed perſeveranti*, dabo edere de ligno vitæ: cur non ait pugnanti, vel bona facienti, ſed vincenti, quia non bona facienti, ſed conſummanti, ac perficienti, quod denotat vincens. Et ſic ait Apoſtolus 2. Corinth. c. 4. n. 7. *Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, in reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ.* Non quia tantùm certavit, ſed quia conſummavit. D. Bern. Epiſt. 109. *Quid igitur opus eſt facto*, ait, *dilectiſſimi, niſi ut fatigetur, quomodo laudabile propoſitum dignum conſequatur effectum? Studere proinde perſeverantiæ, quæ ſola virtute coronatur.*

2. Tim. 4.

151. Sextò D. Thomas. vincenti dabitur edere de ligno vitæ, *datur*, ait, *iis ſcilicet, qui triumphant de vitiis.* Hinc mandavit Deus menſam in templo fabricari, & ait Moyſi: *Facies illi labium aureum per circuitum, & ipſi labio coronam interraſilem.* Exod. 25. n. 25. Septuaginta *coronam pugilii.* Ut ſignificetur, quòd illi qui ad hanc menſam conveniunt, tali animo accedant, ut cum hoſtibus pugnaturi, ut de iis triumphantes aurea corona donentur, quæ pugilum, ſeu pugnatorum propria eſt.

D. Thom. *Euchariſtia triumphantium eſt.* Exod. 25.

152. Septimò. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ.* Vitæ lignum Chriſtus, fructus Euchariſtia promittitur vincenti, id eſt, rectè operanti, qui enim bene, & dignè operatur, hujus menſæ particeps erit. Prov. 9. n. 1. dicitur. *Sapientia ædificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, poſuit menſam, miſcuit vinum, miſit ancillas ſuas ut vocarent ad arcem, & mœnia civitatis:* Si menſa appoſita eſt pane, & vino condita

Prov. 9.

Euchariſticus panis poſt labores datur & ad laborem excitat.

condita, cur ancillæ priùs non ſe reficiunt antequam ad prælii laborem aſſurgant vocantes ad arcem, & ad mœnia civitatis, ad pugnam nempe; quia non priùs Euchariſticus panis percipiendus, quàm labor præmiſſus non dignos faciat tam ſalutifero alimento, ſed cur peracto certamine non apponitur menſa, ſed ante illud initum, cur menſa apponitur in laboris conſpectu; quia maximè nos poteſt excitare ad omnem laborem ſuſtinendum pro ſuavitate ejus guſtanda, ut de Machabæis ait Joſeph. *Vt videlicet major bellantium eſſet inſtantia, ſi non pro victoria tantum, ſed pro poculis pugnaretur.*

Joſeph.

153. Sex diebus manna de cœlo affluebat, die verò ſeptimo non deſcendebat. Septima enim die vacabant Hebræi ab omni opere. *Sex diebus colligite: die autem ſeptimo ſabbathum eſt Domini, idcircò non invenietur.* Exod.16.n.26. Manna panem Euchariſticum repræſentabat, qui laborantibus & non otiantibus porrigitur, inde in die, qua Iſraelitæ erant vacantes ab omni opere tanto defraudabantur bono, quod laborantibus præparatur. Cæſarius Arelatenſ. homil.7. de Paſch. favet noſtræ cogitationi. *Dies iſta*, ait, *id eſt dies ſeptimus cœleſtis panis fraude mutilatur*. Dies ſeptimus in quo vacatur ab omni opere, *cœleſtis panis fraude mutilatur.*

Exod 16. *Die vacua à laboribus non dabatur manna.* Cæſ. Arel.

QUÆSTIO XX.

Quare ait Dominus, dabo edere de ligno vitæ, & non potiùs vendam, vel reddam?

154. IN limine quæſtionis dubitabis, cur Chriſtus Dominus hìc directè, ac expreſsè ſe promittit præmiatorem; *Vincenti dabo.* In Evangelio autem indirectè, & per tertiam perſonam; Matth. 5. num. 3. *Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati mites*, &c. Joan. 12. num. 3. *Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur, & ubi ego ſum & miniſter meus erit.* Joan.17.n.24. *Pater quos dediſti mihi, volo ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum, ut videant claritatem meam, quam dediſti mihi.* At hic expreſsè, & directè ait, *vincenti dabo.* Reſpondeo 1. hoc fecit Dominus ob magnam ſuam modeſtiam & humilitatem, quam ſemper oſtendit, dum ageret in hac mortali vita. 2. Dominus in hoc mundo degebat in forma ſervi, & humilis, & voluit ſe huic ſtatui accommodare, ac proinde noluit ut ſupremus Rex, ac Dominus promittere. 3. Ut ſpes noſtra eſſet firma. Nam ſi egenus, & multa mala patiens in hoc mundo promitteret regnum & æternam felicitatem, alicui dubitanti poterat venire in mentem, & illi reſpondere: *Medice cura te ipſum.* At modò cum has promiſſiones faciat regnans in cœlo, plenus omnium bonorum, nil eſt, quod dubitemus de veritate illorum, quæ nobis pollicentur.

Matth.5. Joan 12. Joan. 17. *Promittens accommodet ſe ſuo ſtatui.*

155. Ad quæſtionem, & primò. Magnæ, & incomparabiles ſunt divitiæ, quæ nobis in altiſſimo Altaris ſacramento communicantur, ita ut dicat Concilium Tridentinum, quod in ea oſtendit Chriſtus divitias ſui amoris. Si ergo hoc ſacramentum tam magnus, & amplus theſaurus eſt, quomodo ait Chriſtus dabo non autem maximo pretio, & incomparabili vendam; ut cognoſcamus Chriſtum Dominum in dando Euchariſtico ligno liberaliſſimum, ac munificentiſſimum eſſe; ut obſervavit Albert. Magn. *Dabo edere gratis, non vendam, quia dator ſum liberalis.* Et Richard. de S. Laurent. lib. 12. de laud b.B. Mariæ tit.9. *Maria*, ait, *Cypreſſus ſub fine carnem ſuam eſibilem dabit, nota dabit, non vendet, contra eos, qui vendunt parvo pretio, quod eſt impretiabile.*

Chriſtus è liberaliſſimus in danda Euchariſtia. Alb Magn. Richard.

Secundò. At, *Vincenti dabo edere de ligno vitæ.* Cur non dicitur vincenti dari præmium 156.
tanquam debitum, ſed abſolute dari tanquam gratis? Cur aliàs victori debeatur ut merces ex juſtitia, 2. Timoth.4. num.8. *Repoſita eſt mihi corona juſtitiæ.* Dicendum ergo erat vincenti reddam lignum vitæ. Ut in parabola de vinea, ait Dominus procuratori ſuo: *Voca operarios & redde illis mercedem.* Matt.20.n.8. Adverte quod Beatitudo dicitur dari gratis, & dari ut corona juſtitiæ in diverſa conſideratione. Datur gratis ratione primæ gratiæ, quæ eſt radix totius meriti, gratis à Deo confertur, unde dicitur Pſalm. 58. numer. 11. *Miſericordia ejus præveniet me.* Tamen ratione meritorum eſt corona juſtitiæ; meritum autem eſt actus bonus à nobis gratia elicitus, cui ex pacto beatitudo debetur, bene ergo dicitur; vincenti dabo edere de ligno vitæ quia beatitudo gratia eſt ex divina miſericordia; & corona juſtitiæ ex intuitu meritorum. Quod præclarè, ac latè docet D. Auguſt. Epiſt. 105. quæ eſt ad Sixtum Presbyterum. *Cùm Deus*, ait, *coronat merita noſtra, nihil aliud coronat, quàm munera ſua; nec enim fruſtra Deo cantatur;* Miſericordia ejus præveniet me. Pſalm. 58. Et miſericordia ejus ſubſequetur me. Pſal. 22. *Unde & ipſa vita æterna, quæ meritis præcedentibus redditur, tamen quia eadem merita, quibus redditur, non à nobis parta ſunt per noſtram ſufficientiam, ſed in nobis facta per gratiam, etiam ipſa gratia nuncupantur.*

2. Tim. 4. Matth. 20. *Beatitudo gratis radicaliter datur, formaliter ex meritis ut corona.* Pſalm. 58. D. Auguſt. Pſal. 21.

Tertiò. Rupertus lib.2. in Apocalypſ. *Sæpè* 157.
autem is, ait, *qui necdum vicit, id eſt, qui pœnitentiam non egit, de hoc ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei, manducat corpus, & bibit ſanguinem Domini. Non illi dat Chriſtus, ſed ipſe rapit, & ideo judicium ſibi manducat, & bibit.* Maxime eſt expendendus dicendi modus, non ait; Vincens manducabit, ſeu reficietur; ſed ait *vincenti dabo.* Ac ſi in eo ſtet victoria cujuſque, quod non ipſe ſumat, ſed à Deo accipiat cœleſtem cibum: ei enim Deus dat, qui per pœnitentiam, & contritionem diſponitur, ut dignè mereatur accipere, ille autem rapit, & non expectat dari ſibi ſalutis epulum, qui indignè accedit, & hic judicium ſibi manducat. & bibit.

Rupert. *Euchariſticus panis à Deo dandus & non rapiendus.*

Inter multos unus accumbebat divinæ men- 158.
ſæ: *Vidit Rex ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali; & ait illi: Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem.* Matth. 22. num 11. & ideo juſſit hominem pedibus, ac manibus ligatis, *mitti in tenebras exteriores.* Et in quo non habebat veſtem nuptialem, ex quo in tantam pœnam devenit, quia ipſe intravit, non introducente cum Rege, & qui

Matth. 22

non

Nullus rapiat cæleſtem panem, ſed expectet ſibi à Deo dari. non expectat à Rege introduci in convivium per nuptialem pœnitentiæ veſtem, is rapit cœleſtem cibum, & judicium ſibi manducat, ut inde præcipitetur in æternum exitium; ad quod D. Athanaſ. alludit D. Athanaſ. q. 45. *Quis erat*, ait, *is, qui non habebat veſtem nuptialem? Iudas, & qui quemadmodum ipſe in ſancta miniſteria ſe ſe indignè ingerunt.*

Quæstio XXI.

Lignum vitæ explicatur de Chriſto, prout eſt in Eccleſia, ei ſua dona communicante, vel de cruce ejus.

159. Gen. 2. Lignum vitæ poſuit Deus in medio paradiſi, Genel. 2. num 9. ut qui ex eo comederent, ſemper viverent. Inde per metaphoram, quidquid nobis præbet vitam immortalem, lignum vitæ vocatur: ſic Proverb 3. Proverb. 3. num. 18. de ſapientia dicitur. *Lignum vitæ eſt iis, qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam beatus.* Et cap. 11. num. Proverb 11. 30. *Fructus juſti lignum vitæ.* Quia juſtus ſuis verbis, ac operibus, alios ad vitam provocat, ad eamque eos adducit. Sic etiam ſumitur cap. 15. num. 4 & cap. 13. n. 12. Paradiſus autem terreſtris figura fuit Eccleſiæ Dei in qua eſt ſuavitas, & dulcedo omnium ſpiritualium bonorum.

160. *Quid ſit lignum vitæ in præſenti* Lignum autem vitæ in præſenti eſt id, quod nobis vitam immortalem confert in paradiſo Dei, ideſt, in Eccleſia ſive militante, ſive triumphante Variè exponitur. In Eccleſia militante eſt ipſe Chriſtus ei communicans ſuam gratiam, ac dona, vel prout eſt ſacramentaliter præſens in altaris myſterio, vel etiam ejus crux, ut à multis exponitur. In Eccleſia triumphante, ſeu patria eſt ipſemet Deus clarè viſus, de quibus omnibus, dicam hac quæſt. & duabus ſequentibus.

161. Richard. Beda. Primò Richardus de Sancto Victore, & Beda per lignum vitæ intelligunt Chriſtum, qui in Eccleſiæ paradiſo omnibus proponitur fruendus. Sic ait Richardus *Lignum vitæ Chriſtus eſt qui ſuis electis ſemetipſum participando per gratiam vitam æternam præbet.* Tanquam ſi ſenſus ſit, qui diabolum vincit, manducabit de ligno vitæ, quod in paradiſo eſt, quia ſuavitate, ac dulcedine Chriſti ſatiabitur; modò verò per participationem gratiæ; poſteà verò poſt viſionis beatificæ perfruitionem. *Homo per gratiam guſtat de ligno vitæ, hoc eſt, Chriſto.*

162. D. Amb. Eſichius. D. Hieron. *Crux corona.* Secundò D. Ambroſ. lib. de iis, qui initiantur myſter. cap. 3 & ſerm 23. Eſichius in c. 14. Levit. D. Hieron. in cap. 2. Joëlis: per lignum vitæ crucem Chriſti intelligunt. Sed cur hæc ſancta crux ſolùm vincenti promittit? Victori aliqua corona debetur, nam apud omnes ferè nationes victores coronâ donabantur. Et Ideo crux, quæ præclara corona eſt, victori tantùm datur. Quod innuere videtur S. Paulinus D. Paul. Nolanus, dum piè canit Epiſt. 12.

163. *Sanctorum labor, & merces ſibi ritè cohærent,*
Ardua crux, pretiumq; crucis ſublime, corona.
Crux dat vitam, & deſtruit mortem. Deinde lignum crucis, largius, ac fœcundiùs dat, & communicat vitam quam arbor illa in paradiſo edem plantata, ut ait Drogo Hoſtienſis lib. de ſacramento Dominicæ Paſſionis, Drogo Hoſtienſ. ubi ſic ait. *Quis ergo amplius crucem timeat? In cruce enim pendet omnis fructus vitæ, quia ipſa eſt arbor vitæ, quæ eſt in medio Paradiſi.* Hoc maxime nobis declaravit Parens Elias, cum filium viduæ Sareptanæ revocavit in vitam. *Expandit ſe atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus, & clamavit ad Dominum, & ait Domine Deus meus, revertatur obſecro anima pueri hujus in viſcera ejus. Et exaudivit Dominus vocem Eliæ: & reverſa eſt anima pueri intra eum, & revixit.* Multi Interpretes cum Caietano advertunt, qui ait, *Hic eſt primus mortuus, qui ab initio mundi reſſuſcitatus eſt.* Caietanus. 3. Reg. 17 n. 21. Magnum, & altum myſterium 3. Reg. 17. eſt, quod dum Parens Elias vult primum mortuum ab orbe condito ſuſcitare, expandit ſe ſuper puerum Cur non potiùs elevat oculos in altum: extendit manus in cœlum, ut Moyſes, vel procumbit ſuper terram, ut Daniel, vel genuflexus orat, cur ergo modo inſolito expandit ſe ſuper puerum? Hoc cum præſtat magnus Elias, caput ſuum ſuper caput pueri, pedes ſuper pedes illius poſuit, manuſque ſuas ſuper manus pueri extendit, expreſſam crucis figuram delineans, & ad hoc clariùs denotandum tribus vicibus præſtat; & cur in primo mortuo ſuſcitando crucis forma imponitur? Primus de morte ibi oſtendebatur triumphus, & inde crucis pompa fit, quia virtute hujus ſignaculi mors excludebatur, & vita in toto orbe introducebatur, & ad hoc reſpicit etiam D. Auguſt. ſerm. 101. de tempore, dum explicat quod D. Augſt. Elias tribus vicibus inclinatur ſuper puerum; & tandem ſubdit. *Denique hoc etiam in ſacramento baptiſmatis demonſtratur, dum tertia vice vetus homo mergitur, ut novus ſurgere mereatur.*

Cum Abrahamus vellet aſcendere montem 164. ut ibi filium ſuum Iſaac igne conſumendum Deo offerret in holocauſtum; ait ad pueros ſuos: Expectate hîc: ego & puer illuc uſque properantes, *poſtquam adoraverimus, revertemur ad vos.* Gen. 22. numer. 5. Cur bone Geneſ. 22. ſenex de filio aſſeris, quod tecum etiam ipſe reverſurus ſit; quem gladio jugulari, & igne conſumi præparas? Unde tibi revertentis filii incolumitas ſubiit in mentem? Subdit textus immediatè. *Tulit quoque ligna holocauſti, & impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum.* Ubi ergo *A cruce Domini ita auſpicium* Iſaac ſub ligno, nempe crucis typo apparuit, ſuæ incolumitatis apertiſſimum extitit argumentum cum crucis Dominicæ lignum apparet, nil citiùs ab eo prodit, quàm ſecuriſſimæ vitæ firmitas. Pro quo ait Julius Firmicus, Mater. lib. de errore Prophanæ Relig. cap. 2. Firmicus. *Divini, ac liberantis ligni ordinem diſce. De cataclyſmo humanum genus arca lignea liberavit. Deinde Abraham ligna unici filii humeris imponit.*

QUÆSTIO XXII.

Explicatur lignum vitæ de viſione beata, & quomodo ad ipſum invitatur homo, cùm ad ejus cuſtodiam adſit Cherubim cum flammeo gladio.

165. Andreas. Viegas. Corn. Ribeira. ANdreas Cæſar. & communiter Recentiores, Viegas, Cornelius à Lapide, Ribeira, & alii. Lignum vitæ interpretantur viſionem, ac fruitionem Dei cui annexa eſt immortalitas, ac immarceſcibilis vita. Et dicitur; *Vincenti dabo edere*, per contemplationem, ac fruitionem, *de ligno vitæ*; ideſt, de Divinitate beante, glorificante, ac æternam vitam conferente.

166. Cur non dicitur dari victori corona ſed eſus. Pſal. 35. Luc. 22. Ex quo intelliges, cum hîc vincenti non promittitur in præmium palma, vel corona ſed eſus; quia frequenter beatifica viſio tam hoc loco, quàm aliis eſui, & potui comparatur; ut Pſal. 35. n. 9. *Torrente voluptatis tuæ potabis nos.* Et Lucæ 22. n. 29. ait Chriſtus ſuis diſcipulis *Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum: ut edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo.* Nam ſicut materialis cibus reficit, & ſatiat appetitum, ſic per analogiam excellentiſſimo modo dicitur quod illa cœleſtis viſio reficit, ſatiat, ac adimplet omne noſtrum Hugo. deſiderium, ac gaudium. Cardinalis Hugo aliam aſſignat rationem, quia qui vincit pugnat, pugnans verò ſolet eſurire, & ſitire: Rectè ergo ei promittitur refectio, ac ſaturatio juxta illud Matth. 5. Math. 5. n. 6. *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.*

167. Sed quomodo lignum vitæ promittitur in præmium vincenti, cùm omnes ſciamus viam hujus ligni eſſe cuſtoditam flammeo enſe: *Collocavit ante paradiſum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium, atque verſatilem ad cuſto-* Geneſ. 3. *diendam viam ligni vitæ.* Gen. 3. n. 24. Quis non *Si Cherubim ad Cuſtodiã, quomodo accedet homo.* timebit Cherubim armatum; quis audebit erumpere per medias flammas, quis per ignitos gladios ingredietur? Reſpondet Rupertus. *Primis hominibus, ait, quia corripienti Deo non acquieverunt, ſed peccatum ſuum excuſarunt, lignum vitæ interdictum fuit. Gen. 3. Rectè modò pœnitenti aditus ad lignum vitæ repromittitur,* *Conceditur pœnitenti, quod negatur ſuperbo.* *quod eſt ipſe Chriſtus.* Quod elationi, ac vanitati in primis parentibus eſt intercluſum, hoc humilitati, ac pœnitentiæ aperitur in Chriſto, quod vanitas perdidit, hoc pœnitentia cum humilitate obtinet.

168. *Præmium propoſitum allicit animum ad ſuperanda omnia difficilia.* Secundò. Ad idem olim falſo propoſito præmio, *Eritis ſicut dii*, nullis difficultatibus impeditus eſt homo, ut ad lignum vetitum manus extenderet; nunc verò & magno objecto præmio allicitur, ut nullis difficultatibus retardetur; etſi flamma prohibeat, & per ignes, ac vulnera eundum ſit; tamen propoſitum præmium facit, ut gladii, flammæ ac ſpiritus armati deſpiciantur, & ut omnia difficilia generosè cōtemnantur, nulla eſt enim difficultas, cum propoſitum præmium allicit, & movet. Ait Iſaias Iſai. 40. 40. n. 10. *Ecce Dominus Deus in fortitudine ve-* Septuaginta. *niet, & brachium ejus dominabitur, ecce merces ejus coram eo, & opus illius coram illo.* Septuaginta aliter legunt; *Ecce merces ejus cum eo, & opus in conſpectu ejus.* Apparet Dominus cum mercede laborum, ecce ſtatim opus ejus ab eo præceptum ac mandatum, quamvis alias difficile, adimpletum, ac executioni mandatum apparet in conſpectu. Quis enim mercedem Jeſu videat & operi Jeſu non inſtet. Pulchrè ergo dicitur; *Merces ejus cum eo, & opus in conſpectu ejus.* Ex mercede viſa accenditur deſiderium, ut ſuperato omni impedimento quodlibet opus compleat, & ſit in conſpectu.

Vidit Joſeph circumſtantes manipulos fratrum adorare manipulum ſuum; Deinde aliud ſomnium refert. *Vidi per ſomnium quaſi ſolem & Lunam, & ſtellas undecim adorare me.* Gen. 27. n. 9. Ad quid pertinent tot ſomnia manifeſtata Joſeph, quæ majoris odii, ac invidiæ ſeminaria extiterunt. Ad quid ergo hæc odii fomenta ei aperiuntur, alta Dei providentia ordinabatur Joſeph ut vehementi laborum procella premeretur; ut nempè tanquam captivus à fratribus venditus duceretur in Ægyptum, ibique impudicæ fœminæ importunitatem ſuſtineret, ac ut tandem in carcerem dejectus ferreis vinculis aſtringeretur; ad hæc ergo ſuprema dignitate, ac aliorum adoratione tanquam præmio armatur, ne inſanientis procellæ fluctibus ſuccumbat, objecta enim præmia in viſione opportuna erant auxilia in omni ærumna, ac labore, quomodo timeret captivitatem ad cujus pedes cæteri inclinandi erant eum adoraturi? Quomodo refugeret laſcivæ mulieris inſectationes, quem regia ſidera venerabantur? Quomodo carcerem formidaret, qui ad clavum regni deſtinabatur? Quomodo vincula recuſaret, qui imperialibus faſciis ſe circumcingi videbat, tam certa ſpe munitus tot procellarum fluctus inoffenſe enavigavit. D. Cyrill. apud Lippoman. *Sic igitur Deus juveni Joſeph per ſomnia ſignificabat illum aliquando clariſſimum, & fratribus ſuis longè præſtantiorem fore, atque ita eum ad virtutes, atque ad meliora provocabat, quemadmodum hi, qui præmia athletis proponunt, facere ſolent.*

169. Geneſ. 27. *Præmium tollit omnem difficultatem & laborem.* D. Cyrill.

Ait Chriſtus D. ſuis Diſcipulis Luc 12. 32. 170. *Nolite timere puſillus grex, quia complacuit Pa-* Luc. 12. *tri veſtro dare vobis regnum; vendite quæ poſſidetis* Duriſſimum quid præcipiebatur homini plena nempe omnium ſuorum bonorum abnegatio, & dum hæc tam ardua mandabantur, & cùm hæc tam ardua imponebantur, non dicuntur gigantes, vel fortes viri, ſed puſilli, de quibus Petrus ait. *Quaſi modo geniti infantes, lac con-* 1. Petr. 2. *cupiſcite.* Epiſtola 1 cap. 2. num 2. Infantes, ac puſillos bene invitat ad lac; quomodo ergo Divinus Magiſter non ad lac, ſed ad virtutum *Spes præmii facilitat ardua.* difficilia convocat, proponebat eis ante oculos præmium cœleſte, nempe regnum, & hoc ſufficiens erat, ut contempta omni difficultate duriſſima appeterentur. Chryſolog. ſerm 25. D. Chriſ. *Aufert, ait, ſpes anxias, omnem excludit timorem, quando in exordio ipſo regnum naſcentibus pollicetur.*

QUÆSTIO

QUÆSTIO XXIII.

Lignum vitæ de Euchariſtiæ Sacramento explicatur.

171. D. Paſch.

Lignum vitæ Corpus Chriſti ſignificare apertè docet D. Paſchaſ. lib. de corpore, & ſanguin. Domini cap. 9. ubi ſic ait: *Sicut fuit arbor vitæ in Paradiſo, ita ſancta Eccleſia Dei, quæ Paradiſus deliciarum in Canticis appellatur, habet in ſe myſterium vitæ, quod in eodem ligno figurabatur. Ex quo, qui edunt ſervantes mandata vitæ, nequaquam poſſunt mori in æternum.* Quod etiam docent D. Chryſoſtom homil de pœnit. & hîc D. Bruno Aſtenſis Rupertus, D. Bernard. Senenſ. & D. Bonav. in Pſalm. 1. Valde appoſitè Sacra Euchariſtia per illud lignum terreſtris Paradiſi ſignificatur? nam tale lignum multam virtutem habebat, non ſolùm ad vitam hominis conſervandam, ſed etiam perpetuandam quodam immortalitatis bono, inde rectè Euchariſticus cibus per illud figuratur, hic enim vitam ſpiritualem conſervat, & eum comedentem immortalem efficit.

Euchariſtia lignum dans vitæ. D. Bruno, Aſtenſ. Rupertus. D. Bernard D. Bonav.

172. D. Paſch.

Dubitat tamen ipſe Paſch. citato l. de corpore, & ſanguine Domini c. 7. Quomodo hîc à Domino dicatur: *Vincenti dabo edere de ligno vitæ; quod eſt in Paradiſo Dei mei.* Per quod quid ſuaviſſimum & dulciſſimum ſignificatur; cum tamen de ipſo pane Euchariſtico loquens Iſaias 30. num. 20. ait. *Dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam brevem.* Septuaginta habent; *Panem tribulationis, & aquam anguſtam,* Seu ut eſt in Hebræo: *Panem anguſtiæ, & aquam oppreſſionis.* Quæ ſic explicatur à D. Cyrillo Alexandr. ibi. *Panis igitur, & aqua vivifica, Chriſtus eſt.* Si ergo panis Euchariſticus ab Iſaia appellatus panis arctus, ſive tribulationis, & anguſtiæ, quo nomine nihil triſtius, aut inſuavius dici poteſt: quomodo à Domino lignum vitæ aſſeritur, quo nihil ſuavius, dulciuſve excogitari valet: facilè ſolvitur nodus, ſi dicas ad Euchariſtiæ ſuavitatem, ac dulcedinem, non aliter niſi per labores, ac anguſtias, carnis ſcilicet mortificationem ac oppreſſionem perveniendum eſſe. Ita D. Cyrillus in locum Iſaiæ, qui Poſtquam dixit *Panis igitur, & aqua vivifica Chriſtus eſt.* Subdit: *Sed cum labore & ſudore invenitur, magna enim bona, & eximia non percipiuntur ab iis, qui jacent, & delicantur.* Quod ſenſu & verbis dixit etiam Chryſoſtom. homil. 7. in Matth. *Iacentes manducare non poſſumus, niſi ſteterimus, corpus Chriſti accipere non valemus.*

Iſai. 30. Septuag. Hebr. D. Cyril *Ad Euchariſtiæ dulcedinem per labores, & anguſtias perveniendum.* D. Cyrill.

173. Quam magna, & alta ſint, quæ nobis promittuntur à Chriſto in Euchariſtico Sacramento, cum ait. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ.* Præclarè explicat D. Bern. Senenſ. cum ait. *Illud Sacramentum, quod promiſit nobis dare, eſt roborativum virtuoſitate, propter hoc dicit, vincenti: communicativum liberalitate, quia dabo: refectivum ſatietate; quia edere, vivificativum, quia de ligno vitæ: delectativum ſuavitate, in Paradiſo Dei mei.* Quæ omnia pro hujus majori explicatione ſigillatim expendenda ſunt.

D. Chryſ. D. Bernard. *Sacra Euchariſtia multa elogia.*

174. *Roborativum virtuoſitate, propter hoc dicit; Vincenti:* ac ſi ab odore hujus Sacramenti jam ſit homo victor, & vincens hoc Sacramentum dat invictum robur, & fortitudinem, In ſpiritu poſtulabat David: *Vt videam voluptatem Domini & viſitem templum ejus.* Pſalm. 26. n. 4. D. Auguſt. ex Septuaginta legit: *Et protegar à templo ejus.* Per Eccleſiæ Sacramenta explicat Chryſopolitanus Archiep ſc. præſertim corporis Chriſti ut interpretatur Caſſiodorus. *Propheta*, ait, *poſtulabat protegi à Chriſti corporis templo, unde & firmitatem fidei, & invictum robur defenſionis accipiat.* Sic idem Regius Vates Pſalm. 110. n. 5. *Eſcam dedit timentibus ſe.* Qui locus communiter de ſacra Euchariſtia interpretatur: in Hebræo legitur, *prædam dedit;* quæ propriè victorum eſt qui hoc Sacramento reficitur prædam ac ſignum victoriæ, ac triumphi habet.

Pſalm. 26. D. Auguſt. Caſſiod. D. Chryſop. *Euchariſtia protegit & da victoriam.* Pſalm. 110. Heb.

175. Secundò *Communicativum liberalitate*: De hoc divino Sacramento decantat Regius Vates Pſal. 77. n. 16. *Et deduxit aquam de petra: & deduxit tanquam flumina aquas* Ubi ſermo eſt juxta multos de hoc Euchariſtico Sacramento. Sed cur affluentia Altaris myſterii typo fluminis declaratur? cur non potiùs torrentis, cum æquè flumina, ac torrentes copioſis, ac largis turgeant imbribus. D. Iſidor. lib. 13. Etymolog. cap. 21. *Fluvius, ait, eſt perennis aquarum decurſus à fluendo perpetim dictus: dictus autem torrens, quia pluvia creſcit, ſiccitate torreſcit, cui Græci ab hyeme nomen dederunt: illi à tempore, quo ſuccreſcit, nos à tempore quo ſiccatur.* Prævidit Propheta indeficientem affluentiam bonorum ab hoc divino Sacramento, inde abſtinuit à combinatione cum torrente, qui temporaneè fluit, & aliquando deficit & ſiccatur, ſed comparationem poſuit cum flumine, qui ſemper pleno gurgite labitur: copia enim donorum in hoc Sacramento indeficienter perenni, ac pleno decurſu in nos tendit, & derivatur, ut nos ſummè repleat, ac divites faciat: unde de hoc Sacramento loquens Iſaias 33. num. 21. *Solummodò ibi magnificus eſt Dominus noſter:* quia ibi oſtendit totam ſuam magnificentiam, & amplitudinem, ut latè explicavi tom. 3. in Evangel. cap. 36.

Pſalm. 77. D. Iſidor. *Summa Dei liberalitas in Sacramento altaris.* Iſai. 33.

176. Tertiò. *Refectivum ſatietate, quia edere.* Reficit, & ſatiat omnem noſtram voluntatem hoc Divinum Sacramentum, Ait David Pſalm. 144. num. 16. *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.* Omne animal ſcilicet rationale Vatabl. Pagnin. *Saturas deſiderium omnium ad voluntatem*, tanquam ſi dicatur, quod ſe extendit in Euchariſtia Dei liberalitas, ad quæ ſe extendit hominis voluntas, & ultra in infinitum.

Euchariſtia ſatiat, & reficit. Pſalm. 144. Vatablus. Pagnin.

177. Quartò. *Vivificativum, quia de ligno vitæ.* Ait anima ſancta in Cantic. 1. num. 13. *Botrus Cypri dilectus meus mihi.* Hebraicè: *Botrus balſami*, cujus effectus eſt à corruptione ſervare. Inde rectè Chriſtus botrus balſami dicitur, quia à corruptione ſervat, & immortalitatem dat. *Ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die.* Joan. 6. num. 40 Unde meritò Concilium Nicenum hoc Sacramentum appellat ſymbolum reſurrectionis Et D. Ignatius Epiſtol. 114 *Pharmacum immortalitatis.* Chriſtus eſt ipſe vita & mortis exterminatio. Dicit Martha ad Ieſum *Domine ſi fuiſſes hîc, frater meus non fuiſſet*

Cantic. 1. Hebraic. Ioan. 6. Conc. Nic. D. Ignat.

mortuus

Ioan. 11. *mortuus.* Iean. 11. n. 32. Sciebat ſancta fœmina, quod à Chriſti præſentia mors deſtruebatur, & vita manabat; tanquam ſi diceret quandiu apud nos fuiſti, nulla mors eſt auſa appropinquare ſed vita tecum fonte vitæ ſtetit: quod ſecus factum eſt, poſtquam deceſſiſti, vita abiit & mors eſt ingreſſa. D. Cyrill. Alexandr. lib.... cap. 20. *Dum nobiſcum præſens fuiſti, non mors, non infirmitas aliqua nobis appropinquare auſa fuit, apud quos vita hoſpitari noverat: ubi deceſſiſti affuit mors, quæ fratrem noſtrum acerbo funere rapuit.* Apud quos Chriſtus hoſpitatur, & digne recipiunt in Sacramento altaris, ipſi à morte liberantur, & æterna vita donantur.

Euchariſtia dat vitam, & immortalitatem.

D. Cyr. Al.

178. Quintò. *Delectativum ſuavitate, in Paradiſo Dei mei.* Euchariſtia continet omnium bonorum ſuavitatem, ac dulcedinem. Iſraëlitis ait Regius Vates Pſalm. 106. num. 18. *omnem eſcam abominata eſt anima eorum, & appropinquaverunt ad portas mortis.* Rogabis quamnam omnem eſcam dicit? Sine dubio Manna Euchariſticum omnium ſpiritualium ciborum continens voluptatem Hoc ſenſu ait Iacob fratri ſuo Eſaü, Gen. 33. num. 11. *Accipe benedictionem quam donavit mihi Deus, tribuens omnia.* Et quænam fuit hæc benedictio qua Deus Iacob tribuit omnia? Sine dubio eſt illa benedictio, quam dedit ei Parens ſuus Iſaac, de qua dictum eſt, *pane & vino ſtabilivit eum.* Gen. 27. n. 37. quod communiter Patres de ſua Euchariſtia interpretantur, Inde tali benedictione, omnia ei Deus tribuit.

Pſal. 106.

Euchariſtia in ſe habet omnem dulcedinem, ac omne bonum.

Geneſ. 33.

Geneſ 27.

179. Præcepit Deus Moyſi Exod. 25. n. 30. quod in menſa, quæ erat in tabernaculo, *Pones ſuper menſam panes propoſitionis* Pagninus, Aquila, Arias legunt, panes facierum, id eſt Dei hos autem panes Sacram Euchariſtiam adumbrare tenet Rupertus lib. 4. in Exod. cap. 7. *Panis propoſitionis*, ait, *ipſe eſt Chriſtus, ſicut Catholica tenet fides, quem in conſpectu Dei, Sancta Eccleſia ſemper proponit, nam ille panis propoſitionis in typum hujus panis poſitus eſt.* Cur pani, qui Sacram Euchariſtiam præfigurabat, dicitur panis facierum Dei: Facies Dei ſignificat omne bonum, tam quod eſt in Cœlo quàm quod eſt in terra Cum Moyſes poſtulaverit à Deo Exod. 33. n. 13. *Oſtende mihi faciem tuam*, intelligens omne bonum, inde reſpondit ei Deus; *Ego oſtendam bonum tibi.* Ibidem n. 19. Inde Deus iratus ait Deuter. 32. n. 20. *Abſcondam faciem meam ab eis*: id eſt, eos removebo ab omni bono ac felicitate: hæc denotat Dei facies, inde panis, qui Sacram Euchariſtiam adumbrabat, panis facierum Dei dicitur, quia hic cœleſtis panis involvit omne bonum, omne auſpicium, cum omni felicitate, ac affluentia dulcedinis, & ſuavitatis. Sic de ſacra Euchariſtia ait D. Paſch. lib. de corp & ſang Domini c. 9 *Fideliter oportet credere ſi quis dignè perceperit Euchariſtiam, quod vitam percipiat immortalitatis, & deliciis fruatur cum omni delectamento in ſpe poſitus æternorum.*

Exod. 25. Pagnin. Aquila. Arias Rupert.

Exod. 33.

Deut 32.

In Euchariſtia omnia bona, omneque auſpicium.

D. Paſchaſ.

Quæstio XXIV.

Quare per lignum vitæ intelligitur ſimul Sacra Euchariſtia, ac Crux Chriſti?

VT dixi quæſt. 21. & 23. lignum vitæ adumbravit Crucem Chriſti, ac Sacram Euchariſtiam; & inter utrumque myſterium magna eſt connexio, & ſympathia. In Euchariſtia Chriſtus verus Agnus immolatur, etiam & in Cruce, diverſo tamen modo. In Cruce cruentè, ac effuſo ejus ſanguine: in Euchariſtia incruentè, in exemplo, ac imagine repræſentativa Paſſionis ejus, ut docet D. Thomas 3. p. q. 73. art. 1. in corpore. 180.

Inter Crucem, & Euchariſtiam multa connexio

D. Thom.

Quòd etiam multis videre eſt, pane de Cœlo præſtito alimentavit Deus populum ſuum in deſerto. Exod. 16. num. 14. quod referens Ioſephus lib. 2. Antiq. ait quod *dum Moyſes precabundus palmas attollit, res de Cœlo delabitur, cum in manibus concreviſſet ſuſpicatus ille à Deo demitti, deguſtat, ac mox deguſtatam aliis offert, ut experti crederent.* Obiter in Moyſe nota conditionem boni Prælati ac miniſtri: manna accipit, non tamen ſibi retinet, nec in manibus extenuat, ſed in eis concreſcit, ad aliorum miſeriam ſublevandam, per quos diſtribuitur in rem noſtram. Manna ut eſt vulgare apud Patres typum Sacræ Euchariſtiæ exprimebat, & Moyſes ad illud accipiendum brachia extendebat verſus Cœlum, palmas attollens, Crucis figuram oſtendebat; in quarum rerum umbra denotabatur Euchariſtiæ convivium cum ligno Crucis connecti. 181.

Exod. 16. Ioſeph.

In manibus miniſtri non minuatur donum, ſed augeatur.

Cum his conſonat id quod de Agno Paſchali narrat Iuſtinus Martyr in Dialogo cum Triphone Apolg. 2. & refert Suar. tom 2. in 3. p q 46 art. 4. in Comm. in fine. Agnum illum typicum veru ligneo admodum Crucis formato ab Hebræis in igne verſari, & quia inter Crucem, & Euchariſtiam magna eſt connexio Agnus ille typus etiam erat Sacræ Euchariſtiæ, ut canit Eccleſia, 182.

Iuſtinus. Suarez.

Agnus typus Crucis, & Euchariſtiæ.

In figuris præſignatur, cum Iſaac immolatur
Agnus Paſchæ deputatur, datur manna
Patribus,

Vidit Iſaias 6. n 2. *In ſolio excelſo, & elevato Seraphim ſtabant ſuper illud; ſex alæ uni, & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant.* Stabant Seraphim ſuper ſolium, obſequium Deo præſtantes, duabus alis contractis velant caput; duabus alis contractis velant pedes: & duabus mediis expanſis figuram Crucis denotantes, ut innuit Rupertus, volant: Rurſus duabus alis, caput, ſcilicet Divinitatem, velant duabus alis pedes, Chriſti ſcilcet, humanitatem, velant: myſterium Eccleſiaſticum innuentes, ut ait Leo à Caſtro, in quo Divinitas, ac humanitas velata eſt tegmine ſpecierum: Duabus verò volabant Seraphim, Domini pectus in quo amoris eſt ſedes oſtendentes: nam in hoc Euchariſtico, ac Crucis Sacramento, maximè Divinus amor ſeſe oſtentavit, ac noſtro intellectui ad conſiderandum objicitur, 183.

Iſai 6.

Rupertus.

Leo à Caſtro.

Crux & Euchariſtia ſimul connectuntur.

Deprecatur

184. Deprecatur Regius Vates Dominum dicens: *Sub umbra alarum tuarum protege me: à facie* Pſalm. 16. *eorum, qui me afflixerunt.* Pſal.16.n.9. Poſtulat Propheta magnam ſecuritatem ac tutamen, & ad hoc confugit ad Dei alas, cur non potiùs exoptat ſcutum, gladium, vel manum Dei, quare ergo protectionem ab inimicorum inſidiis requirit ſub Dei alis. *Protege me ſub umbra ala-* D.Ambr. *rum tuarum.* Pulchrè D Ambr. lib 4. Hexamer. cap.5. *Sub umbra alarum tuarum protege me*, ait, *umbra quidem, quia corporis eſt: umbra, quia* *A Cruce & Euchariſtia noſtra protectio & tutamen.* *Crucis.* Deſiderabat ſimul protegi Crucis, ac Euchariſtiæ clypeo. Ideo dicebat, *ſub umbra alarum tuarum protege me.* Avis dum volat extenſis alis figuram Crucis indicat, & ſimul corpus ſuum aperit, & oſtentat: inde David deſiderabat à Deo protegi ſub umbra alarum ſuarum, ut alis expanſis inſtar Crucis, ſeu ſigno Crucis, & corpore ejus oſtenſo, ac objecto ipſum protegeret, & defenderet, *Umbra quidem quia corporis: umbra quia Crucis.*

185. Cùm æternum amicitiæ fœdus iniret Iacob cum ſocero ſuo Laban pro firmitatis ſtabili- Geneſ. 31. mento ait textus Gen 31.n.45. *Tulit Iacob lapidem & erexit illum in titulum.* Et tandem ſubditur ibid. n.54. *Immolatis victimis in monte, vocavit fratres ſuos, ut ederent panem.* Vult Jacob celebrare, ac firmare pacem cum Laban, cur pro illius ſtabilimento non faciunt ſcripturam authenticam in tabulis ferreis, & æneis ut fecerunt Romani cum Machabæis, vel cur non ſibi mutuò dant munera in amicitiæ pignus, ut fecit Jonathas cum Davide, ſed erigunt lapidem in titulum pro celebranda, ac firmanda pace, quæ eſt ſeminarium totius boni, ac omnis felicitatis. Teſte Ruperto Lapis ille erectus ſignificabat Chriſtum pendentem in Cruce; panis verò qui in cibum dabatur, ipſummet Chriſtum in Euchariſtico Sacramento, quia pro certo habuerunt, quòd omnis pax felicitas, ac proſperitas ſub umbra Chriſti in Cruce, ac divino pane venit, introducitur, firmatur, ac in Rupert. perpetuum ſtabilitur. Rupertus apud Lippom. in Expoſitione myſtica. *Lapis hic erectus*, ait, *in titulum Chriſtum ſignificat, & quid eſt ad confirmationem pacis in monte ſumere panem, niſi de menſa Domini corpus, & ſanguinem Chriſti pariter manducare, & bibere.* His firmatur, & ſtabilitur pax, & omne bonum.

QUÆSTIO XXV.

Quiſnam ſit iſte Paradiſus Dei, in quo eſt lignum vitæ?

186. Ait Chriſtus in præſenti: *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in Paradiſo* *Chriſtus ratione naturæ humanæ Patrem dicit Deum ſuum.* *Dei mei.* Loquitur hîc Chriſtus ratione naturæ humanæ, qua Patrem vocat Deum ſuum; ut Joan.20.num. 7. *Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, Deum meum, & Deum ve-* Joan 20. *ſtrum*: & Pſalm.21.n.1. *Deus, Deus meus, qua-* Pſalm.21. *re me dereliquiſti*: & Joan 14.n.28. *Pater major me eſt.*

187. Quæſtio tamen principaliter inquirit, quid hîc intelligatur per Paradiſum, *in Paradiſo Dei mei.* Quod eſt explicandum juxta modum, quem lignum vitæ acceperis. Si dicas lignum vitæ ſignificare viſionem beatam, tunc planum eſt, quod per Paradiſum intelligitur ipſa cœleſtis patria, ac beatitudo.

Si verò dicas juxta ſuperiùs dicta quod per 188. lignum vitæ intelligitur Sacra Euchariſtia; *Eccleſia militantis Paradiſus.* tunc Paradiſus denotat Eccleſiam militantem. Richard. de S Laurent. lib.12. de B Virg. Ma- Richard de S Laurent. ria ſic ait, *Quod eſt in Paradiſo Dei mei, in Eccleſia militante per præſentiam corporalem in Sacramento altaris.* D. Chryſoſt. homil.24. in 1. D. Chryſ. Cor. *Nam dum in hac vita ſumus, ut terra nobis Cœlum ſit; facit hoc Sacramentum.* D. Tho- D. Thom. mas hoc loco ait: *Paradiſus dicitur Eccleſia, quia Deus in ea ſuos amatores nutrit, & reficit ſuaviſſimis refectionibus* Richard. de S Victore Richard. à Victor. hîc: *Eccleſia Paradiſus*, ait, *propter ſecuritatem, & jucunditatem, quam a Deo, & in Deo habet.*

Richard de S. Laurentio lib.12. de laudibus 189. Richard. de S. Laurent. B. Mariæ Paradiſum Dei interpretatur ſanctiſſimam Virg Mariam: & ſic ait. *Maria hic hortus, hic Paradiſus eſt voluptatis, cujus principalis arbor lignum vitæ, ſcilicet Chriſtus D. qui benè* *Virgo Maria Dei Paradiſus.* *dicitur lignum vitæ, quia mortis defectum fugat, immortalitate fructus ſui: ſcilicet Euchariſtiæ: ſed non competit hic fructus niſi victoribus vitiorum. Unde Apocal.2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ: quod eſt in Paradiſo Dei mei, Paradiſus Maria eſt.* Et S. Baſilius Seleuc. Orat. 30. ait. D Baſil. *Ave florentiſſima Virginitatis Paradiſe, in quo lignum vitæ latum producit fructus omnibus ſalutares.* Maria cœleſtis eſt Paradiſus quæ nobis produxit lignum vitæ nempe Chriſtum D. qui poſtea ceſſit nobis in cibum ſalutarem.

Rupertus lib.4. in Cantic optime probat 190. Rupert. Virginem Mariam eſſe Paradiſum cœleſtem, terreno Paradiſo multis titulis excellentiorem. Primò, nam ille Paradiſus fuit terrenus homini terreno datus ad habitandum: hic autem fuit cœleſtis homini cœleſti ad commorandum conſecratus: ille conceſſus eſt puro homini, qui delicto ſuo Paradiſum clauſit, ac *Maria Paradiſus cœleſtis multis excellentior terreſtri.* totum genus humanum fœdavit. Hic deſignatus eſt homini Deo, qui ſanguine ſuo Paradiſum aperuit, illoque totum genus humanum mundavit, ac lavit Rupertus. *Ille eſt Paradiſus antiquus, Paradiſus terrenus: iſte eſt Paradiſus novus, Paradiſus cœleſtis. In illo poſuit Dominus Deus hominem quem formaverat: in iſto formavit hominem, qui apud ipſam in principio erat Verbum, & Deus erat Verbum.* Ex quo rectè inferes, quantùm hic ſecundus homo primo homini antecelluit, tantùm planè hunc cœleſtem Paradiſum illi terreſtri anteponendum.

Secundò. Paradiſus terreſtris non ſolùm 191. multiplici arborum varietate plenus fuit, ſed etiam ligno vitæ æternæ ſingulariter amœnus; hic autem Paradiſus cœleſtis omni virtutum germine abundavit, & lignum æternæ vitæ Chriſtum D. produxit, ut modò dixi, & ait hic Rupertus. *Ipſum quoque lignum vitæ, Chriſtum* Rupertus. *Deum & hominem; Dominum Paradiſi cœleſtis edidit.* Et ut ipſe obſervat, nullum in Beata Virgine pietatis, ac ſanctitatis germen defuit; quod confirmat ex verbis ſponſi: *Emiſſiones tuæ Paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo, nardus & crocus, fiſtula, & cinnamomum cum univerſis lignis Libani, myrrha, & aloë cum omnibus primis unguentis*

Cant 4.
In Beata Maria omnia dona gratiæ, ac omnes virtutes.

guentis. Cantic.4. num. 13. & 14. ubi ſeptem, frutices aromatici recenſentur ; cyprus, nardus, crocus, fiſtula, cinnamomum , myrrha & aloë; ſub numero autem ſeptenario omnium univerſitas ſignificatur, ut jam ſæpè dixi, c.1. In te ô Virgo ſacratiſſima, Paradiſo terreſtri longe fœcundior , ſunt omnia cœleſtia virtutum, ac donorum aromata, & per te in Eccleſiam derivantur. Citat. Rupertus. *Nam quidquid gratiarum, quidquid virtutum, quidquid operationum cœleſtium mundus accipit ; emiſſiones tuæ ſunt.*

192. Tertiò. Paradiſus terreſtris, quamvis ab initio grata ſemper amœnitate vernaret, tamen alterna fructuum naſcentium, & cadentium varietate, ac viciſſitudine mutabatur. Imò jam nunc fortè ſua viriditate, & fertilitate viduatus exareſcit : nam juxta multorum ſententiam evanuit : At in ſacratiſſima Virgine nunquàm illa gratia , illa ſanctitas, illaque virtutum germina emarcuerunt , imò feliciùs in dies pullularunt. Hinc ab ſponſo ſuo dicitur Virgo, *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus.* Cantic 4. num.12. Non comparatur campo, prato, vineæ, nam hæc bona parte anni marceſcunt, viriditate viduata ſunt, ſed horto, qui quotidie novo partu, ac germine vireſcit, ac floreſcit. Sic ſanctiſſima Virgo ſemper in continuas virtutum actiones erumpebat , ex quibus ſequebatur, ut ſemper vernanti ſimilis horto videretur. Rupertus, *Inde*, ait, *nominatur hortus, quod ſemper ibi aliquid oriatur: quia cum alia terra, ſemel in anno aliquid creet, hortus nunquam ſine fructu eſt , Unde ergo hortus es tu, ô dilecta dilecti, niſi quia in te natum eſt aliquod, quod nunquam deſinit ; & fructus tuus nunquam marceſcit ?*

Cantic.
B Maria ſemper producebat novos virtutum flores ;
Rupertus,

193. Et magno myſterio hic hortus virgineus ſemel, atque iterum dicitur concluſus. Rupert. *Bis hortus concluſus diceris*, ait, *propter conceptum, & partum: quia in utroque mirabile eſt, & amabile miraculum : quod neque corrupta es conceptu, neque violata partu.* Deinde hic hortus bis dicitur concluſus ob geminum cuſtodiæ monumentum, quo ejus corpus, & anima ſervabantur. Sic pergit citatus Abbas ; *Nam uterus tuus nulli carnali commercio acceſſibilis : & mens tua nulli ſpirituali nequitia fuit unquam penetrabilis.* Perpende verba *acceſſibilis, & penetrabilis* ; quæ non ſolùm peccandi actum, ſed quodammodo potentiam excludunt: Tantis beatiſſima Virgo gratiæ præſidiis muniebatur, ut nullis tentationum machinis expugnari poſſe videretur ; indeque bis etiam dicitur hortus concluſus omni peccato, ſive originali, ſive actuali ; omnique pœnæ ſive ſenſus, ſive damni. Irruit quidem tartareus ſerpens in Paradiſum terreſtrem ; ſed ad tuos pedes Virgo ſanctiſſima ſtatim corruit, quæ illius caput contriviſti. In Paradiſo terreſtri, habuit terra maledictionem ; *Maledicta terra in opere tuo.* Geneſ 3. n. 16. In te verò omnis terra habuit benedictionem, *Benedixiſti Domine terram tuam.* Pſalm.84. n.2, O in quantis iſte virgineus Paradiſus præcellit terreſtrem illum

Rupert.
Maria multipliciter clauſa omni peccato, omni pœna.
Gen. 3.
Pſalm.84.

194. Quartò. Ex terreſtri Paradiſo aſcendebat fons; & ex fonte fluvius egrediebatur ad irrigandam univerſam terram; at ex te Virgo ſanctiſſima ait Rupertus , *Fons ille aſcendit qui apud Deum erat : & vera lux erat, ſicut ſcriptum eſt. Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen*, Pſalm. 35. num.16. Confert illum fontem, qui è Paradiſo egreſſus univerſam terram irrigabat ; cum hoc fonte vitæ Chriſto D. qui ex Virgine exortus, totum orbem ſuo ſanguine lavit, ac ex ſuis ſceleribus expiavit. Quantò ergo fons illo ſuavior, & divinior exiſtit : tanto hunc cœleſtem Paradiſum illo terreſtri fœcundiorem, ac feliciorem extitiſſe compertum eſt.

Rupert.
Ex Maria Divinus fluvius irrigans totum mundum.

Ex illo terreſtri Paradiſo egrediebatur fluvius, qui in quatuor capita diviſus, univerſam terram fœcundabat. 195. Ex te ô Virgo ſacratiſſima, ait Rupertus egreditur Scriptura, quæ in quatuor Evangelia diſtincta, totam Eccleſiam irrigat, ac fœcundat, *Nam per te*, ait ipſe, *initium accepit ſanctum Evangelium : ut per univerſum mundum , ſpiritualem irriget Paradiſum.*

Rupert.
Per Mariam Evangelium quod irrigat mundum.

196. Aliter Petrus Cellenſ. lib. de panibus c.12. videtur rem explicare in laudem Beatæ Virginis, ait enim quod Divina gratia eſt velut fluvius ille Paradiſi, qui inde dividitur in quatuor capita. Gen.2.num.10. Nam gratia diviſa eſt in Cœlo inter Angelos; in terra inter homines viatores ; in purgatorio inter animas ; in limbo inter antiquos Patres, qui ibi commorabantur; unde ut ait ipſe Petrus Cellenſ. *Simul collecta gratiæ plenitudo, nullatenus creaturæ humanæ capacitati poteſt comprehendi; tamen privilegio Filii ſui Maria mater Dei aſperſione Spiritus ſancti tota Deitatis gratia eſt ſuperfuſa.* Cum tota gratiæ collectio in una creatura humana veluti non poſſet contineri, per quatuor illos rerum ſtatus diviſa eſt. At Maria privilegio Filii ſui omnem gratiam in ſe collectam habuit, quæ tanquam fluvius Paradiſi ad irrigandum per omnes diſtribuit, ac diviſit.

Petr. Cel.
Gen. 2.
In Maria omnis gratia collectio & per ipſam in omnes.

197. Ait Angelus ad Virginem, *Ave gratia plena.* Luc. 1. n.28. ex quibus verbis multas Virginis excellentias colligunt ſancti Patres. D. Chryſol. ſerm.42. *Ave gratia plena* : ait, *de cujus plenitudine nos omnes accepimus.* D. Ambroſ ſerm. 1. in Lucam. *Verè gratia plena*, ait, *quæ largo gratiarum imbre totam funderet, & profunderet creaturam.* Richard. de S. Laurent. lib.1. de laudib. Virg. c.4. *Bene*, ait, *dicta es gratia plena, & in tantum plena, ut ex tuo redundante totus hauriat mundus.* Unde rectè D. Joan. Damaſc. ſerm.2. de ea ſic ait. *Animatum verè Cœlum appellata, in cœleſtibus collocatur tabernaculis* ; Sicut enim influentiis materialia Cœli omnia generantur, nutriuntur, ac creſcunt; ſic omnia in eſſe ſpirituali per Mariæ influentias habent generationem, nutritionem, & ſui augmentum.

Luc. 1.
D. Chryſ
D. Ambroſ.
Richad.
Totus mundus ex redundante gratia Mariæ haurit.
D. Damaſc.

SECUN

SECUNDA DOMINI Epiſtola.

Apoc.2.n.8, Et Angelo Smyrnæ Eccleſiæ ſcribe; hæc dicit primus, & noviſſimus, qui fuit mortuus, & vivit.

Num.9. Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam; ſed dives es, & blaſphemaris ab his, qui ſe dicunt Iudæos eſſe, & non ſunt, ſed ſunt Synagoga Satanæ.

VERSIONES.

Arias n.8. Et Angelorum Smyrnæ Eccleſiæ ſcribe, &c. qui fuit mortuus, & vixit. *Alii*, & revixit.

Syrus. Hæc dicit ille primus, & ille ultimus.

Arabicus. Qui factus eſt mortuus, & vivit.

Tygur.n.9. Novi opera tua, & afflictionem. Sed ſunt Con gregatio Satanæ.

Primaſius. Scio tribulationes tuas.

Syrus. Et blaſphemiam, quæ ab ipſis proficiſcitur, qui ſe dicunt Iudæos.

Arabicus Quod ſuſtines convitia eorum, &c. imò ſunt Congregatio.

Vatabl. Sed ſunt concilium Satanæ *Alii.* Caterva.

EXPOSITIO VI.

198. ANGELO *Smyrnæ Eccleſiæ ſcribe.* Hæc eſt ſecunda Epiſtola Chriſti ad Epiſcopum Aſiæ Smyrnenſem miſſa, & ſub ejus perſona ad quoſcumque Epiſcopos; ac fideles integræ, & perfectæ vitæ. Creditur hunc Epiſcopum fuiſſe S. Polycarpum, & ſatis convenit, maximè laudatur nulla addita reprehenſione. *Hæc dicit primus, & noviſſimus.* Ex multis, quæ in prima viſione apparuerunt, hæc epitheta accommodantur Epiſcopo Smyrnenſi, quia ipſe citò ducendus erat ad Martyrium, ut in eo forti, ac conſtanti animo eſſet cum pateretur ob illum, qui primus, & noviſſimus erat, utpote omnipotens. Vide quæ dixi ſuperiori capite ad verſ. 18. Ac proinde benevalens tibi opitulari, tibique magna præmia conferre. *Qui fuit mortuus, & vivit.* Deinde ad majorem tui corroborationem intuere ad me ipſum, qui tui cauſa fui mortuus, ita & tu non dubites ob mei amorem mortem ſubire, nam ſicut ego reſurrexi, ita & tu reſurges ad magnam gloriam.

S. Polycarp.

199. *Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam.* Ait ſcio approbando, & multùm æſtimando. Græci habent: *Novi opera tua, tribulationem, & paupertatem,* quam ob meum nomen ſuſtines; *ſed dives es* ſpirituali theſauro gratiæ, ac cæterorum donorum, *& blaſphemaris*: ideſt, infamaris multis convitiis, & contumeliis tanquam infidelis, ac inimicus legis, *ab his qui ſe dicunt Iudæos eſſe*, & ſunt quidem ſecundùm carnem, & non ſunt ſecundùm ſpiritum veri Judæ; cùm non confiteantur Chriſtum eſſe verum Deum, quem prædicaverunt, & coluerunt veteres Judæorum Patriarchæ, & Prophetæ; *Sed Synagoga Satanæ*; ſed ſunt Congregatio impia Satanæ obediens, & ſæviens in Chriſtum.

Græc.

QUÆSTIO XXVI.

Quænam eſſet hæc urbs Smyrna? Quiſnam iſte ejus Epiſcopus?

200. SMyrna Græcè è myrrha nomen habet? urbs eſt non ignobilis Joniæ in Aſia minori à Theſiothellalo condita in memoriam uxoris ſuæ, quæ Smyrna dicebatur; & inde maximè illuſtris quòd Poëtarum Principis Homeri patria extiterit, inde ipſi Homero templum conſecravit, ſtatuamque ejus erexit, & nummus quidam apud eos Homerus vocabatur; ut tradit Strabo lib. 14. De patria tamen Homeri multi dubitarunt, ita ut tradat Plutarcus in Homero, & Gellius lib. 3. Noctium Atticarum cap 12. quod ſeptem urbes, quarum una fuit Smyrna, eum ſibi civem arrogare contenderint.

Quænam urbs Smyrnæ.

Strabo. Plutarch. Gellius.

201. Ipſe Epiſcopus, qui hic Angelus appellatur, valdè commune eſt quod fuerit Sanct. Polycarpus vir ſanctiſſimus, & omni virtute abſolutiſſimus ſine ulla reprehenſione, ut patet ex hac Epiſtola; hic ut ſcribit D. Hieron. lib. de Scrip. Eccleſiaſtic. & refertur in Breviario die 26. Januarii, extitit *Diſcipulus Ioannis Apoſtoli ab eo Symrnæ Epiſcopus ordinatus, totius Aſiæ princeps fuit.* Et quod ipſe ſit Epiſcopus hic nominatus, ex multis ſuadetur. Nam ut hoc tempore jam annis quatuordecim fuerat Chriſtianus, proinde tunc jam poterat eſſe Epiſcopus. Anno enim Chriſti 169. ſubivit Martyrium, quo tempore edixit Præſidi ſe jam annos octoginta ſex ſerviſſe Chriſto: hæc autem Apocalypſis ſcripta eſt anno Domini nonageſimo ſeptimo, ac proinde jam quatuordecim annos fuerat Chriſtianus. Ita cum D. Hieron. ſentiunt Aureolus, Lyranus, Ribeira, Pererius, Alcazar.

D Hieron. Breviar.

Aureolus. Lyran. Ribeira. Perer.

202. Deinde, S. Joannes poſt ſcriptam Apocalypſum veniens ab exilio, utpote jam valdè ſenex ad vicinam Epheſum ſe contulit, ibique ſcripſit Evangelium, ac paulò poſt ibidem mortuus eſt. Unde non videtur Smyrnæ poſt hæc tempora fuiſſe, ut ibi crearet Epiſcopum. Tandem tertiò hæ perſecutiones, & odia Judæorum, quæ hic recenſet Joannes, valdè congruunt S. Polycarpo, cujus tempore multi Martyres Smyrnæ effecti ſunt, ut narrat Euſeb. lib 4 Hiſtor. c. 15. unde verſ. ſequenti, ubi noſtra Vulgata habet,

Hoc perſuadent rationes

Euſeb.

habet, *Scio tribulationem tuam.* D. Primaſius ; *Scio tribulationes tuas* : nempe quas tu, & populus tuus ſuſtinetis.

Smyrna ſignificat myrrham, & canticum. Alb. Magn.

204. Ex quo patet, quantùm Eccleſia illa aſperſa myrrha tribulationis fuerit, & ideò civitas meritò nomen habet Smyrna, ideſt juxta radicem Græcam, Myrrha ; cum hac etiam ſignificatione canticum ſignificare tenet Albert. Magnus in præſenti ; qui ait. *Smyrna interpretatur canticum, vel quaſi myrrha, quod bene competit Martyribus, qui cantabant in corde ſuo canticum lætitiæ, & tamen erat in myrrha, hoc eſt amaritudine temporalis pœnæ, & bene dicitur quaſi myrrha, quia per lætitiam mentis ſuperabant afflictionem corporis.* In hoc Epiſcopo ſignificabatur ſtatus Eccleſiæ, ſeu cœtus fidelium primitivo tempore. Inde rectè hæc civitas dicitur Smyrna, quæ ſimul ſignificat myrrham, mortificationem, ac tribulationem, ac Canticum, quod lætitiam, & exultationem dicit, ſed quomodo hæc poſſunt cohærere cùm videantur inter ſe maximé diſcrepare? quia Martyres, ac Sancti ita ſunt in cruciatibus, ac pœnis, ut ſimul ſint in mirrha tribulationum, ac in ſumma jucunditate, & lætitia, cùm pro Chriſto vitam effundant, ut videantur eſſe in ſuavi, ac ſonoro Cantico myrrhæ jucunditatis, quo Deo canebant laudes.

Sancti inter anguſtias Deo canunt.

204 Hoc didicerunt ſancti Martyres à capite Martyrum Chriſto Jeſu, qui peracta cœnâ, cùm ſurgeret à cœnaculo, ut tenderet in vallem Gethſemani, ubi tradendus erat in manus Judæorum ad mortem, ait D. Matth. 26. num. 30. *Et hymno dicto exierunt in montem Oliveti.* Seu ut legit Græcus : *Hymno decantato* Syriacus ; *Dixerunt hymnodiam.* Quid eſt quod antequam ad ſævam Crucem ac mortem Dominus in hortum tendat, cantet, imò nunquam cantaſſe legitur, niſi modò mortem jam obiturus ; funeris ſui cantor dicitur candidus Cygnus, ut ſignificaret Chriſtus quàm ſponte, ac hilari animo properaret ad mortem ſibi exoptatam Patri obediens, noſtram redemptionem operans cantare cœpit ut nos ex ejus exemplo diſcamus in morte, labore, ac preſſura pro Deo, non pro triſtitia lachrymas fundere, ſed pro gaudio in cantica exultationis erumpere. D. Chryſoſt. homil. 83. in Matth. ait. *Hymnum cecinit, ait, ut nos quoque ſimiliter faciamus; & ad montem proficiſcitur, ad locum etiam Iudæ notiſſimum.*

Matth. 26. Græcus. Syriac.

Mors pro gloria Dei non lachrymis, ſed cantu celebranda.

D. Chryſ.

205. Componit Propheta Habac. cap. 3. carmen : cujus titulus eſt, *Oratio pro ignorantiis*, Græcus habet ; *Oratio cum cantico.* Ubi Propheta juxta ſenſum litteræ agit de tyrannide, oppreſſione, ac crudelitate Caldæorum in Judæos, ut docent D. Hieronym. Theodoret. Vatablus, Arias, Janſenius, Cornelius, & alii, & patet ex ipſo contextu n. 6. *Aſpexit & diſſolvit gentes, & contriti ſunt montes ſæculi.* Et n. 16. *Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat.* Et n. 17. *Abſcinditur de ovili pecus, & non erit germen in vineis.* Quomodo ergo tantæ calamitates, oppreſſiones ac tyrannides à Barbaris illatæ in odium populi Dei non lachrymis, ſed feſtivo cantu celebrantur? Labores, ærumnæ, quæ pro gloria Dei, ac ſolemni ejus honore ſuſtinentur, ut erant quæ Iſraël patiebatur, non fletu, ſed præjucundo cantu habentur, ac ſolemniſantur. Unde ipſe Propheta concludit : *Ego in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Jeſu meo.* Et inde à Propheta titulus apponitur: *Oratio cum cantico.* D. Cyprian. lib. 1. contra Demetrium. *Viget, ait, apud nos inter ipſas ſæculi labentis ruinas erecta mens, & nunquam niſi læta patientia, ac de Deo ſuo anima ſemper ſecura.*

Habac. 3. Græcus. D. Hieron. Theod. Vatabl. Arias Janſenius. Corn.

Iuſti cruciatus celebrant non lachrymis, ſed can-

D. Cypr.

Sancti tres pueri Ananias, Mizael, & Azarias, in Regis palatio jejunant, & leguminibus 206.
veſcuntur, Daniel. 1. n. 12. & tamen hi tres viri miſſi in caminum ardentem inter flammas, hymnum decantabant, & uno ore benedicebant Deum in fornace, Daniel. 3. n. 51. Sancti inter mundi delitias jejunant, & mortificationem ſibi aſſumunt, at inter cruciatus & flammas maxime lætantes hymnodiam canentes. D. Bonav. in ſpeculo diſcipuli 1. p. *Cantant pueri hymnum, ait, quod maximè inhabitantis gratiæ ſignum eſt, & ſpiritualis lætitiæ.*

Daniel. 1.

Inter delicias ſancti jejunant, inter flammas exultante.

Quæstio XXVII

Quare in proœmio Epiſtolæ Epiſcopi Smyrnæ apponitur: Hæc dicit primus, & noviſſimus, qui fuit mortuus, & vivit?

Rationem litteralem, & genuinam jam 207.
dixi, & explicavi in Expoſitione, quæ breviter hic inculcanda eſt, & eam tradit Richard. de S. Victor. qui ait. *In eo, quod dicit primus & noviſſimus, oſtendit eum tribulatis poſſe ſubvenire. De eo autem quod ſubjungit, qui fuit mortuus, & vivit, eum mortuos poſſe ſuſcitare ; Hoc dicit primus, & noviſſimus, qui fuit mortuus, & vivit, quaſi diceret, ne deficiatis, ſi contingat pro nomine meo tribulationem ſuſtinere, vel mortem ſubire, quia ego ſum primus, & noviſſimus : potens ſum in tribulatione adjuvare, & qui fui mortuus, & vivo, potens ſum de morte ſuſcitare ; dum ergo me talem auditis, de utroque fiduciam ſumite, & ſequid propter me contigerit adverſi viriliter ſuſtinete.* Maxime controvertitur, cùr ſcribens huic Epiſcopo Smyrnæo, hæc Epitheta ſibi aſſumit Chriſtus, *hæc dicit Primus & Noviſſimus, qui fuit mortuus, & vivit.* Multas tribulationes, ac perſecutiones futuras prædicit Dominus huic Epiſcopo. *Ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem, &c. Sis fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ : & qui vicerit, non lædetur à morte ſecunda.* Ut ergo Epiſcopus, & ejus populus læti certarent pro Chriſto, dicitur ab eo ſe eſſe Primum, ac Noviſſimum, quod ut dixi cap. 1 q. 76. proprium eſt Dei, ac proinde ut Deus verus poteſt ei auxiliari, ſubvenire, & præmia dare. *Qui fuit mortuus, & vivit.* Qui quamvis fuerit mortuus pro hominibus, in vitam glorioſam reſurrexit. Ita faciet vobiſcum, ſi pro eo mortui fueritis, de ſua gloria, ac majeſtate Chriſtus ſuos participes facit.

Richard.

Qui pro Chriſto patitur, eum habet adjutorem.

Chriſtus ſuæ gloriæ ſuos facit participes.

Secundò. Rupertus. *Quo pertinuit, ait, & illud addere, qui fuit mortuus, & vivit? nimirum ad magnum cumulum conſolationis. Ut ſciat* 208.

Rupertus.

qui

qui mortificatus ſequendo veſtigia Chriſti vivit ; quemadmodum , cum fuerit mortuus , nunc vivit. Ad quid Angelus mortuum Chriſtum proponit, deinde reſurgentem ; Ut ipſum Epiſcopum , ac quoſcumque alios fideles , ad quoſlibet alios labores ſuſtinendos induceret. denotans,quòd ille,qui veſtigia Chriſti ſequitur, ac pro ipſo laborum onere oppreſſus mortem oppetiverit , ab ipſo æterna vita donandus erit, cujus via ſunt labores,ſcalaque ad magna præmia aſſequenda.

Labor via ad Cœlum, ſcala ad præmium.

209. Rupertus. Tertiò Idem Rupertus. *Tu à quolibet culmine temporali dejectus propter juſtitiam, quaſi homo ignobilis, opprobriis, & inſuper plagis ureris ſervilibus,ſed quantùm hoc eſt , ſi ad illum reſpicias , qui propter te paſſus eſt , tibi relinquens exemplum , ut ſequaris veſtigia ejus ? Ille namque cum apud Deum eſſet primus , & pretioſus ſecundum alteram naturam Filius Dei , ſecundùm alteram Filius intemeratæ Virginis,cùm inquam ſic eſſet primus , & optimus. apud homines fuit noviſſimus , ideſt viliſſimus. Quid ergo magnum ſit te , ô homo , & non Deus. de tuo honore, quantulocumque propter illum es dejectus.* Dicitur Chriſtus primus , & noviſſimus , utpotè verus Deus , & homo . quia ut verus Deus , eſt primus ut homo factus eſt virorùm noviſſimus : hunc talem ſe nominat apud Præſulem Smyrnæum , ut eum ad ſui exemplum provocaret ; tanquam ſi ei diceret ; ſi tu propter fidem , ac juſtitiam multa ſuſtineas quantùm eſt hoc ſi ad illum reſpicias? qui cum eſſet apud Deum primus,id eſt omnium excellentiſſimus , pro tua ac omnium ſalute viliſſimus , & abjectiſſimus factus eſt ; ex cujus inſpecta paſſione flamma quædam incidi in humanis cordibus ad duriſſima quæque devoranda. Unde ait Divus Paſchaſius in cap. 15. Matth. *Quantò plus Dominus attritus eſt paſſione , tantò amplius fructus ſui in mundo effudit ſaporem.*

Chriſti Paſſio nos urget ad labores ſuſtinendos.

D. Paſchaſ.

210. Æthyops Princeps Eunuchus Reginæ Candacis venit Hieroſolymam Deum adorare : ubi audivit voces Apoſtolorum prædicantes ? miraculaque ab ipſis facta , & ſimul multas Judæorum perſecutiones in ipſos Apoſtolos ; & cum iſte rediret in patriam ſuam , Philippus à Spiritu ſancto adductus ejus currui adhæret , qui cùm hominem reperiſſet Iſaiam legentem , de lectionis materia quærit : & tunc notanter ait textus Actor. 8. num. 32. *Locus ſcripturæ quem legebat , erat hic : Tanquam ovis ad occiſionem ductus eſt : & ſicut Agnus coram tondente ſe , ſine voce , ſic non aperuit os ſuum.* Locum hunc legebat Eunuchus , Philippuſque de Jeſu morte , ac Paſſione explicat ; ſicque hac explicatione retenta, cùm ad fluenta aquarum devenirent , clamat Eunuchus. *Ecce aqua quis prohibet me baptizari.* Alii transferunt. *Quid prohibet me baptizari* ? Ac ſi cum Paulo diceret : neque mors, neque vita , neque inſtantia neque futura,neque tribulationes , ac cruciatus , quos Jeroſolymis vidit , me prohibere poſſunt , quin fidem accipiam : Unde tantus fidei ardor incaluit in pectore gentili hominis ? Ipſe Hieroſolymam venerat Deum verum adoraturus : vidit bi religionis cultum , miracula ab Apoſtolis edita, audivitque eorum voces prædicantes,& tamen non ita ad fidei deſiderium accenditur , ut idololatriam relinquat. Cur non timet gladios, pœnas , cruciatus à Judæis in Chriſtianos machinatos , ſed contemptis omnibus impedimentis ad aquas Baptiſmi currit ? Unde illi tanta fidei flamma Ex mactatione innocentiſſimæ ovis , ex detenſione immaculata Agni, ex effuſo ſacratiſſimo ſanguine ejus cognito , & intellecto , ſtatim in pectore ejus exorta eſt ſalutis fames, & tam fervido, ac rapido curſu fertur ad Chriſti fidem amplectendam,ut omnia mundi impedimenta ridcat,nullaque reputet. Eleganter D. Gregorius Nyſſen. lib.de Baptiſmo. *Cuſtavit , ait, me prædicationem tanquam bonus canis ſanguinis , & agni occiſi , vehementer adlatravit Philippum donec eum deduxit ad perfectam venationem Prophetiæ, & minimè operoſum à ſe petitum Baptiſma accepit.*

Act. 8.

Chriſtus paſſus nos provocat ad devoranda duriſſima.

D. Nyſſen.

Meus Jeſus cùm comprehendendus eſſet pro peccatis totius generis humani , de ſuis Diſcipulis ſolicitus carnificibus imperat : *Sinite hos abire , ut impleretur ſermo , quem dixi : quos dediſti mihi non perdidi ex eis quemquam.* Ioan. 18. numer 8. Ne Apoſtoli in perditionem abirent curat Ieſus , ne tunc temporis comprehendantur ; Apoſtoli deſtinati erant ut carceri, verberibus , gladiis, ac morti traderentur . ut in his glorioſo ſublimarentur triumpho , cur ergo tanta cautione providetur, ne comprehendantur illo temporis articulo , ne eorum perditioni occaſio detur ? Nondum erat Chriſtus paſſus , nondum exemplar ejus ſacratiſſimæ Paſſionis poſitum erat ante Diſcipulorum oculos , & tunc eorum ruina in tormentis timeri poterat ante viſam Ieſu Paſſionem, at poſt hanc oculis objectam ſecuriſſimè omni cruciatui , ac preſſuræ traduntur ut de illis triumphaturi , quis Chriſti morte conſiderata mortem timeat ex effuſo ſanguine; Ieſus venit , ut quiſque omnes difficultates pro ejus amore ebibat. Venuſte Philippus Abbas Epiſtol. 14. *Ut igitur ſermo* : ait , *quem de illis non perdendis dixerat impleretur , refrænato perſecutore , illorum quiſpiam non tenetur; ſed pro ſalvandis illis prior elegit ipſe mori, ut poſtmodum facti fortes idem referant ſalvatori.* 211.

Joan. 18.

Paſſio Chriſti ante poſita impellit ad virtutum facinora.

Philip. Abb.

Quæstio XXVIII.

Quare cùm manifeſtum ſit , quod omnia ſunt nuda,& aperta oculis Domini , tamen tanquam quid ſingulare ait huic Epiſcopo: Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam.

Valde apertum eſt quod Deo nihil eſt incognitum , ſed omne eſt manifeſtum, & apertum ante oculos ejus. Cur ergo huic Præſuli tanquam quid ſingulare dicitur à Domino : *Scio tribulationem tuam , & paupertatem tuam ?* 212.

213. Richard. Reſpondet primò Richardus à S. Victore. *Niſi pro Chriſto ſuſtinuiſſet, ipſe Chriſtus ejus tribulationem & paupertatem ſe minimè ſcire dixiſſet. Quia in eo quod dixit ſcio illum; utrique monſtravit ſe propter ſe ſuſtinere, & ſic utrumque deſignavit approbare.* Quamvis Deus omnia ſciat tam bona quàm mala, non tamen omnia approbat, ſed multa reprobat. Pro magna ergo laude hujus Epiſcopi dicitur ei à Domino *Scio tribulationem tuam, &c.* Significat enim ſe ejus opera approbare, grata habere, & multum æſtimare; & ideo in ipſis laboribus nullum aliud dat ei levamen, ac conſolationem, niſi quod ipſe ſciat ejus opera, ſeu ipſa approbet, nihil enim felicius, ac jucundius poteſt contingere homini, quàm quod ejus opera ſint grata, & approbata à Deo, à quo eſt origo omnium bonorum.

Deus maximè approbat, & æſtimat eos, qui pro eo patiuntur.

214. Albert. Secundò Albertus Magnus. Nota *quod dicit, Scio, in quo innuit quod bonum eſt tali domino ſervire, qui non dat oblivioni ſervitia famulorum* Ad quid Dominus dicit huic Epiſcopo ſe ſcire ejus tribulationem, & paupertatem quam pro eo ſuſtinebat. Optimè hoc proponit huic Epiſcopo, & in eo omnibus, ut cunctis fiat evidens, quàm bonum eſt Deo obſequi, cùm nequaquam obſequia ſibi præſtita oblivioni tradat, ſed quamvis ſit in gloria, ac majeſtate, ſemper illa intuetur, ac reſpicit, & ante oculos habet, ut multo præmio remuneret.

Deo ſerviendum, noſtri enim obſequii non obliviſcitur.

215. Rubertus. Tertiò. Rupertus. *Quod nunc dicit*, ait, *ſcio vehementer, & eodem pondere dictum debet intelligi, quo jam Propheta dixerat de illo*, & videmus eum virum dolorum, & ſcientem infirmitatem: *Scientem dixit infirmitatem prout diceret, experimentum infirmitatis habentem, itaque & hic ſcio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, id eſt tribulationis, quam pateris, experimentum habeo; & paupertatem, quam ſuſtines, in memetipſo expertus ſum; hujus experimenti memor Apoſtolus dicit.* Non enim habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato: *tentatus namque eſt fame, ſiti, perſecutione, & morte; & inde ſcio, inquit tribulationem tuam, & paupertatem tuam: nam ego talis idem ſcio, idem expertus ſum.* Maxime ponderanda eſt connexio, & diſpoſitio verborum textus; immediatè ante dixerat, *qui fuit mortuus, & vivit*: & ſtatim adjunxit: *ſcio tribulationem tuam, & paupertatem tuam.* Quænam connexio inter unum & alterum? Magna ſanè; tanquam ſi ei diceret, ego ipſe, qui expertus ſum dolores mortis in tribulatione, anguſtia, ac fame, ego ipſe ſcio tribulationem, ac paupertatem tuam; ſolùm ille, qui expertus eſt oppreſſiones tribulationum paupertatis ac famis ſolùm ipſe ſcit & agnoſcit ejus anguſtias, & ſolus ipſe ei debita præmia poteſt perſolvere. *Nam ego talis idem ſcio, idem expertus ſum.* Pro ergo magno levamine, ac conſolatione tua ſit, quod tribulationem, & paupertatem ſuſtines pro me, qui pro te ſuſtinui tribulationem, & paupertatem, illarumque angores optimè ſcio, & agnoſco.

Chriſtus expertus in omni tribulatione, ac fame ſuorum anguſtias optimè agnoſcit.

216. Ioſeph cùm ſe fratribus manifeſtat, de ſcelere eos conſolatur dicens: *Non vobis durum eſſe videatur, quod vendidiſtis me in his regionibus: pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum.* Geneſ. 45 n. 5. Quæ verba ſic transferuntur à Philone lib. in Ioſeph. *Hunc caſum non vobis imputo: ſed Deo, qui me ſuorum beneficiorum difficillimis temporibus humano generi exhibendorum miniſtrum executorem eſſe voluit.* Non fratrum ſcelere, ſed alta Dei providentia effectum eſt, ut Ioſeph deſcenderet in Ægyptum teneretque illius clavem, eſſetque tempore famis alimoniæ adminiſtrator; ſed cur ad hoc tanta, ac tam diverſa præmittuntur à divina providentia, ut Ioſeph tanquam ſervus ſit venditus in Ægyptum, ibique inter Regis vinctos in carcere, ac vinculis fame, & ſiti oppreſſus teneatur, difficillimis temporibus ordinabatur Ioſeph, ut eſſet tritici ac panis diſtributor, inde ipſe priùs ſibi, fame, ac egeſtate opprimitur; ut inde benè eruditus ſciat aliorum fami, ac egeſtati ſubvenire: cui ſolus opportunus auxiliator adeſt, qui illorum angores, ac anguſtias expertus eſt. Geneſ. 45 Philo.

Qui ſuſtinuit penuriam ſitis, & famis, ille bonus eſt auxiliator.

Appropinquante jam Paſſionis hora ingreditur Ieſus in hortum Gethſemani, & à Diſcipulis ſuis: *Progreſſus puſillum procidit in faciem ſuam orans; Pater ſi poſſibile eſt, &c.* Matth 26. num. 39. Quæ verba commentans D. Cæſar. Arelatenſ homil. 34. ait. *In Evangelio ſcriptum eſt, quod procidens in terram oraverit. Quid enim indigebat Chriſtus, ut taliter oraret? orat Judex, & deſiderat parcere.* Maximè expendenda eſt mens Sancti Patris: *Procidens in terram orat Judex, & deſiderat parcere.* Ipſe qui eſt omnium Iudex, omniaque agnoſcit & intuetur: procidens orat præ vehementia agoniæ, ac angoris, quia *deſiderat parcere*, pro noſtro magno documento, quod ſolus ille Iudex, qui olim procidens in faciem ſuam oravit, agnoſcit, & penetrat angores illius, qui procidens orat, ut inde moveatur ut parcat? Chriſtus D. optimè agnoſcit, & intuetur: tamen ipſe omnium Magiſter ſuo documento nos voluit erudire, quod ſolus ille Iudex penetrat afflictionem procidentis in terram; qui olim procidens oravit. 217. Math. 26. Cæſ. Arelat.

Solus qui oravit in agonia, illius viam penetrat.

Quæstio XXIX

Quare cum tribulatione, quam hic Epiſcopus patiebatur, conjungitur paupertas?

Ait Dominus huic Epiſcopo, ſcio tribulationem, & paupertatem tuam. 218.
In quo ut notat Richardus de Sancto Victore. *Duplici itaque laude dignus iſte extitit; qui duplicia mala pro Chriſto ſuſtinuit; nempe tribulationem, & paupertatem.* Aichard.

Et meritò utrumque conjunxit, *tribulationem, & paupertatem.* Seu ut pro tribulatione legit Tigurina *afflictionem.* Nam ipſa paupertas eſt magna tribulatio, afflictio imò & Martyrium, ut eam appellat D. Chryſoſtomus homil. de divite tom. 5. *Habet paupertas Martyrium ſuum, & egeſtas bene tolerata facit Martyrium;* 219. Tigurina. D. Chryſ.

Vo'unt ria paupertas Martyrium.

rium , ſed egeſtàs propter Chriſtum , non propter neceſſitatem. Tanta eſt excellentia paupertatis bene toleratæ pro Chriſto , ut ipſa Martyres etiam qui pro Chriſto egeſtate premitur ; tam crudelis videtur paupertas tolerata , ac ipſa mors perpeſſa.

220. Matth. 5.

De pauperibus ait Chriſtus D. Matth. 5. num. 3. *Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum Cœlorum.* Et de perſecutionem ſuſtinentibus ibidem num. 10. ſubdit. *Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum Cœlorum.* Quare cum in aliis virtutibus , ſeu beatitudinibus diverſa præmia aſſignentur , ut mitibus terræ poſſeſſio lugentibus conſolatio , mundis corde Dei viſio ; at pauperibus , & perſecutionem ſuſtinentibus eadem beatitudo pro præmio conſtituitur ; Paupertas voluntaria Martyrium quoddam eſt , ſicut ergo pauperes , & Martyres veluti ſub eodem cruciatu ſuo modo premuntur , ita etiam ſub eadem corona conſpiciuntur. Et ſicut pari fortitudine mundana quæque peſſundant , ſic & ſimili præmio exaltantur, & ſublimantur. D. Bernard. ſerm. 1. in Feſto omnium Sanctorum. *Quid ſibi vult* , ait , *quod eadem promiſſio facta eſt pauperibus , & Martyribus : niſi quia verè Martyrii genus eſt voluntaria paupertas. Quod Martyrum gravius eſt , quàm inter epulas eſurire ? inter veſtes multas , & pretioſas algere ? Denique pauperibus propterea pariter, & Martyribus regnum Cœlorum promittitur : quia paupertate emitur , ſed in Paſſione pro Chriſto abſque omni dilatione percipitur.*

Pauperi , ac Martyri idem præmium aſſignatur.

D. Bernard

221. Exod. 15. Pagnin.

Paupertas veluti gladius interficit.

Cùm Iſraël fugeret ab Ægypto, illum Pharao copioſo exercitu inſequebatur , & multo furore repletus fugienti populo comminabatur : *Perſequar , & comprehendam , dividam ſpolia , implebitur anima mea , evaginabo gladium meum ; interficiet eos manus mea.* Exod. 15. num. 9. Pro ultimis verbis Pagnin. ex Hebræo legit ; *Paupertate conficiet eos manus mea.* Ac ſi idem ſit gladius ad interficiendum, ac paupertas ; nam idem videtur aliquem in paupertatem reducere , ac è vita tollere ; eſt enim paupertas dirum Martyrium , & antequam vitam tollat , maximè cruciat , ac affligit.

Quæſtio XXX.

Quare ſi iſte Epiſcopus ſuſtinet paupertatem , quomodo dives appellatur.

222. Ansbert.

Humilis omnibus bonis cœleſtibus ditatur.

Dicitur huic Præſuli à Domino ; *Scio tribulationem , & paupertatem tuam, ſed dives es.* Ambroſius , Ansbertus hîc per paupertatem interpretatur humilitatem mentis ; & ſic ait : *Quæ eſt dives paupertas, niſi contritio ſpiritus , quia ſuperbia minuitur , augetur humilitas ; Dicitur itaque cuilibet electorum. Scio paupertatem tuam , tanquam ſi diceretur , unde te per humilitatem ſpiritus pauperem exiſtimas , inde per omnia dives comprobaris : iſta enim paupertas ſpiritualium virtutum congregatas divitias conſervat , quæ ſi deſit , cunctas elatio tollit.* Itaque præfatus auctor per paupertatem non intelligit indigentiam temporalium rerum , ſed mentis humilitatem : verè enim humilis ſe judicat ſpoliàtum omni virtute , ac talento , indignamque omni dono , ac bono cœleſti ; & inde dives , quantò enim quis ſe deprimit , tanto magis à Deo exaltatur ; & quantò quis ſe magis indignum reputat omni dono, tantò majoribus à Deo cumulatur.

Genuinè tamen , & ad litteram reſpondet Andreas Epiſcopus Cæſarienſ. *Ab omnibus facultatibus exutus es , interim ſpiritalibus opibus affluis , utpotè theſaurum abſconditum in pectoris agro defoſſum ſervans.* 232.

Andr. Cæſ.

Si pauper , quomodos dives ? Dives omnibus bonis repletur ; pauper illis eſt deſtitutus. Quomodo ergo poteſt cohærere , quod ſit pauper , & dives ? Optimè ſanè qui enim terrena ſubſtantia pro Deo deſtituitur in ſupernis plenitudine donorum cœleſtium augeſcit , & creſcit ; ipſa enim renuntiatio temporalium pro Deo , ſemen eſt quod generat, ac parturit amplum cumulum ſpiritualium bonorum. Huc advoco quod cum Ioſeph eſſet ex multa ſua inopia ad magnam opulentiam evectus , poſteriori filio ſuo nomen imponens , Ephraim , id eſt frugiferum , vocat dicens : *Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.* Geneſ. 41. num. 52. Quaſi opulentia ex inopia tanquam fructus ex ſemine naſceretur.

Paupertas magnæ opulentiæ ſemen.

Geneſ 41.

Ait Chriſtus ſuis Diſcipulis in ultima cœna, *Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera , & calceamentis , numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt : nihil.* Luc. 22. numer. 35. Cùm nudum Jeſum ſequentes, ſacculum & peram abjiciunt , nihil eis deeſt , ac ſi illa abnegatio ſacculi , peræ , ac calceamentorum, eſſet ſemen ad copioſum fructum edendum , ut nullius inopia laborarent , ſed ex Ieſu providentia illis ſuppeditarent Euthym. ibi. *Cùm ergo* , ait, *prohibuit , eos habere ſacculos , & peram , ac ſimilia tunc nullo indiguerunt , ut ejus potentiam, ac gratiam agnoſcerent.* Ex quo fit quod ille , qui propter Deum plura reliquit, eò plura habere videatur : Ait David. *Oculi ejus in pauperem reſpiciunt* , Pſalm. 10. num. 9 ubi D. Chryſoſtomus, Theodoret. & Euſebius in Bibliis Sixtianis legunt ; *Oculi ejus in totum orbem reſpiciunt.* At renuntiatio totius mundi facta à paupere ſit & totius ipſius mundi poſſeſſio , cui cohæret illud ejuſdem Vatis ; *Nimis confortatus eſt principatus eorum. Nimis corroborati ſunt pauperes eorum* , ac ſi idem ſit pauper , ac principatus , & dominatio toiↄo r bis.

224.

Luc 22.

Ex renuntiatione bonorum magna fertilitas.

Euthym.

Pſalm. 10. D. Chryſ. Theodor. Euſeb.

Paupertas mundi poſſeſſio , ac principatus.

Pſal. 138.

QUÆSTIO XXXI

Quare hic Epiſcopus tantis meritis præclarus blaſphemabatur ut malus & iniquus?

225. *Quid ſit blaſphemare.* Blaſphemia ex uſu Eccleſiæ ſumitur pro convitio jactato in Deum ac in Sanctos, & in hoc ſenſu accipitur à Juſtino Imperatore in authent. conſtitut. 77. cùm ait, *Fames, terræ motus, ac peſtilentias a Deo immitti, háſque ultimo ſupplicio extirpandas.* Secundò & generatim ſumitur in Scriptura in propria ſignificatione, ut blaſphemare idem ſit quod infamare, conviciari, calumniari. Sic ait Paul. ad Titum 3. num. 2 *Admone illos: & neminem blaſphemare.* Et 1. Corrinth. 4. num. 13. *blaſphemamur, & obſecramus.* In utroque ſenſu hîc accipitur, ut ſenſus ſit, multa convitia in te conjiciuntur, ac injuria laceſſeris, & non fidelis, ac pius, ſed tanquam Judaiſmi hoſtis, utpoté Chriſti, aſſecla impius, & execrandus reputeris ac dicaris à Judæis, qui ſe veros Religionis, Deique cultores mentiuntur, cum ſint Synagogæ, ac membra Satanæ, Quæſtio eſt, quomodo iſte vir tam Sanctus, ac probus tantis injuriis, ac blaſphemiis afficiebatur.

Cant. 77.

Tit. 3. 1. Cor. 4.

226. Richard. Reſpondet primò Richardus, *Quoniam,* ait, *cœtui malorum ſemper eſt odioſa bonorum vita: & quem Deus commendat ſermo pravorum blaſphemat, rectè ſubjungit, & blaſphemaris ab his, qui ſe dicunt Iudæos eſſe, & non ſunt, ſed ſunt Synagoga Satanæ, id eſt, Congregatio adverſarii, videlicet diaboli.* Maximé verborum diſpoſitio notanda eſt, poſtquam clara opera hujus Epiſcopi, ejus tribulatio nempé, ac voluntaria paupertas, quam pro Chriſto ſuſtinuit, ab ipſo maxime commendata ſunt; ſtatim ſubditur. *Et blaſphemaris ab his, qui ſe dicunt Iudæos eſſe,* cum potiùs ob tam præclaras virtutes in multa veneratione debebat ab eis haberi; & tamen in eum tot blaſphemiæ congeruntur; ita frequenter accidit ut bonorum vita ſemper ſit malis odioſa; ſic ait D. Auguſt. in ſentent. num. 32. *Omnes, qui in Chriſto pie volunt vivere, neceſſe eſt, ut ab impiis, & diſſimilibus patiantur opprobria, & deſpiciantur tanquam ſtulti & inſani.*

Juſtorum vita malis odioſa.

D. Auguſt.

227. Richard. Secundò. Idem Richardus. *Patet in his verbis,* ait, *ſicut in aliis pleriſque Scripturæ locis, quod antiquus hoſtis bonum quod non poteſt impedire, ac malum quod non valet efficere, per ſua ſuperbiæ complices Dæmones hoc conatur perficere, qui quantò ſunt numeroſiores, tantò ſunt ad utrumque complendum fortiores: unde non inconvenienter Synagoga Satanæ dicuntur, quia eos Satanas in unam malitiam congregat, ut per eos circa robuſtos Sanctos robuſtius confligat.* Ait textus blaſphemaris, id eſt, ut valde execrandus reputaris, omni injuria, contumelia, ac opprobrio affectus Sed à quibus tot, ac tantas injurias ſuſtines? ab ipſo Dæmone immediatè minimè, ſed à Synagoga Satanæ, ſeu membris ejus. Quamvis enim omnium malornm diabolus ſit auctor, tamen id quod ipſe per ſe efficere non poteſt, hoc per peſſimos ac perditos homines perficit & exequitur, & ad hoc facilè obtinendum ipſos iniquos in unum congregat ſimul: *Vt per eos circa robuſtos Sanctos robuſtius confligat.*

Quod diabolus per ſe effi. cere non valet, per malos homines perficit.

Tertiò. Sanct. Primaſ. *Non oportet ipſos autem deſerere, cùm dicantur etiam Synagoga Satanæ, cùm noverimus Dominum tolerando uſque in finem Iudam, exemplum nobis patientiæ præbuiſſe.* Bene agnoſcebat Epiſcopus hos perditos homines eſſe Satanæ membra, cur eos non præſcidit à fidelium Congregatione, cùm revera eſſent partes putridæ corporis Eccleſiæ, cur ergo eos ſuſtinet ſimul cum eorum blaſphemiis? Prudenter, ac ſanctè quidem impii ſunt tolerandi, an ſi fieri poſſit, ut ad meliorem frugem reducantur. Quod etiam docet Haymo. *Vſquequo zizania noviſſimè ſeparentur à tritico, nullus horum deſerendum eſt, ſed omnes admonendi ſunt, omnes tolerandi, nam ſacrilegum, impiumque proditorem uſque ad paſſionem mortis Iudam toleravit Dominus: ad quorum mala perferenda hortatur Eccleſiam.* 228. Primaſ.

Tolerandi impii, an ſi fieri poſſit ut emendentur.

Quartò. Rupertus Abbas. *Magnus labor, magna tibi afflictio cordis taliter, & à talibus blaſphemari: ſed & ego iſtud ſcio: iſtud expertus ſum, Dives eram totos habens theſauros divinitatis in me corporaliter habitantis. Deinde eſt, quod opera feci, nemo alius fecit, & ſic locutus ſum, ut dicerent adverſarii, nunquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic homo: & cum dives eſſem, blaſphemabar tanquam pauper, qui nihil haberem, aut qui à Deo non eſſem; dicebant enim, non eſt hic homo à Deo, qui Sabbathum non cuſtodit, in Beelzebub Principe Dæmoniorum ejicit Dæmonia. Ita blaſphemabar ab his, qui ſe Iudæos eſſe dicebant, dicentes, ſemen Abrahæ ſumus, & Pater noſter Abrahã eſt & non erant Iudæi ſive filii Abrahæ: ſed erant Synagoga Satanæ, unde & dicebam illis, vos ex Patre diabolo eſtis, à talibus quidem, & tu blaſphemaris, videlicet à falſis fratribus, qui cùm fateantur ſe noſſe Deum, factis autem negat.* Bene ſciebat hic Epiſcopus, quod ab impiis Chriſtianis, ac falſis hominibus blaſphemabatur; cur ergo hoc ei peculiariter dicitur à Chriſti Maximé ad corroborandum ejus animum, ut oculos ſuos elevaret ad Chriſtum; ut ad ſui imitationem qui cùm eſſet Dei filius multas blaſphemias ſuſtinuit, provocaretur, & ipſe ad eas patienter ſuſtinendas. 228. Rupert.

Chriſti exemplo noſtras blaſphemias patientur ſuſtineamus

Quintò Anſbertus, *Cæterum,* ait, *ſi à proprietate ad figuram ſermo tranſeat, multos nunc intra Eccleſiam occultos, ac falſos Iudæos, eamdem Eccleſiam blaſphemantes invenimus: & quos alios putamus eſſe, niſi rectè credentes, ſed malè viventes Chriſtianos; qui videlicet Iudæos ſe eſſe dicunt, & non ſunt: quia Chriſtianum quidem nomen habent, ſed opera Chriſtianitatis non habent de quibus per Paulum ad Titum 1. num. 16. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant; quos Dæmonibus comparat Iacobus 2. num. 19. Dum cuilibet eorum dicit. Tu credis; quia unus eſt Deus, bene facis, nam & Dæmones credunt, & contremiſcunt.* Inter præclara opera hujus Epiſcopi, quod nempe tribulationem, ac paupertatem ſuſtineret, in ultimo loco dicitur, tanquam omnium laborum maximum, quod blaſphematur ab his qui ſe dicunt Iudæos eſſe, & non ſunt. Iudæus idem eſt ac confitens, ac proinde quod blaſphematus ab his, 230. Anſbertus. Tit. 1. Jacob. 2.

Valde difficilè cum hominibus fictis, & ſimulatis agere.

qui

qui ſe dicunt Judæos eſſe, & non ſunt: quia ſolo nomine ſe dicebant fideles, cùm revera tales non eſſent, quamvis ſe multum fingerent, ac diſſimularent. Vide Expoſit. n. 198. Et ideò in laborum catalogo hoc in ultimo loco ponitur tanquam quod omnium maximus ſit agere, & tractare cum hominibus fictis, ac diſſimulatis, qui aliud habent in corde, aliud in ore, & ideo tales Jacobus cum Dæmonibus comparat, qui ſe fingunt credere, & contremiſcere.

231. D. Anſelm. Interl. Sextò. D. Anſelm. *Qui ſe dicunt Iudæos eſſe, & non ſunt, quia cumulus tribulationis, ſi quis ab hoſte familiari vexetur.* Interlineal. *Nulla peſtis efficacior, quàm hoſtis domeſticus.* Multi auctores, per hos, qui ſe dicunt Judæos eſſe, & non ſunt, intelligunt Chriſtianos malè viventes, ſed cur poſt memoratam hujus Epiſcopi perſecutionem, ac bonorum ſpoliationem in ultimo loco, tanquam quid magis arduum, ac gravius, commemorantur blaſphemiæ, quas ab his Chriſtianis tolerat: injuria, & contumelia ab amico, ac domeſtico illata, quod maximè durum, & acerbum eſt. Præclare ad illa verba Cant. 1. n. 5. *Filii matris meæ pugnaverunt contra me*, ait D. Bernard ſerm. 29. *Novi ſponſæ prudentiam, id expreſſius plangit, quod ſentit differentius, quodque vigilantiùs nobis cavendum exiſtimat; quidnam hoc? malum utique inteſtinum, atque domeſticum.* Expende illud, *vigilantiùs nobis cavendum.*

Nullus hoſtis periculoſior quàm familiaris adverſarius.

Cantic. 1. D. Bernard.

232. Valde duram, & acerbam vexationem à Diabolo ſuſtinuit Sara filia Raguelis, & uxor junioris Tobiæ: nam ſeptem viros, quibus priùs in matrimonium data fuerat, crudelis ille ſpiritus interemit: Tobiæ 3. n. 8. & tamen Sara tot virorum morte injuriis affecta nec lachrymaſſe, nec ingemuiſſe, nec in abſcondito loco ſe recondiſſe legitur; quadam die accidit tamen, *ut ipſa audiret improperium ab una ex ancillis Patris ſui. Amplius ex te non videamus filium, aut filiam ſuper terram interfectrix virorum tuarum*, Ibidem num. 9. Valde difficile eſt explicatu quot tragœdias hæc una contumelia excitavit: Sic enim ancillæ voce percuſſa eſt, ut aſcenderit *in ſuperius cubiculum domus ſuæ*. Addunt Septuagint. ut *ſuffocaretur*, hoc eſt ut ibi in mœrore vitam finiret, & ſi à morte ipſa ſe abſtinuit, tres integros dies traduxit, in lachrymis jejuniis, orationibus procul ab omnium commercio ſequeſtrata. Rex valde mira, tot plagis Dæmonum vexata, tot funerum injuriis appetita, nec jejunat, nec lachrymas nec, preces effudit, nec remotiora abdita quærit; & unius ancillæ vocula ad hæc omnia commovetur? Ita planè, quia ab infeſto, & crudeli hoſte, non aliud niſi ex tia, à domeſtica ancilla non aliud niſi obſequia ſperabat: unde cum pro obſequio quod ſperabat, convitium, quod non præſomebat, accepit, duriùs quàm mortes ab inimico illatas judicavit.

Tob. 3.

Septuag.

Durior Saræ ancillæ contumelia, quàm tot virorum morte.

233. Pſalm. 37. Maximè conqueritur David: *Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum*, Pſ. 37 n. 11. Unde hæc tam rigida exinanitio? ut non ſolùm ſe à corde, à virtute, ſeu proprio virorum vigore, ſed etiam à Divina providentia quodammodo deſtitutum lamentetur David: nam per ſuorum oculorum lumen divinam providentiam interpretatur Theodoret. & unde in eum tam ſæva tempeſtas; Perpende quæ ſubdit. *Amici mei, & proximi adverſùm me appropinquaverunt, & ſteterunt, & qui juxta me erant, de longè ſteterunt.* Ibidem num. 12. Ac ſi diceret. Quando inimici mei, ut ſagittæ acutæ inſurrexerunt contra me, forti & virili animo ſtabam contra eos: at ubi amici, & proximi conſpiraverunt in me, ſic anxiatum eſt cor meum, meaque virtus, ac vires defecerunt, ut quodammodo ſe deſtitutum à divina providentia clamet, à qua minimè deſtitui potuit, ſed ita per exaggerationem loquitur, ut ſe maximè dicat conturbatum, ac deſtitutum omni præſidio, cùm videat amicorum aciem à quibus ſperabat auxilium, contra ſe armatam D. Ambroſ. in hoc Pſalmo. *Enumerantur omnia, ait, quibus ſecreta mentis viſcera amariſſimo compunguntur affectu, & domeſtico felle exacerbantur.* Deplorat igitur Propheta ab amicis ſe & proximis impugnatum, à quibus utique non impugnari debuit, ſed adjuvari.

Impugnari ab amicis conturbat animam.

D. Ambr.

Quæſtio XXXII.

Quare iſte Epiſcopus Smyrnenſis adhuc vivens, tantis incomiis celebratur, cùm ſcriptum ſit, ne lauda veris hominem in vita ſua?

Angelus, qui Apocalypſum denuntiabat Ioanni, ſeptem Epiſtolas ei mandat ſcribere ſeptem Aſiæ Epiſcopis. Epheſino Epiſcopo ait: *Charitatem tuam primam reliquiſti*: cap. 2. num. 4. Quod nempe à ſuo primo charitatis fervore remiſſus ſit. Epiſcopo Pergami ait quod ſuſtinet Nicolaitas, iniquam & falſam doctrinam ſeminantes; ibidem numer. 14. Epiſcopus Sardis, *quod nomen habes, quod vivas, ſed mortuus es.* Apocal. 3. num. 1. Quod licèt in populo bonum nomen obtineat, tamen coram Deo mortuus eſt, & in peccato mortali. Epiſcopo Philadelphiæ ſcribitur, *modicam habes virtutem.* Apocal. 2. num. 8. Quod eſſet tenuis animi, ac generoſitatis, & ſic à cæteris Epiſcopis dicitur. At Epiſcopo Smyrnæ, (qui ut multis placet, & ſuprà diximus, erat D. Polycarpus) mittitur Epiſtola, quæ erat quidam illuſtris Catalogus ejus magnarum virtutum: *Scio tribulationem tuam & paupertatem tuam: ſed dives es, & blaſphemaris ab his, qui ſe dicunt Iudæos eſſe.* Apocal. 2. num. 9. Ac ſi dicatur; mihi valde nota eſt tempeſtas tribulationum quæ contra te exorta eſt, paupertaſque ad quam redactus es, ſed valde locuples ſtas in multis virtutibus, patienter ſuſtinens injurias, & blaſphemias in te conjectas. Quod alii Epiſcopi Epheſi, Pergami, Philadelphiæ ſuorum defectuum admoneantur, ut ab eis mundentur, ac expurgentur, optima ratio poſtulat, at quod Smyrnenſis adhuc vivens tot laudibus celebretur, res valdè mira? cum Spiritus ſanctus nos doceat: *Ante mortem non laudes hominem quemquam*, Eccleſiaſtic. 11. num. 30. Quomodo ergo adhuc in vita ſua tam ſpecioſa laude decoratur.

234. *Difficultas quæſtionis.*

Apoc. 3.

Apoc. 2.

Eccl. 11.

Reſpondeo, quòd *probata virtus non humano diſcurſu, ſed Angelico teſtimonio comprobatur* 235.

tur, cùm egregiæ virtutes, ac actus heroici hujus Epiſcopi multùm eminerent, proviſum eſt ab alta Dei ſapientia, ut non humano committerentur judicio, quod ſæpè errori, ac falſitati eſt expoſitum, & frequenter adulationis ſuſpicione laborat: hæc ergo dicat, ac decantet Angelus de cœlo, cujus teſtimonium immune eſt ab omni nota, ac defectu, ut ita ejus teſtificatio illuſtriſſima evadat, in omniumque aſpectu ſit valde ſublimis, & exaltata. Apparet Angelus Gabriël Zachariæ prænuntians ei Ioannis nativitatem, ait ei; *Uxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Ioannem, &c.* Luc. 1. n. 13. Multa & alta prænuntiat Angelus de Ioanne, quod erit magnus coram Domino, & quòd Spiritu ſancto replebitur adhuc ex utero matris ſuæ: ſed cur ad hæc pronuntianda non mittitur aliquis vir magnus, ſed Angelus de cœlo advolat. Albertus mag. in cap. 1. Luc. *Specioſa Ioannis laus, non ab homine, ſed ab Angelo commendationem habet.* Ut laus Ioannis eſſet illuſtrior, non humano ore, ſed Angelico profertur: ut inde ſibi majorem conciliaret auctoritatem, ac venerationem in omnium animos, cùm non homo, ſed Angelus eſſet, qui teſtificaret, cum ejus teſtimonium nulla calumnia, nullo maligno dente calumniari, ac morderi poſſet.

Virtus magna non humano diſcurſu, ſed Angelico teſtimonio comprobatur.

Luc. 1.

Alb. Mag.

Apoc. 2. *n.* 10. Nihil eorum timeas, quæ paſſurus es. Ecce miſſurus eſt Diabolus aliquos ex vobis in carcerem ut tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem. Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

Num. 11. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis; qui vicerit non lædetur à morte ſecunda.

VERSIONES.

Arias. n. 10. Nihil timeas, quæ futurus es pati, ecce jam futurus eſt jacere Diabolus ex vobis in cuſtodiam,

Tertul. in ſcorp. cap. 1. Ecce Diabolus ex numero tuo conjiciet in carcerem.

Oecum. In carcerem ut affligemini, & habebitis afflictionem dierum decem.

D. Auguſtin. Et habebitis preſſuram dies decem.

S. Valer. Dabo tibi coronam victoriæ.

Arias. n. 11. Habens aurem audiat, vincens non lædetur.

Syriacus. Qui vincit, nihil perverſi patietur.

EXPOSITIO VII.

NIHIL *eorum timeas.* Timere, ac pavere conceſſum eſt infirmitati naturæ, ac proinde ex amore Dei, ob cujus cauſam hæc ſuſtines, excludendus eſt: præcipuè, cùm ipſi non valeant occidere animam. *Ecce miſſurus eſt Diabolus.* Vox eſt Græca Diabolus, & interpretatur calumniator: nomine autem Diaboli intelliguntur inimici crucis, ſcilicet calumniantes, membra illius. *Aliquos ex vobis in carcerem:* Nomine carceris ſignificatur omne genus afflictionis, ac laboris: *Ut tentemini*; variis cruciatibus ut probemini an pro Chriſto mori parati ſitis, *& habebitis tribulationem diebus decem*; ideſt, multo tempore, prout à me prædefinitum eſt ad veſtram perfectionem, & conſummationem. 236.

Græcus.

Eſto fidelis uſque ad mortem; ideſt, ita firmus, & conſtans ſis erga Dominum Deum tuum, ut potiùs mors ſit eligenda quàm fides Deo data frangenda. *Dabo tibi coronam vitæ:* Pro corona nempe tui certaminis accipies coronam æternæ vitæ, & fit alluſio ad pugiles ac athletas, alioſque luctantes in ſtadio, vel agone, quibus, in præmium fortitudinis, & victoriæ adeptæ corona dabatur: ſic Chriſtiano certanti, ac perſeveranti corona dabitur, juxta illud Pauli 2. Timoth. 4. *Non coronabitur, &c. Qui vicerit non lædetur à morte.* Duplex eſt mors, prima qua corpus in hac vita moritur, de qua modò dictum eſt; *Eſto fidelis uſque ad mortem.* Mors ſecunda eſt animæ cùm æternæ damnationi addicitur. De quo infrà. 237.

2 Tim 4.

QUÆSTIO XXXIII.

Quare cùm Epiſcopo Smyrnenſi multæ tribulationes hìc denuntientur, tamen ei dicitur ut nihil eorum timeat.

DIcitur huic Epiſcopo: *Nihil eorum timeas, quæ paſſurus es. Ecce miſſurus eſt Diabolus aliquos ex vobis in carcerem.* Sub nomine carceris intelligitur omne tormentorum genus: ac proinde denuntiatur Epiſcopo, quod ipſe, & alii multi ejuſdem civitatis multis tormentis, ac cruciatibus ſint probandi coram Deo: inter quos fuerunt ipſe Polycarpus, qui igni traditus eſt; S. Germanicus qui beſtiis objectus; S. Pionius, qui in cruce multis clavis confixus eſt & alii plures, de quibus Eccleſia Smyrnenſis circularem ſcripſit Epiſtolam lectu digniſſimam, quæ habetur apud Euſeb. lib. 4. cap. 15. & non dicit Dominus aliquos ex vobis occiſurus eſt, nam mors pro Deo ejus ſervis non eſt mors: nec res moleſta, ſed maximè grata, ac optabilis. 238.

Euſeb.

Mors pro Deo ſanctis maximè grata.

Totque tantas adverſitates, & perſecutiones ſuis 239.

ſuis permittit Deus, ut ipſi ſibimetipſis proficiant, & etiam aliis ut ad eorum imitationem ac exemplum excitentur. Richardus Victorin. *In tentatione namque non tantum ille qui per eam exercetur & probatur, proficit, ſed & alii multi, quibus ejus patientiæ virtus innoteſcit. Virtutes, quæ parent, non ſolùm poſſidentibus valent ad meritum, ſed invenientibus ad exemplum*: & aſſignat rationem, cur Deus has perſecutiones Epiſcopo annuntiat, ut ad illa ſe ipſum, ſuoſque generosè ſuſtentanda muniat. Sic ait citat. Richardus. *Quam perſecutionem tibi idcirco prædico, ut interim vires colligas, & adverſùs irruentibus invictus perſiſtas, ut eos qui tibi ſunt commiſſi, contra eam permunias.*

Richard. Virtus probata, habenti & aliis proficit.

140. Quæſtio jam principaliter inquirit, cur cùm tot adverſitates pænuntientur huic Epiſcopo, tamen dicitur ei; *ne timeas.* Nonne mors, carcer, ac cruciatus timendi ſunt; ſi hæc omnia ei minantur, quomodo dicitur; ne *timeas.* Vide quod dicitur in proœmio Epiſtolæ; *Hæc dicit qui fuit mortuus, & vivit.* Proindeque morte ac Paſſione Chriſti nobis ante oculos objecta, maximè corroboramur ad omnia tormenta pro nomine ejus ſuſtinenda. Secundò, quia ut ait Anſbertus, *In hoc innoteſcit tribulationum, ac dolorum magnitudinem, eſſe magnæ Dei amicitiæ pignus & viam ad maximum decus, & gloriam.* Unde dicitur ei, *Eſto fidelis, & dabo tibi coronam vitæ.* Per tribulationes probantur juſti ut Dei amicitia, ac gloria digni inveniantur, unde dixit D. Gregor. homil. 9. in Ezech. *Abel fieri non valet, qui m Caini malitia non exercet.*

Anſbert. Per tribulationes parantur juſti ad magna præmia.

D. Greg.

141. Tertiò. *Nihil eorum timeas.* Pannon. *Hac voce animati non poſſunt timere ſancti, etiamſi caſtra adverſùs eos conentant eo quod illos obfirmat Chriſti virtus potens, & prævalida, alioquin quomodo ſancti Martyres toleraſſent contra menium tam atrocia? Quomodo etiam in mediis pœnis exultaſſent? irritatiſſimos in ſe tyrannos provocaſſent? & beſtias feroces ad devorandum ſe.* Certè carceres, multa tormenta parata à diabolo dicuntur, & tamen adjungitur: *Nihil eorum timeas*: Nam Chriſtus adeſt ſuos corroborans, brevitatem pœnæ ac cruciatus prædicens, *Habebitis tribulationem decem diebus.* Et ſimul promittens æternitatem præmii: *Dabo coronam vitæ*; & etiam ipſo certamine corroborat: timorem executiens: *Nihil eorum timeas.* Sua virtute divina auxilians, & muniens animum; ut omnibus ſuperiores evadant.

Pannon.

Nihil timendum cum Chriſtus ſit adjuvans.

142. Quartò. Quomodo Diabolus ſic permittitur, ut contra juſtum, ac ſanctum inſurgat, ut eum in carcerem teterrimum mittat, in vinculiſque alligatum conſtituat. Nam de juſto canit David Pſalm. 90. num 13 *Super Aſpidem, & Baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & Draconem.* Quomodo hæc cohærent in præſenti; dicitur juſtus in fovea ac carcere retinendus; in Pſalmo ejus pedes decantantur Aſpidem, Baſiliſcum, ac Leonem conculcantes: ſi à Dracone in carcere conſtringetur, quomodo Draconem peſſundabit? Rectè dictum eſt ei, *Nihil eorum timeas*, eo ipſo quod juſtus eſt, & propter Deum malè afficitur, fit ſuperior & major omnibus percuſſoribus ſuis, quos ſub pedibus conculcandos habet. Ad hoc eleganter reſpicit D. Cyprian. Epiſt. 34. de ſancto Celeſtino Martyre loquens. *Jacuit inter pœnas*, ait, *pœnis ſuis fortior, incluſus includentibus major, jacens ſtantibus celſior, vincentibus firmior vinctus, ſublimior judicantibus judicatus, & quamvis ligati nervo pedes eſſent, calcatus ſerpens, & obtritus victus eſt.*

Pſalm. 90.

Juſtus percuſſus propter Deum major eſt percutiente.

D. Cypr.

Cùm tres pueri Hebræi in fornace ardenti illæſi oſtenderentur, Daniel. 3. n. 31. *Tunc Nabuchodonoſor Rex obſtupuit, & ſurrexit properè, & ait optimatibus ſuis: Nonne tres viros miſimus in medium ignis compeditos: Ecce ego video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt, & ſpecies quarti ſimilis Filio Dei.* Quibus viſis, ut creditur, non ſolùm Rex in admirationem eſt raptus, ſed etiam multa adultus puerorum invidia cum Filio Dei in mediis flammis ambulantium. Sed unde tres pueri capti, & flammis dati tantam potuerunt in potentiſſimo Rege invidiam excitare? Ex eo quod ab illo propter Deum ligati ſunt, & flammis traditi, ſic ſuprà illum excreverunt ut optimè poſſet magnificus Rex illis invidere. D. Zeno lib. 2. ſerm. 36. ſic ait, *Melioratur puerorum vita ſupplicio, Rex non invideret pueris, niſi eos præcepiſſet ardere.* A tormento ac cruciatu ita ſublimantur juſti, ut potentiſſimus Rex illis valeat invidere; & nunquam Rex illis invideret, niſi ſupplicio, ac flammis dati eſſent, ſic ſupra ſuos percuſſores elevantur Martyres, qui propter Deum percutiuntur. 143.

Dan. 3

Juſtus percuſſus elevatur ſuper percuſſores.

D. Zeno.

Canit David Pſalm. 117 n. 12. *Circumdederunt me ſicut apes.* Cur quando à ſuis hoſtibus tenetur, eos apes dicit, quæ ſimilitudine in his cum ſuis hoſtibus; apes cum vulnus infigunt, ſtatim & ipſæ cadunt: advolat apicula, & tota iraſcens hominis vultum aggreditur, cuſpidem infigit, & indilatè ipſa perit. Rem eleganter explicat D. Ambroſ. in Pſal. 45. de Juda proditore: nam ipſe factus dux latronum Jeſum aggreditur, & impudentiſſimum oſculum tanquam cuſpidem in vultu ejus infigit. Quid tunc? non multò poſt ipſe proditor ſuſpendio perditur, adhuc Jeſu vivente, qui tunc humiliatur uſque ad crucem, ut Deus exaltaret nomen ejus non ſolùm ſuper ipſum proditorem, ſed etiam ſuper omne nomen, quod eſt in cœlo, & in terra. D. Ambroſ. *Oſculum dedit proditor*, ait, *infudit venenum, mortem irrogavit, cujus aculeum quidem Chriſtus obſtulit, ſed ſolus proditor non evaſit.* Sicut ergo in inferendo vulnere, ſolæ apes pereunt, ſic in inferenda injuria, ac offenſa ſolus perſecutor perditur; & inde canit David, quod ſui hoſtes ut apes eum circumdederunt. 144.

Pſal. 117.

In perſecutione exaltatur juſtus perditur perſecutor.

Quæstio XXXIV.

Quare dicitur quod Diabolus miſſurus eſt aliquos in carcerem, & non potiùs omnes?

Diabolus non per ſe immediatè tradit ſervos Dei carceri ac cruciatibus, ſed per manus miniſtrorum ſuorum: cur ergo dicitur quod Diabolus miſſurus eſt eos in carcerem? quia ipſe omnium malorum eſt caput, ad omniáque mala inducit ac inſtigat. Ambroſ. Anſbertus. *Cuncta*, ait, *quæ Eccleſiæ ſanctæ, ſive à malis hominibus ſive ab* 145.

Anſbert.

ab occultis Diaboli ſuggeſtionibus, ſive à reſiſtentibus illecebroſis carnis tentationibus patitur ad caput malorum referuntur, cujus ſuggeſtione atque impulſu agi creditur. Miſſurus eſt Diabolus. Albertus Magn. *Per ſe ſuggerendo, & per ſua membra exequendo.*

Albert.

146. Quæſtio principaliter inquirit, cur dicitur quod Diabolus miſſurus eſt aliquos in carcerem, & non potiùs omnes? Reſpondet primò, quod Diabolus totas ſuarum tentationum machinas excitat, & commovet contra juſtos & ſanctos, quos fortes, ac conſtantes videt in fide Chriſti ſtare: nam peccatores, ac ſibi ſubjectos præterit & contemnit; ut docet D. Cyprian lib. 3 Epiſt. 1. *Non impugnat*, ait, *adverſarius niſi milites Chriſti: hæreticos proſtratos ſemel & ſuos, factos contemnit, & præterit: eos quærit dejicere, quos videt ſtare.*

Diabolus ſibi ſubditos contemnit.

D. Cypr.

247. Secundò. Ioachimus Abbas. *Si nullus eorum*, ait, *contenderet cum Diabolo habere occaſionem auctor doli exprobrans illis de ſancto otio ſuo, quaſi non eſſent auſi periclitari cum eo; & ſi nullus evaderet manus ejus, aſcriberet hoc ipſum potentiæ fortitudinis ſuæ, quaſi in tantum in malitia eſſet potens, ut nullus à facie ejus pertranſiret immunis*, Permittitur ei aliquos tentare; ut ab eis conculcatus, ac peſſundatus ſit. D. Hieronym. Epiſtol. 8. ad Demetriadem de ſervanda Virgin. *Salvator generis humani*, inquit, *aſſumitur ab ſpiritu, ut pugnet contra Diabolum: & oppreſſum, atque contritum, tardat diſcipulis conculcandum* Unde Paulus Rom. 16. num. 20. ait, *Deus autem pacis conteret Satanam ſub pedibus veſtris velociter.* Hæc Divus Hieron.

Joach.

In tentatione Diabolus conculcatur à nobis.

D. Hieron.

Rom. 16.

248. Tertiò. Sicne fidelium amator eſt Diabolus, ut non omnes, ſed ſolùm aliquos in vinculis, ac carcere tradat, ac cruciatibus variis exerceat? Quomodo ergo dicitur quod ſolùm aliquos ex Smyrnenſibus dirè perſequatur? Si ejus voluntas attendatur, omnes perdere vult, & nulli parcere, ſed ejus poteſtas coërcetur à Deo, ne plures, quàm quos Deus exercere ſtatuit, imperat. Sic ait D. Anſelm. Cartuſ. ad illa verba Paul. 1. Corinth. 10. num. 13. *Fidelis Deus, qui non patitur vos tentari ſupra id, quod poteſtis*: ſic ait. *Idcircò hoſtem noſtrum pia diſpenſatione permittit, & retinet, relaxat, & coërcet.* Et D. Auguſtin. lib. 11 de Geneſ. ad litteram ait: Tentant Dæmones & impugnant homines: *Non quantùm*: ait, *nituntur, ſed quantùm ſinuntur.*

Non voluntas ſed poteſtas tentandi Diabolo deſinit.

1. Cor. 10.
D. Anſelm.

D. Auguſt

249. Plùs quàm ducentos annos commoratur Iſraël in Ægypto, & nullum habuit bellum, nec certamen cum Amalec, at poſtquàm egreditur, & cœpit pergere in terram promiſſionis, *venit Amalec, & pugnabat contra Iſrael.* Exod. 18. n. 8. Quandiu quis eſt in mundo nullum habet conflictum cum Amalec, hoc eſt cũ Diabolo; at ubi quis viam cœleſtem arripit, & juſtitia, ac virtute cœpit tendere in terram promiſſionis hoc eſt, in Ieruſalem cœleſtem, tunc contra eum multa bella, & conflictus excitat inimicus. Strabo. *Amalec*, ait, *interpretatur bibens, vel lambens ſanguinem, & ſignificat Diabolum, qui ſanctos de Ægypto exeuntes, & ad terram promiſſionis tendentes ſemper impugnat, & animarum ſanguinem lambere deſiderat.*

Exod. 17.

Cum homo tendit in cœlum, Diabolus ejus ſanguinem lambere deſiderat.

Strab.

250. Maxime tamen in rem noſtram. Cùm populus egrederetur de Ægypto, & veniſſet ad oram maris rubri, vidiſſetque poſt ſe venientes Ægyptios armatos, dictum eſt eis: *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.* Exod. 14. num. 14. Dei de verò tranſacto mari, poſtquam populus penetravit deſertum, cœleſtémque panem guſtavit Exod. 16. num. 14. & aquam de petra divinitus ſubminiſtratam hauſit, Exod. 17. numero 6. Exiens Amalec adversùs populum dicit, *Moyſes ad Ioſue: elige viros, & egreſſus pugna contra Amalec.* Ibidem num. 9. Cur uſque modò nullas incurſiones hoſtiles paſſus eſt Iſraël? ſed antea Deus pugnabat pro eis, modò mandatur ad bellum procedere. Antea erat populus inermis cùm non eſſet refectus illo cœleſti pane, ac potu, at jam nunc his erat communitus, viresque reſumpſerat, & tunc conceditur ei bellum cum Amalec, hoc eſt cum Diabolo. Origenes homil. 11. in Exod. *Antequam*, ait, *Iſrael manducaret panem de cœlo, & biberet aquam de petra; non refertur populus pugnaſſe: ſed dicitur ad eum*, Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis, *Tu ergo cum cœperis manducare manna, panem cœleſtem verbi Dei, & bibere aquam de petra; cumque ad interiora doctrinæ cœleſtis acceſſoris: expecta pugnam, & præpara te ad bellum.* Quantò quis donis cœleſtibus eſt cumulatus, tantò majora bella in eum inſurgunt, cùm populus cœleſtis manna eſt recreatus: tunc Amalec, hoc eſt Diabolus contra eum inſurgit.

Exod. 14.

Exod. 16.
Exod. 17.

Majora bella excitantur in eum qui majores vires habet.

Origen.

Quæstio XXXV.

Quare perſecutio Eccleſiæ extenditur ad decem dies, & nec ad plures, nec ad pauciores?

251 Ait Dominus in præſenti *Habebitis tribulationem diebus decem.* Multiplex interpretatio hujus loci eum difficilem reddit. Primò Primaſ. Beda, Rupertus, Divus Bruno Aſtenſ. accipiunt decem pro omnibus diebus vitæ: Denarius enim tam in Decalogo, quàm in aliis locis, univerſitatem ſignificat capiturque pro omnibus. Secundò Aretas, Andreas Cæſarienſ. Alcazar; decem, id eſt paucis diebus, & ita accipitur, Numer. 11. verſ. 19. licèt etiam aliquando pro multis accipiatur. Tertiò. Beda, Haymo, Lyranus, & Joachim exiſtimant hîc ſignificari decem Chriſtianorum perſecutiones inflictas per Imperatores Romanos, quas numerant à Nerone uſque ad Diocletianum.

Variæ ſententiæ circa decem dies.
Beda.
Bruno.
Rupertus.
Aretas.
Andreas.
Alcazar.
Haymo.

252. Quartò. Idem Lyranus; *decem diebus*, id eſt, perfectam habebitis tribulationem, denarius enim perfectionis ſymbolum eſt. Quintò ipſemet Lyran. *Decem diebus*, id eſt, decem annis. Sextò S. Ambroſ. *decem diebus*: *quia*, ait. *licet iſta tribulatio pluribus diebus, & menſibus durei*; decem tamen diebus erit crudeliſſima, ac atrociſſima.

Lyran
D. Ambr.

253. Septimò Pererius, Ribeira Cornel. à Lapide, M. Joannes de la Haye, diebus decem, id eſt, multis diebus Sic Job fatur cap. 29. n. 3. *En decies* id eſt ſæpè, *confunditis me.* Numer. 14. n. 22. *Tentaverunt me jam per decem vices*, id eſt multas,

Perer.
Richard.
Corn.
La Haye.
Job. 29.
Num. 14.

1. Reg. 1. multas 1. Reg. 1. n. 8. *Nunquid non ego melior tibi ſum, quàm decem filii*, id eſt, multis, & ita paſſim: Et hæc ſententia eſt valde genuina.

Pro ejus tamen majori explicatione adverte,
254. quod ſicut decennariùs ſignificat multitudinem, ſic etiam dicit magnam perfectionem; continet enim omnes ſpecies. & perfectiones
Numerus denarius perfectus. ſimplices numerorum, univerſa in ſe numerandi genera comprehendit, parium quidem, & imparium: parium ut duo, imparium ut tria: & hoc ipſum importat ethymologia denarii ex Græca radice, decies dicitur, id eſt, quod omnes numeros complectitur: nam cum ad decem pervenitur, progrediendi finis eſt, & neceſſariò iterum revolvitur, ac iteratur.

255. *Tribulatio magna, & multorum dierum.* Proindeque dico his decem diebus ſignificari tribulationem, quam habitura eſt Eccleſia Smyrnenſis, multis diebus eſſe duraturam, magnamque futuram eſſe: & ideo dicitur, decem *diebus* reſpectu Dei, qui omnes hos dies habet calculatos & numeratos, decem diebus reſpectu tribulationum, quæ tot diebus eos continebit, qui neceſſarii fuerunt ad ipſos juſtos perficiendos, & conſummandos; decem diebus reſpectu diaboli; quia in illis multis diebus laxabit omnes numeros tormentorum, cruciatuum ac dolorum in juſtos, in quibus exercebit omnem ſuam crudelitatem.

256. Fera hæc peſſima diabolus ab hominum laniena non facilè abſtrahitur, ſed moramentum in torquendo amat, diebus decem affligit, ut
Diabolus multis, & variis modis torquet. cruciatum varietate exacuant, nocendi famem, & tormentorum cumulum creſcere faciat. Cùm juxta duritiem cordis ſui ſceleſtus Pharao torquendus fuit, non uno die, non duobus, non ſeptem, aut octo, ſed per decem dies diverſis plagis torquebatur. Quod optimè notavit D.
Salvian. Salvianus lib. 1. de Gubernat. Dei *Pharaoeis inobedientia*, ait, *verberatur; & quidem non uno modo: ſcilicet, ut plus ſacrilegus torqueatur diverſitate ſupplicii.* Laſſata equidem tortoris crudelitas in uno tormentorum genere vehementer acuitur, & tranſit ad aliud.

257. In Sanctorum choro inventus eſt aliquando Satanas, & Jobum ſibi permitti poſtulabat: annuit Dominus Jobum venire in Satanæ manus. Quid tunc; ait Textus cap. 2. num. 7.
Iob. 2. *Egreſſus Satan à facie Domini, percuſſit Iob ulcere peſſimo à planta pedis uſque ad verticem*
Origen. *ejus.* Quod ponderans Origenes lib. 2. in Iob.
Diabolus omni immanitate torquet juſtos. ait: *Exivit diabolus à facie Domini, exivit tanquam lupus rapiens, tanquam leo rugiens, tanquam urſus ſanguinem appetens, tanquam malignus ſerpens, tanquam vipera ſæva, ac perniciosa.* Cur diabolus exiens contra Iob non prodiit tanquam Leo, ſed omni beſtiarum ferocitate induitur, ſicut Leo exiret, ſat erat, ut Iobum ulcere peſſimo percuteret, ad quid tot ferarum immanitas, ut eſſet tanquam lupus rapiens, leo rugiens, urſus ſanguinolentus, inſidioſus ut ſerpens, venena diffundens ut vipera; Ecce ſævitia hujus cruentæ beſtiæ, quæ uno crudelitatis genere non ſatiatur, ſed omnium lanienam aſſumit, ut multis, & variis modis juſtos torqueat, eoſque omni cruciatuum varietate vexet, & affligat.

258. Iterum in ipſa Iobi hiſtoria adhæreo, de cujus filiorum clade à dæmonibus perecta dicitur c. 1. num. 19. *Ventus vehemens irruit à* Job. 1.
regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreſſit liberos tuos. Valde mirum eſt, quod ventus veniens ab una determinata regione deſerti, quatuor angulos domus ſimul concutiat: quis unquam tale vidit; *Diabolus varias formas induit ad juſtos torquendos.*
& eſto quod dæmon ipſe in vento veniret: quid neceſſarium erat quatuor angulos concurrere, cùm vel unum angulum quatiens, poſſet domus ruinis Jobi filios opprimere? Tanta eſt dæmonis ſævitia adversùs ſanctos, ut non uno angulo, ſed omni velit juſtum opprimere, in ruinam dare, & quamvis ad interitum filiorum Iobi unus angulus corruens ſufficeret, tamen ad crudelis inimici ſævitiam ſatiandam omnes quatuor anguli concutiuntur. Origenes lib. 1. Origen.
in Iob, *Si per unum angulum poterat cadere, cur omnes quatuor angulos tetigit? Quatuor angulos tetigit, ut oſtenderet ferociam, atque animum ſuum homicidialem.*

QUÆSTIO XXXVI.

Quare fideli ſervo uſque ad mortem promittitur gloria, non ſub nomine gloriæ, ſed ſub nomine coronæ vitæ?

Multa, & varia certamina, ac adverſa in Eccleſia Smyrnenſi, hic nume- 259.
rantur. *Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam.* Primò, tribulatio, quæ provenit ab interiori, ac propria mortificatione. *Quot labores.*
Secundò, paupertas, & omnia incommoda, quæ ſecum defert inopia. Tertiò, *Blaſphemaris ab his, &c.* Infectatio, & flagellum linguæ, & quidem ab his, qui ſe dicunt Iudæos eſſe, & non ſunt. Quartò aperta Principum, ac Magiſtratuum perſecutio: *Ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem*: quæ ſecum defert ultimas ærumnas, & mortis cruciatus.

Qui ergo in his uſque ad mortem fuerit fi- 260.
delis, ſine fidei fractione, & perſeverans; *dabo ei coronam vitæ.* Ita & Paul. ait, 1. 1. Cor. 9.
Corinth. 9. num. 24. *Sic currite, ut comprehendatis.* Parum juvat currere, ſi non inſtes ut comprehendas. Quod comprobat D. D. Laur.
Laurentius Iuſtinianus in ligno vitæ, cap. 16. Juſt.
& ſubdit, ſic *in omni re, ac negotio perſeverandum ad finem uſque, hoc ſit in agricultura, hoc in ædificiis conſtruendis.* Et hæc ſi *Perſeverantia neceſſaria ad Coronam gloriæ.*
militudo de ædificiis probatur ex illo Cantic. 1. num. 16. *Tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina.* Hæc ligna Cantic. 1.
non ſolùm grati ſunt odoris, ſed ad diuturnitatem firma, & perpetua, ut incorruptibilia perſeverent, & nulli vermiculo cedant, ſic qui in corde ſuo præparat Chriſto lectum fidei, ac bonæ operationis, hoc debet exhibere cum quadam firma, ac diuturna perſeverantia, & incorruptibilitate, ut nullo vermiculo tentationum, ac laborum cedat, ſed omnia contemnat, ut ad finem perveniat, & Deum videat. Unde ait D. Chryſoſtom. Epiſtol. 5. D. Chryſ.
ad Theodorum lapſum. *Si quoties*, inquit, *fores infinities moriendum, ferendum tamen eſſet,*

ſet: præterea gehennam, & tormenta omnia convenit ſuſtinere, ut videre queas Chriſtum in gloria ſua,& conſcribi ordini Sanctorum.

261. *Carcer, & mors pro Chriſto corona.*

Quæſtio tamen principaliter inquirit; cur cùm huic ſervo perſeveranti, ac fideli promittatur gloria,& beatitudo, non promittitur tamen ſub nomine gloriæ, ſed coronæ; *Dabo ei coronam vitæ*: & maximè notandum, quod poſt carcerem; *miſſurus in carcerem*, ſtatim adjungitur corona; quid carcer cum corona? quid ignominia cum gloria: Multùm ſanè, quia licet incarceratis pro Dei nomine gloria non promitteretur, tamen ipſe carcer erat eis pro corona. D. Ambroſ. lib. 4. in Luc. *Nonne*, ait, *tentatio Ioſeph virtutis eſt conſecratio? nonne injuria carceris corona eſt caſtitatis? & eo nobilior quo terrior carcer eſt.* Et lib. 2. de Abraham cap. 4. ſic ſcribit. *Afflictiones viro forti coronæ ſunt; invalido infirmitates.*

D. Ambr.

262. Æterna ergo beatitudo, & gloria dicitur corona. Primò, quia datur vincentibus, ac certantibus; & alluditur ad pugiles, ac athletas, alioſque luctantes in ſtadio, vel agone, v. g. Olympico, ut docet D. Auguſtin. lib. de Agone Chriſtiano; & communiter explicant interpretes illud Pauli 1. Corinth. 9. num. 25. *Non coronabitur, niſi qui legitimè certaverit.* Et milites Eccleſiæ armati deſcribuntur cum gladiis propter timores nocturnos, Cantic. 3. num. 8. Unde Eccleſia palmæ aſſimilatur, quæ non niſi victoribus conceditur, Cantic. 7. num. 7. *Statura tua aſſimilata eſt palmæ*; idque ob tres cauſas, ut ibi Beda. primò, quia palma, quò magis premitur, eo magis aſſurgit, ita & athleta Chriſti. Secundò, quia palma inferiùs aſpera eſt, ſuperiùs pulchra, & fructibus dulcis, ac ſuavis, ita & Chriſti pugil. Tertiò, quia palma, manus victricis ornamentum eſt.

Beatitudo corona, quia cum luctamine accipitur.
1 Cor. 9. D. Auguſt. Cant. 7. Beda.

263. Alb. Magn. *Beatitudo continet omnia bona.*

Secundò. Albertus Magnus: *Dabo tibi coronam vitæ*, id eſt, *vitam interminabilem, quæ ſignificatur in corona, quæ eſt circularis, & circulus non habet principium; neque finem.* Corona cum ſit rotunda, ſignificat perfectionem, ac complexum omnium bonorum ac gaudiorum, quæ veluti corona, ac circulus principio, & fine carent.

264. Albert. Iſai. 28.

Tertiò. Idem Albertus. *Dab coronam*, ſcilicet *regalem*; Reges enim ſolent coronari; hæc corona erit ipſe Deus, vel ipſius viſio. Iſai. 28. n. 5. *In die illa erit Dominus corona gloriæ, & ſertum exultationis.* Quartò, quia cùm ipſa gloria pretioſiſſima ſit inſtar coronæ gemmis exornatæ, dicitur: *Poſuiſti in capite ejus coronam de lapide pretioſo*, Pſalm 20. num. 4. Hujus coronæ duodecim gemmas è ſacris litteris recenſet Viegas in Commentario 2, ſect. 5.

Pſalm. 20.

265. Joach. *Sancti qui pro Chriſto moriuntur, vitam non perdunt, ſed in melius commutant.*

Et maximè notandum quod dicitur: Beatitudo corona vitæ. Ioachimus Abbas, *Corona vitæ promittitur*, ait, *quia ii, qui donant vitam pro Deo, cum triumpho pretioſa mortis perveniunt ad veram vitam, quoniam ut eam ſervare poſſent in regno, eam in exilio perdiderunt*; juxta illud Joan. 12. *Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.* Nonne ſufficiebat dicere, dabo tibi coronam, vel gloriam, ſine additione vitæ: Ad quid hoc exprimitur? Rectè quidem appoſuit coronam vitæ, ut denotaret Sanctos, qui pro Chriſto glorioſè moriuntur, non vitæ jacturam facere, ſed in melius eam commutare. Ita Richard. de ſancto Victore.

266. *Juſtorum gloria ſemper vivens.*

Secundò: dicitur *vita*, quia gloria Sanctorum, eorumque gaudium ſemper vivet, ipſique ſemper vigebunt, & florebunt in æternum, ſemperque in vigore vitæ permanebunt, nunquam ſeneſcent, nunquam deficient, & nunquam fatigabuntur. Unde hæc vita & gloria vocatur à ſancto Petro Epiſt. 1. 6. 5. num. 4. *Immarceſſibilis*: à S. Paulo, 1. Cor. 9. n. 25. *Incorrupta*; & ab eodem Paulo Hebræor. 12. n. 28. *Regnum immutabile*; & ab Iſaia 33. n. 20. *Tabernaculum quod nunquam transferri poterit*; & à Daniele 2. n. 44. *Regnum quod in æternum non diſſipabitur.*

1. Petr. 5. 1. Cor. 9. Hebr. 12. Iſai. 33. Dan. 2.

267. *Dei dona perpetua, ac permanentia.* Pſalm. 61.

Tertiò. Maximè ponderandum quod ait: *Dabo coronam vitæ.* Cur non exprimit æternæ, cum revera ita ſit, ſed hoc ſubjacet, ut aperte ſuppoſitum; nam cùm hæc corona ſit data à Deo manifeſtum eſt, quod ſit æterna, perpetua, & ſine fine duratura: talia ſunt dona Dei, quæ ſunt fixa, & permanentia, & minimè prætereunt. Sic David Pſalm. 61. n. 7. *Ipſe Deus meus, & Salvator meus, & non emigrabo.* Quaſi dicat, inquit, Ambroſ. *Cùm habeo habitare in tabernaculo tuo, non emigrabo, ſed ibi fixus, & ſecurus permanebo.*

268. Joan. 14.

Chriſtus D. in ultima cœna cum diſcederet à ſuis diſcipulis, ait illis: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Ioan. 14. num. 27. Magnum planè donativum, quo fideles ſuos copioſe ditavit: pax enim bonorum omnium compendium eſt, tamen in præfatis verbis pulchram excitat quæſtionem D. Aug. tract. 77. in Ioan. Quare cùm Chriſtus dicit, *do pacem*, ſuam appellat, *pacem meam do vobis*, cum verò, ait, *relinquo*, ſuam non appellat, ſed tantùm ait, *pacem relinquo vobis*, diligenter perveſtigandum eſt, quodnam ſacramentum deliteſcat, cur cùm dicit, *do pacem*, ſuam appellat, ubi verò dicit *relinquo*, ſuam non appellet Chriſtus pacem, quam beatis dat in cœlo, ſine amiſſionis periculo, pacem ſuam dicit, non verò illam, quam in hoc ſæculo cum ipſius pacis jactura inter hoſtes relinquit. Chriſtus ergo Dominus donum pacis ſuum appellat; ſuaque magnificentia dignum agnoſcit, quod nunquam amittitur, ſed perennat in patria abſque amiſſionis periculo. Pax verò, quæ relinquitur in hoc ſæculo periculis obnoxia, diſſentionibus expoſita, & ſi quandiu durat ex Chriſti dono floreat tamen ſæpè contrarietate defloreſcit, & diſcordia degenerat, inde Chriſtus tanquam non diu duraturam, donum ſuum non appellat, ac ſi donum ſuum antonomaſticè illud ſit, quod tempus non excedit, nec diuturnius ævum arrodit. Cit. D. Aug. *Pacem nobis*, ait, *Chriſtus relinquit, in hoc ſæculo, in qua manentes hoſtem vincimus? Pacem ſuam nobis dabit in futuro ſæculo, quando ſine hoſte regnabimus, ubi nunquam diſſentire poſſumus.*

Æternæ pacis donum ſuum appellat Chriſtus non temporarium.
D. Auguſt.

269. Cùm Iacob fratris odio declinans è domo patris fugeret in Meſopotamiam, & cum poſt ſolis occaſum deveniſſet ad quendam locum, ibi pernoctare cogitur, & vidit in ſomnis ſcalam

lam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum: Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam; Dominumque innixum ſcalæ dicentem ſibi: *Ego ſum Dominus Deus Abraham, patris tui, & Deus Iacob, &c.* Cùmque evigilaſſet de ſomno ait, verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam.

Geneſ. 28. *Locus terribilis, in quo Deus ad breve tempus concedit magnum beneficium.*

Pavens, quam terribilis eſt, inquit, *locus iſte? non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cœli.* Gen. 28 num. 17. Omnis interpretum multitudo maximè ſtupet ad hunc Jacobi pavorem. Quare locum dicit terribilem, ubi tam benigniſſimè conceditur res cœleſtes rimari, & agnoſcere? Quid jucundius, quàm Deum affabilem intueri? quid gratius, quàm magnifica promiſſa ſibi ſpondentem audire? & quid delectabilius, quàm in conſortio Angelorum potiri? Et ſi undique tanta erat affluentia cœleſtis mira dulcedine, quomodo cor ejus multa anxietate turbatum eſt, ut locum dicat terribilem. Iacobus brevi quietis mora magnam Dei miſericordiam accepit, quæ ubi primùm evigilavit protinus diſparuit. Ecce cur pavet, & locum terribilem dicit: ipſe enim bene inſtructus erat in divina largitate cujus donum permanens, & ſtabile perennat in æternitate, & ideo cùm præter divinam conſuetudinem, brevi ſomno terminari ſublime viſionis donum animadvertit, ideo pavet, & terribilem dicit locum, cùm videat divinam beneficentiam à ſua ſolita largitate deviare, & ſuum beneficium inter brevis temporis anguſtias coarctare. Ad hoc reſpicit Rupertus.

Rupertus. *Sed quia pavoris*, ait, *vel quid terroris ſecundùm ſe locus iſte poterat habere. An quia Dominum in loco in ſomnis vidit.*

QUÆSTIO XXXVII.

Quare victori promittitur, quod non lædetur à morte ſecunda?

270. Albert. Gagnæus.

PEr mortem hanc ſecundam Rupertus, Albertus Magnus, Gagnæus intelligunt peccatum, quod animam ſeparat à vera ſua vita Deo. Sic dicitur Sapient. 2. numero 24. *Invidia autem Diaboli mors*, ſcilicet peccatum, *intravit in orbem terrarum.*

Sap. 2.

271. Richard. Beda. Haymo. Lyran. Corn. Menoch.

Magis tamen veré, ac genuiné Richardus Victorinus, Beda, Haymo, Lyranus, Cornelius, Menochius, & alii dicunt quod mors prima eſt, qua corpus in hac vita moritur, de qua paulò antea dixerat: *Eſto fidelis uſque ad mortem.* Mors verò ſecunda eſt, qua anima, & corpus ſemper moriuntur in inferno, ubi ſunt majores angores, quàm in morte corporali. Unde dicitur infrà cap. 21. num. 8. *Pars illorum erit in ſtagno ardente igne, & ſulphure, quod eſt mors ſecunda.*

272. Et maximé vincenti promittitur, quod nullam læſionem patietur à morte ſecunda; ut etiam hoc pacto ad victoriam ſtimuletur amore, & timore; amore, ac ſpe præmii. *Dabo tibi coronam vitæ*; & timore pœnæ, quæ eſt in morte ſecunda. *Non lædetur a morte ſecunda?* ut ita timore pœnæ, & ſpe præmii homo ſecuré viveret. Vide quæ dixi tom. 4 in Evang. cap. 22. q. 10. 71. 72. 73.

Spe, ac timore vivendũ.

273. *Dominatio inferno nomines coercet.*

Et cùm Dominus vult nos propter fidem non timere mortem primam, id eſt, corporis, objicit nobis aſpiciendam mortem ſecundam, quæ timidis, & execratis, ut dicitur infrà capite 21. numero 8. propoſita eſt. Eſt enim hæc ſumma miſeria, quæ appellatur mors ſecunda, non ſolùm reſpectu primæ, ſive hæc ſit mors peccati, ſive corporis, ſed etiam, quia ſic conſummata eſt, ut corpus & animam perdat in gehennam ignis in æternum, & ita mors, quæ accidit juſtorum corpori, non propriè mors dicenda eſt, ſed illa, quæ datur animæ in ſua condemnatione ad gehennam.

274. D. Greg.

Quod optime docet D. Gregor. Magn. lib. 4. Moral. cap. 1. *Umbra mortis*, inquit, *mors carnis accipitur, quia ſicut vera mors eſt, qua anima ſeparatur à Deo* Unde voce Martyrum dicitur: Humiliaſti nos in loco afflictionis, & operuit nos umbra mortis. Pſalm. 43. num. 20. *Quos enim conſtat non ſpiritu, ſed ſola carne mori, nequaquam vera morte, ſed umbra mortis dicuntur operiri.* Magnum diſcrimen eſt inter mortem iniquorum, ac juſtorum; mors, iniquorum vera mors eſt; juſtorum verò non eſt vera mors, ſed mortis umbra? *operuit nos umbra mortis.*

Vera iniquorum mors Juſtorum umbra.

275. Luc. 16.

In hiſtoria de Divite avaro cum Lazaro narrat D. Lucas 16. n. 22. *Factum eſt, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem Dives, & ſepultus eſt in inferno.* Moritur Sanctus mendicus, moritur & Dives avarus; mendicus minimè dicitur ſepultus, ſed portatus cubitum in ſinum Abrahæ; impius verò Dives non vadit cubitum in ſinu alicujus, ſed tendit in ſepulchrum, in quo in æternum appareat, voracibus flammis ſepultus. Mors juſto eſt ad requiem in ſinu, ac in cubitu: impio verò eſt ad torturam, ac pœnam, *ut mittatur in tenebras exteriores, ubi eſt fletus, & ſtridor dentium.* Matth. 22. num. 13. At in juſto res aliter ſe habet; jam defunctus Samuël evocatus apparuit Sauli 1. Reg. 28. n. 15. cui dixit. *Quare inquietaſti me, ut ſuſcitarer?* Sic bonus oſtendebat ſe quaſi in ſomno quieſcere, à quo ante tempus fuerat Saulis vocibus excitatus, ideo inquietatus. D. Zeno ſerm. de Reſurrect. corpor. lib. 3. ait: *Samuel mortis jam lege diſpunctus Sauli Regi deſideranti non tantùm ſuam præſentiam exhibet, ſed etiam ad conſulta reſpondet: unde licet clamare. Profectus potiùs eſt iſte, quam mortuus.*

Juſtorum mors ad requiem, iniquorum ad pœnam.

Matth. 22.

1. Reg. 28.

EPISTOLA TERTIA.

Apocal. 2. n. 12. Et Angelo Pergami ſcribe: hæc dicit, qui habet romphæam utraque parte acutam.

Num. 13. Scio ubi habitas, ubi

ſedes eſt Satanæ; & tenes nomen meum, & negaſti fidem meam. Et in diebus illis Antipas teſtis meus fidelis, qui occiſus eſt apud vos, ubi Satanas habitat.

VERSIONES.

Tygur, Vatabl. n.2, Et Angelo Pergamenſis Eccleſiæ ſcribe. Hæc dicit; qui habet gladium ancipitem, & acutum.

Arias. Et Angelo illius in Pergamo Eccleſiæ ſcribe: hæc dicit habens romphæam ancipitem, & acutam.

Arabicus. Habens gladium duarum acierum ſecantem.

Syrus. Qui habet illum gladium acutum duorum orum.

Aret. Occu. n.13. Novi opera tua.

Arias. Scio opera tua, & ubi habitas, nempe ubi thronus eſt Satanæ.

D. Auguſt. Ubi introitus eſt Satanæ.

Syrus. Retines nomen meum, & non abnegaſti fidem meam in diebus illis, quibus ſpectaculum factus eſt ille teſtis meus, ille fidelis meus, qui occiſus eſt apud vos.

Arabicus. Quibus occiſus eſt fidus teſtimonii mei profeſſor, occiſus inquam apud vos in loco domicilii Satanæ.

EXPOSITIO VIII.

276. ET *Angelo Pergami.* Et eſt tertia Epiſtola ſcripta Epiſcopo Pergami, quæ eſt urbs clariſſima Aſiæ minoris, alio nomine Troia dicta; quis autem fuerit ipſe Epiſcopus, certò non liquet. *Qui habet romphæam utraque parte acutam*, ſeu ancipitem, & acutam, ſeu gladium duorum orum, de quo facta eſt mentio cap. 1. numero 16. Et Chriſti exemplo hortabatur Epiſcopus ut animosè, ac audacter aſſumeret romphæam, ſeu gladium verbi Dei, illumque vibraret contra Nicolaïtas, alioſque hæreticos.

Scio ubi habitas, bene agnoſco quantis abominationibus ſit plena civitas, in qua es Epiſcopus, *ubi ſedes eſt Satanæ*, Græcus, *thronus*: nam ibi Satanas partim per idololatras tyrannos, partim per hæreticos Nicolaïtas dominatur. *Tenes nomen meum*; Conſtans, & perſeverans fuiſti in confeſſione nominis mei, & non negaſti fidem meam in illis diebus, quando inimici nominis mei maximè ſæviebant, ac proſequebantur meos fideles: *Antipas teſtis meus fidelis occiſus eſt.* Antipas fuit Epiſcopus Pergami, ac inſignis Martyr, cujus martyrium habetur apud Surium die 11. Aprilis. 277. Græc. Surius.

QUÆSTIO XXXIVII.

Qualiſnam urbs eſſet Pergamus, & quiſnam ejus Epiſcopus.

PErgamus vel Pergamum clariſſima fuit urbs Aſiæ Minoris, vel Troadis, quam Silenus fluvius irrigat, ut teſtantur Plinius, & Ptolomæus: ita appellata, quod edita in rupe ſita eſſet: nam Pergama olim loca omnia editiora dicebantur, & inde meritò dicta Satanæ ſedes, qui enim dixerat olim, *In cœlo conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum.* Iſai. 14. num. 13. præ ſua ſuperbia ſemper altiora quærit. Dicta eſt etiam hæc civitas *Troia*, ſub Regibus Attalicis valdè fortunata; & maximè nobilitata eſt, cùm in ea ortus eſſet Galenus Medicorum princeps, & Apollodorus Rhetor Auguſti præceptor, in eaque mortuus eſt P. Scipio vir illuſtriſſimus teſte Cicerone orat. pro Flacco. Pergami, ut ait Varro, repertæ, ac inventæ ſunt membranæ, quæ inde dictæ ſunt Pergamenæ, quibus olim pro papyro, & charta utebantur, & nos modò utimur in rebus magni ponderis. 278. Plinius. Ptolomæus. Iſai. 14. Cicero. Varro.

Quiſnam eſſet iſte Epiſcopus Pergami maximè lis eſt ſub judice. Non enim fuit Antipas, ut aliqui dixerunt, de quo fit mentio modò ſequenti numero 13. Iam enim ipſe mortuus erat cum hæc ſcriberentur à Ioanne. Non etiam fuit Carpus, ut ſcribunt Aureolus, & Lyranus: nam licet S. Carpus fuerit martyrio coronatus Pergami ſub Antonino Imperatore; ut tradit Eſuebius lib. 4. Hiſtor, capite 15. ipſe tantùm ait, quod fuerit Pergami occiſus, non tamen quod extiteris ejus Epiſcopus; & Martyrolog. Romanum die 13. Aprilis S. Carpum Martyrem vocat Epiſcopum Thyatiræ, non Pergami. Et Sanctus Carpus fuit vehementiſſimus in zelo, & non remiſſus, volebat in viſu illum ad tartara detruſum, qui Chriſtianum quendam ſeduxerat. 279. *Quis Epiſcopus.* Euſeb. Martyrol. Rom.

Nec etiam fuit Sanctus Papias diſcipulus Ioannis Evangeliſtæ, ut alii dixerunt, nam hic fuit Antiſtes Eccleſiæ Hieropolitanæ, 280.

litanæ, ut habet Martyrolog. Roman. 21. Februarii. Quis ergo fuerit iſte Epiſcopus Pergami non certò liquet.

Quæstio XXXIX.

Quare Chriſtus ſcribens Angelo Pergameno dicit ſe habere romphæam ex utraque parte acutam?

281. SIc Chriſtus introducitur loquens cum Epiſcopo Pergameno. Hæc dicit: *Qui habet romphæam ex utraque parte acutam.* Romphæa idem eſt, ac gladius anceps; ut patet ex varietate lectionum: de hoc gladio ancipiti multa dixi ſuperiori cap. quæſt 67. 68. 69. Difficultas præſens eſt, cùm in Chriſti perſona multa ſe oſtentaverit, ut vidimus in ipſo cap. capilli candidi, oculi ut flamma ignis, facies reſplendens ut ſol, gladius acutus in ore; & alia: tamen cùm ſcribitur Epiſcopo Pergameno ſolùm de gladio ancipiti fit mentio.

282. Joach. Reſpondet primò, Joachimus Abbas: *Vidimus ſæpè numere*, ait, *Patresfamilias, & eos quibus rei familiaris diſpenſatio credita eſt, diverſa enim diverſis diſponere, & de his, quæ pertinent ad ſingulos ſeorſum cum eorum ſingulis, & quaſi ſigillatim tractare: non enim cum militibus de legum ſtatutis diſputant, nec cum Philoſophis de peritia militari: ſed ſigillatim cum his illis de propriis: ſic unigenitus Dei Filius, de cujus plenitudine omnes accepiſſe gaudemus; cum ſuprà num. 8. loquebatur Martyribus, eos ad ſpiritualem malitiam, & mortem non verendam hortabatur, dicens, hæc dicit Primus, & Noviſſimus, qui fuit mortuus, & vivit.* Nunc verò exemplo tuo monet Epiſcopum ut audenter agat *gladio verbi Dei adversùs hæreticos.* Nam eodem modo cum omnibus agendum, ſed ſecundùm uniuſcujuſque conditionem, Martyres hortatur ad palmam Martyrii cùm pro eo moriatur qui fuit mortuus, & vivit, ut eis præmia conferat. Nunc verò cum Pergameno Epiſcopo agens; ipſum movet ut ſuum magiſtrum imitetur; ut romphæam verbi Dei, & contra Nicolaitas, alioſque hæreticos vibret, & cum ea adversùs eos pugnet, & qui gladio verbi Dei eſt armatus, omnem inimicum contemnat, & nullum timeat. Ita Alcazar, Cornelius: & ratio eſt genuina.

Cum quolibet ſecundum ejus conditionem agendum.

Armatus verbo Dei hoſtes non timeat.

Alcazar. Corn.

283. Richard. Secundò, Richard. Victor. *Talem*, ait, *apparens ſimilitudo filii hominis, filium hominis ipſo initio ſermonis Epiſcopo Pergameno deſignavit, ut ſi vellet ea, quæ corrigenda erant corrigere, fiduciam de adjutorio poſſet ſumere: ſi nollet, poſſet de vitio formidare: ait ergo qui habet romphæam ex utraque parte acutam poteſt adjuvare, ſi velis corrigere in corpore, & in ſpiritus, utriuſque vitia reſecare: ſi non vis corrigi, potens eſt, te in utroque condemnare.* Cur in procemio Epiſtolæ ad Epiſcopum Pergamenum, ait Chriſtus ſe habere romphæam ex utraque parte acutam. Chriſtus reprehendens Epiſcopum, ait ei, *habeo adversùm te pauca.* Inde cum tali romphæa ſe exhibet ei Dominus; ut Epiſcopus maximè animetur; ut ſi monita ſalutis ſuſcipiat, etſi ſe emendare voluerit nullum timeat, cùm pro ſui adjutorio habeat Chriſtum cum gladio ex utraque parte acuto, ut eum cuſtodiat anima, & corpore; & ſi ipſe noluerit reſipiſcere ac ſe emendare, ſciat quod contra ſe habet Chriſtum qui anima & corpore poteſt eum damnare: ex quo bene admonetur; non timendum Cæſarem perſecutorem, ſed Chriſtum, qui animam, & corpus ſua romphæa poteſt perdere.

Solus Chriſtus timendus, cujus adjutorio adversùs omnia munimur.

Tertiò, Primaſius: *Ideo*, ait, *bis acutus hic gladius dicitur, quia militem armat, hoſtem necat, deſertorem punit.* Dicitur gladius ex utraque parte acutus, quia ſui cultores munit, & armat ad ſui defenſionem, adverſarios diſpergit, & interficit, & ideo cum pro ſe habeat Chriſtum, nihil ei timendum eſt. 284. Primaſ.

Gladius Dei ſui cultores armat, necat adverſarios.

Quartò, Aretas *Ex eo quod hic gladius*, ait, *præter hoc quod utrinquè incidit, etiam acutus dicitur, adhuc etiam accelerationem indicat qui divinis non obtemperant juſſis.* Non ſolùm gladius dicitur utriuſque oris, ſed etiam acutus, ob celerationem quam habet adversùs iniquos ac laſcivos, contra quos hic diſtrictus oſtendebatur, ut erant Nicolaitæ, qui turpiſſimè laſciviæ indulgebant, & ideo celeratiſſima pœna in eos minabatur. 285. Aretas.

Citò divina juſtitia tenditur contra laſcivos, & iniquos.

Quintò, Rupertus. *Pergamus interpretatur, dividens cornua eorum, moneturque Angelus iſte ut ſecundùm nomen Eccleſiæ ſuæ, quod eſt Pergamus, dividat, atque diſcernat à ſana doctrina doctrinam Balaam, ſive doctrinam Nicolaitarum per ſanctum ſcientiæ ſpiritum.* Angelo Pergameno apparet Dominus gladio duplicis oris, ut eum admoneat, omne ſuum ſtudium adhibendum eſſe, ut diviſionem, ac ſeparationem faciat inter doctrinam bonam, & malam, inter nempe ſanam doctrinam & pravam Balaam, ſive Nicolaitarum dogmata. 286. Rupert.

Magno ſtudio Prælatus dividat doctrinam ſanam à putrida.

Sextò. Pannonius ait in hac Epiſtola fieri alluſionem ad hiſtoriam Balaam, Numer. 22. contra quem, ejuſque aſinam Angelus evaginato gladio ſtetit; ex quo facto duo in præſenti denotantur; primò facta carnalia Nicolaitarum in aſina ſignificata corrigenda erant, & hæc eorum facta aperte oſtenduntur illis verbis, *edere, & fornicari.* Secundò erat dogma ipſum perdendum ſignificatum in Propheta iniquo, & ideo ad hæc duo diſperdenda Dominus veniebat cum romphæa duplicis oris. Deinde quia ſicut Balaam ac Sectatores doctrinæ ejus gladio interfecti ſunt. Num. 31. n. 8. ſic Nicolaitæ tenentes doctrinam Balaam gladio divinæ juſtitiæ perimendi erant: qui in eodem crimine ſunt, eadem pœna afficiuntur. 287. Numer. 22.

Participes criminis ſunt ejuſdem pœnæ.

Num. 31.

Septimò Maximè ponderandum quod mandatur noſtro Joanni ſcribere ſeptem Epiſtolas ſeptem Aſiæ Epiſcopis, variis tamen inſcriptionibus in procemio. Nam Epiſcopo Epheſino ſcribe: *Hæc dicit, qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua*, Apocal. 2. num. 1. Epiſcopo Smyrnæ Eccleſiæ ſcribe: *Hæc dicit Primus & Noviſſimus*, Ibidem n. 8. Epiſcopo Thyatiræ Eccleſiæ ſcribe: *Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis*, Ibid. n. 18. Angelo Eccleſiæ Sardis 288.

Apoc. 2.

Sardis, ſcribe: *Hæc dicit qui habet ſeptem ſpiritus, & ſeptem ſtellas*, cap. 3. num. 10. Epiſcopo Philadelphiæ Eccleſiæ ſcribe: *Hæc dicit qui habet clavem David*, ibid. num. 7. At verò nunc Angelo Pergami Eccleſiæ ſcribe: *Hæc dicit qui habet romphæam ex utraque parte acutam.* Meritò dubitabis, cur in Auctore Epiſtolarum ad alias Eccleſias tot, ac tam diverſa memorantur, at verò cùm ad Eccleſiam Pergami pervenitur, gladius anceps, ac limatus profertur? Civitas Pergami infidelitate plena extabat, ut dicitur hic n. 15. *Ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.* Erant hæretici negantes nuptias: meritò ergo in aliis Eccleſiis varia vitia dominabantur, recenſentur oculi, manus, pedes, claves, ſtellæ. At verò cùm ad hæreticorum cœtum devenitur, diſtrictè gladius ex utraque parte acutus interponitur, hoc eſt teſtimonium Sacræ Scripturæ, ut interpretatur D. Ambr. cum hæreticis diſtrictè in gladio ori Domini pugnandum eſt, ut eorum falſa dogmata penitùs amputentur, ac jugulentur. Andræas Cæſar. *Idololatriæ dedita erat civitas ad quam Evangeliſta hæc ſcribit: porrò autem per gladium ancipitem Evangelii doctrinam inſinuat, cum ad infideles eſſet ſermo, non quilibet, ſed ex omni parte acutus eligatur gladius.*

Cum hæreticis in gladio oris Domini ſiugnandum.

D. Ambr.

Andr. Cæſ.

289. Sexaginta ſunt fortiſſimi Iſraël, qui lectulum Salomonis ambiunt, *omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi: uniuſcujuſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos.* Cantic. 3. num 8. Ex iſtis fortiſſimis Iſraël unuſquiſque duplicem portat gladium, *unum in manu, alterum ſuper femur*: ut inquiunt Theodoretus, D. Ambroſ. ad caput. 22. Luc, Sed cur duplici gladio armantur? *propter timores nocturnos*, ob nempe hæreticos, eorumque errores, qui hominum mentes tenebris, ac caligine replent. Hîc fortiſſimi ſunt Prælati, ac Doctores Eccleſiæ, & contra hæreticos, eorumque errores duplici gladio armantur, uno in manu doctrinæ veræ ad eorum errores amputandos, ac deſtruendos, altero præventionis, ac intelligentiæ ad hæreticorum inſidias, ac machinationes demoliendas, ac diſſipandas. Caſſiodorus, & Beda, *Gladios tenent*, inquiunt, *ut adverſariis reſiſtant, eoſve ſuperent, & ut hæretici, & omnes contradicentes ſanæ fidei confodiantur, & quia ſuimet curam gerunt propter inſidias quas hi*, ſcilicet hæretici, *moliuntur illis, qui in Eccleſia peremin[e]nt.*

Cant. 3.

Theod.
D. Ambr.

Adverſus hæreticos gladio utendum.
Caſſiod.
Beda.

Quæstio XL.

Quare dicitur Epiſcopo Pergameno, quod tenens Chriſti nomen, habitet ubi ſedes eſt Satanæ.

290. Ubi *ſedes eſt Satanæ*, Græcè legitur *Thronus*, ad denotandum Satanam Pergami tanquam in proprio loco regnare: Reges, ac Prælati ibi dicuntur ſuum thronum habere, ubi præcipuè ſuam exercent poteſtatem, ac dominationem, & ideo Aretas exiſtimat Pergamum idololatriæ deditam eſſe ſuper cæteras Aſiæ civitates. Dicitur ſedes Satanæ ob idololatriam quæ ibi maximè regnabat. Deinde ſit alluſio ad ſignificationem Pergami denotans ſedem Satanæ, elationem nempe in Pergamo expreſſam, dicit enim, ſignificat habitationem in excelſo: ac proinde ob tria maximè conſtituebatur ſedes Satanæ. Et hæc ſunt elatio, crapula, & luxuria, *edere, & fornicari*, ut dicitur verſ. 12. adjuncta hypocryſi, in malo falsóque Propheta ſignificata.

Græcus.
Quare Pergamus ſedes Satanæ.

Primò pro magna laude hujus Epiſcopi dicitur quod tenuerit nomen Chriſti, & fidem ejus non negaverit, in civitate nempe, in qua ſedes erat Satanæ. D. Greg. Magn. lib. 1. Moral. cap. 1. ponderans illa verba: *Vir erat in terra Hus nomine Job*, ſic ait. *Idcirco Sanctus vir ubi habitaverit, dicitur ut ejus virtutis meritum exprimatur. Hus namque quis neſciat quod ſit terra Gentilium? Gentilitas autem eo obligata vitiis extitit, quò cognitionem ſui conditoris ignoraverit. Dicitur itaque ubi habitaverit, ut hoc ejus laudibus proficiat; quod bonus inter malos fuit, neque enim valde laudabile eſt bonum eſſe cum bonis, ſed bonum eſſe cum malis*, & poſt pauca ſubdit: *Hinc Angelo Pergami Eccleſiæ dicitur. Scio opera*, ubi habitas, ubi eſt *ſedes Satanæ, & tenes nomen meum, & non negaſti fidem meam. Hinc Eccleſia ſponſi voce laudatur, cùm ei in amoris Cantico dicitur*, Cant. 2. n. 2. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Bene ergo Job in memorata terra gentili, quod etiam de Epiſcopo Pergameno dic, inter iniquos vixiſſe deſcribitur, ut juxta ſponſi præconium inter ſpinas filium creviſſe monſtretur. Valde firma, conſtans, ac perſeverans eſt virtus quæ conſortio, ac exemplo malorum non corrumpitur. Rectè ait D. Hieron. epiſtol. 12. *Neque undecim Apoſtoli Iudæ proditione ſunt facti, nec Phileto, & Alexandro facientibus naufragium, cæteri à curſu fidei defecerunt.* 191.

Job. 1.
D. Gregor.
Virtus inter iniquos laudatur.
Apoc. 2.

Cantic. 2.

D. Hier.

Secundò. Richardus Victorinus: *Satanas ſuper alios per culpam ambulat: aut tranſvolat, in iſtis per conſuetudinem diutius ſedet, & regnat; liquet igitur iſtos longè à Deo remotos fuiſſe in quibus Satanas non viam, ſed ſedem prohibetur habuiſſe.* Non dicitur quod ibi Satanas ambulat, ſeu tranſvolat, ſed quod ibi ſedes illius ſit, ſeu ut habet Græcus *Thronus*: ſuper quoſdam ambulat Satanas, quia eos ſubitò, & ex improviſo, in malum præcipitat, tamen in eis ſedem non conſtituit, quia citò, & indilatè per pœnitentiam reſurgunt. Alios verò non ſolùm per culpam calcat, ſed etiam per pravam conſuetudinem regni ſui ſedem in eis conſtituit, & illos tanquam eorum Dominus ſub ſua poteſtate in omni malo firmatos tanquam captivos tenet. 192.

Richard.

Valde diverſimodè Dæmon malos poſſidet.

Tertiò D. Primaſ. *Thronus Satanæ*, ait, *homines ſunt quos nequiter poſſidet; ſed è contra cor juſti eſt thronus quidem regalis, in quo Deus reſidet, & adoratur: quod non obſcurè expreſſum fuit in regio illo throno, quem ex ebore fecit ſibi Rex Salomon. Ebur enim propter candorem animæ puritatem ſignificat: quæ auro, id eſt charitate veſtitur.* Cùm dicitur ibi *ſedes eſt Satanæ*, ſeu ut Græcè legitur *thronus*, quod non tantùm de urbe Pergami intelligitur, ſed de aliquibus illius malis civibus, in quibus Satanas ſic habet in 193.

D. Primaſ.

Impius ſedes Diaboli, Juſtus thronus Dei.

in illis ſuam ſedem & thronum, ac ſi in illis delicietur & gaudeat, tanquam ſi in throno,ac ſede ſua ſederet,ut docet citatus Primaſ.quod confirmat ex eo quod Deus dicitur habitare in corde juſtorum,in cujus rei typo Salomon fecit thronum de ebore grandem, *& veſtivit eum*
3. Reg. 10. *auro*, 3. Reg.10.n.18.

294. Quartò,maximè modus loquendi textus ſacri notandus eſt; dicitur primò de Pergamo: *Scio ubi habitas, ubi ſedes eſt Satanæ*, & commemorato martyrio Sanct.Antipatis ſubditur, *qui occiſus eſt apud vos, ubi Satanas habitat.* Nonne ſatis erat dicere Pergamum ſedem, ac thronum eſſe Satanæ, ad quid ultra dicitur eſſe ejus habitationem: ubi Satanas habitat? Plus eſt alicubi habitare, quàm ibi ſedere; ecce cur de Dæmone primò dicitur, quod ibi ſederet, deinde quod ibi habitare, quia Dæmonis ſævitia & immanitatis in ſervos Dei, numquam minuitur, nec quieſcit, ſed ſemper prompta, & expedita eſt, & accreſcens nova mala & damana ſuper nos accumulet, unde pro filiis ſuis ait Eccleſia, *ſæpe expugnaverunt me à juventute mea*; ideſt, ut explicant D. Auguſt. noſter Incognitus, Beda & alii ab initio inſtanter, ac ſine intermiſſione tyranni, ac miniſtri Satanæ me impugnaverunt, multis adinventionibus ſuis, ac machinationibus quibus multa, & diverſa certamina contra me inferebant.

Dæmonis ſævitia contra filios Eccleſiæ nunquam minuitur, ſed potiùs creſcit.

D. Auguſt. Incognit. Beda.

295. Pſalm. 61. Ait Regius Vates Pſalm.61. num. 4. *Quouſque irruitis in hominem; Interficitis univerſi vos, tanquam parieti inclinato & maceriæ depulſæ.* Magna quidem Dæmonum rabies & crudelitas,quod omnes in hominem unum exurgant,in hominem unum irruant, ſed illa major rabies eorum, quod omnes illi hominem unum interficiant, *Interficitis univerſi vos*: vos univerſi interficitis, vel ut Chaldæus explicatiùs habet *Cuncti evaditis homicidæ.* Sed jam acutè addubitat Auguſtin. quomodo tot hoſtium turmæ,tot inimicorum myriades, unum hominem totum poſſunt interficere? Sanè ab uno interfectus jam reliquos non timebit, jam reliqui non habebunt quem occidant: quomodo ergo dicuntur cuncti occidere; verba Auguſtini rationem reddunt, quæ ſic ſonant. *Quouſque appoſitis ſuper hominem.* In quibus verbis maximè expendendum eſt illud verbum *appono*, ideſt juxta appono, appono unum ſuper aliud: tanta eſt Dæmonum ſævitia ut quilibet eorum malum ſuper malum adverſus hominem ponat: Dæmonum crudelitas non ſatiatur, quod ab uno eorum ſit malum homini illatum, ſed ut ſic omnes inſurgunt in eum, ut quilibet eorum malum ſuper malum addat ut cuncti ſint ad hominem perdendum.

Chald. D. Auguſt.

Rabies Dæmonis malum ſuper malum apponit adverſus hominem.

296. Luc. 22. Syriacus. Ait Chriſtus Dominus ad diſcipulos ſuos Luc.22. num. 31. *Ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum.* Ad quid expetit, ſeu *poſtulat*, ut legit Syriacus, à Deo Patre Satanas Domini diſcipulos, ut quietè, & placidè vivant; minime, ut eos agitet, verſitet,ac multis laboribus, & calamitatibus circumcingat, ſicut triticum in cribro,quod ibi eſt, non ut quieſcat,ſed ut vehementi alliſione agitetur ac ventiletur: ſic & homines quandiu ſunt in hoc ſæculo magna tentationum congerie à Dæmone exagitantur,ac circumvolvuntur.D.Macharius homil. 5. *Quemadmodum*, ait, *triticum in cribro ejus, qui tractat illud, alliditur, & agitatum in ipſo aſſiduè vertitur, ita princeps nequitiæ cunctos homines rebus terrenis agitat, turbat, & commovet.*

QUÆSTIO XLI.

Quare Epiſcopo Pergameno proponitur ſanctus Antipas Martyr, de quo etiam agitur?

Dicitur huic Epiſcopo. *Tenes nomen meum, & non negaſti fidem meam, & in diebus illis Antipas teſtis meus fidelis qui occiſus eſt apud vos*: Ac ſi ſenſus ſit, tenes nomen meum palam profitendo te eſſe nominis mei cultorem, *& non negaſti fidem meam*; eamque inter tot minas, ac terrores nullatenus deſeruiſti, & etiam viſo crudeli ſpectaculo, ac martyrio Antipæ, in fide & conſtantia non nutaſti, ſed potiùs firmior & validior evaſiſti,paratus etiam cum illo eadem tormenta pro nomine meo ſuſtinere. 297.

Laudatur conſtantia Epiſcopi Pergami.

Cum crudeli, ac maxima immanitate Sanct. Antipas pro fide Chriſti occiſus eſt. Nam cùm Pergami publicè Chriſtum prædicaret, Dæmoneſque fateri coëgerit, quod a ſe per Chriſti nomen invocatum fugarentur; tùm captus à Præſide, & ductus ad Dianæ templum in confeſſione fidei Jeſu Chriſti firmiſſime perſeverans, in bovem æneum multo igne candentem Deum benedicens, & laudans conjectus eſt, glorioſiſſima martyrii laurea perfunctus in cœlum evolavit, anno Domini 93. Domitiani 10. de quo Surius die 11. Aprilis, Proindeque cùm in textu dicitur hic, *in diebus illis*, denotatur annus prædictus, quo etiam tempore teſte Areta, Metaphraſte, Baronio, & aliis Sanct. Joannes in Aſia captus, vinctus Romam eſt miſſus, & in ferventis oleum immiſſus, purior & vegetior exivit: Bos autem æneus, in quo crematus fuit Sanct. Antipas è Pergamo tranſlatus eſt Conſtantinopolim, & collocatus in templo Apoſtol. ut ex Cedren. tradit Baron. anno Chriſti 330. 298.

Mors glorioſa Sancti Antipatis

Surius. Aretas. Metaphraſt. Baron.

Dum autem Sanct. Antipas fidelis Chriſti teſtis vocatur, ſignum planè eſt, quod verbo, & exemplo, ac etiam ſanguinis ſui effuſione teſtimonium veritati fidei Chriſtianæ perhibuerit, qua ſiquidem Martyr Græcè, Latinè teſtis dicitur; & talis proponitur in exemplum Epiſcopo Pergameno, ut ejus fidei conſtantiam imitetur. Richardus Victorinus. *Proponitur ei*, ait, *Antipas teſtis Chriſti fidelis, qui propter Chriſtum, & fidem Chriſti pœnas ſuſtinuit occiſionis, ut ipſum Antipam imitando etiam mortem pro Chriſto, ſi neceſſe fuerit, ſuſtineat.* 299.

Antipas teſtis fidelis.

Richard.

Secundò, Cælius Pannonius, ait, *Antipas contra omnes interpretatur, quod planè Eccleſiam, ac quemcumque fidelem deſignari; Eccleſia namque piorum contra omnes iniquos ſanctitudinis perfectione adſtat, nihil operibus eorum conſentiens, quæ cum omnibus vitæ hujus commodis in electis veritatem præfert,* 300. Pannon.

omnibus odio eſt hominibus. Sanct. Antipas, ut teſtatur Haymo, typum gerebat omnium, qui pro Chriſti fide occiduntur, inde rectè dicitur Antipas nam ut interpretatur Pannonius idem valet, ac ſonat, *contra omnes*? non quod huic Martyr ad inſtar Iſmaëlis manus ejus eſſent contra omnes, non contra omnes erat pugnando, ſed contra omnes ſcilicet impios aſſtabat ſanctitatis perfectione, ut omnium machinamenta, tormenta, ac opprobria pro Chriſto illata patienter ſuſtineret.

Haymo. *Juſtus perfectione ſanctitatis omnes iniquos ſuſtinet.*

301. Tertiò, Albert Mag. *Antipas* ait, *interpretatur donans tranſitum, & ſignat martyrium, per quod fit tranſitus ad regnum cælorum; vel ſignat Martyres, qui occiſoribus ſuis mortem ſuam donabant, per quam tranſibant de mundo ad cælum* Antipas idem valet ac donans tranſitum, & aptiſſime ſane hoc nomen martyrio convenit, nam dum homo moritur pro Chriſto, ex hac vita infelici tranſit ad ſummam beatitudinis felicitatem, & requiem, & inde rectè ait Haymo, quòd hic Sanct. Martyr Antipas omnium Martyrum typum gerebat.

Per martyrium fit tranſitus in cælum.

302. Quartò, Richard. Victorin. *Laudo quidem,* ait, *quod inter malos uſque modò bene vixiſti, quod in fide perſeveraſti, ſed cave ne te ſolidum eſſe credas, ſed memento quod Antipas eſt teſtis meus fidelis, & pro me uſque ad mortem: ſuſtine illius exemplo perſecutionem pravæ nationis: nec etiam de merito glorieris, ſi in alterutro profeceris, quia Antipas qui majorem pœnam, quam tu ſuſtinuit, in virtute meriti te longè præceſſit.* Cur Dominus poſtquam hujus Epiſcopi virtutem ſervatam illæſam inter impios, & poſtquam ejus bona opera illuſtri confirmatione approbavit, Græce enim habetur, *Scio opera tua ubi habitas*, ei ſtatim proponit Sanctum Antipatem virum ſanctitate valde præclarum, inſignem Martyrem multis, & variis cruciatibus tentatum, & in omnibus inventum fidelem, & virtute patientiæ coronatum, ut non tantùm de virtutibus habitis glorietur, & in eis ſiſtat, ſed ſemper de die in diem progreſſum facere omnibus viribus intendat.

Richard. *In vias virtutis ſemper ad majora procedendum.*

303. Cùm Chriſtus D. peteret aquam à muliere Samaritana, mulier ſe excuſabat dare illam, tunc Chriſtus D. ait, ei: *Si ſcires donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forſan petiiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam vivam.* Joan 4 num. 10. Perpende quam aquam offerat Chriſtus, & quamnam dicit eſſe Dei donum, nimirum aquam vivam, quæ non quieſcit, ſed ſemper novo augemento accreſcit, noviſque fluctibus ſemper inchoat ſcaturire: ſic anima Dei gratia repleta non quieſcit, ſed ſemper novo virtutum fœtu in præclaros auctus prodit. Theoph. *Per o,* ait, *aquam dicit non ſtantem, qualis eſt in puteis, & lacubus putris, & corrupta: ſed vivam, hoc eſt, ſcaturientem, & quæ moveatur; nam gratia ſpiritus, ſemper agilem ad bonum facit animam, aſcenſiones ſemper diſponentem.* Ecce gratia, ſeu aqua, quæ eſt donum Dei ut faciat ſemper hominem meditari aſcenſiones in corde ſuo.

Joan. 4. *In negotio virtutis ſemper aſcenſiones ſunt meditandæ.* Theoph.

304. Ad ſuum ſponſum dicit dilecta anima. *Oleum effuſum nomen tuum, ideo adoleſcentulæ dilexerunt te nimis.* Cantic. 1 num 3. Quod maximè in hac re mirandum eſt, quod adoleſcentularum nomine ſignificantur primi illi Chriſti dilectores, Apoſtolici viri, Martyres ac illuſtriſſimi athletæ, qui primitias ſpiritus acceperunt, & per quos adolevit Eccleſia Chriſtiana. Ita D. Gregor. lib. 19. cap 9. Philo Carpatius, Theodoretus, Gregor Nyſſen. hom. 1. Sed cur præclariſſimi, ac validiſſimi viri vocantur adoleſcentulæ; Eſt hæc in adoleſcentulis cura, quæ validiſſimos Chriſti athletas poteſt deſignare, nimirum quod à pulchritudinis ſuæ exornandæ opera neſciant ceſſare, ſed quotidie denuo idem aggrediantur, omnique componantur lapide pretioſo, ac ſplendenti gemma, auro, argento, ac fulgenti ſupellectili, in talibus nullus eis eſt finis, ſed quotidie novus ſol oritur, novaque ornamenta ac pigmenta inveniuntur, ſic in re præſenti ponderat Philippus Abbas lib. 1. in Cantic. cap. 12. *Adoleſcentulæ,* ait, *dum voti finem deſiderant obtinere eis quos diligunt, ſtudent curioſius complacere: ut ſe ſe reddant illorum conſpectui gratiores, nituntur ſummo ſtudio, ſummaque cura videri pulchriores dantes ergo, vel conſervandæ, vel acquirendæ operam ſpeciei appoſito ſibi ſpeculo ſtatum ſuæ conſiderant faciei: & gaudentes bonis, quæ ſibi adeſſe perpendunt à natura, quod illa minus contulit vigili ſupplent cura.* Ecce cur proceres Eccleſiæ Principes illuſtriſſimique Chriſti athletæ in animæ pulchritudine adoleſcentulas æmulentur; nulla enim præterit dies, in qua denuò addito virtutum decore non ſplendeant, ſed ſingulis momentis novo juſtitiæ, ac ſanctitatis augmento proficiunt, & ſemper ſine intermiſſione ſe virtutum operibus renovant, & inſtaurant, ut ex Theophylacto refert D. Thomas in catena ad illa Joan verba 10. n. 22. *Facta ſunt Encænia, & ambulabat Jeſus in porticu Salomonis,* ſic ait. *Satagas tu quoque ſpirituales Encænias tui templi celebrari, ſemper renovando te ipſum, & aſcenſiones in corde tuo diſponens. Tunc Jeſus erit præſto tibi in porticu Salomonis, pacificum ſtatum tibi tribuens ſub tegmine proprio.*

Cant. 1. D. Greg. Carpat. Theodor. Nyſſ. Philipp. *In ſalutis negotio nova ſemper inſtauranda.* Theophyl. D. Thom. Joan. 10.

Apoc. 2. n. 14. Sed habeo adverſum te pauca, quia illic habes tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balaac mittere ſcandalum coram filiis Iſraël, edere & fornicari.

Num. 15. Ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaïtarum.

VERSIONES.

Arabic. n. 14. Sed tamen reſtat mihi adverſum te aliquanta querela, quod ſcilicet ſint apud te quidam tenentes doctrinam Balaam, quam docuit Balaacum, ut objiceret ſcandalum ante filios Iſraël, quando comederunt victimas idolorum, & fornicati ſunt.

Vatabl.

Vatabl. Qui docebat per Balac mittere offendiculum coram filiis Iſrael ut ederent de his, quæ ſimulachris immolabantur, & fornicarentur.

Syrus. Qui docuit Balac objicere offendiculum coram filiis Iſraël, quod erat ad edendum quod idololatræ edunt, & ad ſcortandum.

Aretas. Quo ederent idolis immolata, & ſcortarentur.

Arias. Edere idolotyta, & fornicari.

Pag. Tyg. n. 15. Ita habes & tu doctrinam Nicolaïtarum, ſimiliter quod odi.

Prim. Anſel. Similiter habes, & tu.

Syrus. Sic habes etiam tu, & qui tenent doctrinam Nicolaïtarum.

Andr. Cæſar. Nicolaïtarum quam odi.

EXPOSITIO IX.

305. SED *habeo adverſum te pauca*, dicenda quæ emendatione digna ſunt & per pœnitentiam delenda, *Tenentes doctrinam Balaam*, Meritò qui Nicolaitarum doctrinam tenebant, doctrinam Balaam tenentes dicit; tam uni, quàm alteri dicebant indulgendum eſſe ventri, & luxuriæ, edendumque vetita, ac idolotyta; id eſt carnes idolis immolatas, ac cum qualibet muliere fornicandum, & hoc dicitur ſcandalum. *Docuit Balac mittere ſcandalum*, id eſt, offendiculum Hebræis, ut eos in peccatum inducerent, de quo latiùs q. 42.

306. *Ita habes & tu*, Pergami, *tenentes doctrinam Nicolaitarum*, nempe licere pro libito indulgere ventri, & Veneri, & licere idolotytis promiſcuè veſci.

QUÆSTIO XLII

Quare cùm Epiſcopus Pergamenus ſit antea à Domino maximè laudatus, modo tamen ſe verè reprehenditur;

307. MAximè ut vidimus ſuperiori verſu, hic Epiſcopus eſt à Domino laudatus. *Scio ubi habitas, ubi ſedes eſt Satanæ, & tenes nomen meum, & non negaſti fidem meam.* Ecce qualiter eum Dominus commendat, quòd firmiter nomini ſuo adhæſerit, quòd fidem ſuam conſtantiſſimè cuſtodierit; & tamen modò eum reprehendit. *Habeo*, inquit, *adverſum te pauca*, quia illic habes tenentes doctrinam Balaam; cur tali ordine progreditur Dominus?

Difficultas quæſtionis.

308. Richard. Reſpondet Richard. Victor. *Verus enim animarum medicus, ægrotum palpat, cùm eum commendat, dicens ſcio ubi habitas; deinde ferro vulnerat, ut ad ſanitatem reducat, cùm increpat dicens, habeo adverſùm te pauca.* Prudens medicus puſillanimi, impatientis, ac timentis infirm. apoſtema primùm circumquaque ſuaviter tractat, & tangit poſtea verò ferrum infigit, & latentem ferventemque putredinem educit, & expulſa putredine locum ſanum efficit; ecce cur priùs comemendat hunc Epiſcopum: deinde eum ſevere arguit, ut laude delinitus, ac ineſcatus, faciliùs; ac ſuaviùs reprehenſionem audiat, ut factum eſt cum Eeiſcopo Epheſino ut ſuprà in hoc capite dixi q 5.

Reprehenſio fiat ad inſtar prudentis medici.

309. Richard. Secundò. Richard. Victor. *Iſte, ait, quamvis laudabilis in ſemetipſo extiterit, in eo tamen quòd malè viventes viriliter non redarguebat reprehenſibilis fuit; qui in hoc tenentes doctrinam Nicolaitarum habuit, quod novit illos malè agere, & non correxerit*, Maximis encomiis fuit hic Epiſcopus antea à Domino condecoratus, quod in medio pravæ nationis nomen ſuum tenuerit, & fidem non negaverit. Cur tamen modo tam graviter arguit, quod tenuerit Pergami Nicolaitas tenentes doctrinam Balaam, abſque eo quod viriliter eos increparet; Non mirum, quod ut culpabilis tam ſeverè redarguatur, de manibus enim Prælatorum requiret Dominus animas ſibi ſubditorum ſi ex ſua ignavia, ac torpore aliquo defectu peccaverint: Vide quanta oporteat diligentia vigilare Eccleſiarum Paſtores, & Epiſcopos: quando populi errata Epiſcopo tribuit Chriſtus: cùm enim dixiſſet, habeo adverſum te pauca, ſubdit tantùm errata aliorum: *Quia habes illic tenentes doctrinam Balaam.*

De manibus Prælatorum requiret Dominus peccata ſubditorũ.

310. Cùm Moyſes moram faceret in monte Sinai; Populus convenit ad Pontificem Aaron, ut ei faceret Deos, qui timens populi rebellionem, ac ſeditionem contra ſe, ne eum occideret, petito auro à populo, injectoque in igne efformatus eſt vitulus, quem populus adoravit: deſcendens Moyſes de monte, cùm vidiſſet vitulum ac choros, iratus valde *dixit ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus, ut induceres ſuper eum peccatum maximum.* Exod. 32. n 21. Nondum Moyſes audierat Aaronis facinus, quod coactus fabricaverat vitulum, & tamen Moyſes videns illum graviter objurgat. *Quid tibi fecit hic populus, &c* ſolùm videns Aaronem, & adhuc ejus factum ignorans in eum tanquam nefariiſſimi ſceleris inductorem invehitur. Cur bone ſic caſtigas, quem adhuc neſcis deliquiſſe; Explora priùs ut ſe geſſit Aaron, & cùm videris ejus crimen, tunc objurga. Prudentiſſimus tamen judex, ut puniat Pontificem, ſolùm attendit, quod exploſa vera Religione, verique Dei cultu, ipſe Pontifex quietus, ac pacatus aſtabat abſque eo quod nefario operi obſiſteret, & inde ei totum crimen attribuitur, cùm ipſe deberet etiam vitæ profuſione reſiſtere tam execrabili facto; & nullo modo extinctæ Religioni ſupervivere Lippoman. *Sacerdoti Impingitur*, ait, *populi prævaricatio in Deum, qui animam ſuam*

Exod. 23.

Crimen cui Pontifex non reſiſtit ei ut auctori tribuendum.

Lippom.

prodere magis debuiſſet, & elegiſſe mortem citiùs quàm tantum admiſiſſe ſacrilegium; adduxiſſe perniciem accuſatur, quod non ſummo cona a fuerat amolitus.

311. Dum Herodes convivio exciperet omnes Proceres Jeroſolymitanos, juſſit Joannem interfici in carcere, Matth. 14. n. 10. *Miſit & decollavit Joannem in carcere, & allatum eſt caput ejus in diſco, & datum eſt puellæ.* Quid ſceleſtius; quid convivantibus execrabilius; ſanè caput illud ſanctiſſimum in diſco allatum omnes ſimul diſcumbentes, tanquam tanti criminis reos damnabat; ut auctor eſt D. Paſc. lib. 7. in Matth. ſic exclamans: *O ferculum crudele! O diſcus roſis reſperſus ſanguineis, ſed convivantibus valde exitialis! quia in tanto convivio nemo fuit qui prohiberet audaciam Regis, quin imò ut Scriptura ait, propter eas qui pariter ſedebant juſſit dari. Quo facto omnes ſceleris ſui facit eſſe conſortes.* Caput illud in diſco omnes adſtantes ut tam nefarii operis reos arguebat, quia nullus auſus fuit reſiſtere impio Regis mandato; & ubi nullus obſiſtit, nullus repugnat operi nefario, ſed omnes tacent, ſimul cum ingenti ſupplicio omnes perſuadet reatus. Quæ enim crimina non curas vitare quantum in te eſt, ea etſi ab aliis fiant, tibi imputant, & acerrimas pœnas pro illis dabis.

Matth. 14.

D. Paſch.

Qui non obſiſtit ſceleribus cum ſceleratis damnatur.

QUÆSTIO XLIII.

De ſcandalo, quo Rex Balac inſtructus fuit à vate Balaam contra Iſraëlitas, cui comparantur Nicolaïtæ

312. VAlde nota, & vulgaris eſt hiſtoria; qua Balaam ariolus vocatus à Balac Rege Moab, ut malediceret Hebræis ex Ægypto tendentibus in Chanaam per fines Moabitidis cum Deo prohibente id facere non poſſet quin potiùs eis benedicere cogeretur? timebat Balac ne ex tranſitu Iſraël populum ſuum mala pateretur, & ideo conabatur illud avertere; inde magno myſterio Rex dicitur Balac quod interpretatur *illidens*, ut ait Anſbertus, quia ſi princeps conſpicit aliquem culmen ſuæ dignitatis ambire eum maximè illidere, ac comminuere intendit. Balam referebat perſonam omnium hæreticorum, & ideò rectè interpretatur, *Populus vanus*, ut Haymo ait, *Balam interpretatur populus vanus, & ſignificat hæreticos, qui pondus virtutum, & fidei in ſe non habent, ideoque vani ſunt.*

Significatio nominis Balac, & Balaam.

Anſbert.

313. Ut ergo Iſraël deſtituèret à præſidio Dei, & ita ſuperari poſſet, conſilium ſuggeſſit Balaam Regi Balac, ut ad caſtra Iſraël ſubmitteret elegantiſſimas puellas Moabitides, quæ eos ad fornicandum allicerent, ea tamen conventione, ac conditione, ut Hebræi priùs ederent idolotyta, id eſt carnes idolis immolatas, quas Gentiles comedebant. ut advertit hîc D. Bernard. Senenſ. utque inde Iſraëlitæ Camos, aliaque Moabitarum idola colerent, & hoc fecit Balaam eo conſilio ut Hebræos, ut jam dixi, à Deo vero averteret, & ad idola ac libidinem adduceret? & hæc eſt clades Hebræorum colentium Beelphegor N. 25. & de hoc peccato loquitur David Pſal 105. n. 28. *Et initiati ſunt Beelphegor, & comederunt ſacrificia mortuorum,* id eſt idolorum, quia idola mortua ſunt.

Conſilium Balaam.

D. Bernard.

Num. 25.

314. Balaam ergo tale hoc conſilium dediſſe clarè patet ex Num. 31. n. 16. Proindéque Nicolaitas cum Balaamo comparat; quia inſtar illius aſtruebant licere indulgere ventri ac Veneri, edere opiparè quidvis, etiamſi eſſet idolotytum lege Apoſtolorum prohibitum Act. 15. n. 29. ut gula hæc eſſet fomentum luxuriæ. Nam Nicolaitæ ob ſuam nimiam luxuriam dicebant concubitus, ac mulieres etiam conjugatas eſſe communes ſic etiam pro eorum gula dicebant omnes cibos eſſe communes, omniaque eſſe comedenda, quamvis eſſent idolotyta; & hæc prava doctrina Nicolaitarum apertè colligitur ex præſenti textu. *Edere & fornicari. Ita habes & tu,* ſeu ut alii legunt: *Similiter habes & tu.* Syrius, *ſic etiam habes tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.* Sicut Balaam docebat de omnibus edere, & fornicari, ita ſimiliter, & ſic etiam Nicolaitæ: de eorum ſecta egi hoc cap. 2 expoſitione 4.

Num. 31.

Act. 15.

Doctrina Nicolaitarum.

315. Hæc peccata inducta à Balaam edere, & fornicari cur potiùs ſignificatur nomine ſcandali, quam appetitus ſeu concupiſcentiæ; Reſpondet Albert. Magn. *Quia iſta peccata maximè nota, & ideo ad malum exemplum maximè efficacia.*

Albert.

Luxuria peccatum ſcandali.

316. Hic tamen adverte quod Pergami Epiſcopo vitio datur quod in civitate ſua habet malos magiſtros, ac eos conſiliarios qui conſiliis ſuis fovebant libidines, ac turpitudinem, à quibus nil poteſt venire niſi extrema ruina, ac perditio. Dubius Saul an deberet ire in pugnam, conſulit Dominum, inquit Textus. *Et ait Saul ad Achiam: Applica arcam Domini; erat ibi arca Domini in die illa.* 1. Reg 14 n. 18. A nullo Rex conſilium accipere voluit, niſi ab arca Dei, & cur Rex non à ducibus conſilium capere voluit, ſed à ſola Dei arca: prudenter quidem, nam ab irreligioſo, iniquo conſiliario nil citiùs, quam præcipitium conſulentibus offertur, quod cùm Rex evitare vellet ad arcam Dei confugit. Eleganter D. Greg. lib. 5. expoſit. c 4. *Ab irreligioſis quidem,* ait, *Religionis conſilium, aut ſapientiæ à ſtultis petere, non eſt conſilium accipere, ſed præcipitare. Bene ergo dicitur: erat ibi arca Dei: quia in rebus dubiis illos debemus conſulere, quibus apertè ſcimus ſpiritualia dona non deeſſe.*

1. Reg. 14.

Iniqui conſiliarii vitandi.

D. Gregor.

QUÆSTIO XLIV.

Quare hæc ſimul duo connectuntur, edere, & fornicari?

317. VAlde mirum, quod Pergami, ut erant veri Dei cultores, multique pro Chriſti nomine glorioſo Martyrio laureati, quod ibi inveniantur plurimi doctrinam Balaam tenentes? hoc ſane non multùm mirandum, nam ubi virtus radices figit, ubi cultus Dei propagatur, ibi & ſcandala ab hoſte humani generis ſeminatur.

Ubi Dei dona, ibi inimici ſcandalum.

Imperfect. Auctor Imperfectus hom.13. *Sicut enim*, ait, *ubicumque fuerit triticum, neceſſe eſt ut inveniatur & zizania, ſic & ubicumque fuerit bonum Dei, illic erit & ſcandalum inimici.*

318. *Avaritia ad omne ſcelus præcipitat.* Balaam, qui de ſemet ipſo ait, quod auditor ſermonum Dei fuerit qui viſiones omnipotentis Dei ſit intuitus, ut ipſe de ſe dixit, Num.24. num. 16. tamen documenta diaboli præſtitit Balac edere illicita, & fornicari, cupiditate habendi cæcus, ut ait Joachim Abbas in præ-

Joach. ſenti, ad quod enim ſcelus non præcipitat avaritia.

319. Balaam pergens ad populum ſuum, ut dicitur Num.24. num 14. dedit conſilium Regi Balac ut Iſraëlitas ad idololatriam ſollicitaret non propoſitis divitiis, & honoribus, ſed miſſis mulieribus, diabolus enim illud vitium attendit, ad quod præcipuè inclinamur & ideo propenſionem Iſraëlis ad carnales delitias habens exploratam; eas illis objicit, ut eis conſenſum præbentes, malé pereant. Ambroſius, Ansbertus. *Callidus deceptor*, ait, *vitium per quod faciliùs ruerent, exploravit, pronos enim ad fornicationem prævidit animos filiorum Iſrael, & ideo conſilium dedit Balac ut mulieres pulcherrimas coram eis poneret, quarum ſpecierum delectati, in amplexus illicitos ruerent, &c.*

Diabolus attendit ad vitium, ad quod inclinamur.

Conſilium enim extitit ut jam dixi, quod

320. Rex mitteret pulcherrimas puellas in exercitus Iſraël, quæ primò alliciebant eos ad convivia, & ſacrificia idoli, propoſita mercede extremæ luxuriæ, nec antea ſtuprum admittebant, quàm viderent juvenes illicita comedere, & idolis thus adolere; imò primò dicitur edere, quàm fornicari, priùs cogebant comedere idolotyta & poſtea ad ſtuprum admittebantur, & hic eſt ordo iniquitatis, quod priùs ſit edere, quàm libidini indulgere; ad luxuriam enim itur per ingluviem. Hoc docuit D.Iſidorus Peluſiota lib.1. Epiſt.423. cùm ait. *Vide ne per ingluviem in libidinem incidas, atque duobus ad frænum contumacibus aculeis abruptus inveniaris, qui te in exitii voraginem præcipitem agant.*

Per ingluviem ad libidinem itur. D. Iſidor.

321. *Gula eſt libidinis nexus.* Utrumque ſimul conjungit edere, & fornicari, cùm quodlibet ex his duobus ſufficientiſſimum eſſet ad corrumpendam Iſraëlitarum mentem, tamen meritò utrumque conjungitur, quia gulæ, & libidinis indiſſolubilis ferè eſt nexus Quod explicat D. Gregor. Nazianz. in ſententiis. *Quemadmodum*, ait, *hoc fert ignis natura ut ad ſubjectam materiam ardeat: ſic etiam natura comparatum eſt, ut immodicam ſatietatem libido comitetur, ut influens materia flammæ vires addit, ita vinum languentem libidinem excitat.*

D. Greg.

322. Hebr. 12. De Eſau, ait Apoſtolus Paulus Hebr. 12. num.16. *Ne quis fornicator, aut prophanus; ut Eſau?* Quomodo Eſaü dicitur ab Apoſtolo eximiè fornicator, ac ſi in hoc omnes ſuperet, & nullus ſit ei ſimilis? Cùm de ejus appetitu luxurioſo nihil in Scriptura legamus; legimus tamen quod tam impatiens gulæ extiterit, ut pro lentis edulio primogenita vendiderit Geneſ.25.n.33. Cùm gulæ appetitus tam vehemens eſſet, inde rectè colligit Apoſtolus, quod effrænis, ac immodicus erat luxuriæ cùm huiuſmodi appetitus inter ſe catenatim connectantur. D.Iſid. Peluſiot.lib.1. Epiſt.320: *Cum illud*, ait *exploratiſſimum habeas, gulam ad libidinem, & laſcivias trahere, nihil neceſſe fuit quod ex me ſciſcitareris, quid ſit*, ne quis fornicator, aut prophanus, ut Eſaü, *cum ſcriptura eum primogenitorum juris perditorem propter ventris ingluviem ac voracitatem fuiſſe convincat. nam eum gulæ deditum fuiſſe oſtendit, & quoque fornicatorem fuiſſe ſatis monſtravit.*

Geneſ. 25. *Ex gula rectè luxuria infertur.* Peluſ.

Filiæ Loth cum eſſent in monte cum patre, invicem ſe adhortabantur. *Veni, inebriemus eum vino, dormiamuſque cum eo, ut ſervare poſſimus ex patre noſtro ſemen, dederunt patri ſuo bibere vinum nocte illa, & ingreſſa eſt major, dormivitque cum patre.* Geneſ. 19. num 32. Quid turpius, & execrabilius accidere poterat; Valde inceſtuoſa ibi agebatur laſcivia, ſed quomodo tam fœda luxuries trahi potuit in domum viri piiſſimi, auxilio nempe vini, & ab auxilio vini omnis turpitudo, ac horribilitas luxuriæ facilè provenit. Theodoret. quæſt. 69. *Auxilium vini acciverunt: cùmque patri ſenſum majori copia vini ademiſſent, illum ſeminis auctorem declararunt.* 323.

Geneſ. 19. *Luxuria auxilium vendicat à vino.*

*Apocal.*2.*n.*16. Similiter pœnitentiam age, ſi quominus veniam tibi citò, & pugnabo cum illis in gladio oris mei.

*Num.*17. Qui habet aurem audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis, vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen novum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit.

VERSIONES.

*Tygur.n.*16. Reſipiſce, alioquin veniam tibi citò,

Aretas. Reſipiſcite alioquin veniam.

Syrus. Quod ſi autem non venero tibi citò, & bellum geram, cum ipſis gladio oris mei.

Arias. Si verò non veniam tibi citò.

Primaſius. Pugnabo tecum in romphæa oris mei.

Aliqui apud Ansb. Venio tibi, & pugnabo tecum.

*Aretas.n.*17. Vincenti dabo edere de manna abſcondito, & nomen novum, quod nemo ſcit, niſi accipiens.

Syrus. Arab. Dabo illi computum, vel ſupputationem claram.

Victorin. Dabo illi gemmam albam lucidam.

D.Hieron.

D.Hieron.Epiſt.83. Dabo illi calculum novum,

Anſbertus. Dabo illi margaritam.

EXPOSITIO IX.

324. D. Ambroſ. Primaſ. SIMILITER *pœnitentiam age.* Ut ergo etiam præcepi Epiſcopo Epheſi, ut ageret pœnitentiam; ſimiliter tibi præcipio, hoc c.2.n.5. Ita Ambroſius, Primaſius, & alii communiter. *Si quo minus*, id eſt, ſi nolueris pœnitere, *veniam citò*, breviter, & præſto veniam ut judex, & vindex tam *tibi*, quam *illis*. Nam etſi Deus diſſimulet cum uno peccatore, tamen mala communia, & publica non diſſimulat. *Pugnabo cum illis in gladio oris mei*, proferam in omnes ſententiam commeritæ ultionis & mortis: & de hac ſententia communiter explicatur gladius exiens ab ore Chriſti, ut dixit c.1.q 68.

325. *Qui habet aures audiendi audiat.* Hoc dicit ad magnam excitandam attentionem, *Vincenti*, ſuperanti nempe facta Nicolaïtarum, eorumque fœdas voluptates, ſuamque etiam vecordiam, puſillanimitatem, quam Chriſtus in eo arguit, *dabo manna abſconditum*, conſolationes ac ſuavitates nempe ſpirituales, quæ fortiter contra vitia dimicantibus dantur; dicitur autem *abſconditum*, ignotum inexpertis; ſolus qui accipit, hæc ſentit, & agnoſcit, multi hic per manna ſacram Euchariſtiam intelligunt, de quo infra; *& calculum candidum*, perjucundam, ac feſtivam ſententiam felicitatis, & gloriæ æternæ; *& nomen novum*, atque inexpectatum bonorum, ut filius, & hæres Dei nominetur, & revera ſit.

QUÆSTIO XLV.

Quare Epiſcopo Pergameno tam intimè pœnitentia commendatur? Et altiùs verba textus expenduntur.

326. Dicitur in textu huic Epiſcopo, *ſimiliter pœnitentiam age.* Illud *ſimiliter*, ut jam dixi refertur ad Epiſcopum Epheſinum, ſicut & ille, tu age pœnitentiam Rem aliter

Alb. Magn. explicat Albertus Magnus, ait: *ſimiliter nempe, ut tu de negligentia correctionis, & illi de culpa, pari enim reatu aſtringitur, & ille, qui prava docet, & qui tacens permittit.* Sicut pravi Doctores Diſciplinæ Balaam, ut Nicolaïtæ multam culpam commiſerunt, & indigent magna pœnitentia, ita ſimiliter & tu, qui eos permiſiſti, reatu eodem teneris, & magnam cum illis age pœnitentiam; eodem crimine afficitur ille, qui malum perpetratum, ac ille, qui ipſum permittit: & conſentit.

In eadem culpa qui committit, ac ille qui permittit.

Anſbertus. Ambroſ Anſbert. *Quia in uno morbo*, ait, *utraſque ſpecies ægrotare inſpexit, uno etiam medicamento pœnitentiæ eas ſanari debere ſalubriter admonuit.*

327. Secundò. Maximè expendenda eſt ſeries verborum textus ait, *Habeo adverſum te pauca, quod habes illic tenentes doctrinam Balaam*; Deinde ſubdit, *pœnitentiam age*, ac tandem, *veniam tibi citò*, ut debitas pœnas à te exigam. Rectus, & debitus ordo non à minis incipit, ſed primò objicit peccata deinde ad pœnitentiam advocat, & tandem minas interponit, qui enim ſubjectis ſuis peccatis, & de illis non agit pœnitentiam, in minas divini judicii incidet. Richardus de Sanct. Victore ſic ait. *Poſt aſperitatem increpationis ſubjungit admonitionem emendationis, & ſi nollet corrigi terrorem comminationis; nam ubi dicit, pœnitentiam age, pœnitentiam admonet: ubi verò ſubdit, ſi quominus veniam citò per comminationem terret.* Richard.

Si quis non emendetur puniatur.

Tertiò idem Richardus. *Si quo minus feceris, ſi pœnitentiam non egeris, ſi malos non correxeris, veniam tibi citò ad judicium & detrimentum: & hoc citò, ne propter prolixitatem temporis innectas moras emendationis.* Cur ait, *citò*? Nonne ſatis erat dicere veniam tibi, ut niſi errata emendes pœnitentia, debitas pœnas perſolvas; ad quid addit, *citò*? Ne temporis prolixitati fideret ad agendam pœnitentiam, ſed quod citò, & indilatè illa præſtanda ſit, omni mora, ac dilatione excluſa. 328. Richard.

Sine mora pœnitentia agenda.

Quartò, Aretas, *O immenſitatem abundantiſſimæ dignitatis Dei? etiam in minis quoque relucet bonitas Dei, pugnabo, inquit, non tecum, ſed cum Nicolaitis, qui immedicabiliter ægrotant, & ad nihil ſunt utiles, ſiquidem eorum, qui Pergami erant tanquam fidelium amore captus erat, indignatus ipſis ob ſolam unam converſationem cum Nicolaitis.* Ait Dominus: *Pugnabo cum illis in gladio oris mei*, videbatur dicendum pugnabo tecum in gladio, non autem cum illis. Nam Dominus ait ad Pergami Antiſtitem *veniam tibi citò*, nempè ad te puniendum; conſequens ergo erat dicere & pugnabo tecum, ad quid divertit ſermonem *pugnabo cum illis*: in hoc profectò maximè elucet Dei bonitas in ſuos electos, qui licet in eos minas conjiciat, ulteriùs non progreditur, ac diſtricto gladio reprobos immedicabiliter in ſuis criminibus perſeverantes inſequitur ut eos ſeverè ac rigoroſè puniat; & affligat. 329. Aretas.

Deus in ſuos electos minas, in reprobos pœnas conjicit.

Sextò. D.Bernard Senenſ. *Iſte bellator*, ait, *pugnabit tam velociter, ut nullus effugere poſſit, nec reſiſtere, quin pereat.* Luc.21. Nunc videbunt filium hominis venientem cum poteſtate magna, & majeſtate: *Pugnabit etiam prudenter*, ut nullus poſſit eum cavere. Sap.5. Induet pro thorace juſtitiam, & pro galea judicium certum. *Item pugnabit potenter, & cum magno exercitu & ipſe peccator erit omni deſtitutus auxilio*; pugnabit etiam pro eo orbis terrarum contra inſenſatos. *Id eſt omnis creatura peccatores accuſabit.* Ait Dominus contra hos peccatores, *pugnabo cum illis in gladio oris mei*; tantùm dicit Dominus, quod pugnabo, cur etiam non addit, & victor illorum ero; cur ſolùm pugnam commemorat, victoriam tacet? quia hic robuſtus teſtator tam fortiter, prudenter ac potenter pugnabit quod idem ſit exire in bellum, ac victoriam & triumphum obtinere. 330. D.Bernard. Luc 21. Sap.5.

Chriſtus bellator fortis, & cum pugnat victor eſt.

Septimò. Maximè ponderandum eſt, quod dicitur huic Epiſcopo: *pœnitentiam age, ſi quo minus veniam tibi citò, & pugnabo cum illis,* 331.

illis. Si plures ſunt, cum quibus pugnaturus eſt,
cur non ait eis ſimiliter, pœnitentiam agite, cur
ſolùm in ſingulari Epiſcopo dicitur *pœnitentiam age* Nonne Nicolaitæ, ac alii, qui Pergami
degebant hoc ſalutifero remedio indigebant?
Prelatus ex charitate. pro ſubditis agat pœnitentiam.
Maxime ſanè: cur ergo non ipſis, ſed ſoli Epiſcopo dicitur pœnitentiam age? quia tanta debet eſſe ex charitate Prælati conjunctio cum
ſubditis, ut ipſe etiam pro eorum delictis pœnitentiam agere intendat, non quod ſubdit;
eam agere non teneantur, ſed Paſtor ita ſua
charitate eos portat in humeris, ac ſinu ſuo, ut
pro ipſis mortificationem, ac pœnitentiam ſumat, Deoque eleemoſynas ac bona opera offerat ad Deum placandum, ut ſuo populo propitietur.
Ioach. Joachim Abbas, *Qui paſtor eſt*, ait, *pater eſt, & medicus populi, & qui pater eſt amat
filios, & qui paſtor eſt, oves, Quid eſt quod Paſtori
dicitur, quòd pœnitentiam agat ſuper ſubditorum
delictis? niſi quia tanto neceſſe eſt Paſtori, qui
vult populo delinquenti impetrare veniam, ſe ipſum affligendo compungere, ſibi ipſi, & ſuo neglectui peccantis populi imputare delictum, tanta
enim virtus eſt charitatis, tanta gratia, ut poſſit
etiam proximorum ſuperare delicta, quam habere
Chriſtianus quilibet tenetur ex communi mandato, Paſtor verò ex ſuſcepti neceſſitate regiminis: itaut ſi hanc impendere negligat, commiſſi ſibi gregis detrimentum incurrat, & terribilem illam Domini ſententiam non evadat, quæ dicitur:*
Sanguinem verò ejus de manu tua requiram.
Ezech. 3. Ezech. 3. n. 20.

332. Iob. 16. Ait Job. 26. n. 5. *Ecce gigantes gemunt ſub
aquis.* Quinam ſunt hi gigantes? Paſtores, ac
Prelatus pro ſubditis gemat ſub aquis pœnitentia.
Prælati, qui cæteros dignitate, ac imperio excedunt; & quando laborant, & gemunt ſub aquis
nempe pœnitentiæ, quibus purificare, ac mundare ſuos ſubditos intendit, & tanta efficacia
in hoc opere incumbunt, ut tanquam magno
D. Paſch. pondere oppreſſi gemant, & laborent D. Paſch.
lib. 4 in Matth, *Rectores ſæculorum*, ait, *qui portant orbem, gemunt ſub lacbrymarum aquis, quibus ſuo lavare deſiderant.*

In templo Salomon *fecit mare fuſile, & ſta-*
333. 3. Reg. *bat ſuper duodecim boves.* 3. Reg. 7. n. 23. Mare
Paſtor portat mare pœnitentia ad ſuorum ſordes mundandas.
æneum fecit Salomon, & conſtituit illud ſuper
duodecim boves æneos, qui ſuis humeris illud
ſuſtentabant, in quo aliorum ſordes lavabantur. Boves illi Prælatos Eccleſiæ ſignificabant,
ut eſt communis interpretum vox, qui omne
pondus, ac gravamen debent ſuſtinere, ut ſua
pœnitentia, labore, ac induſtria valeant aliorum ſordes lavare, & hoc ita debent eſſe firmi ac conſtantes, ac ſi non carnei, ſed ænei
eſſent. D. Nilus in Aſcetico: *Boves*, ait, *ſub
D. Nilus. pelvi declarant eos, qui ſubeunt onus Rectorum,
& nihil reſpuere, aut averſari debere, ſed &
onera; & ſordes inferiorum perferre, quod ſine
periculo fieri poſſet.* Illud mare æneum ſignificabat mare pœnitentiæ, ut ex multis dixi ſupra cap. 1. quæſt 59. num 491 Hoc mare portant boves ænei, ſeu Rectores ſæculorum ad
ſuorum ſordes mundandas, ac purificandas.

QUÆSTIO XLVI.

Quare vincenti promittitur manna abſconditum, & quidnam ſignificet hoc manna juxta varias ſententias?

AIt Chriſtus D. *Vincenti*, facta Nicolai- 334.
tarum, eorumque turpes carnis voluptates, tuamque vecordiam, quam ego Filius Dei,
in te ô Epiſcope Pergami, argui; nam in his
Epiſtolis, ille vincens vocatur, qui opere implet quæ Chriſtus jubet, & in hac re ſe ipſum,
ac difficultates occurrentes viriliter ſuperat, ac
devincit.

Quid verò hoc manna ſignificet, circa hoc 335.
multæ, & celebres ſunt interpretationes; & prima de ſacra Euchariſtia exponit, de quo latè
quæſt. ſequenti dicam. Secunda, Primaſius, & D. Prim.
Ambroſ. Chriſtum D intelligunt, qui fuit ab- D. Ambr.
ſconditus primò in lege, ſecundò in carne; tertiò in Euchariſtia Hinc dicitur Iſai. 45. n. 15. Iſai. 45.
Verè tu es Deus abſconditus.

Tertiò. Richard. de S. Victore, Andr. Cæſ. 336.
per manna interpretantur arcana divinitatis, ac Richard.
æternam felicitatem: Hæc enim, ut ait Pere- *Æterna felicitas.*
rius, denotantur per tria aptiſſima bona hîc ap- Parer.
poſita: *Manna* enim ſignificat inenarrabilem
felicitatis dulcedinem; *calculus*, ejuſdem opes,
& prætium ampliſſimum: nomen famæ, & gloriæ claritatem, ac celebritatem. Andr. Cæſar. Andr. Cæſ.
*Quia oculus non vidit, nec auris audivit, nec
mens humana comprehendit, quæ quantaque in
futuro ævo præparata ſunt juſtis, nec nomen quoque illud novum, quod iidem ibi pacatum poſſidebunt.*

Pro quo ait D. Laurent. Novarienſ hom. de 337.
eleemoſyna. *Qui ſunt autem victuri*, ait, *quam* D Laur. No.
*illi, quibus dixi, venite benedicti, poſſidete regnum, eſurivi, & dediſtis manducare: Ecce palma
& præmia, pro pane modico, quem dediſtis, accepiſtis manna abſconditum: potum porrexiſtis, &
paradiſum recepiſtis.*
Deus abundantiſſimè noſtra dona remunerat.
O infinita Dei liberalitas,
non tantùm par pari refert, panem pro pane,
ſed valde largiter, & ſuperabundanter accipit à
uobis corruptibilem panem, & reddit eum qui
reficit immortaliter: accipit micam, & reddit
ſegetem vitarum.

Quartò, D. Bernard. lib de converſ. Clerico- 338.
rum c. 1. Manna hoc, ait, eſt ſuavitas & dulce- D. Bernard.
do, quas ex rerum cœleſtium contemplatione
mens noſtra percipit. Sic ait S. Doctor. *Suavitas Domini eſt, niſi guſtaveris non videbis: guſtate, & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus,
manna abſconditum eſt, nomen novum eſt, quod
nemo ſcit, niſi qui accipit: non illud eruditio, ſed
unctio docet: nec ſcientia, ſed conſcientia comprehendit.*
Dulcedo ex contemplatione cœleſtium.

Quintò. D. Bernard. Senenſ. *Pœnitentia tua*, 339.
ait, *poteſt intelligi dulcedo propter ſaporis ſuavi* D. Bern.
*tatem, ſicut enim manna habebat ſaporis ſuavitatem, & delectamentum, ſic anima ſancta in jejuniis, diſciplinis, & infirmitatibus ſuavitatem
invenit.*
Pœnitentia dulcis & ſuavis.
Vincenti, id eſt, pœnitenti, cur tamen ei
non annuntiat aſpera, & acerba, ſcilicet jejunia
cilicia,

cilicia, lachrymas, quæ comites ſunt pœnitentiæ, ſed ſuaviſſimum manna promittit. Meritò illud pollicetur vincenti, ideſt pœnitenti, nam animus charitate plenus in ipſa ſua pœnitentia de mortificatione miras ſuavitates, ac dulcedines abſconditas invenit. Unde perbellè dixit
Salvian. S. Salvian. lib. 6. de Providentia. *Labor, jejunium, paupertas non omnibus ſunt oneroſa tolerantibus, ſed tolerare nolentibus.*

340. *Juſti in ſuis laboribus multas habent conſolationes.*

Sextò. & maximè genuinè ad litteram. Hoc manna abſconditum ſunt ſpirituales conſolationes, quæ tanquam conveniens merces à Deo datur vincenti tum delicias, ac concupiſcentias carnales, tum etiam metum, & puſillanimitatem, qualis erat in hoc Epiſcopo Pergami quem Dominus exhortatur ad acrem cum Nicolaitis, ac hæreticis, eorumque vitiis pugnam ſubeundem, ex qua humanus animus nil præter labores, ac ærumnas perceptum ſe ſperat; hinc Dominus promittit, & obteſtatur ingentia in eo vitæ genere gaudia, ac dulcia, quæ in ipſo certamine inveniuntur ac habentur. Milites enim Chriſti, etſi videantur omni ſolatio deſtituti, in ipſis tamen tribulationibus gaudio magno abundant, & ſuperabundant, ut
2. Cor. 1. ait Paulus 2. Cor. 1. n. 5. *Sicuti abundant paſſiones in nobis, ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra*; Et hoc eſt manna abſconditum quod vincenti in Chriſto promittitur, de quo
Coloſſ. 3. idem Apoſt. ad Coloſſ. 3. n. *Vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* Et Regius Va-
Pſalm. 30. tes Pſalm. 30. n. 20. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timen-*
Cap. 27. *tibus te.* Ita Andreas Cæſarienſ. D. Brun. Aſtenſ Vega, lib. 9. de injur. gratiæ, cap 27. Alcazar, Cornelius à Lapide, Tirinus, Eſtius, & alii.

341. Iſai. 10. De jugo, ac onere peccati per Chriſtum auferendo dixit Iſaias 10. n. 27. *Auferetur onus ejus de humero tuo, & jugum ejus de collo tuo.* Et ne quis etiam dicat, quod ſub jugo Chriſti manet, & premitur, ſic de ipſo jugo Chriſti in locum illius prioris ſubrogato ait, *Et computreſcet jugum à facie olei,* ſive ut alii legunt, *præ oleo*: Et quomodo jugum Chriſti computreſcet, ac peribit, & extinguetur præ oleo? nempe, quia omnis illius difficultas, ac gravamen erit ablatum ob unctionem conſolationis, ac ſuavitatis, quam Deus ſervis ſuis impartitur; & eſt ſumpta metaphora ab olei natura, quo dura, & aſpera leneſcunt, & emolliuntur; Ad quod reſpicit D. Greg lib. 19. Moral. c 12. ſive 13. explicans illud Jobi 29. *Quando petra fundebat mihi rivos olei*, ſic ait. *Jugum à facie olei computreſcit: quia dum Spiritus ſancti gratiâ ungimur, à captivitatis noſtræ ſervitute liberamur.* Ad quod tendit illud Chriſti D. Matth. 11. n. 29. *Mandatorum obſervationem jugum appellat; jubenti pareamus, efficiamur jumentum Chriſti, induentes vincula charitatis, tale jugum ne detrectemus; ne excutiamus, ſuave eſt, leve eſt, ſubeuntes cervicem non atterit, ſed demulcet.*

Jugum Chriſti delinitur oleo conſolationis. D. Gregor. Matth. 11.

342. D. Ambr. Thren 3. *Jugum Chriſti peccatoribus grave, Juſtis ſuave.*

Prædicta Chriſti verba S. Ambr. in oratione de obitu Valentini componit cum illis Thren 3. n. 27. *Bonum eſt viro cùm portaverit jugum ab adoleſcentia ſua*: Quæ verba ſic legit S Doct. *cum portaverit jugum grave*, ſed quomodo jugum à Propheta dicitur grave, cum à Chriſto leve, & ſuave appelletur? grave peccatoribus, ac in concupiſcentia carnis degentibus, ſuave juſtis ac charitate repletis. Sic ait S. Pater, *Poteſt & grave*, ait, *jugum verbi videri præ pondere diſciplinæ, auctoritate correctionis, pondere abſtinentiæ, ſtrictionéque laſciviæ: ſuave tamen eſt fructu gratiæ ſpe remunerationis æternæ, purioris conſcientiæ ſuavitate.*

343. Cant. 3. *Labor pro Chriſto requies.*

Cant. 3. n. 7. dicitur. *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael: omnes tenentes gladios & ad bella doctiſſimi*, ſi ſunt fortiſſimi, & ad bella valde parati, cur lectulum ambiunt & non potiùs arcem, muros, vel caſtra? Validi ſunt pugnatores, & quos Deus ad prælia docet, & vocat cum mundi poteſtatibus, lectulus eſt illis pro ſtudio & arena, ut ibi ſuavi requie delectentur & mira præjucunditate perfundantur. Ad hoc reſpicit Caſſiodor. in præſenti, *Sancti Dei ſopitis tumultibus, amplexu veri pacifici delectantur.* Caſſiod.

QUÆSTIO XLVII.

Quare vincenti promittitur manna Euchariſticum.

MUltorum eſt ſententia, quod per manna abſconditum, intelligitur ſacra Euchariſtia, ut dicam quæſt. ſequenti. Illud vincenti ſecundùm ſenſum litteralem jam explicavi ſuperiori quæſt. & in expoſitione, nunc verò pro majori doctrina, iterum eſt examinandum illud verbum; vincenti dabo manna abſconditum. 344.

Et primò. Non omnibus datur hîc manna, ſed ſolum vincenti, & quia illud guſtaturus vincere debet, adverte quid Angelus paulò ſuperiùs dixit huic Epiſcopo; *Pœnitentiam age.* Solus enim, qui per pœnitentiam ſuas cupiditates donat, ac refrænat, dignus inventus eſt, ut Euchariſtico pabulo fructuosè reficiatur. Rupert. ad verſ. 17. hujus cap. *Vincere in hoc loco eſt corripienti acquieſcere & agere pœnitentiam.* 345.

Pœnitentia neceſſaria diſpoſitio ad Euchariſtiã. Rupert.

Secundò. *Vincenti dabo manna abſconditum.* Nonne Euchariſtia ad extinguendum ignem luxuriæ ordinatur? Ergo non debet porrigi *vincenti*, ſed victo à libidine ut vincat; minimè, ſed vincenti luxuriæ opera per pœnitentiam offertur hoc Sacramentum, ne iterum à vitiis vincatur, jam roboratus, ac confirmatus miles Chriſti. Rupert. *Vincenti dabo manna abſconditum*, ait, *nam in iſto gradu vincere eſt doctrinam Balaam, id eſt, fornicationes primum in ſemetipſo per virtutem continentiæ deſtruere; qui autem hoc modo vincit, ille Sacramentum corporis, & ſanguinis Domini dignè percipit.* 346.

Præſidio Euchariſtiæ vincimus luxuriam. Rupert.

Tertiò. Olim victoribus triumphalis corona dabatur. Cur ergo Dominus non ait, vincenti dabo coronam? appoſitè tamen ait, dabo manna abſconditum. Euchariſtiam nempe, hæc enim verè nos coronat, ac triumphatores facit. Unde olim baptizati ad altare elevabantur Euchariſtiaque illis porrigebatur, & tandem coronabantur, ut teſtatur Sever. Alex. lib. de Baptiſm. *Elevant*, ait, *baptizatos ad altare, eiſque dant myſticam Euchariſtiam, & ſertis eos coronat Sacerdos*, quaſi coronari debeant, qui Euchariſtiã acceperunt: ex quo bene notat Nicetas Choniate 347.

Ubi datur Euchariſtia ibi corona ponitur. Sever. Alex.

lib. 1.

lib.3. in Alexandrin. comment. coronas olim
Theod. 25. pendere circa menſam ſacram Exod.25.n.25.
ut denotaretur,qui ad hanc menſam accedunt,
fulgenti corona ornari. *Is ſubitò*, ait, *in maximum templum confugit,& corona ex iis,quæ circum Sacram menſam pendent , capiti impoſita, rurſus egreditur.*

348. Joach. Quartò Joachimus Abbas, *Vincenti doctrinam Balaam , carniſque luxuriam dignè datur Sacramentum corporis , ac ſanguinis Domini.* Ut congruenter Sacramentum corporis Chriſti ſuſcipiatur , præmittenda eſt victoria de fornicatione , & adſtruenda eſt caſtitatis virtus ; caſtitati enim tantùm ſe credit Divinitas.

Ubi caſtitas , ibi Euchariſtia datur.

349. Pſalm. 71. De Divino Verbo veniente in naturam humanam dicitur Pſalm. 71. num. 6. *Deſcendat ſicut pluvia in vellus.* Et cur potiùs in vellus , & non potiùs in ovem vel agnum ? vellus hoc habet ut virgineam puritatem referat , nam quamvis de corpore exeat,corporis tamen paſſionis carnis,ac ſanguinis expers eſt, inde maximè ad ſe Deum attraxit, in caſtitatis tantùm puritate Deus invenitur. D. Chryſologus ſermon. 143 *Vellus cùm ſit de corpore*,ait, *neſcit corporis paſſiones:ſic virginitas cùm ſit in carne, vitia carnis ignorat : cæleſtis ergo imber virgineum in vellus placido ſe fudit illapſu , & tota divinitatis unda bibulo ſe noſtræ carnis celavit in vellere.*

Ubi caſtitas , ibi Deus ſuſcipitur.

350. Cùm puriſſima Maria ſermonem Angeli percepit, & de concipiendo in ſe Dei Filio dicebat.Luc.1.n 34.*Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco* cui acute reſpondit D.Chryſol ſermon 142. *Hinc eſt quod Deus ipſe ad te venit , quoniam te pœnituit ad hominem perveniſſe.*Quoniam viri amplexus fugiſti , in virginea permanens puritate , ideo in te eſt Deus eximiæ puritatis tuæ amator.

Luc. 1. D. Chryſ. *Ex virginitate receptaculum ad Deum ſuſcipiendum.*

Quæstio XLVIII.

Quare manna abſconditum Sacra Euchariſtia dicitur ?

351. Ticon. Rupert. Aretas. Beda. Joach. Albert. MAnna abſconditum , hoc eſt Sacra Euchariſtia,Ita Ticonius Rupertus Aretas, Beda , Ioachimus Abbas , Albertus Magnus , & multi alii:& rectè Euchariſtia dicitur manna abſconditum , quia in ea Chriſtus D. abſconditur , & occultatur ſub ſpeciebus Sacramentalibus.

352. In reprehenſione Epiſcopi duo Nicolaitarum mala tetigit Dominus ; *Edere & fornicari.* Et utrumque vincenti promittitur in præmium manna abſconditum Euchariſtiæ.Nam vincenti gulæ concupiſcentiam , datur refectio ſpiritualis Euchariſtiæ ; quæ ſatiat in vitam æternam Vincenti carnales concupiſcentias promittitur abſconditum manna, in quo ſunt abſconditæ omnes ſpirituales delitiæ conſolationes,ac ſuavitates,in quibus continentur omnia cœleſtia , quæ dignè ſuſcipienti communicantur in hoc Sacramento, & qui ea accipit,ſolus
Pſalm. 33. ipſe ſentit , & agnoſcit. Unde dicitur Pſal.33.
n.9 *Guſtate,& videte,quoniam ſuavis èſt Dominus.* Solus qui digné guſtat,vidit,& agnoſcit , quòd ſuavis eſt Dominus.

Omnis. dulcedo in Euchariſtia.

Cur verò divinum Euchariſtiæ Sacramentum manna dicatur;aliquas rationes dedi tom. 3. in Evang. cap. 35 q 7 8. & 9. Nunc verò uberioris doctrinæ gratia res altiùs repetenda eſt ex multis rationibus , quas hîc adducunt Viegas ſect.4.& multi alii.

Primò,nomine Manhu , id eſt, *quid eſt hoc?* 353.
Exod. 16 n.15. dicebant per admirationem He- Exod 16.
bræi.At Euchariſtia res multò magis admiranda , in quo incomparabiliter majora miracula fiunt,unde dicitur in Pſal 110 n.4. *Memoriam* Pſalm. 110.
fecit mirabilium ſuorum &c. Secundò manna Pſalm. 77.
dicebatur Panis Angelorum *Panem Angelorum manducavit homo.*Pſal.77.n.24. Tertiò manna
de nocte inviſibiliter deſcendebat de Cœlo, Numer.11.
Num.11.n.9.Obſcuritas nobis denotat ſtatum fidei,quæ certiſſimè credit in hoc Sacramento
quod non videt Quartò , deſcendebat tantùm Exod.16.
circa caſtra Hebræorum. Exod.16 n.13. Num. 11 n.9. ſic hoc divinum manna eſt tantùm in Eccleſia Catholica,quam circumdat,ac munit & diſtinguit à Synagogis infidelium.

Euchariſtia circundat, & munit Eccleſiam.

Quintò,manna erat album ; Exod.16.n.31 354. Exod 16.
In quo denotatur in Euchariſtia candidũ Chriſti corpus , qui eſt candor lucis æternæ , quod etiam ſignificatur candore ſpecierum hoſtiæ.
Sextò,manna,ut dicitur Exod 16 n 14 deſcen- Exod. 16.
dens ad ſuperficiem terræ apparuit in ſolitudine munitũ.In quo notatur ſumma Chriſti humilitas qui cùm eſſet in ſe immenſus.& infinitus,abſcondit ſe ſub tam brevi forma panis,& vini , & ſub qualibet minutiſſima ejus parte. Septimò apparuit manna quaſi pilo tuſum , Exod.16.n.14. In quo notatur ſumma Chriſti
patientia , qui attritus eſt propter ſcelera no- Iſai. 53.
ſtra . Iſai.53.n 5 Vel dicitur quaſi pilo tuſum, id eſt,ut explicat Cornelius,quaſi pili tunſione decorticatum, & folliculis ſuis exutum ac proinde manna erat album inſtar tritici,cui cortex eſt ablatus ; & ita dicitur , quod cadebat quaſi pilo tuſum, cùm revera non ſic deſcenderet ut pilo tuſum: Sic Chriſtus D in Euchariſtia multis injuriis Hæreticorum appetitus , videtur ab eis tanquam pilo tundi , cum revera nullam tunſionem , nullumque detrimentum in ſe patiatur Chriſtus ratione exiſtendi in Euchariſtia nullam alterationem poteſt pati ab agente ex-
terno.Pſal.90.n 10. *Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* Pſalm.90.

Chriſti humilitas in Euchariſtia.

Chriſtus in Euchariſtia nullum detrimentum patitur ab injuriis Hæreticorum.

Octavo apparuit manna album in ſimilitu- 355.
dinem pruinæ Exod.16 n.14. Albedo ſignificat Exod. 16.
Chriſti puritatem,& munditiem quæ duo ſummè neceſſaria ſunt ipſum communicare volenti.Pruina etiam frigida eſt , quia in hoc Sacramento dignè ſumpto , contra incentiva libidinis,& vitiorum flammas habetur ſpiritualis refrigerii temperies Favet Interl reddens rationem cur typicum manna in ſimilitudinem pruinæ fluxerit Sic ait? *Quia corpus Chriſti à fervore vitiorum refrigerat.* Nonò,pruina herbas no- Interl.
civas extinguit;terram fert lem reddit , ac fœcundat,& tutum tegit Sic hoc divinum Sacramentum pravas inclinationes,ac concupiſcentias extinguit; fœcundat conſcientiam in bono ; & noſtram nuditatem cooperit , *Charitas Chriſti operit multitudinem peccatorum.*

Euchariſtia contra incitatiza libidinis

Decimò,Albertus Magn. de Euchariſt.ſacra 356.
diſtinct.4. tract.1. cap.1. *Non dabatur manna,* Alb.Magn.
ait,niſi in deſerto, ubi aliud delectabile, & reficiens ad eſum non fuit,& ſic non ſentitur dulcedo

P *gratia*

Guſtat dulcedinem Euchariſtiæ qui denudatur à mundanis
Pſalm. 64.

gratiæ; *& ſapor Euchariſtiæ, niſi ab iis, qui ſe in deſertum corde transferunt, & denudantur ab omni carnali* voluptate, ac humano commercio, Pſ.64.n.13. *Pingueſcent ſpecioſa deſerti, & exultatione colles accingentur.* Hæc enim ſunt ſpecioſa deſerti quæ ſe ipſa deſerta faciunt, nec in eis quicquam colat mundus de tumultuoſis, & caducis delectationibus; & colles tam altorum cordium frequenter exultatione divinæ conſolationis accinguntur.

357. Num. 11. Exod. 16. Undecimò, ut dicitur Num.11.n.9. *Cumque deſcenderet nocte ſuper caſtra, ros deſcendebat pariter, & manna*, & etiam ut dicitur. Exod.16. n.14. juxta Hebraïcam radicem; *Mane quoque fuit operimentum roris*; proindeque ante manna deſcendebat ros, & poſt ipſum manna etiam veniebat ros tanquam illius operimentum, & manna erat in medio; ante manna deſcendebat ros, quia ante hoc Sacramentum debet præcedere ros doloris, contritionis ac lachrymarum; deinde etiam poſt illud debet ſuccedere ros devotionis compunctionis, ac timoris Domini.

Ante Euchariſtiam ros contritionis, & poſt illā devotio.

358. Richard. Duodecimò Richard. de S. Laurent. lib 12. de laudibus Mariæ, explicans cur Chriſtus D. dicitur manna ſic ait *Deus & homo ſumitur in hoc Sacramento, & quid adhuc? quia cum rore deſcendebat, & ſemper colligebatur, ſic & Chriſtus in hoc Sacramento cum rore gratiæ debet ſumi, nam qui aliter accipit judicium ſibi manducat, & bibit.* 1. Cor. nr. 11. Deſcendebat ros, pariterque manna, quia hoc Sacramentum ſemper debet deſcendere in animam cum rore gratiæ & virtutum, aliter judicium & mortem ſibi manducat homo.

Euchariſtia ſumenda cum rore gratiæ, & virtutum
1. Cor. 11

359. Exod. 16. Decimotertiò, ut dicitur Exod.16.n.17. *Nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus paraverat, reperit minus*; ſic verè dicitur in hoc Sacramento; *fracto demum Sacramento, ne vacilles, ſed memento tantùm eſſe ſub fragmento, quantùm toto tegitur.* Decimo quartò *ſapor mannæ erat quaſi ſimilæ cum melle*, Exod 16.n.31. Per quod denotatur puritas humanitatis Chriſti cum ſuaviſſimo Divinitatis melle. Decimoquintò, manna, ut dicitur Num.11.n.8. referebat ſaporem panis oleati, id eſt, frixi in oleo, propter miſericordiæ affluentiam quæ eſt in hoc Sacramento.

Exod. 16.

360. Sap. 16. Decimo ſextò, manna, ut dicitur Sap. 16. n.27. *Exiguo radio ſolis calefactum tabeſcebat*, at igni expoſitus coquebatur, & ſuave, ac ſolidum alimentum reddebatur ad dulcem hominis ſuſtentationem, ut dicitur Num 11. num.8. Hoc divinum Sacramentum ad ſolem, ac evidentiam naturalis rationis, ac humanæ curioſitatis liquefit, diſparet, ac tranſcendit omnem intelligentiam; at receptum inter ignem amoris ac charitatis fit dulce, ac perjucundum animæ alimentum.

Num. 11. *Euchariſtia ad ſolem rationis diſparet, ad ignem charitatis alimentum animæ.*

361. Sap 16. Num. 21. Decimoſeptimò, manna dicitur Sap. 16. n.20. Juſtis eſca erat cum omni delectamento, & ſaporis ſuavitate ac omni dulcedine; at malis movebat ſtomachum ad interitum. Num 21. n.5. *Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leviſſimo.* Euchariſtia bonis ſummè ſapit, eiſque affert omne delectamentum cum omni ſuavitate, at malis nauſea eſt ad afflictionem, & mortem. *Judicium ſibi manducat.*

Euchariſtia bonis ſalus; malis interitus.

362. Exod.16. Decimooctavò, ſingulis diebus præter Sabbatum colligendum erat manna & hoc ſi quidem ſummo mane, ut habetur Exod.1. n.21. Hoc Sacramentum toto vitæ tempore frequentandum, & hoc cum ſumma cura, ac diligentia excluſa omni pigritia, ac ſomnolentia; in Sabbato verò illius ſempiternæ quietis (hoc enim Sabbatum Hebraïcè ſignificat) jam non ſub ſpeciebus Sacramentalibus, ſed facie ad faciem Chriſtum intuebimur.

Euchariſtia ſemper ſumenda & ſumma diligentia.

363. D. Gaudent. Decimonono, v. Gaudent tract.7. acutè dubitavit, cur Deus mannæ pabulum diſtulit filiis Iſraël uſque dum profecti ſunt de Ægypto? & rem maximè exaggerat Ioſephus lib. Antiquit. cap.1. ubi teſtatur mannæ ferculum accepiſſe Iſraëlitas, donec quæcumque portabant ex Ægypto penitus conſumpta ſunt; quod Sacro textui conſonum eſt. Nam Exod 16.n.4. refertur populum gravi fame oppreſſum. & tunc manna accepiſſe ad quod reſpondet Cardinalis Hugo ad cap.13 Ioan. *Datum eſt eis manna*, inquit, *per quod corpus Domini ſignificatur: & dicitur quod non habuerunt manna, quouſque defecit farina, quam aſportaverant de Ægypto, id eſt, peccatum.* Tanta puritate ad Sacroſanctum altaris Sacramentum eſt accedendum, ut ne minutiſſimus culpæ pulvis (de gravi loquor) adeſſe debet in anima ſuſcipientis. Et ideo tota farina ex Ægypto defecit, antequam filii Iſraël manna acciperent; vel dico quod Sacramentum Euchariſtiæ pure & ſine miſtione temporalium ſumendum eſt, & ideo tota mundialis farina ex Ægypto defecit antequam manna umbra Euchariſtiæ populus reficeretur, ut ita purè, & ſincerè manna guſtaretur.

Ioſeph. Exod. 16. Hugo.
Euchariſtia purè ſine culpa, ac mixtione temporalium ſumenda.

364. Sap. 16. Vigeſimò, de manna dicitur Sap 16.n.20. *Paratum panem de Cœlo præſtiti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem & omnis ſaporis ſuavitatem.* Umbra erat manna hujus Sacramenti, quod eſt omne datum optimum, datum, quia hic Filius Dei quotidie datur nobis & à Patre, & à ſe ipſo, & à Spiritu ſancto; & eſt optimum, quia ut ait Zach 9.n.17. *Quid bonum ejus eſt, & quid pulchrum ejus, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* & eſt omne, ſufficientia & abundantia omnium bonorum deſcendens à Patre luminum. *Pater meus dat vobis panem de Cœlo verum.* Ioan.6. n.32. Unde ait D. Paſch. de corp. & ſanguin. Domini, cap.9 *Quidquid enim prægustare ſpiritualiter poteris hoc totum ibi invenies.*

Omnia bona in Euchariſtia. Zach. 9. Ioan. 6. D. Paſch.

365. Luc. 22. De hoc Euchariſtico epulo ait Chriſtus D. ſuis Diſcipulis Luc 22.n.30. *Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater regnum, ut edatis, & bibatis ſuper menſam meam.* Rex eſt qui ſuis parat convivium; Rex eſt, quo duce virgo ſapiens vinum hauſit Euchariſticum Can. 2 n.2. ſic enim virgo, *Introduxit me Rex in cellā vinariam, &c.* Cur non frater? cur non ſponſus? cur non amicus? ſed Rex eſt, cum cœnam parat Euchariſticam Deus Optim Maxim. abſtinet ab hiſce nominibus Virgo ſapiens, & Regem vocitat, ut oſtendat magnam eſſe vim deliciarum ea in Cœna, qua Deus rerum potens, ac Rex eſt, ex quo ſapienter exultans, ait: *Introduxit me Rex in cellam vinariam.* Præclarè Chryſ. ſermon.95. ad Lucæ textum citatum; *qui pervenire Regis meretur ad menſam, manducabit quidquid regni dominatio poſſidet, & poteſtas.* Rectè cum Dominus parat convivium Euchariſticum, non dicitur frater, non ſponſus, non amicus, ſed Rex, qui in hoc convivio totam ſuam magnificentiam exhibet, & quidquid poteſtatis, ac

Cant. 2. D. Chry.
In Euchariſtia dat Chriſtus quidquid poteſtas ejus poſſidet.

excel

excellentiæ eſt in regno Cœlorum ejus totum hic effundit, & præbet. *Manducabit quidquid regni dominatio poſſidet, & poteſtas.*

366. Cùm adhuc in matris utero exiſterent Phares, & Zaram, de primatu contendebant; tamen Zaram fratri Phares naſcendi tribuit optionem.

Geneſ. 38.

Ait textus Geneſ. 38. n. 27. *Inſtante autem partu apparuerunt gemini in utero: atque in ipſa effuſione infantium unus protulit manum, in quâ obſtetrix ligavit coccinum, dicens: Iſte egredietur prior. Ille verò retrahente manum egreſſus eſt alter.* Si Zaram paulò ante totis viribus cum fratre contendebat in ortu prioritatem, proindeque in domo paterna primatum, & hac de cauſa tanquam locum occupans, manum prætulit, cur tam ſubitò fratri ceſſit, ut prior naſcatur, ut primogenituræ jure in domo paterna gaudeat? cur ſic contempſit paternam hæreditatem? *Ligavit obſtetrix in manu ejus coccinum.*

D. Cyril. Al.

Quod Chriſti ſanguinem prænotabat, ut docet D. Cyrill. Alexandrin. apud Lippomanum, *coccinum* ait, *ſanctiſſimum Chriſti ſanguinem ſignat.* Zaram ergo, qui fortiter, ac viriliter contendebat cum fratre pro prioritate lucis, ac primogenituræ prærogativâ, ut in vitta coccinea pignus accepit poculum Euchariſtici ſanguinis Chriſti, ſtatim omnia alia contempſit & paterna jura fratri dimiſit, ac ſi diceret; mihi ſat eſt pignus poculi Euchariſtici, tibi cætera, ac quancumque amplam divitiarum ſuppellectilem relinquo ac dimitto: nam in hoc pignore omnia obtineo, & habeo.

Chriſti ſanguis omnium bonorum compendium.

Quæstio XLIX.

Septem expoſitiones de calculo candido, Et præcipua de Euchariſtia expenditur.

367.
Aretas.
Beda.

VAriè Interpretes, calculum candidum accipiunt. Primò Aretas, claritatem, ac excellentiam nominis Secundò Beda ait, quod calculus candidus eſt corpus in Baptiſmo candidum, poſteà verò reſurrectionis gloria refulgens.

Victor.

Tertiò Victorinus, calculus candidus, ait, eſt præclara gemma, ſcilicet adoptio hominis in Fi ium Dei. Quartò, calculus eſt Evangelium Chriſti, in quo ſcriptum eſt nomen ejus, ſive doctrina ejus pura, & candida.

D. Hieron.
Haymo.

Quintò D Hieronym Epiſtola 153. ad Damaſcũ, quæ incipit *Septuaginta*, & Haymo inquiūt, quod calculus candidus vocatur carbũculus eo quod in tenebris, quaſi carbo ignitus fulgeat, & eſt Verbum caro factum ſive ipſe Chriſtus.

368.
Aasbert.

Sextò, Anſbertus, calculus hic, ait, eſt charitas, quæ candorem habet, quia veſtis eſt, & ignem, quia amor eſt: ſic loquitur Haymo, *Habet enim charitas candorem, & ignem: candorem ſcilicet quia veſtis eſt; ignem verò, quia amor eſt, ipſa enim velut mundiſſima veſtis, operit nigredinem peccatorum; ipſa velut ignis vehementiſſimus amorẽ accẽdit in cordibus Sanctorũ.* Rectè per hunc calculum ſeu lapidem candidum charitatis veſtimentum exprimitur, cum de Sanctis Prædicatoribus in hac Apocalypſi c. 15. n. 6. *exierunt de Templo veſtiti lino*, ſeu ut alii legunt, *lapide mundo, & candido.* Et ipſum charitatis veſtimentum quod conſtat ex lapide mundo congruenter ignis vocatur. Cùm Joannes ait Epiſt. 1. n. 4. *Deus charitas eſt*, & Moyſes Deut. 4. n. 24. & Hebr. 22. n. 29. *Deus noſter ignis conſumens eſt.* Vincentibus mundum datur hic lapis, ut veſtimentum ad operiendum nigredinem peccatorum, & ut ardeant igne charitatis Dei, & proximi.

Charitas ut veſtis operit peccata, & ut ignis inflammat in amore proximi.
Apoc. 15.
1. Joan.
Deut. 4.
Hebr. 22.

De Sacra Euchariſtia.

369.
Rupertus.
Hugo.
Viegas.

Septimò Rupertus, Hugo, Viegas ſect. 6. per calculum candidum Sacram Euchariſtiam interpretantur. Et ideò per calculum quàm plurimi carbunculum intelligunt, & carbunculus appellatur, quia nimirum à carbone ſimilitudinem ducere videtur, ſicut enim carbo ſuccenſus, qua magnitudine ſubſiſtit, ea in tenebris poſitus refulget, ita & hic lapis è multis idem facere perhibetur. Si objiciatur quod carbunculus nequaquam candidus ſit, ſed igneus, reſpondet Alcazar ex Plinio lib. 37. cap. 7. quòd optimus carbunculus candidus eſt quòd viſitur etiam in pruna, quæ quo magis ſuccenſa eſt, eò minùs nigri coloris habet ſpeciem.

Alcazar.
Plin.

370.
Calculus. Corpus Chriſti.
Cant. 5.

Corpus ergo Chriſti in Euchariſtia eſt ad inſtar carbunculi porpter candorem carnis ejus mundiſſimæ & igneam vim amoris, qua rubet, juxta illud Cantic. 4. num 10. *Dilectus meus candidus & rubicundus.* Vel etiam carbunculus dicitur effectivè, quia in anima dignè ſuſcipiente eximium puritatis augmentum infundit, & luce ſuæ divinitatis mentem noſtram illuſtrat, noſtræ ignorantiæ, ac mortalitatis tenebras excludit, ac depellit, communicans ei multam ſcientiam, lucem, ac ſplendorem divinitatis rerumque divinarum. Sicut enim carbunculus in obſcuritate fulget, ſic hoc Sacramentum inter noſtram caliginoſam obſcuritatem reſplendet, & nitet, noſtramque mentem alta ſcientia illuſtrat, ac illuminat.

Euchariſtia mentem illuminat.

371.
Iſai 6.
Apoc. 2.

Tertiò, ut alii etiam explicant, carbonem, ſeu carbunculum igneum, illum videlicet, quem Angelus de altari tulerat; Iſai. 6. n. 6. ipſo mundaturus labia Prophetæ. Contra ergo duo vitia Nicolaitarum *edere ſcilicet, & fornicari*; ut dicitur hoc c. 2. n. 14. contra ergo gulam manna porrigitur, ut cibo cæleſti animus refectus quodcumque terrenum epulum parvipenderet. Contra vero luxuriam ignitam, ignitum Deus præbet carbunculum Euchariſticum: ut ignis Cœleſtis præclariſſimus cæcum tartareum ignem, quo fidelis premitur, extinguat.

Euchariſtia adverſus gulam, & luxuriam.

372.
Origen.
Matth. 13.

Quartò, eſt alia tranſlatio, ut Victorin Gemmam ſcilicet tanquam lapidem pretioſum in genere. Anſbertus egit Margaritam, ac ſi Chriſtus in Euchariſtia ſit excellentiſſima Margarita, ut explicat Origenes illud Matth 13. n. 45. *Simile eſt regnum Cœlorum homini negotiatori quærenti bonas Margaritas, invẽta una pretioſa.* Tum etiam quia ut ait Plinius lib. 9. c. 35. *Margarita ſymbolum unionis eſt*, eo, quod nullũ habeat ſimilem, Chriſti autem Cœnæ ſimilis non eſt alia; & quia hoc Sacramentum inſtitutum eſt ad unionem inter fideles generandam, ut ait D. Aug tr. 26. in Joan. *Propterea Chriſtus hoc Sacramentum in iis rebus inſtituit, quæ, ad unum aliquid rediguntur: ſiquidem ex multis granis unus panis efficitur, & ex multis racemis*

Euchariſtia magnam unionem in nobis generat.
Plinius.
D. Auguſt.

vinum confluit Tum etiam propter illam mirificam unionem quam per ſui communionem in Sacramento nobiſcum efficit, propter quam Epheſ. 3. concorporei ejus appellamur ab Apoſtolo Epheſ 3. n.6. *Gentes* ait, *eſſe cohæredes, & concorporei, & comparticipes promiſſionis in Chriſto.* Quem locum de Communione Euchariſtiæ D Cyrill. intellexit noſter D. Cyrill. Alexandrin. lib 12. D.Dionyſ. in Ioan. cap. 16. quam unionem ſummam appellavit. D Dionyſ Areopag lib de Eccleſiaſtica Hierarchia, cap de communi.

373. *Euchariſtia contra luxuriam.* Pierio. Et meritò hic calculus promiſſus caſtitatis cultoribus, ſmaragdus pretioſa gemma interpretatur, quæ adeo libidini adverſatur, ut teſte Pierio Valerian. in Hierog lib. 41. cap. de ſmaragdo, frangatur, ſi quis eam ſecum habet, in perpetranda re venerea; quod confirmatur ex Reſenda. facto Iſabellæ Reginæ Luſitaniæ, matris Regis Ioannis II. ut refert Garcia de Reſenda in ejus Chronica c. 1. cum Regina in ejus conceptione haberet ſmaragdum magni pretii fractum eſſe aſſeritur.

374. Victor. Alcazar. Quin ò, Victorinus legit, *dabo illi gemmam albam lucidam.* Unde Alcazar notat. 6. ait: *Videtur dicendum, calculum candidum eſſe adamantem, qui eſt gemma candida.* Admas invicta vi neque ferrum timet, neque ad ignem incaleſcit; ejus potentia tanta eſt, ut nil ſit adeo durum, quod ille non facilè perrumpat. Quamobrem, meritò cui datur manna Euchariſticum, datur ei etiam calculus candidus, ſeu Adamas, ad ſignificandam ingentem vim, ac potentiam, quam Deus dignè communicantibus tribuit contra Hæreticorum duritiem, ac iniquorum prævaricationem, hoſtiumque inſidias.

Euchariſtia dat magnam fortitudinem contra adverſarios.

375. Fidele. Benedictus Fidele in Pſalm. 22. verſ 2. Theoremate 4. n. 2. ex Alcazar aliam ſubjicit rationem nempe quod corpus Chriſti ideo dicitur Adamas, ut tibi ab eo caveas cum te juſtum exiſtimas, culparumque ſordium ignores expertem. Acuminatus eſt Adamas, eique ac tribulo ſive ſenti, Hebraicè idem nomen imponi-
376. tur *Samir*, à radice, nempe *Samar*, quod originem ducit à verbo *cavere*, ut perhibent Doctores. Proindeque ſicut à tribulo, imò ab enſis acumine ſic à cœleſti cavendum eſt menſa quamvis ſit vita bonis, mors eſt tamen malis. Adamas eſt duro cortice, & ſpiculata ſuperficie occurrit comedentibus.

Euchariſtia cum multo timore ſumenda.

377. Oſæ. Oculos conjiciens Oſeas ad nos Chriſtianos Chriſtum verum Deum hoc noſtro tempore adorantes ait cap. 3. n. 5. *Et pavebunt ad Dominum, & ad bonum ejus, in noviſſimo dierum.* Quomodo dicit Propheta ad bonum pavendum eſſe; ſi pavendum, quomodo bonum; Cùm timoris, & pavoris objectum ſit malum imminens cui bonum oppoſitum eſt, proindéque conſequenter bonum optandum, & appetendum, ac quærendum; quodnam eſt hoc bonum, ad quod pavendum eſt Hoc bonum ſacra eſt Euchariſtia, ut interpretatur Palacius ad citatum locum Oſeæ juxta illud Iſai. 55. num. 2. *Comedite bonum, & delectabit in craſſitudine anima veſtra*, & illud Zachar. 9. num. 17. *Quid enim bonum ejus eſt, & quid pulchrum ejus niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines*, Palacius citatus, *Sine dubio Euchariſtiam ſignificat quod eſt frumentum faciens electos, & vinum ex libidinoſis virgines*

Qui ad Euchariſtiam accedunt, paveant. Palac Iſai 55. Zach 9. Palac.

reddens, Euchariſtia bonum eſt, quod pavendum, & timendum; nam cùm ſit ſummum bonum, ſummè timendum eſt, ne quis indignè accedat, & judicium ſibi manducet; ut ait Apoſtolus 1. Corinth. 11. Pro quo ait D. Thom. D Thom. opuſcul 58 c.18. *Corpus Chriſti ſemper bonum in ſe manet, ſed juſto judicio effectus ejus mutatur in iis, qui malè eo utuntur: non quod res illa mala, ſed quia malus, quod bonum eſt, malè accepit.*

Ait Salomon Proverb. 82. num. 13. *Aperi* 378.
oculos tuos, & ſaturare panibus. Non loquitur Prov. 28.
ſapiens de terreno, ac temporali pane; quem cum nec oſſa ut carnes, nec ſpinas ut piſces habeat oculis clauſis edere, ac deglutire valdè commodè poſſumus. D. Hieron. in cap. 55. D Hieron. Iſai. ait, *Neque enim credendum eſt, quod præcipitur veſcentibus, ut ad comedendum hunc panem, quo corpore nutriuntur, oculos aperire debeant, & ſaturari panibus.* Sed ut ait Janſen. in cap. Proverb. 20. de Chriſti pa- Ianſen. ne, intelligitur, *qui deſcendit de Cœlo, & dat vitam mundo.* Non datur ergo nobis hunc ſanctum panem comedere niſi apertis, & vigilantibus oculis, cur etiam non occluſis? Quia comedentibus mors æterna timenda eſt, oculi aperti, ac vigilantes timorem oſtentant; unde Camæleontes, cùm nunquam à timore deſiſtant, nunquam clauſis oculis viſi ſunt.

Qui ad menſam Chriſti convenit, multum timeat, & vigilet.

QUÆSTIO L.

Circa calculum candidum aliæ expoſitiones, & probabiliores circunferuntur, explicatúrque vera ſententia.

379. Alcazar. ALcazar annotat. 6 per calculum candidum intelligit perfectiſſimum gradum, & ſummi pretii apud Deum (ut apud homines habetur Adamas) ad quem perventurus Epiſcopus Pergami, ſi pro Evangelio fortiter cum hoſtibus pugnet: gradus autem hic eſt altiſſima Chriſti imitatio, & maxima apud Deum gratia, quâ facilè poſſit quamlibet ſuperare difficultatem, dicens cum Paulo, *omnia poſſum in eo, qui me confortat.* Chriſtus enim pro Dei gloria totum ſe devovit, atque pro ea uſque ad mortem contra omnes ejus hoſtes decertavit, & qui in eo Chriſtum imitatur ille in alto virtutum heroicarum, & Chriſtianarum culmine conſiſtit, ac donatur à Chriſto pretioſo imitationis ſuæ calculo, id eſt, carbunculo, vel adamante, quo ſummè dives, ac lætus omnique metu depulſo animoſus, & glorioſus apparebit.

Secundò, Viegas ſect. 5. Cornelius, & alii 380.
inquiunt, quod calculus candidus eſt ſenten- Viegas.
tia felicitatis, quam Chriſtus profert in vin- Corn.
centes donabit. Calculus enim candidus veteribus ſymbolum erat, Primò rei fauſtæ, & felicitatis; unde dicitur dies felix *niveo ſignanda lapillo.* Secundò abſolutionis in judicio; ſicut calculo atro notabatur condemnatio; unde

Ovi

Ovidius lib. 15. Metamorph. ſub initium, ait.

Mos erat antiquis,niveis atriſque lapillis
Hos damnare reos, illoſque abſolvere culpa.

318. Aretas. Deinde ut notat Aretas,athletæ in agone,& vincenti dabatur calculus candidus: Loquitur ergo Joannes cùm recenter converſis ex gentiliſmo,unde alludit ad eorum calculos in ferendis ſuffragiis, victoribuſque numerandis. Et ideo Syrus & Arabicus legunt,*dabo compretum, vel ſupputationem clarum*.Ait ergo Viegas quòd Chriſtus eſt calculus nobis abſolutionis,& vitæ, & etiam quod ſecundò eſt calculus ſupputationis, quia per Chriſti opera tanquam per calculos Deus rationes ſubdit omnium hominum, ut nimirum eos,quos Chriſti imitatores reperit,gloriæ præmiis? quos verò contemptores gehennæ ſuppliciis ſempiternis afficiat. At ut ait Cornelius,hîc non agitur de calculo ſupputatorio, ſed de calculo judicali.

Syrius. Arabic.

Corn.

381. Ferrar. Tertiò, Ferrarius hîc ait calculum ſignificare rem pretioſam ſolidam & poni quaſi donarium ſummi pretii,nam princeps ſuis miniſtris ob ſervitium valdè carum donare ſolet pretioſum aliquod monile, pretioſam aliquam gemmam,vel bullam.Hic autem Dominus pro magno ſervitio habet, ut hic Epiſcopus, & cum eo alii,qui comeſſationes,& fornicationes Nicolaitarum ſuperaverint, tanquam vincentibus in præmium promittitur nobiliſſimum donarium, quod calculus appellatur propter ſoliditatem, & pretioſitatem.

383. *Vera ſententia.* Hæ tres ſententiæ parum inter ſe differunt, & in idem ferè coincidunt:ac proinde calculus ſumitur pro re ſummi pretii ac gradu excellentiſſimo, quo quis conſtituitur ſummè dilectus,ac electus à Deo, ut vincens mundum, ac ſpurcitias ejus, & ab eo æternæ felicitatis ſententia donatus, ut calculus candidus apud antiquos erat ſymbolum magnæ felicitatis, glorioſæque victoriæ, ac triumphi.

384. Ad hanc ergo pretioſiſſimam rem, ſcilicet electionem, ac dilectionem Dei cum ſententia felicitatis æternæ ſuſcipiendam,maximè innovandus eſt homo. Unde D.Hieron.Epiſt.83. ad Oceanum, quæ incipit, *Nunquam fili*, pro calculo candido legit calculum novum, quem interpretatur ipſe eſſe *cor novum, & Spiritum novum*, qui Ezechiel 36. num.36. Juſtis promittitur, ut ſignificetur dona Chriſti non niſi novo cordi, & novo ſpiritui inſerenda eſſe.

D.Hieron. *Novo corde Chriſti dona ſuſcipienda.*

Ez ch 36.

385. Vaticinatur Zacharias Chriſti D. ingreſſum in Hieroſolymam, *Ecce*, ait, *Rex tuus veniet tibi juſtus, & ſalvator: Ipſe pauper aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ* Zachar. 9.n.9. Seu ut legunt Septuaginta, *ſuper pullum novum*. In quem locum Clemens Alex. lib.1. Pædagog c 5. per pullum novum, non ſolùm intelligit humanitatem, quæ Verbo hypoſtaticè unita;eſt ſed etiam reliquos homines, cum quibus per gratiam copulatur; ac ſi divinum Verbum non ſolùm ſuam humanitatem novam, hoc eſt puriſſimam, ac ſanctiſſimam requirat: ſed etiam animas noſtras ab omni inquinamento pravitatis mundatas, ac renovatas exoptet, ut in illas ingrediatur, ſedeat ac reſideat. Sic ait citatus Clemens Alexandrin.

Zach 9. Septuag.

Chriſtus animas ab omni vetuſtate renovatas exoptat.

Clem.Alex.

Non ſatis, ſcilicet Propheta, *habuit ſolùm dixiſſe pullum ſed etiam novum ei adjecit,humanitatis, quæ in Chriſto unita eſt, novitatem & ſenii expertem cum ſimplicitate æternitatem oſtendens: tales autem nos novos pullos, qui infantes ſumus, divinus noſter ait pullorum Dominator.*

Frequentiorem annorum renovationem imperabat Judas Machabæus, qui recepta urbe, & expiato templo, *ſtatuit, ut ageretur dies dedicationis altaris in temporibus ſuis ab anno in annis*, 1 Machab.4 n.58. hoc eſt, *ſingulis annis*.Quæ feſta *Encœnia*, hoc eſt, feſta renovationis dicebantur, ut ad memoriam templi ſemel renovati, novis ſemper virtutibus exculti, animi ac mentes renovarentur. Tamen D. Paulus non anniverſariam, ſed quotidianam renovationem poſtulabat: ſic ait Hebr.3. n 13. Hebr.3.
Adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur. Seu ex Græco legi poteſt. Græc.
Ædificate vos. Hoc eſt renovate vos novumque ædificium ædificamini in Chriſto per ſingulos dies. Nam ut ait ibi Theodoretus, *quotidie oportet eos, qui vivunt, ſui curam gerere: ne peccatum loco occupato in noſtro corde faciat impreſſionem.* Theod.

386.

QUÆSTIO LI

Quare cum manna abſcondito adjungitur calculus candidus?

PRo ſolutione quæſtionis advertendum eſt id quod tradiit Aretas, quod calculus candidus dabatur vincentibus in ſtadio, vel theatro ad quem morem alludens Zœnzonius antiquus Poëta, triumphalem Servatoris noſtri diem hoc endecaſyllabo cecinit. 387. Aretas.

O diem feſtum populis, diemque
Candidum, qui nos radians beatos
Reddit,hunc ſigna niveo quotannis
Muſa lapillo.

Ecce cur cum manna abſcondito conjungitur calculus candidus cui enim Deus dat ſuum manna abſconditum,ſpirituales nempe conſolationes tanquam carnis delicias, ac mandanas vincens,quæ juxta communiorum ſententiam, ut dixi ſuprà q 45. per manna abſconditum intelliguntur, ipſi tanquam victori dat pretioſam rem: ſcilicet electionem,ac dilectionem, cum ſententia æternæ felicitatis: vel ſi per manna abſconditum intelligitur ſacra Euchariſtia,qui eam dignè accipit, ut victoriam,ac trimphum de omnibus referens celebratur,ac notatnr. 388. *Qui accipit Euchariſtiã de omnibus victor.*

Secundò, Rupertus hîc ſic ait, *quæ utilitas conſequitur accipientem hoc manna? Ait: & dabo illi calculum candidum. Qui enim dignè percipit hoc Sacramentum, ſic reſurget in noviſſimo die, ut corpore novo candorem habeat ſolidum, candorem ſempiternum, ſitque corpus ejus quaſi calculus, id eſt, ſplendida immutatione ſolidatum.* Cui datur manna Euchariſticum promittitur calculus candidus ſplendens,fulgidus, ac ſolidus; qui enim dignè accipit hoc divinum pabulum, ſic purgatur ac nobi ita 389. Rupertus. *Ab Euchariſtia vita conſurgit & mors fugatur.*

nobilitatur, ut etiam ſi videatur in pulverem reductus, ſic inde reſurgat, quaſi lapis pretioſiſſimus, & ſplendidiſſimus, omnique ejus ſoliditate, fulgore, ac elegantia donatus.

390. Statis nota & vulgaris eſt ſterilitas Abrahæ, ac Saræ: hi ſub peregrino habitu Dominum excipiunt hoſpitio, & poſt menſam appoſitam, ac cibos præparatos, & convivium celebratum; inter converſandum ait Dominus, *revertens veniam ad te tempore iſto, vita comite, & habebit filium Sara uxor tua*, Geneſ. 18. n. 10 Miraberis ſanè, & cum Sara ridebis, quod ab hominibus ſterilibus: & à ſenio confectis ac è membris emortuis vitaliſſimum generationis opus ſperari poſſet: Unde ſeniles artus ſic potuerunt repueraſcere, imò vivificari? Perpende in eorum domo celebratum eſſe convivium, ubi vitulus teneriimus umbra ſacræ Euchariſtiæ appoſitus eſt; non ergo mirum quod à cœleſti convivio, vitarum fontes emanent, & artus jam demortui, ac ſenio confecti in vitam excitentur; ſic enim à cœleſtis menſa omnia reviviſcunt, ut mors ipſa convertatur in vitam, & ex putridis cadaveribus homines reformentur vitaliſſimi. D. Chryſolog. ſerm. 69. *Dominus ad Abraham velut hoſpes adventat invitatus tota dignatione ſuccedit, oblata non reſpuit appoſita velut eſuriens: & laſſus aſſumit. Hinc eſt quod emortua mox ſenis membra reviviſcunt; ſterilis vetulæ jam viſcera ſuſcitantur extincta, & natura in vivo cadavere perſepulta preditura ſuum reſurgit authorem, & generat plurimos per unum.*

Geneſ. 18. Ab Euchariſtia mortui excitantur in vitam.

D. Chryſ.

391. Ex quo ſapienter conicit D. Amedæus homil. 1. de fructibus ſanctiſſimæ Virgin. Mariæ; quod ex eo Adamus in mortem incidit, quia comedit de ligno ſcientiæ boni & mali, non verò de ligno vitæ, quod ſacram Euchariſtiam adumbrabat, quia ſi de illo comederet nunquam mortem guſtaret. Sic ait citat. Pater: *Inter hos, & horum media conſurgit arbor, quam diximus, ſalutifera generans cibum vitæ, & manna cœleſte: Manna habens omne delectamentum, & omnem ſuavitatem, ad quod ſi primus Adam attingeret, mortem non guſtaret in æternum.* Hoc remedio ſe poterat munire Adam adversùs mortem à ſerpente quæſitam, ſi nimirùm unam umbram Euchariſtiæ attingeret, ac guſtaret.

Geneſ. 2. n. 9. — Umbra Euchariſtiæ à morte nos defendit.

QUÆSTIO LII.

Quare in calculo candido ſcribitur nomen novum, & quidnam ſit hoc nomen novum?

392. Dicitur in calculo nomen novum ſcriptum: non ſat erat, quod voce diceretur, ad quid ultra ſcribitur? abſque dubio quod ſcribitur diutiùs perſeverat, quàm quod ſolùm ore profertur. Hinc D. Bonavent. in c. 1. Luc colligit rationem ob quam Zacharias ſcripſerit nomen Joannis, & rectè, ait, dicitur ſcriptum nomen Joannis ob indelebilem firmitatem, ut indiceretur nomen ejus ſcriptum in libro vitæ. D. Auguſt. in illa verba Pſalm. 44. n. 2. *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis*, ait, quare linguam ſuam dixit calamum eſſe ſcribæ? *Quia quod lingua dicitur, ſonat, & tranſit, quod ſcribitur manet, cum ergo dicat verbum, & verbum quod dicitur, non ſonet, & tranſeat, ſed dicatur, & maneat, ſcriptis hoc maluit comparare, quàm ſonis.* Ut ergo declararet ſtabilitatem ſuæ prophetiæ, ait quod ejus lingua efformabat non tam vocem, quàm Scripturam; Ecce cur nomen novum Filii Dei non dicitur tantum, nec ſcribitur quomodocumque, ſed in lapide exaratur, ut denotetur à Chriſto quod per ipſum non ſtet, quin in nobis tale nomen ſemper fixum, & permanens ſit, ſed ex noſtra culpa provenit, quod nomen Filiorum adoptionis Dei deleamus.

D. Bonav. Luc. 1. Quod ſcribitur indelebile eſt.

D. Auguſt. Pſalm. 44.

393. Quid ergo ſit hoc nomen novum? genuina & germana expoſitio eſt; nomen novum, ut juſtus ſit, & dicatur Filius Dei, hoc nomen novum refert Beda ad eos, qui baptiſmo candidati ſunt; ſive quia à Chriſto dicuntur Chriſtiani; ſive quia à gratia infuſa ſanctificante dicantur Filii Dei per adoptionem, nam naturalis ipſe ſolus Chriſtus eſt; & dicitur nomen novum ſanè, quia denuò à gratia, & juſtitia communicatum eſt, ſive quia novos facit, quibus datum eſt, ut Filii Dei appellentur; oportet enim illos veterem exuere hominem, depoſito gravi jugo peccati ſub poteſtate Principis tenebrarum. Sanct. Victor. Epiſcop. Pictav. *Gemma alba, ait, adoptio in Filium Dei nomen novum Chriſtianum eſt.* In hac ſententia ſunt Viegas, Ribeira, Alcazar, Cornelius, Eſtius, Tirinus, & alii.

Genuina ſententia.

Sanct. Vict. Viegas. Ribeira. Alcazar. Corn. Eſthius. Tirin.

394. Secundò, D. Auguſtinus in præſenti interpretatur quod nomen novum ſit *notitia filii hominis*. De notitia ejus divinitatis interpretatur Richardus Victor. lib. 1. in Apocal. p. 2. c. 7. *In calculo igitur, ait, candido nomen novum ſcriptum nobis dabit; quia divinitatis ſuæ notitiam nunc à nobis valde remotam, nobis manifeſtabit.* Ecce manna cœleſte victori promittitur; ecce ſuaviſſimæ Euchariſtiæ epulæ nobis parantur; & quid neceſſum eſt ibi præfigi nomen novum, id eſt, imprimi notitiam Filii Dei, quia hoc divinum manna maximè illuſtrat, & illuminat mentem in his, quæ ſunt Dei, ex quo enim manna abſconditum accipimus, jam clara divinitatis notitia nos expectat illuſtrandos. Unde non mediocre argumentum habent, quod videbunt Jeſum in gloria, qui illum modò ſub Sacramentorum umbraculis dignè venerantur. Ità Algerus de Sacrament. lib. 1 c. 3. *Non eſſet miſericordia Dei, & juſtitia condignum, ſi eis honoris viciſſitudinem non reprehenderet in manifeſta viſione ſuæ majeſtatis, à quibus dignè ſuſceptus, & adoratus eſt in occultis, & peregrinis Sacramentorum ſuorum figuris.* Quod ſanè ſapientiſſimè eſt excogitatum; petit enim æquitatis ratio, ne Deus ſuæ præſentiæ copiam neget illis, à quibus etiam ejus umbra in magna æſtimatione digna fuit habita, ac venerata.

D. Auguſt. Richard.

Euchariſtia illuminat intellectum.

Alger.

395. Tertiò, nomen novum multi & graves Doctores intelligunt ſacratiſſimum nomen Jeſu. Rupertus, *hoc utique novum nomen, id eſt, ex novo homine Chriſto.* Nempe Jeſu nomen. Pro quo adverte, ut jam dixi, D. Hieron. Epiſt. 83. quæ eſt ad Oceanum; pro calculo candido legit *calculum novum*, quem interpretatur cor novum & ſpiritum novum, qui Ezech. 36, juſtis pro

Rupertus. D. Hieron. *Jeſus nomen novum in novo corde inſcribitur.*

promittitur: Ac ſi ca'culus, & novus, cur etiam
novum ei inſcribitur? Ut ſign ficetur nomen
Jeſu novum nonniſi novo cordi & ſpiritui in-
Epheſ. 4. ſerendum. Unde D. Paulus ad Epheſ.4. n.23.
*Renovamini ſpiritus mentis veſtræ, & induite
novum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt*
Salmeier. *in juſtitia, & ſanctitate veritatis.* Ubi, per novum
Rom. 13. hominem Salmeiron Chriſtum D. interpreta-
tur. juxta illud Rom.13.n.14. *Induimini Do-
minum Jeſum Chriſtum.* Poſtulat ergo D Paulus
ut prius Epheſii renoventur, & poſtea novo ho-
mine induantur; ac ſi d cat: ut Chriſtum reci-
piatis, neceſſe eſt ut prius ſpiritus mentis veſtræ
renovetur, neque enim novus homo Chriſtus
in veteri mentis hoſpitio commoratur: ſicut
nec nomen Jeſu nonniſi novo cordi, & novo
ſpiritui inſeritur.

396. Et nota quod hoc nomen novum Jeſu ſcri-
bitur in calculo candido, ſive limpidiſſimo la-
pide, quia hoc ſacratiſſimum nomen lapis eſt
ad ſuorum munimen, & ad conterendas omnes
rebelles nationes, omneſque noſtros adverſa-
rios. Exiit David in bellum adverſus Phili-
ſtheum, eique dixit. *Tu venis ad me cum gladio,*
1. Reg. 17 *& clypeo; ego autem venio ad te in nomine Do-
mini.* 1. Reg 17.num.45. Sic ex parte ſua David
Nomen Jeſu hoſtibus armis & telis ſolùm opponit nomen
lapis ad nos Dei: tamen cum ventum eſt ad pugnam tulit
tuendum, limpidiſſimum lapidem, quo poſito in funda
ac proſter- hoſtem dejècit, & glorioſus triumphator eva-
nendos, ſit. Sic ibi dicitur, *Miſit manum ſuam in peram,*
hoſtes. *tulitque unum lapidem, & fundâ jecit,* &c. Sic
pro te non aliud telum ſtat, quàm nomen Dei,
ad quid recurris ad lapidem; quid nomen Dei
cum lapide? Planè nomen Dei lapis eſt, qui nos
tuetur, victores conſtituit, ac pertinaces im-
pios proſternit, & conterit; ubi nomen Dei
ibi lapis, ac ſi ipſum nomen Dei ſit lapis ad
hoſtes proſternendos.

397. Quartò nomen novum, novam ac præcla-
Magnas di- ram excellentiam indicat, quam homo habet
gnitas ex & accipit, ex quo guſtavit Euchariſticum man-
Euchariſtia. na; nomen dign tatis index eſt, non enim in
magno viro vacuum eſt, ut dixi tom. 1. in
Evang. lib.2 cap.4.n.4. & 45.& tom.2. cap.3.
quæſt 3.n.13.& nulla major majeſtas ac nobi-
litas poterat homini accidere quàm ipſum Deo
aſſidere, & cum magno, ac ſupremo Domino
cœnitare, & ad ejus menſam ſtare.

398. Dominus Jeſus ad parandum Paſcha ſuos
diſcipulos admonuit. *Ite in civitatem ad quem-
dam, & dicite ei; Magiſter dicit, tempus meum
prope eſt, apud te facio Paſcha cū diſcipulis meis.*
Matth 26. Matth.26.n.18. Meritò dubitat D. Hilar. Can.
D. Hilar. 30. in Matth. cur homo ille proprio nomine
non fuit appellatus; nam homo ille valde præ-
clarus erat, habebat domum anguſtam, ubi
Chriſtus magnam parat cœnam: deinde ut ait
Sanctus doctor oportebat eos ſcire, quò per-
gerent, alioquin incerti ad quem mitterentur,
quomodo miſſi, quæ præcepta fuerant, exe-
Novum de- querentur: Sane de induſtria nomen illi indi-
cus cibo Eu- tum non fuit: nam Euchariſtico convivio in
chariſtico domo ſua inſtituto, ac celebrato inde tantus
miniſtrare. honor, ac gloria illi communicata eſt ut novo
D. Hilar. nomine, novoque ſtigmate celebrandus, ac di-
cendus eſſet, ut Divinus ac cœleſtis diceretur.
Citat. D. Hilar. *Hominem, cum quo Paſcha ce-
lebraturus eſſet, non nominat, ut cum eo Paſ-
cha Domini Apoſtolos præparare ſciremus, cui*
in tempore Domini novum nomen eſſe addendum.

Et dicitur in textu: *Et in calculo nomen no-*
vum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit. Qui Eu- 399.
chariſtici convivii particeps eſt, tanta eſt illius *Dignitas*
dignitas, ut nullus ſciat & intelligat, niſi hoc *quanta ſit ab*
cœleſte pabulum deguſtet. Rupertus ad hunc *Euchariſtia;*
locum *Nemo ſcit dignitatem, ſive ingenuitatem* *non eſt qui*
nominis hujus; quantumcumque ſciat, & buccis *intelligat.*
crepantibus perſtrepat.

Deſcendens Moyſes de monte, à Dei collo-
quio, ac piè ipſo guſtato, maximè facies ejus 400.
reſplendebat, Exod. 34. n. 29. ita ut populus Exod. 34.
nonniſi velata facie Moyſem adire, & audire
non auderet. *Propter gloriam vultus ejus:* ait
Apoſtolus 2.Corinth.3.num.7. ſpeciem quan- 2. Cor. 3.
dam Divinitatis Moyſes vultu præferre viſus
eſt, qui tam multis luminibus ſplenduerit, ex
quo ait Mag. Macharius homil. 12. *Aſcendit ho-* D. Machar.
mo, deſcendit habens Deum. Et unde tandem vi-
ro claritas ut tam præclaram lucem emitteret,
ut nullus ſit, qui valeat eum intueri; niſi velata
facie. An ex Dei guſtu & menſa Angelica? Id
putat Macharius, ſic dicens *ſiquidem alebatur à
Deo, & rigabatur corpus ejus cibo alio cœleſti;*
Ex quo Divino pabulo cœleſtis alloquii, ac ci- *Honor à cœ-*
bo cœleſti alimentabatur, tantus inde illi ſplen *leſti menſa*
dor, ac excellentia, ut nullus eſſet qui eum *non eſt, qui*
apertè poſſet videre, nec fixo intuitu aſpicere *valeat con-*
Ecce quanta ſublimitas, & celſitudo à menſa *templari.*
divina, ita ut nullus ſit, qui eam valeat pene-
trare, nec contemplari, ſed ſolus ille, qui Divino
Spiritu eam deguſtat, unde ait Regius Vates,
Guſtate, & videte quoniam ſuavis eſt Dominus. Pſ. 33.
Pſal.33.n.9.

EPISTOLA QUARTA.

*Apocal.*2.*n.*18. Et Angelo Thyatiræ
Eccleſiæ ſcribe: Hæc
dicit Filius Dei, qui
habet oculos tanquam
flammam ignis, & pe-
des ſimiles aurichalco.
*Num.*19. Novi opera tua, & fidem
& charitatem tuam, &
miniſterium; & patien-
tiam, & opera tua
noviſſima plura priori-
bus.

VERSIONES.

*Oecum.n.*18. Angelo Thyatirorum
ſcribe, qui habet ocu-
los ſuos.
Vatabl. Arias. Et Angelo illius in
Thyatiris Eccleſiæ ſcri-
be, &c. pedes ejus ſimi-
les chalcolibano.
Syrus. Similes ærilibantico.
Arabicus, Cujus pedes ſunt auri-
chalcum lucidum.
*Arabic.n.*19. Jam novi opera tua.
Alii ex Græco. Novi perſeverantiam
tuam.

P 4 Primaſius

Primaſius, Noviſſima pera tua plura, quàm priora.

Syrus. Etiam tolerantiam, & opera tua hæc poſteriora, & plura ſunt primis.

EXPOSITIO XI.

401. ET *Angelo Thyatiræ Eccleſiæ*: Quiſnam iſte Epiſcopus fuiſſet, non conſtat, à multis tamen creditur fuiſſe. B. Carpum. *Qui habet oculos tanquam flammam ignis*, hoc eſt, qui videt delicta mulieris Jezabelis, de qua ſtatim fit mentio; & tacitè arguitur Epiſcopus Thyatirenus eò quòd hujus mulieris crimina non videret, ac prohiberet. *Et pedes ſimiles aurichalco*: Mentio fit pedum ſimilium aurichalco, ut fortitudo, ac conſtantia Epiſcopi Thyatiræ animetur in afflictionibus, quas propter Chriſtum ſuſtinebat, ut in illis non deficiat, cùm illis purior fiat, maiorique gloria dignus evadat.

402. *Novi opera tua*. Vera & recta ſcientia approbationis, *& fidem*, vivam, formatam multiplici virtute; ornatamque omni ratione credendorum, & decoratam purificatæ mentis intelligentiâ quæ eſt fide perfecta: *& charitatem tuam*, qua Deum, & proximum diligis; *& miniſterium*; ſecundum aliquos, officii tui executionem in actionibus Epiſcopalibus, & ſacerdotalibus: *& patientiam tuam*; in tot, ac tantis laboribus, tam generosè toleratis: *& opera tua noviſſima plura prioribus*: Tantis laboribus non es fatigatus, ſed in quotidianum augmentum virtutum tuarum profeciſti, nam cum multa prius feceris initio tui Epiſcopatus, plura etiam poſtea addidiſti.

QUÆSTIO LIII.

Quænam eſſet civitas Thyatira, & quis illius Epiſcopus ſubintellectus?

403. *Lex. Biblic.* THyatira, ut habet Lexicon Biblicum, *Urbs Aſiæ eſt non longè à Pergamo, templo quondam Aſclepiadis famoſa, cujus erat illa Lydia purpuraria, de qua in actis Apoſtolorum. Urbs erat Miſorum ſecundum alios & Colonia Macedonum ad Auſtrum Pergami, cujus & erat juriſdictionis.* Multi volunt ſic dictam Thyatiram, ex quadam radice Græca deducto nomine ab odore, vel ractificio laboris, vel contritionis: hoc non placet *Corn.* Cornelio, aliud enim conſtat fuiſſe ſuum originale etymon.

404. *Unde Urbs Thiatira ſic appellata.* Dicta eſt ergo ſic ſecundùm alios; quia Myſis urbem condituris reſpondit Deus, *ibi condendam, ubi cervus ictus & currens appareret.* Ex verbo Græco *Thyran*, quod eſt currere. Tamen *Strabo. Plinius.* Strabo lib. 13. & Plinius lib. 5. cap. 9. & alii, ſic vocatam eſſe volunt à Seleuco filio Nicanoris ob lætum nuntium, natæ ſibi filiæ derivatione facta à nomine Græco, quod filia dicitur Thiran.

Quiſnam fuiſſet ſte Epiſcopus Thyatirenſis, ad quem à Joanne mittitur quarta Epiſtola; difficile ſcitu. Aureolus exiſtimat hunc Epiſcopum fuiſſe S. Irenæum, quem primum Thyatiræ ſediſſe, & poſtea Lugduni dicit; ſed S. Irenæus cùm obierit Martyr anno Domini 304. non potuit hoc tempore nimirum anno 97. ſediſſe Thyatyræ, ubi nec ullus veterum aliquando fuiſſe eum Epiſcopum narrat. 405. *Quis iſte Epiſcopus. Aureolus*

Olim Hæretici, ut eſt apud B. Epiphanium lib. 2. contra hæreſ. 51. rejiciebant ex hoc loco Apocalypſim, quod quando hæc ſcripſit Joannes, nulla eſſet Eccleſia Thyatiræ, quibus ibi reſpondet Epiphanius: vel eſſe ex hoc ipſo admittendam; quoniam vaticinatus eſt Joannes futura in tali Eccleſia. Sed non video cur dicatur Thyatiræ his temporibus non fuiſſe Eccleſiam; nam jam ex Thyatira prodierat Lydia bona utique, ac fidelis: Actor. 16. num. 14. & poſtea Joannes in Aſia minori prædicavit, & civitates illas vicinas Thyatiræ converti ad Evangelium; cur ergo idem non dicemus de Thyatira? præſertim cùm Joannes uſque ad tempora Trajani manſerit in Aſia, & omnes Aſiæ fundaverit, rexeritque Eccleſias, ut ex Irenæo, Clemente Alexandrino probat Euſebius lib. 3 Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 23. & docet Hieron. in Catalogo, & Tertullian. lib. 4. contra Marc. prope principium, has ſeptem Eccleſias Apocalypſis appellat alumnas Joannis, quod in ipſis docuerit, & eas converterit, atque inſtituerit. 406. *D. Epiph. Actor. 16. Euſeb. D. Hier. Tertul.*

Cornelius, Menochius, Ferrarius veriſimiliùs exiſtimant hunc Angelum fuiſſe Sanctum Carpum, quoniam Martyrologium Romanum die 13. Aprilis, vocat eum Epiſcopum Thyatiræ, ut etiam eum dicunt Lippoman. tom 6. & Sur. tom. 2. citata die 13. Aprilis: Ex quibus conſtat, quod ſub hoc tempore Apoc. ipſe floruit, & ibi prædicavit, ac proinde multum probabile, quod B. Carpus fuit iſte Epiſcopus. 407. *Corn. Menoch. Ferrar. Probabilior ſententia.*

QUÆSTIO LIV.

Quare in titulo hujus Epiſtolæ ponitur: Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis.

HÆc eſt quarta Epiſtola ad Angelum, ideſt, Epiſcopum Thyatiræ, & ſub ejus nomine ad omnes fideles in Dei obſequio fervidos, ſed per imprudentiam deceptos, nam hic Epiſcopus diligens, & zeloſus erat, ſed per imprudentiam decipiebatur à fraudibus Jezabelis, ut infrà dicam. 408.

In prima fronte hujus Epiſtolæ ſcribitur, *Hæc dicit Filius Dei*: Et alta ratione primum in titulo hujus Epiſtolæ Chriſtus ſe nominat Filium Dei; arguit enim hîc hunc Epiſcopum Thyatiræ eò quòd ut dicitur n. 20 permittebat *mulierem Iezabel, quæ ſe dicit Propheten docere.* Inde ergo ſe dicit Filium Dei oſtendens non eſſe Propheciſſas niſi à ſe miſſas, & falſas eas eſſe, quæ ſe ipſas tales faciunt, ut erat hæc mulier 409. *Non eſt Prophetia, nec revelatio ſine Viſio Dei.*

mulier Iezabel; Filius enim Dei eſt primus inter illos à Deo: per quem mittuntur cæteri: non ergo eſt propheti ſſa, quam filius non miſit: Matt. 1. *Nemo enim novit patrem, niſi filius, & cui voluerit filius revelare.* Matth. 11. n. 27. Non eſt ergo ſine filio revelatio: fruſtra ergo ſe jactat prophetem: cui filius ſua non revelat arcana.

410. Alber. Optimè advertit Albertus Magnus, *Nota quod ſuperius dictus eſt ſimilis filio hominis, hic dicitur filius Dei, ut ſic oſtendatur quod unus & idem eſt filius Dei, & filius hominis.* Si ad præcedens caput num. 13. repetamus non filium habentem oculos tanquam flammam ignis, dictum inveniemus, ſed ſolùm ſimilem Apoc. 1. filio, ait Ioannes. *Vidi in medio ſeptem Candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis, oculi ejus* Chriſtus Deus, & homo. *tanquam flamma ignis, &c* Cur autem hìc eodem modo non ſcribitur, hæc dicit ſimilis filio hominis ſed filius Dei, Ut compertum habeamus eundem eſſe, & ſimilem filio hominis, & filium Dei, Chriſtum D. nempe qui verè Deus, & homo eſt.

411. Richard. Primò genuinè ad quæſtionem reſpondet Richardus de S. Victore, *Vos, ait, qui in Thyatira Chriſtum contemnendo malè vivitis, & hunc ſermonem audituri eſtis, dum eum audieritis ocu-* Deus omnia penetrat, ac intuetur. *los habere ſicut flammam ignis, animadvertite, cum occulta pravitatis veſtræ agnoſcere.* Hoc modo oſtendit fornicationes ac fraudes harum mulierum tametſi valdè occultas, & abſconditas, ſibi tamen non eſſe ignotas, qui luce ſuorum oculorum tanquam flamma ignis omnia colluſtrat penetrat, ac videt; & hac conſideratione facta maximè nos debemus abſtinere ab omni peccato ac inquinamento Secundò, *Oculi tanquam flamma ignis* quia flamma ſuæ divinæ lucis, ac ſapientiæ, omnes iniquorum technas manifeſtat diſſolvit, ac abſumit.

412. Rector illuminet doctrinâ, accendat devotione, & pravꝰ a conſumat. Tertiò, inſtruuntur Prælati, ut oculos habeant tanquam flammam ignis. Flamma illuminat, calefacit, & conſumit. Ita Rectores Eccleſiarum illuminare debent fideles ſanæ doctrinæ luce, & accendere igne devotionis, & charitatis? & malos populorum abuſus conſumere Quartò, flamma ignis excoquit proxima, refovet aſtantes: & vigilia rectoris excoquere debet mores ſubditorum, & illos algentes refovere.

413. Quintò, tacitè his redarguintur Epiſcopus Thyatirenus, quia ad ſui ſimilitudinem decebat eſſe valdè oculatus ut hujus mulieris ſcelera videret, ac in apertum ejus impoſturas traduceret: ut ſubditi ab ilis fugerent, eâque evitarent; Sæpè pro documento efficaciſſimo, ſuos ſuo exemplo commonefacit Dominus, Ierem. 25. Ierem. 25. num. 4. *Miſit Dominus ad vos, omnes ſervos ſuos Prophetas, conſurgens diluculo.* Et Ierem. 26. idem Deus objicit cap. 26. num. 4. *Quos ego miſi ad vos de nocte conſurgens.* Non alit otium magnus princeps, qui pro communi ſalute vi- D. Hieron. gilat. D. Hieron. *Per omnes, ait, populum ſuum Deus ſemper admonuit, & quaſi ipſe in vigiliis, & in excubiis conſtitutus, ſurrexit diluculo, ut* Deus dicitur vigilare ſuis conſulens, ut homo inde vigilet pro ſui cura. *ſuum populum commoneret.* Si Deus qui eſt omnino expers ſomni, & in ſumma vigilia dicitur diluculo, ac nocte conſurgere pro ſuorum ſalute, quantum debet ergo quilibet invigilare ut ſibi provideat ac prævideat; ſic & dicitur 2. Paral. 36. Paralipom. 2. cap 36. num. 15. *Mittebat Dominus Deus ad illos per manus nuntiorum ſuorum, de nocte conſurgens, & quotidie commonens.* Iib Caietanus. Caïetan. *Inſtar ſoliciti Patris deſcribitur Deus, ſurgens diluculo.* Suo exemplo monebat Dominus univerſos Principes, ac Paſtores, ut ſolidam noctem non dormiant, ut ſuum officium adimpleant; ſic & Epiſcopus ex Græca, ac Hebraïca radice idem valet ac ſpeculator, ſeu inſpector, ſeu conſiderator, ut communiter In- 1. Petr. 2. terpretes ad 1. Petr cap. 2. n. 25. ad illa verba, *Ad Epiſcopum animarum veſtrarum.*

Alta nox compellit Iacobum ut in aperto, 414. & vaſto campo ſomnum capiat, caput ſuper ſaxum informe pro molli pulvino reclinat. Quid inde cuſtodes Angelos nocturna videt in ſpecula. *Et vidit in ſomnis ſcalam, & Angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ.* Genes. 28. num 11. Noc- Geneſ. 28. turno tempore Dominus ſtat tanquam vigilans innixus ſcalæ, & ſtare loco neſcit ſtatio Philo. Angelica. Sed Philone teſte lib. de ſomnis. *Angelos tanquam magni Regis aures, & oculos vocant ſacræ literæ.* & Dominus ſtat innixus ſcalæ, & Angeli, qui ſunt oculi, & aures ejus non quieſcunt die ac nocte, ſed perpetuo motu aſcen- Deus dicitur vigilare, ut Paſtores diſcant vigilare. dunt, & deſcendunt; ſic Dominus excubias agit ut ſemper, ac inceſſanter habeat intentos oculos, & aures ſuper ſuorum ſalutem, ut illis opportunè provideat; & hac viſione ſe Dominus primum oſtendat Iacob, ut eum quem ſui populi caput, ac Principem conſtituebat, ſuo exemplo inſtrueret ut ſomnum excuteret, ſemper vigilans ſine quiete oculos, ac aures apertas haberet ſuper gregem ſuum. D. Bruno in alle- Bruno. goriis Tilm. *Bene, ait, hæc ſcalæ innixus, ſeu obfirmatus Dominus ſtare videtur ut quoque nos deceat, quod virtutum, ac vigilantiæ baculo debeamus inniti.*

Quæstio LV.

Quare in titulo hujus Epiſtolæ, poſtquam dicitur, quod filius Dei habet oculos tanquam flammam ignis, ſtatim ſubditur: Et pedes ejus ſimiles aurichalco?

IN limine hujus quæſtionis adverte 415. quod cap. 1. n. 15. de filio Dei dicitur; *Pedes ejus ſimiles aurichalco ſicut in camino ardenti?* Hoc tamen in præſenti dicuntur pedes ejus ſimiles aurichalco; illud verò ſicut in camino ardenti tacetur, & prætermittitur; tamen ſubintelligitur in camino arden Apocal. 1. ti, ſicut ſuprà hoc cap 2. num. 12. Angelo Pergami dicitur, hæc dicit, *qui habet romphœam ex utraque parte acutam*, ſubintelligitur in Apocal. 3. ore: & Angelo Sardis dicitur cap 3. n. 1. Hæc dicit, *qui habet ſeptem ſtellas*, ſcilicet in dextera, ſic & in præſenti Albertus Magnus myſticè A b. Magn. rem exponit *Dicitur, hìc ait, tantùm, quod ſunt* Maior fervor charitatis priorum, quàm præſentium. *ſimiles aurichalco ad ſignificandum, quod ſancti primi temporis, vel Prædicatores habuerunt fervorem charitatis, modò charitas eorum refriguit.* Matth. 24 n. 11. *Refrigeſcet charitas multorum.* Matth 24.

Reſpondeo ad quæſtionem, in titulo hujus 416. Epiſtolæ

Epiſtolæ ſcribitur, hæc dicit Filius Dei,*qui habet oculos tanquam flammam ignis,& pedes ejus ſimiles aurichalco.*His tacite admonetur Epiſcopus ut imitetur Chriſtum,ac prævideat ſcelera illarum mulierum, in eiſque corrigendis, ac diſſipandis habeat fortitudinem,zelum, ac ſolidam conſtantiam in adverſis inſtar aurichalci in camino,quod ibi magis perficitur, purificatur, ac ſplendeſcit n tore auri, & id quod videt oculis, pedibus ad executionem properet, & opere impleat, & ideo cum oculis conjunguntur pedes. Secundò, cum Dominus ad arguendum Epiſcopum venit, dicitur habere pedes ſimiles aurichalco,ut inde inſtruantur Prælati tales habere pedes ponderoſos & graves, ut conſiderate admodum procedant in omnibus ſuis actionibus,ac determinationibus, nec ſine magno rationis pondere aliquid faciant,& reſolvant.

Prælati omnia efficiant cum rationis pondere.

417. Rupert.

Tertiò,Rupertus,*Ubi Chriſtus,* ait, *in Paſſionis fornace aurichalcum per gloriam ſui corporis evectus in cœlum aſcendit,& inde quaſi flammeis oculis in terram aſpiciens,ſeptiformem ſpiritum miſit,quo non ſolùm Apoſtolos,ſed Apoſtolorum imitatores inflammavit, & fortes,ac bono Zelo ferventes effecit.* Chriſtus aſcendit in cœlum,& deinde quaſi flammeis oculis in terram aſpiciens, ei providit, mittens Spiritum ſanctum quo Apoſtolos replevit, eos, eorumque ſucceſſores flammeos & fortes quaſi aurichalcum effecit in adverſis,ut in nulla contrarietate nihil timerent.

Prælatus inflammatus charitate, fortitudinem habens in adverſis.

418. Ioach.

Quartò Joachimus Abbas ſic ait. *Qui habet oculos tanquam flammam ignis,hæc eſt vera forma: hæc ſpeculativa vita manifeſta traditio,aut enim ardens erit, & lucida, aut nulla, vel falſa, & quia quandiu in communi vita manet, neceſſe eſt ei aliquando operari quod bonum eſt: unde & mox ſubditur; & pedes ejus ſimiles aurichalco.* Quod latiùs ipſe explicat: Ait ipſe Abbas,commendatur huic Epiſcopo vita contemplativa in oculis, activa verò in pedibus. Lucet enim vera contemplatio per cognitionem, & ardet per charitatem: & quia activa minus lucida eſt, ideo vult Abbas comparari aurichalco illa quæ oculis, ac mente intelligit, hæc pedibus exequitur, & diſcurrit;& ideo oculi, & pedes conjunguntur, delicatior illa ut oculus, quæ fortis & conſtans in adverſis, ut aurichalcum in camino ardenti,nam tempeſtates & adverſitates potiùs inſurgunt in activam, quàm in contemplativam.

Vita contemplativa eminet cognitione,activa verò fortitudine.

419. Laurent.

Quintò, Richardus de Sancto Laurentio lib.2. tit. Quomodo Maria nobis ſervivit ſingulis membris,ſic ait: *Ipſa enim illuminat ſuos amatores ad cognitionem veri, & inflammat eos ad dilectionem boni, adverſarios eorum exterret dura comminatione ab eis, & incorruptos exurit gehennali conflagratione*: Ait quod oculi Mariæ ſunt ſicut oculi filii ſui, tanquam flamma ignis: flamma ignis quatuor habet, illuminat, calefacit, exterret, & exurit; quæ omnia miro modo cernuntur in Maria, ut patet ex citatis verbis Laurentii.

Maria ſuos amatores illuminat,& inflammat, eorum adverſarios exterret.

420. Richard.

Similiter idem Auctor lib.2.tit.de ventre affectus Virginis comparat cum pedibus filii ſui dicens. *De pedibus ejus dici pote, quod de pedibus filii, pedes ejus ſimiles aurichalco,pedes B. Virginis dici poſſunt charitativi affectus, quibus ſuos viſitat amatores, qui commendantur à tribus, à ſapientia,quæ in auro, & perſeverantia,quæ in ære,& vehementi fervore charitatis,quæ ſignatur in camino ardenti.* Superiùs diximus, quod oculi Mariæ ſunt ſimiles oculis filii ſui ſicut flamma ignis,ſic & in præſenti dicitur, quod pedes ſeu affectus ejus ſunt ſicut pedes filii ejus ſimiles aurichalco tanquam in camino ardenti,propter ejus ſapientiam,perſeverantiam, & fervorem charitatis, qui tam vehemens, ac magnus eſt,ut Virgo dicatur non ſolùm charitativa,ſeu charitate plena,ſed etiam ipſamet charitas.

421. Cantic. 7. D.Auguſt.

Cantic.7.num.6.*O quam pulchra es chariſſima in diliciis*: communiter Patres Græci, & Latini legunt: *Charitas in deliciis.*D.Auguſtin. tract.65 in Joan.*O quam bene tibi cantatur charitas in deliciis.* Deus ob ſuam infinitam perfectionem non ſolùm in concreto dicitur ſapiens, juſtus,omnipotens, ſed etiam in abſtracto ipſa ſapientia, juſtitia, ac omnipotentia, propter ſummam identitatem, quæ datur inter ipſam naturam divinam, & perfectiones attributales, ut ipſamet deitas ſit ipſa ratio formalis ſapientiæ, juſtitiæ, ac potentiæ. ſic proportionatè, quantum fas eſt liceat in creatis philoſophari, quod tam identificata eſt charitas, ac benevolentia cum ipſa Virgine Maria, ut totum quod in ea eſt,ſit ipſa charitas in ſuos. *O quam bene tibi decantatur charitas in deliciis.*Ita ſummæ deliciæ, ac perjucunditates ejus ſint ejus eximia charitas in ſuos, qua eos illuminat in fide, inflammat in amore filii, ac cuſtodit ab omni diabolico incurſu.

Maria ipſamet charitas in fideles.

422. Zachar. 2. Richard. de S.Lauren.

Ait Zacharias Propheta, cap.2.n.5. *Ego ero ei murus in circuitu, & in gloria,ero in medio ejus.* Litera Deum reſpicit,ſenſus allegoricus B. Virginem Mariam. Richardus de Sanct Laurentio lib 5. *Ipſa ſuæ charitatis flamma murus igneus nobis eſt,ſui ſplendore illuminat in agnitione filii ſui calore inflammat in ejus amore, & ut murus fortis undique nos protegit,munit ab incurſu adverſariorum.* Et cum ſuos ab incurſu adverſariorum cuſtodit murus igneus dicitur, & cur non potiùs murus æreus ut de Ieremia 1.n.18. proferrur;*Dedi te & in murum æreum.* Agnoſce altum myſterium. Auctor eſt Plinius lib.14.hiſtoriar, quod Leo quamvis fortis, & ferox viſo igne ſtatim terga vertit, & magno conatu fugit. *Adverſarius noſter Diabolus tanquam Leo rugiens,* 1. Petr.5.n.8. Inde apte Maria Virgo murus igneus: nam Diabolus crudelis leo, & adverſarius noſter cum cuſtodiam,ac protectionem Virg Mariæ ſentit,& agnoſcit, ſtatim de præda ſpem amittit,terga vertit, & magno conatu totus in fugam ſe dat.

Ierem.1. 1.Petr 5.

A muro igneo Mariæ fugit diabolus.

423. Pſal.18.

Non eſt qui ſe abſcondat à calore ejus Pſ.18. num.7.quod de B.Virg. in ſenſu allegorico à multis intelligitur,in ipſa tanquam in ſole poſuit Divinus ſponſus tabernaculum ſuum & à calore,ac flamma charitatis,ac pietatis Mariæ non eſt qui ſe abſcondat. D. tamen Amadæus homil. 1.de calore Chriſti D. dum nobis per Mariam venit, præfata verba interpretatur. *Verè magnus,* ait, *quem unigenitum Pater miſit in mundum, quem Virgo corporaliter effudit, quem Virgo concepit, Virgo peperit; annuntiatur ab Archangelo, naſcitur ex ſacra Virgine, & à Joanne adhuc inter materna viſcera clauſo præmonſtratur, ſuſceptus à ſene Simeone. Hinc per Prophetam dicitur,non eſt qui ſe abſcondat à calore ejus;quis enim ſe à calore ejus abſcondit,*

D.Amad. *Per Mariam calor & vita gratiæ.*

quem

quem infans ſerſi in utero; quo ſenex frigidus flagravit in templo Stabat Ioannes in utero materno abſconditus, & frigidus algore peccati: erat & in templo ſenex, qui frigeſcentibus artubus mortem expectabat. Exurgit Maria in montana viſitat Elizabeth: & ex utero Mariæ. Incarnatum verbum Ioannem illuminat; & inflammat, ut eſſet *lucerna lucens, & ardens.*

Joan. 5. Ioan. 5. num 35. Venit Ieſus, manibus Mariæ in templum, & ſic calefit ſenex, tantáque flamma luminis repletur, ut ipſam luminis vim inſigniter in Chriſto decantaret, *Lumen ad revelationem gentium*

Luc. 2. Luc 2. num. 32. Ecce calor, ac ſpiritus vitæ à Ieſu, manibus, ac interventu Virginis Mariæ.

Quæstio LVI.

Expenduntur opera hujus Epiſcopi, ſcilicet fides, charitas, miniſterium, & patientia.

424. Ait Deus huic Epiſcopo: *Novi opera tua*, quæ maximè digna ſunt approbatione. & inter cæteras ejus eximias virtutes, fidem ejus, ac charitatem commendat. & utramque immediatè copulat, ac connectit. Cur una nominata, aliam ſilentio non involvit? Utramque apponit, utramque conjungit; primam, ſcilicet fidem, ut principium ſalutis, eſt enim omnis boni fundamentum, lumen totius noſtræ operationis in finem debitum, inde jure optimo primum locum vendicat *ſine fide enim impoſſibile eſt placere Deo.* Poſt hanc ſequitur charitas, qua fides formatur; & vivificatur; charitas eſt conſummatio operis inchoati, ipſa quippe addit noſtris rebus, ultimam perfectionem, ac magnum valorem, ut noſtra opera, tantò pretioſiora, ac perfectiora ſint, quantò majori charitate fuerint inſignita, eò quòd in præceptis charitatis univerſa lex pendeat, ad quam Apoſtolus Paulus exhortans

Fides initium ſalutis charitas perfectio.

Coloſ. 3. Coloſſenſ. 2. num. 14. *Super omnia*, ait, *charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis.* Fides ergo inchoat, ſed charitas perficit. Clemens Alexand. lib. 2. Stromat. *Præcedit fides, timor ædificat, perficit charitas.* S. Proſper lib. 3. de Cantic. c. 15. *Charitas eſt actionum bonarum ſumma, morum ſalus, cæleſtium præceptorum finis, mors criminum, vita virtutum.*

Clem. Alex. S. Proſper.

425. Laudatur etiam in hoc Antiſtite miniſterium ejus, an hoc ſumendum ſit pro univerſo munere Epiſcopali multi autumant, tum circa officium ſuum, & dignitatem ſuam, tum circa altaria, ac divinum cultum ac etiam prædicationem Divini Verbi, in quibus omnibus hic Epiſcopus potuit fidelis inveniri, ut cum Apoſtolo dicere poſſet 1. Corinth 4. n. 1. *Sic vos exi*

1. Cor. 4. *ſtimet homo ut miniſtros, & diſpenſatores myſteriorum Dei.* At verò multò plures hoc miniſterium intelligunt de miniſtratione operatione, & obſequio infirmantibus, oppreſſis, egenis, ac pauperibus, Chriſti exhibito? & meritò ſanè, nam verum Epiſcoporum miniſterium eſt indigentibus eleemoſynas elargiri, ac miſerorum neceſſitatibus ſubvenire Ita Ambroſius, Anſbertus, Richard. Victorinus, D. Bernard. Senenſ. qui

Miniſterium Epiſcoporum eſt pauperibus eleemoſynas erogare. D. Bernard.

ſic ait; *Et miniſterium nempe in eleemoſynarum largitione, & pauperum ſublevatione, quibus de ſuis facultatibus largiter erogabat, quod eſt miniſterium Epiſcoporum. Unde quidquid ipſi theſaurizant, ut parentibus non indigentibus tribuant, vel in uſus ſuperfluos expendant, vel joculatoribus conferant, hoc totum furantur, & ſubtrahunt pauperibus Crucifixi.* Unde Iſai 3. n. 14. *Rapina pauperum in domo veſtra eſt.* Id eſt, quæ largiter, & ſuperfluè committitis in domo veſtra, pauperum rapina eſt. Iſai. 3.

Commendatur etiam Epiſcopus à patientia ſua, non ſat erat quod ipſum laudaret à fide, qua credebat in Deum à charitate, qua ipſum diligebat; ac etiam à miniſterio ſuo quo largiter multas eleemoſynas pauperibus erogabat; quomodo ergo his omnibus poſitis cùm nulli inferret injuriam, ſed potiùs quamplurima bona in multos diſtribueret laudatur à patientia, quæ malorum perſecutionem præſupponit; quia qui pie volunt vivere in Chriſto non immunes ſunt à perſecutorum tyrannide, ac impietate, ſed potiùs illâ maximè vexantur. Richardus Victorin. *Quoniam*, ait, *omnes qui in Chriſto piè volunt vivere in eum credendo, ipſum diligendo, ipſi ſerviendo, pauperibus propter Deum miniſtrando, perſecutionem patiuntur, bene ſubditur, & patientiam tuam ſcio, ſcilicet in adverſis.* 426.

Qui piè vivunt in Chriſto perſecutionem patiuntur.

Sed cur poſt eximias virtutes laudatas, poſt fidem ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, poſt charitatem, quæ eſt bonorum perfectio, additur his patientia; quaſi ſine illius adminiculo illæ virtutes non videantur Deo acceptæ? Ita videtur ſentire Tertullian in princip. lib. de patient. *Ita patientia*, ait, *præpoſita Dei rebus eſt, ut nullum præceptum obire quis, nullum opus Domino complacitum præparare extraneus à patientia poſſi.* 427. Richard.

Nullum opus Deo placitum ſine patientia.

Multis encomiis Apoſtolus celebrat charitatis magnitudinem, 1. Corinth. 13. n. 4. dicens. *Charitas patiens eſt, benigna eſt, charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.* Stylus Apoſtoli maximè ponderandus, elogia charitatis à patientia inchoat, & in eadem virtute terminat. Primùm ait, *Charitas patiens eſt*, deinde *omnia ſuffert*, & tandem concludit, ac terminat *omnia ſuſtinet.* Sed quid patientia cum charitate? Charitas omnium eſt Regina virtutum omnibus imperat, ſine illa, ac ſine vita ſunt cæteræ virtutes; quomodo ergo Apoſtolus, ut charitatem extollat, patientiæ utitur argumento: quamvis charitas virtutum Regina, ſic eſt imbibita ac germanata cum patientia, ut ab ipſa habeat charitas exordium, ac terminum, ut ab ipſa accipiat coronam, decorem, ac ſplendorem ſuum, quo ſuper omnes virtutes fulget, & quo maximè Deo placet, quantò enim major eſt charitas, tantò magis circumvallata ac munita eſt patientia. D. Cyprianus de bono patientiæ. *Tolle charitati patientiam, & deſolata non durat, tolle ſuſtinendi, tolerandique ſubſtantiam, & nullis radicibus, ac viribus perſeverat; Apoſtolus denique cùm de charitate loqueretur, tolerantiam illi, & patientiam injunxit. Oſtendit inde illam tenaciter perſeverare poſſe, quod norit omnia ſuſtinere.* Deinde oſtendit, quod ea, quæ ſunt charitatis, 428. 1. Cor. 13.

Charitas conſervatur, & coronatur media patientia. D. Cyprian.

charitatis, obſervari non poſſunt, niſi media patientia. *Deinde ut non jures, neque maledicas, ut tua ablata non repetas, ut accepta alapa, & alteram maxillam verberanti prabeas; & ut omnia peccata dimittas, ut diligas inimicos tuos, ut pro adverſariis, & perſecutoribus preces facias, non poteriſque iſta perficere, niſi patientia, & tolerantia firmitate.*

QUÆSTIO LVII.

Quare tantùm laudantur opera hujus Epiſcopi, quod eſſent plura prioribus?

429. Joach. DE hoc jam egi in Expoſitione. Deinde ait Ioachimus Abbas, *& opera tua noviſſima plura prioribus. Tantò majoris præconii, & laudis eſt, quantò perpauci ſunt, qui non tepeſcant à fervore novitio, & remiſſa converſatione, ab his, in quibus ardere videbantur, frigeſcant.* Bene laudantur opera iſtius Epiſcopi, quod opera hujus Epiſcopi eſſent plura, & illuſtriora prioribus, cùm multi ſunt, qui bene incipiunt, & magno conatu virtutem tenent, & tamen ſtatim tepeſcunt & deficiunt. Unde ait Ariſtides in Platonica, in ſtadio ille præmium tenet, non qui in exordio vehementer currit, ſed qui magno fervore in fine curſus metam tenet: ſic ait ille. *Idque ubique obtinet, ut in ipſis quoque præmiis adeo curſus ipſius non iis, qui initio retulerint, ſed qui præterirent, ſignum datur.* Vide ſuprà hoc n.q.7. num.58.

Qui bene cœpit, ne tepeſcat in virtute.

430. Ansbertus. Secundò. Ansbertus. *Sciendum,* ait, *quia in exordio Eccleſia electorum levioribus, ac facilioribus præceptis in fide ſolidata eſt, quia & ordo tenerioris vitæ poſcebat, ut a minimis inchoaret, quatenus creſcendo ad majora pertingeret,* Quod probat ex eo, quia in exordio Eccleſiæ quatuor tantùm capitula obſervanda gentibus proponebantur ab Apoſtolis. Hoc eſt ut ſe abſtinerent à contaminationibus ſimulachrorum, hoc eſt à cibis eis immolatis; *& fornicatione,* quia gentes putabant ſimplicem fornicationem non eſſe peccatum; *& ſuffocatis,* exiſtimabant eſſe Dæmonum cibum; *& ſanguine,* Actor.15. num.20. quia lambant ſanguinem morecanum, Sic pergit citatus Ansbert. *At cùm proceſſu temporis, parva ſpatia devoluta fuiſſent, creverunt ad culmen perfectionis, ita ut multi credentium cuncta mundi poſtponerent, habita pauperibus diſtribuerent, patres, matres, uxores, fratres, &c. propter vitam æternam relinquerent. Ecce ut arbitror, imò pro certo retineo, noviſſima Eccleſiæ opera plura prædicantur prioribus, quæ nunc uſque effectus ſui ſagacitate percurrunt, & uſque in finem ſæculi pertendunt,*

Actor. 15. *A minimis ad majora ſint progreſſus.*

451. Ait anima ſancta Cant. 2. n.10. *En dilectus meus loquitur mihi, ſurge, propera amica mea;* ſeu juxta aliorum lectionem ait: *ſurge veni.* Poſtulat ut ſurgat: non tamen ut ibi ſtet, & conſiſtat, ſed ut ad altiora aſcendat ut properet, & cum multa diligentia, ac feſtinatione ad ipſum veniat ſemper enim Spiritus Dei ad majora impellit animos D.Gregor. Nyſſen homil. 5. ſic ait. *Quoties dicit: Surge & veni, totus ad id quod eſt melius aſcenſioni, ea quæ deinceps ſequuntur à verbo adjiciuntur: nam qui pulchram ex pulchra jubet fieri, apertè admonet illud Apoſtolicum jubens eandem imaginem à gloria transformari in gloriam: adeo ut ſemper videatur eſſe gloria, quod accipitur, quod ſemper invenitur.*

Cantic. 2. *In virtutis via ad ulteriora procedendum.* D. Nyſſen

432. Joan. 12. Turbis ait Chriſtus D.Joan.12.n.35. *Ambulate dum lucem habetis, ut vos tenebræ non comprehendant.* Si ambulant, cur aliquando non ſedebunt, nam qui ſemper ambulat, fatigatur, & quiete indiget? Quanta differentia eſt in curſu naturali, ac in curſu ſpirituali virtutum. Qui naturaliter pedibus ambulat, quiete indiget, aliàs deficiet, & peribit. At in itinere virtutis ipſa quies mors, & interitus eſt, & idem eſt, quod ipſe quieſcat, ac non proficiat, ac quod pereat, & deficiat. D. Bernard. ſerm.49. *Ergo,* ait, *non ambulantem, ſed ſedentem à mortis tenebris comprehendi periculum eſt, & quis ſedens, niſi qui non curat proficere.* Vide ſuprà quæſt. 41 num.301.302.303.

Qui in virtute quieſcit, deficit. D. Bernard.

Apoc.2.n.20. Sed habeo adverſus te pauca: quia permittis mulierem Jezabel, quæ ſe dicit Prophetem, docere & ſeducere ſervos meos, fornicari, & manducare de idolotytis.

Num.21. Et dedit illi tempus, ut pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à fornicatione ſua.

VERSIONES.

*Arabic.n.*20. Habeo adverſùs te querelam aliquam.

*Primaſ.D.Cyprian. Epiſtol.*52. Habeo adverſus te multa, quod ſinis uxorem tuam Iezabelem, &c. manducare de ſacrificiis.

Cyrus. Quod ſinis uxorem tuam Jezabel, & docet, & ſeducit ſervos meos, ad ſcortandum, & edendum, quod idololatræ, &c.

Arias. Permittis mulierem tuam quæ dicit ſeipſam Prophetem.

Tygurina. Et ſcortari, & edere de his, quæ ſimulachris immolantur.

Occumen, Docet ut ſcortentur, & edant de his, quæ idolis immolata ſunt.

*Syrus.n.*21. Dedi illi tempus ut converteret ſe.

Aretas, Tyg. Dedi illi tempus ut reſipiſceret

piſceret à ſcortatione
ſua, nec reſipuit.
Tertul. lib. 2. pudic. Largitus ſum illi temporis ſpàtium ut pœnitentiam iniret, nec vult eam inire nomine fornicationis.

EXPOSITIO XII.

433. HABEO *adverſùs te pauca*; ſeu ut alii legunt *multa*, nam quamvis uſque modò ſecundùm tuas proprias virtutes, ac actus tuos poſitivos te maximè uſque modò laudaverim, tamen reprehenſione reum judico ex omiſſione, ac injuria tui paſtoralis officii, eo quod permittis, ſeu ſinis in Eccleſia tibi commiſſa.

434. *Mulierem Jezabel*. Extitit hæc Jezabel nobilis & potens aliqua fœmina hæretica, quæ ſe prophetiſſam mentiendo eſſe dicebat, & multum propagavit ſectam Nicolaïtarum, quod faciebat, *docere* publicè tanquam ex officio, quod nunquam licuit mulieribus, *ſeducere ſervos meos*; falſa tanquam vera eis proponendo ad credendum, *fornicari*, quod intelligitur de concubitu materiali, ac corporali libidinoſo, & vago inter quaſlibet perſonas; *& manducare de idolotytis*. Quod ſuprà explicatum eſt, id eſt, de immolatis, ſeu de his, quæ idolis immolabantur.

435. *Dedi illi tempus ut pœniteret*. Deus qui vult omnes ſalvos facere, dedit illi tempus, ut præterita mala plangeret; *& non vult pœnitere*, in quo notatur hæc mulier duræ cervicis, & multæ pertinaciæ, qua obfirmata erat, in fœda, ac lubrica ſua libidine.

QUÆSTIO LVIII.

Quænam eſſet impudica hæc mulier Jezabel?

436. ANte Chriſti adventum fuit quædam impia Jezabel, filia Regis Tyri, uxor Achab, quæ ex Tyro idolum Baal, & Baalitas induxit in Judæam, & perſecuta eſt prophetam Heliam, alioſque Dei cultores, de qua 3. Reg. à cap. 16. De nomine, ac impietate hujus mulieris, ait Rupertus in præſenti. *Jezabel nomen ejus interpretatur fluxus ſanguinis, & ipſa prior Prophetas Domini perſecuta eſt, & occidit: ante illam nullus quippe dicitur Prophetas occidiſſe.* Tanta impietas, & crudelitas ab una muliere egreſſa eſt.

3. Reg. 16. Rupertus. D. Chryſ. *Prima prophetarum mors, per mulierem.*

437. D. Epiph. Quæſtio inquirit, quænam ſit hæc mulier Jezabel. D. Epiphanius hæreſ. 51. hanc refert ad mulieres Montani, ſcilicet Priſcillam, Maximillam, & Quintillam, quæ contendebant Montanum eſſe Paraclitum: hæ tamen mulieres caſtitatem ſimulantes ſecundas nuptias damnabant; hæc autem Jezabel docebat fornicari.

438. Aretas. Ticon. Secundò, Aretas in muliere Jezabel accipit Nicolaïtas, ait: *Iezabel dicuntur Nicolaïtæ propter ſuas libidines, & impietates*. Tertiò, Ticon. Primaſ. Bruno Aſten. Rupertus, Haymo latiùs in Jezabele accipiunt omnes hæreticos effœminatos, libidinoſos, ac crudeles in Chriſtianos, quibus maxime competit nomen Jezabel, hoc eſt *fluxus ſanguinis*, quia ſanguinem juſtorum maximè effundere anhelant ob ſuam multam crudelitatem, deinde ob ipſam Jezabel uxorem Achab; qui enim aliquem in ſuis actibus imitatur, eorum nomen participat; ſed de Nicolaïtis, ac hæreticis effœminatis jam Dominus ſuprà egit, Ergo hîc aliquid novi dicitur.

Primaſ. D. Bruno. Rupertus. Haymo.

439. Alcazar. Quartò, Alcazar per Jezabel interpretatur Synagogam, ſeu Judæos, qui inſatiabili odio perſequebantur Apoſtolos, ac Chriſtianos, ſicut Iezabel perſequebatur Eliam, ac Dei cultores: & in hac ſua ſententia ipſe auctor, quæ de Jezabele hîc dicuntur, myſticè explicare contendit: unde per fornicationem accipit illicitam legalium obſervationem, quæ eſt quædam ſpiritualis fornicatio, & per idolotytorum eſum accipit nimiam familiaritatem Chriſtianorum cum Judæis. Sed contra, ubi verba Scripturæ propriè poſſunt intelligi, non eſt confugiendum ad myſticas intelligentias, atque figuras; hic autem nihil prohibet mulierem intelligere ſicut ſonat, & idolothyta ſicut ſonat, & fornicari ſicut ſonat, ergo ita accipiendum eſt. Et ideo

440. *Vera ſententia.* Eſt quinta, & vera ac genuina ſententia ad litteram in Eccleſia hujus Antiſtitis fuiſſe quandam ſpecialem mulierem proprio nomine Jezabelem dictam, quia in ſacra Pagina præcipuè in novo Teſtamento ubicumque exprimitur aliquod proprium nomen alicujus perſonæ denotat certam, & ſpecialem exiſtentiam à parte rei: atqui hîc exprimitur proprium nomen hujus mulieris Jezabel; ergo ad veritatem hiſtoriæ mulier quædam certa erat ſic dicta illo tempore in Eccleſia Thyatirenſi, quæ ſe Prophetiſſam dicebat, & ſub ſpecie ſanctitatis cœperat docere, & ſeducere fideles, avertens eos à vera pietate, & inducens in errores; ac libidines turpes. Ita Beda, & etiam Primaſ. ac Ruper. Perer. Cornel. & M. Joan. de La Haye.

Beda. Primaſ. Rupertus. Perer. Corn.

441. Et confirmatur, quia ſi Dominus intelligeret aliquid myſticum non appoſuiſſet mulierem, ſed diceret Synagogam, vel aliquid ſimile; ut dixi hoc cap. n. 9. *Qui ſe dicunt Iudæos eſſe, & non ſunt, ſed ſunt Synagoga Satanæ*. Si intelligeret mulierem imitantem antiquam Iezabelem, hoc etiam denotare, ut de Nicolaitis ait hoc c. 2. n. 14. *Tenentes doctrinam Balaam* Ergo erat certa, & determinata mulier, quæ tunc temporis erat in illa civitate.

Apoc. 2.

442. *An eſſet uxor Epiſcopi.* Quæres tamen an hæc mulier Iezabel eſſet uxor hujus Epiſcopi? Cornelius à Lapide ait quod ſententia affirmativa ſit nova, & improbabilis; tamen quod ſit ſententia nova nullo modo poteſt dici, quia Syrus expreſsè legit, *ſinis uxorem tuam Iezabel*. Et ita etiam legunt D. Primaſius, D. Cyprianus, Epiſtol. 52. & ex radice Græca Arias, *mulierem tuam*. Hanc ſententiam expreſsè tenet antiquus Aretas Cæſarienſ. Epiſcop. Cappadociæ: pro ea videtur ſtare D. Thomas cùm ait *poſſe per Iezabel intelligi aliqua mulier hujus Epiſcopi perverſa, & erronea*, Et etiam idem habet Albert. Magnus, & non diſſentiunt Richardus Victorin. Diony. Carthuſianus, D. Bernard. Cardinalis

Corn. Syrus. Primaſ. D Cyprian. Aretas. D. Thom. Albert. Richard. Carthuſian. D. Bernard.

Hugo. nalis Hugo, & ultimò hanc tuetur Joannes de La Haye.

443. Nec obſtat, quod hic Epiſcopus vir ſanctus habuiſſet uxorem impiam; quia ſæpè vidimus virum fidelem habere uxorem infidelem, & hominem ſanctum meretricem coniugem, & vice verſa, ut legimus in Oſea Propheta, præcipuè, quia poſtquam hic antiſtes ad Epiſcopatum promotus eſt ab illa omnino fuit ſeparatus purè, & caſtè vivendo. At ipſa Jezabel viro ad talem dignitatem evecto nullatenus caſtè vixit impoſterum, ſed impudicè ad actus venereos ſe convertit. Hæc dixi ut appareat, quod hæc ſententia nec eſt nova, nec improbabilis, cùm ſit tot lectionibus, ac graviſſimis Auctoribus ſtabilita.

Præoccupantur objectiones.

QUÆSTIO LIX.

Expenduntur vitia, ac turpitudines hujus mulieris Jezabelis, quæ notantur in textu?

444. HÆc execrabilis mulier *ſe dicit prophetem.* In omni ferè ſæculo hæc peſtis graſſata eſt in Eccleſia, ut aliquæ mulieres cum ſpecie ſanctitatis, ac prophetiæ exurgerent, & aſſociatæ Hæreticis eis eſſent in auxilio ad ſua prava dogmata divulganda, ac inſinuanda, ut ait D. Hieron. Epiſtol. ad Ctyſiphontem *Simon Magus hæreſim condidit adjutus auxilio Helenæ meretricis: Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum conditor choros duxit fœmineos, Marcion quoque Romam præmiſit mulierem ad majorem laſciviam: Apelles Philomenem comitem habuit: Montanus Priſcam, & Maximillam primùm auro corrupit, deinde hæreſi polluit: Arius ut orbem deciperet, ſororem Principis antè decepit: Donatus Lucillæ opibus adjutus eſt: Elpidium cœcum Agape cæca duxit: Priſcilliano juncta fuit Zella, non gente, ſed nomine.* Mulier enim aptiſſima eſt ad dec ptionem, ac fictionem. Unde ait D. Cyprian. lib de bono pudicitiæ. *Mulieres ad omnes delicatas vitiorum ſarcinas fortiores ſunt viris.*

D. Hieron. *Malæ mulieres hæreticis ſociæ.*

445. Quod confirmatur ex eo quòd juxta multorum ſententiam ut retuli quæſt. ſuperiori ſub nomine Jezabelis ſecta Nicolaïtarum, ſeu omnium hæreticorum denotatur, propter ſuas impietates, & libidines: ſed cur non potius ſub nomine Achab, qui fuit impiiſſimus, & venundatus, ut faceret malum: cur ergo nomine exoris adumbrantur hæretici? verba hæreticorum plena ſunt fallacia, ac deceptione, & cum mulier valde ſit apta, & opportuna ad fallaciam, ac deceptionem introducendam, inde ſub nomine mulieris hæreticorum ſecta adumbratur, aptiùs quàm ſub homine viri. Etherius, & Beatus lib. 1. de adoptione Chriſti, *Hæretici, ait, dicuntur filiæ, id eſt, molles, & in fide vacillantes, ac compoſiti; de quibus dicitur* Pſ. 143. num. 12. *Filiæ eorum compoſitæ, ut ſimilitudo templi.* Non eſt templum, ſed ſimilitudinem habet Eccleſiæ. Vel hæretici ſub nomine mulieris denotantur, quia omnes hæretici effœminati imbecilles, ac libidinoſi ſunt.

Cum mulier ſit fallax ac libidinoſa, per eam hæretici denotantur. Etherius. Pſalm. 143.

Secundum hujus mulieris vitium erat docere tanquam ex officio publico, & publica auctoritate, quod multorum malorum janua, & porta eſt, & ideò Paulus 1. ad Timoth. 2. num. 12. ait, *Mulier in ſilentio diſcat, cum omni ſubmiſſione, docere autem mulieri non permitto.* Et cur mulier non docebit? quæ optimè agnoſcit de Deo, quia in muliere loquente multam fiduciam habet Dæmon. ad ſua venena diſſeminanda, ſecùs verò ſi mulier tacet, omnino deſperat Dæmon. D. Paulin. Epiſtol. 8. poſt adducta citata verba Apoſtoli. *Profectò enim, ait, valet ad confuſionem malorum, ſi videant mulierem ſenſus ſuos ignorantiæ ſpecie per ſilentium tegere: diſciplinam intellectus ſui verecundo habitu confiteri, ut non audeat ſerpens tentandum rurſus aggredi deſperatione capiendæ.* Quippe ex ipſo quod mulier per ſilentium ſuos ſenſus tegit, inde fit, quòd Dæmon antiquus ſerpens deſperet, ut per ipſum antiquum malorum ſuorum inſtrumentum homines capiat, & ſuam malitiam diſſeminet. 446.

1. Tim. 2. *Mulier ad decipiendum diaboli inſtrumentum.* D. Paulin.

Et quid multum quod lingua mulieris prædicantis ſit nociva, cùm ab etiam orante cavendum ſit: ait Apoſtol. 1. Timoth. 2. n. 8. *Volo autem viros orare in omni loco;* orationem, commendans viros meminit, non fœminas voluitne fœminas ab oratione arcere? minimè, ſed cavit illas orare in omni loco. D. Ambroſ. lib 6. de Sacrament. cap. 4. *Utique ait, communis eſt oratio mulieribus, & viris; & Apoſtolus ideo viros dixit, ne mulieres uſurparent, & malè intelligerent in omni loco, & inciperent ubique clamare, quas in Eccleſia ſuſtinere non poſſumus.* Viros dicit Apoſtolus, non mulieres, quod orent in omni loco, quia à lingua mulieris etiam loquente in oratione cavendum, ac fugiendum eſt; ideo mulier non in omni loco, ſed tacitè, & in occulto. 447.

1. Tim. 2. D. Ambr. *Lingua mulieris etiam orantis cavenda eſt.*

Tertium hujus mulieris vitium, *ſeducere,* quod eſt valdè opportunum mulieris ingenium, ex quo ait D. Ephrem adversùs impudicas mulieres. *O gratiam muliebrem: ô fomentum dolorum efficax.* Ex quo ſapienter ait Tertulianus lib 5. in Marc. *Salomon, etiam, quam habuit in Deo gloriam, amiſit, per mulierem in idololatriam uſque pertractus.* Expende illud, *etiam quam habuit in Deo.* Non enim multùm eſſet, quod fœmineo ſibilo evaneſcerent bona fundata in temporali aliquo fulcro, at in Salomone, quæ in Deo fundabantur bona, ejuſque nitebantur virtutibus, prorſus oblivioni ſunt data, eo ipſo quòd à fœminis ſeductum eſt cor ejus. 448.

D. Ephr. Tertull. *Mulier valde efficax ad ſeducendum.*

Quartum hujus mulieris vitium, *ſervos meos* Quomodo unica, ac ſola mulier potuit tot, ac tantos ſervos Dei decipere? verum eſt, quod erat una, ſola, ſed mulier, & impudica, quæ eſt veluti ſagena miſſa in mari, quæ omnes ſuis blanditiis, ac lenociniis valet irritare. Eccleſiaſtes 7. num. 27. *Inveni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt, & ſagena cor ejus.* Dicitur & ſagena, qua omnes piſces ſive parvi, ſive magni capiuntur, ſic & à muliere non ſolùm parvi, ſed etiam magni viri juſtitia, ac ſanctitate irritantur, & non dicitur mulier ut ſagena, ſed cor ejus, quia mulier una eſt in uno, & determinato loco, 449.

Mulier una ad omnium depravationem ſufficiens. Eccl. 7.

loco, ac cor ejus, ſeu affectus ejus in omnes longe, latéque diffunditur. Cardinalis Hugo, *Sagena cor ejus*, ait, *quia omnes cœpit parvos, & magnos indifferenter.* Ezech. 16. n. 15. Expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti, ut ejus fieres; *ideo autem dicit, ſagena ejus cor & non ipſa: quia ſicut ſagena totum fluvium occupat, & nullus piſcis effugit: ſic cor mulieris totum vicum, vel civitatem, vel regionem in qua habitat, occupat, & omnes capit, voluntate, & deſiderio, & licèt multi effugiant ipſum, nullus tamen effugit cor ejus.* Arias legit, *Retia cor ejus*: Non tanquam unum rete, ſed ad inſtar plurium, ut nullus effugiat, ſed ut omnes capiat, ac decipiat.

Hugo. — Ezech. 16. — Arias.

450. Quintum hujus mulieris vitium erat docere *Fornicari & manducare de idolothytis*, ſeu de his quæ ſacrificabantur idolis: multoties Evangeliſta in his Eccleſiarum reprehenſionibus fornicationem, & idolothyta tam durè execratur, & abhorret; quia Gentiles recenter converſi ad fidem, exiſtimabant fornicationem, & idolothyta nequaquam peccatum lethiferum eſſe, & ideo ab Apoſtolis ſancitum ac declaratum fuit neceſſarium eſſe abſtinere ab immolatis ſimulachrorum, & fornicatione, Act. 15. num. 20. ut explicavi quæſt. 57. n. 430. de quo latè egi ſuprà quæſt. 42. & 43.

Actor. 15.

451. Sextum hujus mulieris vitium, obſtinata impœnitentia, *Non vult pœnitere.* Et hoc eſt proprium libidinoſæ cupiditatis, ut tanquam clavis affixa in ipſa homo detineatur, ut ait, D. Ambroſ. in cap. 4. Lucæ. *Quaſi clavis*, ait, *ſuffigitur anima corporis voluptatibus, cùm ſemel adhæſerit cupiditatibus demerſa terrenis difficilè in altum poteſt unde deſcendit, revolvere: actuum enim ſuorum vincta laqueis, ſæcularium delitiarum illecebris obnoxia jam tenetur.* Ex quo D. Cyprian. de bono pudic. ſic ait, *Impudicitia ſemper eſt deteſtanda, incendium conſcientiæ bonæ, mater impœnitentiæ.*

Luxuria impœnitentiæ mater. — D. Ambr. — D. Cyprian.

452. Septimum mulieris vitium, *Non vult pœnitere à fornicatione ſua.* Multorum criminum hæc mulier rea erat, nam ſe Prophetem fingebat, falſa pro veris docebat, ſervos Dei ſeducebat, ad carnes idolis immolatas provocabat, & ad alias ſimiles turpitudines; & tamen non dicitur quod de his noluit pœnitere, ſed ſolùm de fornicatione ſua; quia hæc eſt caput, & radix omnium iniquitatum, & oſtium apertum ad omne malum, ac vexillifera omnium peccatorum ac rete totius pravitatis, in qua omnia ſcelera confœderantur.

Luxuria radix, ac caput omnium iniquitatum.

453. De Magdalena ait D. Lucas 7. n. 36. *Ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovi.* Mulier laſciviæ notâ erat affecta, ſed cur non laſcivam in ſpecie vocat, ſed potiùs peccatricem in genere? Cur maluit ad commune, ac genericum recurrere vocabulum, niſi ut oſtenderet cum laſciva ſemper eſſe omnigena peccata, & quod illa, quæ laſciva notabatur, nullum illi ſcelus deficeret. Servius in catena Græca ad D. Lucam, *Appoſitè dixit*, ait *ecce mulier peccatrix, utpotè non uni, ſed omnibus peccatis, adeoque fornicationi obnoxia.*

Luc. 7. — Ubi laſcivia, ibi omne ſcelus. — Servius.

454. Samaritana illa mulier poſt longum cum Jeſu colloquium de ejus divinitate perſuaſa, Joan. 4. numero 28. *Reliquit hydriam ſuam, & abiit in civitatem, & dicit illis hominibus, venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci.* Sed in quo dixit illi Jeſus univerſa, quæ ipſa fecit? ſi enim conſideremus verba quæ à Chriſto dicta ſunt mulieri, hoc unum tantùm invenimus, *Quinque viros habuiſti, & nunc quem habes, non eſt tuus vir.* Ecce Jeſus tantum illi dixit verbum de viro adultero à ſe habito, quomodo ergo illa non tantùm hoc delictum, ſed omnia à ſe perpetrata à Chriſto eſſe manifeſta dicit? in illo enim uno crimine omnia delicta, maleficia, perjuria, homicidia, & alia dicebantur, omnia enim alia ſcelera cum ſcortationis peccato veniunt. D. Chryſoſtom. tract. de Samaritan. tom. 6. *Unum tantum dixit ei*, ait, *ſcortationis peccatum Chriſtus, & illa relictâ hydriâ currit ad urbem dicens, Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci.*

Joan. 4. — In laſcivo omnia ſcelera eſſe reputantur. — D. Chryſ.

Apoc. 2. n. 22. Ecce mittam eam in lectum, & qui mœchantur cum ea in tribulatione maxima erunt, ſi pœnitentiam ab operibus ejus non egerint.

Num. 23. Et filios ejus interficiam in morte, & ſcient omnes Eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutans renes, & corda, & dabo unicuique veſtrûm ſecundùm opera ſua.

VERSIONES.

Vatabl. Arias. Ecce mitto eam in lectum, & mœchantes cum ea in afflictionem magnam.

Arabicus. Ecce mittam eam in lectum doloris.

Primaſ. Mittam eam in luctū.

Syrus. Ecce projicio eam in ventrem.

Gagnæus ex Græco. Mittam eam in infirmitatem.

Pag. Tygur. Et qui adulterio miſcentur cum ea.

Arias. n. 23. Et filios ejus interficiam in mortem.

Vatabl. Pagn. Tygur. Et liberos ejùs interficiam morte, &c. quod ego ſum ille ſcrutans renes.

Primaſius. Scrutator renum, & cordis.

EXPOSITIO XIII.

455. Schol. Græca. MITTAM eam in lectum. multa Scholia Græca habent; *in infirmitatem*, hoc eſt, talem ægritudinem ei immittam, ut gravi morbo percuſſa jacere in lecto cogatur. Alii legunt, *in luctum*, nam qui in morbo eſt, in luctu in lachrymis eſt. Syrius, *in ventrem*, nam in Græco lectus ac venter, unica littera differunt, in cujus immutatione facilè potuit eſſe error. *Et qui mœchantur cum ea*: Quamvis mœchia propriè ſit copula carnalis alicujus conjugis cum alio viro, vel è contra; hîc tamen ſumitur pro omni concubitu vago, & inordinato. Exod. 20. numero 14. hoc præceptum. *Non mœchaberis*, prohibet omnem concubitum præter legem matrimonii.

Qui in morbo eſt, in lachrymis eſt.

Exod. 20.

456. *In tribulatione maxima erunt*, Per hanc tribulationem multi intelligunt pœnas adulteris impoſitas, alii devaſtationem quam tota Aſia paſſa eſt à Turcis. Aptiùs D. Thomas damnationem corporis, & animæ in Inferno: *Niſi pœnitentiam ab operibus ejus egerint*. Sub operibus intelliguntur effectus, verba, & cogitationes.

D. Thom.

457. *Et filios ejus interficiam morte*; Sub nomine filiorum accipiuntur filii Jezabelis, ſive ex legitimo thoro, ſive ex uno concubitu, ſive diſcipuli: ac compartcipes ejus doctrinæ. *Interficiam morte*, dirâ, & acerbâ morte. percutiam. *Et ſcient omnes Eccleſiæ*: Ex hoc univerſalis Eccleſia diſcet, & agnoſcet; *quia ego ſum ſcrutans corda, & renes*; abdititiſſima cordis Jezabelis arcana, ejuſque cogitationes ſecretas penetrans, & intuens quod eſt proprium Dei. *Et dabo unicuique veſtrum ſecundùm opera ſua*, mercedem ſcilicet, vel pœnam.

QUÆSTIO LX.

Quare Jezabeli in pœnam ſuorum delictorum minatur Chriſtus quòd mittenda ſit in lectum?

458. Græcus. NOſtra Vulgata cum communi lectione habet, *Ecce mittam eam in lectum* Tamen Græca exemplaria habent, *Ecce mitto*, de præſenti, pro quo ait Richardus Victorin. *Notandum, quod non dixit mittam, ſed mitto, ut præſentia temporis formidinem incuteret timoris*. Ut ita cogitata pœnæ præſentia, quod non longe remota ſit, ſed jam in foribus, frænum ſit ad cohibendum à peccatis, & hoc tamen ſumma pietate, ac miſeratione cum ſubdit *niſi pœnitentiam egerint*, & ita comminatione *mittam in lectum* timore percutit; & objecta pœnitentia ſpe allicit ad veniam. Citat. Richard. *Diligenter notandum, ait, quod Divinæ pietatis miſeratio, nequaquam abſolutè, & ſimpliciter dixit, mitto, ſed temperavit comminationem, dicens, niſi pœnitentiam egerint ab operibus ſuis: noluit enim per effrænatum terrorem peccatores præcipitari in deſperationem, ſed per temperamentum comminationis eos revocare, ſi pœnitere vellent ad confidentiam ſuæ miſerationis*. Vide ſuprà quæſt. 37. n. 271. Ad quæſtionem.

Richard.

Cum ſpe & timore agendum.

Primò aptè ac genuinè Pannonius, Andreas Cæſarienſis mittam eam in lectum; *Ecce dejiciam illam in ægritudinem*. Similiter Aretas: Id eſt, percutiam eam gravi, ac duro morbo, ut quæ modo in voluptatem peccatorum ſuorum lecto quieſcebat, decumbat nunc lecto dolorifera ægritudinis, ut inde tranſeat ad lectum gehennalem, in quo damnati cubant: & hæc eſt illa duplex contritio de qua loquitur Hieremias 17. num. 18. *Duplici contritione contere eos*, nempe pœna in hac vita, & futura ut viſis ejus doloribus, ac infirmitatibus alii emendentur D. Paſchaſ. de corpore Domini cap. 8. *Variis languoribus* ait, *ideo cruciabantur quidem, ut corrigerentur; quidam verò, ut jam inciperent torqueri, & metu eorum cæteri ſanarentur; alioquin plagæ, & infirmitates nunquam in populo Chriſti tantum creſcerent, præſertim cum de his, qui ex Ægypto in figura ſanctæ Dei Eccleſiæ egrediebantur, dictum ſit nullum fuiſſe infirmum.* 459.

Pannon. Andreas. Aretas.

Morbus ad pœnam, & emendationem conducit.

Hierem. 17. D. Paſch.

Sed dubitabis. Mulier hæc grandia ac horribilia crimina commiſit, ut expendi ſuperiori quæſt. cur ergo ob tot ſcelera non mittitur in carcerem, vincula, ac atrociſſimas pœnas, ſed in lectum, hoc eſt ægritudinem, ac infirmitatem, ut qui cum ea ibi delitiaverant, confundantur, ac erubeſcant, videntes eam in lectulo torqueri. Haymo, *Punitur iſta meretrix in lectum, non ut quieſcat, ſed ut febre langueſcat, ut phraneſim incurrat, quatenus ea jam dicat, & agat, quæ alii audire, vel videre erubeſcant.* Hæc mulier hæreſi laborabat, & inde in phræneſim incurrit: omnis hæreticus phreneticus eſt in his, quæ dicit, & agit, ac alii vident, & audiunt ab eo. 460.

Haymo.

Secundò, in lectulo plena ægritudinum, ac dolorum projicitur meretrix tanquam in acerbiſſimum ſupplicium, nullum enim durius, ac acerbius, quàm in lectulo puniri, ubi antea illa delitiaverat. D. Ambroſ. lib. 1. de interpret. Job. c. 1. *Quid ærumnoſius, cum ipſe lectulus ad communem quietem datus, grave vulnus infligat*. De famoſa illa meretrice, quæ intexuit lectulum ſuum funibus, ut molliùs jaceret, & tapetibus pictis ex Ægypto pro libidine oculorum; dicitur Proverb 7. num. 17 *Aſperſi cubile meum myrrha & aloë, & cynnamomo*. Aſperſit cubile ſuum myrrha & aloë, quæ ſunt duæ herbæ amariſſimæ, & cinnamomo, quod eſt dulce, pro una dulcedine lectuli, pro majori tormento accepit duplicem amaritudinem. Cardinalis Hugo, *Tres ſpecies aromaticas notat, duas amaras, unam dulcem: in quo notatur, quod in carnali opere plus eſt amaritudinis, quàm dulcedinis; una amaritudo pertinet ad præſens ſæculum, alia ad futurum.* 461.

D. Ambr.

Prov. 7.

Hugo.

Tertiò, Rupertus, Anſbertus, Richard. de Sancto Victore ita interpretantur, mittam in lectulum, id eſt, in infernum. Sic ait Beda. *Juſto Dei judicio agitur, ut in lecto pœnæ jaceat æterna: quæ miſeros in lecto libidinis ſtravit.* Nomine enim lectuli infernus deſignatur, in quo miſeri damnati perpetuò jacebunt, ut miſerrimè 461.

Rupertus. Anſbert. Richard. Beda.

torquean-

Damnati in inferno cum perpetuo luctu, ac triſtitia

Iſai 14.

torqueantur. Juxta illud Iſai 14. n. 11. *Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua; concidit cadaver tuum, ſubter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.* Ex quo bene notat Ansbertus, quod ubi nos legimus *mittam in lectum*, alia lectio habet *in luctum*, quia in inferno luctus eſt amariſſimus, ſumma, & horribilis triſtitia, ac ſtridor dentium.

463. *Magna pœna mulieri quod in domo contineatur.*

Quartò, Jezabel ob ſua graviſſima crimina ut occumbat in lecto plena infirmitatum diſponitur, cur ob tot ſcelera aliud rigidius ſupplicium ei non infligitur. Nullum ſanè durius, ac rigidius mulieri, quàm quod domi detineatur, & extravagari ac deambulare non valeat, cùm valdè ingenio mulieris inſitum ſit, extra domum curſitare, ac degere. Ait JESUS Phariſæis parabolam, *Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, ſi perdiderit unam ex illis*, &c.

Luc. 15.

D. Baſil. Sel.

Luc. 15. n. 4. Una ovis introducitur quæ non ſtat cum ſuo paſtore, ac toto grege, ſed ab eo diſcedens, errans vagatur per montes, valles, ſylvas, ac campeſtria, ut ponderat D. Baſil. Seleuc. orat. 26. Cur non potius introducitur à grege diſcedens, ac errans aries, agnus, vel vitulus, ſed ovis? Ovis fœminei generis eſt, cui maximè ingenitum eſt, non ſe continere in uno loco, ſed per varia ac diverſa campeſtria, & amœna circuire, & vagari.

464. Primaſ.

Quintò, Primaſ. *Lectus*, ait, *datur intelligi ſecuritas delinquentium, quam ſibi per impunitatem criminum ſæpè flagitioſi promittunt, cum peccantes experti non fuerint præſentis iræ vindictam, & pœnitentiam eatenus negligunt donec repentinus eis ſuperveniat interitus, ſicut dolor parturientis, & non effugient, à Deo autem in hoc ſecuritatis neglectum dari dicuntur, quem latenti quidem, non tamen injuſto judicio deſeruntur.* Ita Ansbertus, D. Thomas, & alii.

Ansbertus. D. Thom.

Lectulus eſt ſecuritas, & impunitas peccandi, in qua peccator, quaſi in molliſſimo lecto quieſcens ex uno ſcelere in aliud præcipitatur, & in hanc deceptoriam ſecuritatem tunc reprobi incidunt cum peccantes experti non fuerint præſentis iræ vindictam, & pœnitentiam eò uſque negligunt donec repentinus ſuperveniat interitus, ut ita miſerrimè in perpetuam damnationem ruant.

465. Ezech. 16. *Nulla pœna ſumma pœna.*

Ezech. 16. num. 42. *Et requieſcet indignatio mea in te: & auferetur zelus meus à te, & quieſcam, & non iraſcar amplius.* Summa ira eſt, non iraſci in hoc ſæculo, ſed permittere malitiam impunitam, ac hominem in ſuis ſceleribus, ac peccatis volutari, & ideo pro magna pœna comminatur Deus peccatori; non iraſcar amplius. Eleganter D. Auguſt. ſerm. 37. de verbis Domini. *Vis noſſe nulla pœna quanta ſit pœna, Davidem interroga, qui ait* Pſalm. 9. n. 33. *Irritavit Dominum peccator? Quare? Quid vidiſti? Vidi peccatorem impunè luxuriantem, & exclamavi: Irritavit Dominum peccator, quare hoc dixiſti? Vide quid ſequitur, ſecundùm magnitudinem iræ ſuæ non quæret. Ideò nempe non exquirit, quia multùm iraſcitur parcèndo cadit, ſed juſtè cadit.*

D. Auguſt.

Pſalm. 9.

466. Num. 12.

Contra Moyſem obmurmurarunt Maria, & Aaron, fratres ejus ob uxorem Æthyopiſſam, & ob hoc peccatum ſubdit text. Num. 12. n. 10. *Ecce Maria apparuit candens lepra quaſi nix.* Ecce expreſſa pœna qua Maria mulctata eſt, de Aarone verò nihil exprimitur in textu, de eo tamen ait Theod. q. 23. *Parem pœnam Deus Aaron non inflixit*: Supponit magnus Doctor, quod aliquam pœnam reportaverit Aaron, ſed quænam hæc pœna cum nullam exprimat ſacer textus, ſi nullam narrat ſcriptura, quænam fuit hæc pœna? Illa nempe quæ notatur in textu quòd nulla fuerit, & alia rigidior aſſignari non poterat, quàm quod nulla eſſet ei pœna inflicta: nam diſſimulatio ſupplicii, ſignum rigoris, caſtigatio verò amoris nota. Apocal. 3. *Ego quos amo, arguo; & caſtigo.*

Theod. *Pœna diſſimulatio grande ſupplicium.*

Apocal. 3.

467. Pſal. 138. *Calamitas ſignum amoris Dei*

Pſal. 138. n. 3. *Intellexiſti cogitationes meas de longè.* Ex Hebræo legit Hector Pintus in c. 9. Daniel. in annot. Hebr. *Intellexiſti calamitates, vel amores.* Idem eſt enim amor, ac calamitas, vel labor, nam quos Deus amat, dat labores, & laboribus vexari ſinit.

QUÆSTIO LXI.

Quare mœchantes cum Jezabele, ac filii ejus tam diro ſupplicio afficiuntur? Et quænam ſint hi filii ejus.

468. Dicitur in textu, *Et qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt.* Quàplùrimi ſunt Auctores in præſenti qui nomine Jezabelis impiiſſimæ, ac turpiſſimæ Dei prophetarum interfectricis hæreticos interpretantur, Dei ſervos interficientes, ſicut per mœchiam non ſolùm corporalem, ſed & ſpiritualem nempe à fide defectum.

469. Joach.

Sed quid eſt quod non cuicumque tribulationi ſed maximæ, ac duriſſimæ ſubjiciuntur? Et quænam erit hæc tribulatio maxima? Joachimus Abbas in præſenti, quòd latè explicat, exiſtimat verba eſſe prophetiæ multarum calamitatum, quas non ſolùm illa Eccleſia Thyatiris, ſed etiam omnes aliæ Aſiæ propter ſuas hæreſes, ac crimina ſuſtinuerunt olim à Perſis, & Saracenis, & nunc etiam à Turcis. Tamen melius D. Thomas nomine tribulationis maximæ intelligit damnationem animæ, & corporis; quæ eſt ſumma, & maxima omnium tribulationum.

D. Thom. *Damnatio æterna.*

470. Similiter dicitur in textu, *& filios ejus interficiam in morte.* Quod de morte æternæ damnationis intelligo; & cum interficere idem ſit ac occidere, videtur, quòd ſuperet illud verbum in morte, tamen cum magno myſterio additum eſt, ad indicandam pœnam æternam, & ad utramque mortem, nempe corporis, & animæ exprimendam, hoc enim videtur indicare illa repetitio; *Interficiam in morte.*

471. *Qui filii Jezabelis.* Ezech. 18.

Quid nomine filiorum intelligatur, poteſt dubitari, cùm de eis dicatur, quod morte interficiendi ſint, nam Ezech. 18. num. 19, ait, *filius non portabit iniquitatem patris.* An pejoris conditionis cenſentur filii Jezabelis, ut propter ſuam libidinem ultimo plectantur ſupplicio. Aliqui nomine filiorum intelligunt complices, ac comparticipes ejuſdem ſceleris cum ipſa Jezabele, ac proinde qui veſtigia

patrum ſuorum in malo ſequuntur, pœna damnantur æterna. Richardus Victorinus. *Quos convenientius*, ait, *intelligimus per filios, quàm ſequaces ejus, qui doctrina, & exemplo matris in longinquum exercent turpitudinem paternæ pravitatis, qui & ipſi verè in mortem interficientur, quando æterna damnatione puniuntur.*

Richard.

Nomine filiorum intelliguntur complices ac diſcipuli in crimine.

472. Secundò, nomine filiorum poſſunt intelligi filii ipſiuſmet Jezabelis, ſive ex legitimo, ſive vago concubitu procreati. Non ergo mirum quod in tantam malitiam præcipitati ſint, cum mater eorum fuiſſet Jezabel, efficax in malo extitit magiſtra, peſſimaque eorum educatio ab illa exhibita impios, & peſſimos filios procreavit. Impius, ac peſſimus Rex fuit Ochozias; dicitur de eo, 2. Paralipom. cap. 22. num. 3. *Ingreſſus eſt per vias domus Achab: mater enim ejus impulit eum, ut impiè ageret.* Theodoret. *Æmulatus eſt*, ait, *impietatem patris, habuit enim ſceleratiſſimam matrem magiſtram.*

Matris impia magiſterium filios inducit in malum.

2. Paral. 22.

Theod.

473. Tertiò, poteſt conſiderari, quod hi filii licèt eſſent, vel ex matrimonio legitimo nati, vel ex adulterino concubitu ſuſcepti, maternæ malitiæ minimè participes extiterunt, nam hos videtur Scriptura ſeparare ab illis, qui cum impia Jezabele mœchati ſunt; priùs dixit textus. *Qui mœchantur cum ea; in tribulatione maxima erunt*, & poſtea ſubditis; *& filios ejus interficiam in morte*, Quomodo ergo ait eos interfecturum in morte? Tunc hoc dato, non exponendum eſt de morte æterna, ſed de temporali; filii enim ob parentum peccata, licèt ab eorum ſceleribus immunes reperiantur, pœnam tamen temporalem ſuſtinent, ſicut tempore diluvii infantes ſimul cum patribus aquarum multitudine ſunt ſuffocati, & Davidis filius in pœnam adulterii, ac homicidii emortuus eſt. Adeſt Petrus Damianus ſerm. 19. *Jonathas*, ait, *cùm & in Deum pius, & ſancto Propheta eſſet amicus, propter paterna tamen ſuperbia faſtum gladio ſubjacuit impiorum.*

Filii ſæpè ob parentum peccata, temporalem pœnam ſuſtinent

Damian.

474. Quartò, expende diſpoſitionem, ac connexionem textus: dicitur de Jezabele, *Mittam eam in lectum, & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, & filios ejus interficiam in morte.* Et quænam tribulatio maxima mœchis? nulla alia refertur in textu niſi morbus Jezabelis, hîc tribulatio maxima amatorum ejus, ſeu filiorum, hoc eſt ſequacium ejus. Infirmitas ergo Jezabelis, durum ſupplicium, ac tormentum eſt mœchis, cùm ſuam luxuriam exercere non valeant; dolet illa morbis afflicta, non tamen dicitur eſſe in tribulatione maxima, ut amatores ejus dicuntur, ac ſi plus torqueantur illi opportunitate luxuriandi ſublata, quàm illa ſuis morbis prematur, adeo flagrant cupiditate peccandi, ut morbus Jezabelis, eorum ſit tribulatio maxima, cùm ex infirmitate illius, laſcivia eorum impediatur, inſtrumento, ac materia peccandi ſublata.

Iniquo magnus dolor inſtrumento peccandi privari.

475. Figurâ ſerpentis objectâ primos parentes decepit Diabolus, venit Deus optimus Judex ob tantum crimen ad inferendas pœnas, & re examinata ac perpenſa, hanc contra ſerpentem profert ſententiam. *Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ: ſupra pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ, inimicitias ponam inter te, & mulierem: ipſa conteret caput tuum.* Geneſ. 3. num. 14 Curtam rigida ſententia promulgatur in brutum animal judicio ac ratione carens, potiùs in Dæmonem totius malignitatis auctorem fulminanda videbatur ſententia, ut rectè ponderavit Moyſes Barcepha 1. p. de paradiſo cap. 17. *Cur angui*, ait, *maledixit Deus, qui nullum ſcelus patrarat; Satanæ verò flagitii reo, noxæque nihil mali imprecatus ſit; nequeverò libero utebatur anguis arbitrio, ut poſſet ſe Satanæ pro inſtrumento non præſtare.* Deus pedibus, ac lingua mulctavit ſerpentem, ut rigidiſſimè Dæmonem referiret. Serpens in dolis texendis extitit inſtrumentum aptiſſimum, & ad diffundendum peccati venenum, ad mulierem pedibus acceſſit, & linguam Dæmoni commodavit: hinc Deus ad acerbum Dæmoni ſupplicium inferendum, ſerpentem pedibus, ac lingua mulctavit, ut Diabolus aptis inſtrumentis ad ſuam malignitatem exercendam careat, & hoc illi graviſſimus dolor; altoque dictamine res ſic diſpoſita, nam leviùs cum Dæmone ageretur, ſi ipſo percuſſo ſceleris inſtrumentum illæſum relinqueretur: duriùs ergo cum illo actum eſt, quando doloſa lingua mulctatus, & apta præparandis dolis ſerpentina aſtutia interdicitur, tantoque delinquendi ſtudio æſtuant maligni, ut opportuno inſtrumento ſceleris privari rigidum ſit illis ſupplicium; indeque leviùs ſe punitum reputaret Diabolus, ſi ſententia contra illum eſſet prolata, quàm dum contra ſerpentem ſuæ malitiæ inſtrumentum profertur. Sic pergit citatus Barcepha. *Ad hæc dicimus deteſtatum eſſe anguem, ut hoc ipſum Satanæ moleſtum accideret, qui illo utebatur inſtrumento, veluti ſi quis muſicum inſtrumentum confringat, quo eam, qui illo canebat, excruciat.*

Gen. 3.

Moyſes Barcepha.

Punitur Diabolus cum opportuno medio tentandi privatur.

Juxta regionem Geraſenorum miſerum hominem vexabat Dæmon, & cùm homo eſſet vivus eum Diabolus in horrore ſepulchri detinebat, concidens ſe lapidibus, & cùm vidiſſet Jeſum à longè ad pedes ejus Dæmon devolutus clamat: *Adjuro te per Deum ne me torqueas.* Marc. 5. n. 9. Et quodnam Dæmonis tormentum erat in hoc, explicat textus, & ſubdit: *Dicebat enim illi, Exi ſpiritus immunde ab homine.* Et quodnam in hoc erat Dæmoni cruciatus ipſe enim non mittebatur in tartara; non detrudebatur in gehennales flammas, ſed ſolùm ab humano corpore depellebatur? Cur ergo tam vehementer clamat ad Chriſtum, ne eum torqueat? Sic Diabolus humanum ſanguinem ſitit, ſic hominum pœnalitatibus præjucundatur, ut cruciandi hominem opportunitate carere ſummum ſuum reputet tormentum, ſuavior illi pœna eſſet in tartareis, ſulphureiſque flammis aduri, quàm ab homine depelli opportunitate, ac occaſione amiſſa ipſum cruciandi, ac torquendi. D. Chryſolog. ſerm. 17. *Hic adorat*, ait, *evadere cupiens pœnam, prædam perdere pertimeſcens.* Preme verba: *evadere cupiens pœnam*: ac durior inferno illi pœna erat, ab hominis cruciatu ceſſare. 476.

Marc. 5.

Maximè torquetur Diabolus dum hominem non torquet.

D. Chryſ.

Quæstio LXII.

Quare in perſona Chriſti dicitur peculiariter Eccleſiis, quod ipſe eſt ſcrutans corda, & renes?

477. Valdè mirum eſt, quod non dicitur, ſcient omnes; ſed tantùm dicitur, ſcient Eccleſiæ; nonne manifeſtum eſt omnibus, quod Deus eſt omnium agnitor, omniaque penetrans? Cur ergo non dicitur abſolute, ſcient omnes, ſed, ſcient Eccleſiæ; in quibus inhabitat Spiritus ſanctus: quia quæ ſunt Dei nemo novit, niſi Spiritus Dei, & cui datum eſt ab ipſo Spiritu illa noſcere, & intelligere. 1. Corint. 2. num. 11.

Qui ex Deo eſt, quæ ſunt Dei cognoſcit.

1 Cor. 2.

478. Richard. Secundò, Richardus Victorin ſic ait, *Poteſt quod dixit, ſcrutans corda & renes, referri non tantùm ad malos, ſed etiam & ad bonos; ipſe nimirum ſcrutatur bonorum renes, quia eorū diligit caſtitatem, ſcrutatur & corda, quia, & eorum amat mundam cognitionem.* Similiter Ambroſius, Ansbertus. Dicitur Deus ſcrutans corda, & renes? per renes intelliguntur opera corporalis luxuriæ quæ in renibus eſt; per corda verò internæ cogitationes, ut dicitur in Evangelio, *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, &c.* quia ſolùm non ſufficit munditia in corpore, niſi & ſit in corde, & utranque diligit, & quærit Deus in homine.

Ansbert.

Non ſolùm requiritur munditia in corpore ſed etiam in corde.

479. Rupertus. Tertiò. Rupertus, *Scient omnes Eccleſiæ,* ait, *ſcilicet in futuro, quando reddetur unicuique ſecundùm opera ſua. Nam cum pauci ſciunt, & diſcernunt, quando ſingulis condigna reddantur in his, quæ nonnunquam in præſenti Deo duce patiuntur; verbi gratia, Achab ſæpe quippe dictus pœnitentiam egit, ſed tota pœnitentia ejus non in corde, ſed circa renes fuit; neque enim pœnitendo curavit, aut timuit, ne à regno Dei foret alienus, ſed hoc ſolùm ne à regno ſuo privaretur. Unde & dicebat David, ne projicias me à facie tua, & Spiritum S. tuum ne auferas à me.* Cur poſtquam Dominus ſuperiori verſu minatur ſupplicium niſi pœnitentiam egerint, ſtatim modò ſubdit, quod ipſe eſt ſcrutans renes, & corda; quia verò oculis hominum ſæpè falſa pœnitentia objicitur, ideo ſubdit, quod ipſe eſt ſcrutans corda, & renes. Cum ergo ei nihil ſit incognitum; ſed omnia nota & manifeſta, inde ipſe apertè penetrat, quæ ſit vera pœnitentia, ob quam dimittendum ſit peccatum.

Solus Deus veram pœnitentiam diſcernit.

480. Joach. Quartò Joachimus Abbas, *Dicens ſe, Chriſtus, ait, facturum judicium de fornicaria Jezabel, & ſcient, inquit, omnes Eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutans corda, & renes, & reddo unicuique juxta opera ſua, quia inde una pars hypocritarum per judicii ultionem detegitur, inde multi correpti fictam deſerunt Religionem.* Quia Dominus ſtatim dicturus erat, *dabo unicuique veſtrum ſecundum opera ſua.* Et quia multa ſunt opera, quæ in oculis hominum bona apparent, cùm revera talia non ſint, ut ſunt hypocritarum, ideo præmiſit, quod eſt *ſcrutans corda, & renes*, uniuſcujuſque animum intuens, ut juxta merita à vera, & ſincera virtute provenientia debita ei præmia conferat; & inde *multi correpti fictam deſerunt Religionem.* Et unde cùm multi vident iniquos puniri, impietatem deſerentes ad meliorem frugem redeunt, 481.

Solus ille juſte præmia confert, qui animam agnoſcit.

Quintò, Aretas. *Cognoſcent omnes Eccleſiæ,* ait, *quia Hæretici occultè abominanda perpetrant, quæ videlicet vulgo abſcondita ſunt, latet enim fideles, quod illi ſub Chriſtianorum vocatione occultentur, ego qui deprehendi, notum faciam omnibus Eccleſiis, quod ego ille ipſe ſim, qui renes, & corda ſcrutatur.* Agitur in præſenti de Jezabele Hæreticorum figura inde ipſe ſe ſcrutatorem prædicat. Nonne dicebat Jezabel ſe prophetem eſſe? nonne ſub prætextu pietatis ſuos ſeminabat errores, ac ſervos Dei ſeducebat, ita ut vix ejus impietas deprehendi poſſet? Ecce cur ipſe ſe dicit ſcrutantem corda, & renes, quia ipſa hæreticorum impietas, quamvis ſit maximè abſcondita, & occultata, cùm Deo nota ſit, ab eo omnibus ejus Eccleſiis manifeſtanda eſt, ut tales Eccleſiæ ab ipſa hæreſi fugiant, & declinent.

Aretas.

Hæreticorum impietas detegenda.

Sextò, *Scrutans corda, & renes*; id eſt, 482.
Deus penetrat intima ſecreta cordis noſtri, maximaque illius abdita ei ſunt aperta, ipſeque intuetur omnes noſtras cogitationes, & actus voluntatis. In renibus ſunt actus libidinis; in corde nequitia, ac malitia; Ait ergo Chriſtus, ego ſcrutans corda, & renes, ac ſi dicat, ego ſcio, & penetro abſtruſas libidines Jezabelis, ac fautorum ejus quæ ſunt in renibus, & etiam eorum ſcelera, conſilia, ac machinationes in corde; ex quo ſe Deum eſſe oſtendit Chriſtus; quia hoc eſt proprium ipſius Dei, Pſal. 7. n. 10. *Scrutans corda & renes Deus.* 1. Paralip. 28. num 9. *Omnia corda ſcrutatur Deus.* Jerem. 17. num. 10. *Ego Dominus ſcrutans cor, & probans renes.*

Deus penetrat, & intuetur intima cordium.

Pſalm 7. 1. Par. 28. Jerem. 17.

Hic dicebat David Pſalm. 138. num. 12. 483.
Tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur, ſicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus. Hoc eſt peccata ſecreta, & in tenebris commiſſa non abſcondentur à te, quia non minùs tibi ſunt aperta, ac manifeſta quæ nocturno tempore, quàm quæ meridiano lumine perpetrantur, & ſic ad tuam notitiam referuntur, ut in nihilo tenebræ à luce diſtinguantur.

Pſal. 138.

Omnia ſunt nuda, & aperta Dei oculis.

De mundano, ac depravato homine dicitur 484.
Eccleſiaſtici. 23. num. 28. *Et non cognovit quoniam oculi Domini, multò plus lucidiores ſunt ſuper ſolem: circumſpicientes omnes vias hominum.* Nam ſol qui mundi oculus nuncupatur à D. Ambroſ. lib. 4. Exam. cap. 1. Neque utrumque ſimul Hemiſpherium, neque intima terræ viſcera, neque ſecreta cordium conſilia intuetur, quæ tamen omnia divinus intuitus clariſſimè contemplatur, ex quo eleganter ait Philo Hebr. lib. de victimas offerentibus; *Deus eſt ipſius ſolis ſol, illuſtrans ſenſibilem intelligibilis.* Sicut enim ſol res ſublunares conſpicit, & conſpicuas facit, ita Deus res omnes creatas, & inter ipſas ipſum ſolem clariſſimè videt, & viſibiles reddit.

Eccl. 23. D. Ambr.

Intima cordium Deo patent.

Philo-

Ait Jeremias Thren. 1. n. 14. *Vigilavit jugum iniquitatum mearum in manu ejus.* Ex Hebræo 485.
legi poteſt, *Punctis notatum eſt jugum iniquitatum*; Ac ſi peccata noſtra uſque ad minimos apices, & puncta indiviſibilia à Deo prænotentur, & in album referuntur, ad quod pertinet

Thren 1. Hebr.

Eccl. 24. tinet illud Sapientis Eccleſiaſt. 24. num. 19. & 20. *Cognovit Deus omnem ſcientiam, revelans veſtigia occultorum: non praterit illam omnis cogitatus, & non abſcondit ſe ab eo ullus ſermo.* Ecce obſcuriſſima rerum veſtigia Deo ſunt in promptu, & non ſolùm loquutiones oris, ſed etiam cogitationes cordis Deo manifeſtè patent.

*Ap.*2.*n.*24. Vobis autem dico, & cæteris qui Thyatiræ eſtis. quicumque non habent doctrinam hanc, & qui non cognoverunt altitudines Satanæ, quemadmodum dicunt, non mittam ſuper vos aliud pondus.

Num. 25. Tamen id quod habetis tenete, donec veniam.

VERSIONES.

*Syrus.n.*24. Vos autem, dico illis, qui Thyatiræ, ſunt, omnibus illis, qui non habent doctrinam hanc, illis hominibus, qui non noverunt profunditates Satanæ.

Arias. Vobis autem dico cæteris. in Thyatiris, &c. qui non cognoverunt profunda Satanæ.

D. Amb. Altitudinem Satanæ.
D. Thom.

Arabicus: Dico cuilibet veſtrûm non habenti hanc doctrinam novam, quandoquidem ignoratis aſtus Satanæ.

*Syrus n.*25. Verum quod habetis tenete donec veniam.

Arabicus. Tamen tenete id in quo eſtis, uſque ad tempus quo ſum venturus.

EXPOSITIO XIV.

486. VOBIS *autem dico, & cateris, qui Thyatira eſtis.* Hic ſermo ſolùm ad verè bonos, ac fideles dirigitur: *& quicumque non habent doctrinam hanc*: impiam, & perverſam Jeſabelis, cæterorúmque Nicolaïtarum: *Et qui non cognoverunt,* ſcientia approbationis *altitudines Satana,* ſeu *profunditates*, ut alii vertunt. Utitur vocabulo ipſo ſectarum Jezabelis, qui doctrinam ſuam vulgariter extollebant, eam appellantes altiſſima, profundiſſima, ſublimiſſima divina myſteria, ut ait Ribeira, ut hoc fuco hæretici ſuas velarent errorum fœditates, & Evangelicæ doctrinæ ſimplicitatem irriderent. *Quemadmodum ipſi* Ribeira.

dicunt; qui ſuos errores, & falſitates dicunt, & appellant ſublimitates, ac profunditates Satanæ, cùm ſint diabolica inventa, ac conſilia ad hominum perditiones excogitata. *Non mittam ſuper vos aliud pondus*, laborum, ac afflictionum, quam hoc, quod ab hæreticis ſuſtinetis, qui crudeli odio, ac inſectatione vos perſequuntur, ac aggravantur; vel non mittam ſuper vos aliud pondus, quàm hoc quod abſtineatis à fornicatione, & ab idolotytis.

Tamen id quod habetis tenete, id eſt, meam fidem, meamque doctrinam à meis Apoſtolis traditam vobis; *donec veniam,* utique ad judicium quo tempore vos remunerans, ab omni vos pondere eximam. 487.

QUÆSTIO LXIII.

Quare cum Satanas demerſus ſit in profundo pelagi, quid per altitudines ejus hîc intelligitur ab Evangeliſta?

DIcitur in textu; *Qui non cognoverunt*; id approbarunt 2. Timoth. 2. n. 19. *Cognovit Dominus, qui ſunt ejus.* Utique approbando, Pſalm. 1. num. 6. *Novit Dominus viam juſtorum.* Et paſſim in hoc ſenſu frequenter ſumitur in Scriptura, & ſubditur, *Altitudines Satana; quemadmodum dicunt.* Quid per has altitudines Satanæ denotetur, inquirendum eſt, cum ipſe Satanas ſit totus demerſus in inferno. 488. 2. Tim. 2. Pſalm. 1.

Et primò, Rupertus per altitudines Satanæ, intelligit ſuperbiam ejus. Ita ait citat. Auctor. *Altitudo Satana; quam nunc percutit, illa eſt ſuperbia ejus, qua ſimilis eſſe Altiſſimo contendit exigendo ſibi in idolis ſacrificari, cùm ſoli altiſſimo debeatur, ut ſacrificetur ei.* Ita Joachimus Ticonius, Beda, Primaſ. Richardus, Victorinus per altitudines, Satanæ, quem non cognoverunt, & approbarunt juſti, & boni, intelligunt ſuperbiam ejus, qua Iſai. 14. n. 14. dicit. *In Cœlum conſcendam, ſuper aſtra Cœli exaltabo ſolium meum*; & maximè illud, *ſimilis ero Altiſſimo.* Per altitudines Satanæ non ſolùm intelligunt hanc ſuam ſuperbiam antiquam, ſed etiam eam qua in dies ipſe contendit ſimilitudinem cum Deo exigendo ſibi honores, & ſacrificia in idolis, in quibus tanquam Deus habeatur, & colatur. 489. Rupert. Joach. Ticon. Beda. D. Primaſ. Richard. Iſai 14. *Superbia Satana in ſe ipſo, ac in idolis.*

Secundò, Gagnæus ait, quòd altitudo Satanæ ſit immenſum pelagus flagitiorum, ac ſcelerum, quia impius cùm in profundum peccatorum venit, contemnit, & ſemper in profundius ruit. Tertiò. Alii, altitudines Satanæ accipiunt pro ipſo Satana in profundum dejecto, & ſic exponunt, *qui non cognoverunt altitudines Satana*; ideſt, non pegigerunt fœdus cum inferno & non ſunt confœderati, cum Satana in inferno degenti. Quartò, Andr. Cæſar. altitudines Satanæ, ſeu profunditates Satanæ interpretatur ipſas profundas fraudes, & abſtruſos doloſas machinationes ejus quas juſti non cognoverunt, ideſt non approbarunt. Et cum multi legant altitudinem Satanæ, noſtra Vulgata legit *altitudines.* Reſpondent D. Thom. 490. Gagneus. 491. Andr. Cæſ. D. Thom.

Prima.

Prim. Multiplex eſt malitia diaboli in tentando. Primaſ. quia non una eſt ejus altitudo, ſed multiplex, non una ejus malitia, & aſtutia, ſed plurimæ fraudes, ſtratagemata, ac verſutia in tentando opprimendo, ac nocendo hominibus: de quo late Caſſian. collat. 7. c. 32. Ideo ipſe vocatur Nocentaurus, Baſiliſcus, Leo, Draco, Urſus, &c.

492. D. Ambroſ. Quintò D. Ambroſ. per altitudines Satanæ intelligit legalia Judæorum obſervata ſimul cum Evangelio, & quod talis obſervatio profunde demergat in Judaïſmum, & obſervantes valdè addicat Satanæ & quod de his hic ſit ſermo, colligitur ex ſequentibus: *Non mittam ſuperbiæ aliud pondus*; id eſt, non ultra onerabo vos legalium obſervantia; exceptis paucis, quæ vobis mandarunt Apoſtoli mei, ut abſtineatis vos à fornicatione & ab idolotytis.

493. Alcazar. Sextò, Alcazar. In primo, ait, *Qui non habent doctrinam hanc*, denotantur prudentes, qui ſe cautos reddiderunt, ut fugerent à doctrina Jezabelis. In ſecundo, *Qui non cognoverunt altitudines Satanæ*, denotantur imprudentes à Jezabele, id eſt, à Judaïzantibus decepti, qui redarguti ſe excuſant, quòd non cognoverunt, ſeu non intellexerunt altitudines, id eſt, fraudes, dolos, machinationes Satanæ valdè profundas.

494. Lyran. Septimò, Lyran. *Non cognoverunt altitudines Satanæ*, id eſt, non approbarunt hæreſim Ebionis, & Cerinthi, qui ſuperbè, ac in altum fatuè ſe erigentes reſiſtunt Chriſto D. ejus divinitatem, ac æternitatem negantes.

495. Ribeira. Sà. Corn. Menoch. Tyrin. Octavò, Appoſitè, ac genuine dicendum eſt cum Ribeira, Sà Cornelio, Menochio, Tyrino, quòd hæc verba, *Qui non cognoverunt altitudines Satanæ, quemadmodum dicunt*; apertè referuntur ad verba Hæreticorum ut patet ex illis, *quemadmodum dicunt*, qui doctrinam ſuam, cùm eſſet Satanæ, ſic eam extollebant, ac magnificabant, ut dicerent altiſſimam, profundiſſimam ac ſubtiliſſimam, & nulli alteri, niſi tantùm ſibi, ſuiſque diſcipulis notam, ac comprehenſibilem, ut dixi in expoſitione, & in D. Greg. hoc ſenſu explicat D. Greg lib. 5. moral. c. 18. illud Epiphan. *A me dictum eſt verbum abſconditum*. Job. 4. Job. 4. n. 12. Huc ſpectat id, quod de hæretico Hermogene dicebat Tertul. lib adverſùs eum, *Natura quoque hæreticus*, ait, *etiam turbulentus, qui loquacitatem, facundiam exiſtimet, & impudentiam, conſtantiam deputet, & maledicere ſingulis officium bonæ conſcientiæ judicet*. Expende illud, *Natura quoque hæreticus*. *Hæretici hominis character eſt doctrinam ſuã jactare, & ſublimare.* Tertul. Hæretici hominis character eſt loquacitatem ſuam mirificè jactare, ac extollere, & ſublimitatem dicere.

496. Nota, quòd hæretici ſuos errores, ac machinationes dicunt altitudinem Satanæ; & quomodo altitudo Satanæ dici poteſt, qui in profundum cecidit. Rupert. *Altitudo Satanæ non vera, ſed fictitia.* Rectè reſpondet Rupertus, *Cùm dixiſſet altitudinem Satanæ, rectè addidit, quemadmodum dicunt; ac ſi diceret, non dico altitudinem Satanæ, quemadmodum eſt, ſed quemadmodum ſtulti admiratores dicunt*. Ecce quædam imago temporalium rerum mundani, res hujus mundi altitudines dicunt; & maximè toto Cœlo aberrant, ac decipiuntur; nulla enim in eis eſt ſublimitas, altitudo, ſed ſolùm fictitia, imaginaria, & apparens; qua aberrant, & decipiuntur.

497. Notandum ſecundò, quòd maximè laudantur fideles, quod iniquas falſi Prophetæ voces devitaverint, pro quo optime dicuntur non cognoviſſe altitudinem Satanæ, quaſi illud ſit hæreticorum ingenium, quòd non inter medium montium eant, ſed ſeſe altitudini Satanæ conforment; & quænam eſt hæc altitudo Satanæ, explicat D. Thom. 3. contra gentes, c. 109. D. Thom. *Voluit Satanas*, ait, *quodammodo non ſubjici, & voluntatem ſuam a ſuperiori non regulari*. Quod etiam docet D. Aug. in Pſal. 70. D. Greg. lib. 34. D. Auguſt. moral. c. 3. D. Anſelm. de caſu diaboli, c. 4. Qui D. Greg. omnes exiſtimant eò deveniſſe dæmonum D. Anſelm. amentiam, ut nullum vellent ſibi recognoſcere caput, ſed omnia proprio ſuo cerebro gubernare: Hæc univerſa apoſtaſiæ mens; hunc furentium hæreticorum fluctus confluunt, ne ſe ſubdant Petri navi, ne caput agnoſcant, ſed juxta Satanæ altitudinem ſeſe extollant ſuper navim ſuper Eccleſiæ caput. *Hæreſum nota quòd ſupra Eccleſiam ſe velint extollere.*

Rectè iſti hæretici vocantur à Juda Thadæo 498. in ſua Canonica n. 13. *Fluctus feri maris deſpumantes ſuas confuſiones*; quæ verba Jud. Thad. dupliciter, & maximè in rem noſtram explicantur à Beda. Beda. Et primò, quia hæretici inſtar fluctuum inquieti, tenebroſi, amari, & timidi ſunt, ac per ſuperbiam attolluntur: ut Cœlum ſua maledicentia, & blaſphemia attingant juxta illud Iſai. 57. n. 20. *Impii quaſi mare fervens, quod quieſcere non poteſt*. Iſai. 57. Secundò explicat ipſe Beda, quia hæretici ſicut fluctus, licet tumentes & altiſſimi, littus & ſaxa verberantes ab iis repulſi diſſiliunt, abeuntque in ſpumas, & evaneſcunt; ſic & impetus, faſtus, ac furores hæreticorum verberantes Eccleſiam in ſe ipſos diſſiliunt, & evaneſcunt, ac diſſolvuntur. *Hæretici dum contra Eccleſiam inſurgunt, in ſemetipſis diſſolvuntur.*

Ait David Pſal. 96 n. 1. *Lætentur inſulæ multæ*. 499. Pſalm. 96. Et Iſaias c. 41. n. 1. *Taceant*, inquit, *ad me* Iſai. 41. *inſulæ* communiter Patres & Interpretes citandi in utroque loco nomine inſularum, vel univerſalem; vel privatas Eccleſias intelligunt. Et quæ ſimilitudo eſt inter Eccleſiam, & inſulas? Magna ſanè; quia inſulæ circundatæ ſunt mari, & licèt, ejus fluctus in altum ſe erigant, & ab eis inſulæ quatiantur, minime tamen evertuntur; ſed potiùs ipſi fluctus pereunt, Eccleſia impugnata hæreticorum impugnationibus ſed non expugnatur. Ita D. Auguſt. in citatum Pſalm. *Omnes Eccleſiæ inſulæ*, ait, *quia circumlatrantur fluctibus omnium tentationum, ſed quomodo inſula undique circumſtrepentibus fluctibus tundi poteſt, frangi non poteſt: magiſque ipſa frangit fluctus vehementes, quàm frangitur ab eis, ſic & Eccleſia Dei pullulantis per totum orbem terrarum paſſæ ſunt perſecutiones undique frementium infidelium: & ecce ſtant inſulæ, & jam placatum eſt mare*. *Eccleſia inter fluctus non fluctuat.* D. Auguſt. Eodem modo interpretantur D. Hieronym. Noſt. D. Cyrillus, Theodor. Procop & alii. D. Hieron. D. Cyrill. Theod. Procop.

Quæstio LXIV.

Quare cùm lex Evangelica ſit lenis, & ſuavis, hîc tanquam pondus ſupponitur? Et quidnam hoc pondus importet?

500. Ticon. Strab. Viegas.

AIt Dominus in præſenti, *Non mittam ſuper vos aliud pondus*; quod non uno modo explicant Interpretes. Ticonius, Strabus, Viegas per hoc pondus intelligunt afflictionum tribulationes, tanquam ſi dicat Dominus, non mittam ſuper vos alias vexationes, ac moleſtias, quàm eas, quas à Jezabele ac ſectatoribus ejus ſuſtinetis. Huc etiam ſpectat ſententia Ruperti, qui pondus interpretatur de tribulationis metu, quem tenebant amittendo ſua bona temporalia, ſuaque commoda ſæcularia. Paſſim Prophetæ tribulationes onus vocant. Nahum. 1. n. 1 *Onus Ninive* Habac. 1 n. 1. *Onus quod vidit Habacuc* Ut ibi advertit D. Hieron. in prologo, Symmacus, Theodoretus tranſtulerunt, aſſumptionem, ſicut & Septuaginta ponentes aſſumptionem pro re aſſumpta quòd ab ipſis factum eſt, ait Viegas. Quia ex laboribus & afflictionibus plerumque homines ſolent proficere, ut ad gloriam aſſumantur; hinc Job librum ſuarum tribulationum fieri ſib coronam ait, c. 31. n. 35 & 36. *Librum ſcribat ipſe, qui judicat, ut in humero meo portem illum, & circundem illum quaſi coronam mihi.* Priùs hic liber, ſeu catalogus laborum portandus eſt in humeris, in quo fertur onus, & inde corona in capite. Hæc de tribulationibus rectè dicuntur, tamen cùm dicat, *id quod habetis, tenete donec veniam.* Dominus vult à nobis tribulationes ſuſtineri, non tamen prohibet, ſi poſſumus, quin ex eis evadamus.

Nahum. 1. Habac. 1 D. Hier. Symm. *Ex laboribus fit aſſumptio, & corona ad gloriam.* Job. 31.

501. Andr. Cæſ.

Secundò Andræas Cæſarienſ. *Ad ſimpliciores*, ait, *quandoquidem adverſus homines uſque adeo malignos, & callidos, ob ingenii, morumque ſimplicitatem conſiſtere non valetis, utpote profundarum fraudum Satanæ, ut aſſeritis ignari, non exigam à vobis verborum pugnam, ſed fidem tantùm doctrinæ, quam accepiſtis, cuſtodite, donec tandem vos hinc ad me aſſumpſero.* Nomine ponderis diſputationes, & controverſias de fide cum hæreticis interpretatur citatus Auctor, & cur has non exigit Chriſtus ab eis, cur hoc pondus eis non imponit, ut hæreticis convictis Catholica veritas magis, magiſque reſplendeat. *Non exigam à vobis verborum pugnam*; quia non tanta exigit Deus à rudibus, quanta à prudentibus, & eruditis Deinde quia grande, & valdè durum eſt diſputationum pondus, & inde ait Deus, *non exigam à vobis verborum pugnam.*

Diſputationum pondus durum, & valde grande.

502. D. Bernard.

Tertiò D. Bernard. Senenſ. *Non mittam ſuper vos aliud pondus ſcilicet tribulationum legalium, quemadmodum dicunt quidam perverſi egreſſi ex Judæa qui terrendo fideles dicebant, quòd Deus adhuc erat miſſurus majores tribulationes, quàm paſſi eſſent, ut ita à fide recederent.* Sic & alii pondus hîc accipiunt pro obſervatione legalium quam judaizantes volebant cum Cerintho imponere fidelibus, & ſanè lex vetus magnum pondus erat; Primò propter præceptorum multitudinem; nam in ea præcepta ex Abulenſ. q. 1. in c 27. Deut. & q. 24 in c. 1 Ruth. & Lyrano ibi fuerunt tredecim ſuper ſexcenta Ex Rabbi verò Moyſe Ægyptio præcepta affirmativa fuerunt octodecim ſuper ducenta; negativa verò trecenta ſexaginta quinque juxta numerum dierum totius anni. Secundò, erat pondus propter præceptorum difficultatem. Tertiò quia cùm tot, ac tanta eſſent, & tam difficilia, non habebant Sacramenta, quæ conferrent gratiam ex opere operato.

Lex vetus grande pondus. Abulenſ. Lyran. Rabbi. Moyſ.

503. Quartò pro vera, ac germana interpretatione hujus loci alia ſupponenda ſunt; & primò hîc ad ethnicos, ſive gentiles ex gentilitate advenientes præcipuè eſſe ſermonem. Secundò, quòd pondus aliquod erat poſt converſionem hujuſmodi gentibus, abſtinere ſe à fornicatione & ab idolotytis juxta præceptum Apoſtolicum Act. 15 n. 28. *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quàm neceſſaria, ut abſtineatis vos ab immolatione ſimulacrorum, & fornicatione, &c.* Ubi nos habemus oneris Græcè eſt *ponderis*; & aliquod erat denuò converſis, abſtinere ſe à fornicatione, & ab omni eſca, quibus erant aſſueti. Tertiò notandum quod manentibus in gentilitate longè majora onera fuiſſe eis impoſita à ſuis falſis numinibus, ut apud aliquos quod filios ſuos dæmonibus ſacrificarent.

Aliqua prænotanda. Act. 15. Græc.

504. *Germana interpretatio.*

Hoc poſito ſic exponenda præfata verba; *Non mittam* præter legem Evangelicam, quæ jugum ſuave eſt, aliud pondus, quàm abſtinere à fornicatione, & ab idolotytis, quod quidem reſpectu eorum, quæ vobis à gentibus imponebantur, leve onus videri debet. Jezabel autem ſciens hoc mandatum. Evangelicum aliquo modo pondus eis eſſe præcipuè libertati carnis aſſuetis, urgebat Thyatirenſes, & hoc prædicabat graviſſimum pondus, ut exinde leges, ac jugum Chriſti excuterent: his ergo Chriſtus occurrit præfatis verbis, ac ſi diceret; vetare fornicationem, & idolotyta pondus quidem aliquod vobis videtur, ſed longe minus eſt, quàm quod veſtris idololatris, ac Judæis impoſitum; ideo hoc minus ſervate, ne majori gravemini.

505. *Lex vetus ponderoſa timore, Chriſti verò levis amore.* Matth. 12. D. Thom.

Sed dices. Cùm Chriſtus hîc ait, *non mittam ſuper vos aliud pondus*: ſupponit etiam legem ſuam eſſe pondus de qua ipſe ait: *Jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve.* Matth. 11. n. 29 Quomodo ergo vocat hîc pondus? Reſpondet hîc D. Thomas, *Pondus legis eſt trahens deorſum per timorem; pondus Evangelii ſurſum per amorem* Lex vetus ponderoſa trahens deorſum præ timore pœnarum, quas comminatur, lex verò Evangelii, etſi pondus habeat, levis eſt ſurſum ferens præ amore.

506. Exod. 14. Matth. 14. *Lex Chriſti non onerat, ſed ſuos levat.*

Moyſes cum populo ſuo graditur per medium ſicci maris, Exod. 14. n. 21. Apoſtoli ambulant ſuper aquas maris, Matth. 14. num. 25. Cur pedes Moyſis tam graves, ac ponderoſi; ut ſolida, & firma terra ad ſui greſſus indigerent; pedes verò Petri ſic leves, ut in ſummitatibus aquarum iter facerent: quod notavit D. Ambroſ. Epiſtol. ad Horontianum. *Moyſes*, ait, *in imo ambulavit mare, in ſummo Apoſtoli.* Moyſes onere legis ſic gravatus erat, ut ad ima terræ deſcenderet, at Petrus jugo legis gratiæ ſic levis, ut ab ipſa lege, tanquam alis ſurſum ferretur,

ferretur. Huc advoco. quod eleganter de lege
D. Auguſt. gratiæ dicit D. Aug.ſt.ſerm.21. de verbis Apoſtoli. *Hæc ſarcina*, ait, *non eſt pondus onerati, ſed alæ volupta ii*. Sic & ad illa verba Chriſti D.
Matth. 23. Matth. 23. n.37. *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina*. Ubi Chriſtiani congregati ſub lege Evangelica comparantur
D. Hilar. avibus pennatis. Sic ait D. Hilar. *Nunc alterius generationis ortu, & calore confoventis renati in cæleſte regnum tanquam pennatis corporibus evolarent*. Lex Evangelica ſic levis ut ad volatum inſerviat.

507. Secundò, Ad propoſitam difficultatem. Lex Chriſti pondus ut ſupponitur hîc in textu, & modò dixi, & ſuave, & leve jugum; jugum grave & ponderoſum rebellibus & obſtinatis,
D. Auguſt. ſuave & leve amantibus. D. Auguſt. de natura, & gratia, c. 69. *Omnia*, ait, *facilia ſunt charitati, cui uni Chriſti ſarcina levis eſt* juxta illud
Lex gratiæ jugum leve, & ſuave amanti. 1. Joan. 5. n. 3. *Hæc eſt charitas Dei, ut mandata ejus cuſtodiamus, & mandata ejus gravia non ſunt*: Ad hoc reſpiciens Iſaias ait, c. 10. n 20.
Iſai. 10. *In die illa computreſcet jugum a facie olei*. Oleum unctionem ſignificat charitatis, à facie ejus jugum computreſcit, tantum amoris calorem ex ſua intrinſeca ratione adjecit charitas, ut computreſcat, extinguatur, ac perimatur onus, ac pondus, quod jugum inferre poterat, & hoc ait Propheta. *In die illa* tempus legis gratiæ reſpiciebat ut communiter ibi expoſitores interpretantur.

508. Quid ſalubrius manna cœleſti? de illo tamen
Num. 21. dicebant Judæi Num. 21 num 5 *Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leviſſimo*. Quid durius homini, quàm verbera, carceres, ac perſecutio? aiebat Paul. Coloſſenſ. 1. num 24.
Coloſſ. 1. *Gaudeo in paſſionibus meis*. Unde in manna nauſea, & in paſſionibus gaudia? ſanè nec manna nauſeam nec paſſiones gaudia afferre poterant, ſed humani affectus in cauſa erant, quod illi nauſeam crederent in cœlesti cibo, hic autem gaudia in ipſis doloribus inveniret. Ecce affectus ſuſcipientium quid pariunt, adeo ut Pauli guſtus dulcia, & facilia faceret, quæ alioquin duriſſima erant: & Judæorum tædium inſtar mortis haberet ſalutiferam mannæ eſcam Angelorum manibus præparatam, ſic & ad præcepta ſe habent humana corda, ſi magno amoris affectu ſuſcipiuntur, ſuavia, & præjucunda reputantur: ſi verò rebelli, ac obſtinato animo rigida, & dura judicantur.

509. *Ex noſtro affectu noſcitur facilitas vel difficultas in præceptis.*

D. Chryſ. D. Chryſoſtomus in Pſalm. 111. ſic ait; *Difficultatem non natura præceptorum, ſed multorum ſolet ſocordia efficere. Itaque ſi quis ea cum ſtudio, & alacritate animi ſuſcipiat, videbit ea eſſe levia, & facilia. Quando cùm manna fruebantur Iudæi, id & ægrè ferebant, & mortem expectabant. Paulus autem cum fame confligens, gaudebat, & exiliebat. Illi dicebant: anima noſtra arida eſt in manna. Eduxiſti nos ut interficeres. Paulus autem, gaudeo in paſſionibus meis.*

Ap.n.2.26. Et qui vicerit, & qui cuſtodierit uſque in finem opera mea, dabo illi poteſtatem ſuper gentes.

Num. 27. Et reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur.

VERSIONES.

D. Aug. n. 26. Qui vincit, & qui ſervat uſque in finem opera mea, dabo illi gentes.

Syrus. Et ille qui vincit, & ille qui ſervat.

Arias. Et vincens & cuſtodiens.

D. Auguſt. Et paſcet eas in virga ferrea, & tanquam vaſa

Arias n. 27. fictilia confringentur.

Syrus. Et ſicut vaſa figuli comminuentur.

Arabicus. Et quaſi vaſa argillæ conteres ea.

Pagnin. Et tanquam vaſa figulina.

EXPOSITIO XV.

Et *qui vicerit*: non cedens erroribus, ac perſuaſionibus impiæ Jezabelis. & ejus ſequacium. *Et qui cuſtodierit uſque in finem*, cùm perſeverantia, ac conſtantia finali; *opera mea*; id eſt, mandata mea, opera enim ſua vocat, quæ ipſe præcipit. Joan. 6. n. 29. *Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum quem miſit ille*, & c. n. 9. n. 4. *Me oportet operari opera ejus, qui miſit me*. 509. Joan 6. Joan. 9.

Qui ergo *cuſtodierit opera mea*, mandata nempè mea meo exemplo firmata uſque in finem vitæ, *dabo ei poteſtatem ſuper gentes*. Reſpicit diem judicii, in quo à Deo conſtituentur judices orbi terrarum cum Chriſto, impiaſque gentes condemnabuntur: *Et reget eas in virga ferrea*, ut rigida & ſevera ſententia puniantur, *& tanquam vas figuli confringentur*. Ut nempe confringentur, id eſt, irreparabiliter in æternam mortem, & gehennam præcipitentur. 510.

QUÆSTIO LXV.

Poteſtas data Chriſto à Patre ſuis promittit, cùm ait de victore, Dabo illi poteſtatem ſuper gentes.

PRimo, Ansbert. Beda, Primaſ Richard. interpretantur hîc promitti Eccleſiæ, ejuſque Prælatis converſionem, & ſubjectionem gentium, quæ à Deo Patre promiſſa eſt Chriſto. Pſal. 2. n. 8. *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ*. Unde Alcazar *Dabo illi poteſtatem ſuper gentes*, magnam ſcilicet vim, & efficaciam in gentium converſione, & ſanctificatione. 511. Ansbert. Beda. Primaſ. Richard. Pſalm. 2. Alcazar.

Secundò, Ferrarius, & in idem coincidit dabo illi poteſtatem ſuper gentes talem ut omnis illarum pervicacia, ſuperbia, obſtinatio. & durities 512. Ferrar.

durities perinde futura ſit, atque vas ex creta, & figulinum reſpectu virgæ ferreæ, nec plus ei poſſit reſiſtere, quàm tali virgæ dictum vas.

513. Tertiò, aliqui exponunt de temporali præmio, nempe de temporali regimine, ſeu faſtigio temporalis officii, & dignitatis, quam Deus daturus eſt juſtis, ut cæteris debitè præſint, & eos gubernent, ac regant, nam ubi nos legimus, *reget eos*, Græcè habetur *paſcet eos*, *&c.*

Græc.

514. Ab hac ultima ſententia incipio, quæ non placet, nam multi juſti tale præmium temporale, ac dignitatem non accipiunt, deinde quia multi qui in ſe quidem injuſti ſunt, debitè & cum laude talem dignitatem exercent. Prima & ſecunda ſententia probabiles, tamen contra urget id, quod dicitur in textu; *Qui vicerit, & cuſtodierit opera mea uſque in finem.* Ergo præmium quod hic promittitur, eſt poſt mortem, quæ ſimpliciter finis dicitur; nec ſat eſt id quod aliqui dicunt uſque in finem perfectionis. Quia ex hoc dato ſequitur, quod homo non poterit ultra progredi in perfectione, quia poſt finem non datur progreſſus.

Impugnãtur ſuperiores ſententiæ.

515. Vera & genuina ſententia eſt, quam ſecutus ſum in expoſitione: ſermo eſt in præſenti de poteſtate, quam Sancti exercebunt in die judicii in omnes gentes judicantes eas cum Chriſto, & æternæ mortis ſupplicio trahentes juxta illud Sap. 3. n. 8. *Iudicabunt, & dominabuntur populis.* Hanc poteſtatem, quam Chriſtus ut homo à Patre accepit, promiſit ſe dare vincentibus, ut eos judicent, à quibus tentati ſunt; ſic ait Chriſtus in præſenti, *dabo illi poteſtatem ſuper gentes, quam accepi à Patre meo*; ſic hunc locum interpretatur Lyran. qui ait, *dabo illi poteſtatem in finali judicio, in quo perfecti judicabunt cum Chriſto, & ſic habebunt poteſtatem ſuper gentes judicandas:* Similiter Carth. Hugo, Ribeira, Cornelius, & alii.

Sap. 3. *Datur Sanctis nationes judicare.* Lyran. Carth. Hugo.

516. Pro majori doctrinæ gratia, aliqua hîc conſideranda. Et primò. Richard. Victor. *Ille etenim*, ait, *qui ad perfectionem ſanctitatis curat pertingere, ipſe eſt dignus alios regere, malos damnatione dignos judicare, bonos ſalvatione dignos.* Promittitur præmium ei, qui mandata uſque ad conſummationem vitæ ſervaverit, & qui victor de ſpiritualibus hoſtibus extiterit; cur ad hanc poteſtatem, & regimen requiritur, ut omnium victor uſque ad conſummationem ſit? quia ille alios regere, ac judicare meretur, qui de vitiis triumphat, & qui mandata Dei perfectè agnoſcit adimplere, quod etiam docet hîc D. Thomas.

Richard. *Virtute perfectus, dignus eſt alios regere, ac judicare.*

517. Secundò. Ambroſ. Anſbert. *Sciendum*, ait, *quia & ipſi prædicatores, qui ex fidelibus populis eliguntur, cùm poteſtatem ſuper eos accipiunt ſe ipſos prius convincunt, ſibique dominantur, quatenus correctionis juſtæ dominationem, quam in aliis exercent, in ſe ipſis ſolerti cuſtodia tenere ſtudent, ſicque ab illicitis compeſcunt ſe ipſos, ſicut ſubditos compeſcere ſatagunt, ut dum ipſi, in quibuſdam delinquunt, exemplo ſuæ correctionis ſuper peccantes ſubditos diſciplinæ vigorem extendant.* Similiter Rupertus, cur ſolùm victori hæc poteſtas pollicetur? Bene enim potuit hæc poteſtas concedi nullo habito reſpectu ad victoriam: alto tamen dictamine dicitur; *Qui vicerit, dabo illi poteſtatem ſuper gentes.* Sanè qui ſe ipſum vincit, ſeque ipſum rectè gubernat, vincens ſuos appetitus, hic à Chriſto aſſumitur, ac eligitur ad aliorum regimen; ſolus ille qui ſe rectè gubernat, aliorum gubernium rectè exercet.

Anſbert. Rupert. *Ille aſſumitur à Chriſto ad aliorum regimen qui ſe ipſum rectè gubernat.*

518. Tertiò Richardus Victorinus. *Magna promiſſio*, ait, *magnum donum hoc tribuit, hoc promittit, quod ipſe accepit, quod habet ipſe per plenitudinis participationem.* Quid victori, ac cuſtodienti mandata ſua promittit Chriſtus; *Dabo illi poteſtatem, quam accepi ſuper gentes.* Quis unquam principum, quamvis magno affectu aliquem ex ſuis magnatibus proſequatur, tantam quantam habet auctoritatem ei conferat? Quomodo ergo Chriſtus Princeps Regum ac Dominantium eam poteſtatem, quam à Patre habet, ſuis promittit daturum? tanta eſt Chriſti liberalitas, ac magnificentia in ſuos, ut quæ à Patre accepit, ea ſuis communicare velit, in eoſque per altiſſimam participationem diffundere.

Richard. *Chriſti liberalitas ſuos participes facit ſuæ dignitatis.*

519. Quartò, Maximè conſiderandum eſt, quod non dicitur victor cùm ſibi ſit aſſignata poteſtas, & dominatio in gentes, ipſe ſibi talem poteſtatem, & imperium aſſumet; ſed dabo illi poteſtatem ſuper gentes, nemo enim ſe ad prælaturas ac dignitates introduci anhelet, ſed potius vocatione ac Dei nutu ad illas trahatur, ut debito ſuo munere fungatur, ac Deo conveniens præſtet obſequium.

Nemo ſe ad dignitates introducat.

520. Ait Paulus Rom. 12. n. 1. *Obſecro vos fratres per miſericordiam Dei; ut exhibeatis corpora veſtra, hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum.* Quid eſt rationabile obſequium? Ita obſequium præſtes Deo, ut poſſis reddere rationem peculiarem, cur ad te pertineat tale obſequium præſtare, quod rectè fit, quando quis non ex proprio appetitu, ſed ex alto Dei nutu ſe ingerit in obſequio divino præſtando, nam proprius appetitus fallitur, Dei nutus rectè & convenienter agit, quod bene explicat Chryſologus citandus Rationabile obſequium tunc fit quando non præſumptione turbatur, nec temeritate confunditur. Ad regis obſequium militaris ſtatio contremiſcit, & cum cautè ſe habet in ejus mandatis, præmium juſtæ remunerationis acquirit, aliter verò temeritatis pœnam præſumptrix ſervitus non evadit. D Chryſolog. ſerm. 109. *Quis non vocatus*, ait, *ad aulæ Regis ſe præripit ſervitium? Quis ſine dignitatis infulis, titulo militari militem ſe auſus eſt profiteri? Quis ſine dignitatis infulis nomen dignitatis invadit? & ſi hæc pœnes homines ſolicita, cautaque ſunt, ſi ratione conſtant, ſi convaleſcunt ordine, ſi tremore ſervantur, quantò penes Deum magis; cauta eſt devotio, magis tremenda ſervitus, magis ſolicitus cultus, ut divinum ratione præſtet obſequium.* Quid elegantius dici potuit? Caveat quis rationale obſequium non præſtare Deo; metuat & quis Regi maximo non vocatus adeſſe, minimè enim placiturus eſt de munere præſumpto.

Rom. 12. *Ille dat rationabile obſequium Deo, qui non ſuo nutu, ſed Dei fertur.* D. Chryſ.

521. Juſtiſſimo timore agebatur Eſther dum ut pro populo ſuo apud Regem verba faciat, ait Mardochæo, *Vade, & congrega omnes Iudæos; quos in Suſam repereris, & orate pro me; non comedatis & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus, & ego cum ancillis meis jejunabo*: c. 4. n. 16. Cur tot preces exoptantur? Cur tot jejunia publicantur? an ut dãnatus à Rege populus

Eſth. 4.

abſolutionem obtineat; minimè pro una tantùm Eſther, tot bonorum operum adjuvamina requiruntur, cùm non vocata ingrediens ad Regem vivere valeat. Sic enim ipſa poſt poſtulata jejunia, ac preces ſubdit. *Et tunc ingrediar ad Regem contra legem faciens, non vocata, tradenſque me morti ac periculo.* Adeo ſic periculoſum putabat Eſther ad Regem non vocata accedere, cùm alioquin illi eſſet gratiſſima: quantò quis penes Deum debet magis cautus eſſe: quantoque magis timere debet, ne pro obſequio præſumptuoſo mortem incurrat; Quis neget Ozan cadenti arcæ obſequium præſtitiſſe, ſed magno id fecit malo ſuo, qui vitam ſtatim amiſit.

Qui non vocatur timeat accedere.

Quæstio LXVI.

Quare cùm benignitas maximè competat Prælatis, ſuis tamen promittit Chriſtus ut gentes regant in virga ferrea, ut tanquam vas figuli confringantur?

522 IUxta auctores primæ ſententiæ relatos ſuperiori quæſtione, qui poteſtatem ſuper gentes datam Apoſtolicis viris intelligunt de converſione, ac reductione ad fidem; ſic & præſentia verba, *reget eas in virga ferrea*; interpretantur de forti, ac vehementi efficacia ad gentes adducendas, ac fidei doctrinæ ſubjugandas: *Et tanquam vas figuli confringantur*, quamvis enim gentes ſint maximè obſtininatæ ac obduratæ in ſuis erroribus, & tanquam in eis ære duriores; emollientur tamen, & confringentur tanquam vas teſtaceum, quod facili ictu comminuitur, ac confringitur, juxta illud Iſai. 30. n. 13. *Veniet contritio ejus; & comminuetur ſicut conteritur lagena figuli contritione pervalida.*

Virtute prædicationis Evangelicæ obduratio gentium confracta eſt Iſai. 30.

523 D. Ambr. Adveniente enim S. Spiritus gratia error Gentilium deſtructus, ac confractus eſt D. Ambroſ. *Per vaſa figuli corda Gentilium, omnibus erroribus dæmonum repleta deſignantur, quæ à tactu virgæ ferreæ confracta ſunt: quia adveniente gratia Evangelii, omnis error gentium deſtructus eſt, & qui antea erant vaſa fictilia; facta ſunt vaſa ferrea contra omnium tentamenta dæmonum, & contra perſecutiones hominum malorum fortiſſima.* Atrè perpende, quòd dicitur *virga ferrea, tanquam vas figuli confringentur*: At in meliorem vitam reformentur, & jam non ſint vaſa lutea ac teſtacea iniquitatis, ſed vaſa firma ac ſolida tanquam ferrea adversùs omnem iniquitatem, ab ipſa enim virga ferrea juſtitiæ vim ferream participabunt. qui enim ſe toto corde Deo committunt & ſubdunt, ut quidquid luteum antiquæ iniquitatis in ſe habebant projiciant. & foras objiciant ſolidiſſima vaſa in Deo conſtituantur.

Qui ad Deum convertitur confringat & à ſe abjiciat antiquam iniquitatem.

524 Tamen quia ſuperiori quæſt. ut probabiliorem ſecutus ſum ultimam ſententiam, quia hic ſermo eſt de poteſtate judiciaria poſt finem vitæ in ultimo die judicii; promittitur ergo juſtis quod impias gentes judicabunt, ac condemnabunt cum Chriſto, ut confringantur tanquam vaſa lutea. id eſt irreparabiliter in æternam mortem, & gehennam præcipitentur. Juxta illud Matth. 19. n. 28. & Luc. 22. n. 30. *In regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis, & vos judicantes duodecim tribus Iſraël.* Ita Victor. Andreas, Aretas. Lyran. Ribeira. & alii.

Matth. 19 Luc. 22. Victor. Andreas. Aretas. Liran.

525 Et fit hîc alluſio ad Pſalm. 2. n 9. ubi à Patre dicitur Chriſto. *Et tanquam vas figuli confringes eos.* Sed cur hîc ſimiliter non dicitur confringet, ſeu confringes; ſed vertitur oratio in ſenſum paſſivum, *tanquam vas figuli confringentur.* Myſterium eſt, quia in Chriſto poteſtas eſt ut in proprio ſubjecto, quia virtute ſua propria confringet, & judicabit gentes; at Sancti virtute accepta, ac communicata à Chriſto, quod ut denotetur per paſſivum dicitur, tanquam vas figuli confringentur ſcilicet gentes ab eis.

Pſal. 2. *Chriſtus judicat ſua poteſtate, ac Sancti virtute à Deo accepta.*

526 Et dicitur, *In virga ferrea.* Primaſius, *Virga ferrea inflexibilis omnis juſtitia, regit mites, deſtruit contumaces.* Superiori maximè convenit benignitas, cur ergo ei datur virga ferrea, ut ſit inflexibilis & non remiſſus in puniendis delinquentibus; Superioris eſt inferiores monere, & arguere, à lapſuque opportuna reprehenſione revocare nec non delinquentes leverè punire. caveat Præſul, ne Heli nimium mitis veſtigia premat, ut pariter cum nocentibus pereat, ut ipſe cum filiis ſuis pariter extinctus eſt.

Primaſ. *Prælatus gubernet juſtitia inflexibili.*

527 Secundò, *virga ferrea*, Ait Iacobus 2. num. 13. *Judicium ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam.* Tanta debet eſſe Paſtoris diſcretio, ut nec diſciplina ſit nimis rigida, nec miſericordia fiat remiſſa. Quomodo ergo hîc dicitur, quod regendi ſunt ſubditi à Paſtore in virga ferrea quæ ſolùm rigorem indicat, omnemque prorſus videtur excludere miſericordiam; non ita ſit inflexibilis ſuperior, ut omnino omnem excludat lenitatem, ſed aliquid habeat admixtum de ea. S. Thom. *Senſus ergo eſt*, ait, *Reges in virga ferrea hoc eſt, juſtitia inflexibili ad remiſſionem, non tamen inflexibili per alicujus lenitatis adjunctionem.* Et citat D. Gregorium Magnum dicentem *Utrumque commendetur ex altero, ut nec rigor ſit rigidus, nec manſuetudo ſit diſſoluta; ſi autem quandoque propter quorundam obſtinationem, vel aliam culpam ex ſpeciali cauſa oporteat ſeveriùs agere, tunc ſervanda eſt lenitas charitatis in corde.* Prælatus ſit inflexibilis ut virga ferrea; quæ quamavis dura, rigida, & inflexibilis, tamen ad ignem admota facilè domatur, & flectitur. Antiſtes, etſi juſtitia ſit rigidus, ut in nullam partem moveatur, tamen *per lenitatis adjunctionem* ex charitatis igne inclinetur ad clementiam, & pietatem.

Jacob. 2. D. Thom. *Prælatus ità ſit inflexibilis, ut aliquid de miſericordia in eo reperiatur.*

528 Tertiò, ad indicandam integritatem dicitur de eo ſcilicet Chriſto in Pſalm. 2. *Et Reges eos in virga ferrea.* Verùm ad quid additur; & tanquam vas figuli confringet eos, ſcilicet rebelles & adverſarios, ſed ad quid hac comparatione utitur? Nil facilius, quàm vaſis figuli confractio. Ecce cur hæc dicuntur, quia unico ictu oculi: & facillimè ſibi adverſarios perdere, ac deſtruere poteſt, Placidus Parmenſ. in Pſalm. 2. *Unum quod in Deo cognoſcimus, eſt, quod ſine ulla difficultate punit delinquentes, ſicut uno imperio dixit, & facta ſunt omnia; ſic eadem uno nutu in nihilum redigere poteſt; fractio enim vaſis figuli nobis facilis eſt, ſed Deo facilior confractio peccatorum.* Acſi dicatur tanta facilitate eos, qui ſibi adverſantur, confringet, ac vas figuli confringitur.

Pſalm. 2. *Chriſtus facillimè ſuos adverſarios deſtruit.* Placid.

529 Quartò, Rupertus Abbas, *Reges in virga ferrea* Rupert.

Principis virga ne moveatur odio nec amore. Pſal. 139. ferrea, id eſt recta, & ſevera juſtitia diſciplina quæ non citò flectatur in gratiam vel odium. Virga ferrea inflexibili, quæ non facilè moveatur, & inclinetur in gratiam vel odium. De ſanctis Apoſtolis canit Regius Vates, Pſal 138. n. 17. *Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus*; Et immediatè addit cur viros tanto honore ſublimatos dicat. *Nimis confortatus eſt principatus eorum*. Treverus ex Hieron. *Quàm fortis eſt principatus eorum*. Fortis nempe, robuſto, ac firmo effectu ad juſtitiam, ut nec frangi, nec vinci poſſit metu, ac adulatione & inde maximè ut amici Dei ſublimes, & exaltati dicuntur, ut præſides, ac principes orbis dicantur. Hinc admonet Peluſiotes lib. 1 Epiſt. 290. *Si Dei amicus eſſe ſtudes, fac robuſtè præſis.*

Trever. Peluſiot.

530. Exod. 24. Ut Moyſes leges acciperet quibus judicaret populũ ſuum, Exod. 24. n. 18. *Aſcendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus* Poſt quadraginta dierum jejunia accepit Moyſes leges, quibus judicaret populum ſuum: & cur Deus ad dandas leges tam longo jejunio evacuat, & purificat Moyſem? Moyſes accipiebat legem ut illius eſſet promulgator, cuſtos, ac vindex: ideo tam longo jejunio evacuatur in illo, quidquid infirmitatis humanæ eſt, quidquidque humani affectus, ut transformatus in ſuperiorem, & divinam naturam nil contrarium in ferendis legibus admittat, nulloque odio, ac amore moveatur, ſed ut integerrimus legum cuſtos, ac vindex, nil timeat. D. Chryſol. ſer. 166. *Moyſes ipſe*, ait, *dierum quadraginta jejunio, ita humano defæcatus eſt, & exinanitus à corpore, ut totus Divinitatis mutaretur in gloriam. Meritò hìc talis legem ſancire meruit, qui totũ, quidquid in homine lex urgere poterat, præmiſit.*

Princeps evacuatur affectu humano ut ſit vindex, & cuſtos legum. D. Chryſ.

531. Job. 29. Ait Job. 29 n. 14. *Juſtitia indutus ſum, & veſtivi me ſicut veſtimento, & diademate judicio meo.* Sic integritate juſtitiæ uſus erat Iob, ac homines communiter veſtibus uti ſolent. Et quidem homines hoc in primis curant, dum veſtes ſumunt, ut illis ſe adornent ac undique tegant, ut neque in illis incompoſitum, nudumve appareat ut ſic temporis injurias à ſe repellant, & nihil in eis timeant: tali modo juſtitia ornabatur, ac circumdabatur Job ut nullus in eo pateret aditus ad inclementias humani affectus, amoris, odii, ac timoris. Et additur, *& diademate judicio meo.* Hoc judicio integritatis juſtitiæ, cujus legibus ornabatur adverſus humanas propenſiones tanquam inſigni diademate coronabatur, quo omnium victor, & triumphator exiſtebat, D. Chryſ. in Catena Græca, *Non fuit ex hominum genere*, ait, *quæ cæteris præſunt*; *verùm ipſorum vita turpis eſt, & ingloria: non ita hìc noſter, ſed quid ille? veſtitus ſum, inquit, judicio, hoc ego veſtitus genere exornabar.*

Iob circundabatur juſtitia adverſus humanã proenſionem D. Chryſ.

Apoc. 2 *n.* 28. Sicut & ego accepi à Patre meo, & dabo illi ſtellam matutinã.

Num. 29. Qui habet aurem, audiat quid ſpiritus dicat Eccleſiis.

VERSIONES.

Syrus n. 28. Et dabo illi illam ſtellam matutinam.

Arabicus. Dabo illi nitorem matutinum.

Andr. Cæſar. Dabo tibi ſtellam matutinam.

EXPOSITIO XVI.

Dabo illi ſtellam matutinam per quam videtur intelligi lumen gloriæ, & claram Dei viſionem, quæ inſtar Luciferi poſt obſcuram hujus vitæ noctem illuceſcet unicuique victrici animæ, ut è corpore demigrat: vel poteſt etiam intelligi Chriſtus D. qui ſe ipſum in patria, victrici animæ communicat, juxta illud Ioan. 14 *Manifeſtabo ei meipſum.* 532.

Qui habet aurem audiat. Meritò dubitat Albert. Magn quare in aliis Epiſtolis prius excitatur intellectus ad audiendum, deinde proponitur præmium, & vincenti promittitur. Qui habet aurem audiat quod Spiritus dicat Eccleſiis, *vincenti dabo edere de ligno vitæ*; hìc autem è contra priùs præmium proponitur, *Dabo illi ſtellam matutinam*, deinde excitativum ponitur, *Qui habet aurem audiat*, Reſpondet citatus Albertus, quòd in primis Epiſtolis ſignificatur ſtatus Eccleſiæ primitivæ in qua homines recenter converſi adducebantur, & ideo præmio alliciendi erant ad id, quod priùs fuerat auditum. *Sequentes autem Epiſtolæ*, ait, *ſignificant ſtatum Eccleſiæ, cum jam fides totam Eccleſiam illuminavit; quod ſignificatur per Thyatiram, quæ interpretatur illuminata, & ideo jam non oportet prædicare ut fides plantetur, ſed ut plantata ſervetur, ſervatur autem per conſiderationem præmii, & ideo in iſtis præmittitur præmium ad monitionem.* 533. Alber.

Fides ſervatur per præmii conſiderationem.

QUÆSTIO LVII.

Quid ſignificetur in præſenti per ſtellã matutinam.

Stella matutina aſtrum quoddam, quod ſolis claritatem, & ſplendorem propinquum in manè circa auroram annuntiat, ac præſignificat, proprio nomine Lucifera appellatur. Et certum eſt in præſenti huic Antiſtiti Thyatireno; non promitti in præmium bonorum operum ſuorum poſſeſſionem hujus ſtellæ, ſed aliquid ſub illius ſymbolo intellectum: quid autem illud ſit, multùm diſcrepant Auctores, ita ut tot ſint ſententiæ, quot capita. 534.

Primò, Aretas, Andreas Cæſarienſ. Diabolum intelligunt, juxta illud Iſai. 14. n. 12. *Quomodo cecidiſti de Cœlo Lucifer, qui manè oriebaris.* Ecce ſtella matutina: promittit ergo Dominus juxta hanc ſententiam victori, dandum illi diabolum calcandum ſub ejus pedibus, illud ſcilicet: quod precatur Paulus Rom. 16. n 20 *Deus pacis conterat Satanam ſub pedibus veſtris velociter* Vel etiam illud, quod dedit Dominus Apoſtolis, cùm eos miſit ad prædicandum, Luc. 10 n 19. *Dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici.* 535. Aretas. Andr. Cæſ. Rom. 16. *Dæmon calcatur à ſervis Dei.* Luc. 10.

Secundò,

536. Andr. Cæſ. 1. Petr. 1.

Secundò, Idem Andræas Cæſarienſis ait, quod ſtella hæc eſt Lucifer ille, qui oritur in cordibus noſtris juxta Apoſtol. Petrum 2. Epiſtol. 1. n.19. quæ eſt quædam cœleſtis lux à Deo immiſſa in cordibus noſtris.

537. Andreas.

Magnum beneficium, quod quis Baptiſtæ, ac Eliæ virtute fiat particeps.

Tertiò, idem Andræas ait quòd. *vel Ioannes Baptiſta, vel Elias Thesbites Luciferi nomine à quibuſdam quoque appellantur, nec injuria, Ioannes enim priorem ſolis juſtitiæ ortum anteceſſit, Elias verè poſteriorem ejuſdem ortum antegreditur: cum quibus eos quoque partem habituros credibile ſit, qui ſtrenue pugnando diabolum vicerunt.* Chriſtus eximium quid promittens diabolum vincenti, ac cuſtodienti mandata ejus, ait quòd ipſum faciet participem ſpiritus, ac virtutis Baptiſtæ, ac Eliæ eumque ſimilem faciet Baptiſtæ ac Eliæ,

538. Ioach.

Quartò, Ioachimus Abbas, ſtella matutina ait; & fides, & ſcientiæ donum, quâ præcognoſcimus ea, quæ in Cœlo viſuri ſumus. Seu ut Gagnæus exiſtimat, eſt ſacrarum rerum clara intelligentia, ſeu aperta divinæ Scripturæ cognitio.

539. Richard.

Quintò, Richardus Victorinus, ait quod ſtella matutina eſt gratia ſanctificans, & juſtificans, cum qua advenit Spiritus ſanctus, qui ſuis donis animam clarificat, & illuſtrat. Sextò, Lyranus, Stella hæc, ait, eſt corpus glorioſum claritatis dote, tanquam ſtella refulgens

540. Rikel.

Septimò, Rikelius per hanc ſtellam matutinam interpretatur Angelum cuſtodem. Et ait, *Dabo illi ſtellam matutinam, id eſt, Angelum Sanctum ſuæ vitæ cuſtodem ſocium habebit in gloria, eritque ſicut Angelus Dei, & in Cœlo Empyreo, ſicut ſtella matutina figetur.* In Scriptura Angeli ſancti vocantur ſtellæ. Job.38. num.7; *Ubi eras cum me laudarent aſtra matutina?* Per quæ Angelos intelligunt Philip. Presbyter. Gregor. Venet in Sermon. Mundi. Cantic.1. & Angelus apoſta, ſive Lucifer, qui manè oriebatur nuncupatur Iſai. 14. ac proinde juxta hanc ſententiam dicimus quod promittitur huic Epiſcopo Thyatireno Angelum cuſtodem, non ut ſic, ſed ſpecialiter illuminantem, & illuſtrantem, qui ei erit veluti lux fulgentiſſima inter tenebras hujus mundi.

Iob. 38.
Philip. Venet.
Angelus cuſtos eſt lux in tenebris.

541.

Bonus Prælatus magnum beneficium erga Eccleſiam.

Octavò, *Dabo illi ſtellam matutinam*, illi ſcilicet Eccleſiæ Thyatirenſi, & cuilibet alteri ſuos adverſarios vincenti dabo ſtellam matutinam, optimum ſcilicet Prælatum, Cardinalis Hugo ſic ait, *Per ſtellam matutinam bonum Prælatum intellige, qui comparatur ſtellæ matutinæ propter multa, quæ in ipſo debent inveniri.* Quod latè ipſe diſcurri. Primò quia ſicut ſtella grandis debet eſſe in opere, parvus autem & humilis in ſua reputatione. 1.Reg.15. *Cum eſſes parvulus in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es.* Secundò, quia ſicut ſtella debet eſſe lætus & hilaris, alioſque jucundare, & lætificare. Iſai.42. *Non erit triſtis, neque turbulentus.* Tertiò, ſit ut ſtella vigil, benignè ſua influentia, ac claritate alios fovens, & recreans, quartò, ſit ſicut & ſtella, totus pulcher, & formoſus per bonam famam operum, & virtutum. Quintò, & ut ſtella matutina annuntiet verum ſolem juſtitiæ, venientem ad judicium.

Iſai. 42.

542. Richard de S. Laurent

Nonò, Richardus à S. Laurentio lib. 1. de laudib. Mariæ cap.3. *Maria ſtella matutina eſt, lucens antequam dieſcat, quia ortus Mariæ præceſſit ortum diei, id eſt Chriſti, qui eſt lux; & dies hæc eſt ſtella, quæ vincenti promittitur in præmium Apocal. 2. Vincenti dabo ſtellam matutinam, bene ſtella matutina Maria, quia ſemper fuit in mane oriendi, & nunquam tendebat ad occaſum peccati.* Maria ſtella matutina, oritur enim ut Lucifer, id eſt non tenebroſa in ortu, ſicut nos qui naſcimur omnes filii iræ, ſed ipſa ante ſanctificata quàm nata, orta eſt ut Lucifer tota clara, & ut ſtella matutina in conceptione, ac ortu ſuo annunciabat ſolem juſtitiæ ex ipſa naſciturum, Vincenti dæmonem ac cuſtodientem Dei mandata promittitur hæc ſtella, illius ſcilicet adjuvamen, auxilium, ac protectio, & ut præmium omnium bonorum.

Maria ac ejus adjuvamen promittitur ut omnium bonorum.

Decimò, Chriſtus ſtella matutina in ſacro textu ſæpe vocatur Infrà cap 22. n.16. *Ego ſum ſtella ſplendida, & matutina.* Num. 24. n.17. *Orietur ſtella ex Iacob.* 2.Petri 1 n.19. *Donec dies eluceſcat, & Lucifer oriatur in cordibus noſtris.* Et Chriſtus dicitur ſtella non ſerotina, ſed matutina à Patribus explicatur; Primò in nativitate Ambr. Ansbert. *Chriſtus ſtella matutina*, ait, *qui in tenebris noctis noſtræ apparuit, quia fugata caligine peccati, æternum nobis manè nuntiavit; unde Apoſtolus clamat; nox præceſſit, dies autem appropinquavit.* Secundò, ſtella matutina in reſurrectione. Idem Ansbert. *vivus quippe apparendo poſt mortem, matutina nobis ſtella factus eſt, quia dum in ſemetipſo exemplum nobis reſurrectionis præbuit, quæ lux ſequeretur, indicavit.* Chriſtus reſurgens, ſtella matutina, qui ſua luce mortalitatis tenebras depellit, & ſua reſurrectione noſtram reſurrectionem præmonſtravit Haymo, *Chriſtus eſt ſtella matutina, id eſt Lucifer, qui in reſurrectione pulſis mortalitatis tenebris, quaſi Lucifer apparet, & perfectum æternitatis diem demonſtrat.* 543.

Apoc. 22.
Num. 24.
2. Petr. 1.
Chriſti nativitas.
Chriſti reſurrectio.
Haymo.

Tertiò, D. Bernard. Senenſ ait, quòd ſtella ſex radiis, ſecundùm Aſtrologorum ſententiam, noctem illuminat: hac ergo proportione, & analogia Chriſtus ſtella nuncupatur matutina; nam licèt Chriſtus omni virtutum ſplendore maximè radiaverit, tamen inſigniter ſex virtutibus quaſi ſibi propriis reſplenduit, videlicet humilitate, charitate, largitate, innocentia ſeu puritate, manſuetudine, & patientia, Ita in præſenti D.Bernard. 544.

D. Bernard.
Chriſtus ut ſtella virtutum radiis fulget.

Quartò, Alcazar per iſtam ſtellam matutinam interpretatur Chriſtum Dominum conſolantem ſuos in perſecutionibus & afferentem lucem proximè ſecuturæ proſperitatis; & alludi contendit ad illud quod dicitur de Simeone Eccleſiaſt.50. num. 6. *Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ.* Nam ſicut Pontifex ille magnus, qui fuit typus Chriſti, acerbiſſimo illo tempore populum ſuum à magnis calamitatibus recreavit: ita Chriſtus ſic ſpondet ſe fore ad inſtar Luciferi, & adventurum brevi ſolem magnæ tranquillitatis. Quintò, quia uti Lucifer noctis finem, & diei initium præbet; ita Chriſtus peccato, & ignorantiæ, finem fidei, & ſalutis initium attulit. 545.

Alcazar.
Eccl. 50.
Chriſtus dans ſuis conſolationem ſtella matutina.

Sextò, & maximè ad literam eſt; Chriſtus Dominus prout ſuis electis manifeſtatur in gloria; nam poſt noctem hujus vitæ Chriſtus in clara viſione ſuis ſe exhibebit ut plane illa luce in æternum fruantur; dare ergo alicui ſtellam matutinam nihil aliud erit quàm 546.

Chriſtus manifeſtatus in gloria ſtella matutina.

Joan. 8. Joan. 14. Beda. Rupert. Chriſtum dare ſe ipſum alicui in patria. Et hoc eſt quod promittitur Joan. 8 n. 12. *Habebit lumen vitæ* & Joan. 14 n. 12. *Et manifeſtabo ei me ipſum.* Ita Beda, *Chriſtus*, ait, *eſt ſtella matutina. quia tranſacta nocte ſæculi, lumen vitæ ſanctis promittit, & pandit æternum.* Rupertus, *Pro labore, quo Epiſcopus in hac vita quaſi nocte laborat, pervigil in animarum ſibi commiſſarum cuſtodia, manifeſtabo ei me ipſum, qui ſum ſtella ſplendida, & matutina.* Ita Perer. Viegas, Ribeira, & alii

547. Richard. Aretas. Prim. Corn. Dici etiam poteſt cum Richardo Victorino, Areta, Primaſio, ac Cornelio per hanc ſtellam matutinam denotari lumen gloriæ, claram Dei viſionem; nam hoc lumen poſt noctèm hujus vitæ illucet, & inchoabit beatitudinis meridianum diem in quo anima ex Dei viſione diffundat gloriam in corpus.

548. In hac ergo clara Dei viſione eſt tota ſumma hominis felicitas, in qua totus ejus appetitus ſatiatur, & completur. D. Moyſe dicitur. quòd loquebatur cum Deo *facie ad faciem, ſicut* Exod. 33. *ſolet homo loqui ad amicum ſuum* Exod. 33. n. 11. & tamen obnixè Deum deprecabatur, *ſi inveni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam, ut ſciam te, & inveniam gratiam ante oculos tuos.* Ibid. n. 13 Si loquebatur facie ad faciem cum Deo, quid modò petit, ut ſibi adhuc facies Dei oſtendatur? cur non magis quieſcit in illo mirabili colloquio, ſed adhuc impellitur, ut cupiat clarius videre Dei faciem? Ut dicit, *ſi inveni gratiam in conſpectu tuo. &c.* Magna gratia ei conceſſa erat, ut ita familiariter ageret cum Deo facie ad faciem, ſicut homo ſolet loqui ad amicum ſuum, tamen ibi non quieſcebat Moyſes, nec ibi ejus appetitus complebatur, ſed adhuc majorem gratiam quærebat, ut ut apertam, & claram Dei viſionem appeteret qua omnino ejus deſiderium eſſet ſatiatum, & adimpletum. D. Auguſt q. 151. *Oſtendit Moyſes*, ait, *quod non ita videbat Deum in illa familiaritate conſpectum, ut deſiderabat videre.* D. Auguſt.

Nulla familiaritas Dei, ſed ſola ejus viſio ſatiat noſtrum appetitum.

Ait anima ſancta Cant. 3 n. 1. *In lectulo meo per noctes quæſivi quem diligit anima mea* Si verò inquiro quidnam ſit lectulus iſte? Recte reſpondet Gillibert. Abbas ſermon. 2. in Cant. dicens, *Ille ſponſæ lectulus, ille dilectus; lectulum dum infirmam ſuſcipit; dilectus dum inflammat, & incendit*, Itaque ipſemet Deus erat animæ lectulus, & dilectus, In lectulo illo jam quaſi recumbebat, eumque fidei, ac aliarum virtutum manibus tenebat, & tamen illum adhuc requirebat: quid quæris ſponſa quem jam virtute, fide, ac operibus tenes? Ipſe eſt lectulus, & locus requiei tuæ, & quando in illo es tanquam in lectulo, cum non quieſcis? cur adhuc eum quæris; Etſi in eum requieſcebat fide ac charitate, tamen adhuc ejus præſentiam requirit, *quæſivi, quem diligit anima mea.* Vehementer anima ſancta Deum diligebat, & ideo quamvis in nocte hujus ſæculi in eo requieſceret per fidem, & charitatem tanquam in lectulo, tamen adhuc vehementi affectu ejus claram præſentiam ſemper intendebat, ut ibi pleniſſimè quieſceret, ac gauderet, Citatus Gillibert, Abbas. *Sancta quædam ſemper eget amor avaritia, ſemper enim ad ſecretiora exæſtuat. & quæ tenet non reputans, volubili ſe raptat in anteriora rotatu.* 549. Cantic 3. Gillibert.

Semper amans ad claram Dei viſionem impellitur, Gillibert.

CAPUT

CAPUT TERTIUM.

ARGUMENTUM CAPITIS.

CONTINENTUR in hoc Capite tres reliquæ Chriſti Domini Epiſtolæ, ad Epiſcopum Sardis, & ad Epiſcopum Philadelphiæ, & ad Epiſcopum Laodiceæ. Prima ad Epiſcopum Sardis, ipſius vehementer negligentiam accuſat, juſtoſque paucos in ejus Eccleſia laudat, ac tandem ſpe magnorum præmiorum excitat. In ſecunda Epiſtola Epiſcopum Philadelphiæ multis verbis collaudat; perſecutionem, ac victoriam venturam annuntiat, & multis præmiis ad perſeverantiam exhortatur. In tertia Epiſcopo Laodicenſi exprobrat, quod nec calidus, nec frigidus ſit, ſed tepidus; & ſuadet ei emere aurum ignitum, ut victor exiſtens ſeſſionem habeat in throno ſuo.

QUINTA DOMINI Epiſtola.

Apoc. 3. *num.* 1. Et Angelo Eccleſiæ Sardis ſcribe: Hæc dicit, qui habet ſeptem Spiritus Dei, & ſeptem ſtellas. Scio opera tua; quia nomen habes, quod vivas, & mortuus es.

VERSIONES.

Syrus. n. 1. Et Angelo illi, qui eſt Sardibus ſcribe: Hæc dicit ille, qui habet illos ſeptem Spiritus Dei, & illas ſeptem ſtellas.

Arabicus. Angelo verò Sardium ſcribe: Hoc eſt, quod dicit habens ſeptem Spiritus Dei, & is in cujus manu ſunt ſeptem ſtellæ.

Arias. Et Angelo illius in Sardis Eccleſiæ hæc dicit habens.

Vatablus. Novi opera tua.

EXPOSITIO I.

ANGELO Eccleſiæ Sardis, ſcribe. Epiſcopo nempe Eccleſiæ Sardis. *Qui habet ſeptem Spiritus Dei.* Hæc eſt inſcriptio hujus Epiſtolæ; 1.
per Spiritus Dei, ſeptem nempe dona Spiritus ſancti inter quæ ſapientia, ſcientia, quibus omnia ei fiunt aperta, & manifeſta numerantur; & ſeptem ſtellas, ſeptem nempe virtutes, quibus Epiſcopi maximè debent reſplendeſcere; vel ſeptem ſtellas ſeptem nempe Epiſcopos inter quos tu verſaris: Cave ergo ne à tanto honore cedas. *Sciò opera tua*: Scire, hoc loco non dicit approbationem, ſed perfectam, & claram cognitionem. *Nomen habes quod vivas*: Secundùm externam apparentiam vivere videris, & multa bona operari, & tamen revera *mortuus es*, à vita gratiæ excidiſt per peccatum tuum, quod maximè videtur negligentiæ fuiſſe in ſuo paſtorali munere.

QUÆSTIO I.

Quænam urbs eſſet Sardis, & quis illius Epiſcopus quo agitur?

SArdis urbs Lydiæ, magna, amœna, ac celebris ad latus Timoli montis; olim Regia Crœſi Lydorum Regis: ſicut & Suda in Perſide ipſius Regia erat ſub verb. *urbs*, theatrum vitæ humane: ex hac civitate fuerunt duo Diodori inſignes oratores. 2. *Sardis urbs.*

3. *Quis Epiſcopus.* Lyran. Perer Alcazar Corn. Tyrin.

Quis autem fuerit hîc Angelus, ſeu Epiſcopus Sardis, res omninò incerta, ac ignota ut tenent Lyranus, Pererius Alcazar, Cornelius, Tyrinus & alii; nam Aureolus, & Antiochus Brondus, & noviſſimè M. Joannes de la Haye putant fuiſſe S. Melitonem. Veriſimilitudinem hæc non habet; nam ſanctus Melito vixit ſeptuaginta annis poſt ſanctum Joannem, ac proinde non poterat eſſe Sardis Epiſcopus, quando Joannes hæc ſcribebat: nam ipſe floruit anno Domini 172. quo anno, ut docet Baronius (Baron.) ex Euſebio in Chronico, pro Chriſtianis Epiſtolam ſcripſit ad Antonium Imperatorem. Denique ſancto Meliton non convenit hîc quod ait Joannes. *Nomen habes quod vivas, & mortuus es.* Nam Euſebius (Euſeb.) lib.4.cap.26. Maximè eum laudat de omnibus virtutibus, doctrina, caſtitate, ac ſanctitate, & quod Sardis requieverit: Aureolus Martyrem eum prædicat? alii verò Pontificem & confeſſorem ſcribunt, quod eſt probabilius, quia de ejus Martyrio nihil habet Euſebius.

4. Nonnulli hæc, quæ hic dicuntur, adaptant Lucifero Calaritano, ſed improbabiliter. Quid habent hæc cum Lucifero qui ducentis annis extitit poſt Sanct. Joannem, & Sardus fuit, id eſt, ex Inſula Sardinia; non verò Epiſcopus civitatis illius, quæ eſt in Aſia? Et licet fuerit Epiſcopus, Calaris Epiſcopus fuit, non Sardis. Non enim audiendus eſt Eraſmus (Eraſm.) in notis ad Dialogum S. Hieronimi contra Luciferianos; nam Lucifer fuit egregiè Catholicus, & cum ſanctis Athanaſio & Hilario pugnavit contra Arrianos. Aliquando tamen ex nimio, & imprudenti zelo ſchiſma fecit, contendebat enim Epiſcopos Arrianos pœnitentes, ac reconciliatos non eſſe ab Eccleſia recipiendos, tamen ab hoc errore ſe retractavit, ut tradit Rufinus, & ex eo Baronius, & nervosè probat Bronchus (Bronch.) ad cap. 2. Apocal. diſ. 11. quæſt. 2. præcipuè, quia S. Hieron Nazianzen. Hilar. & alii Patres eum Beatum nominant, magniſque laudibus celebrant, & Sardi, ut ipſe teſtatur, eum ut Sanctum venerantur, cujus etiam Baſilicam extare dicitur prope Calarim.

5. Tirin. Alii tandem contendunt, ut teſtatur Tirinus, quod iſte Epiſcopus dictus eſſet Zozimus, quia & interpretatur vivus, quia Chriſtus de eo hic ait, *Nomen habes quod vivas, & mortuus es.* Sed nomen hic vulgi opinionem, ſeu famam ſignificat, quæ de hoc Epiſcopo circum ferebatur.

QUÆSTIO II

Quare, in inſcriptione hujus Epiſtolæ ponitur, Hæc dicit, qui habet ſeptem Spiritus Dei, & ſeptem ſtellas?

6. VAria, ac diverſa ponuntur in titulo uniuſcujuſque Epiſtolæ, ut vidimus ſuperiori cap. & videbimus in ſequentibus duabus Epiſtolis. Hinc Epiſcopo Sardis ſcribitur. *Hæc dicit, qui habet ſeptem Spiritus Dei, & ſeptem ſtellas.* Cur talis eſt inſcriptio?

Reſpondet primò Richardus Victorinus, Tu, ait, *qui te coram hominibus per hypocriſim bonum facis, ſed in occulto, me contemnendo malus exiſtis, audis ſeptem Spiritus Dei habere, animadverte me per meam ſapientiam, non ſolum opera, ſed & cogitationes ſpiritualiter penetrando videre.* Ad quid in hac Epiſtola dicitur Epiſcopo Sardis (Ait Chriſtus, quod ipſe habeat ſeptem dona Spiritus Dei) cùm hoc ſit valde notum ex Iſaia 11. n.2. quòd requieſcet ſuper eum Spiritus intellectus, ſcientiæ, ac ſapientiæ. Hic Epiſcopus, etſi exterius virtutum, ac bonorum operum ſimulatione apparebat, interius verò ſine ulla virtute, vitiorum ſpurcitia erat plenus; ideò huic Epiſcopo ſcribitur, *hæc dicit, qui habet ſeptem Spiritus Dei:* inter quæ ſunt ſcientia, intellectus, & ſapientia, quibus omnia rimatur, & penetrat Chriſtus, ut ita Epiſcopus hæc audiens ab hypocriſi, ac ſimulata ſanctitate deſiſtat, audiens, & ſciens, quod Deus omnium habet perfectam cognitionem; & maxime debet cohibere licentiam ad peccandum; ſi homo cogitet, quod Deus omnia intuetur, & cor ejus penetrat. 7. Richard. Iſai. 11. *Hypocrita non fallit Deum, qui omnia interiora agnoſcit.*

Secundò, Pannon. *Hos Spiritus*, ait, *ideo ſe habere dicit, quia in Sardis erant, qui Spiritu Dei carebant, homines vaniſſimi, futiles, & nobiles quos parum tangebat cura Spiritus: quos oportebat recognoſcere Spiritus hos quàm neceſſarios ad ſalutem, quod ſine his non conſtet cuiquam ſalus, nec honor coram Deo, ſimulque quàm miſerrimum eſſe ſine his degere, ſine quibus, nequidem putatur anima vivere.* Hæc Epiſtola non ſolùm ſcribitur Epiſcopo Sardenſi, ſed etiam his, qui in ejus Eccleſia erant, de quibus etiam dicitur: *Scio opera tua,* quòd nomen, habes, quòd vivas, & mortuus es; ideo introducitur eis loquens, *qui habet ſeptem Spiritus,* per quos intelliguntur dona Divini Spiritus, quibus Sardicenſes cum ſuo ſpiritu carerent, ideo inter mortuos numerabantur: objiciuntur: ergo eis dona divini Spiritus, ut ad illa comparanda excitentur, ut ita vitam amiſſam valeant recuperare. 8. Pannon. *Qui donis Spiritus ſancti caret mortuus eſt.*

Tertiò: Richardus Victorin. *Dum audit me habere ſeptem ſtellas, intellige me ad te, & tui ſimiles Epiſcopos puniendos, maxime petentem eſſe, ſi deliquerint.* Ait Chriſtus in præſenti quod habeant ſeptem Spiritus Dei, id eſt, ſeptem dona Spiritus Sancti: ſeptemque ſtellas, id eſt omnes ſtellas, ut omnium creator eas habet de ſe ait, quòd habet dona Spiritus ſancti, ut ſe indicet omniſcientem; & quod ſimul ſub ſua poteſtate habeat ſtellas, ut oſtendat ſuam omnipotentiam. His Dominus Epiſcopo declarat, quòd ipſe bene agnoſcit ejus hypocriſim, quæ ſevera punitione, ejus omnipotentiam non effugiet, ut ita Epiſcopus ſi non timet Dei ſcientiam, timeat ejus omnipotentiam. 9. Richard. *Delinquens non effugit Dei cognitionem, ac punitionem.*

Quartò, cum ſeptem ſpiritibus, ac ſtellis apparet Chriſtus huic Epiſcopo, & non potiùs cum romphæa acuta, ad eum tanquam mortuum ſevere puniendum. Hic Epiſcopus videtur, quod abjecerit curam ſui gregis, & quod ſumma negligentia laboraverit. Hinc ait Alcazarus, quod ſeptem ſpiritibus, ac ſtellis ei venit; quia per hos ſeptem Spiritus denotantur ſeptem virtutes Epiſcopis maxime neceſſariæ, nempe beneficentia, æquitas, ſapientia, 10.

patien

patientia, fortitudo, comminatio, & ſeveritas. Ecce cur Chriſtus ſcribens huic Epiſcopo, ei dicit ſe ſeptem ſpiritus habere, quaſi eum admonens, reſpice me tanquam nitidum ſpeculum, & agnoſce quibus virtutibus fulgere debeas, ut rectè officio tuo fungaris, ut ita ſe totum ad Chriſti veri Paſtoris exemplum conformet.

Prælati reſpiciant ad Chriſtum, ut ad ſpeculum agnoſcant ſuum agendi modum.

11. Quintò, Cornelius per ſeptem ſpiritus intelligit Angelos Eccleſiæ rectores, de quibus dictum eſt cap. 1. num. 4. per ſtellas verò Epiſcopos; ac ſi ei dicatur: O Epiſcope Sardenſis verſaris inter ſanctos Angelos, & Epiſcopos, Pudeat ergo te unum non ſancte vivere, pudeat te officium Epiſcopale, in quo alii aut fervent aut diligentiſſimi ſunt, negligere? pudeat te degere in morte animæ, qui alios vivificare deberes: & ita ei objicitur quanta, & qualis ſit ſua dignitas, ut ad eam recuperandam maximè animum intendat.

Corn.

Ex ſua dignitate excitatur homo ad ſuum locum tenendum.

12. Sextò, Dico quod ſentio, per ſeptem ſpiritus intelligo cùm Richardo de Sancto Victore, Pannonio, ſeptem dona Spiritus ſancti; non enim hic dicuntur ſolùm ſpiritus, ut c. 1 n. 4. *ſed Spiritus Dei.* Ergo aliquid altius hic denotatur, per ſeptem ſtellas intelligas omnes ſtellas, quæ maximè vigilantiam, ac diligentiam indicant. Job. 38. n. 7. *Cùm me laudarent aſtra matutina.* Nam ſtellæ non ſunt aliquid fugatum ac flaccidum, ſed vivax, & efficax, quæ noctu maximè ſe demonſtrant, & docent homines vigilantium.

Ad veram intelligentiam aliqua notanda

13. Veniebat Dominus. ut argueret hunc Epiſcopum Sardenſem, præcipuè de duobus defectibus, ut dicam quæſt. 5. primò de hypocriſi ideo ei dicitur, *nomen habes, quod vivas, & mortuus es.* Secundò etiam de negligentia, ideo ei dicitur: *Eſto vigilans, & confirma cætera.* Ait ergo ei Chriſtus, quod habet ſeptem dona Spiritus ſancti, ut arguat Epiſcopum, quod ſi ſua hypocriſi homines falleret, ipſum non fallebat qui per ſapientiam, ſcientiam, & intellectum omnia ſcit & penetrat, eique objicit ſtellas, ut arguat Epiſcopi negligentiam, earumque exemplo torporem excludat, ſéque maximè excitet, ac exhortetur ad ea, quæ ſpectant ad Dei gloriam, ac ſuorum utilitatem, & bonum; ita ut ſomnum excutiat, & ſuper gregem ſuum invigilet. Sic deſidi formicam objicit Sapiens Proverb. 6. n. 6. *Vade ad formicam, ô piger, & conſidera vias ejus, & diſce ſapientiam.* Arabicus. *O impotens vade ad formicam, & cum proſpexeris eam, aſſimilare viis illius.*

Exemplo ſtellarum arguitur Epiſcopus.

Prov. 6. Arabic.

14. *Moyſi apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbat, quod rubus arderet, & non combureretur.* Exod. 3. num. 2. Taliter ſe Dominus flammantem, & innocuum oſtendit, ut ne quid detrahat flammarum veritati, nec vel ulli rubo inferat damnum. Et cur adeo flammans & innocuus ſe ſe in præſenti oſtendit? Veniebat Dominus ut Moyſem principem, ac ducem conſtitueret, & objecto flammarum exemplo principem docet, veri Principis mores, quibus inter potentiæ & ſeveritatis flammas debet maximè cavere, ne vel minimo homuncioni inferat damnum; & ideo ipſe verè Princeps, & Dominus oſtenditur, & flammans & innocuus, ut ne lædat viliſſimæ ſtirpis ramum. D. Ambroſ. lib. 1. de Spiritu ſancto c. 15. *In rubo flamma, & flamma non noxia, urebatur enim rubus, & non exurebatur, eò quòd illo myſterio Dominus figuraret; quia illuminaturus adveniret.* Illo flammarum myſterio nos illuminabat docens, quod Princeps fulgeat, ac illuminet, non tamen cum damno, ac perditione alicujus.

Exod. 3.

Deus objecto flammarum exemplo inſtruit principum.

D. Ambr

15. Perdoctè ait Tertullian. lib. de Reſurrect. Carnis. *Reducuntur, & ſtellarum globi, reducuntur & ſiderum abſentiæ, quas temporalis diſtinctio exemerat. Redornantur & ſpecula Lunæ, quæ menſtruos numero attriverat. Revolvuntur hyemes, & ſtates, verna, & autumna. Quippe etiam terræ de cœlo diſciplina eſt, arbores veſtire poſt ſpolia; flores denuo colorare.* Dicitur Gen. 1. n. 1. *In Principio creavit Deus cœlum, & terram* In multis videtur cœlum in creatione fuiſſe terræ præpoſitum, in aliquo ſaltem excellentiæ priori eſſendi initium. Quid inde? omnes cæleſtium viciſſitudines terra avidiſſimè æmulatur. Cœlum ſemel, & iterum reaccendit, Lunæ defectus reficit, & tenebrarum luminumque facit vices, ſimilem diſciplinam imitata eſt terra, ut poſt ſpolia, ac nudationem, arbores veſtiat, & flores denuò coloret, viceſque temporum ſuſtineat. *Terræ de cœlo diſciplina eſt*, ut à cœlo, ſtellis, ac Luna hauriat terra diſciplinam, quam imitetur, ac ſequatur.

Tertull.

Geneſ. 1.

Terra à cœlo, ac ſtellis participat diſciplinam.

Quæstio III.

Quare Dominus in his Epiſtolis ad hos, Epiſcopus frequenter repetit, quod ipſe eſt, qui tenet ſeptem ſtellas in manu?

16. Apparet Dominus Joanni Apoſtolo Principi, ac Primati omnium Eccleſiarum Aſiæ, & ſe oſtentat cum ſeptem ſtellis in dextera ſua, cap. 1. num. 16. ſcribit Epiſcopo Epheſino in fronte omnium Epiſtolarum, & ſtatim in ejus exordio ait: *Hæc dicit, qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua.* Apocal. 2. num. 1. Sic etiam in hac Epiſtola Angelo, ſeu Epiſcopo Sardenſi. *Hæc dicit qui habet ſeptem ſtellas.* Cur ergo Dominus cùm loquitur cum capite Eccleſiarum Aſiæ, ac cum ejus Epiſcopis ſe cum ſeptem ſtellis oſtentat tam frequenter.

Difficultas quæſtionis.

Apoc. 1.

Apoc. 2.

17. Reſpondeo quòd ſeptem ſtellæ ſignificant omnes ſtellas, ac ſplendores; nam frequenter in Scriptura numerus ſeptenarius univerſitatem ſignificat, ſic cum ait Dominus in hac Apocalypſi, c. 1. n. 11. *Scribe, & mitte ſeptem Eccleſiis*, id eſt, omnibus Eccleſiis, ut eodem cap. 1. q. 44. num. 321. notavi ex communi ſententia; nam ſeptenario dierum numero tota hebdomada, quæ univerſitatem denotat, concluditur: Septem ergo ſtellæ in Domini manu, ſignificant omnes ſtellas, ac luces.

Apoc. 1.

18. Sic ergo Dominus Ioanni ſe exhibet hac Apocalypſi cap. 1. à num. 13. ut ſua forma, ac habitu cunctos Epiſcopos admoneret, qualiter ſe debebant gerere. Ideo in capite *capilli erant candidi*, ut ſignificarent maturam prudentiam; *Oculi tanquam flamma ignis*, vigilantiam indicebant; *facies reſplendens ut ſol*, exempli nitorem

torem importabat : *Gladius ex utraque parte acutus*, integram juſtitiam ex utraque parte, in propinquo, ac extraneos innuebat : *Zona aurea ad mammillas*, totum pectus charitate circundatum oſtendebat : Septem ergo ſtellæ in m nu omnem lucem, ac ſplendorem eminenter in Prælato fulgere adſignificabant ; Prælatus Eccleſiaſticus cum ſit lux non debet quacumque luce, ſed omni luce, ac ſplendore nitere.

Prælatus Eccleſiaſticus eminenter habent omnem ſplendorem.

19. Matth 5. Ait Chriſtus ſuis Apoſtolis, & in eorum perſonis univerſis Eccleſiæ Prælatis; *Vos eſtis lux mundi*. Matthæ 5. n. 14. Quænam lux eſt hæc, cum qua Dominus ſuos Apoſtolos comparat; forſitan erit lucerna ex oleo vel cera? Minimè nam talis lux ad ſui fulgorem conſumit oleum & ceram ; lux autem Evangelica ſine alicujus diſpendio ad ſui ſplendorem neminem minuit, nec extinguit. Deinde ex tali lucerna olei, vel ceræ emittitur fumus alios obſcurans ; at lux Evangelica neminem denigrat, vel obſcurat ad ſui nitorem. *Vos eſtis lux mundi* : Forſitan hæc lux erit lux ſolis, ita communiter dicitur ſed minimè poteſt eſſe ; nam lux ſolis quamvis ſplendida, ac elegantiſſima lux ſit, lucet die, & in tenebrarum horrore deficit, & diſparet ; lux autem Evangelica nunquam deficit, & quantò magis tenebrarum horrores creſcunt, tantò magis ipſa nitet, & fulget *Vos eſtis lux mundi* : Quæ ergonam lux eſt hæc? eminentiſſima certè quædam lux, quæ eſt lux ſolis, Lunæ, Auroræ ac ſtellarum, quod ſic explico.

In Prælato Eccleſiaſtico omnis lux fulgeat.

20. Eccleſ. 50. De ſancto Pontifice Simeone filio Oniæ loquens Eccleſiaſticus cap. 50. num. 6 ait de illo, *Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ; & quaſi Luna plena in diebus ſuis lucet ; & quaſi ſol refulgens*, ſeu ut alii legunt *ardens*. Si ipſum Pontificem confert cum Sole, quid eſt luminare majus, ad quid ipſum comparat cum Luna, vel Aurora, quæ ſunt inferiora lumina, & ad intuitum Solis omnes ſuos radios contrahunt? Præclare Pontifex Innocentius III. ſerm. 2. de Aſſumptione, *Luna*, ait, *lucet in nocte, aurora diluculo ſol in die*. Optimo jure Antiſtes Eccleſiaſticus cum Sole, Luna, Aurora combinatur: ſed fulgentiſſima lux die at verò nocte deſerit nos: Luna plena pulcherrima nocte emittit ſuos radios, die verò contrahit : Aurora elegantiſſimè ſcintillat in diluculo at die, ac nocte diſparet, Dicitur ergo quòd Eccleſiaſticus Præſul ſe habet ut Sol, Luna, Aurora, quia in omni inſtanti, momento, ac differentia temporis, ſive die, ſive nocte, ſive diluculo ſemper ſuis aſſiſtens fulget, & reſplendet vitâ, exemplo, doctrinâ, ac virtute ; in nulla conſideratione ſuos deſtituit.

Alia lectio. Innocent 3. *Prælatus Eccleſiaſticus in omni temporis differentia lucet.*

21. Prælatus Eccleſiaſticus ſit veluti ſol refulgens, ſeu ardens charitate erga ſuos, ſitque tanquam aurora, ſeu ſtella maturina, qui radiis ſuæ doctrinæ, ac ſapientiæ cunctos ad Chriſtum ducat; ut ſtella ſe habuit erga Magos Matth. 2. num.... & ibidem notat Rabbanus Maurus, ſit etiam ut Luna plena quæ hanc maximam excellentiam habet, quod in tenebroſo noctis horrore, quando cuncta diſparent, ac te deſerunt, univerſaque tibi horrorem incutiunt; tunc ipſa Luna te comitatur, illuminat, ac in viam ducit ; unde ait. Regius Vates Pſal. 88. n. 38. *Luna perfecta in æternum teſtis in cœlo fidelis*. Luna plena teſtis fidelis, ac prælatus divinæ bonitatis, ejuſque magnæ providentiæ erga nos, & cur Sol non dicitur teſtis fidelis, ſed Luna? Nam in condenſo noctis caliginoſo, quando cuncta tibi deſunt, univerſa veluti contra te inſurgunt ; tunc Luna ut comes, ac dux viæ tibi adeſt ; & quando cætera te deſtituunt, ac derelinquunt, & veluti inimica contra te ſe oſtentant, tunc tibi adjuvamen, favorem, ac lucem exhibere fidelis, ac præclariſſimus teſtis Divinæ bonitatis erga te eſt, ſeu ut ait Agellius, *Teſtis divinæ gratiæ erga creaturas*.

Matth. 2. Rauban. Pſalm. 88. *Fideliſſima bonitas tibi dare adjuvamen, quando univerſa te deſerunt.*

QUÆSTIO IV.

Quodnam fuit hujus Epiſcopi peccatum, & quare illud apertè non exprimitur.

RUpertus ſuſpicatur fuiſſe peccatum carnale occultæ libidinis, ideòque à Joanne hic taceri, nam luxuriæ crimen ab ore puro non pronuntiatur : ſed hoc nullum habet in text. fundamentum. Lyranus exiſtimat fuiſſe hypocriſim, qua ſanctitatis ſpecie occulta peccata tegebat, & populum decipiebat. 22. Rubertus. *Luxuriæ nomen non eſt in puro ore.* Lyran.

Primaſius, Beda, Cornelius, Alcazar, & alii contendunt hoc fuiſſe negligentiæ peccatum in ſuo paſtorali munere, in docendo ſcilicet, monendo, corrigendo, confirmando debiles, in reprimendo hæreſes: addit Cornelius, *Multi videntur boni, eò quòd externum Eccleſiæ cultum, altarium ornamentum, fabricæ ſplendorem largas eleemoſynas egregiè curent; ſed interna, puta ſuorum vitia, ignorantias, pericula ſalutis negligunt, cùm hoc ſit potiſſimum Epiſcopi officium.* 23. Primaſ. Beda. Alcazar. Corn.

Dico, quòd duplex erat peccatum hujus Epiſcopi, Primum hypocriſis, ut ait Lyranus : Secundum negligentiæ, ut ait 3. ſententia. Hic Epiſcopus quadam hypocriſi laborabat ; ideo ei dicitur ; *Nomen habes, quod vivas, & mortuus es*. Exteriùs ſpeciem habebat bonitatis, & videbatur bonus, & inde exteriùs habebat bonam famam, & bonam opinionem; tamen internè, & coram Deo plenus erat ſpurcitia vitiorum ; & ideo dicitur de eo, *Nomen habes quod vivas*, exteriùs ſcilicet ; & tamen interiùs, & coram Deo *mortuus es*. Secundò peccabat peccato oſcitantiæ, atque negligentiæ, vitia, ac peccata ſuorum negligens, & ideo ei dicitur. *Eſto vigilans, & confirma cætera, quæ moritura erant*. Unde ex negligentia ſua multi perierant in ejus Eccleſia ; unde dicitur: *Habet pauca nomina in Sardis, qui non inquinaverunt veſtimenta ſua*. Et inde peccata hujus Epiſcopi mortifera erant, ut notat Rupertus citandus, cùm eſſent contra propriam curam paſtoralem ac tantùm in ſuorum ruinam. 24. *Duplex hujus Epiſcopi peccatum.* *Peccatum Epiſcopi mortale* Rupertus.

Quæres tamen quod ſecundò inquirit quæſtio, cur peccata hujus Epiſcopi expreſsè non dicantur in littera, ſed ex admonitione Domini ad hunc Epiſcopum aliqualiter colligantur? Reſpondet Ruperus, *Rectè*, ait, *uti debuit filius Dei Spiritu cōſilii, id eſt, non publica deſcriptione qualitatem, vel nomen declarare operis mortiferi, ſecundùm regulam Evangelicam, quam ipſe præſcripſit : ſi, inquit, peccaverit in te frater tuus vade,* 25. Rupertus.

vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum.

Divina virtus eſt prælatorum defectus tegere.

Epiſcopus per peccatum mortuus erat: cur ergo Dominus ei apertè non dicit, quod tale, & tale ſit ejus crimen; ſed quantum fieri poteſt, illud Dominus obtegit, ac ſub quæſtione relinquit? Erat iſte Epiſcopus, ac Præſul Eccleſiæ; unde apertè non evulgarur ejus crimen; Prælatorum ac Majorum peccata non publicanda, non evulganda ſunt, ſed quantùm fieri poteſt obtegenda.

26. Exod. 7.

Ait Deus Moyſi: *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis.* Exod. 7. num. 1. Larga quæſtio. In quonam factus eſt Deus Pharaonis, ut ejus diſſimularet, & regeret ſilentio ſcelera, quamvis notiſſima, & manifeſta; multoties Moyſes Pharaoni ex Dei mandato intimavit, ut populum dimitteret; multiſque Pharao plagis vexatus ſpopondit ſe populum dimiſſurum, & tamen ceſſante plaga, indurabatur cor ejus, & populo libertatem non concedebat, ut factum eſt, quando muſca urgebat, locuſtæ aſcendebant, & grando ac pluvia totam terram premebat, & peſte animalia peribant, & ſic de cæteris decem plagis: Si toties Pharao verbum ſuum non adimplet, cur Moyſes eum non arguit ut mendacem protervum, ac malignum, falſarium, & deceptatorem, ſed ſemper benignè & urbanè cum eo agit nullúmque verbum durum in eum dicit? Erat Pharao Rex & Princeps, & quamvis ejus peccata, ac mendacia eſſent publica, & notoria, tamen Moyſes divinam conditionem imitatus, quantùm ex ſe eſt non vult publica re nec ore, ac verbo ſuo evulgare, ſed ſua urbanitate, ac pietate, quantùm valet. Regis nequitiam intendit obtegere. Hæc eſt diviniſſima virtus aliorum errores tegere, ac tacere. In vitis Patrum, ubi de ſententiis illorum agitur ſententia 17: hæc ſcribuntur de ſancto Machario.

Principum defectus non evulgandi.

S. Machar.

Dicebant de ſancto Abbate Machario majore, quia ſicut Deus protegit mundum totum, & portat peccata hominum: ita & ille quaſi quidam Deus terrenus fuit in fratribus operiens delicta illorum, & ea quæ videbat, vel audiebat, quaſi non videns, & non audiens.

27. Geneſ. 37.

Joſeph zelo ductus, *Accuſavit fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo.* Gen. 37. num. 2. & tandem ipſe ductus in Ægyptum à domina ſua ſolicitatur ad opus nefarium, cùmque eam rejeciſſet, turpi operi non acquieſcens, illa dolore impatiens, totum crimen in ſanctum juvenem retorquere intendit. *En introduxit virum Hebræum, ut illuderet nobis.* Gen. 39. num. 14. At ille omnino obmutuit, nec pro ſe verbum aliquod loquitur, nec mulierem de falſitate, ac mendacio arguit, ſeu omninò tacet; ſi fratres accuſavit apud patrem; cur hanc fœminam non arguit de ſua impudicitia, ac laſcivia? cur cauſam ſuam non defendit? Erat illa domina ſua, ac caput totius familiæ, & inde non audet ejus crimen manifeſtare, ac culpam propalare, ſed cum diſcrimine propriæ vitæ, ac famæ illud ſilentio involvit, eligens potius vitam ſuam morti exponere, quàm dominam ſuam injuria, ac ignominia afficere, ſic eam reveretur, ſic tanto affectu illius crimina tegit. Abulenſ. ad illa verba, *Cùm audiſſet me clamare* ſic ait, *In omnibus iis tacebat Joſeph; quia nolebat contra Dominam ſuam verbis diſceptare.*

Gen. 39.

Superiorum crimina non publicanda. Abulenſ.

QUÆSTIO V.

Quare iſte Epiſcopus cùm ſit mortuus, nomen habet vitæ?

DIcitur huic *Epiſcopo, Eccleſiæ Sardis ſcribe? Novi opera tua; quia nomen habes, quod vivas, & mortuus es.* Hic Epiſcopus inſigne nomen habet vitæ: dicitur Angelus, & non cujuſcumque Eccleſiæ, ſed Sardis, qui lapis eſt pretioſus, vulgò Carnalia dictus; quia vividæ carnis imitatur colorem, ut notat Rupertus; & tamen intrinſecùs ſpurcitia plenus erat, utpotè mortuus: cavernoſum lapidem fœtidi ſepulchri referebat, & quid turpius, quàm vitâ, ac moribus nomini non correſpondere? Poſt auditam mortis ſententiam: Pulvis es, & in pulverem reverteris. *Et vocavit Adam nomen uxoris ſuæ Evam, eò quòd mater eſſet omnium viventium,* Geneſ. 3. n. 19. 20. Audit Adamus uxorem morituram & in pulverem revertendam, & immediatè vocat eam Evam; id eſt, vitam, & matrem viventium, quæ potiùs mater morientium dicenda erat; unde ipſa in hanc cogitationem devenit? Sic permiſſum à Deo, ut videretur, in quantam inſipientiam per peccatum prolapſus eſt homo, quod notat Rupertus lib. 3. in Geneſ. cap. 26. *Quid ergo inſanius, quàm in illo talis cauſæ judicio illam nuncupare Evam, id eſt, vitam, quæ nec ſaltem habebat vitam? dicere matrem cunctorum viventium eam, quæ potiùs mater eſt cunctorum morientium?* Quid inſanius, quam glorioſa nomina jactare, & opera turpiſſima exhibere, cùm vitæ inſcriptione oſtendere in operibus fœtida mortuorum ſepulchra? 28.

Indignum nomen, ſi vitâ non correſpondens.

Geneſ. 3.

Ad quæſtionem reſpondet primò Rupertus, *Secretum & occultum opus ejus, qui nomen habet, quòd vivat, & mortuus eſt, nam cujus peccatum publicum, & notum eſt, non habet nomen, quòd vivat; imò ſi vitæ, vel ſanctitatis opinionem prius habuit, clareſcentibus operibus mortuis opinionem illam, vel nomen perdidit, & diffamaturi quòd mortuus ſit, datur autē conjici, quod mortui hujus, quam dicit, mors, fuerit peccatum carnis;* Maxime notat Angelus quòd cum iſte Epiſcopus eſſet mortuus, nomen tamen vitæ haberet, ſed quid hoc mirum eſt? multorum virorum poſt mortem, eorum cantatiſſima nomina valdè glorioſè celebrantur; quid ergo novum & ſingulare, quod iſte Epiſcopus cùm eſſet mortuus nomen vitæ haberet? Iſte Epiſcopus introducitur mortuus ſpeciali animæ morte, concupiſcentia ſcilicet carnis, ut exiſtimat Rupertus, quæ maximè præſtantium virorum nomina ſolet corrodere, ac perimere, inde miratur, quod cùm in ejus anima agnoſcere labentem concupiſcentiæ mortem, adhuc in illo aliquod vitæ nomen perſeveraret cum ipſa laſcivia, maxime ſoleat illud extinguere, ac perimere. Deſtinavit Joſuè exploratores, de quibus tantùm ait textus. *Miſit Joſuè filius Nun de Setin duos viros exploratores.* Ioſuè 2. num. 1. Qui autem fuerint iſti exploratores? quæ eorum nomina? prorſus reticentur. Non ſic Numer. 13. num. 5. ubi refertur quomodo Moyſes miſerit duodecim

29. Rupertus.

Laſcivia in bonis viris nomen corrodit, & abſumit.

Ioſuè 2.

Num 13.

cim exploratores, quorum omnium nomina expreſsè referuntur, & nullius nomen tacetur, ut ibi poteſt videri: cur ergo illorum duodecim nomina exprimuntur, horum verò duorum reticentur? An non hi præſtantes viri? An non Deo, munerique ſuo valde fideles? Et optimi, & fideles viri creduntur, ſed de illis nil priùs dicitur, quàm quod ad domum meretricis diverterent; ait enim textus: *Qui pergentes ingreſſi ſunt domum mulieris meretricis*, citato loco Joſuè. Et valde frequenter laſciva domus laſcivaque umbra omne bonum nomen fidelium corrodit, & abſumit, & ſub oblivionis umbra perpetuò involvit, & premit.

30. Lyran. *Hypocritæ virtus non culta ſed colorata.* D. Bernard.

Secundò, Lyranus; Dicitur, quòd nomen habeat vitæ, cum ſit mortuus ob ſuam hypocriſim; quia coram hominibus ſimulatam ſanctitatem, tanquam vitam præ ſe ferebat, & tamen in oculis Dei ſine ullo bono opere apparebat; quia ejus virtus tantùm colorata, non autem culta erat, ut obſervat D. Bernard. ſerm. 66. in Cantic. *Non eſt apud hypocritas virtutes colere, ſed vitia, colere quodam, quaſi virtutis minio.*

31. *Cur iſte Epiſcopus, ſicut alii, non laudatur.*

Ex quo notat, quòd in aliis Epiſtolis; etſi Epiſcopi de aliquibus arguantur, tamen in multis laudibus extolluntur, ut c. 2. de Epheſino, *Charitatem tuam primam reliquiſti*. Ibidem n. 4. tamen multis ſublimatur; *ſuſtinuiſti propter nomen meum, & non defeciſti.* At hic Sardicenſis, quamvis dicatur de eo, quòd nomen habet vitæ, nulla laude inſignitur, ac nobilitatur, quia nihil nomen, vel fama ſanctitatis prodeſt cùm rei veritas deſit. D. Ambroſ. de obſervat. Epiſcopi ait, *Ne ſit nomen magnum, & crimen immane; ne ſit honor ſublimis, & vita circumvallata peccati: ne ſit deifica profeſſio, & diabolica actio, qui cum talis ſit, non habet, quod vivat, ſed mortuus eſt.*

D. Ambr. *Non prodeſt fama, ſi veritas deſit.*

32. Primaſ. Beda. Bruno.

Tertiò. Nomen habebat, quòd viveret, & mortuus erat, ut interpretantur Primaſ. Beda, Brun. Abulenſ. Habebant nomen vitæ coram populo aliquibus bonis operibus à ſe editis, mortuus tamen erat coram Deo ex ſua negligentia, ac deſidia, quam habebat in docendo, admonendo, corrigendo populum: ergo etſi coram hominibus ſanctus, ac ſplendidus eſſet, & in cultu Eccleſiæ magnificus ac ſollicitus, ob unam tamen negligentiam à Deo rejectus eſt, coram illo mortuus. Unde hoc? Quia quando cætera deſunt, vivit ex diligentia Paſtor; ſi quando hæc deficit moritur; nam ex ſomno, & negligentia Paſtoris oves pereunt, & moriuntur. Multùm vigilabat Jacob ſuper ſuum gregem; unde dicebat: *Die, noctúque æſtu urebar, & gelu: fugiebátque ſomnus ab oculis meis.* Geneſ. 31. num. 40. D. Chryſoſtom. homil. 22. ad populum. *Quæ ipſius vigiliæ ratio*, ait, *ne ulla ovis feræ captiva fieret; ſi verò tanta de irrationali pecude cura; qualis eſſe decet, de rationali anima ſollicitudinem gerentis.*

Vigilia multùm neceſſaria Paſtori. Gen. 31. D. Chryſ.

33. Rupert.

Quartò, Rupertus, *In tua quidem perſona*, ait, *reprehenſibilis es, ſed hoc pro te facit, quod non alios etiam perdidiſti exemplo tuo, quia quamvis mortuus ſis, nomen habes, quod vivas.* Quamvis enim iſte Epiſcopus in ſe eſſet reprehenſibilis: & ex peccato mortuus, tamen nomen habebat vitæ, & quòd coram hominibus dignus ſuo munere, ut vir juſtus reputabatur, ſicque ſcandalum ſubditis ex prava vitæ ratione non præbebat, & inde meruit, ut pœna ei differretur, & monita ſalutis audiret, ut pœnitentiam ageret.

Prælatus, etſi reprehenſibilis ſit ſcandalum non præbeat.

Quintò, *Nomen habes, quod vivas, & mortuus es*, Valde repugnantis conjungit Angelus: Nam ſi vità donatus erat, mors inde excludebatur, aut ſi morte erat affectus, inde expers vitæ. Quomodò ergo mortuus, & vivus? Introrſum dominabatur mors, extrorſum verò vita divitiis affluebat fortuna ſors ipſa ad ſupremum dignitatis faſtigium elevabat, aſtantium circumdabat pompa, ſed dura intus præcordia mors adurgebat; ipſa fortuna affluens magnificáque dignitatis ſors, ac plauſibilis aſtantium pompa, quæ maxime ad vitam inſervire videbantur, illi internã mortem inferebant; nam peccator in ſuis deliciis in quibus præ jucundam vitam invenire cogitat, ibi mortem ac ſupplicium lucratur. 34.

In affluentia externa vita mors eſt anima.

Ob crudele fratricidium, Cain mulctatus eſt Domini ſententiâ. *Cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos, vagus & profugus eris ſuper terram.* Gen. 4. n. 12. ſeu ut legunt ultima verba Septuag inta: *Gemens, & tremens eris ſuper terram.* Tunc ipſe ſubdit textus n. 16. *Egreſſuſque Cain à facie Domini, habitavit profugus in terra ad orientalem plagam Edem*; quæ, ut ait Iſidorus ibi. *interpretatur epulatio, ubi plantatus eſt paradiſus.* Cain regionem paradiſo ſatis vicinam elegit, quæ magna pinguedine repleta erat, deliciis ſcatebat, fructus exundabat, floribus per amœna, & irriguis aquis multùm abundans erat; ad quid Cain elegit hanc regionem? ſine dubio ut perjucundè, ac deliciosè viveret; deliciáſne ibi invenit? Minimè ſanè, ſed potiùs pœnam, & tormentum; nam cum terram tam fertilem, ac pinguem operaretur, fructus ei non reddebat; in terráque illa, in qua alii multùm placidè, ac quiete viventes præjucundabantur, ac lætitia & riſu perfundebantur, ipſe ut profugus totus erat inquietus & perturbatus, tremens & gemens fertilitas terræ non dans ei fructus in pœnam, & dolorem vertebatur, jucunditas loci, ut homini profugo, ac timido tota convertebatur in perturbationis materiam, & in panem gemituum, & lachrymarum, ad hoc reſpexit Lyran. *Per Eden, ait, intelligitur paradiſus terreſtris; in pœnam enim Cain factum eſt, ut expelleretur versùs illam regionem delectabilem, & felicem.* 35.

Gen. 4. Septuag. Iſidorus.

Homo ubi quærit delicias, ibi invenit labores.

Venerunt duo Angeli Sodomam Gen. 19. n. 1. viſibili, & eleganti forma conſpicui, quibus mandatur totum ſupplicii negotium, ut ſulphureis flammis nefandam urbem traderent: ſed cur neceſſe fuit, quòd tantæ everſionis miniſtri eleganti forma conſpicui inter perdendos homines apparerent? Si ſ punitum veniebant Angeli Sodomitas, cur priùs velut pulcherrimos juvenes oculis eorum ſe præſentant? Ut videretur miſera peccatorum conditio, ſiquidem juvenes, quos receperunt, ut ſuæ laſciviæ pabula, haberent rigidos ſuarum iniquitatum tortores, & juvenes, quos reputabant ſuæ concupiſcentiæ fomenta, eſſent eis duriſſimi in ſuis pœnis, & ſuppliciis exequutores ad eorum perditionem, & interitum; & ita immanitas ſuorum ſcelerum eſt punita, ubi delicias quærebat, ibi ignem & ſulphur invenit. Salvian lib. 1. de gubernat. Dei. *Cùm Angelos*, ait, *Sodomam Deus mitteret, hoc nobis probare voluit; ſcilicet, ut cùm legeremus, quæ à Sodomitis Angeli* 36.

Gen. 19. *Ubi homo reputat fomenta concupiſcentiæ, ibi mors.* Salvian.

Angeli pertuliſſent, etiam videremus ſcelerem immanitatem, criminum turpitudinem, & libidinum obſcœnitatem.

Apo.3.n. 2. Eſto vigilans, & confirma cætera, quæ moritura erant; non enim invenio opera tua plena coram Deo meo.

VERSIONES.

Syriacus. Expergiſcere, & ſerva eos, qui reliqui ſunt, qui parati ſunt mori, non enim inveni opera tua perfecta.

Arabicus. Igitur eſto vigilans, quoſque vis rejicere, corrobora.

Arias. Confirma cætera, quæ futurus eras abjicere.

Primaſius Non inveni opera tua repleta coram Deo.

EXPOSITIO II.

37. ESTO *vigilans*, expergiſcere, qui negligentia tanquam alto ſomno teneris: *& confirma cætera*, & corrige tam tuos defectus, quàm tui gregis; niſi enim vigilans confirmes, ac corrobores in juſtitia, virtute, ac charitate tam tua opera, quàm tuorum ſubditorum, in quibus ſunt multùm vacillantes. *Quæ moritura erant*, Tu, & ſubditi tui morte ſpirituali morieris per peccatum mortale: *Non enim invenio opera tua plena, coram Deo*, id eſt, perfecta, & correſpondentia muneri tuo paſtorali: nam quãvis tua opera videantur bona coram hominibus, non ſic apparent in oculis Dei.

QUÆSTIO VI.

Quare iſte Epiſcopus tantæ ſomnolentiæ erat deditus, & inde ad multam vigiliam excitatur.

38. DIcitur huic Epiſcopo. *Eſto vigilans, & confirma cætera, quæ moritura erant.* Valde mirum eſt, quòd ſæpè Dominus vigiliam Matth. 24. commendavit. Vigilate, ait Mat.24.n. 42. & Marc. 13. 25 n. 13. & Marc. 13. n. 33. & Paul 2. ad 2. Tim. 4. Timoth 4. n. 5 ait *Tu vero vigila.* Unde huic Epiſcopo dicitur, *Eſto vigilans*, ac ſi ei diceretur: Eſto, quod tuum Epiſcopi nomen ſonat; quòd tuum nomen Angeli dicit, quod ſtella in te ſignificata innuit; talem te in mea Eccleſia elegi: nam nomen Epiſcopi te vigilantiæ admonet, quod ſonat ex Græco inſpector: Ad hoc etiam te exhortatur nomen Angeli, quo inſigniris: nam ſpiritus ſomni expers eſt, ad quod etiam te advocat ſtella in mea manu, per quam ſignificatus es ut maximè in nocte luceres, & mortalibus excubias ageres: Vigilare autem hìc eſt, non tam à ſomno corporis abſtinere, quàm animi, indefeſſamque curam dicit in Prælato ſuper gregem ſuum, & ideo ipſe dicitur Epiſcopus, Angelus & ſtella. *Multiplici nomini vigilia, Prælati commendatur.*

39. Et nota, quòd non dicitur huic Epiſcopo, Vigila, ſed *Eſto vigilans*; Nam, vigilia, dicit ipſum vigilantiæ actum: at *Eſto vigilans*, non ſolùm talem actum ſed etiam perſeverantiam, & conſtantiam in illo, quod maximè ſpectat ad Epiſcopale officium; ut inceſſanter, die ac nocte excubet ſuper gregem ſuum.

40. Sed cur ille Epiſcopus tantæ ſomnolentiæ erat deditus, & inde tam altè, & profundè vigilantia ei commendatur? Iſte Epiſcopus, ut vult Rupertus, laſcivus erat in ſecreto; ſic ait Rupert. ipſe. *Ejus, qui carnis continentiam perdidit, conſilium iſtud opportunum eſſe non dubitamus, ut vigilet: denique cura hæc conſervandæ continentiæ vigiliis, & ſolicitudine magna indiget.* Iſte Epiſcopus, cùm eſſet laſciviæ deditus, multa ſomnolentia erat depreſſus; nam ubi laſcivia, ibi multa ſomnolentia regnat, ubi virginitas, & caſtitas viget ſimul ſecum vigilias importãt. *Laſcivia ad ſomnum, puritas ad vigiliam vocat.*

41. Impudens Ægyptia clamabat ad caſtiſſimum Ioſeph, *Dormi mecum*; At illè contra dicebat: *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo ſua, nec quidquam eſt, quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ uxor ejus es: quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?* Gen. 39 n.9. Geneſ. 39. Ecce valde utriuſque diverſus affectus, illa ad ſomnum, ac dormitionem provocabat, *Dormi mecum*, Ille è contrà maximè invigilabat in memoria, ac recordatione beneficiorum quæ à Domino ſuo acceperat, ſimúlque maximè erat in cuſtodia, ac obſervatione legis Dei: *Quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?* *Luxuria ad dormitionem, caſtitas ad vigiliam vocat.* Illa ut impura totaliter intenta erat ad ſomnum, ac dormitionem nefariam, hic autem ut caſtus nihil meditabatur niſi vigiliam, & cuſtodiam reverentiæ Domini ſui, ac obſervationis legis Dei. Elegantiſſimè D. Nyſſen homil. in cap. 6. D. Nyſſen. Epiſt. 1. ad Corinth. ſic ait: *Illa quidem dicebat, Dormi mecum; adoleſcenti autem contra proclamabat temperantia: vigila mecum, & re ipſa oſtendit vigilantiam. Non enim blanditiis cedens dormivit robur conſtantiæ; non fuit mens ſopita incantationibus, non fuit ſomno oppreſſa temperentiæ ſobrietas.* Quid pulchrius? Vox impudicitiæ, *Dormi mecum.* Vox puritatis, *Vigila mecum.*

42. In libro Canticorum cap. 3. num. 7. dicitur *En* Can. 3. *lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël: omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi: uniuſcujuſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos.* Ecce Salomoni adſcribitur lectulus; fortibus verò enſes ſuper femur aſſignantur, ad nocturnas cuſtodias. Salomon dormiens in lectulo, in multam luxuriam labitur, ut notavit D Chryſoſtom homil. D. Chryſ. 40 ad populum: *Quid Salomone beatius? ait, ſed quia dormivit, cecidit.* At fortes ut puri, & caſti; habent enſes ſuper femur ad amputandas Richard. carnis concupiſcentias, quæ ibi ſignificantur, Nyſſen. ut notarunt Richardus, Gregor Nyſſen. D. Greg. homil 6. & inde ſunt in perpetua vigilia ac cuſtodia

cuſtodia noctis D. Gregor. Papa lib. 10. Moral. cap. 3. & 4. *Nocturni*, inquit, *timores ſunt inſidiæ tentationum occultæ, enſis vero ſuper femur eſt cuſtodia vigilans carnis illecebram premens*. Ubi eſt lectulus ad dormitionem, luxuria dominatur, ubi eſt diſtrictus enſis cùm noctis vigilia, eſt caſtitas, & puritas ad amputandas carnis concupiſcentias.

Luxuria dormit, caſtitas vigilat.

43. Puritas, & caſtitas multâ vigiliâ, ac cuſtodiâ circumſepta eſt. Pſal. 44. n. 15. dicitur. *Aſtitit Regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circumamicta varietatibus.* Alii legunt *ſcutulatis* ex Hebræo etiam legitur *ocellatis*, id eſt, cum multis oculis. Unde eleganter de Maria excubante ad oſtium tabernaculi, ait D. Epiphanius, *Virgo plurimorum nominum, & multocula effecta eſt.* Verè multocula, quæ inſtar Argi mille apertis oculis ſibi, ſuæque puritati invigilat ad illius cuſtodiam. Cùm eſſet virgo non uno oculo, ſed multiplici, erat tota in vigilia.

Pſalm. 44. Hebræ. D. Epiph. Virgo plena oculis.

Quæstio VII.

Quare huic Epiſcopo dicitur? Confirma cætera, quæ moritura erant? Quod multis expoſitionibus explicatur.

44. Incuria, ac ſomnolentiâ Epiſcopi, multi fideles in peccatum mortale prolapſi erant; hic admonetur, ut confirmet eos in fide, ac charitate, confirmétque eos exemplo vitæ ſuæ? nam vita Superioris doctrina eſt inferiorum, pro quo multum facit S. Maximus hom 9. multúque valet vigilantia Epiſcopi ad nutatia corda confirmanda, Oculus Paſtoris pinguedo gregis ut ait Caſſiodorus 2. Varr. multúmque valet vox Epiſcopi docendo, admonendo, ac exhortando, ut ſuos ad viam ſalutis advocet. Ait Chriſtus D. Petro; *In hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis.* Matth. 26. n. 34. Nónne ſat erat dicere Petro; in hac nocte ter me negabis, cur pro ſigno negationis ejus, datur gallus cantans? Una vox multam vim haber ad excitandum, ac provocandum, & vox galli cantantis Petrum excitabat, ac vocabat, ut ſuum negationis peccatum agnoſceret, & reſipiſcens de illo pœnitentiam ageret. Unde ſubditur in text. ibi n. 65. *Et recordatus eſt Petrus verbi Jeſu, quod dixerat, priuſquam gallus cantet, ter me negabis; & egreſſus foras flevit amarè.* Si tam efficax eſt una vox irrationalis, qualis erit vox rationalis Prælati excitantis, & provocantis?

S. Maxim. Caſſiod. Matt. 26. Una vox excitans multum efficax.

45. Et dicitur in textu, *confirma cætera, quæ moritura erant*; quid intelligitur per cætera, an opera; vel fideles, ſeu ſubditi Epiſcopi? magna eſt dubitatio. D. Gregor. 3. p. Paſtorali admonit. 35. Andræas Cæſarienſ. & alii intelligunt bona opera, quæ inchoata erant, ut non omitteret; ſed proſequeretur uſque ad eorum conſummationem, aliàs ipſa totaliter moritura, & extinguenda erant; ſic ait D. Gregor. citat. *Quia ergo plena coram Deo ejus opera inventa non fuerant, moritura reliqua etiã quæ erant geſta, prædicabat; ſi enim quod mortuũ eſt in nobis, ad vitam non accenditur, hoc etiam extinguitur, quod quaſi adhuc vivum tenetur.*

D. Greg. Andr. Cæſ.

46. Secundò, D. Ambroſ. Moritura, ait, ſunt opera, etiam optima, niſi per charitatem vivificata, & confirmata fuerint. Tertiò, Rupertus, denotari videtur ait quod in iſto Epiſcopo, licet aliqua eſſent mortua, non tamen omnia, ſed aliqua vivebant, licet languidè ut paſtoralis cura prædicatio verbi Dei, adminiſtratio Sacramentorum, & etiam erga illum vivebat reverentia, & obedientia ſubditorum; at hæc etiam moritura erat & ab eo auferenda, ſi ipſe de ſuis negligentiis pœnitentiam non ageret.

D. Ambr. Rupertus.

47. Quartò, Haymo bis ſic explicat. Primò, *confirma cætera, quæ moritura erant*, id eſt, ſi vis vivere, cave ne tuorum operum laudem, ab hominibus requiras. Secundò ſi vis ut bona opera in peccato facta vivant, fac pœnitentiam: per hanc opera in peccato facta vivificantur. Hæc ſententia eſt falſa. Illa enim opera in peccato facta non ſunt moritura, ſed mortua, & per pœnitentiam non vivificantur.

Haymo.

48. Quintò, Primaſius, Beda, Lyranus, Cornelius à Lapide exiſtimant illud *confirma cætera moritura*, non referri ad opera, ſed ad gregem, ſeu ſubditos hujus Epiſcopi; & ponitur in genere neutro, tum quia reſpicitur ad Græcum in quo oves neutro genere ponuntur, tum quia Scriptura genere neutro univerſitatem ſignificare ſolet tam univerſitatem perſonarum, quam rerum; quòd, ſcilicet multi ſubditi ob tuã dormitionem, & incuriã ſpiritualiter ſunt morituri.

Primaſ. Beda. Lyran. Corn.

49. Sextò, & genuinè ad litteram, exiſtimo, quòd illud *confirma cætera*, tam ad perſonam Epiſcopi, ſeu ejus opera, quàm ad ſubditos referri, nam ut patet ex diſcurſu Epiſtolæ, exhortatur à Domino Epiſcopus; nam, cùm iſte Sardicenſis eſſet mortuus, admonetur à Domino, non tam pro ſuis ſubditis, ſed etiam pro ſe ipſo, non tã pro operibus ſuorum, ſed etiam pro ſuis: & ad hoc tendit id quod dicitur verſ. 3. *Si non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur*: Quæ ſolent dici à Domino, ut mortis tempore nos paratos, & in ſua gratia vivos inveniat. Ergo iſte Epiſcopus non minùs pro ſe indigebat vigilantia & confirmatione, quàm pro ſuis ovibus, pro quarum vigilia exhortatur cùm ei dicitur, *Habeo pauca nomina in Sardis, qui non inquinaverunt veſtimenta ſua*; Ergo pro ſe; & pro ſuis exhortatur, cùm ei dicitur, *Eſto vigilans, & confirma cætera, quæ moritura erant.*

Admonetur Epiſcopus tã pro ſe, quàm pro ſubditis.

50. Nota tamen, quòd non dicitur, confirma quæ moritura ſunt, ſed *quæ moritura erant*, ut denotetur ſe ſperare, & planè confidere, Epiſcopum hac tanta Chriſti admonitione, ſe correcturum factorúmque, ut non moriatur, quæ aliàs moritura erant.

Ex bona admonitione multum ſperatur.

51. Nota ſecundò, quòd priùs dicitur eſto vigilans, deinde confirma; nã ex vigilantia Paſtoris ſequitur confirmatio, corroboratio populi in virtute. Deinde, *Eſto vigilans, & confirma*, quia ex vigilia, id eſt animæ propriæ ſolicitudine & cura bonorum operum Prælatorum, pendet recta vivendi ſubditorum inſtitutio, ſapienter dixit Caſſiod. 3. var. 12. *Publici decoris mater eſt mens regentis, & quale fuerit dominantis arbitriũ, talẽ parit libertatis aſpectũ, facilius quippe eſt, (ſi dicere fas eſt) errare naturam, quam diſſimilem ſui Princeps poſſit formare rempublicam.*

Princeps ſubditorum forma. Caſſiod.

52. Ait Job. 29. n. 7. *Quando procedebã ad portã civitatis, & in platea parabãt cathedram mihi*, Septuaginta legunt, *cùm exibam matutinus in civitate*,

Job 29. Septuag.

civitate. Cur non meridiano tempore, ſed valdè matutino erat ad portas civitatis? Ut ſuos doceret, benè ſciebat ipſe, quod in uno Principe toto cernitur delineata effigies, & forma civitatis; volebat ipſe ſuos ſic inſtruere, ut minimè ſomno indulgerent, ſed ut multam vigiliam præſtarent ad obſervationē legis Dei, & quales volebat cives, talem ſe ipſum efformabat talemque ſui ſpeciem dabat Olymp. ait. *Tanquam princeps quidem, ac magiſter cæteris ad virtutem, ſic nec ſomno, nec ebrietatibus indulgebat, ſed charitate commotus de mane in plateis reſidebat tāquam lex, atque effigiès civitatis propoſitus.* Perpende illud *tanquam lex atque effigies civitatis.* Vigilia principis, lex erat ſubditis ad vigilandū.

Vigilia Principis lex ſubditorum.
Olimpiod.

53. Ait Dominus Petro Luc 22 n. 31 *Satana expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* Omnes diſcipuli dicuntur peti à Satana, tamen pro uno ſolo Petro Dominus aſſerit ſe rogare. Et cur ſi omnes petuntur à Satana non pro omnibus, ſed pro ſolo Petro rogat? Erat Petrus omnium caput, & Princeps proindeque quidquid virtutis in illo luceret facilè cæteri reciperent; in Principis enim vita compoſita, ſufficienter providetur ſubditorum moribus, ut inveniantur in virtutibus conſtantes. S. Leo ſerm. 2 de S. Petro, *Quoniam*, ait, *Diabolus omnes exagitate, omnes cupiebat elidere; & tamen ſpecialis à Domino Petri ſuſcipitur cura; & pro fide Petri propriè ſupplicatur, tanquam aliorum ſtatus certior ſit futurus, ſi mens Principis victa non fuerit.*

Luc. 22.
Compoſita vita Principis ad ſimilia ſubditos trahit.
S. Leo.

54. Cùm Deus populo ſuo manna largiretur, ſex diebus pluebat illud; ſeptima autem die, nec parva mica mannæ cadebat, ſic refertur in text. Exod. 16. n. 26. *Die autem ſeptima, ſabbatum eſt Domini, idcirco non invenietur.* Et quare die ſabbati ordinavit Dominus, manna non mittere? Præceperat ipſe ſabbati requiem, cujus obſervationem in ſe oſtendens, abſtinebat die illa à mannæ pluvia, ut à Domini documento populus inſtrueretur in obſervatione Dominicæ legis Theodoret. ibi q. 32. *Cùm hominibus lege præcepiſſet quieſcere die ſabbati, docuit illos ipſe facto ſervare præceptum.*

Exod. 16.
Domini exemplum ad obſervationem inducit ſubditos.
Theod.

Quæstio VIII.

Quare opera hujus Epiſcopi dicuntur non plena coram Deo, & unde vacua inveniebantur, altè expenditur?

55. Ait Chriſtus D. huic Epiſcopo, *Non invenio opera tua plena coram Deo meo;* & ab hoc ſecundo incipio, & ait quòd non ſunt plena coram Deo, nam licet videantur plena coram hominibus; non ſic coram Deo qui intuetur cor; ut ita nos doceat, quomodo humana judicia ſunt contemnenda, nec in illis fidendum; nam qui probus erat coram hominibus, non ſic coram Deo. Et non ait coram me, cùm ipſe cum Patre unus ſit Deus. D. Thomas. *Loquitur Chriſtus, ſicut quod homo.* Joan. 20. *Deum meum, & Deum veſtrum, dicit autem etiam propter magnam ſubjectionem, & altiſſimam dilectionem.* Loquitur Chriſtus ut homo, & ideo dicit Patrem Deum ſuum, & emphaticè dicit meum, quò enim eum intimiùs agnoſcebat, eò intimiùs ac ſubmiſſiùs reverebatur, ac ferventiùs diligebat. Deinde etiam ut timeat homo, cùm Deum habet judicem, quem nulla humana præſumptio fallit.

Non fidendum humano judicio.
D. Thom.
Quantò quis magis agnoſcit Deum, tantò magis reveretur.

56. Cur autem opera hujus Epiſcopi non dicuntur plena, id eſt non erant perfecta. ſed erat ille veluti arbor florida, ſed infructuoſa; pietatis referebat ſpeciem, fructus tamen & opera non habebat; quod multis modis explicatur.

57. Primò, Ambroſ ait: opera illius non erant plena, ſed inania; quia non replebantur charitate. Richard. de S. Victore. *In eo, quod dicit,* ait, *non invenio opera tua plenæ, patenter eum redarguit de charitate omiſſa, ubi enim charitas eſt plenitudo legis eſt.* Secundò, Haymo, Ioachim. *Opera ejus licet in ſe bona, non erant plena.* Quia non bona intentione ab eo fiebant, ſed ex appetitu inanis laudis, & gloriæ. Sic ait Albert. Magn. *Confirma cætera quæ moritura erant, quaſi dicat, ſi vis vivere in bonis quæ facis, fac ea intentione bona; non enim invenio opera tua plena, ſcilicet recta intentione, opera enim hypocritarum ſunt vana; quia faciant omnia pro inani gloria.*

D. Ambr.
Richard.
Charitas plenitudo operum.
Haymo.
Joachim.
Albert.
Sine recta intentione omnia pereunt.

58. Tertiò, Beda, *non plena,* quia Prælato non ſatis eſt eſſe bonum ſibi, ſed oportet ut bonus ſit aliis, ut eos inſtruat, & perficiat. Quartò Carthuſian. *Non erant plena;* quia tepida, & remiſſa, & quæ ſic fiunt, non ſunt plena, ſed vacua coram Domino. Quintò, *non plena,* aliqui ſic explicant, quia non ad omnes, etiam inimicos, juxta exigentiam charitatis, hæc ejus opera ſe extendunt, ſed tantùm ad amicos coarctabantur.

Beda.
Carthuſian.
Opera Prælati ad omnes.

59. Sextò, Andreas Cæſarienſ. Quia non erat conſtans & perſeverans in bono agendo, dicitur huic Epiſcopo. *Confirma cætera, quæ moritura erant.* Et dicitur quod ejus opera non eſſent plena, cur moritura, & non plena: quia licet aliqua bona opera ab eo eſſent incœpta, tamen cùm non eſſent perfecta, ac conſummata, in mortem ac perditionem ibant. Sic hunc locum explicat Petr. Damian. opuſ. 13. quod eſt de perfectione Monach. c. 1. *Quia enim plena coram Deo ejus opera non invenerat, moritura etiā illa quæ benè geſta fuerant, perhibebat. Perdit quippe, quod egerat, qui quòd faciendum eſt, non conſummat; quid enim proderit, ſi in utero materno formari corpus incipiat, & tamen ad naturalis incrementi plenitudinem non pertingat.*

Andr. Cæſ.
Incœpta non conſummata perduntur.
Damian.

60. Septimò. Rupertus exiſtimat, quod crimen hujus Epiſcopi erat peccatum carnis, multum ſe deliciis ingurgitantis, ideò emphaticè dicitur quòd ejus opera non erant plena, quò enim quis plenior eſt deliciis, eò magis vacuus, & inanior eſt bonis operibus; quod optime expendit. D. Bernard. explanans illud Pſ. 23. n. 4. *Qui non accepit in vanum animam ſuam,* ſic ait: *Quomodo non fruſtra accepit bono animum, qui tanquam unam ex irrationalibus animalibus, corporeis voluptatibus, ſolùm ſequitur carnis appetitum?* En vacuus eſt in anima, qui ſe corporeis voluptatibus ingurgitat.

Rupertus.
D. Bernard.
Pſalm.
Plenus deliciis, vacuus eſt bonis operibus.

61. Octavò. Maxime genuine opera iſtius Epiſcopi, non erant plena, ſed vacua tam per reſpectum ad perſonam ipſius Epiſcopi, quàm per reſpectum ad ſubditos; & ita conſequenter ad ea quæ dixi ſuperiori quæſt. non erant plena opera illius, quia carebat charitate, quæ eſt legis plenitudo, erat enim Epiſcopus mortuus, ſine

Opera Epiſcopi non erant plena tam reſpectu ejus perſonæ, quàm gregis. ſine charitate Dei, & proximi. Deinde hic Epiſcopus non operabatur recta intentione, erat hypocrita, proindeque opera illius ſpecioſa exteriùs, & vento gloriæ tumida, ſed intùs vacua pietate, ſpiritu, & merito. Tandem opera ejus non erant pauca; quia dormitans in gregis cura non vigilabat, nec confortabat moritura, ut dixi ſuperiori quæſt. & ita non explebat ea quæ erant ſui muneris, & officii ut præcepit Paul.

2. Timot. 4. 2. Tim. cap. 4. n. 5. *Miniſterium tuum imple*, quia ut bene ait Beda, Prælato non ſatis eſt eſſe bonum ſibi, ſed oportet, ut ſit bonus aliis. Ita

Cornel. 2. Cornelius, & alii recentiores.

62\. Opera Epiſcopi non erant plena coram Deo; quia cùm ipſe eſſet plenus vanitate ac oſtentatione, vacuus erat curæ populi, ac obligationis

2 Reg. 14. ſui muneris. Dicitur 2. Reg 14 n. 25. *Porrò ſicut Abſalon vir non erat pulcher in omni Iſraël, & decorus nimis: & quando tondebat capillum (ſemel autem in anno tondebatur, quia gravabat eum cæſaries) ponderabat capillos capitis ſui ducentis ſiclis.* Abſalon elegantiæ ſtudioſus non tam enſis, quàm pectinis memor comam nutrit, quam ſub novaculæ acie videre timet, niſi, quando jam ejus aureum pondus ſuſtinere non valet, tanta pulchritudine Princeps elatus paternum regnū præoccupat, & ingenti armatus exercitu regni diadema patris internecione ſperat, ſed ecce

2. Reg 18 Plenus vanitate, vacuus eſt ab obligatione ſui muneris. dum certamen initur, dum furit, c. 18. n. 9. *Accidit ut occurreret Abſalon ſervis David ſedes mulo; cumque ingreſſus fuiſſet mulus ſubter condenſam quercum & magnam adhæſit caput ejus quercui.* Valde mirum, quod tale potuit contingere ſtrenuo Duci in prælio exiſtenti? Nonne in bellum armatus intravit? ſi armatus intravit, ubi galea, quæ caput operiret, ne ſineret vagari capillos? Equidem elegantiæ ſtudium, comæque cura galeam expuit, ne intorti crines tenerentur, ex quo accidit, quod comis illigatus periret; dum vanitati ſtudet, proprii officii oblitus eſt; & cum vanitate, ac jactantia capillorum eſſet plenus, galea, ac debito officio vacuus

Sydon. inventus eſt. Hinc Sydonius Appollin. in Panegyrico Anthemi pulchrè accinebat.

> *Jam ut ad plectra veni tritus cui caſſide crinis,*
> *Ad diadema venit, rutilum cui Cæſaris aſtrum*
> *Depoſito thorace datur: ſceptroque replenda*
> *Mucrone eſt vacuata manus.*

Caput plenum erat vanitate capillorum, & inde vacuatum diadmate, manus plena pecunia data ex auro, & inde vacuata ſceptro.

QUÆSTIO IX

Quare cùm iſte Epiſcopus eſſet mortuus, & opera ejus non eſſent plena coram Deo, tamen defectus ejus expreſſè non aperitur?

63\. *Quæſtionis difficultas.* Legimus, quod iſte Epiſcopus eſſet mortuus, & quod cætera ejus moritura, & quod opera illius non eſſent plena coram Deo: & inde ei dicitur, verſ. 3. *Pœnitentiam age*, quæ omnia indicant peccatum mortale in ipſo Epiſcopo; tamen expreſsè & clare non dicitur, in quo peccaverit, qualeve fuiſſet ejus peccatum, ſed hoc in latebris, & ad plurimum in conjecturis habetur.

Reſpondet Rupert. *Rectè ut debuit filius Dei, ideo non publica deſcriptione declaravit nomen operis mortificari: cauſa ejus occulta eſt, quam oportet conſilio tegi.* Urget ratio, expoſtulat bonum commune, ut Epiſcopus admoneatur de ſuis delictis: tamen ſic exponit meus Jeſus, ut quantùm fieri poteſt reus lateat, & peccatum in individuo non publicetur, hoc eſt divinum ingenium quantùm fas eſt, tegere aliorum errata. 64. *Rupertus.* *Divinum ingenium aliorum crimina non publicare.*

Multùm in tegendo Judam laboravit Jeſus. Proditorē explicat Matth 26. n. 21 *Unus veſtrū me traditurus eſt.* Non tamen modum traditionis explicat, quod vili, ſcilicet, pretio vendendus eſſet. Deinde proditorem tegit ſilentio. Quærunt reliqui Apoſtoli n. 22. *Nunquid ego ſum Domine?* Quærit & Judas n. 25. *Nunquid ego ſum Rabbi?* Impudens homo omnino proditor eſt, & ipſe ſe eſſe proditorem bene agnoſcit: Quomodo audet quærere, *nunquid ego ſum Rabbi?* & ſi Magiſter reſpondeat, Tu es ipſe proditor, teq; nomine tuo publicet? Hoc Judas non timet, ut rectè probat Euth *Interrogat, & ipſe confidens de præceptoris benignitate, quòd palam non coargueret.* Certò ſciebat Judas Chriſti ingenium de peccato domeſtico tacere, & reum patente nomine ſuo non evulgare & inde de Domini benignitate confiſus interrogat, *Nunquid ego ſum Rabbi?* 65. *Matth. 25.* *Divinus Magiſter non pub icat occultum defectum.* *Euth.*

Cùm in horto comprehenderetur meus Jeſus, *Adoleſcens quidam ſequebatur enim amictus ſindone ſuper nudo, & tenuerunt eum. At ille rejecta ſindone nudus profugit ab eis*: ut narrat D. Marc. 14. n. 51. 52. Quiſnam eſſet iſte juvenis varia ſunt Auctorum placita, ut retuli tom 5. in Evang. lib 8. c. 3. q. 27. n 218. Sed cur Evangeliſta tantò ſilentio hujus adoleſcentis nomen tacet, cur illud non exprimit? Dicturus erat turpem juvenis fugam, quòd nudus dimiſſa ſindoce abierit, inde piè, ac amicè nomen ejus tacet. D. Gregor. Naz anz. orat. 25. *Si quis, ait, rejecta ſindone profugerit, eum conteget.* Ac proinde cum Evangeliſta dicturus eſſet crimen, voluit quantum potuit illius errata contegere. Vide ſuprà hoc cap. 4. n. 25. 26. 27. 66. *Marc 12.* *Adoleſcens fugit & nomen illius occultatur.* *Naziánz.*

Ap. 3. n. 3. In mente habe qualiter acceperis, & audieris, & ſerva, & pœnitentiam age: ſi ergo non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur, & neſcies quâ horâ veniam ad te.

VERSIONES.

Arias. Memento ergo quomodo acceperis.

Arabicus, Memēto qualia acceperis, & qualia audieris, & cave tibi, quod ſi non expergiſcaris, & vigiles.

Tygurinus. Conſidera, & ſerva, & reſipiſce &c. ut neſcias qua hora.

Syriacus. Et ſi igitur non evigilaveris, veniam contra te, ſicut fur, & non ſcies qua hora veniam contra te.

EXPO-

EXPOSITIO III.

67. *IN mente ergo habe, qualiter acceperis*, exemplo nempe Apoſtolorum, quale eſt tuum munus Epiſcopale, illiuſque exercitium, ac miniſterium; *& audieris*; verboque acceperis à Joanne, aliiſque tuis præceptoribus; *& ſerva*, & ſicut accepiſti, & audiſti documenta opere adimple; *& pœnitentiam age*, & de præteritis pœnitere, ut tibi tua delicta remittantur ob tuam incuriam, & negligentiam, ob quam opera tua inventa ſunt vacua, & non plena coram Deo. *Si ergo non evigilaveris*, à tanto ſomno tuo, ut de præteritis pœniteas, & modò ac deinceps debito ſuo muneri ſatisfacias, *veniam ad te tamquam fur*. Comparatio eſt quantum ad modum ex improviſo, & non expectato tempore, veniam ad te ſpoliandum, ad perdendum; ergo cum neſcias qua hora Dominus tamquam fur venturus eſt, oportet te ſemper eſſe in vigilia.

QUÆSTIO X.

Quare huic Epiſcopo Sardicenſi quatuor mandantur, quòd habeat in mente quid acceperit, audierit, & ſervet, & agat pœnitentiam?

68. IN præſenti admonitione quatuor mãdantur huic Epiſcopo. Primò, ut mente, ac memoria retineat, qualiter rem acceperit ſcilicet obligationem in ſuo munere Epiſcopali exemplo Apoſtolorum. Secundò, quid audierit ex voce, ac verbo ſuorum magiſtrorum. Tertiò, quid obſervando debeat facere, & opere adimplendo exequutioni mandare. Quartò, quod de erratis ſuperioris vitæ, ac de ſua hypocriſi pœniteat, ac pœnitentiam agat: Ecce forma veræ pœnitentiæ; quando quis obligationem ſui muneris adimplet, & quando quod ei eſt dictum Evangelico ore obſervat, tunc verum habet, modum reſipiſcentiæ, tunc verã pœnitentiam exequitur, & oſtendit; non enim verè pœnitet ille, qui obligationem ſui muneris non adimplet, nec ſibi dicta exequitur. Pannon. *Habes, hic*, ait, *veræ reſipiſcentiæ depictam, velut in tabella formam, ut primùm verbum Dei, ſanctum intentis præcordiis auſcultetur, aut legatur, & in vero ejus ſenſu nonnihil capiendo nonnihil laboris impendatur: nec verò interim ſunt contemnenda, & ſanctorum exempla, qui formam integritatis prægeſſere, viamque perveniendi ad exoptatiſſimã beatitatem oſtendere, ad hæc, quoad ejus fieri poterit, conatus æmulandi excitandus; hæc autem forma, etſi omnibus maximè autem Prælatis competit.* Etſi Prælatus jejunet, cilicio carnes affligat, ſi tamen debito ſuo muneri non ſatisfacit nec ſibi mãdata Apoſtolica exequitur, veram pœnitentiam verοque animo non agit.

Ille verè pœnitet, qui ſuum munus adimplet, & ſibi dicta exequitur.

Pannon.

69. Sed quomodo huic Epiſcopo dicitur, ut mente teneat, ſeu advertat, qualiter acceperit munus ſuum cum exemplo Apoſtolorum qualiter audierit à ſuis præceptoribus, & qualiter debeat ſervare, & quia in his omnibus defecit, dicitur ei pœnitentiam age; de qua rectè ait D. Aug. de vera, & falſa pœnitentia: *In hoc omne bonum invenitur, per hanc omne bonum conſervatur.* Quomodo ergo hæc ei præcipiuntur, cùm ipſe haberet bona opera ac ſplendida in conſpectu populi, & inde nomen bonum, quod eſt ſuper divitias multùm; *nomen habes, quòd vivas*, ut dicitur verſ. 1.

Dubium incidens

D. Auguſt.

70. Rectè reſpondet Ambroſ. Anſbert. *Serva qualiter accepiſti, & navum pravæ intentionis a ſuccreſcẽte corporis actione lamentorũ fletibus dilue.* Nam etſi aliqua opera ejus viderentur bona, non tamen fiebant ab eo bona & recta intentione, ſed ex hypocriſi ac vanitate, & ideo dicitur quòd opera ejus non eſſent plena coram Deo, ab animi intentione opera ſplendent ac ſordent coram Deo.

Anſbertus.

Mala intentio opus aliàs bonum perdit.

71. Dicitur Gen. 8. n. 20. *Ædificavit Noë altare Domino tollẽs de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocauſta ſuper altare, odoratuſque eſt Dominus odore ſuavitatis.* Ex carnibus cõcrematis dicitur ille odore emanaſſe, qui Deo fragrantiſſimus; & ſuaviſſimus erat. Iſai. tamen c. 1. n. 13. ait Dominus populo ſuo: *Ne offeratis ultra ſacrificium fruſtra: incenſum abominatio eſt mihi.* Chriſ. leg. *Thymiama in abominationem mihi eſt.* Expende modò, thymiama fit Deo abominatio, & ſemicremata caro, quæ aliàs non eſt boni odoris, fit ſuaviſſima Deo fragantia: unde hæc diverſitas tam notanda, niſi ex offerẽtium animo, qui ſolus vel inquinat, & deturpat hominem, vel ſuaviſat? Noë obtulit ſacrificium mundo, ac puro corde Deo, Judæi verò impuro, & mundano ſibi perſuadentes ob illa ſacrificia, eis omnia mala eſſe licita, ut exponũt Theod. Rupert. & commentatores. Sacrificium Deo oblatum pura, & bona intentione Deo jucundum, & ſuave, exhibitum verò ſiniſtra, & mala mente, Deo odioſum & abominabile D. Chryſ hom. 27. in Gen. *Animus offerentis*, ait, *& nidorem, & omne quod inde naſcitur, in ſuavitatem multa fragrãtia implevit.* Et paulò poſt, *Juſti virtus fumum, & nidorem fecit odorem fragrantiæ, ſic apud illos offerentium nequitia benevolens Thymiama in abominationem convertit.*

Geneſ. 8.

Iſai. 1.

Ab intentione opus habet ſuum valorem.

Theod.

Rupertus.

D. Chryſ.

72. Manet Iſaias 52. n. 2. *Solve vincula colli tui captiva filia Sion.* In virginis collo non vincula, ſed monilia aptantur. Sc ſponſæ ſuæ ait Dominus, *Collum tuum ſicut monilia* Cant. 1. n. 9. In filia Sion vincula ejus deturpant pulchritudinem, in Dei ſponſa mille addunt decori gratias, unde tanta differentia? Quæ ornamenta erant, ſunt turpia vincula facta filiæ Sion, in ea multa erant, quæ ad decorem inſerviebant, ut templi miniſtratio, Dei cultus ac veneratio, ſacrificiaque Deo oblata, & tamen hoc vinculum, ſeu jugum legis erat filiæ Sion in turpitudinem, ac ſigna captivitatis, cùm ſponſæ eſſent ut monilia ad eximium ornatum, & decorem. Illa perſolvebat filia Sion mala, vana, ac ſiniſtra mente ob proprias commoditates, ſponſa verò pro corde, ac recta mente ob Dei honorem: inde ille jugum legis erat in ſordem, ac materiam ſervitutis, ac captivitatis, huic verò in ſplendorem, ac multam ſublimitatem. Philippus Abbas Cant. 7. *A collo tuo*, ait, *non aurum rutilat, non monile, ſed illud deturpavit mens corrupta, carnis æſtus, deſiderium juvenile, ſolve quæſo vincula, ut quod ſordet inconceſſæ turpitudinis proſtitutum, tergatur*

Iſai. 52.

Cant. 1.

Intẽtio nobilitat, vel deturpat opus.

Philip. Abbas.

forti manu, honeſtati reddatur abſolutum. Illa ſorde hujus noſtræ virginis collum non ſordidavit, non cervice obſtinata, non indomito corde obduravit; ſed illud molli manu ſponſus defricavit, & defricato, levigato onus leve, & ſuave jugum impoſuit. Expende in filia Sion. *Deturpavit mens corrupta;* At in ſponſa, *non indomito corde obduravit, ſed illud molli manu ſponſus defricavit.*

QUÆSTIO XI.

Quare huic Epiſcopo minatur Dominus, quod advenit tanquam fur? ubi multum eſt documentum de noſtra vigilantia.

73. Cum Dominus ex quadam ſimilitudine adventum furis minatur, ſine dubio nocturnum tempus reſpicit, quando omnes domus habitatores ſomno ſepulti ſunt: Atqui etiam plures diurno repente, & inopinatè tanquam fur Dominus peccatores invadit. Cur ergo aſtruitur nocturno tempore contingere? Meritò ſanè: quia parabola peccatores reſpicit, & qui in peccatis eſt, in tenebris totus eſt. Albert. Magn. *Tanquam fur noctu,* ait *id eſt, inter peccatorum tenebras verſantem, & obbæcatum.*

Qui in peccatis eſt, in tenebris eſt.

Albert.

74. Sæpè Dominus adventum ſuum in judicio particulari, de quo hîc præcipuè eſt ſermo, adventus furis explicat, Matth. 24. n. 43. *Illud autem ſcitote, & ſi ſciret Paterfamilias, qua hora fur venturus eſſet, vigilaret utique,* &c. Apoc. 16. n. 15. *Ecce venio ſicut fur.* Theſſ. 5. n. 2. *Dies Domini ſicut fur in nocte.*

Dominus explicat ſuum adventum ad modum furis. Matth. 24. Apoc 16.

75. Hac ergo comparatione furis adventus huic Epiſcopo facta, tria illa minatur Dominus niſi vigilet: Primum inopinatum tempus ſui adventus, ita ut non habeat locum proſpiciendi ſuis malis; nam fur ita venire intendit, ut ejus advẽtus anteverti non poſſit, nec deprædatio impediri. Secundum quod minatur, eſt ablatio ſimul omnium bonorum; nam ut dicitur Joan. 10. n. 10 *Non venit fur, niſi ut mactet, furetur, & perdat.* Tertium quod admonet, eſt perpetua bonorum amiſſio cum omnimoda eorũ ruina; nam fur ita intendit bona auferre, ut Dominus illorum non ſit compos amplius, ſed in perpetuum illis privatus; quæ altiùs examinãda ſunt.

Ex comparatione furis tria minatur Dominus Epiſcopo.

76. Primò ait Dominus, *Si ergo non evigilaveris, veniam ad te tanquam fur, & neſcies, qua hora veniam ad te.* Ad quæ verba ait Richard. de S. Victor. *Tãquam fur latenter, & ex improviſo veniam, non poteris præcavere adventum meum, & hoc eſt quod dicit, neſcies qua hora veniam ad te, huic quia nimis à vera juſtitia remotus in culpam erat lapſus ſicut aliis, ubi dixit veniã citò minimè; vel parvum ſpatiũ determinat, ut magis timeat, citius reſipiſcat ſtudioſius ſe corrigat.* Cur ad modũ furis ex inopinato venit Dominus, & minatur, quòd nec minimũ ſpatium ſibi præcavendi Epiſcopo cõcedat, ut inde ipſe cautiùs vigilet, & pœnitentiam agat? nam ad negligẽtes, & impœnitentes adinſtar furis Dominus venit, cum ipſi profundiſſimo ſomno obruuntur, ut ita divini judicii indignatio maximè eos comprehendat. Quærit Rupert. ob quam cauſam *in noctis medio percuſſit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti.* Exod. 12. n. 29. Nam omnibus vigilãtibus nullus Domini irã impedire poterat; ut nobis eſſet documentũ quòd quãdo iniqui magis ſunt ſopore oppreſſi, magiſque deliciis indulgẽt, in majori otio verſantur, tunc ex inopinato venit Dominus ad judicium. Sic ait Rupert, lib. 2. in Exod. c. 17. *Videlicet ut hiſtoricũ etiam exemplum dormientibus proficeret, atque ad vigilandum eos percelleret, ſcientes, quia quiſquis exemplo Ægyptiorum theſaurizabit ſibi irã Dei, nihilominus exemplo improviſam accipiet vindictã.*

Richard.

Deus venit in judicio ad peccatores quando magis ſommo, ac vitiis indulgent.

Exod. 12.

Rupertus.

Secundò, venit fur ut ſpoliet omnia bona domus ſimul cum vita domini. Sic admonet Dominus hunc Epiſcopum, ut ait Haym. *Cœleſtis judex, vel quotidie ſpecialiter quibuſdam reprobis inſpiratus occurrit, eoſque à felicitate præſentis ſæculi impœnitentes animadverſionis ſententia perimit.* Cur furis comparatione hoc loco utitur Dominus? aptè quidẽ, quia ſicut fur improviſus advenit, dormiẽtes quoſque reperiens jugulat, & bona illorum deprædatur; ſic nimirum cœleſtis judex, dum inſpiratus occurrit, impœnitentes ac negligentes animadverſionis ſententia perimit, eorumque vitam ſimul cum omnibus ſuis bonis ſpoliat, ac diſperdit. In eadem nocte ſpoliavit Iſraël Ægyptum. *Petierunt ab Ægyptiis vaſa argentea, & aurea, veſtemque pulchram.* Exod. 12 n 35. & ſimul in ipſa nocte omnes primogeniti Ægypti interficiuntur, ibid. n. 29. qui omnium illorum bonorum erant hæredes; cùm Dominus venit ad judicium cum impiis, eos ſimul cum vita omnibus ſuis bonis ſpoliat, & privat; per illa autem bona ſpoliata, Ægyptiorum D. Ambroſ. lib. 2. ſic Abrahã, c. 9. D. Machar. hom. 47. non ſolùm bona temporalia, ſed etiam ſpiritualia intelligunt, quibus omnibus iniquus in ſua morte privatur. 77.

Haym.

Iniquus in morte privatur vita, & omnibus ſuis bonis.

Exod. 12.

D. Ambroſ. D. Marchar.

Tertiò, fur ſic venit, ut nunquam dominus illorum bonorum compos ſit. Richard. *Veniam ad te tanquam fur, qui venit, ut bona auferat, & poſſeſſorem occidat: ita veniam ad te, & auferam tibi gratiam, & inferam pœnam,* ſcilicet æternã. Sic Dominus venit ad judicium cum impio in hora mortis, ut eum in perpetuum ſpoliet vita, & omnibus ſuis bonis, condemnans in æternam pœnam, in qua perẽniter erit ſepultus. Submergitur Pharao cum ſuis Ægyptiis in mari rubro, de quibus decantat Moyſes, Exod. 15. n. 5. *Abyſſi operuerunt eos, deſcenderunt in profundum quaſi lapis.* Oleaſt. ſic legit, *deſcenderunt in umbroſa, ſeu obſcura, quaſi lapis.* Et iterum n. 10. *Submerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus.* Ægyptii, in quibus adumbrantur peccatores, cùm deſcendunt in profundum maris, comparantur lapidi, vel plumbo quæ ſic tendunt in ima maris, ut nulla aquarum commotione ſurſum ferri valeant. Procop. *Illi nec minus, quàm lapis ſentiebant; plumboque graviores erant, nihil enim diſtabant ab onere gravi, & importabili: nunquam ad levia, & ſublimia contendentes, & ita haud immeritò demergebantur in profundum maris,* à quo ſcilicet nunquam remigrabunt. 78.

Richard.

Peccatorum æterna damnatio, à qua non liberabuntur.

Exod. 15. Oleaſter.

Procop.

Adverte ut bene notavit Rupert. quòd Dominus in præſenti ait huic Epiſcopo, *Si non evigilaveris, veniam ad te ſicut fur, non veniam ad te, ſicut ad homines illos qui vigilant & expectant venit ipſorum dominus, ſed tanquam fur, qui domum perfodit, & dominum domus necat.* Magna differẽtia eſt, qua Deus venit ad ſervos iniquos, 79.

Rupert.

&

Ad peccatores venit Dominus, ut pondus; ad juſtos ut remuneret.

& dormientes in peccatis, ac ad ſervos bonos, & vigilantes operibus ſanctis; ad ſervos dormientes venit ut ex inopinato tanquam fur, ut mactet, & bona diſperdat æterna damnatione; at ad ſervos bonos, & vigiles venit tanquam Dominus, ut eis ſua bona largiatur, eiſque bona ſua communicet.

80. Joſ. 1. Ait Dominus Ioſuë 1. n. 1. *Moyſes ſervus meus mortuus eſt.* Maximè notanda eſt magna Moyſis commendatio, quòd ſervus Domini mortuus ſit, ſic enim ipſe ad mortem pervenit, ut Deus in morte Moyſis non ſe ut furem, ſed ut Dominum exhiberet, hoc enim indicat illud verbum *ſervus meus*; ſervus enim reſpectum dicit ad dominum: ſic enim Moyſes ad mortem ſe compoſuit, quod ut verus ſervus Dominum ſuum expectaret, ut ab illo pro ſua vigilantia, caſa, ac labore debitam mercedem reciperet. Cajet. ſic ait, *Dicendo, Moyſes ſervus meus mortuus eſt, aperite quod mortuus eſt ſervus ſuus: hoc eſt, quòd licèt quandoque peccaverit, & peccando non fuerit ſervus meus; attamen mortuus eſt ſervus meus, mortuus eſt in ſtatu ſervitutis meæ, mortuus eſt ſic, quod quidquid erat, quidquid operabatur, meum erat, ſervus enim totum quod eſt, domini eſt.*

Felix qui in morte, Domini ſervus eſt.
Caietanus.

Ap. 3. n. 4. Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinaverunt veſtimenta ſua, & ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt.

VERSIONES.

Syrus. Sed habes pauca nomina in Sardibus, quæ non polluerunt veſtimenta ſua, & ibunt mecum in albis.

Pagnin. Habes pauca nomina, quæ.

Arabic. Qui non cōtaminarunt veſtimenta, & ambulaverunt mecum albis induti, ſunt autem hoc digni.

EXPOSITIO IV.

81. SED habes. Hujus adverſativæ particulæ (*ſed*) iſta eſt vis: non omnes involvit hæc mea comminatio, nec contra omnes pronuntio hanc pœnam; nam aliqui ſunt in hac civitate, qui te dormiente, non dormierunt; *Pauca nomina*, id eſt, homines; qui cum ſoleant ſuis nominibus vocari, ideo nomen pro homine, ſeu perſona ponitur. *Qui non inquinaverunt veſtimenta ſua*, ſcilicet, ſuam puritatem, ac innocentiam, qua anima maximè veſtitur, & adornatur: *non inquinaverunt*, inquam ſordibus luxuriæ, ſeu aliorum ſcelerum. Alludit ad veſtem candidam, quæ in ſignum innocentiæ, & ſanctitatis Eccleſiæ traditione dabatur recenter baptizatis.

82. *Ambulabunt mecum in albis*, clariſſima ſplendidiſſimaque ſtola immortalitatis, & gloriæ decorati, utpotè æternitatis candidati. *Quia digni ſunt*, hoc conſequi ex bonis operibus ex gratia Dei factis.

QUÆSTIO XII.

Quare in Sardis civitate ampliſſima pauca nomina inveniuntur?

CUm dicitur huic Epiſcopo, *Habes pauca nomina*; id eſt, paucos Chriſtianos verè fideles, ac rectè viventes, frequenter nomen pro ipſa perſona ſumitur. Deut. 18. n. 5. *Ipſum elegit Dominus Deus tuus, ut ſtet, & miniſtret nomini Domini.* Iſai 30. n. 27. *Ecce nomen Domini venit de longinquo.* Rom. 1. n. 6. *Per quem accepimus gratiam, & Apoſtolatum, ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine ejus.* Quod etiam viſitur in litteris prophanis Horatius, *Pater relictum filiæ nomen.* Ponitur ergo nomen pro homine, ac perſona, nam homo nomine ſuo dicitur, & vocatur: deinde vir famoſus nomine ſuo celebratur, ac veneratur. 83. Deut. 18. Iſai. 30. Rom. 1. Horat.

Fit ergo hîc alluſio, primò ad ſingularem benevolentiam, ac timorem erga ſuos juſtos, quos Deus ex peculiari gratia dicitur agnoſcere ex nomine Exod. 33. n. 12. ait Deus Moyſi, *Novi te ex nomine.* Secundò inquit Corn. à Lapide: ad milites, qui nomen dant militiæ. Rurſuſque ad Paſtores, & Epiſcopos, qui nomina fidelium dum baptizantur, Catalogo Chriſtianorum inſcribunt. Tertiò, ut dicunt Ambr. Beda, Haym. alludit hic Dominus ad librum vitæ, quo Deus ſuos inſcribit inchoativè per gratiam, & perfectè inſcribet per gloriam, ſi in gratia uſque in finem vitæ perſeveraverint. Denique Alcazal ait, quòd alluditur ad debitum quod habent Chriſtiani imitandi Chriſtum, cui ſe obſtrinxerunt, cùm in Baptiſmo ſuum nomen dederūt: nam nomina apud Græcos, & Latinos ſignificant debita, & debitores. 84. Exod. 33. Corn. D Ambr. Beda. Haymo. Alcazar.

Hinc ultimus dicēdi modus Alcazar, etſi cum ingenio ſit excogitatus, minùs aptus eſt ad litteram: alii dicendi modi multam probabilitatē habent; primus tamen probabilior; nam quos maximè charos habemus & magni facimus, illorum nomina maximè tenemus, eoſque peculiariter ex nomine dicimus, & agnoſcimus. 85. *Primus modus probabilior.*

Quæſtio tamen principaliter inquirit, cur dicantur pauca nomina, ſeu pauci juſti in Sardis? Reſpondet primò Richard. de S. Victore. *Quia in Sardis pauci ſunt, culpa forſitan fuit Epiſcopi: quia dum paſtor terrenis intendit, lupus ovile rumpit, oves rapit, & diſpergit, & rapiendo & diſpergendo gregem minuit.* In tanta hominum multitudine pauci erant, qui caſtè ac piè viverent, & juſtitiam colerent, ſed quòd tam pauci eſſent, pro magna culpa objicitur Epiſcopo, *Habes pauca nomina.* Ac ſi quòd ipſius injuria in cauſa ſit, quòd pauca habeat nomina juſtorum in Sardis, dum Prælatus terrenis commodis incumbit, lupus intrat, & grex diſpergitur ac rapitur; ſic etiam D. Bernard. Senenſ. *Pauci proponuntur*, ait, *Epiſcopo, ut exemplo eorum benè viveret in confuſione ducente ad gloriam, & erubeſceret: multi verò proverſi ad arguendum culpam ipſius, dum terrenis curis intentus, lupos capit, & diſpergit oves.* 86. Richard. *Ex culpa ſuperioris pauci ſunt boni, & juſti ſubacti.* D Bernard.

Secundò, idem Richard. à S. Victore, *Habes*, ait, *paucos bonos, qui tibi ſubjecti ſunt, attende, & vel ex tantillo reſidui boni confortare, &* 87. Richard.

eorum exemplo cum eis rectè vive. Ex quibus duas rationes colligo, & primò *ex tantillo reſidui boni conſortare.* Cùm hic Epiſcopus audiſſet à Domino ſe nomen vitæ habere, ſed revera mortuum eſſe, multa triſtitia eſt affectus? inde pius ac miſericors Dominus eum aliquo modo conſolatione recreat, dicens illi aliquos eſſe in Sardis juſtos, & vere fideles; magnum enim ſolatium eſt ſuperioribus, ſubditos bonos, licèt paucos, habere.

Magnum ſolatium Prelatis ſubditos bonos habere.

88. Richard. *Confuſio eſt ſuperiori, quòd ipſe ſit iniquus, & ſubditus bonus.*

Tertiò, in ordine, & ſecundò ad illa verba Richard. *Et eorum exemplo cum eis rectè vive.* Dicitur Epiſcopo, quòd ſit mortuus peccato nempe mortali & tamen ei ſubditur, quod habeat aliquos in ſua Eccleſia bonos & innocentes, qui non inquinaverunt veſtimenta ſua, ut eorum exẽplo tu ergo ô Epiſcope, munda conſcientiam tuam, neve patiaris te à ſubditis tuis ſanctitate & vita vinci, ac ſuperari, imò magna confuſio eſt ſuperiori, quod ejus ſubditi boni, & recti inveniantur, cùm ipſe pravus, & iniquus exiſtat. Ergo *ex tantillo reſidui boni conſortare, & eorum exemplo cum eis rectè vive.*

89. Prim. *Inter malos benè vivere rarum, & laude dignum.*

Quartò, Primaſ. *Magna laus juſtorum,* ait, *inter malos inquinatos jugi virtutum nitore immaculatis veſtibus permanere.* Pauci inveniebãtur in Sardenſi Epiſcopali ſede, qui vitam haberent mundam à peccatorum inquinamentis, & hoc ſat erat ad eorum magnam commendationem, quòd vitiis ſe non polluerint, ad quid ultra dicitur, quod pauci erant, *pauca nomina*? Quia inter malos bene vivere rarum, & paucũ eſt, & hoc maxima commendatione dignum.

90. Aesbert. Haymo. *Juſti pauci, & rari.*

Quintò, Ansbert. *Rari enim,* ait, *ſunt, qui poſt baptiſmatis Sacramentum mortale crimen non admittant.* Haymo. *Quia pauci ſunt, qui à cognitione criminis, ſe poſt baptiſmum immaculatos cuſtodiunt, idcirco præmittitur, habes pauca nomina in Sardis.* Sardis Metropolis erat, multorumque civium copia abundans, cur ergo in tanta hominum frequentia pauca erant nomina, paucique juſti; qui ſuam gratiam præcipuè baptiſmalem, illibatam, & non coinquinatam, ſervarent? ſemper rari; ac pauci juſti inveniuntur etiam in magna populi multitudine.

91. Pſalm. 16. Chald. Pagnin. Eugubin. Coloſſ. 1. Epheſ. 1. *Juſtorum numerus valde rarus.* D. Chryſ.

Decantat Regius Vates Pſ. 16. n. 14. *A paucis de terra divide eos.* Chald. vertit. *ab afflictis* Pagnin. *à viris.* Eugubin. *à mortuis.* Communis expoſitio; *à juſtis,* nam hæc inter ſe recurrere, ac coincidere, videntur. Idem enim eſt, pauci afflicti viri, mortui, ac juſti: nam illa omnium juſtorum ſynonima ſunt; ſalutem juſtorum ſortem appellat Paulus ad Coloſſ. 1. n. 12. *Qui dignos nos fecit in partem ſortis juſtorum.* Quomodo dicit ſortem, ſi altum conſilium divinæ voluntatis appellat, ad Epheſ. 1. n. 11. *Prædeſtinati ſecundùm propoſitum ejus, qui operatur omnia ſecundùm conſilium ſuæ voluntatis.* Si electio noſtra eſt conſilium, quomodo ſors? nam conſilium innuit altam, & profundam ſapientiam, ſors verò rem, quæ contigit, ut ibi notat Chryſoſt. At conſilium, & ſors eſt in diverſa conſideratione; conſilium reſpectu Dei, alta & ſumma ſapientia ordinatum; reſpectu verò noſtri, ſors; nam ſicut ſors inter plurimos jacitur pauciſſimis tamen obvenit, ſic & ad ſalutem multi vocantur, pauci tamen admittuntur.

92. Mich.

Deplorat Michæas 7. n. 1. *Væ mihi, quia factus ſum, ſicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ; non eſt botrus ad comedendum; præcoquas ficus deſideravit anima mea.* Multùm deplorat Propheta, quod factus eſt, ſicut qui poſt vindemiam colligit racemos, & cur non in ipſa vindemia? Per racemos, ut interpretantur D. Hieronym. D. Cyrillus, intelliguntur juſti, & ſancti, qui ſuaviſſimum ſaporem dant Deo; inde eos non comparat racemis in vindemia, ſed ipſa tranſacta in autumno, quia tempore vindemiæ multi ſunt racemi in vinea, ipſa verò tranſacta pauci, & rari: & in illa republica Judæorum tantum abeſt, quòd eſſent multi juſti, ita ut ſimpliciter dicatur: *Non eſt botrus ad comedendum,* id eſt, nec eſt unus, vel vix unus eſt inventus maturus, & proportionatus ad fructus juſtitiæ. Quod maximè Propheta lachrymatur, & deplorat, *Væ mihi.* Ita præfatum locum exponit Cornelius à Lapide, *Præcoquas ficus deſideravit anima mea.* Explicat Arias, cùm vidiſſem tantam penuriam juſtorum, illos primos, ac priores Patres, Abraham, Iſaac, & Jacob, ac alios maxime exoptavi, hos enim præcoquas ficus appellat.

D. Hieron. D. Cyril. *Juſtus valde rarus in Hebræo populo.* Corn. Arias.

QUÆSTIO XIII

Quare illi pauci juſti, qui erant in Sardis dicantur quòd non inquinaverint veſtimenta ſua?

IN limine quæſtionis inquirendum, quid per veſtimentum intelligatur? Aretas per veſti- 93.
menta, corpora accipit, quæ ſunt veluti quoddam animæ veſtimentum, ac proinde illi, hîc intelliguntur, qui luxuriæ ſordibus corpora ſua non inquinaverunt. Secundò Alcazar per veſtimenta conſcientiam interpretatur, hæc enim peccato maximè inquinatur, & deturpatur.

Aretas. *Quid ſit veſtimentum.* Alcazar.

Tertiò, & communiter Ambroſius, Haymo, 94.
Beda, Ribeira, M. Joan. de la Haye per veſtem intelligunt paucitatem, & innocentiam, quæ eſt veſtis candida in baptiſmo accepta & cum perſeverantia conſervatur, vel certè ſi per peccatum inquinatur, per pœnitentiam maximè mundatur, & reparatur. Innocentia ergo, & puritas eſt ſtola ſplendida animæ elegantiſſimè ipſam exornans, ejuſque nuditatem tegens, inde ob eam promittuntur ſpecioſæ veſtes gloriæ, ut dicitur verſu ſequenti, *qui vicerit ſic, veſtietur veſtimentis albis.*

D. Ambroſ. Haymo. Beda. Ribeira. La Haye.

Hæc tamen alteriùs examinanda ſunt dicitur 95.
Epiſcopo, *Habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinaverunt veſtimenta ſua.* Non dicitur ſunt in Sardis, *ſed habes tu, qui non inquinaverunt, &c.* ac ſi ei diceretur: Tu mortuus es peccato mortali, plurimique & tui ſpiritualiter mortui ſunt, ut patet ex antecedentibus, & ideo ſupplicio digni ſunt, ſed aliquos caſtitate fulgentes inſpexi & eorum intuitu à pœnis infligendis, licet debitis, abſtinui: Nam Deus puros, & caſtos maximè veneratur. Aretas. *Hoc bonum nactus es, ait, quòd aliquot habeas, qui hoc carnis indumentum non inquinaverunt ſordidis actionibus, qui mecum in regeneratione fulgebunt, atque per hos etiam placatus differo, & longanimis ſum erga vos.*

Deus ob caſtos abſtinet à peccatoribus puniendis. Aretas.

Secundò, dicitur, *Qui non inquinaverunt* 96.
veſtimenta

Andr. Cæſ. Altera. Ansbertus.

veſtimenta ſua. Andreas Cæſarienſ. Aretas, & Ambroſ. Ansbertus interpretantur de illis, qui poſt ſuſceptum baptiſmi candorem conſcientiam ſuam, ac animam ſuam mortali peccato non macularunt; qui exuentes veterem hominem, novum induerunt, *qui ſecundùm Deum creatus eſt in juſtitia, & ſanctitate veritatis?* Ad

Epheſ. 4. Coloſſ. 3.

Epheſ. 4. n. 24. & ad Coloſſenſ. 3. n. 9. Et in ſignum hujus puritatis, ac ſanctitatis Baptiſmalis recenter Baptizatis dabatur veſtis candida, ut dicam quæſt. 14. n. 116. Dabo eis veſtimenta candida.

97\. Richad. *Per pœnitentiam antiqua innocentia recuperatur.*

Tertiò. De his etiam, qui poſt admiſſum peccatum conſcientiam ſuam pœnitentiâ mundarunt: hunc locum interpretatur. Richard Victorin. *Sunt*, ait, *qui poſt Baptiſmum veſtimenta ſua malè vivendo inquinant, ſed ea iterum lacrymis lavant; ſed hoc inquinamentum non reputatur illis ad pœnam, ſed diligenter lavant per pœnitentiam.* De illis, qui peccata ſua Pœnitentiæ lacrymis diluunt, dicitur. quòd *non inquinaverunt veſtimenta ſua.* Nonne ipſi delinquendo maculas peccati contraxerunt? Maximè ſanè, ſed ita per pœnitentiam peccati turpitudo depellitur, & anima pulchritudine condecoratur, ut ad ſuam innocentiam reſtituta videatur, ac ſi illius veſtimenta nunquam fuiſſent inquinata. Vide multa de hac re tom. 4. in Evang. in Indice, verbo *Pœnitens.*

98\. *Ex fœmineo contractu inquinatio, & perditio.*

Quartò, *Pauca nomina, qui non inquinaverunt veſtimenta ſua*, ideſt, ut explicant Aretas, Joachim. qui luxuriæ ſordibus corpora ſua non contaminaverunt. Tota hæc dignitas nominatorum virorum in eo ſita conſiſtit; quod veſtes ſuas ſervarunt alienas à fœmineo contractu: quod maximè explicatur, cap. 14. n. 4. *Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati; virgines enim ſunt.* Non ſunt coinquinati cum mu-

Tertul.

lieribus; quia ab eis tactas veſtes ſuſpectas habent, & à ſe protinus abjiciunt. Tertull. lib. de Reſurrect. carnis utrumque locum conjungens ſic ait, *Hi ſunt, qui veſtimenta ſua non coinquinaverunt cum mulieribus, virgines ſcilicet, ſignificat*: quaſi omnino deploranda jam ſit pudicitia illa, quæ ſuſtinet veſtis extremum fœminæ tangi manu.

99\. Pſalm. 140. Chald. Hebr. D. Hieron.

Ait Regius Vates Pſ. 140. n. 6. *Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum.* Pro illo verbo, *Diſſipata ſunt*, Chaldaicus legit, *Diſperſa ſunt membra noſtra.* Alii ex Hebræo, *Emollita ſunt oſſa noſtra ſecus infernum.* D. Hieron. legit. *In ore Inferni.* Sed unde oſſa noſtra, ſeu membra noſtra ſic ſunt diſſipata; diſperſa, ac emollita in ore

Arnob. *Ex fœmina virtus ad homines perdendos.*

inferni, ſeu ut ad os inferni pervenirent, explicat ibi Arnobius. *Juxta infernum ſunt, quando ſocietatem noſtram diverſitas ſexus inquinat.* Eo ipſo, quòd ſocietati fœminei ſexus te adjungis, eo ipſo omnia emollita ac diſperſa, ita ut jam demergaris juxta infernum, ſeu ad inferni os videatur jam te perveniſſe.

100\. Geneſ. 4.

Dum Cain generationes, quæ diluvio perituræ erant, narrantur, ad ultimas deveniens textus, & diluvio jam proximiores, dicitur Geneſ. 4. n. 21. *Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator, & faber in cuncta opera æris, & ferri; ſoror verò Tubalcain Noëma.* Ecce jam in ultima Caini generatione, & diluvio jam proxima ponitur Noëma, Sellæ filia cujus nomen ſignificat voluptatem; & ſi in generationibus à principio mundi narratis, nulla exprimitur filia, cur in hac ultima Caini generatione filia proponitur, & Noëma, ideſt, voluptas vocatur? Oſtendebatur, quòd omnis caro corruperat viam ſuam, & quòd generatio jam per diluvium peritura erat, & ideò meritò in ea fœmina proponitur, & ea fœmina, quæ voluptatem ſonat: ut enim fœmina voluptate plena apparet, ibi & carnis corruptio apparet mors, ac *Ubi fœmina, ibi mors, & interitus.*

interitus omnium noſtrûm monſtratur. Sic ait D. Auguſt. lib. 15. de Civit. cap. 20. *Progenies ergo ex Adam per Cain ſceleratum undenario numero finitur, quo peccatum ſignificatur; & ipſe numerus à fœmina clauditur, à quo ſexu initium eſt peccati, per quod omnes morimur. Commiſſum eſt autem, ut & voluptas carnis ſequeretur. Nam in ipſa filia Lamech Noëma, ideſt, voluptas interpretatur.* D. Auguſt.

Ob injuſtè occiſum Naboth, denuntiatur 101.
Achab per manum Eliæ, quod ipſe interficiendus eſſet, & quòd ſanguinem ejus lambent canes, ut linxerunt ſanguinem Naboth 3. Reg. 3. Reg. 21.
21. n. 19. quod cùm audiſſet Achab ſcidit veſtimenta ſua & operuit cilicio carnes ſuas, jejunavitque, & dormivit in ſacco. Tunc ait Dominus ad Eliam dicens, *Nonne vidiſti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in diebus ejus.* Idem n. 29. Et tamen multum denuntiatum illi accidit, cùm in bello ſagittâ percuſſus occubuit, *Caneſque linxerunt ſanguinem ejus.* 3. Reg. 3. Reg. 22. *Laqueus mulieris homines trahit ad mortem.*
c. 22. n. 38. Et unde fieri potuit quòd habens ex Deo promiſſionem ſalutis, tamen fœdè occiſus eſt, & victus? unde tantum donum promiſſum illi immutatur? Ex conſortio, ac ſocietate Jezabelis hoc habuit: ut in pœnitentia non perſeveraret, ſed in nova ſacrilegia veniret & inde perdidit donum promiſſum Divinæ bonitatis, ut ab uno evadens periculo in aliud mortis inevitabile incideret. D. Ambr. lib. de Naboth. D. Ambroſ.
c. 7. *An oraculum falſum eſt? Nam Achab, & victus eſt, & occiſus; ſed conſidera, quia Iezabel habuit uxorem, cujus ducebatur arbitrio, quæ avertit cor ejus, & nimiis ſacrilegiis execrabilem fecit, & hunc ejus pœnitentiæ revocavit affectum.* Ob ſocietatem unius depravatæ mulieris donum ſalutis promiſſum perdidit.

Quæstio XIV.

Quare pro magna laude horum juſtorum dicitur, quòd ambulabunt cum Chriſto in albis, & redditur ratio? Quia digni ſunt?

Dignitatem horum juſtorum ex multiplici circumſtantia appoſita in hoc verſu conſiderabat Albert. Magn. Primò. *Eorum paucitas, cùm dicitur pauca*, Secundò, *In conſpectu Dei eorum pretioſitas, cùm dicit nomina, Deus enim rem vilem non nominat, nec approbat.* Tertiò, *Ipſorum pulchritudo, & puritas, qui non inquinaverunt veſtimenta ſua, ideſt corpora* Quartò, *Bene agendi facilitas, cùm dicit ambulabunt.* Quintò, *Plena ad Chriſtum conformitas, cùm dicit, mecum in albis.* Sextò, *Honoris dignitas, cùm dicit, quia digni ſunt*, Similiter D. Bernard. Senenſ. ſic, ait, *Eſt notandum, quod virgines hic*

102\. Alb. Magn. D. Bernard.

Magna dignitas juſtorum ex multis commendatur.

in ſeptem per ordinem commendantur. Primò, *A famæ celebritate: quia ſunt in Cœlo nominata; ibi ſed habes pauca nomina.* Secundò, *A pulchritudinis ſpecioſitate, in Sardis, qui interpretatur principium pulchritudinis.* Tertiò, *Ab incorruptionis integritate, quia non inquinaverunt veſtimenta ſua.* Quartò, *A profectus virtuoſitate, quia ambulant.* Quintò, *A Dei familiaritate, cùm dicit mecum.* Sextò, *A conſcientiæ puritate, quia in albis.* Septimò, *Ab honoris ſublimitate, quia digni.*

103. Tamen maximè ad noſtram quæſt. quatuor in præſenti conſideranda ſunt. Primò, quia dicitur *ambulabant.* Secundò, *mecum.* Tertiò *in albis.* Quartò, *quia digniſunt.* Quæ ſigillatim ſunt examinenda.

Haymo.

104. Primò, *Ambulabunt.* Haymo. *Illi, ambulabunt cum eo in albis, qui innocentiam, & ſanctitatem illius, quantum in eis eſt poſſibile, imitantur; præcedit quippe Chriſtus exempla dando, ſequuntur electi exempla ejus imitando. Unde Petrus ait, Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum ut ſequamini veſtigia ejus.* Cum eo ambulabunt, qui veſtigia Paſſionis ejus, ac vitæ ipſius ſequuntur; præivit ipſe enim ad exemplum, & informationem, & ipſi ſequuntur per imitationem, quantum fas eſt puræ creaturæ. Aliter explicat Albertus Magnus dicens: *Ambulabunt mecum de virtute in virtutem in albis, in operibus bonis & conſcientiis puris.* Non ait Chriſtus ſtabunt mecum, ſed ambulabunt, quia in via juſtitiæ non ſiſtendum eſt, ſed ſemper progreſſu virtutum proficiendum. Vide cap. 2. q. 41. n. 302. 303. & q. 57. n. 430. 431. & 433.

Cum Chryſto ambulat qui ipſum imitatur.

Alb Magn.

In virtute non ſiſta, ſed profice.

105. Secundò, *mecum*: non ſolùm, ait, ambulabunt, ſed mecum dicit: & quò Domine cum eis ibis? niſi de te ad te, & niſi per te ad te, qui es omnium finis, & ad quem tendit omnis recta operatio; proindeque Domine cum eis ambulabis per gratiam, & ipſi tecum per juſtitiam. Tu quidem Domine per gratiam, quia niſi eis per ſingula gratiam tribueris, non poſſunt perficere: ſine te etiam nihil poſſunt facere. Et ipſi tecum ambulabunt per juſtitiam; quia gratia tua à te eis data multum proficient, & opera bona, ac recta virtutis operabuntur, & edent.

Omnis noſtra operatio tendat ad Deum.

106. Tertiò, *in albis.* Nonne ſatis erat dicere, ambulabunt mecum, ad quid additur in albis? In Veteri Teſtamento tecum ambulabunt, non tamen addidiſti qua veſte, aut ornamento. Dictum eſt Abrahamo, *Ambula coram me.* Gen. 17. n. 1. Jacob dixit, *Deus in cujus cōſpectu ambulaverunt Patres mei.* Gen. 48. n. 95. Cur ergo modò veſtes candidas hic requiris ab ambulantibus tecum? In præſenti ſermo eſt de his, qui lavacro ſacri Baptiſmatis regenerati innocentiam ſuam cuſtodiunt incontaminatam. Ecce cur requiris ut in albis ſint, alludens ad antiquum morem, quo Baptizatis veſtis candida dabatur, qua denotabatur eis ſemper cuſtodiēdam eſſe innocentiam, ut digni ad ambulandum cum Chriſto invenirentur. Raban. Maur. lib. 1. de Inſtit. Clericor. cap. 29. ſic ait, *Poſt Baptiſmum traditur Chriſtiano veſtis candida deſignans innocentiam, & puritatem, quam poſt ablatas veteres maculas ſtudio ſanctæ converſationis immaculatam ſervare debet, ad præſtandum ſe ante tribunal Chriſti.* De hac etiam conſuetudine mentionem faciunt D. Ambroſ. lib. de iis qui initiantur myſteriis D. Dionyſ. Areopag. cap 1. & 2. de cœleſti Hierarch. Socrates l. 1. cap. 14.

Gen. 17.

Gen. 48.

Baptizatis veſtis candida in ſignum cuſtodiendæ innocentiæ

Raban.

D. Ambr. D. Dionyſ. Socrat.

107. Aliter reſpondet Rupertus lib. 2. in Apocal. *Ambulabunt mecum in albis, mecum, inquit, filio virginis: mecum cujus caro virginea continentiæ dedicavit exemplum, qui ſum virgineus flos, virginitatis lilium: mecum ambulabunt in albis, id eſt, in corporibus immaculatis, cum quibus reſurgent nitidi, velut agni novelli.* Cur poſt inſignem victoriam; quòd iſti non inquinaverint veſtimenta ſua luxuriæ ſordibus, eis in præmium aſſignatur, quòd ambulabunt cum Chriſto in albis; cur non potiùs eos ſplendido, ac prædiviti veſtitu omni lapide pretioſo decorabat, & fulgenti, hoc enim magis ad eorum ſupremam dignitatem exprimendam conducere videbatur, cur ſolùm de veſtimentis albis fit mentio? Hæc veſtimenta alba dantur eis in ſignum eorum virginis, ac puritatis. Et corporibus humanis, nec etiam in gloria eſt ornatus alius præſtantior, quàm virginitas, & integritas, & ideo alia ſtola non potuerunt pretioſiùs adornari, quàm illa, quæ puritatem, ac virginitatem indicabat.

Rupertus.

Puritas, ac virginitas ſplendidiſſimum humanæ naturæ ornamentum.

108. Quartò, *Quia digni ſunt.* Hi qui non inquinaverunt veſtimenta ſua, præexcelſa dignitate conſpicui hîc apparent, ambulant cum Chriſto in albis, tanquam eximii Domini collaterales amici, ac illius ſupremæ Curiæ candidati magnates, ad quod magis exprimendum additur, *qui digni ſunt.* Nonne, ut eorum præexcelſus honor cunctis eſſet notus, ſat erat dicere, quòd cum Chriſto ambulabunt in albis, ad quid ultra additur, *quia digni ſunt?* Quia non ſola dignitas ſuſcipientis facit verè candidatum, ſed eorum, condignitas, ſeu merita. Ibi ſolùm candeſcit honor, ubi ſolis dignis præſtatur, qui nullo modo fuſcant dignitates, ſed verè ſunt candidati, & ſupremi Regis magnates, & in ipſis honor non ſordeſcit, ſed ſplendet.

Dignitas tunc honorat, cùm dignis, confertur.

109. Dum diſcipuli gloriantur de poteſtate accepta in dæmones; ad eos ejiciendos ex humanis corporibus, ait illis Chriſtus D. Luc. 10. n. 20. *In hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubjiciuntur, gaudete autē quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in libro vitæ.* Vatablus explicatiùs legit ultima verba, *ſed gaudete potiùs.* Cur de tam ſplendida poteſtate non gloriarentur, cùm valde illa magnificati eſſent apud homines: Poteſtas ejiciendi dæmonia etiam indignis erat collata; nam filii Phariſæorum, ut Judas, dæmonia ejecerunt; Matth. 7. n. 22. & qui ſapiens eſt, non æſtimare debet candidam, quæ ſuſcipientis in dignitate ſordeſcit, ſed de illa ſola candida gloriatur, qua cum ſummo Rege promeriti fideles candicant; *quia digni ſunt*; non de dignitate gloriandum, quæ etiam in indignis repetitur, ſed de illa, quàm ſola merita faciunt. Tertull. lib. 4. in Marc. *Nec ait, diſcipulos de ſubactione ſpiritum, ſed de candida ſalutis gloriari volebat:* Quod nempe eorum nomina pro meritis eſſent ſcripta in libro vitæ.

Luc. 10.

Vatab.

Non de dignitate, ſed de meritis gloriandum.

Tertull.

110. Valdè rigidè, & aſperè loquitur Parens Elias Achab. Regi; *Non ego turbavi Iſraël, ſed tu, & domus patris tui.* 3. Reg. 18. n. 18. Cur Propheta non magis Regem vereris? cur purpuram honori non habes? In Achab. Rege Regiam dignitatem

3. R. 18.

Dignitas in indigno poſſeſſore fœdatur. tem contemnebat Elias; quia ab indigno poſſeſſore, ſic purpura ipſa fœdabatur, ut non purpura videretur, ſed vilis, & ſordidus pannus; ex quo præclarè ait D. Chryſoſtomus D. Cyrill. homil. 8. ad populum, *non ſpectabat diadema, & exteriorem Regis apparentiam, ſed animam ſordidam, & ipſum intuitus captivum eſſe, & vitiorum ſervum, ipſius principatum contempſit, etenim tanquam in ſcena, ſed non in veritate Regem ſibi cernere videbatur.* Sic univerſæ dignitates, quæ indignis etiam dantur, apud viros bonos contemnuntur, ac deſpiciuntur, ut quæ potiùs in ſcena, quàm in veritate apparebat.

Apoc. 3. *n.* 5. Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis, & non delebo nomẽ ejus de libro vitæ, & confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus.

Num. 6. Qui habet aures audiendi audiat, quid Spiritus dicat Eccleſiis.

VERSIONES.

Syrus 5. Qui vincit, ſic tegitur veſtibus albis, & non delebo nomen de libro vitæ, & confitebor nomen eorum.

Arabicus. Victor ſic amicietur albis, & ego profitebor nomen ejus.

Arias. Vincens ſic veſtietur.

Alii. Qui vicerit veſtietur.

EXPOSITIO V.

111. QUI *vicerit.* Hæc promiſſio non tantùm ordinatur ad eos, qui innocentiam Baptiſmalem ſervant; ſed etiam dirigitur ad eos, qui poſt peccatum commiſſum pœnitentiam egerunt, in eaque totius vitæ curriculo perſeverant. *Veſtietur veſtimentis albis*, id eſt, ſtolâ gloriæ jam explicatâ. *Et non delebo nomen ejus de libro vitæ* Dupliciter quis dicitur ſcribi in libro vitæ ſecundùm D. Thom. D. Thomam, inchoatè, vel completè: inchoatè ſecundùm præſentem juſtitiam, ſcribuntur omnes in Baptiſmo, & quoties per pœnitentiam reſurgunt à peccatis; completè verò, quando in juſtitia uſque ad mortem perſeverant. Qui ergo peccando amittunt gratiam, dicuntur deleri de libro vitæ ſecundùm præſentem juſtitiam, nam hi primo modo dicuntur ſcripti in libro vitæ.

112. *Et confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus.* Ideſt, palam, coram Patre meo, & Angelis ejus agnoſcam illum eſſe de ovibus meis, & glorificabo me talem ſervum habere.

113. *Qui habet aurem audiat.* Nihil ſubjicit hîc, quod Eccleſiis dicatur, unde ſunt intelligenda verba præcedentia. *Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis.*

QUÆSTIO XV.

Quodnam ſit præmium non deleri de libro vitæ?

QUid ſit liber vitæ, & quomodo Moyſes 114.
petierit ab eo deleri, Exod. 32. n. 32. Exod. 32.
pro quo ſupponendum eſt, quod liber vitæ in Deo metaphoricè dicitur, per analogiam ad homines; nam apud eos qui ad aliquid eliguntur, ut milites, & conſiliarii in libro ſcribi ſolent. Hic autem liber in Deo eſt divina præſcientia electorum ad vitam æternam, quæ cum immutabilis ſit videtur ut nullus, vel denuò in hujuſmodi libro ſcribantur, in quo antea ſcriptus non fuerat, vel ſemel in eo ſcriptus amplius deleri non poteſt; nam præſcientia ſeu ordinatio electorum in Deo falli non poteſt: inde difficile intellectu videtur, quo modo pro maxima mercede, promiſerit Chriſtus *non delebo nomen ejus de libro vitæ*, cùm nullus qui in eo ſcriptus ſit deleatur. *Quid ſit liber vitæ.*

Reſpondet primò, D. Ambroſ. Richard. Vi- 115.
ctor. quòd cùm liber vitæ ſit immutabilis, ſe- D. Ambroſ.
mel in eo ſcriptus non poteſt amplius deleri; Richard.
dicuntur tamen aliqui deleri, non ſecundùm rei veritatem ſed ſecundùm hominum exiſtimationem, qui aliquos putant eſſe Sanctos & ſcriptos in libro vitæ, cùm revera ſcripti non eſſent, & proinde idem ſit, *non delebo eum*, ac declarabo eum non fuiſſe deletum de libro vitæ; quod etiam docet D. Auguſtin in pſ. 58. D. Auguſt. num. 29 *Deleantur de libro viventium.* Sed contra præmium hoc modo explicatum promittitur in ſequentibus: *Confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus.* Et idem bis in eodem loco promitti non debet. Deinde objicit D. Thomas quòd merces, quæ D. Thom. promittitur Sanctis non deleri de libro vitæ, non eſt ſecundùm hominum exiſtimationem.

Secundò, aliter explicat Ribeira, *non* 116.
delebo, ideſt, non damnabo eum, ſed glo- Ribeira.
riâ perpetuâ munerabor, vult ergo poni librum pro gloria per metonymiam, continens pro contento. Hic tamen dicendi modus exactè non explicat, cur gloria per librum vitæ ſignificetur.

Tertiò, ac genuinè reſpondetur cum D. Tho- 117.
ma 1. p. q. 24. art. 3 in corpore librum vitæ eſſe D. Thom.
conſcriptionem ordinatorum ad vitam æternam, ad quem aliquis ordinatur dupliciter, vel ex divina prædeſtinatione & hæc nunquam deficit; vel ex divinâ gratiâ, ſecundùm præſentem juſtitiam, & hoc aliquando deficit. Qui ordinati ſunt in libro vitæ ad gloriam ex divina *Vera & genuina explicatio.* prædeſtinatione, propriè, & ſimpliciter conſcripti ſunt in libro vitæ quia ſunt ibi conſcripti, ut completè habituri perſeverantiam finalem, & conſequenter æternam gloriam; iſti ergo nunquam delentur de libro vitæ. Aliis ergo dicuntur ordinati in vitam æternam, & conſcripti in libro vitæ non ex divina prædeſtinatione, ſed ex divina præſenti gratia, quæ eſt ſemen gloriæ, & hi dicuntur ſcripti in libro vitæ inchoatè

choatè quoad præſentem juſtitiam, quo modo omnes Chriſtiani in Baptiſmo ſcribuntur in libro vitæ, & hi deleri poſſunt de libro vitæ.
Pſalm. 68.
Quomodo dicitur Pſal. 68. n.29. *Deleantur de libro viventium.* Ita communiter Commentatores D. Thomæ Caietan. Vaſq. N. Corn. & hîc Cornelius à Lapide, Menoch. Tirinus, Joannes de la Haye.

118. Illud tamen optimè advertit D. Thomas citatus, quod hæc deletio non refertur ad notitiam Dei, quaſi Deus priùs aliquid ſciat, & poſtea neſciat: ſed ad rem ſcitam, quia Deus ſcit aliquem priùs ordinari ad vitam æternam, cùm habeat gratiam, & poſtea non ordinari cùm excidat.

119. Ex quo benè intelligitur quid impræſentiarum ait Chriſtus, *Qui vicerit non delebo eum de libro vitæ.* Eximium beneficium pollicetur Dominus, ſenſus eſt enim, conſervabo eum uſque ad finem vitæ in gratia; non ſinam eum labi in peccatum mortale, quo juſtitiam amittat: hoc autem promittere nihil aliud eſt, quàm donum perſeverantiæ promittere, quo munere nihil optabilius, ac majus in hac vita concedi poteſt.

Quomodo hic locus explicandus.

120. De hac perſeverantia loquitur Chriſtus in præſenti Ita Joachimus Abbas, *Deletur de libro vitæ,* ait, *& cum juſtis non ſcribitur is, qui invitatus ad vitam temporalem, quidem ſtare inter fideles populos & florere videtur, ſed non perſeverat, ut perveniat ad illud, quod dicit* Petr. 2. cap 1. *Satagite, ut per bona opera certam veſtram vocationem faciatis.* Multi varias victorias de hoſtibus, ac vitiis retulerunt, miraculis, ac vitæ ſanctitate ad tempus claruerunt, & tamen cum juſtis nequaquam ſunt ſcripti quomodo ergo ait hîc Chriſtus nomen ſic vincentis de libro vitæ minime deleturum? Loquitur Dominus de finali victoria, qui enim licèt varios de mundo, diabolo, ac carne triumphos reportaverit; tamen ſi in aliquo finaliter vincendo ceſſaverit, nequaquam coronam tanquam Deo Petri cognitus conſequetur; pro quo audit D. Bernard. Epiſt 129, ubi ait, *Abſque perſeverantia, nec qui pugnat, victoriam, nec palmam victor conſequitur. Nutrix eſt ad meritum, mediatrix ad præmium, ſoror patientiæ, conſtantiæ filia, amica pacis: amicitiarum nodus, unanimitatis vinculum, ſanctitatis propugnaculum. Tolle perſeverantiam, nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Sola eſt, cui æternitas redditur, vel potius, quæ æternitati hominem reddit, dicente Domino: Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.*

Joachim

Sine perſeverantia non obtinetur corona.

D. Bernard.

121. Conſummatâ tabernaculi fabricâ dicitur
Exod. 40.
Exod. 40 n 32. *Poſtquam omnia perfecta ſunt, operuit nubes tabernaculum teſtimonii, & gloria*
3. Reg. 9.
Domini implevit illud. Similiter etiam 3.Reg.9. n.1 & 2 ſcribitur, *Factum eſt autem cùm perfeciſſet Salomon ædificium domus Domini, & ædificium Regis, & omne quod optaverat, & voluerat facere, apparuit ei Dominus ſecundò, ſicut apparuerat in Gabaon.* Maximè ſcitu dignum, cur gloria Domini tabernaculum non implet, dum fabricatur, cùm ipſum tanta animi hilaritate inchoatur? vel etiam cur Salomoni non apparuit, cùm extruitur opus cum tot ac tam largis expenſis, tantiſque artificibus undequaque vocatis ad templi fabricam manum admovet ut ſua præſentia Dominus opus ſibi eſſe acceptabile oſtendere, ut inde homines maximè animarentur ad perficiendum? cur non apparet Dominus, niſi poſtquam utrumq; opus fuit conſummatum, ac completum? Cùm Moyſes tabernaculum, & Salomon templum conſtituerent, illaque magnificentiſſimè ornarent, abſque dubio gratiſſimum Deo opus perſolvebant; tamen tunc Dominus illis non apparuit, niſi poſt utriuſque operis complementum; ut fiat evidens, quantùm Domino placet boni operis conſummatio & abſolutio, ut abſque ipſa conſummatione, in ſignum approbationis non cenſeatur divina præſentia: dignum opus virtutis Deo placet, ſed tunc ab eo maximè approbatur, ac remuneratur, cùm ad conſummationem, ac metam devenit. Ita Iſaias Abbas oratione 8. tom. Bibl. *Tabernaculum,* ait, *non obumbravit Deus, quoad imperfectum fuit, ſed cùm eſſet abſolutum, tunc illud obumbravit, ſic & templum nebula non obumbravit, quandiu illi quidquam defuit: at ubi perfectum fuit, oblata holocauſta, & adoratus eſt Deus odorem ſuavitatis.*

Opus conſummatum approbatur, & remuneratur à Deo.

Iſai. Abb.

Hoc optimè intellexit Anna Samuelis mater, nam poſtquam ex divina benignitate accepit filium maximè exoptatum, rogata à viro, ut aſcenderet in templum Domini, & votum ſuum redderet Deo pro accepta prole, ait: *Non vadam, donec ablactetur infans, & ducam eum, ut appareat ante conſpectum Domini, & maneat ibi jugiter.* 1. Reg. 1. n. 22. Vox eſt divina Eccleſiaſtes, 5. n. 3. *Quod voviſti Deo, ne moreris reddere.* Anna pro filio obtinendo votum vovit Domino, citato 1. Reg. 1. num. 11. Cur moratur? cur ſtatim non feſtinat, & aſcendit; ſed ait *non vadam donec ablactetur, & maneat ibi?* Si puer antequam ablactaretur Deo eſſet oblatus, neceſſum erat à parentibus revocari iterum in domum ſuam, & ideo prudens fœmina tunc cavet puerum offerre Deo, ſed expectat tempus quo ablactatus, & bene jam inſtitutus poſſit Deo ſiſti, & ibi jugiter manere, aliter nec officio ſuo, nec voto ſuo ſatisfacere exiſtimat, ſi puer ibi immobiliter non permaneret; nam obſequia ſine permanentia ſciebat Deo non placere. D. Chryſoſt. *Non exiſtimabat eſſe tutum relictâ domo aſcendere in templum, quod cùm accepiſſet donum, non ſuſtineret abſque domo comparare. Rurſus adducto illo, & mox accepto, deſcendere verebatur.* 122.

1. Reg. 1.

Eccleſ. 5.

Obſequium ut placeat Deo, debet eſſe cum perſeverātia

D. Chriſ.

Quæstio XVI.

Illuſtre præmium Juſtorum, quòd à Chriſto cognoſcantur; & confiteantur coram Patre ſuo, ac Angelis ejus?

De his, qui non inquinaverunt veſtimenta ſua, ait in præſenti Chriſtus, *Confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus:* Et repetit Chriſtus hîc, quod dixerat Matth. 10. num. 32. *Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in Cœlis eſt.* Quòd latè, & profundè explanavi tom. 3. in Evang. cap. 9. Expoſit. 6. & quæſt. 14. 15. & 16. 123.

Matt

quæ

quæ ibi latiùs videnda ſunt; & licet Matth. citat. referat tantum, *Confitebor ego eum coram*
Luc. 12. *Patre meo*: tamen D. Lucas ſcribens eandem ſententiam c. 12. n. 8. *Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei.* Per quod juxta communem ſententiam intelligitur, quòd hæc reſpiciunt diem judicii, quando Dominus veniet, cum Angelis judicare. Ut dixi citat. c. 9. num. 95.

124. Cum ergo Chriſtus ait, *Confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus*, hoc eſt non leve præmium, nec parva gloria, ſed verè magna: cùm ait, *Confitebor*: id eſt, eum cum laude prædicabo, declarabóque *nomen ejus* cum omni laude, quam promeruit, abſque aliqua diminutione, ac ſi nunquam quidquam geſſiſſet, quod talem laudem fœdaſſet, vel imminuiſſet; nihil tacebo, quod ad gloriam, vel laudem ejus pertineat, ſed eum omni prædicatione dignum celebrabo *coram*
Magna gloria coram multis laudari. *Patre meo, ac Angelis ejus*; quòd in magnam eorum gloriam, & lætitiam cedet. Unde de hac re diſſerens Abulenſ. in c. 10. Matth. q.
Abul. 131. *Valde ſpecioſa eſt laus, coram multis approbari, ac laudari.*

125. Aliquid etiam in præſenti pro morali theſi dicamus. Ad quid ait Chriſtus, *Confitebor eum*
Purus, & caſtus maximè notus Deo. *coram Patre meo, & Angelis ejus*? Quilibet electus bene cognitus eſt à Patre ejus, ac ab Angelis, ut concivibus regni cœleſtis; cur ergo pro eximio dono dicitur, vincens confitebitur coram Patre ſuo, & Angelis ejus? Purus, & caſtus, liber à luxuriæ inquinamentis, maximè notus eſt Deo & Angelis ob munditiæ, ſimilitudinem; quæ ſimilitudo quædam publicatio, ac confeſſio eſt eorum condignitatis ad
Joachim. gloriam Joahcimus Abbas *Quicumque eſt ille, qui in hac parte gratiæ ejus imitator efficitur ſequens illum, non poteſt eſſe ignotus Deo, qui munditiam diligit caſtitatis, nec Angelicis illis ſpiritibus, quibus vita impolluta, & innocentiæ amiciſſima eſt, quia ipſa ſimilitudo munditiæ, confeſſio eſt amoris, æterna quædam notitia innocentiæ vitæ.* Puros, & caſtos ſimilitudo munditiæ facit eos maximè notos Deo & Angelis; & ut inſigniter ac peculiariter dicantur voce Chriſti laudari, ac publicari ad majorem eorum gloriam & honorem, cùm ipſa ſimilitudo puritatis declaret eos & magnos coram Deo, & Angelis ejus.

126. Secundò, Rupert. *Per affirmationem & confitebor nomen ejus, gloriam, & honorem repoſitum illi qui vicerit, deſignat abundantius, hoc enim magnificum, non confundar enim confiteri nomen ejus coram Patre meo, & Angelis ejus*
Rupert.
Chriſtus largiſſimè ſuos remunerat. *quòd in ambulatione mea ſit mihi ſocius.* Nonne ſat eſt quòd juſti æterna gloria remunerentur, ac quòd cum Chriſto in albis ambulent, ad quid ultra requiritur, ut à Chriſto confiteantur coram Patre ſuo, ac ſpiritibus beatis? Tanta gratitudine, ac liberalitate eminet Chriſtus, ut pro parvo obſequio ſibi exhibito immenſa, & æterna dona conferat, ut non ſolùm eis gloriam ſuam concedat, ſed etiam non voce alicujus Angeli, ſed ſuamet eos velit honorare, ac laude dignos declarare, non altari eorum laudes committendo, ſed ſibimet reſervando.

127. Tertiò, Aretas ſic ait, *coram Angelis dictum eſt, quòd Angeli ſint fideles, & benevoli*
Aretas. D. Anſelm. *cultores.* D. Anſelmus: *Gaudent Angeli de conſortio juſtorum.* Quid glorioſius, ac optabilius poteſt eſſe, quàm juſtum laudari, ac teſtimonium habere à Chriſto Domino coram ſuo æterno Parente? quid excellentius accidere poteſt, quàm Dei cognitione approbari? ad quid ultra (ac ſi illa confeſſio coram Patre ſuo non ſatis eſſet ſufficiens) additur, *& coram Angelis ejus*? Ob magnum gaudium Angelorum, Angeli pro noſtra ſalute valde læti. quia ipſi Angeli maximè ſunt protectores, ac defenſores hominum; & maximè gaudent, quò ipſi ad omne bonum promoveantur, & quòd coram ſuo æterno Parente à Chriſto approbentur, ac laudentur.

Pro nuptiis filii Regis refertur parabola 128.
Matth. 22. 12. *Intravit autem Rex, ut videret diſcumbentes, & cum vidiſſet hominem non veſtitum veſte nuptiali, ait illi: Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex miniſtris: ligatis manibus, & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores.* Valde rigidè agitur cum homo homine, nec tempus conceditur, ut ſordidum habitum deponat, & nuptialem aſſumat, ſed indilatè tenebrarum tortoribus traditur; aliter verò factum legimus Zachar. 3. n. 3. *Et Jeſus*, ſcilicet Zach. 3.
Joſedech filius *erat indutus veſtibus ſordidis; & ſtabat ante faciem Angeli. Qui reſpondit, & ait ad eos, qui ſtabant coram ſe dicens; Auferte veſtimenta ſordida ab eo. Et dixit ad eum; ecce abſtuli à te iniquitates tuas, & indui te mutatoriis.* Confert utramque hiſtoriam relatam à Matthæo, & Zacharia: in utraque quis apparet ſordidis indutus; illum Rex rigidè punit; Quiquid eſt ab Angelis ſalutare eſt hominibus. hunc verò Angelus ad meliorem conditionem adducit ſordida aufert, & candida reſumi facit. Cur Rex & Angelus non eodem modo ſe habeant? ſi Rex non parcit, ſed internecioni tradit, cur etiam Angelus tali rigore non utitur, & ſi Angelus parcit, cur etiam Rex ſua ſolita clementia non parcit? Rationem innuit Thodoretus in Zachar. *Angelus verò populi* Theod. *tutor aliis aſtantibus Angelis præcipit, ut ex illis veſtibus eum exuerent.* Rex jus dicebat, perſonam judicis agebat; Angelus autem ut tutor ac protector populi erat: ille ut judex iratus in reum, eum tortoribus tradit, hic verò ut protector omnibus modis ſalutem illius negotiabatur, ſordidum non contempſit Angelus, ſed pro viribus contendit, eum ad candorem vitæ adducere, ut æterna vita donetur.

Balaam auri cupiditate captus profectus eſt 129.
de loco ſuo cum hoſtibus populi Dei, ut ipſum populum malediceret, ſed quid tunc accidit, refert textus, Num. 22. n. 21. *Surrexit Balaam* Num. 22. *mane, & ſtrata aſina ſua profectus eſt cum eis. Et iratus eſt Deus, ſtetitque Angelus Domini in via contra Balaam.* Aliqui ex Hebræo apud D. D. Auguſt. Aug. lib. 4. q. 49. ſic legunt. *Et iratus eſt animatione Deus, quia ibat ipſe, & inſurrexit Angelus Dei differre eum in via.* Maximè expanſione dignum, quod Deus dicitur iratus, & tunc ſtricto gladio aſtat Angelus; forſitan Angelus inſurgit, & arripit gladium, ut divinæ iræ excitatorem percutiat, ac mactet? minime ſane. Ad quid ergo Auguſtini lectio indicat. *Inſurrexit Angelus Dei differre eum in via.* Id eſt illum Angeli hominum tutelares illorum ſalutem procurant. à via cœpta differre faciebat. Deus iratus per mittebat miſerum hominem ire, quo in æternam perditionem citius caderet; tamen Angelus hanc Dei iram agnoſcens ſtricto gladio

ſeſe

ſeſe illi eunti opponit, non ut perdat, ſed ut à certiſſima perditionis via avertat, & ſi fieri poſſit ad ſalutem reducat, ut divina ira mitigetur.

EPISTOLA SEXTA.

Apoc. 3. *n.* 7. Et Angelo Philadelphiæ Eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit ſanctus, & verus, qui habet clavem David, qui aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit.

VERSIONES.

Syrus. Et Angelo illi Eccleſi, quæ eſt Philadelphiæ ſcribe. Hæc dicit Sanctus ille verus.

Arabic. Quod dicit Sanctus ille verax, & nemo claudit, niſi qui aperuit, cumque clauſerit, non eſt qui aperiat.

Arias. Qui aperiens, nemo claudit eam, non aperiens, & nemo aperiet.

D. Aug. Qui habet claves David.

œcumen. Nemo claudit ipſum, niſi is, qui aperit, & nemo aperiet, niſi is, qui claudit.

Aliqua exemplaria. Qui habet clavem inferni.

EXPOSITIO VI.

130. ET *Angelo Philadelphiæ.* Urbs eſt in Myſia juxta Lydiam, quis iſte Epiſcopus, maximè dubitatur. *Hæc dicit Sanctus*, ſeu, ut in Græco *ille Sanctus*, per antonomaſiam *Sanctus*, qui eſt auctor, atque amator totius Sanctitatis. *Verus*; qui eſt verax, & conſtans in ſuis dictis, & promiſſis. *Qui habet clavem David*: denotatur ſumma Chriſti poteſtas ad gubernationem ſuæ Eccleſiæ tam ad tegimen, & directionem illius, quàm ad ligandum, ac abſolvendum à peccatis, & cenſuris & ad Sacras Scripturas intelligendas, & explicandas, quæ poteſtas per excellentiam competit Chriſto: ab ipſo data eſt Petro, eorumque ſucceſſoribus, ac etiam ab ipſo data eſt Doctoribus Eccleſiæ ad exponendas Scripturas. Græc.

131. *Qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit.* Aperit enim ipſe ſuam Eccleſiam iis, quos ad eam per ſuam gratiam vocat: claudit verò, id eſt, excludit ab ea quos habere noluerit, utpote infideles; qui reſiſtunt fidei, & gratiæ ejus: quæ latiùs explicanda ſunt in quæſtionibus

QUÆSTIO XVII

Quæ civitas eſſet Philadelphia, & quiſnam ejus Epiſcopus, de quo hic agitur?

PHiladelphia, ut tradit ſtrabo, civitas eſt Myſiæ in Aſia, proxima Lydiæ, quam ſcribit frequentibus terræ motibus fuiſſe concuſſam, ita ut ejus incolæ in agris magna ex parte degerent. Alii tamen juxta Lexicum Biblicum eam ponunt in Lydia ad radices Tmoli montis, ſicque dicta eſt à ſuo conditore Attalo Philadelpho, ex qua multis arbitrantur originem traxiſſe Ptolomæum illum, qui Philadelphus eſt dictus, & uſus ſeptuaginta interpretum miniſterio libros Moyſis ex Hebraica lingua in Græcam transferendos curavit: quique Alexandriæ Bibliothecam ferè. quinquaginta millia librorum continentem conſtruxit, ſed apertè falluntur nominis ſimilitudine. 132. Philadelph. Strab. Lexic.

Philadelphia autem Latinè ſonat, fraterna charitas, quam Dominus maximè commendavit, ita ut præceptum ſuum peculiariter appellaverit, & ideò hanc civitatem tantùm nobilitavit ut eſſet una ex ſeptem, ad quas de Cœlo ſcribit, & ipſe qui facit omnia in pondere, & menſura cum ſumma ſapientia hanc in tantum ſublimavit, ut cum in cæteris omnibus Eccleſiis, præter quam in Smyrnenſi invenerit, quod reprehenderit, in hac ſicut in illa non invenit, quod cum magno myſterio, & cum magna gloria illius civitatis factum eſt; & ideo Chriſtus Dominus novo titulo uſus eſt ad eam ſcribens, *Hæc dicit Sanctus, qui habet clavem David, &c.* 133. *Nominis philadelphiæ ethymolgia.*

Quiſnam iſte Epiſcopus? Cardinalis Aureolus, Lyranus exiſtimant fuiſſe ſanctum Quadratum, unum ex Chriſti diſcipulis, qui pro fide Chriſtiani nominis valdè glorioſè dimicaverit floruit tempore Adriani Imperatoris, & contra acerrimam ejus perſecutionem in Chriſtianos, ipſi Adriano Apologiam obtulit pro Chriſtianis, qua effecit ut ſuam cœptam cohiberet ſævitiam: ſanctitate, & operibus clarus Martyr obiit 26, Maii. 134. *Quis Epiſcopus.* Aureol. Lyran.

Sed ſanctum Quadratum non potuiſſe eſſe hunc Epiſcopum Philadelphiæ ex eo patet; quia poſtquam ſanctiſſimus Joannes ab exilio in Epheſum reverſus eſt, D. Dionyſ. Areopagita tunc Athenarum Epiſcopus eum convenit, & deinde Romam ad Clementem Pontificem Maximum tandem ſe contulit, à quo in Galliam miſſus eſt, & tunc iſte ſanctus Quadratus in ejus Athenienſi Epiſcopatu ſucceſſit, ut narrant Euſebius Cæſar. lib. 4. c. 22. D. Hieronym. de Scriptoribus Eccleſ. in Quadrato; eumque Epiſcopum Athenienſem dicit Martyrologium Romanum 26. Maii, & non Philadelphienſem, ut & Beda hac die, & Nicephorus hiſtor. lib. 3. c. 21. Baronius anno Chriſti 128. 135. Euſeb. D. Hieron. Martyrol. Beda Niceph. Baron.

Meritò ergo Alcazar Pereira Cornelius, & alii tenent quòd quiſnam eſſet hic Epiſcopus, res omnino incerta eſt, & nobis ignota; tamen certum eſt, ut colligitur ex hac Epiſtola, quòd ille pietate, devotione, ac Religione inſignis erat, 136. Alcazar. Pereir. Cornel.

erat,ac ſi ipſe clarior,& illuſtrior eſſet ſua virtute,ac prob.tate,quàm proprio nomine, *Extollens vocem quædam mulier de turba*.Luc.11. num.27. Cur hujus ſanctiſſimæ fœminæ nomen non exprimitur,cùm tam generosè Chriſtum D.in Virgine Matre inter turbas blaſphemantes laudaverit; ac ſi ipſa illuſtrior haberetur à ſua virtute, ac generoſitate, qua extollit vocem in Chriſti laudem,quàm à proprio ſuo nomine.

Luc. 11. *Illuſtrior ſit homo à ſua virtute, quà à proprio nomine.*

137. Locutus Spiritus ſanctus non de Davide, ut volunt multi, ſed de clariſſimo Davidis duce, qui primas in fortitudine tenebatur,ut affirmant Iſidorus Clarus,Vatablus,& interlinealis,& probat Carthuſian. Sic dicitur,*ſedens in Cathedra ſapientiſſimus princeps inter tres,ipſe eſt quaſi tenerrimus ligni vermiculus,qui octingentos interfecit,impetu uno. Poſt hunc Eleazar, &c*.2.Reg.23.n. 8. Ecce cùm omnium Heroum,quos habuit David,nomina ſcribantur, tamen ſolus,qui inter omnes primus erat, ſine nomine refertur:& cur primi nomen taceatur,cùm aliorum exprimatur? Et ſi alii ob eorum inſignem fortitudinem meruerunt eorum nomina celebrari, cur qui cæteros ſua virtute excellit,non obtinuit,ut ſuum nomen apponeretur?Hic primus,non ſolùm decantatur, & ſua fortitudine laudatur;ſed etiam ut ſapientia ac humilitate valde inſignis,& inde nomen ejus non refertur,ut oſtenderetur illuſtriorem illum fieri ſua virtute,quàm nomine ſibi dato: & qui tam laudatus erat propria virtute,nomine decantari non indiguit. Galfridus apud Allegori.Tilman *Meritò*, ait, *proinde ſedens in Cathedra ſuo non deſignatur ex nomine,ut quicumque ille ſit,deferatur potius Cathedræ,quàm perſonæ.*

Iſid. Clar. Vatabl. Interl. Carth. — 2. Reg. 23. *Quiſque clarior virtute, quàm ſuo nomine.* — Galfrid.

Quæstio XVIII.

Quare in titulo hujus Epiſtolæ ad Epi*ſcopum Philadelphiæ,ſe dicit Chriſtus D ſanctum, & verum, qui habet clavem David?*

138. Græc. IN Græco eſt cum articulo,*Ille Sanctus, ille verus*. Nam licet alii dicantur Sancti & veraces, non tamen Chriſti comparatione, qui antonomaſticè ſolus ſingulariter,& principaliter eſt Sanctus,& verax,ut bene advertit Haymo,ac proinde,*Hæc dicit Sanctus, & verax*?id eſt,ille, qui eſt ipſamet Sanctitas,ac veritas,qui eſt fons, & origo totius Sanctitatis, ac veritatis.

Haymo.

139: *Quæſtionis difficultas.* Quæſtio ergo eſt, cur huic Epiſcopo ſcribens Chriſtus his titulis utitur,cùm quamvis quis ſit maximè ſacrilegus,nunquã blaſphemo ore audebit dicere,Chriſtum eſſe mendacem, ac peccatorem; ſi hoc nunquam in dubium vocari poterat,ad quid ſe dicit Sanctum & veracem,ac clavem David habere.

140. Alcazar. Primò,Alcazar ait,quòd hæc duo,Sanctus, & verus non ſunt duo,ſed unum tantùm Epithetum, indicans veram ſanctitatem,ſcilicet perfectam,& conſummatam;ac proinde,Sanctus verus,ideſt verè Sanctus,perfectus in ſanctitate; ut ita in Chriſto videat Philadelphus, ſe nondum eſſe verum, ideſt perfectum, ac conſummatum.

141. Corn. Ribeira. Cornelius& Ribeira, inquiunt,Sanctus,id eſt,auctor & amator ſanctitatis;& verus, id eſt verax & fidelis in præſtandis promiſſis:& addit Cornelius,hic ſenſus eſt aptior,proponit enim Chriſtus Philadelpho,quia erat modicæ virtutis ſuam ſanctitatem perfectam, quaſi ſpeculum, & quaſi ſcopum,ut ad eam aſpiret,contendat ac imitetur,

142. Tamen utraque hæc ſententia,quæ in idem coincidit,licèt ſit probabilis,multam difficultatem patitur, nam etiam Epiſcopus Epheſinus de ſua modica charitate arguitur cap. 2. n.4. *Charitatem tuam primam reliquiſti*. Epiſcopus Thyatirenſis de ſua deſidia,quod permittat mulierem Jezabel,Ibid. 20. Sardenſis arguitur;quod mortuus ſit,cap.3.n.1.Et tamen nulli ex his objicitur à Chriſto, quòd ipſe ſit Sanctus & verus,habens clavem Davidis: ut ipſi Epiſcopi tanquam in ſpeculo videant ſanctitatem,ad quam debeant aſpirare, & contendere.Ergo aliquid peculiare eſt in hoc Epiſcopo Philadelphiæ.

Difficultas in his ſententiis. Apocal. 2.

143. *Vera & germina ſententia, & explicatio.* Genuinus ſenſus eſt:*Hæc dicit Sanctus,verus,qui habet clavem David*.Sanctus verus,qui eſt forma,& idea ſanctitatis & veritatis, qui habet clavem David,ideſt,ſupremam & eminentem poteſtatem,ut latiùs explicabo quæſt. ſequenti.His ergo ſignificat Chriſtus D.Eccleſiam ſuam per ſanctitatem veritatem,ac potentiam ſuam fore victricem omnium perſecutionum,& errorum,& vim habituram, ac efficaciam ſua ſpeciali gratia,& favore in ea operante,ad converſionem gentium, ac Judæorũ;per ſuã ſanctitatem conſervat Eccleſiã in ſua puritate vincit mundum,& expugnat errores,unde dicitur.*Ecce dabo de Synagoga Satanæ* per ſuã potentiam omnia ſubjicit,& ita dicitur:*Ecce faciam illos ut veniant,& adorent ante pedes tuos*.Et iterũ*Servabo te abhora tentationis*; per ſuã veritatem prædicit futurã tentationem. *Quæ ventura eſt in univerſum orbem* Magna etiam & alta promittit.*Faciam illum columnam*, &c. Et ita per ſanctitatem regit Eccleſiam,per potentiam fecit victricem, per veritatem prædicit futura in ea: & promittit præmia.

144. Ioan. 1. Et rectè præmittit ſanctitatem veritati,quia ſolùm ubi floret ſanctitas, veritas reperitur.De Chriſto D. ait Joan.1.n.14. *Vidimus gloriam ejus,gloriam quaſi Unigeniti à Patre,plenum gratiæ,& veritatis*..Perpende ordinem: primò dicit Filium unigenitum Patris, cum ipſo conſubſtantialem, & plenum omnis gratiæ,juſtitiæ, ac ſanctitatis,& deinde ſubjungit plenum veritatis, quia ſolùm ubi eſt ipſa divinitas, ipſaque gratia ſanctitatis,ac juſtitiæ,poteſt eſſe plenitudo veritatis. Huc advoco D. Fulgentium lib.3 adTraſimundum Regem cap.3.*Plenum gratiæ, & veritatis Evangeliſta cognovit, quem unum, eundemque verum hominem gratia vera Incarnationis oſtenderet,& verum Deum unigenitum à Patre nativitatis æterna veritas declaret*. Valde profundè Sanctus Doctor diviſit in Chriſto Jeſu officia veritatis,& gratia, ut gratia hominem oſtenderet,& veritas Deum declaret, ac ſi ipſa veritas ſit notio, & ſignum Divinitatis.

Ibi veritas ubi ſanctitas. D. Fulgent.

145. Præſcribens Deus Moyſi indumentum Aaronis, ait illi, *Pones autem in rationali judicii*

Exod. 28. *doctrinam,& veritatem,quæ erunt in pectore Aaron,quando ingredietur coram Domino.*Exod.28. n.30. Non permittitur Aaron coram Domino ſtare abſque inſcriptione veritatis,quæ in ejus pectore rutilat Et cur quando coram Domino ingredietur Aaron,ordinatur ut in pectore inſcriptam veritatem portet?cur non magis præcipitur illi puritas,ac ſanctitas, ac munditiés peccatorum, quæ maximè exoptatur;ut quis ante oculos divinæ majeſtatis appareat?meri ò tamen pro omnis ſord s peccatorum extinctæ ac pro totius ſanctitatis comparatæ teſtimonio, una tantùm ſufficit veritas,quæ intimam connexionem cum ſanctitate habet, ut ſolùm ibi veritas reperiatur, ubi ſanctitas fulget, & nitet; ſanctitatis notio veritas eſt. Philo lib. de judice. *Quid enim in vita eſt aque pretioſum,ac veritas?Quam vates ſacer inſcripſit loco ſacratiſſimo,ea parte veſtis Pontificiæ, ubi eſt principalis vis animæ, ut Sacerdotem per hoc ornamentum auguſtiorem faceret* Siquidem nullum illuſtrius ac evidentius teſtimonium ſanctitatis, ac puritatis vitæ exhibetur, quàm veritas, cujus ornamentum Sacerdotem ſic auguſtum, & divinum reddit,ut oculis poſſit apparere divinitatis.

Veritas connexa cum ſanctitate.

Philo.

Quæstio XIX.

Quid per clavem Davidis ſignificetur, & cur Dominus ipſam habeat?

146. MAximè dubitatur, quid hîc per clavem Davidis denotetur: in qua re tot capita tot ſententiæ, quædam ſunt valde morales quædam quæ maximè ad litteram accedunt;& ab illis incipio.

147. Primò,D.Chryſoſt homil.4. de Cruce, Albertus Magnus,Hugo, Alcazar, per clavem David intelligunt Crucem, quæ eſt velut inſtrumentum divinæ omnipotentiæ;nã quamvis clavis omnino ſit diverſa à Cruce tam materiâ quam formâ,tamen ſicut clavis omnia aperit,& claudit,ſic per Crucem oſtium Cæli reſeratur,& portæ inferi Dæmonumque tentamenta claudunrur.

D. Chryſ. Albert. Hugo. Alcazar. *Crux clavis omnia aperiens.*

148. Secundò,ipſe Hugo per clavem intelligit pœnitentiam,quod feſtivè ac appoſitè Goffridus Abbas ſerm 1.in Nativitate Domini.*Pœnitentia.*ait,*more fidelis oſtiariæ gerens officium, oſtium paradiſi precantibus clauſum,quando vult aperit,& quos pœnitentes agnoſcit,recipit intra ſe;im pœnitentes verò nec prece,nec pretio intrare permittit.*Tertiò D.verò Bernard.per clavem regni Cœlorum intelligit obedientiam,ſic ait ipſe tom. 1 cap. 3. ubi ſic ait, *Propterea ſubditur,qui aperit,ſcilicet paradiſum, & nemo claudit; quod dicit, quantum adimplentes obedientiam, quibus enim ipſe portam paradiſi aperit eos nemo ab ea excludere poteſt; quibus, verò claudit, ut puta inobedientibus,& rebellibus nemo profectò aperit.*

Hugo. Goffrid. *Pœnitentia clavis regni Cœlorum.* D. Bernard.

Obedientia clavis regni Cœlorum.

149. Quartò,Primaſ.per clavem David intelligit poteſtatẽ Regiam Chriſti,quam dici vult clavem David, quia de ſtirpe Davidis natus eſt Chriſtus,& David Rex fuit typus Regis Chriſti, & ſicut David Rex ſuper carnalem Iſraël regnavit,ſic & Chriſtus regnat ſuper ſpiritualem Iſraël,id eſt,fideles. Quintò, Ansbertus per clavẽ David interpretatur ipſummet Chriſtum,& ratio ejus eſt,quia non dicit,quæ,ſed qui aperit,id eſt,Chriſtus aperit;nam & oſtium Chriſtus eſt,juxta illud Joan.10,n.10.*Ego ſum oſtium ovium.*Sic & Chriſtus aperit intellectũ ad intelligendum, & voluntatem ad diligendum, aperit Cœlum piis claudit impiis.Sextò D.Thom.3.p,q.17.art.1.ad 2.ſic interpretatur, quod Chriſtus reſurgens limbum Patrũ clauſit, ne quis ultra illum deſcendat Cœlumque Adæ peccato clauſum ſua morte aperuit.

Primaſ.

Ansbert. *Chriſtus clavis.*

Joan 10.

D. Thom.

150. Septimò, aliqui per clavem interpretantur Divinam omnipotentiam, quæ adeo rigidè clauſit Virginem Mariam,ut nullo modo virus peccati originalis in illam ſerperet in primo inſtanti ſuæ Conceptionis quamvis infernalis Draco viam ſibi aperire conaretur, à Chriſti potentia deluſæ ſunt artes ejus.Richardus à S Laurentio lib. 10.titulo Maria thalamus, ſic ait. *Concludit hunc thalamum Dominus tam diligenter,ut draconem pervigilem omninò lateret, & leonem rugientem longè à ſe excluderet. Et nequidem una pateret rimula,quã poſſet introſpicere ſubtilis aſtutia inimici, Hunc thalamum clauſit ille,qui habet clavem David, qui claudit & nemo aperit.*Et poſtea pergit explicando, quomodo cor Virginis divina virtute fuit clauſum omni concupiſcentiæ, apertum verò Deo ad credendum, ac diligendum. Sic ait citatus Richardus.*Hac clave,ſcilicet,virtute ſua,Chriſtus firmavit cor ejus contra omnem concupiſcentiam,quando inſpiravit ei votum,deſideriumque perpetuum virginitatis,aperuit autẽ intellectum ejus ad credendum & affectum ejus ad diligendum;unde dicitur.*Lucæ 1.*Beata quæ credidiſti.*

Richard. de S.Laurent. *Dei virtute Virgo Maria clauſa peccato originali.*

151. Octavò, Ambroſius,Anſelmus,D.Thomas, Rupertus, Richardus,Pannonius,Joachim.Lyranus, Viegas, per clavem David intelligentiam, ac apertionem Scripturæ, ac omnium Prophetarum interpretantur juxta illud Luc. 11 n.52.*Tuliſtis clavẽm ſcientiæ.*Inde Dominus huic Præſuli, qui prædicationi incumbere debebat,dicit ſe habere clavem David,ut denotaret huic muneri verbi Divini annuntiandi ſatis facere non poſſe ſine Scripturarum intelligentia, quam ipſe cui vult reſerat, & aperit. Richardus. *Rectè promiſſor, & largitor boni, Sanctus,& verus, & clavem David habere,& ſolus aperire, & claudere ſecreta Sapientiæ perhibetur, & quia habet clavem David, cui vult myſteria Sapientiæ aperit, & largitur.*

D Ambr. D.Anſelm. D.Thom. Richard. Pannon. Joach. Lyran. Viegas. *Clavis Davidis intelligentia Scripturæ.*

152. Sed cur dicitur magis clavis Davidis quàm Abrahæ qui Propheta,dicitur Gen.20.num.7. vel Moyſis, qui etiam de Prophetiæ facultate commendatur. Num.12.n.2. vel alterius Prophetæ? Ratio eſt,quia inter Prophetas David genere,geſtis,regno,vaticinio maximè eminet, & maximè ad vivum Chriſti myſteria expreſſit, & qui Davidem intelligit, facile cæteros Prophetas intelligere valet.

Cur potiùs clavis David. Gen. 20. Numer. 1.

153. Aliam rationem aſſignat Rupertus hoc loco lib.2, in Apocal. *Poterat ſic dicere*, ait *qui habet clavem omnium Prophetarum & ad eorum intelligentiam, quos vult, intromittit: ſed voluit unam pro omnibus ponere, qui filii ſui, filii Dei myſteria geſtis præſignavit, calamo ſcripſit, Pſalterio cecinit.* Unum pro omnibus poſuit Davidem; nam inter cæteros Prophe

Rupertus.

Primus qui Divina ſcripſit, & canit multo eſt in honore. Prophetas tenent principatum;geſta enim Filii Dei calamo ſcripſit & admirabili voce Pſalterii cecinit. Inter Chriſti avos, atavoſque prior nomine cenſetur David, & licèt annis minor

Matth. 1. Abrahamo; tamen ei præfertur, Matth. 1. n 1. *Filii David, Filii Abraham*, &c.cur tanto David honore inſignitur,ut inter hominum ſeriem locum primatem habeat? Rupertus lib. 1. In Matth. *Sacramenta, Incarnationis, Paſſionis, & Aſcenſionis,cunctis poſt ſe venturis ſæculis legenda, vel canenda conſcripſit.* Non mirum ſi Abrahamo David præponitur, cum princeps invenit modos divinitatis laudandæ; ipſe enim inter Prophetas fuit primus, qui vaticinia ſua ſcripſit, ac voce Pſalterii cecinit.

154. *Vera ſententia.* Nonò: Communis, & vera Recentiorum ſententia eſt Cornelii, Sa, Menochii, Eſtii, Tirini, La Haye, quæ per clavem David intelligit ſupremam, & altam Chriſti poteſtatem ad regendam, ac gubernandam Eccleſiam ſuam;frequenter enim per claves poteſtas denotatur, &c. in hujus rei ſignum Principibus, ac Regibus dantur urbium claves; & loquitur Chriſtus de Eccleſia, quaſi de una domo,nempe templo cujus claves habet Chriſtus, unde ſubditur: *Ecce dedi coram te oſtium apertum.* Et hæc poteſtas ad ligandum, ac abſolvendum ſub nomine clavium data eſt Petro, & ejus ſucceſſoribus, Matth. 16. n. 18. ſicut & Doctoribus ad interpretandas: & exponendas Scripturas.

Corn. Sâ. Menoch. Eſthius. Tirin. La Haye.

Matth. 16.

155. Et hæc poteſtas vocatur clavis David, non quod eandem illam habuerit David, ſed quia hæc poteſtas David, ſeu familiæ Davidis peculiariter promiſſa eſt, & in Chriſto completa: *Cur dicitur clavis David. Luc. 1.* juxta dictum Gabrielis ad Virginem Luc. 1. n. 32. Deinde clavis Davidis eſt clavis templi; cujus ipſe primus, & principalis fuit auctor; nam Salomoni totius templi ideam delineavit, & omnes impenſas ſubminiſtravit. 1. Paral. 28. n. 11. Per domum autem, ac templum David intelligitur Eccleſia, ut certum eſt; & in Chriſti D. Typo dicitur Eliacim filio Elciæ, Iſai 22. n 22. *Dabo clavem David ſuper humerum ejus: ut aperiat, & non erit qui claudat, & claudet, & non erit qui aperiat.*

Iſai. 22.

156. Divina virtus claudit, & aperit oſtium ad Eccleſiam, & in hujus rei typum Divina virtus aperuit mare filiis Iſraël ac terram Promiſſionis, & clauſit Ægyptiis eorum ſubmerſione. Exod 14. n. 12. Sap 10. n 18. Sicque Deus *collocavit ante Paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque verſatilem ad cuſtodiendum viam ligni vitæ.* Geneſ. 3. num. 24. Gladius in manu Angeli erat verſatilis ex uno loco in alterum movebatur, ut unis daret locum ad ingreſſum, aliis illum intercluderet. Rupertus l. 3. in Geneſ. cap. 32. *Gladius verſatilis, ſententia eſt Divini judicii, quæ talis eſt, ut poſſit verſari, ideſt, non ſemper eadem diſtinctione claudat hominibus aditum Paradiſi; nos enim per myſterium Angelorum examinati, Paradiſum intraturi ſumus.*

Exod. 14. Sap. 10. Geneſ. 3. Rubert.

QUÆSTIO XX.

Quare cùm Chriſtus habeat clavem ad aperiendum & claudendum ipſe tamen ad oſtium ſponſæ pulſat, ut ei aperiat?

Chriſtus D. hîc introducitur habens clavem David ad aperiendum, & claudendum, prout ipſe voluerit. Cur ergo ipſe ad oſtium ſponſæ pulſat? *Aperi mihi ſoror, mea.* Cant. 5. n. 2. Qui alicujus januæ clavem tenet, non indiget quod ab alio poſtulet, ut eum ſibi reſeret cùm in ejus poteſtate conſtitutum ſit, mediante clave eam aperire. Quomodo ipſe tenens clavem David, pulſat, dicens: *Aperi mihi ſoror mea*? Deo aperienti aperiendum eſt nobis, Deo in nobis bona operantis, cooperandum eſt, Gillibert. ſerm. 49. in Cant. *Quid eſt Jeſu bone ait, quod rogas aperiri? Tu ipſe habes clavem David, aperis, & nemo claudit, apparitio tua apertio eſt, appare, & nemo tibi claudet. Et fortaſſe utraque neceſſaria eſt, & cognatæ ſunt, ſibi apertio ſponſi, & apparitio ſponſæ; apertio ſponſæ, & apparitio ejus, apertio ſponſæ apparatus ejus, & cooperatio ad tam dulces uſus.* Cùm Deus pulſat ad aperiendum oſtium noſtri cordis, non eſt claudendum à nobis, ſed ſimul cum Deo aperiendum, & cooperandum cum ipſo. 157. Cant. 5. *Deo operanti, cooperandum à nobis.* Gillibert.

Ex Dei imperio accedit Joſuë, ut capiat civitatem Hay Pergit ſtrenuus Dux, & ad Principes ac duces exercitus ſic locutus eſt c. 8. n. 4. *Ponite inſidias poſt civitatem, nec longiùs recedatis. & eritis omnes parati. Ego autem, & reliqua multitudo, quæ mecum eſt, aſcendemus ex adverſo contra urbem; cumque exierint contra nos, ſicut antea fecimus, fugiemus, & terga vertemus, donec perſequentes ab urbe longiùs protrahantur, reputabunt enim non ſugre ſicut priùs. Nobis ergo fugientibus, & illis perſequentibus, conſurgetis de inſidiis, & vaſtabitis civitatem, tradetque eam Dominus Deus veſter in manus veſtras.* Valdè mirabile, quòd poſt tot ſtratagemata, poſt tot fugæ ſimulationes, atque poſt tot rerum ambagines, jubet magnus belli Dux ſperare Divinum auxilium, tradet eam Dominus Deus veſter in manus veſtras, Deus mandavit deſcendere in urbem Hay dicens, *tradidi eam, Regem ejus, ac populum illius in manus tuas.* Ibid n. 2. Adeſt Dei imperium, promiſſio, ac auxilium, ad quid requiruntur tot rerum ſimulationes, ac fugæ? Gaudet Deus quippe diligentia humana, illoſque homines juvat, qui otium, ac inertiam excutiunt; nã Deus ſic eſt auxiliator, ut non totius rei ſit effector, ſed noſtram ſimul ſecum cooperationem requirat. Theodoret. q. 10. *Docet, ait, etiam fideles uſos eſſe commentis humanis, nempe ut auxilio Divino; cum enim ſolo tubarum ſono primam urbem cepiſſent, meritò ſanè diſcunt certare, labori incumbere, & ſuppetias divinas expectare. Confeſtim ergò dimicantibus illis ſuccurrit Deus.* 158. Joſue. 8. *Dei Donis cooperandum.* Theodor.

Formato primo Parente dixit Deus, *Non eſt bonum eſſe hominem ſolum, faciamus ei adjutorium ſimile ſibi*, Geneſ. 2. n. 18. & ſtatim ſubditur, *Tulit Deus unam de coſtis Adam, & ædificavit coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem*, Ibid. num. 22. Ut Deus formet adjutorium ſimile 159. Geneſ. 2.

Dei adjutoria magno ſui ſumptu conveniat homo.
D. Anaſtaſ.

ſimile Adamo non aliunde ſumit materiam niſi de cōſtis ejus ne putet homo, ſibi ex Deo ventura magna adjutoria, quibus ipſe eſt propria ſubſtantia non cooperetur, & magnum non exhibeat ſui ſumptum; quod bene notavit D. Anaſtaſ. Sinaïta lib. 9. Exam. dicens: *Quæ dicitur adjutrix, eam fecit ex propria in ipſo coſta.* In muliere magnum accepit Adamus adjutorium à Deo ad humanam vitam, ad illiuſque functiones, tamen cùm hoc eſſet adjutorium, non aliter ei conceditur, niſi magno ſui ſumptu, una integra coſta exhibita ab eo; ut inde homo bene inſtruatur, quod ad Dei adjutoria magno ſui ſumptu debet convenire, ut cum illis bono optato fruatur. Vide tom. 4. in Evang. in Indice, verbo *Cooperatio.*

Apoc. 3. *n.* 8. Scio opera tua, ecce dedi coram te oſtium apertum, quod nemo poteſt claudere; quia modicam habes virtutem, & ſervaſti verbum meum, & non negaſti nomen meum.

Num. 9. Ecce dabo de Synagoga Satanæ, qui dicunt ſe Judæos eſſe, & non ſunt, ſed mentiuntur: Ecce faciam illos, ut veniant, & adorent ante pedes tuos, & ſcient quia ego dilexi te.

VERSIONES.

Syriacus n. 8. Novi opera tua, ecce dedi ante te portam, &c. quia paululum habes poteſtatem, & non abnegaſti nomen meum.

Arabicus Jam novi opera tua, ecce propono tibi oſtium, & nemo poteſt claudere; quia nonnullam habes virtutem.

Vntabl. Pagn. Quia exiguam habes poteſtatem, & ſervaſti ſermonem meum.

Arias. qui parvam habes virtutē.

Primaſius Ecce habes puſillas vires,

Syrus n. 9. Ecce do de Synagoga Satanæ, ecce faciam ipſos, ut veniant, & adorent coram pedibus.

Arabicus. Ecce inter congregationem Satanæ ponam dicentes de ſe ipſis, quod ſint Judæi.

Arias. Dabo de Synagoga Satanæ dicentium, ſeipſos Judæos eſſe.

Vatabl. Tygur. Ecce adigam eos ut veniant.

Oecumen. Et ſcient, quòd ego dilexerim te.

EXPOSITIO VII.

SCIO *opera tua.* Paucis his verbis declarat Chriſtus, in quanta æſtimatione habeat actiones hujus Epiſcopi. *Scio*, ait per ſcientiam approbationis. *Ecce dedi*: ideſt, dabo, præteritum ponitur pro futuro; & tam certa eſt Dei promiſſio de futuro, quam exhibitio operis de præſenti; *coram te oſtium apertum.* Ego, qui habeo clavem David ad aperiendum, & claudendum, dedi coram te oſtium apertum Prædicationis, ac doctrinæ Evangelicæ ad gentes, & Judæos convertendo: *& quia modicam habes virtutem*; ideſt exiguas habes vires, ad ſubjiciendos meo Evangelio Judæos & gentes, ideo ſupplebo mea virtute interveniente, ut tua operatione, ac prædicatione gentium, ac Judæorum converſio effectum ſortiatur. *Et ſervaſti verbum meum*; nempe doctrinam meam Evangelicam. *Et non negaſti nomen meum*; ſed illud confeſſus es, me nempe eſſe Filium Dei, & te meum ſectatorem, ac Chriſtianum. 160.

Promiſſio Dei idem eſt, ac exhibitio de præſenti.

Ecce dabo. ut convertantur, ac ad fidem veniant: *De Synagoga Satanæ*: ſcilicet ex Judæorum, ac judaïzantium cœtu qui ſunt non Synagoga Dei, ſed Satanæ, qui contra Chriſtum ac Chriſtianos armantur. *Qui ſe dicunt Iudæos eſſe, & non ſunt.* Veri ſcilicet, Judæi cùm non confiteantur Chriſtum eſſe Deum; quem coluerunt, & prædicaverunt veteres Judæorum Patres, ac Prophetæ *Faciam ut adorent ante pedes tuos*; ut nempe ad te conveniant ſupplices, tanquam ad Patrem, & Epiſcopum ſuum, parati tibi in omnibus obedire. *Et ſcient, quia ego dilexi te.* Tunc intelligent, & confitebuntur te veracem, & pium fuiſſe, & ideo mihi charum, hac Judæorum ſubjectione, hiſque operibus meum amorem erga te oſtendam Prim. *Scies*, ait, *quia dilexi te cum tibi videlicet Judæos, humiles in fide ſubdidero: & ut cognoſces, & ipſi nempe his operibus præſtitis: qualem tibi dilectionem exhibeam.* 161.

Prim.
Amor operibus oſtenditur.

QUÆSTIO XXI.

Quidnā ſignificet oſtium apertum, quod à Deo datum eſt, coram hoc Epiſcopo?

MUltæ, & variæ ſunt in hac re ſententiæ, quid hîc oſtium apertum ad regnum cœlorum ſignificet? Aret. exiſtimans denotari labores quos hic Epiſcopus ſuſtinebat, & inde dicitur verſ. 10. *Servaſti verbum patientiæ meæ*, ſic ait, *ipſe ſignificatus, quòd per labores aſſequi oporteat bonorum omnium hæreditatem. ſatis oſtendit in Evangelio divinum oraculum quo dicitur vim pati regnum Cœlorum.* 162.

Aretas.
Labores oſtium regni Cœlorum.

Secundò, Barchorius ait; *Iſte Angelus, ſeu Epiſcopus gerebat perſonam infirmorum: nam iſte habebat modicam virtutem reſiſtendi, ideo Deus dat oſtium apertum veniæ; ſinus enim Eccleſiæ, qui rectè eſt oſtium paradiſi, ſemper eſt apertus. & nunquam* 193.

Barch.
Oſtium Cæli veniat data pœnitentibus

nunquam clauditur pœnit... Citatus auctor per oſtium apertum intelligit veniam peccatorum, quæ in Eccleſia datur pœnitentibus,per quam ingreditur in vitam æternam.Tertiò,alii interpretantur oſtium apertum fraternam charitatem : Alii ut Ferrarius Eccleſiam Romanam, Joachimus Abbas,quandam Religionem, quam non nominat, Viegas exponit eſſe ſuam ſocietatem. Alii intelligunt Chriſtum D. qui de ſe ait Joan.10.n.9.*Ego ſum oſtium,per me ſi quis introierit ſalvabitur.*Et Act.15.n.26.*Retulerunt,quanta feciſſet cum illis,& qui aperuiſſet gentibus oſtium fidei.*Quod fit per Chriſtum.

Ferrar.

Joan 10. Act.14.

164. *Aditus ad Cœlum audire verbum Dei.*

Quartò, Richardus, Pannonius, & alii dicunt oſtium apertum eſſe intelligentiam Scripturarum,per quam fit aditus liber, & ingreſſus ad ſacras Scripturas docendas. Quintò alii interpretantur oſtium apertum prompta corda, & expedita fidelium ad audiendum Chriſti Evangelium per quod homo parat ſibi aditum ad regnum cœlorum.

165. *Vera ſententia.*

Sexta, & vera ſententia ex his duabus ultimis conſtat, quod ſcilicet, in præſenti ſermo ſit de oſtio aperto ad docendum,ac prædicandum Chriſti Evangelium cum magno animarum fructu, ac ſalute,quod cohæret cum illo Paul.1. Cor. 16. n. 9. *Oſtium mihi apertum eſt magnum,& evidens, & adverſarii multi.*Et 2. Cor.2.n.12.*Cùm veniſſem autem Troadem,propter Evangelium Chriſti,& oſtium mihi eſſet apertum in Domino,non habui requiem ſpiritui meo.* Ex quo patet, quòd ſenſus eſt,ac ſi huic Epiſcopo dicatur, in nomine Chriſti per Evangelium meum, ac illius intelligentiam oſtium tibi eſt apertum, ut Judæis cum fructu animarum valeas meum Evangelium prædicare, & eorum multos meo nomini ſubjicere ? quòd autem iſte ſit genuinus ſenſus, patet ex ſequenti verſu.*Ecce dabo de Synagoga Satanæ,qui ſe dicunt Judæos,& non ſunt;ecce faciam,ut veniant ad te,& adorent ante pedes tuos.*Huic ergo promiſſioni optimè convenit oſtii aperti phraſis quod clauſum videbatur.

1.Cor.16. 2.Cor. 2.

Intelligentia Evangelii cum prædicatione oſtiũ apertum ad ſalutem animarum.

166. *Dei dona cõmunia.*

Et nota, quòd non dicitur:*Dedi tibi oſtium apertum.* Sed dedi coram te,quod nemo poteſt claudere,quod ſignificat,non ex tua diligentia, qui modicam habes virtutem, ſed ex me non ſolùm tibi aperui hoc oſtium,ſed omnibus per meum Evangelium.

167. Richard.

Ex quo rectè Richard. Vict conjicit, quanta ſit efficacia divini verbi,& ſic ait ait.*Quid eſt oſtium apertum,niſi verbum liberum;ſicut namque apertam domum intramus,ita per verbum liberum prædicatum cor humanum penetramus,& hoſtem, & hoſpitem eliminamus,& factorem cordis in ipſo habitatorem collocamus.* Dicitur huic Epiſcopo, ut Dei verbum annuntiet & prædicet,ut denotetur quanta futura ſit efficacia prædicationis divini Verbi,utitur hac phraſi de oſtio aperto, nam cùm civitatis januas apertas invenimus, facilè omnia devincimus,ac ſuperamus,& hoſtes tanquam captivos ſubjicimus, ſicque cùm per prædicationem Evangelii oſtia humani cordis aperiantur,inde facilè fit,ut maligni hoſtes hominum poſſeſſores ab eis expellantur, & comprimantur, ut creatori ſuo ſerviant.

Verbi Divini magna vis ad trahendum.

168. Maximè affectabunt Phariſæi Chriſtum tenere,ac comprehendere,& ad hoc mittunt miniſtros qui cùm audiſſent eum loquentem,valde admirati redeunt eo non comprehenſo, & cum interrogati eſſent à Phariſæis, *quare non adduxiſtis illum;Reſponderunt miniſtri,nunquã ſic loquutus eſt homo.*Joan.7 n.46.Valdè aſperè & durè reprehendit Dominus Phariſæos, *Vos ex patre diabolo eſtis.*& tamen ut dicitur Jo.8. n.20. *Hæc verba locutus eſt Ieſus in gazophylacio,docens in templo, & nemo apprehendit eum.* Unde cùm ipſe Dominus comprehenderetur à Judæis,dixit eis.*Quotidie apud vos ſedebam docens in templo, & non me tenuiſtis.* Matth 26. n.55. Alta diſcuſſione dignum eſt,quòd cùm Phariſæi totis viribus Chriſtum apprehendere intenderent, & cùm multoties haberent occaſionem ad hoc perficiendum, cùm Chriſtus multoties prædicaret in templo,& valdè ſeverè in eos inveheretur, nunquam tamen auſi ſunt eum tenere, ſed in horto eum invadunt,& ligant,ac comprehenſum adducunt ; unde antea tam timidi Phariſæi, modo tam audaces:Unde illis antea tantus timor, modò tanta fortitudo ; In templo Chriſtus docebat, & ideo ejus verbis perterriti,quod optabant, non audent exequi;ſed tantùm in horto perficiunt.In templo docebat Jeſus,& verba ex ore ſuo proferebat, in horto tacebat;cùm loquitur nullus adverſarius audet ſtare contra eum;cùm tacet, animos reſumunt, & in eum mittunt manus; & inde in paſſione tacet, quia niſi taceret Crucem non aſcenderet. Origen.homil.18.in Joan. *Ejus verba,ait,valentiora erant iis, qui eum volebant comprehendere,& quamdiu dicit, nemo eum comprehendit eorũ, qui ei inſidiabantur,ſed ſi tacet,tum denique tenetur.Itaque dum Pilatus eum inquirit,dum flagris cædi, tacet,niſi enim taceret,in Crucem ex infirmitate ſublatus non eſſet,quandoque infirmitas non ineſt in eis quibus verbum loquitur.*

Joan.8.

Matth.26.

Divinum Verbum hoſtes terret,& fugit.

Origen.

Tanta eſt efficacia Divini Verbi,ut nullus ei reſiſtere valeat;hoſtes proſternit & omnia impedimenta tollit.Erat Lazarus jacens mortuus in monumento,clamat Jeſus alta voce.*Lazare veni foras:& ſtatim prodiit,qui fuerat mortuus, ligatus pedes,& manus inſtitis.*Joan.11.n.44.Si ipſe ligatos habebat pedes ac manus,quomodo poterat ambulare,ac foras egredi,quis vidit unquam hominem ligatis pedibus viam facere ? ligamina impedimenta ſunt ad greſſus. Uno divino verbo auribus accepto nulla ſentit ligaminum impedimenta,ſed omnibus ſuperatis ſtatim proſilit in vitã ac viã.Rupert.de victoria Verbi.Dei l.13.c.18,ait *Opportunè Evangeliſta hoc præſcripſit,quia videlicet conſequutur in illius vocantis voce vim facillimam extitiſſe,quæ illum pariter,& vivificavit, & de monumento expulit,qui cùm eſſet ligatus pedes & manus inſtitis,nec pedibus,nec manibus prorepere potuit.* 169.

Joan. 11.

Divini Verbi efficacia omne impedimentum tollitur.

Rupertus.

Quæstio XXI.

Quare huic Epiſcopo datur oſtium apertum, cùm modicæ eſſet virtutis ; & quænam eſſet hæc modica virtus ?

Modicæ hujus virtutis expoſitiones tot ſunt, quot interpretes. Primò Ribeira de poteſtate, ac gratia ſæculari interpretatur, ac ſi ei diceret Dominus, paucos potentes habes amicos, qui 170.

Ribeira.

Andr. Cæſ. qui te ab inimicorum injuriis defendant (nam ut notat Andreas Cæſar. erat urbs Philadelphiæ parva ambitu, & civium numero.) Magnas tamen vires habes patientiæ, & reliquarum virtutum? nam ſtatim ſubditur: *Servaſti verbum meum, & non negaſti nomen meum.*

171. Joachim. Dionyſ. Lyran. Secundò. Joachimus, Dionyſius, Lyranus ſic interpretantur ac ſi ei dicatur: Non accepiſti donum ad magna, ſcilicet miracula perpetranda: unde Ticonius interpretatur, ac ſi ei dicatur: Modica tua eſt fides, nam ad miracula edenda multa fides requiritur juxta illud: *ſi haberetis fidem ſicut granum ſinapis, &c.* Luc 17. n.6. & juxta Paulum 1.Cor, 13.n.2. *Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam.*

Luc. 17. 1. Cor. 13.

172. D. Amb. Victor. Tertiò. Ambroſ Victor. habes paucam ſcientiam, & intelligentiam Scripturæ; vires commenſurantur juxta ſcientiam, & qui paucam habet ſcientiam Scripturæ, paucas habet vires. Quartò, Richardus, habes modicas vires, imbecillo ac debili es corpore. Quintò, Albertus, *Modicam habes virtutem*, reſpectu oſtii clauſi ad Evangelicam prædicationem quod tibi eſt aperiendum. Sextò, Thomas Anglicus *Modicam* exponit reſpectu magnarum virium, quas habebis in Cœlo.

Qui paucam habet ſcientiam paucas habet vires. Albert.

173. Primaſ. Haymo. Beda. Ansbert. D. Thom. D. Bernar. Septimò, Primaſius Haymo, Beda, Ansbert. D.Thomas, D.Bernard. per modicam virtutem intelligunt humilitatem, & modeſtiam; ac ſi ei dicatur: quia agnoſcis te parvam habere virtutem, tuaſque agnoſcis modicas vires, & inde ſpem poſuiſti in me & de me confidis, ideo te ad magna adhibeo, tanquam mihi aptum inſtrumentum, & pono coram te oſtium apertum ad gentium converſionem. Sic ait Ansbertus, *Habes modicam virtutem. Hoc*, ait, *juxta æſtimationem humanæ infirmitatis dictum accipiamus, qua cum electi multa per Chriſtum poſſent, parum ſe poſſe præſumunt: ſic enim dicitur, modicam habes virtutem, tanquam diceretur, parvam te putas habere virtutem.*

Juſti exiſtimant ſe habere modicam virtutem.

174. *Humilibus ſacra myſteria ſcripturæ panduntur.* Pannon. D.Bernard. Pſalm. 118. Et juxta hanc interpretationem *Ecce cauſa cur dicitur, Dedi coram te oſtium apertum, quia modicam habes virtutem*, Divina enim myſteria humilibus panduntur. Cælius Pannonius ſic ait, *Dedi coram te oſtium apertum, hoc eſt, myſteria Scriptuarum tibi aperui, qui ſoleo ſuperbis reſiſtere, humilibus dare gratiam Scripturæ ad intelligendum*: Pſ 118.n.130. *Intellectum dat parvulis, ideſt humilibus merito ejus aperui oſtium.* Aliter D. Bernard Senenſ. quia Deus humilibus pandit oſtium conſolationum cœleſtium, quod ſuperbis clauditur, ſic ait ipſe; *Quia modicam habes virtutem prædictam humilitatem habentibus, meritò oſtium revelationum, & magnorum donorum, & conſolationum à Domino aperitur.*

Humilibus dat Deus conſolationem.

175. Alcaz. Corn La Haye Zegen Octava, ac ultima ſententia, & maximè genuina, quam tenent Alcazar Cornel. M.Joannes de La Haye, & Nicolaus Zegen. tenet virtutem modicam, non eſſe aliud, quàm exiguas vires ipſius Epiſcopi, & per ipſas non valere aperire id oſtium, quod Deus ipſi reſerare intendebat; ac ſi diceretur, exiguæ tibi ſunt vires ad ſubjiciendos Evangelio meo Judæos, & ideò ſupplebo, quod tibi deeſt? volo enim, ut hæc Judæorum converſio ſuum ſortiatur effectum tuo interventu. Dicitur autem, quòd modica erat ei virtus, quia ad talem Judæorum converſionem magnæ requirebantur vires ſpiritus, prædicationis, ac reliquas Deus in hoc Epiſcopo ſupplevit: Unde rectè infert Alcazar Prædicatores minùs Sanctos, ſæpè plures adducere ad fidem, quàm adducant ii qui ſanctiores ſunt. Sic S.Jacobus vivens; & in Hiſpania prædicans paucos admodum convertit? ſic & Judæorum converſionem promittit Chriſtus in præſenti huic Philadelpho. *Ecce faciam illos, ut veniant, & adorent ante pedes tuos.* Quã tamen negavit Smyrnenſi c. 2. verſ.8. quia maximæ virtutis erat. Hinc eſt illud Paul. 2.Corinth 12 n.9. *Virtus in infirmitate perficitur.* Quo enim major eſt infirmitas, eo major eſt à Chriſto fortitudo. Apoc. 2. 2. Cor. 12.

Quo major eſt infirmitas, eo major eſt à Chriſto fortitudo.

176. Primaſ. Non omittam etiam hîc referre ſententiam, quam tradit Primaſ d ceus. *Quod dicit, puſillas habes vires, cauſam oſtendit, quod propter hæc dona promeretur Eccleſia: quia non ſuis viribus fidit, ſeque confitens parvas vires habere, non in ſe, ſed in Domino Redemptore gloriatur.* Tam illuſtre donum conceditur huic Epiſcopo, ut ei dicatur, *Dedi coram te oſtium apertum*, cùm ipſe haberet modicam virtutem ſeu vires; quia cùm ipſe hoc de ſe confitetur, oſtendit ſe non confidere in ſuis viribus, ſed tantum in Deo, ideò tam illuſtre donum ab eo eſt affectus ut ei datum eſſet oſtium apertum ad converſionem gentium: atque ad eas ad fidem trahendas.

Non in propriis viribus confidendum, ſed tantum in Deo.

177. Joſue 11. Parata acie cum hoſtibus pugnaturus Joſue monetur à Domino, cap.11.n.6. *Equos eorum ſubnervabis, & currus igne combures*, ſcilicet populi tui Iſraël? quo reſpectu jubetur, & equos, & currus diſſipare, cùm hos parare prudentiæ ſit, & ars militaris expoſtulet? Cur humana ſubſidia perimenda ſunt? ut ad victoriam obtinendam ſuis in poſterum non fidat opibus, ſed Dei virtute. Origenes homil.15. *Ut ultra non in equis, nec in armis, ſed in nomine Dei noſtri invocemus.* Tunc magna obtinentur, cùm non in noſtro brachio, ſed in Dei virtute confidimus. Quid virtus noſtra facit, cùm Deus manum retrahit? *Non ſalvatur Rex per multam virtutem*, Pſalm.32. num. 16 Quid prodeſt equus, ſi Deus non adeſt; *fallax equus ad ſalutem*, Ibidem num. 17. Quid falcati currus valent, ſi Deus ſuam negat operam; hanc quadrigarum curam mordet Iſaias de Hebræis dicens cap.2 num.8. *Repleta eſt terra ejus equis, & innumerabiles quadrigæ ejus*, tanquam inutiles.

Vana ſeps in hominibus. Pſalm. 32. Iſai. 2.

178. Veniunt è Babilonia nunti ad Regem Ezechiam, qui maximè lætatus eſt in eorum adventu, & ut Rex illis gratularetur, oſtendit eis ſuam domum aromatum, & aurum, & argentum, & pigmenta varia unguenta quoque & domum vaſorum ſuorum, & omnia, quæ habere poterat in theſauris ſuis, & non fuit, quòd non monſtraret eis in domo ſua & in omni poteſtate ſua, quo facto maximè in ſe ignes divinæ iræ excitavit Ezechias, nam ſtatim, ut dicitur 4.Reg.20.n.17. acceſſit Iſaias, qui ait ei. *Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ ſunt in domo tua.* Et ne quis dubitaret qua ex culpa in tantam pœnarum acerbitatem deveniſſet, ait Ezechias ad Iſaiam oſtentaſſe ſe Merodachi legatis, quidquid in domo ſua lateret numero 15 *Omnia quæ ſunt in domo mea viderunt.* Erraſſe Ezechiam patet ex comminatione, ſed quodnam fuerit erratum, non planè conſtat? Innuit tamen Chryſoſtom in.

4. Reg. 20. *Iram Dei movet, qui ſuis fidit opibus.* D. Chryſ.

in Pſal. 117. *Eos, qui venerant, ait, ex humanis rebus voluit perterrere, timens, ne ab ipſis invideretur: ideo theſauros oſtendit ſpem habens in theſauris, quare iratus Deus; auferentur, inquit, omnia*, &c. Oſtendit theſauros, tanquam in eis fidens ad gerendum bellum adversùs Babylonicos, inde graviter erravit; ſpes noſtra, ut ſit firma, & ſecura, non in humanis, ſed in ſolo Deo conſtituenda eſt.

QUÆSTIO XXIII.

Quare illi homines non ſolùm venient ad hunc Epiſcopum, ſed etiam procumbent ad pedes ejus?

179. AIt Dominus huic Epiſcopo, *Dabo de Synagoga Satanæ, qui ſe dicunt Judæos eſſe, & non ſunt*; cùm à fide ſuorum Patrum degenerent, ac Chriſtum non confiteantur cùm ſint de Synagoga ac ſcola Satanæ, qui ut membra ejus, te tam crudeliter perſequuntur, ac inſectantur, & ſignanter poſt laudes viri ſanctiſſimi, diabolum contra eum graſſantem docet Divinus Magiſter, quaſi dicat, ait Rupertus, *Gloriam, quam habes, ſequitur invidia*, tamen pro magno triumpho, ait Dominus Epiſcopo, *& faciam illos ut veniant ad te.* Alii legunt, *adigam illos.* Adigere hìc non ſignificat neceſſitatem, Deus neminem neceſſitat ad ſalutem, ſed hac phraſi denotatur, quòd eos, quos divina gratia tangit, tanta velocitate, ac diligentia currerent ad fidem, ac ſi ſtimulo neceſſitatis impellerentur. Aretas, *Hos dicit, ait, accurrere, non vulgari modo, ſed cum magno fervore, ac contritione.*

Diabolus invidet viris magnis. Rupertus. *Quos divina gratia tangit, hi magno fervore feruntur.* Tygur. Aretas.

180. Et primò juxta literam Dicitur *quòd venient, & adorabunt ante pedes tuos*: quo denotatur ſumma devotio, ac reverentia erga Eccleſiam, ejuſque Prælatos; quod provenit ex vehementi apprehenſione magnæ excellentiæ Prælatorum: Sic & reverentiæ cauſa Nabuchodonoſor Gentilis adoravit Dan. c. 2. n. 46. *Filii* Prophetarum parentem Eliſæum 4 Reg 2. n. 15 & Abadias magnum Parentem Eliam 3. Reg 18. n. 7. *Sic beatiſſimum Petrum piſcatorem modo genibus provolutis adorat gentilium multitudo*, ut ait S Aug. ſerm. 1. de S. Petro. Et non dicitur in text. *Adorent te, ſed ante pedes tuos*, quia etſi talis reverentia, & adoratio tribuitur Pontifici, magis tamen tribuitur illis cujus in terris vices gerit. Et dicitur ante pedes tuos, quod valdè ſubmiſſam, & profundam dicit reverentiam.

Summa reverentia Prælatis Eccleſiæ. Dan 2. 4 Reg. 2. 3. Reg 18. D. Auguſt.

181. Secundò, D. Thomas: *Et adorent ante pedes tuos in reverentiam Eccleſiaſticæ dignitatis, quæ eſt in te, in hoc notatur humilitas converſorum.* unde dicitur Iſai. 60. n. 14. *Adorabunt veſtigia pedum tuorum.* Sat erat, quòd ſuperbiſſimi Judæi, qui ſe maximè gloriabantur ex nobiliſſimo Abrahami genere, qui ex ſua lege multùm præſumebant, venirent ad fidem ſuſcipiendam, ſed ultra additur, quòd adorabunt ante pedes tuos. Ecce magna mutatio, quam fides parit in animo illius, quem verè occupat, ut qui antea in ſua infidelitate, ac nequitia elati ſuperbia erant, ad fidem converſi illico humiles evadant. *Mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti ejus.* Matth. 9. n. 20. Hæc gentilis erat, & nobilis t. 2. c. 29. q 7. n. 45. & ita demiſsè de ſe judicabat, ut ſe putaret indignam coram Domino apparere, & inde ſtat retro, & hac de cauſa non tangit Domini corpus, nec aliam partem veſtimenti ejus, ſed tantùm extremam oram; erat enim plena fidei ut ait D. Gaud. ſer. 1. in dedicat. Baſilicæ, & quos fides replet, humiles facit.

D. Thom. Iſai 60. *Qui ad fidem veniunt, humiles evadunt.* Matth. 9. D. Gaud.

182. Tertiò, unde infideles Judæi tantum bonum ſunt aſſecuti, ut depoſito ſuo errore, & agnita veritate ad fidem venirent, an hoc habent à ſua Synagoga? minimè quidem; erat enim Satanæ: unde ergo? à veritate, ac bonitate ſui Epiſcopi; nam hic Philadelphenſis verbum Chriſti ſervabat, & confitebatur nomen ejus: & à veritate, ac bonitate Præſulis ſæpè bonitas, & virtus in ſubditos derivatur. D. Bern. Senenſ. *Pater, ait, quanta utilitas ſit ſubditis, habere Prælatum ſanctum, & Deo acceptum, cujus interveniantibus meritis, Deus trahit perverſos ſubditos ad pœnitentiam faciendam.*

Bonus Prælatus ſubditis utilis. D. Bernard

183. Quartò, maximè textus connexio expendenda eſt: dictum eſt huic Epiſcopo in fine ſuperioris verſus: *Servaſti verbum meum, & non negaſti nomen meum*, & ſtatim immediate ſubjungitur. *Ecce dabo de Synagoga Satanæ faciam illos ut veniant, &c.* Cur commemorata virtute hujus Epiſcopi promittitur ei perfidiæ Judaïcæ converſio? tanquam in præmium virtutis Epiſcopi datur illorum Judæorum converſio magna merces; eſt enim bono Prælato, ac Doctori conſtantia, ſi aliquos depravatos ad viam virtutis reducant, & infideles ad fidem convertant. De Prælatis, ac Doctoribus Eccleſiæ dicitur illud Cant. 4. n. 2. *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lavacro: omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas*, Doctores, & Prælati vocantur dentes, quia carne, & ſanguine prodeunt, & utriuſque ſunt expertes & dentes ſunt, qui frangunt perduram eſcam parvulis, & ſunt ipſi attonſi, & mutilati reciſis nempe ſuperfluis divitiis, datis eleemoſynis, etiam aſcendentes de lavacro puritate conſcientiæ. & pro magna eorum laude additur, *omnes gemellis fœtibus*, omnes ſunt fœcundi filiorum multitudine. D. Bern. ſerm. 63 ex parvis, omnes gemellis fœtibus, *quia & verbo pariunt, & exemplo*: & ſterilis non eſt in eis, *quia nullus eſt infœcundus.*

Aliorum converſio magnum præmium Prælato. Cant. 4. D. Bernard

184. Quintò, Pannon. *Video gloriam tuam, ait, quam habes ſplendidam in apertione oſtii, ad divitias meas, comes conſequitur invidia, urgeris quidem, ſed minimè dejiceris, quia ego tecum ſum & dabo tibi inſignem triumphum ſuper eos, qui modo funeſto, ac parricidiali animo tibi adverſantur, plerique conciliatis animis propiùs tibi accedent, ſeque humiliter ſubmittent.* Idem habet Rupertus; multi lividia, ac invidia concitati adverſum te crudeli animo inſurgent, ob gloriam, quam tibi dedi apertione oſtii, quod tibi aperuit; ſed nihil eorum timeas: ſed cur non timeret Epiſcopus totam Satanæ Synagogam contra ſe concitatam? quia inde major gloria ei proventura erat, quia ipſi, qui eum invidia perſequebantur, ad ipſum venient, & eum ante pedes ejus adorabunt & ſcient, quia

Panon. Rupert. *Magna gloria quòd illi, qui te perſequebantur, te venerentur.*

dilexi te; hoc habet ſanctitas, quòd eos, quibus invidemus, eorum bonitate, ac ſanctitate cognita, poſtea in veneratione habemus.

185. Albert. Sextò Albertus Magn. *Dicit ergo*, ait, *faciam illos, ut veniant ſcilicet ad fidem, & adorent, ſcilicet Deum, ante pedes tuos, parati ad imitationem operum ex veneratione perſonæ, qui modo opera Eccleſiæ deſpiciunt.* Nonne ad converſionem Judæorum, ac fidem eorum promiſſam, ſat erat quod derelicta ſua perfidia, ac infidelitate Judaïſmi venirent tota mente ad Chriſti fidem amplexendam; ad quid ultra additur, quòd adorabunt ante pedes tuos? Meritò ſanè; quia non ſat eſt fidem habere mente, niſi ſit etiam teſtificata operibus.

Fides aſſociata ſit bonis operibus.

186. Caïn, & Abel obtulerunt munera ſua Deo. *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus: ad Caïn autem, & ad munera ejus non reſpexit.* Gen. 4. n. 4 & 5. D. Auguſt. l. 15. de civitate, ait, difficilè ſcitu eſſe invenire, in quo Caïn Deo diſplicuit. Nam Paulus ait ad Hebræ. 11. n 4. *Fide plurimam hoſtiam Abel, quam Caïn obtulit Deo*: Ex quo liquet, quòd Caïn etiam fidem habebat erga Deum, ſed in quo fides illius differebat à fide fratris, qui acceptus erat Deo, ipſe autem inviſus? Nota quòd fides plurima illa dicitur quæ eſt cum operibus ipſi fidei proportionatis; non ergo mirum Abel, & munus ejus Deo eſſe acceptum (obtulit enim de melioribus gregis ſui) non autem reſpexit fratrem, ſive Caïn, nec ejus ſacrificium, qui ſolùm habebat fidem ſine operibus convenientibus, obtulit enim de fructibus terræ vilioribus ac deterioribus, unde ejus fides in nullo æſtimabatur. Thomas Anglicus, ait, *Patet quòd Abel habet fidem per dilectionem optimam, & ideò Caïn non placuit Deo; quia non habuit charitatem.*

Geneſ. 4. D. Auguſt. Hebræ. 11.

Fides ſine operibus non placet Deo.

Thom. Ang.

187. Cùm jam ceſſaſſent aquæ diluvii. *Columba venit ad Noë veſperam portans ramum olivæ virentibus foliis in ore ſuo.* Gen. 8. n. 11. Qui ramus ut placet D. Auguſt. tract. 6. in Joan ſimul cum foliis habebat fructus: cur in ſignum extincti diluvii fert Columba ramum viridem ad Noë, tanquam nempe trophæum ejus eximiæ fidei, quam habuit in contradictione aquarum diluvii quod ab illa arca liber, & immunis ipſe cum tota familia ſua exiturus eſſet. Ramus ergo adducitur pro ſymbolo, ac victoria fidei juſti, & ad hoc nonne ſufficiebat, quòd, tantùm eſſet ramus viridis, ad quid ultra cum fructu aſportatur, Juſtus ex fide vivit, & fides ſine fructu juſtitiæ nihil valet: nam fides ſine operibus ad conſequendam ſalutem nulla eſt. D. Iſidor. lib. 2. ſentent. cap. 2. de fide *Vacua eſt ſine operibus fides, & fruſtra de ſola fide blanditur, qui bonis operibus non ornatur.* Vide cap. 1. q. 13. num. 97 98.

Gen. 8. D. Auguſt.

Vacua fides ſine operibus.

D. Iſidor.

Apoc. 3. *n.* 10. Quoniam ſervaſti verbum patientiæ meæ, & ego ſervabo te ab hora tentationis, quæ ventura eſt in orbem univerſum tentare habitantes in terra.

Num. 11. Ecce venio citò, tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.

VERSIONES.

Syrus n. 10. Propterea quod ſervaſti verbum tolerantiæ meæ, & ego ſervabo te ex hora tentationis venturæ ſuper univerſum orbem habitabilem totum ad tentandum eos qui habitant ſuper terram.

Arabicus. Quoniam ſervaſti verbum præcepti mei ego etiā ſervabo te horâ explorationum, quæ futuræ ſunt, nam tentatio invadet omnes habitantes terram.

Vatabl. Tygur. Quoniam ſervaſti ſermonem perſeverantiæ meæ.

Primaſius. Ego te tuebor ab hora tentationis, quæ ventura eſt univerſo, tentare eos, qui habitant terram.

Aretas. Servabo te ab hora afflictionis, quæ ventura eſt, ut affligat habitantes in terra.

Richardus. Servabo te ad horam tentationis.

Arias. Futuræ, venire in terram habitatam univerſam.

Syrus. n. 1. Et cave, ne quis accipiat coronam tuam.

Arabicus. Ecce enim veniam citò, &c. ne quis auferat.

EXPOSITIO VIII.

QUONIAM *ſervaſti verbum patientiæ meæ.* Hæc referuntur non ad antecedentia, ſed ad ſubſequentia: redditur ratio, cur Dominus ſervabit eum ab hora tentationis. *Quoniam ſervaſti verbum patientiæ meæ*, ſcilicet præceptum meum, quo ego præcepi, ut patienter, ac longanimiter ſuſtineantur preſſuræ patientia meæ (patientiam dicit ſuam, quam ipſe verbis præcepit, & exemplo ſuo docuit) hac de cauſa remunerans te. 188.

Ego te ſervabo immunem ab hora tentationis. Hora hìc propriè non ſumitur pro ſuo immediato ſignificato, ſed pro brevi tempore. Joan. 1. cap n. 18. *Filioli noviſſima hora eſt.* Alcazar ait, quod juxta Græcos abſolutè ſignificat tempus: hic quatuor anni tempora vocant horam æſtivam, horam autumni, horam hyemis, horam veris: ſic horam juventutis vocant ætatem 189. Joan. 2. Alcazar.

ætatem juventuris, *Ab hora tentationis*, ſcilicet crudeliſſimæ perſecutionis ſub Traiano, quæ paulò poſt excitata fuit: *Quæ ventura eſt in univerſum orbem* Nam Traianus præcepit inquiri, & occidi Chriſtianos ubique terrarum inhabitantes, ut tradit Euſeb.lib.3. hiſtor Eccleſ.c. 32. quod permiſſum eſt à Deo, ut Chriſtiani tanquam aurum probarentur. Euſeb.

Ecce venio citò. Aliqui hæc referunt ad adventum extremi judicii, tamen probabilius ait Chriſtus, quòd citò adveniet ad eum adjuvandum cum ſuo auxilio, ac etiam, ut ei mercedem reddat vitæ æternæ. *Tene quod habes*, fortiter, ac conſtanter conſerva tuam patientiam, ac fortitudinem, in qua cœpiſti, ut non alicui perſecutioni ſuccumbas: *Ut nemo accipiat coronam tuam*, ne pro te alius ſubſtituatur, ut mercedem, & coronam, quam tibi paraveram, alius accipiat.

190.

Quæstio XXIV.

Quare ſervanti verbum Chriſti datur in præmium, quòd Dominus ſervabit eum?

191. *Quid ſit verbum patientiæ.* Rubert. Haymo. Beda. Corn. Menoch. Tirin. La Haye.

IN perſona Chriſti dicitur Epiſcopo. *Quoniam ſervaſti verbum patientiæ meæ, ego ſervabo te*. Ait, *ſervaſti verbum*, ſeu, *præceptum patientiæ meæ*. Rupertus hic, id eſt, *verbum propter quod paſſus eſt, quod eſt illud, niſi dilectio*: Ac proinde per verbum patientiæ charitatem interpretatur, ſolùm enim amoris nutu, tot & tanta ſuſtinere poterat Dominus: Aliter Haymo, & Beda verbum *patientiæ* interpretantur exemplum patientiæ Domini, per quod nos exhortatus eſt ad patientiam. Tamen Albert. Magn. Cornel à Lapide, Menoch. Tirinus, La Haye exponunt ipſum præceptum patientiæ in laboribus, & adverſis. Nam, ut rectè ait D. Cyprian. tract. de bono patientiæ. *Hac* ait, *nihil utilius ad vitam, vel majus ad gloriam, quàm ut, qui præceptis Dominicis obſequio timoris, ac devotionis innititur, patientiam maximè tota obſervatione tueatur*. D.Cyprian.

192. Quæſtio tota inquirit cur ſervanti verbum, ſeu præceptum de patientia in præmium promittit Dominus, quòd ipſum ſervabit? Eſt præclara antitheſis: tu ſervaſti verbum meum, ego ſervabo te, qui ſum verbum; tum in illo mihi gratificatus, ego verò tibi in hoc; neque enim Dominus unquam ſinit ſe vinci ſervitio; ſed rependit multiplicatum, & majus. Et quanquam tenebatur Philadelphus ſervare verbum Domini de patientia; ſic eum tamen Dominus remuneratur ac ſi non eſſet obligatus, & multipliciter remuneratur, tum mercede auctæ gratiæ, & gloriæ, tum ſingulari protectione ac privilegio, quod eſt liberare eum ab hora tentationis, quæ ventura eſt in univerſum mundum, ut te efficiam columnam in templo meo. *Deus multipliciter remunerat noſtra obſequia.*

193. Rubert. *Servabo te*, inquit Rupertus, per ſcientiam ſacræ Scripturæ, qua cuſtoditur, & ſervatur homo ab omni hæreſi, & tentatione; & ideò ſuprà dixerat. *Dedi coram te oſtium apertum*; per quod oſtium multi intelligunt ſacram Scripturam, ut ibi dixi, quæ eſt oſtium apertum ad gratiam, & regnum cœlorum. *Servabo te ab hora tentationis*. Rupert. *Tentatio hæreſum eſt, quam oportet eſſe, inquit Apoſtolus, ut qui probati ſunt, manifeſtè fiant, ab illa tentatione qui illæſus ſervatur, niſi cui ſcripturarum veritas nota ſuffragatur: hoc autem Angelo Philadelphiæ pro merito dilectionis promitti, vel dari intelligimus in oſtio aperto*. Intelligent a Scripturarum pro magno dotatur, ut oſtium apertum a diſa lutem. *Scripturæ præſidio hæreſes vincimus.*

194. Tamen vera, & communis ſententia eſt, *Servabo te ab hora tentationis*, mea gratia, ac protectione, ut pondus tentationis ſuſtineas, & illi non ſuccumbas. Thomas Anglicus exponit ſervabo te, non ut non tenteris, ſed ut tentatione non vincaris; quòd refutat Cornelius; *Tunc enim, ait, dicere debebat, ſervabo te in hora, jam autem dicit ſervabo te ab hora*. Sed ratio non convincit; majus eſt ſervare tentatum, & victorem efficere, quàm efficere ut non tentetur removendo ab ipſo omnem tentationem; nil glorioſius, quàm in tentatione vincere. Ait David Pſalm. 128. n 1. *Sæpè expugnaverunt me à juventute mea; etenim non potuerunt mihi*. Chald. legit: *Non potuerunt inferre mihi malum*. Græcus apud Chryſ. *Non pravaluerunt mihi*. Sæpè ſe expugnatum dicit, ut ſæpè hanc ſui gloriam decantet, quòd nunquam expugnatus fuerit: multiplex impugnatio multiplicem parturivit gloriam, & victoriam de proſtratis inimicis. D. Zeno in prædictum Pſalm. 128. *Maneamus ergo, ait, ut ſæpè impugnemur, & ſæpe impugnati habeamus hanc gloriam, ne aliquando cedamus: & hinc fuit impugnationis noſtra aſſiduitas, quod non ſit impugnantium prapotens fortitudo*. Anglic. *Magna gloria in tentatione vincere.* Pſalm. 128. Chald. Græc. D. Zeno.

195. Et dicitur, *ſervabo te ab hora tentationis, quæ ventura eſt in orbem univerſum, tentare habitantes in terra*. Tentatio, quæ ventura eſt in orbem univerſum tentare habitantes in terra, ipſa tentatio perſecutionis apprehendet homines terrenos, & eos devincet, ac proſternet. Ait ergo Deus huic Epiſcopo pro magno beneficio, ab hac ergo tentatione ego mea protectione te ſervabo immunem, & faciam victorem: eadem quippe tentatione, qua juſti probantur, & non ſuccumbunt, injuſti corruunt. Haymo, *Tentantur, ait, inhabitantes terram, id eſt, terrena diligentes, & vincuntur; electi autem, quorum converſatio eſt in cœlis, ad hoc tentantur, ut probati coronentur, non ut ſeducti damnentur.* *Eadem tentatione probantur juſti.* Haymo.

196. De procelloſo, ac furenti mari ait Dominus Jobi 38. n. 10, *Circumdedi illud terminis meis, & poſui vectem, & oſtia*. Ex Græco legitur: *Et poſui illi terminos, & imponens clauſtra, & portas*; Frementibus maris fluctibus præter quam quòd Deus poſuit terminos, hoc eſt furendi menſuram & metam, & inſuper addidit clauſtra & portas. Sed ad quid clauſtra ponuntur, ubi ſimul & portæ ſunt? Portæ ita claudunt, ut ſimul aperiant, ut dent locum evaſioni; clauſtra autem ſolùm claudendis, obſtruendis exitibus deſerviunt. Ad quid ergo ponuntur fluctibus clauſtra; quæ ſemper claudant, ſi ſimul ponuntur portæ, quæ aperiri poſſint? Per tempeſtuoſum mare, juxta ſanctos Patres hoc procelloſum ſæculum interpretatur, in quo feri fluctus tentationum, ac laborũ intumeſcunt, & ibi impii habent clauſtra, ut ibi concluſi ac implicati pereant, ac internecioni dentur; portæ verò ibi ſunt juſti, ut à tentationibus expediti in ſalutem, Job 38. *Tentationes iniquis occludunt aditum ad vitam, juſtis verò aperiunt.*

2. Auguſt. tem pergant; ſic ait ad citatum locum D. Aug. *Terminos poſuit*, ait, *quibus ſævitia cohibeatur, non ut nihil affligat, ſed quoſque exerceat; clauſtra, ut injuſti non progrediantur: portas, ut ab eis juſti egrediantur.* In hujus rei figuram, cum filii Iſraël incederent per medium maris rubri,
Exod. 14. eoſque inſequerentur Ægyptii Exod. 14 n. 28. *Reverſæ aquæ operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis: nec unus quidem ſuperfuit ex eis, Filii Iſraël autem perrexerunt per medium ſicci maris.* Aquæ ſunt impedimentum Ægyptiis, quibus involvuntur, ne progrediantur; Iſraëlitis ſunt clariſſimæ viæ, ac apertiſſimæ ad pergendum in ſalutem.

197. Ait anima ſancta, *Surge Aquilo, veni Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius*, Cantic. 4 n. 16 Sto in ſententia eorum, qui
Cant. 4. putant utrumque ventum Aquilonem, & Auſtrum in præſenti vocari ad hortum ſponſæ; quod Auſter vocetur, nulli eſt dubium, ſub hujus enim leni aura terra emollitur, & flores erumpunt; ſic per benignam Spiritus ſancti auram, incipiunt humana corda ſpecimen præbere virtutum. Sed ad quid ultra exoptatur
Hierem. 1. Aquilo frigidiſſimus, qui nil novit, niſi hyemes, & nives parturire; de quo ait Ierem. 1. n. 14. *Ab Aquilone panditur malum ſuper omnes habitatores terræ.* Cur ergo ſponſa tam ſiniſtrum ventum vocat in hortum ſuum? Per rigidum, ac frigidum Aquilonem intelligunt tentationes, Aponius, D. Anſelmus, Richardus, & alii, nam his animæ maximè commoventur, ac conturbantur; nam licet ab Aquilone tentationum omne malum veniat ſuper iniquos & obduratos peccatores; tamen dum ille inſufflat ſuper juſtorum hortum tunc ab illo profluunt omnium virtutum aromata, fortitudinis, conſtantiæ, charitatis, ac caſtitatis; nam tentationum aquilone, quo devicti iniqui premuntur, illo juſti triumphatores exaltantur, & ſublimantur. Richardus; *Per Aquilonem tentationum confringuntur quodammodo, & ligantur aquæ gratiarum, virtuteſque præpediuntur, & Deus miſertus piæ animæ, quam tentando probaverat, dulcedinem illi exhibet Spiritus ſancti.*

Tentationibus pereunt iniqui, juſti verò exaltantur. Apon. Anſelm. Richard.

QUÆSTIO XXV.

Quare Dominus ait Epiſcopo non ſolùm, quod ipſe veniet, ſed etiam addidit, quòd citò veniet?

198. Ait Dominus huic Epiſcopo Philadelphiæ. *Ecce venio citò, tene quod habes.* Non ſolùm dixit ei, quod veniet; ſed inſuper addidit, quòd citò veniet? ex magno ſanè myſterio.

199. Richard. Reſpondet primò Richardus de S. Victor. *Quia in tribulatione poſitus erat, utpote, cum inter infideles, & in medio nationis pravæ, & perverſæ manebat, & tentationem venturam eſſe audiebat, rectè, ne in preſſura deficiat, ſe citò venturum videlicet ad remunerandum denuntiat, ait ergo, ecce venio citò, quaſi diceret, viriliter omnem ſuſtine tribulationem pro me, quia ecce venio citò ad remunerationem.* Non ſolùm dicit Dominus, quòd veniet, ſed etiam quòd citò veniet locutus fuerat immediatè de tentatione, quæ ventura erat in univerſum orbem, ut virili animo ei reſiſteret, fortiter ac conſtanter in ea perſiſteret, ait ſe citò venturum ad præmium conferendum: *Se citò venturum ad remunerationem denuntiat.* Valida enim eſt ſpes proximæ remunerationis, ut ardua aggrediamur, & difficilia fortiter ſuſtineamus

Spes præmii valida eſt ad dura toleranda.

220. Secundò *ecce venio citò*, immediatè antea prædicatum fuit Epiſcopo, quòd tentatio adventura eſſet in orbem, ecce ſtatim ei promittitur Dei adventus cum auxilio quia ſervo ſuo in tribulatione ac preſſura poſito, citò ac velociter adeſt Deus adjuvans, ac auxilians. Inde ait Regius Vates Pſalm. 45. n. 6 *Adjuvabit eam Deus, manè diluculo.* Ruffin. lib. 5. in. Oſeam legit: *Adjuvabit eam Deus vultu ſuo.* Non ſolùm adjuvabit matutino tempore, ſed etiam valdè diluculo, vultu ſuo, ſeu intuitu oculorum ſuorum, qui valde velociſſimè fertur, & ideo David præmiſit: *Deus in medio ejus non commovebitur:* Ut Deus ſuis præbeat auxilia, non mutatur de uno loco ad alium, ſed vultu ſuo, intuitu ſuo, velociſſimè nempe illud præbet, & confert. Arnob. ibi. *Deus jam in te non commovebitur, cùm adjuvat animam tuam Deus aſpectu ſuo.*

Servo ſuo in tribulatione poſito citò adeſt Deus. Pſalm. 45. Ruffin. Arnob. Arnob.

201. Tertiò, hæc Domini verba, *ecce venio citò; tene quod habes*, componit Rupertus cum verbis illis ſervi iniqui qui dicebat Luc. 12. n. 45. *Moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere ſervos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari.* Ecce idem Domini adventus, alteri citus, alteri moroſus apparet. Citus, & brevis eſt bonæ & ſanæ menti, moroſus verò, & longus videtur iniquo ſervo, ebrio, ac crudeli. Sic ait Rupert. lib. 1. in Apoc. *Familiare ait, more Prophetarum, & omnium ſanctorum vigilium, qui adventum illum vigilanter prævi derunt, dicere: ecce veniet, velociter apparebit. citò apparebit vobis. At verò ſervus malus putat in tempora longa fieri iſtud, dicenſque in corde ſuo: moram faciet Dominus meus venire, incipit percutere ancillas, comedere, & inebriari.* Vide diſcrimē, totum hoc tempus quouſque ad Chriſti adventum extenditur, de quo in præſenti eſt ſermo cum hoc Epiſcopo (ut multis placet) quia temporale eſt, ac hujus ſæculi, breviſſimum & abbreviatum videtur, & ideo magnis viris ſanctis, & Prophetis breviſſimum videtur qua de cauſa dicunt, *citò veniet, velociter apparebit.* At ſervis iniquis tempora hujus ſæculi longiſſima, & largiſſima videntur; & ideo in corde ſuo clamant, *moram faciet Dominus meus venire*: At juſtus, quæ ſunt hujus temporis, pauca, & brevia reputat.

Luc. 12. Rupert. *Tempora hujus ſæculi parva videntur juſtis, magna, & longa iniquis.*

202. Interrogatus Iacob à Pharaone de annis vitæ ſuæ reſpondit Gen. 47 n. 9. *Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum ſunt, parvi & mali.* Centum triginta annos vocat parvos, ſeu, ut alii legunt, *paucos.* David dicebat *in potentatibus octoginta annis.* Pſal. 89 n. 10. quomodo ergo centum triginta annos Iacob parvos, ſeu paucos appellat? Non mirum ſanè, nam magnæ, & ſanæ menti, temporales anni, parvi, & pauci ſunt. Sic ait Rupertus citatus. *Eis igitur, qui dormiunt, & præ ebrietate habent ſenſum coanguſtiatum, tempora longa videntur.* Nam.

Gen. 47. Pſalm. 89. Rupertus. *Pro conſideratione æternitatis tempora ſæculi videntur parva juſtis.*

Nam his, qui vigilant, quorum prudentes ani-
mas fides enutrivit, ſpes provexit, charitas di-
latavit, & magnas fecit; breve exiſtimatur
omne tempus præſentis ſæculi pro conſideratione
æternitatis

QUÆSTIO XXVI.

Quare Epiſcopo Philadelphiæ, non ſo-lùm ei dicitur, quòd firmiter teneat coronam, ſed etiam comminatur, ita ut alius eam non accipiat?

203. COmmendavit Dominus hunc Epiſcopum
in multis, quòd in prædicando verbum
Dei habuerit oſtium apertum ad regnum cœlo
rum, quòd multa fuiſſet præditus humilitate:
ita graves Auctores interpretantur illud *modi-*
cam habes virtutem, quòd mandatis ſuis ob-
temperavit, & nomen ſuum confeſſus fuerit,
& quòd mandatum, ſeu præceptum de patien-
tia in multis adverſitatibus tenuerit, ac cuſto-
dierit; nunc autem vehementer exhortatur
eum, ut teneat quod habet, ne illius faciat jac-
turam; & maximè expendendum eſt emphati-
cum verbum, *Tene quod habes* Quod valdè op-
portunè exprimit rem in præſenti, nam germa-
na ſignificatió verbi *teneat*, tam juxta Græcos,
Cant 3.
quàm Latinos idem valet *ac rem manibus for-*
Tullius.
titer retinere. Sic & hoc ſenſu ait ſponſa. Cant
3. n. 4. *Tenui eum, nec dimittam.* Et Tullius lib.
1. de legibus, cum ait: *Teneo, quam optabam oc-*
Alcazar.
caſionem, neque omittam. Quod hac imagine ex-
Fortiter ſtã-dum, ne ca-das à bono incepto.
plicat Alcazar, quando quis aliquod grave
pondus ſuſtinet, ut oſtendendo vires ſuas ex-
periatur, illud toto conatu, ac vehementia ap-
prehendit & retinet, ne fortè è manibus elaba-
tur, ſic virtutis bonum, in quo aliqui incepe-
D. Baſil.
runt, fortirer, ac vigilanter teneant ne illud
omittant. Pro quo audiendus eſt D. Baſil. apud
Strabæum ſerm. 69. *Multi*, ait, *multis ab ado-*
leſcentia collectis, poſtquam ætatis medium atti-
gerunt. obortis afflictionibus per ſpiritus malitia,
non potuerunt ferre vim tempeſtatis, utpote im-
peritè gubernationis, & rerum ſuarum omnium
jacturam fecerunt: Vide ſuprà cap. 2. quæſt. 7.
num. 58. & q 57. num. 429.

204. Quæſtio tamen principaliter inquirit, cur,
cum dicitur: *Tene, quod habes*, inſuper addi-
tur: *Ut nemo accipiat coronam tuam?* Reſpon-
Richard.
det primò Richardus Victor. lib. 1. in Apoc-
p 2. c. 10. *Tene quod habes*, ait, *fidem ſcilicet,*
& bona opera, & in eis perſevera; ne, ſi non
habuerit perſeverantiam, alius accipiat corò-
nam tuam. Cum enim ſit Deo certus ſuorum nu-
merus, quando alius per culpam labitur: alius
per miſericordiam ſubinducitur, ut in locum,
unde lapſi ſunt dæmones, aſcendant homines, &
in cultum divinum, quem Judæa reliquit, gen-
tilitas introivit. Coronæ ſunt certæ deſigna-
tæ, ac numeratæ à Deo, qu æ ceriis ac dete'-
minatis obſequiis correſpondent, & ſi quis à
ſuo obſequio exhibendo defecerit, Deus ad
alium tranſiet, & illum primum expellet, &
alium in ejus locum ſubſtituet. Ex Dei manda-
to ungitur David à Samuële in Regem Iſraëlis,
tunc ait Textus: *Directus eſt Spiritus Domini*
Si unus eſt inutilis in Dei obſe-quio, alius ad illud eli-gitur.
ab illa die in David: Spiritus autem Domini
receſſit a Saul, & exagitabat eum ſpiritus ne-
quam. 1. Reg. 16. n. 13 & 14. Non implet mu-
nus ſuum Saul, eligitur in ejus locum David
ad regnum, & Saul exterminatori traditur.
1. Reg. 16.
Eleganter rem expendit. D. Baſil. Seleuc. ora.
D. Baſil.
14. *Spiritus autem gratia, à Saüle tranſlata,*
ſpiritui nequam habitationem concedebat, oper-
tebat, regno Davidico eniteſcente, Saül cum
extingui, ut igitur ſol oriens noctem depellit, &
obſequenter in noctis confinio radiorum lucem
impertitur, ſic Davidis exoriente principatu
Saülis regnum vergebat ad occaſum, deſertam
igitur à gratia Saülis animam nactus Dæmon,
proprium ſibi effecit domicilium. Quid elegan-
tius? Datum fuit Saüli regnum, ut ipſe Dei
mandatis obtemperaret, quæ ipſe neglexit,
& inde factum eſt, ut Deus alium ſibi regem
provideret, nimirum Davidem, ad quem, ubi
unctus eſt gratia migravit ad eum, & cùm gra-
tia tranſmigra'a eſt ad Dav.dem, cœpit Saül
deſeri, & Saül traditus eſt exterminatori,
qui fecit illum cum omni domo ſua perire.
Secundò expende citata verba Richardi, 205.
Richard.
Cum enim ſit Deo certus ſuorum numerus. Sic
Ansbert.
& Ambroſius Ansbertus loquitur in præſenti,
Stupenda prorſus, ait *conſideratione intuentes*
hunc ſacrato, ac definito electorum numero, nec
addi quemquam poſſe, nec minui, cùm Domi-
nus ac Redemptor noſter ſic iſtum propriam co-
ronam dicit amittere, ut alius eam percepturus
accedat. Ubi intelligitur, nec alium poſſe ſucce-
dere, ſi quod ille tenet, perſeveranti fine cuſto-
dit. Admonetur Epiſcopus, ut teneat quod
Electorum numerus nõ poteſt minui,
habet; ſua nempe merita, perſeverantiam, *ut*
nemo accipiat coronam ſuam; ſeu ut legit Syrus
Cave, ne quis accipiat coronam tuam, quia,
æternæ vitæ præmio condecoretur, cur non
ſolù n admonetur, ut teneat coronam ſuam,
ſed inſuper admonetur quod ſic eam tenendo
perſeveret, nec alius eam accipiat? ut cunctis
innoteſcat, quòd ita eſt certus, ac determina-
tus electorum numerus, ut nec minui, nec
augeri valeat & ſi ille, à ſua ſede, ac corona
exciderit, alius ad ejus locum ſumendus eſt.
Et ideo ſic m inatur, ut in eo perſiſtat, & ab
illo non cadat. *Cùm Dominus, ac redemptor noſ-*
ter, ſic illum propriam coronam dicit amittere, ut
alius eam percepturus accedat. Vide quæ dixi
tom. 5. in Evang lib. 7. c. 3. q 4. n. 24. 25. 26.
Tertiò, *Tene quod habes, & nemo acci-* 206.
piat, coronam tuam. Seu Syrus: *Cave, ne quis*
accipiat coronam tuam. Etſi communiter de
lapſu à ſanctitate, ac virtute intelligatur; ta-
men ſunt aliqui Auctores, qui de lapſu à tem-
porali dignitate ac expulſione à ſua ſede Epiſ-
copali interpretantur, ac proinde non ſolùm ei
minatur, quòd amiſſurus ſit ſuam coronam, ac
ſedem, ſed etiam, quòd alius ſubſtituendus ſit
in locum ejus. *Ne quis accipiat coronam tuam.*
Magnus do-lor, quòd quis ſuum locum per-dat & aliũ in eo ſeden-tem videat.
Quod graviſſimum ingerit dolorem nil durius
homini, quàm quòd ipſe ſuum locum perdat,
& alium in eo ſedentem intueatur, perelegan-
ter ponderat D. Bernard ſerm. 8. in Pſal. 90.
Cur in finali judicio prius ad regnum cœlo-
D. Bernard.
rum vocabuntur electi, quàm reprobi in cami-
Matth. 25.
num ignis dejiciantur, Matth. 25 n. 34. Sic ait
S. Doctor, *Ut videlicet acrius doleant videntes*
quod amiſerunt.

Quartò

170. Quartò dicitur, huic Epiſcopo Philadelphiæ; *Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.* Arabic. legit, *ne quis auferat coronam tuam.* Non ait tantùm Epiſcopo, quod de bonis operibus ſit ſolicitus, ac quòd in eorum perſeverantia perſiſtat, ſed inſuper ei altè recommendat, ne quis coronã bonis ejus operibus debitam accipiat, cur non tantùm ait, ne quis eam habeat, vel ne ea ad alium deveniat, vel alteri eam concedat; ſed cur verbo accipere utitur, ſeu ut legit Arabicus, *auferre,* quod prædari, vel furari ſæpe ſignificat; quia noſtræ coronæ piis quibuſdam furibus obnoxiæ ſunt; ſic corona regni videbatur Judæ diſpoſita, quam ille malitia ſua perdidit, & Mathias humilitate, ac charitate præripuit. Ait Chriſtus Dominus, *A diebus Joannis Baptiſtæ regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud* Matth. 12. n. 12. Cœleſtis beatitudo nulla temeritate, nec audacia invadi poteſt, nec raptu teneri valet; imò beatitudinis ratio deperditur, ſi furtum habeatur, non enim aliena beatitudine beatus homo, ſed potiùs ex alienis bonis furto ablatis cruciatur. D. Hilar. Cant. 12. in Matth. *Violenti rapiunt illud, quia gloria Iſraëlis Patribus debita, à Prophetis nunciata à Chriſto ablata fide gentium occupatur, & rapitur.* Ex quo magnum depromitur documentum, ut quilibet multa cautela ſe habeat, ne beatitudinis corona ſibi oblata ac nunciata, ab aliis rapiatur, ac occupetur. Vide quæ dixi tom. 5. in Evang. lib. 7. c. 11. q. 4. n. 28. 29. & 30.

Arabic.

Corona noſtra aliquãdo à piis furibus rapitur

Matt. 11.

D. Hilar.

280. Quintò, iſte Paſtor Philadelphus in multis laudatur à Chriſto: *Servaſti verbum meum, & non negaſti nomen meum,* n. 8. quòd ejus præceptis obediens ejus nomen fuerit confeſſus, & iterum laudatur, *ſervaſti verbum patientiæ meæ.* n. 10. quòd ejus mandatum, ac exemplum de patientia in multis adverſitatibus tenuerit, tãdem, nunc terret eum Dominus, *Tene quod habes.* Ac ſi vellet teſte Ruperto, *nemo dum certat, nimium de corona confidat.* Cautè monet Divinus Magiſter, ut cùm ejus virtutes ſint publicatæ ac laudatæ maximè inde timeat dæmonis incurſus, & inſidias: Diabolus enim premit fortiùs homines virtutis commendatæ, ut lapſu graviori ruant, commendatio enim virtutis alicujus irritamentum eſt adverſariis.

Rupert.

Virtus laudata & publicata ab adverſariis impetitur.

209. Maximè celebratur Virgo de ſua commendata ſanctitate, laudat ſponſus ejus oculos, ac capillos, Cant. 4. n. 1. ejus nempe obtutus, ac ſenſus, & cogitationes, laudat ejus dentes, n. 2. ad conterendos errores hæreticorum, laudat & labia in ſuis verbis, ac colloquiis, laudat & genas. n. 3. in ſui manifeſtatione, ac exemplo. Et tandem ſubdit n. 4. *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Cur poſt tot virtutes decantatas, eam ſic dicit, ac celebrat ut ſe habeat tanquam turris cùm propugnaculis, ac clypeis, ac omni armatura fortium, Appoſitè ſane dictum eſt, ut quæ tot virtutes colebat, tot donis erat conſpicua, tot ſui laudes audierat, turrim ſibi eſſe erigendam cum propugnaculis, ac omni armatura ſciat, ut fortes inimicorum impetus, ac invaſiones ſuſtineat, & reprimat. Catena trium Patrum apud Theodoret. *Turris cum propugnaculis ad inimicorum machinas adverſus ſponſam inſtructas evertendas.*

Cant. 4.

Virtus ſit armata contra invadentium impetus.

Catena triũ Patrum.

Decantatur Chriſtus à Regio Vate Pſal. 44. n. 3. *Speciosus forma præ filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.* Ecce ſublimatur, ac laudatur ut pulcher ac formoſus ſuper omnes filios hominum, ac in verbis gratia plenus, & omni divina benedictione repletus, tamen immediatè adjungitur n. 5. *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime,* ſeu ut alii legunt, *validiſſime,* ſeu *fortiſſime.* Quid habet tanta pulchritudo gratia, ac benedictio cum gladio, & armis? Valdè opportunè omni cohærent, qui enim gratia pulchritudine, ac dotibus ſuper alios eminet, maximè indiget, ut gladio, & armis ſit munitus ut ab inſurgentibus inimicis ſe tueatur, ut eorum duros impetus, ac conatus valeat evitare. D. Paſch. lib. 2. in prædictum Pſalm. *Poſt egregiam formam decoris, poſt gratiam diffuſam in labiis, poſt benedictionem perceptam æternæ hæreditatis, imperatur à Patre, ut accingatur gladio ſuæ fortitudinis, ad reprehenſionem contradicentium.* 210.

Pſalm. 44.

Altera lectio

Maximè inſurgent adverſarii, contra virtutem laudatam.

D. Paſch.

Apoc. 3. n. 12. Qui vicerit; faciam illũ columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur ampliùs, & ſcribam ſupra eum nomen civitatis Dei mei novæ Hieruſalem, quæ deſcendit de cœlo à Deo meo, & nomen meum novum.

Num. 13. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

VERSIONES.

Arias. n. 12. Vincens faciam illum columnam.

Arabicus. Victorem ponam illum columnam.

Alcazar. Faciam illum columnam, & ſcribam ſuper terram.

Syrus. Scribam ſuper ipſum nomen Dei mei, Hieroſolmæ novæ, *omittit civitatis.*

Arias. n. 13. Habens autem audiat.

Andr. Cæſ. Qui habet aures.

EXPOSITIO IX.

QUI vicerit, tentationes, perſecutiones, ac contrarietates adverſariorum, *faciam illum columnam;* valdè famoſum magnum, ac glorioſum, non ait Dominus, fiet, & evadet columna, ſed ego faciam eum peculiari mea gratia & favore, perficiens, confirmans, ac ſolidans illum, *in templo Dei mei,* ſcilicet tam in Eccleſia quàm in cœlo *foras non ingredietur ampliùs.* Multi Auctores hîc per columnas intelligunt Beatos in patria, & tunc facilè 211.

In utraque Eccleſia explicatur textus.

facilè explicatur locus,quia hi numquam ab illa æterna felicitate cadunt;quia verò alii per columnas intelligunt juſtos in via, & quia multi juſtitiam in principio tenent, poſtea ab illo ſtatu recedunt; ideo interpretandus eſt textus de illis,qui finaliter vincunt tentationes, & finaliter in gratia perſeverant.

212. *Et ſcribam ſuper eum.* Perſiſtit in metaphora columnæ (unde ex Græco vertitur ſuper eam) columnis enim ſolent inſcribi tituli, & nomina, victorum,ac eorum à quibus eriguntur. Scribam ergo ſuper eum nomen Dei mei, ut indelebiliter filius Dei dicatur, ac vocetur & ab omnibus ut talis dicatur, & agnoſcatur *Et nomen civitatis novæ Hieruſalem*; Imprimam nomen ei Eccleſiæ militantis quòd verè Catholicus ſit & agnoſcatur in Eccleſia mea, firmus,& conſtans per omnia; quod eſt maximum Dei donum,conſequens ad id quod dixerat, ſi ad cœleſtem patriam referas, tunc ei ſcribitur illius nomen,ut hæres illius,& ad eam deſtinatus.Et meritò utraque Eccleſia dicitur Hieruſalem, quæ interpretatur pacis viſio; quia in triumphante eſt ſumma pax & quies; in militante illius inchoatio, & contemplatio.

213. *Eccleſia duplici nomine ſignificatur.* Ex quo nota quod Eccleſiâ duplici nomine hîc ſignificatur; primò nomine *templi*; ſecundò *civitatis.*Dicitur templum ut ſervet metaphoram cum columna,quæ totam templi fabricam ſuſtentat:*Faciam eum columnam.*Dicitur *civitas*,ad indicandum fidele miniſterii munus, quod in ea verus Catholicus perſolvit;ſi verò ad Eccleſiam Triumphantem referas,tunc dicitur civitas, quia in ea juſtus placidè, ac quietè vivit, & regnat.

214. *Quæ deſcendit de cœlo à Deo meo.*Nam Eccleſia militans à Spiritu ſancto profluxit,regitur, ac ordinatur;ſi autem ſermo ſit de Eccleſia triumphante, tunc ſenſus eſt, quòd illius bona, dona,ac gaudia, per Prædicatorum ac Confeſſorum voces hominibus communicantur, ut inde optimè de cœlo deſcendere dicantur; *& nomen meum novum*: ut à me Chriſto Chriſtianus vocetur, ac dicatur. Tamen nomen Chriſti novum, & nomen Ieſu;hoc enim nomen novum in Circumciſione illi impoſitum eſt; ac ſi dicatur; in victoribus,tanquam in columnis inſcribetur nomen Ieſu,ut demonſtretur gratiam, & victoriam per Ieſum eſſe aſſecutos; & inde per excellentiam ſcribuntur, ac dicuntur ſervi, ac filii Ieſu.

QUÆSTIO XXVII.

Columna in templo Dei de Beatis in Eccleſia triumphante explicatur.

215. *Vtraque ſententia probabilis.* CIrca intelligentiam hujus columnæ in templo Dei, tota difficulas eſt, de qua Eccleſia, de quibus juſtis ſermo ſit;nam quidam hæc referunt ad Eccleſiam triumphantem, ac Beatos in patria: Alii verò ad Eccleſiam militantem, ac juſtos in hac via. Utraque ſententia probabilis & in utraque totam rem explicavi in Expoſiti one,quæ videnda eſt. Utraque enim ſententia tam textum explicans de beatis comprehenſoribus, quàm de juſtis viatoribus mihi ſatis eſt probabilis; nunc prima expenditur hac quæſt. ſecunda verò ſequenti.

Prima ſententia rem explanans de Eccleſia triumphante, ac de Beatis comprehenſoribus eſt D. Ambroſii in præſenti,quia licèt,ait, hic textus poſſit accommodari Doctoribus,ac Prædicatoribus,quia tamen ſubditur, *& foras non egredietur amplius*; ideo ait Sanctus Doctor, hæc ſententia non ad præſentem Eccleſiam,ſed ad cœleſtem pertinet;nam multi. qui hîc nunc videbantur columnæ, tamen propter pravam doctrinam ceciderunt, ut Origenes, Tertullianus, & alii, & foras videntur expulſi; hujus ſententiæ eſt etiam Zacharias Summus Pontifex in Epiſtola 140.inter eas quæ ſunt Bonifacii Martyris. Ex Recentioribus in hac ſententia ſunt Ribeira,& Viegas, qui pro ea explicat Bedam, citatúrque etiam communiter pro hac ſententia Primaſius dicens,*Columna in fabricis, & munimini congruit, & decori; ſic & mundi victores in Eccleſia eminent munere dignitatis, & portant alios officio charitatis.* 216. D.Ambr. Zacharias. Ribeira. Viegas Primaſ.

Beati in patria officio charitatis, tanquam columnæ ſuis orationibus, ac interceſſionibus ſuſtentant, muniunt, ac protegunt totum orbem, ne corruat. In cujus rei confirmationem adduco illud Iobi 9 num. 31.*Sub quo curvantur qui portant orbem*, curvantur, id eſt, adorant Deum,qui portant orbem, Sancti nempe, ſuis orationibus,Philippus cap. 1.in Job. *Sancti orbem portare dicuntur, & ne pereat, orationum fortitudine ſuſtinent.* 217. *Beati in patria, ſuſtentant, & protegunt orbem ſuis orationibus.*

Cùm populus Iſraël eſſet maxima in oppreſſione, adventu Nicanoris ac exercitus ejus, Oniæ Summo Sacerdoti apparet unus Angelus oſtendens ei virum ætate & gloria mirabilem ait ei, *Hic eſt fratrum amator, & populi Iſraël: hic eſt, qui multum orat pro populo,& univerſa ſancta civitate Ieremias Propheta Dei.* 2.Mach. cap. 15. n. 14, De Jeremia in vita ſcimus eum unam orationem ad Dominum feciſſe pro ſuo populo, *ecordare Domine, quid acciderit nobis.* Thren. 5.Nunc verò poſt mortem ipſe fratrum amator multùm orat pro populo, & pro civitate. Mors abſtulit vitam, non tamen charitatem interemit aut minuit, ſed potiùs ipſa excrevit, ac in amplum augmentum dilata eſt, ut qui antea in vita ſemel oraverat, nunc verò poſt mortem multùm oraret:de hac multa deprecatione Jeremiæ loquens Origenes homil. 5. in Cantic.apud Gloſſam; *Omnes ſancti*, ait,*qui de hac vita deceſſerunt habentes adhuc charitatem erga eos, qui in hoc mundo ſunt; ſi dicantur curam gerere ſalutis eorum:& juvare eos precibus ſuis, atque interventu ſuo apud Deum, non erit inconveniens; ſcriptum eſt enim in libris Machabæorum,hic eſt Jeremias Propheta Dei,qui ſemper orat pro populo.* Ferè ſimiliter D.Cyprian.ſerm. de mortalitate habet. 218. 2. Mach. Thren. 5. *Charitas ſanctorum erga ſuos non extinguitur morte, ſed augetur in patria.* Origen. *Sancti in patria pro ſuis orant* D.Cypr.

Quæstio XXVIII.

Columna in templo Dei explicatur de Juſtis viatoribus; præcipuè de Doctoribus, ac Prælatis in Eccleſia militante.

219. Ticon. Andreas. Hymo. Albe t. D.Thom.

SEcunda ſententia; & valdè communis explicat hanc columnam in templo Dei de juſtis viatoribus; præcipuè de bonis Prælatis, ac ſanctis Doctoribus in Eccleſia militante. Ita Ticonius, Andræas Cæſarienſ. Aretas, Haymo, Beda, Albertus Magn. D. Thomas D. Anſelm. Alcazar, Cornelius à Lapide, & alii.

220. Ait ergo Chriſtus Dominus, *qui vicerit* tentationes vitiorum Dæmonis, ac perſecutorum *faciam eum columnam* id eſt, valdè fortem, magnum, potentem doctrina, ac ſanctitate, non ſolùm pro ſed ſe, etiam pro aliis ſuſtentandis, & corroborandis, & quaſi Eccleſiæ meæ firmamentum, ac fulcimentum conſtituetur: Cùm ergo dicit Dominus, Faciam, non ſimpliciter faciendo Prælatum, Doctorem ſive Eccleſiæ operarium, ſed faciam tanta excellentia, ſanctitate, & doctrina, ut maximè emineat, & portet plurimos, eorum nutantem fidem ſuſtentando Chriſtianam pietatem fulciendo: multóſque ad fidem adducendo. Hinc Paulus ipſam Eccle-
1. Timot 3. ſiam militantem appellat columnam, & firmamentum veritatis, 1. Timoth. 3 n. 15. *Vt ſcias, quomodo oporeat te in domo Dei converſari, quæ eſt Eccleſia Dei vivi, columna, & firmamentum veritatis.* Sicque nomine columnarum viri
Galat 2. Apoſtolici inſigniri ſolent: Ad Galat. 2. num. 9. *Cum cognoviſſent gratiam, quæ data eſt mihi, Jacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe, dexteras dederunt mihi & Barnabæ.*

221. *Præoccupatur objectio.* Nec contra hanc ſententiam obſtat id quod dicitur in textu, *foras non egredietur amplius*, quia ſermo eſt de confirmatis, ac finaliter perſeverantibus in gratia, ut dixi in Expoſitione; in qua totum hunc locum juxta hanc ſententiã explanavit quod nunc altiùs eſt examinandum.

222. *Vt quis alios doceat, priùs in ſe ſit virtute roboratus.* Primò, dicitur huic Epiſcopo Philadelphiæ, *Tene quod habes, qui vicerit, faciam illum columnam* In quo videtur difficultas in dictis, qui tenet, quod habet, jam columna eſt; quomodo ergo Dominus ait, quòd faciet illum columnam; Nam id quod quis faciendus eſt jam non eſt. Reſpondeo, *Tene, quod habes,* nempe tuam juſtitiam, ſanctitatem, vincendo tentationes, ac carnis blandimenta: tunc ait Dominus, *faciam eum columnam*, robur ac fulcimentum cæterorum: priùs enim unuſquiſque in ſe juſtitia ac virtute componendus, ac ornandus eſt, ut inde fiat columna, ac firmamentum aliorum; ut quis
Aretas. alios doceat, priùs in ſe juſtus, ac ſanctus ſit. Aretas; *Hoc eſt,* ait, *columna in templo Dei fieri, ſiquidem qui vicerit adverſarias poteſtates; columna, & firmamentum veritatis conſtituitur, & ipſe firmiter, & immutabiliter gaudens, alios fulciens, ne in bono excidant à ſua ſede.*

223. Secundò Richardus Victorin. *Sicut columna in templo,* ait, *ita ipſe nempe Epiſcopus Philadelphia, & quilibet alius, debet eſſe firmus per fidem, erectus per intentionem, ſublimis per contemplationem, & alios quidem ſuſtentet verbo conſolationis, alios ſuffragio orationis, alios exemplo actionis; ſit etiam columna lapidea per firmitatem fidei, aurea per charitatem.* Albert. Magn. *Prælatus ſit rectus in judiciis, fortis in adverſis.* Columna, ut bene ædificium ſuſtentet, debet eſſe benè fundata, viſu ſpecioſa, recta, & non curva, in altum erecta, ac eximiæ altitudinis, talis ſit Prælatus firmitate fidei, exemplò, intentione, contemplatione, ac ſublimitate doctrinæ; & ita undique ſit omnibus virtutibus perfectus, & abſolutus. *Albert. Prælatus ex omnibus ſit perfectus.*
In hujus rei confirmationem notat Pererius in columna octo conſiderari, & laudari poſſe; ſcilicet rectitudinem, altitudinem, craſſitudinem, firmitudinem, rotunditatem, lævorem, colorem, & materiam, quæ facilè accommodari poſſunt Prælato, Doctori, ac cuilibet ſancto. Perer.

Tertiò, Ioachimus Abbas, *Aptè, & competenter Prælati aſſimilantur columnæ templi; quia columna lapis eſt altus, & ad ſuperiora levatus, ita ut non tam ea, quæ infra, quàm ea quæ ſurſum ſint, contemplari, & reſpicere videatur; & quòd eſt majus, ita præ altitudine, & rectitudine ſua tangit ſuperiora, ut tamen ſuppoſitum tectum infatigabiliter portet. Qui ergo pro dono gratiæ, & merito patientiæ ſuæ, rectores animarum conſtituendi ſunt, ut inter procelloſos turbines, ſuppoſitam fabricam infatigabiliter portent: ad ſimilitudinem columnæ marmoreæ quæ multis tunſionibus expolitur, habebunt ſe.* Valdè mirum quòd Prælatus columnæ aſſimiletur; nam columna dura eſt, & hæret terræ: Prælatus debet eſſe lenis & benignus, & totus hærere cœlo; tamen aptiſſimè, hic Antiſtes cum columna confertur; nam columna ex parte inferiori, terram tangit, & ei firmiter adhæret; tamen ſe tota ſurſum erigit & puriſſima, ac graviſſima eſt, ut ædificii machinam ſuſtentet; & cùm ſit rudis, multis tunſionibus, ac malleorum ictibus politur, & cùm ſit rotunda multis tempeſtatibus expoſita, totum ædificium ſuſtentat: bonis Prælatus licet ſit corpore ac vita activa, in terra, tamen intentione, ac contemplatione totus ſit in Cœlo; & duriſſimus, ac fortiſſimus ſit pro ſuſtinenda ſua Eccleſia ſuiſque ovibus; pro eiſque multos labores, ac tentationes ſufferens, multáſque tentationum turbines patiens pro ſui muneris onere portando, & tamen inter tot ac tam adverſa ſemper immobilis, ac firmus permaneat, ut columna. 224. Ioach.

Prælatus etſi corpore ſit in terra, corde ſit in cœlo.

Prælatus laboribus ſit politus, & inter eos immobilis perſiſtat.

Quartò, Angelicus doctor. *Faciam eum columnam; in hoc promittit, ait, quòd faciet talem aliis utilem, ſecundò, quòd ſe immobilem, & firmum, ſe & alios documento, exemplo, & ſuffragio ſuſtentantem* Columna non ſibi, ſed potiùs aliis eſt utilis, ſuſtentat enim ædificia ac tectum domus fulcit, ne corruat, ut indè aliis ſit ad habitandum; ecce cur Dominus vult Epiſcopum eſſe templi columnam, nempe, ut non tantùm ſibi, ſed potiùs aliis proficiat: ex quo infert Angelicus Doctor in quanta veneratione ſunt habendi viri ſpirituales, cùm per eos alii fulcimentum habeant, ne in lapſum ruant. *Ecce, ait Sanctus Doctor, quantum veneratione digni ſunt viri ſpirituales, quia per eos Dominus alios ſuſtentat, quod eſt amplius meritum, & aliis commodum.* 225. D.Thom.

Prælatus non ſibi, ſed aliis ſit.

Quintò, Rupertus in præſenti ſic ait: *In iſto gradu vincere eſt, quidquid per iſtud oſtium* 226. Geneſ. 4.

Scriptura

Scripturarum invenerit, ad aliorum ædificationem proferre. Quia qui ſic vicerit, faciam, inquit, illum columnam in templo Dei mei. Digna remuneratio victoris hujuſmodi, ut qui gratiam hanc habens ſcripſit, ac docuit, unde fides Eccleſiæ roboretur, columna ſit in templo Dei. Et foras non egredietur amplius. Quãdo in iſto odio eſt, ſollicitus ſit ne labatur, at ubi intus tanquam columna fuerit ſtabilitus, non erit cur timeas, quia foras non egredietur ampliùs, nec titubabit pes ejus. Dixit Dominus huic Epiſcopo Philadelphiæ ſuprà n. 8. *Ecce dedi oſtium apertum coram te.* Poſitus fuit nempe juxta oſtium apertum Scripturarum, ut ibi dixi, ut eas intelligeret, & interpretaretur, quod munus valdè neceſſarium eſt in Eccleſia Dei; & ſtatim poſt pauca nunc

Qui ſtudio litterarum ſibi, & aliis prodeſt, columna eſt in templo Dei.

ſubdit. *Qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur ampliùs.* Qui ſtrenue operam dat Scripturas evolvendò ad id perveniet, ut jam non in oſtio ſit, ſed intus in templo Dei, ut firmiſſima columna, totum ædificium Eccleſiaſticum ſuſtentans ipsũ. *Ut qui hanc gratiam habens ſcripſit, ac docuit, unde fides Eccleſiaſtica roboretur, columna ſit in templo Dei.* Qui enim ſic incumbit ſtudio litterarum, ut ſibi ac aliis proficuus ſit, tunc aſſumitur à Deo in columnam firmiſſimam domus ſuæ; & cùm hæc columna maximè neceſſaria ſit ad fulcimentum domus Dei, ipſe Dominus maximè invigilat ſuper ejus firmitatem: *Quia foras nõ egredietur amplius, nec titubabit pes ejus* ſed intus Dei dono firmiſſimè perſeverabit.

227. Per Iſaiam cap. 49 num. 16. ait Deus civitati

Iſai. 49.

Sion, ſeu viris Eccleſiaſticis: *Ecce in manibus meis deſcripſi te: muri tui coram oculis meis ſemper.* (Deſcripſi te) legit Symmach. *formavi te;* Hebraïcus *exaravi te.* Quænam connexio habet ſcriptura in manibus Dei cum muris civitatis Sion? Quando Sion eſt murus, tunc dicitur ipſa ſcripta manibus Dei. Per manus Dei vires ejus; ac potentia intelliguntur, ut notat

Symmach. Hebraïc.

Pſal. 12.

Procopius in præſenti, ſic dicitur Pſalm. 12. *Opera manuum ejus annuntiat firmamentum* Per muros autem interpretatur Procopius ad cap. 2. Iſai. verſ. 15. ipſas ſcientias veras, ac ſolidas; & ſic ait, *Murus enim ars eſt ipſa differens, eos qui dogmata diripere, & diſſolvere conantur; propulſans. Iudæ & urbis Hieroſolymitanæ muri in Domini manibus deſcripti eſſe dicuntur.* Tunc muri, ſeu ſcientiæ Hieruſalem dicuntur ſcripti in manibus Domini, quando ipſæ ſcientiæ, ac intelligentia ſcripturarum ſe habent tanquam muros, ad cuſtodiendam, ac defendendam Eccleſiam; quod tam magnum opus eſt ut peculiariter dicatur opus manuum Dei, ad illúdque deſcribendum, efformandum, ac exarandum inſigniter Dei manus conveniunt ac applicantur, vir qui ſuâ doctrinâ eſt murus Eccleſiæ, ut magnum Dei opus, habetur: Et dicitur, *coram oculis meis ſemper.* Et ſic Dominus in tali ſcientia, quæ eſt ad tutamen, ac defenſionem Eccleſiæ complacet, ut ad illam oculi Domini alliciantur, ac trahantur, ut dicatur, *coram oculis meis ſemper.*

Vir doctus Eccleſiam defendens magnum Dei opus.

228. Ad explicandum excellentiam, ac magnitudinem Eccleſiæ militantis ſub nomine ſponſæ multis figuris, ac tropis utitur Divinus ſponſus, ait de illa, quòd illius oculi ſint tanquam columbæ; capilli ſicut greges caprarum; dentes ſicut greges tonſarum, labia ut vitta coccinea, genæ ſicut fragmen mali punici. Tandem de ejus collo, ait: *Sicut turris David collum* *Cant. 4.*
tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium, cap. 4. num. 4. Divina ſponſa tota lenis, ſuavis ac benigna, quid ergo habet ipſa cum turri, cum propugnaculis, cum clypeis, ac omni fortium armatura? quid tenera virgo cum tanto armorum apparatu? deinde quid ad hæc habet collum ſponſæ; cur non potiùs caput, quod in ſummam partem corporis exurgit, cum turri confertur? In collo, in quo eſt guttur, ſunt vocis fundamina; non ergo mirum, quòd tot propugnacula, tot arma, & munimenta ibi inveniantur? nam ejus eloquium ſacrum per ſuos Doctotes, ac magiſtros eſt tanquam turris, propugnaculum, clypeus, ac omnis armatura ad ejus munimen, & cuſtodiam contra omnes hæreticos, ac adverſarios D. Greg. Papa homil. 15. *D. Greg.*
in Ezechiel, *In collo guttur,* ait: *in gutture vox eſt. Quid ergo per collum ſanctæ Eccleſiæ, niſi ſacro ejus eloquia deſignantur? In qua dum mille clypei pendere memorantur, per hunc perfectum numerum, numerus univerſus oſtenditur, quia univerſa noſtra munitio in ſacro eloquio continetur. Ibi quippe ſunt Dei præcepta, ibi exempla juſtorum, &c. Quot illi præcepta ſunt, tot peccatis noſtri munimenta.*

Scientia Scripturarum validiſſimũ Eccleſiæ tutamen, ac munimen.

QUÆSTIO XXX.

Quare ante fores templi Salomonis erant duæ columnæ, nunc verò in templo Dei una tantùm appareat?

SAlomon ante fores templi poſuit duas 229.
columnas, de quibus late hic agunt Viegas ſect. 6. Alcazar hic ann. 1. Hæ autem duæ *Viegas.*
columnæ, ut patet ex 3. Reg. cap. 7. à num. *Alcazar.*
15, & 2. Paralip. 3. & 4. una erat à dextris, *3. Reg. 7.*
altera à ſiniſtris; ambæ erant ex ære, Unaquæque habebat altitudinem cubitorum 35. uſque ad capitulum uniuſcujuſque ambitus in rotundum erat 12. cubitorum; intus verò erant ſtrictæ, ſeu excavatæ, in capitellis erant ſpecies catenarum, & retis, ex eiſque malogranata pendebant unumquódque capitellum in lilia deſinebat.

Cùm per columnas, juſti & ſancti ſignifi- 230.
centur; juxta illud Pſal. 74. n. 4. *Ego confirmavi* *Pſal. 74.*
columnas ejus. Pro quo latè videndus eſt Beda *Beda.*
lib. 8. de templo Salomonis, cap. 18. Nam materia indicat firmitatem in bonis operibus, rectitudo intentionem, altitudo contemplationem; rotunditas æqualitatem juſtitiæ; cùm eſſent ſtrictæ, ſeu excavatæ, mortificationem, ac humilitatem denotabant; duo capitella, totidem teſtamenta, quorum meditationi, & obſervationi ſubmittendum eſt corpus, & anima; ſpecies catenarum, retiſve ſimilitudo in capitellis varietatem virtutum, variúmque ordinem Sanctorum indicabant; malogranata cuſtodiam internarum virtutum, & concordiam charitatis; deſinentia in lilii florem capitella, beatitudinis amœnitatem innuebant. Iſtæ autem columnæ erant in limine templi; quia, ut ait D. Hieronymus, *per ſanctos ingredimur ad Sancto* *D. Hieron.*

Columnæ ſignificant juſtos, per quos in cœlum intramus.

Sanctorum quorm doctrinæ ad Chriſtum noſter introitus eſt.

D. Hieron. Virgas. Alcazar. La Haye.

231. Tota quæſtio eſt, cur in veſtibulo templi Salomonis erant duæ columnæ; hic verò una tantùm ſit præcipue cùm D. Hieron agens de templo Salomonis dicat: *Iſtæ autem columnæ duæ, erant de quibus in Apocalypſi dicitur; qui vicerit faciam eum columnam in templo Dei mei: & Petrus, & Ioannes Columnæ appellantur Eccleſiæ.* Unde communiter Recentiores Viegas, Alcazar, & Cornelius, & Mag. Joan de la Haye tenent, quod hic in præſenti alludatur ad illas duas columnas Salomonis; & quamvis illæ eſſent duæ, hic verò una ſit, facilè ab hoc ſe expedit Alcazar dicẽs, quod hæc columna Apoc. tantùm reſpiciat unam columnam Salomonis, quæ dicebatur *Iachin*, id eſt ſanctitas. de quorum nomine ſtatim dicam in hac quæſtione.

Anguiar. 2. Eſdr. 6. Eccleſ. 26. Cantic. 3. Jerem. 1. Judic. 20. Cantic. 5.

232. Dico quod hæc una columna illas duas reſpiciebat, & ad illas hic alluditur, frequenter virtus ac juſtitia unius juſti per multas figuras, ac allegorias denotantur in Scriptura, ſic anima juſti in Cantic. Cant. dicitur turris eburnea, turris David, tabernaculum Salomonis, currus Pharaonis, quadrigæ Aminadab; & Anguianus in Pſal.74. verſ.4. materias columnarum collectas ex Scripturis ingenioſè accomodat ad juſtorum dona *Columnam nubis*: 2. Eſdræ c.9. n.12. ad donum Timoris. *Columnam auream*, Eccleſiaſt.26. n.23. ad donum pietatis. *Columnam argenteam*, Cantic.3. n.10. ad donum ſcientiæ. *Columnam ferream*, Jerem.1. n. 8. ad donum fortitudinis, *Columnam fumi*, Judic.20. n.40. ad donum conſilii. *Columnam marmoream*, Cantic.5 n.15 ad donum intellectus.

Lorin. Exod. 13. Judic. 20. Sap. 18.

233. Aliter Lorin ad citatum locum Pſalmi, *Ego confirmavi columnas ejus.* Sic ait fideles eſſe columnas, quia debent eſſe refecti per fidem, erecti per ſpem, ferventes per charitatem ad ſimilitudinem columnæ nubis. Exod.13. n.22. quia fides, ſicut illa habet obſcuritatem; ad ſimilitudinem *Columnæ fumi.* Judic.20. n.40. quia ſpes, ſicut fumus ex igne, ita ille ex igne charitatis provenit ad ſimilitudinem *columnæ ignis.* Sap. 18. n 3. quia charitas exardeſcit in corde.

Matth. 7. Matth 11. Matth 22. Luc 16. Matth. 17. *Perfectio quæ in lege veteri in multis dividebatur, in lege gratiæ in uno unitur.*

234. Secundò, in templo Salomonis columnæ duæ, in templo Chriſti una, Quia totum teſtamentum vetus in duobus continebatur, in lege, ac Prophetis Sic ait Chriſtus, Matth 7. n.12. *Hæc eſt enim lex, & Prophetæ.* Similiter c.11. n.13. & cap.22. n.40. Luc.16. n.16. Lex includebat quinque libros Decalogi, Prophetæ reliquos omnes, ut dixi tom.2. in Evang.18. num.56. At teſtamentum novum, totum in uno Evangelio fundatur. Hinc Petr. in Transfigur. Moyſi, & Eliæ tanquam legi, & Prophetæ offert duo tabernacula diſtincta; at Chriſto D. unum, Matth.17. n.4 Quia lex Chriſti in uno Evangelio conſiſtit. Hinc Salomon in templo ponit duas columnas, quia lex vetus in duobus, ſcilicet lege, & Prophetis nitebatur: at in templo Chriſti eſt una columna, quæ in uno Evangelio radicato in una charitate ſtabilitur.

Qui ſunt intra Dei templum, perfectione emineant.

235. Tertiò, ante fores templi Salomonis erant duæ columnæ; at in templo Dei una eſt columna, quia non tanta perfectio exoptatur in his, qui foris ſunt, ac in illis, qui ſunt intra Dei templum, ut in uno Eccleſiaſtico, ac Religioſo; nam multæ perfectiones, quæ per varios ſæculares ſunt diſperſæ & diviſæ, in uno Eccleſiaſtico, ut ſit columna in templo Dei, debent eſſe unitæ.

Joan. 10. *Gratia in lege nova abũdantior.*

236. Quartò, quia ut dixit Chriſtus, Joan.10. n.10. *Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Tam abundanter largiuntur dona cœleſtia in lege gratiæ, ut quæ olim per multos dividebantur, nunc in uno juſto, omnia ſunt unita, & conflata, & ideò tota perfectio quæ in lege veteri in duabus columnis dividebatur, nunc in lege nova reperitur.

Eucher. Angelom. *Juſtus in proſperis, & eandem habet conſtantiam.* Alb Magn.

237. Quintò, Eucherius, & Angelomus, *Factæ ſunt duæ columnæ, atque ita diſpoſitæ in proſperis, & adverſis.* Columnæ, quas Salomon erigit, duæ ſunt, una in proſperis, altera in adverſis: At nunc ait Chriſtus, *qui vicerit faciam eum columnam in templo Dei mei.* Columna poſita à Deo in templo ſuo una eſt, juſtus enim quem Deus ponit in Eccleſia ſua, unam, & eandem conſtantiam retinet in omni caſu, & ſi communiter homo valdè diverſus ſit in proſperis, & in adverſis, tamen juſtus à Deo datus, hanc ebibit generoſitatem, ut æquo animo ſit in proſperis. ac adverſis; fortunæ enim alternatione nulla in eo alternatio viſitur ac agnoſcitur. Albert. magn. *Faciã eũ columnã. ut ſit rectus in judiciis, fortis in adverſis*, ſcilicet etiã in proſperis.

In juſto duplex fortitudo fidei, & operis. Angelum Prov. 31. *Fortitudo in actione interna, & externa.* D Auguſt. Beda

238. Sextò, Duæ columnæ in templo Salomonis, una à dextris, & vocabatur *Iachin*; id eſt firmitas; altera à ſiniſtris, & dicebatur *Bos*, id eſt, robur. Ecce utraque idem nomen ſecundùm interpretationem ſortitur, & ideo in templo Dei eſt una columna, utraque fortitudinem tenens, ſcilicet robur fidei, & operũ, Angelom. in 3. libro Regum. *Aptè*, ait *ſimili vocabulo ambæ cenſebantur columnæ, cum una firmitas altera in robore dicta eſt, ut una fidei, & operis fortitudo cunctis ineſſe Doctoribus monſtraretur*; vel quia in juſto debet eſſe duplex fortitudo, interna & externa, una in mente, altera in manu, ac opere externo. De illuſtri muliere decantatur, *Accinxit fortitudine lumbos ſuos, & roboravit brachium ſuum*, Prov.31. n.17. Duplex fortitudo in ea celebratur in lumbis, & in brachio. In lumbis interna ſcilicet, ut exponunt D. Auguſt., ſerm.45. Beda, Salonius, Hugo, nam in lumbis origo eſt luxuriæ; in brachio verò declaratur robur ad laboris exercitium; ſeu ad opera.

Sapientia connectitur cum ſanctitate.

239. Septimò, Alcazar, Cornelius à Lapide contendunt has duas columnas Salomonis fuiſſe quaſi trophæa victoriarum Davidis, ut dicam quæſt. ſequenti: ſignificabant autem hæ duæ columnæ ſanctitatem, & ſapientiam jungendas eſſe in Eccleſia Chriſti; nam una ex illis dicebatur *Bos*; altera *Iachin*, ex radice Hebraica, *Bos* pertinet ad ſignificatum ſapientiæ; *Iachin* ad ſignificatum ſanctitatis. In Eccleſia Chriſti & in vero ejus miniſtro conjungenda erat ſapientia cum ſanctitate.

Pſal. 118. Paul. Burg.

240. Ait Regius Vates Pſalm.118. num.1. *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Et ſtatim ſubdit, *Beati qui ſcrutantur teſtimonia ejus*; hoc eſt, qui exquirunt, qui laborant inveſtigando, rimando ſacras ſcripturas, ut explicat Paulus Burgenſis. Perpende ſeriem textus, *Beati immaculati in via*: Et ſimul ponitur, *Beati qui ſcrutantur*; qui incumbunt inveſtigando ſacras ſcripturas Conjungitur vita immaculata, cum inveſtigatione, & agnitione Scripturarum: Solùm illi, qui ſunt immaculati, ac puri in vita Scripturas valent intelligere,

D. Auguſt. intelligere, & agnoſcere. D. Auguſt. *Non mihi videtur, aliud his verbis beatitudinis genus commemoratum, quam illud, quod antea dictum eſt: nam ſcrutari teſtimonia Domini, & eum in toto corde exquirere, hoc eſt immaculatum in via, & in lege Domini ambulare.*

241. Pſalm. 104. De Ioſeph decantat ipſe David, Pſalm. 104. num. 17. *In ſervum venundatus eſt Ioſeph; Humiliaverunt in compedibus pedes ejus, ferrum pertranſiit animam ejus donec veniret verbum ejus. Eloquium Domini inflammavit eum, miſit Rex, & ſolvit eum.* Satis vulgaris eſt hiſtoria Ioſeph; A fratribus venditus eſt, & à Putiphare emptus, & ab ejus uxore amatus; & quia petulanti fæminæ non acquievit, in carcerem ut adulter conjectus eſt, cùm ibi detentus eſſet ſanctus juvenis ſapientiæ documenta exhibuit duobus Pharaonis ſervis; quo agnito ſtatim Rex ſolvit eum. Sed cur ille, qui ut adulter conjectus erat in carcerem, ſic à Rege ſolvitur? Cur magis non damnat crimen? Seu cur cauſa non potiùs examinatur, ac ventilatur, ſed tam citò ſolvit eum? Solutionis cauſam indicant illa verba: *Eloquium Domini inflammavit eum.* Ubi ſapiens eloquium præbuit, quo ſervis Regis eventus ſuos prænuntiavit, ſic hominem ignivit, ac inflammavit, ut in eo nulla macula videretur, ſed omnino immaculatus appareret, ut in carcere ampliùs non eſſet detinendus; ſicut enim ignis non admittit ſecum ſordes in auro; ſic ſapientiæ verba non admittunt maculas in anima; ac proinde cùm ejus ſapientia declarata eſt, etiam & innocentia manifeſtata eſt. D. Bruno ibi, ſic ait *Eloquium Domini, id eſt verbum interpretationis à Domino ipſi datum inflammavit Ioſeph, hoc eſt, comprobavit eum ſanctum eſſe qui antè adulter dicebatur; à ſimilitudine auri puri, quod inflammatur, & per flammas purum eſſe comprobatur; & tunc miſit Rex & ſolvit eum.*

Sapientia cū puritate, ac innocentia vitæ conjuncta.

D. Bruno.

242. Eccl. 27. Ait Spiritus ſanctus Eccleſiaſtic. 27. num. 12. *Homo ſanctus in ſapientia manet ſicut ſol: nam ſtultus ſicut luna mutatur.* Ecce ſapiens aſſimilatur ſoli, ſtultus lunæ, Ex qua radice talis provenit comparatio? Sol lucet, & ardet calore; at luna, etſi lucem mittat, minime calefacit. Juſtus, ut ſol lucet doctrinâ, & charitate, ac juſtitia calefacit & ardet; at ſtultus, ut Luna, ſi videatur micare ſcientia, minimè tamen charitate calefacit, inde ejus ſapientia non eſt ſapientia, ſed ſtultitia mutationi, ac vacillationi ſubjecta. D. Bernard. ſerm. 3. de verbis Iſai. *Luna, ut aiunt, habet abſque fervore ſplendorem, ſed ipſum mutuatur à ſole; ideóque tam frequenter, imò & ſemper mutuatur, nec unquam in eodem ſtatu permanet. Sic profectò ſtultus ut Luna mutatur, ſapiens permanet ut ſol. Ille, inquam, ſtultus, qui in decore ſuo perdidit ſapientiam, id eſt, qui friguit in ſplendore.*

Sapientia ſine ſanctitate ſtultitia eſt D. Bernard.

D. Bernard.

QUÆSTIO XXX.

Quare in columna templi Eccleſiaſtici ſcribitur à Chriſto nomen Dei?

Ait Chriſtus in præſenti, *Qui vicerit, faciam eum columnam in templo Dei mei, & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei.* Circa hoc verbum, *Scribam*, quod in præſenti eſt examinandum, multa ſunt notanda; & primò, non ait Chriſtus, nominabo, ſed *Scribam ſuper eum nomen Patris mei.* Ut denotaret ſingulare, ac eximium beneficium Dei eſſe, nuſquam amittere nomen filii Dei, ſed ſemper illud retinere illóque vocari perpetuò. Albertus Magn. ſic ait: *Dicit, ſcribam, quod enim dicitur citò tranſit, quod ſcribitur diu manet; idem eſt ergo ac ſi dicat in ſempiternum tribuam, quod dicitur, & ſit filius Dei.* 243.

Scriptura perpetuitatē denotati.

Alb. Magn.

Secundò, quo calamo, quove inſtrumento tale ac tantum nomen, quòd Dei filius ſit, & nominetur, ſcribendum ac exarandum eſt? Sanè gratiâ, ac miſericordiâ ipſius ſcribentis. Sic ait Ambroſ. Ansbertus. *Quo titulo, vel calamo, ſuper victorem nomen Dei ſcribi à filio putamus? Niſi gratia amborum ſpiritus.* 244.

Gratia Dei ſcribitur in nobis bonum Ansbert.

Tertiò, in quonam ſubjecto ſcribendum eſt tam honorificum Dei nomen? in tabulis nempe cordis; ut inde juſtus alta mente retineat, quantùm Deo debeat, cujus gratia hoſtem devincit, in ejuſque templo factus eſt columna. Aretas Cæſarienſ. Epiſcop. *In tabulis*; ait, *cordis ſpiritualis columnæ, ſcriptum eſt nomen Dei ſive cognitionis, ſive gloriæ illius, nempe quòd ſanctus ſit, quòd juſtus, ac reddens unicuique juxta opera, quòd omni bonitate plenus, talibúſque gaudens cultoribus.* Ut ſic ex bonis ſibi communicatis cognoſcat juſtus Dei gloriam, ac majeſtatem. 245.

In corde Dei beneficia ſcribenda ut altiùs cognoſcantur. Aretas.

Quartò, non ait, *Scribam* in eo, ſed *ſuper eum*, ut denotaretur, non ab ipſo victore tantum nomen procedere, ſed de ſurſum ſibi venire. Albertus Magn. *Dicit ſuper eum, ad ſignificandum, quòd nomen Dei bonum venit deſuper ex dono Dei, non ex noſtris meritis.* Secundò, nomen ſcribitur in charta, vel in columna, at nomen filii Dei non ſcribitur in eo, ſed ſuper eum; quia quæ Dei ſunt, licet poſſimus apprehendere, & cognoſcere, ea tamen comprehendere nequimus, cùm ſint maximè ſuper omnem noſtrum captum, illúmque maxime ſuperent. Richard. Victorin. ait, *Notandum, ait, quod dicit ſuper eum, non in eo, quia quidem bonum divinum ſupra nos apprehendere poſſumus, intra nos autem illud comprehendere non valemus. Nomen ergo Dei ſuper electos ſcribitur, quando illud quidem apprehenſibile, ſed incomprehenſibile bonum, quod Deus dicitur, & eſt per naturam illis eſſe, & dici datur per gratiam.* 246.

Nomen filii Dei ex Deo venit, non ex nobis. Albert.

Deus poteſt à nobis apprehendi, & cognoſci, non tamen comprehendi.

Richard.

Quintò, *Scribam*, ait, *ſuper eum*; non mittit Dominus miniſtrum ad ſcribendum, ſed ipſemet Chriſtus ſcribit, quæ enim ad ſalutem ſuorum ſpectant, non alicui committit Chriſtus D. ſed ipſe per ſemetipſum exhibet, & præſtat; ſic & in convivio, quod Dominus ſuis parat in cœleſtibus, dicitur: *Faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Luc. 12 n. 37. 247.

Chriſtus per ſemetipſum exhibet miniſterium.

Luc. 12.

248. Sexto, quo motivo in hac columna ſcribitur nomen Dei? ſine dubio hîc fit alluſio ad antiquum morem, ſecundùm quem pro re magna, ac inſigni victoria, columna cum inſcriptione exhibebatur. Sic & Salomon ante fores templi duas columnas erexit, ut contendunt Alcazâr, & ex eo Cornelius tanquam trophæa victoriarum Davidis, ad imitationem columnarum duarum, quas Hercules [qui ducentis annis præceſſit Salomonem] fixit in Gadibus hoc titulo, *plus ultra*. Duæ autem hæ columnæ Salomonis ſignificabant ſapientiam, & ſanctitatem jungendam eſſe in Eccleſia.

Columna Salomonis. Trophæa Davidis.

249. Sic & in Machabæorum ſepulchris erectæ ſunt columnæ quaſi trophæa victoriarum, 1. Machab. 13. n. 29. Sic & Romæ videntur columnæ Traiani & Antonini, tanquam trophæa, quibus inſculpta ſunt omnium eorum geſta, & victoriæ. Columna Traiani valdè excelſa, & ſublimis eſt, habet namque in altitudine 120. pedes, lata & craſſa adeò eſt, ut ſex homines brachiis expanſis in orbem eam vix amplecti valeant, interius autem per cochleam ab imo ad ſummum aſcenditur, ac ſi eſſet turris.

1 Mach. 13.

250. Sic Chriſtus alludens ad hunc antiquum morem Principum, ac Ducum, qui in memoriam alicujus victoriæ columnas erigebant cum inſcriptione ſuæ fortitudinis, ac felicitatis, ita & juſtus ponitur à Chriſto in templo ſuo, in Eccleſia nempe, ut columna erecta tanquam inſigne trophæum ſuæ virtutis, gloriæ Patris, ac honoris, & ornamenti Eccleſiæ; ut omnes tam illuſtria facta, ac opera juſti videntes fateantur Dei virtutem in illo eſſe manifeſtatam. Ita ut videatur in fronte ſcriptum gerere, hic eſt columna, imò trophæum Dei, Chriſti, & Eccleſiæ, quia in ipſo reſplendet, omnibuſque quaſi legenda proponitur magnitudo gratiæ & virtutis Dei, qui talem ſanctum ſic effecit victorem mundi, carnis, ac Diaboli. Ad hoc reſpexit D. Bernard, ſerm. 2. de ſanct. Victore. *O victor, ait, Ieſu te noſtro victore laudamus, quia te in illo viciſſe cognoſcimus.*

Iuſtus columna, & trophæum erectum divinæ virtutis.

D. Bernard.

251. Ait Deus Ieremiæ cap. 1. n. 18. *Dedit te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum Regibus Juda, Principibus ejus, & Sacerdotibus, & populo terræ; & bellabunt adverſum te, & non prævalebunt.* Ecce exponitur Propheta jaculis furentium Regum & Principum, Sacerdotum Hieroſolymitanorum, ac indignatione populorum univerſæ terræ non ut perimatur, ſed ut protectione divinæ fortitudinis ac gratiæ victor exiſtat: *non prævalebunt, quia ego tecum ſum.* Sed ad hanc fortitudinem in Propheta declarandam non ſat erat dicere, ipſum conſtitutum eſſe ut civitatem munitam, ac murum æreum ad quid ultra, ut columnam ferream? Robur datum à Deo Prophetæ, optimè exprimitur, cùm ipſe introducitur tanquam civitas munita, & murus æreus; at ut benè exprimatur victoria divinæ gratiæ, apponitur ipſe tanquam columna triumphalis erecta ipſius divinæ gratiæ, in qua trophæa divinæ omnipotentiæ videbantur, ac legebantur; cùm unus homo contra tot Reges, Principes, Sacerdotes, ac tantam populi multitudinem ſtaret, & cùm unus ſolus eſſet, omnium tamen debellator, ac victor glorioſus extitit. D. Nazianz. orat. 2. quæ eſt de laudibus D. Baſilii, dum crudeliſſimi tyranni Maximum perſecutionem meminit, ait *Hunc Maximinum athletarum quidem noſtrorum multi ſuperarunt, & ad mortem uſque decertantes, & penè uſque ad mortem: hactenus videlicet relicti, ut victoriæ ſuæ ſuperſtites, ne cum ipſis certaminibus abſcederent; ſed altis virtutis aliæ, vivi martyres, ſpirantes columnæ.* Devicta pugna cum tormentis, igne, gladiis, cum fame, ac frigore, relinquebantur Chriſti athletæ, ut altis alitæ eſſent, & ſpirantes columnæ, trophæa divinæ gratiæ indicentes.

Martyres ſunt tanquã erectæ colũnæ indicantes Dei gratiã.

D Nazianz.

252. Cum Deo loquitur David tam in ſua perſona in Abſalonis perſecutione, quàm ſub ejus typo quilibet juſtus. Pſalm. 4. num. 4. *Cum invocarem, exaudivit me Deus juſtitiæ meæ, in tribulatione dilataſti mihi*; extendiſti, ampliaſti me in tribulatione. Et ſtatim, verſ. canit; *ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui* juxta Aquilam, Symmachum, ac hebraizantes, ac Tertullian. Legendum eſt elevatum, erectum ac impreſſum eſt ſignum, ſeu vexillum *vultus tui*, tuæ cognitionis, ac fidei ſuper nos. Quid eſt, quòd dum ſe dicit dilatatum, ac extenſum in tribulatione, tunc de ſe teſtatur, quòd ſignum, ac vexillum divinæ gratiæ, ac fidei in eo ſit erectum, ac infixum, ut ſignum regis in regali moneta impreſſum, ut ait D. Paulin. citand. cùm juſti fides tanta conſtantia, ac fortitudine enituit inter dira tormenta laborum, ac perſecutionum, undique ſævientium, tunc ipſe ut vexillum victoriale divinæ gratiæ, & fidei apparuit in omnium oculis indicans illius magnifica trophæa, ut ſignum victoriæ in moneta regis exaratum. D. Paulin. Epiſt. 4. *Quando Deus juſtos per examina paſſionum in hujus mundi fornace conflatos invenit (ut ſcriptum eſt) dignos ſe, & in ſacram imaginis ſuæ percuſſit monetam, imprimens cordibus, & linguis eorum veritatis ſuæ verbum, ut ſalutis titulo præmuniti à fronte caneremus*: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. *Quid illuſtrius in præſenti dici potuit*

Pſal. 4.

Aquila Symmach. Tertul.

Juſti vexillum, & ſignũ impreſſum divinæ gratiæ.

D. Paulin.

253. Ad hæc alludens Martyr Eulalia, dum ejus corpus ferreis aratur ungulis, ſic canit apud Aurelium Prudentium in Periſtephanon.

Prudentius

Et latus ungula virgineum
Pulſat utrinque, & ad oſſa ſecat.
Eulalia numerante notas,
Scriberis ecce mihi Domine,
Quàm juvent hos apices legere
Qui tua Chriſti trophæa notant:
Nomen, & ipſa ſacrum loquitur
Purpura, ſanguinis eliciti.

Quod ſatis elegantiſſimè eſt dictum, dum virgunculæ exarabant corpus æneis ungulis, ipſa tanquam immobilis ſtabat columna, cui quot vulnera fiebant, tot apices, tot litteræ, ac tot tituli inſcribebantur, in quibus apertiſſimè poterat legi trophæum, virtus, ac nomen Chriſti.

Quot vulnera, tot litteræ, in quibus virtus Chriſti legebantur.

Quæstio XXXI.

Quare iſte vincens triplici nomine condecorandus promittitur?

255. IN limine hujus quæſtionis ponderanda ſunt verba textus, *Qui vicerit faciam eum columnam, & ſcribam ſuper eum.* Præpondera, quòd non ait, ſcribam in eo, ſed *ſuper eum.* Quia non ſat eſt, quod nomen Chriſtiani quis habeat inſculptum in corde, & animo, ſed neceſſe eſt, ut illud gerat tanquam in fronte fixum, oſtendens ſuis operibus, ac virtutibus ſe eſſe Chriſtianum, dum ſuis actionibus correſpondet tali, ac tanto nomini, quo inſignitur, ac ſe Chriſti diſcipulum fatetur. Philipp. Abbas lib. de conti. Cleric cap. 116. *Quia non ſufficit,* ait, *ut nomen Dei, vel nomen Chriſti, quis in corde memoriter amplectatur niſi & foris Sacramentis Dei ſalutaribus imbuatur, non dicit Chriſtus, ponam in eo nomen, ſed ſcribam ſuper eum: ut ſcilicet ex titulo, qui ſuperſcribitur liminari cæteris omnibus innoteſcas, cujus illud debeat habitaculum indicari. Quaſi enim in fronte fidei geſtare titulum perhibetur, qui Chriſtianam Religionem manifeſtis indiciis profitetur.*

Philip.

Chriſtianus non ſolum nomine ſed virtutibus profiteatur ſe Chriſti diſcipulum

255. Quæſtio tamen principaliter inquirit, quare Chriſtus ait in præſenti, quò ſuper victorem *ſcribam nomen Dei mei: & nomen civitatis Dei mei novæ Ieruſalem. & nomen meum novum. Ubi ſuper victorem tria nomina dicit ſcribenda, nempe Dei ſui, civitatis novæ Ieruſalem, & nomen ſuum novum*, Ad explicandas magnas laudes, victorias, ac trophæa militum Chriſti non unum nomen ſufficit, ſed multa, & valde magna neceſſaria ſunt. Ad quod reſpiciens Chriſtus D. ait ſuis diſcipulis, *Gaudete, quòd nomina veſtra ſcripta ſint in Cælis*, Luc. 10. n. 20. Cum ſingulis diſtributivè loquitur Chriſtus, & tamen unicuique dicit, quod nomina habeant in Cœlo ſcripta; nonne ſufficiebat unicuique dicere, quod ſuum nomen erat exaratum in Cœlo quid ait, nomina; ad denotandum, quòd tantæ gloriæ magnitudo non uno nomine, ſed multis & novis explicanda erant. Rupertus in Exod lib. 4. cap. 39. *Multa ſunt nomina noſtra de quibus Dominus nos agnoſcit: hinc eſt, quòd peculiariter dicit, in hoc gaudete, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in Cœlo.*

Luc. 10.

Beatorum gloria non uno nomine, ſed multis explicanda eſt

Rupert.

256. D. Ambroſ. Maximè tamen ad quæſtionem reſpondet primò D. Ambroſ. ſcribam nomen Dei mei, & nomen civitatis Dei; hoc nomen eſt eſſe æternum, ſive participem æternitatis, & æternæ viſionis Dei. quam ſignificat Ieruſalem: ſed hoc apte non reſpondet metaphoræ columnæ, nec ſignificat illud particulare, quod hîc promittitur.

257. Andr. Cæſ. Secundò. Andræas Cæſarienſ. ait, quòd nomen civitatis novæ Ieruſalem denotat eſſe in ſocietate Angelorum, & Beatorum qui vocantur Jeruſalem cœleſtis: at hoc ſicut, & illud prius, commune eſt omnibus, qui ad gloriam admittuntur, ſive puſilli, ſive magni ſint.

158. Rupertus. Galat. 3. Rupertus ſic ait. Nomen Dei eſt nomen Patris; nomen Jeruſalem eſt nomen Matris, de qua ait Apoſtolus Galat. 4. num. 26. *Quæ ſurſum eſt Ieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater noſtra*, quaſi diceret, quòd qui voluntati Dei obſequens victor fuerit mundi carnis, & diaboli, hunc inſigni, ac illuſtri titulo Patris, & Matris honorabo, quaſi eſſet pater meus, & mater mea, juxta illud Chriſti D. *Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in Cœlis eſt, ipſe meus pater, & ſoror, & mater eſt*, Matth. 12. n. 50. Poſt larga verba ſic concludit Rupertus, *Scribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen civitatis novæ Ieruſalem, idem eſt, ac ſi diceret, ille Pater meus dicitur, & erit & hoc nomen æternum hæreditabit.* Vitiorum victor ſic ſublimatur, ut non ſolùm Filius Dei ſit, ſed etiam ſic honoratus, ut pater & mater ipſius dicatur; ſed interpretatio eſt valde moralis, & de hoc hîc non agitur.

Vitiorum victor ſit ſublimatur, ut non ſolum Dei filius ſit, ſed ut pater, & mater ipſius dicatur.

Matth. 12.

Quartò, Ioachimus Abbas, *Scribam ſuper eum nomen Dei mei*, id eſt, Patris mei; faciam, ait, ut à ſuis vocetur pater quomodo Religioſi ſuos Rectores, vocant Abbates, Et Laïci Sacerdotes vocant Papas, id eſt Patres, ut ſint inſtar Abrahæ cui dictum eſt: Patrem mulierum gentium conſtitui te. Sic S. Antonius, Hilarion, & Benedictus, nomen habent (Abbas) id eſt Pater. Pari modo faciam, ut vocetur mater inſtar Pauli, qui ait Galat 4. n. 19 *Filioli mei quos iterum parturio.* Sed hæc non ſunt apta textui, nec literali interpretationi. 256. Joach.

Gala 4.

Sextò, & maximè ad literam. *Scribam ſuper eum nomen Dei mei, ac civitatis novæ Jeruſalem, nomenque meum novum.* Id eſt, faciam eum columnam, in quo omnes legant, & videant, qui non ſunt cæci errore, ac hæreſi, ipſum ſe habere tanquam juſtum, ac Filium Dei, bonum, fidelemque miniſtrum Eccleſiæ Catholicæ, veræque fidei, ac ſanæ doctrinæ, ipſumque in omnibus ſe exhibere ut verum Catholicum, ac Chriſtianum, Chriſtique egregium aſſeclam, ac imitatorem: ſi verò ad Eccleſiam triumphantem referas, tunc eſt ſenſus, faciam ut omnibus ſit conſpicuum, quòd ipſe tanquam cœleſtis civis in Cœlum eſt admiſſus, in Cœlumque admittentur omnes, qui ejus mores, ac doctrinam ſervaverint, & ſic ipſe totus erit ad gloriam, ac honorem Dei, in quo optimè fit alluſio ad columnas, quas Principes erigebant, in quibus ſua nomina excudebant, ad eorum decorem, & ornamentum. 260.

Vera & genuina interpretatio.

Gregorius Ferrarius, hîc per civitatem novam Jeruſalem interpretatur nomen ſacratiſſimæ Virginis Mariæ; eſt enim ipſa Virgo Maria civitas nova, quia in eam nihil de peccati lege manavit, nihil de veteri carnis concupiſcentia tranſivit in eam, & ei optimè convenit metaphora civitatis novæ Quoniam in prima matre Eva poſita ſunt fundamenta Babylonis veteris, & ruinoſæ civitatis: At in Maria poſita ſunt fundamenta Jeruſalem novæ, & verè fuit Jeruſalem, quæ pacem ſignificat, ob veram pacem, quam coram Deo reperit. Unde de ſe ipſa ait Cant. 8. n. 10. *Ego murus, & ubera mea, ſicut turris, ex quo facta ſum coram eo, quaſi pacem reperiens.* 261.

Cant. 8.

Ulterius additur, *quæ de Cœlo deſcendit*, quia tota gratiæ dignitudo, quæ eſt in Maria à ſummo Cœlo eſt, à qua totum ſuum habet valorem, & pretium. Prov. 31. n. 10 dicitur, *Mulierem fortem quis inveniet; Procul & de ultimis finibus* 262.

Prov. 3.

nibus pretium ejus. Mulier hæc fortis,ut multorum eſt ſententia,eſt ſacratiſſima Virgo Maria, quia immaculata glorioſè extitit victrix, ac triumphatrix de omni dæmo is aſtutia, ac machinatione:tamen ſubditur : *procul, & de ultimis finibus pretium ejus* ; nempe à Cælo Empyreo, cujus tota majeſtas in eam deſcendit. D. Bernard.homil.2 ſuper Miſſus,*Procul de ultimis finibus,pretium ejus, non vile, non parvum, non mediocre, non de terra,ſed de Cœlo, nec de Cœlo proximo terris,pretium fortis hujus mulieris,ſed à ſummo Cœlo egreſſio ejus.*

In Maria cœleſtis donorum origo. D. Bernard.

163. Virgo Maria tanquam cœleſte manna de Cœlo deſcendit,ut multa gratiarum largitas in omnes deflueret, cœleſtique populo ex utero ejus efformato reficerentur. D.Ambr. in Pſ.21. *Ipſam Mariam, dixerim, quia eſt ſubtilis, & ſplendida,ſuavis & virgo, quæ velut cœlitus veniens, cunctis Eccleſiarum populis,cibum dulciorem melle defluxit.*

Maria veluti cœleſte manna populos reficiens. D. Ambr.

264. *Qui vicerit,ego*,ait, Chriſtus Dominus, *faciam eum columnam in templo, ſcribamque ſuper eum nomen Dei mei ac Jeruſalem novæ* : ſcilicet Virginis Mariæ;ut ſcilicet ipſe juſtus, ac Sanctus vincens mundum,ſit & agnoſcatur ab omnibus,ut Filius adoptivus ei, ac Virginis Mariæ ; ſic, & agnoſcatur ab omnibus ut verus ſervus, ac fidelis miniſter Dei, & Virginis Mariæ ; & hoc pro magno præmio aſſignatur, pro magnaque gloria conceditur,quod quis ſit ſervus Dei, ac Virginis Mariæ, & nullus ſanè major ſplendor excogitari valet.

Magnus honor, quod quis ſit ſervus Dei, & Virginis Mariæ.

265. Eximio cultu, ac magno veſtium apparatu, multarumque gemmarum, ac auri pretioſitate induebatur antiquus Pontifex, & inter cætera mandatur, Exod.28.num.36 *Facies laminam de auro puriſſimo, in qua ſculpes opere cælatoris Sanctum Domino.* Quod in thiara Pontificali ſuper caput ligabatur ; ſuper pectus portabat Sacerdos Rationale ibid.n.15 In quo præter duodecim illas gemmas, aliam ſingularem Rationali concedit D. Anſelmus, fortè adamantes ut putavit Anaſtaſius, Nicenus q 38.in Sacram Scripturam quæ ſacratiſſimam Virginem Mariam obumbrabat. Afferam D Anſelmi carmina in Pſalt.Virg.p 3. ubi pro concluſione ſalutationis,B.Mariam gemmam ſingularem Rationalis his verſibus decantat.

Exod. 28. Nicen. D. Anſelm.

Ave gemma ſingularis,
Habens ſcripta myſteria
In æterni Pontificis
Rationali poſita.
Ave ſola Virginitas,
Cujus Deus fœcunditas ;
Noſtrum ſuperhumerale
Divina fit ex virtute.

Iuxta ergo D. Anſelm in capite geſtabat Pontifex nomen Dei ſcriptum, & in pectore nomen Virginis Mariæ ; pro quo audiendus eſt Arnold. Carnoten. tract. ultimo de verbis Domini in Cruce, *Hæc thiara*, ait,*quæ caput tegit, & ornat Pontificis, totamque ejus pulchritudinem coronat, & protegit,omnes ſenſus capitis Deo indicat conſecratos.* In ſuo eximio cultu, ac ornatu feret Pontifex nomen Dei in capite,& nomen Virginis Mariæ in pectore, ut ſe totum ſecundùm omnes ſuos ſenſus, cogitationes, ac affectus Deo,ac Virginis Mariæ, obſequio conſecratum indicaret,& nulla major dignitas,nulluſque totius ornamenti illuſtrior ſplendor, quàm quòd quis agnoſcatur, ut ſervus Dei, ac ejus ſanctiſſimæ matris Mariæ.

Summus ſplendor, quod quis ſit ſervus Dei, ac virginis Mariæ. Arnold. Carnoten

Benedicens Iſaac filium ſuum Eſaü ait illi ; *Fratri tuo ſervies*,Geneſ.27 n.40.Servitus valde dura,& graviſſima homini, præcipuè Eſau, quòd cùm eſſet primogenitus, & major natu Iacob,quomodo ergo pro benedictione,ac ſingulari dono ei datur, quòd fratri ſuo ſerviat? S.Amadæus ſerm.2.de Annunt. *Fratri tuo ſervies Iacob*,ait,*de cujus ſemine egredietur virga Ieſſe,& flos de radice ejus.* Cùm ergo in ſemine Iacob contineretur ſacratiſſima Virgo Maria, in ipſoque repræſentaretur, Parens intimè diligens filium chariſſimo ſuo pignori nullam majorem benedictionem impendere poterat, quàm quòd ſervus illius fieret,in cujus virtute Virgo Maria apparet ; in eoque Virginis imago repræſentabatur. 266.

Quæstio XXXII.

Quare Chriſtus hîc quater repetit nomen Dei, & ſemper Deum ſuum dicens?

Sæpe Chriſtus hîc repetit nomen Dei, addens pronomen meum : *In templo Dei mei.* Et iterum, *ſcribam nomen Dei mei.* Sæpè Chriſtus qua homo patrem appellat Deum ſuum ; quod non ſolùm ſpectat ad ſummam reverentiam Divinæ Majeſtatis, & ardentiſſimum amorem erga Deum ſed etiam ad gratificationem,ac gratiarum actionem ob tantam beneficentiam, tum ſibi, qua homo ; tum fidelibus ſuis per eum collatam, ſpectatque etiam ad profundam Chriſti humilitatem, ſecundùm quam prædicat vile, & abjectum humanitatis, quâ minor eſt Patre,& abſcondit & tacet ſuam Divinitatem, quâ æqualis eſt Patri, & filius ejus naturalis. Ioachimus Abbas. *Ipſe cùm in forma Dei eſſet*, ait, *non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens, ut eſſet in aliquo modo minor Patre, aut dici quomodolibet potuiſſet : nos autem elationis faſtu ſuper noſmetipſos indeſinenter extendimus.* Abjecta noſtra abſcondentes, & quid decoris in nobis eſt, manifeſtantes. 267.

Chriſtus de ſe humilia prædicat, decora abſcondit. Ioachim.

Quæſtio tamen principaliter inquirit, cur Chriſtus quater hîc repetit nomen Dei mei, *In templo Dei mei*,Secundò,*Scribam ſuper eum nomen Dei mei.* Tertiò,*Et nomen civitatis Dei mei.*Quartò, *Quæ deſcendit de Cœlo à Deo meo?* 268.

Difficultas quæſtionis.

Reſpondeo ad quæſtionem, quòd quaterna illa repetitio nominis Dei indicat cum unitate eſſentiæ Trinitatem Perſonarum,quam hîc voluiſſe innuere credibile eſt.Nam illud nomen Dei, *In templo Dei mei*,inſinuat perſonam Patris, cui proprium eſt principium aliarum Perſonarum, quas veluti in ſinu ſuo continet. Ioan.1.num.18.*Unigenitus,qui eſt in ſinu Patris.* Secundò, *Nomen Dei mei* inſinuat perſonam Verbi cujus proprietas eſt Patrem manifeſtare: *Manifeſtavi nomen tuum hominibus*,Ioan.17.n.6. 269.

Innuitur Trinitas perſonarum, & unitas eſſentiæ. Ioan. 1. Ioan. 7.

Civita

Civitatis Dei mei, inſinuat Perſonam Spiritus ſancti, cujus eſt per gratiam adunare fideles in una Eccleſia. Ad Epheſ. 4. n. 3. *Servare unitatem ſpiritus in vinculo pacis*, Quartò *deſcendit de Cœlo à Deo meo*, denotat unitatem Deitatis, & unum Deum; quia ad opera ad extra ſe habent Divinæ Perſonæ per modum unius, & ut unus Deus ea operatur. Geneſ. 1. n. 1. *In principio creavit Deus*; ex Hebræo, *Elohim*, id eſt Dii; quomodo Moyſes contra leges Grammaticæ conjunxit numerum pluralem cum ſingulari? ut ſtatim in exordio denotaretur Trinitas Perſonarum, cum unitate eſſentiæ, quæ eſt unicum principium actionum ad extra.

Epheſ. 4.

Gen. 1.

Sub Trinitatis figura omne bonum impenditur.

270. Voluit ergo Chriſtus D. hic denotare myſterium Trinitatis, ut præclariſſimum auſpicium, ac prænoſcitium illius, qui vincit, & fit columna in templo Dei, quòd multis magnis donis replendus eſſet; in lamina aurea ligata ſuper thiaram erat ſculptum *opere cælatoris*, *Sanctum Domino* Exod. 28. n. 26. quod à Græcis intelligitur nomen Sanctum tetragrammaton; ab Hebræis nomen *Iodhovah*, quod quatuor litteris erat ſcriptum, ut notat Philo Hebræus lib. 3. de vita Moyſis, & D. Hieron Epiſt. 128 ad Fabiolam, & lib 2. in Ezechiel. cap. 6. dicens, *Lamina eſt aurea, in qua ſcriptum eſt nomen Dei Hebraicis quatuor literis*; quæ literæ, ut tradunt D. Iſidor. in Allegoriis, Eſthius in Biblia magna ad citatum c. 28. Exod obumbrabant ſanctiſſimum Trinitatis Myſterium *Iod*. Patrem deſignat tanquam principium reliquarum Perſonarum; *He* Filium denotat per quem cœpit eſſe omnis creatura: Tertia *Vau*, quæ Hebræis eſt conjunctio copulativa, & ſignificat Spiritum ſanctum, qui eſt amor, & nexus Patris, & Filii, ab utroque procedentem. Quartò autem loco repetita litera *He*, ſignificat eſſentiam divinam, quæ in omnibus tribus divinis Perſonis una, & eadem indiviſibilis, ac numerica eſt; & hac lamina, ac hoc ſanctiſſimo nomine, ſuo Pontificali cultu, & apparatu induebatur Pontifex, quando Sanctuarium ingrediebatur, ut à Deo pro populo gratiam, & miſericordiam deprecaretur, ſed ad quid tunc portat Trinitatis umbram? ut potiſſimum ſui nempe ornamentum, & ut feliciſſimum auſpicium omnis gratiæ, & miſericordiæ obtinendæ, quæ ſub tanto Triadis nomine demonſtrabatur.

Exod. 28.

Philo.

D. Hieron.

D. Iſidor.

Euſthius

Sum umbra Trinitatis auſpicium totius felicitatis.

271. Ad hominis creationem, tanquam ineuntes conſilium, tres Divinæ Perſonæ dixerunt, *faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, Geneſ. 1. n. 26. & ſtatim ſubditur, in textu n. 27. *Et creavit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam: ad imaginem Dei creavit illum.* Tertullian. lib. de Reſurrect. cap. 5. acutè ſtilum Scripturæ ponderavit. Cur Deus interrogat de hominis creatione, voci operationem apponit, & hanc operationem trina repetitione declarat, *Faciamus*, ait primò ſacer Text. deinde *creavit Deus hominem*. Tandem tertiò *ad imaginem Dei creavit illum*. Cur ergo Deus, qui ſolo verbo cuncta lucem, firmamentum ſolem, lunam, ſtellas, & cætera, creavit, qui & ſolo verbo hominem ex nihilo poterat extrahere, voci actionem, & manum linguæ ſuperaddidit? Et cur ter repetit ſacer Textus verbum actionem indicans, *faciamus*, *creavit*, cum in aliarum rerum productione, ſemel tantum dixit, *fiat*, vel *creavit*? Creabatur homo ad magnam felicitatem, ut non ſolùm in hoc ſæculo univerſi gauderet imperio, ſed ut etiam in futuro æternitatis ſedes haberet. Et ad tantam felicitatem deſtinari non poterat, niſi ſub auſpicio ſanctiſſimæ Trinitatis, & ideò in ejus opificio trina fit repetitio operationis ad indicandam perſonarum Trinitatem. Cùm homo tanquam Dominus in tanto rerum apice crearetur. Tertull. citatus. *Meritò igitur*, ait, *ut formula, juſſu, & imperio, & ſola vocabuli poteſtate, univerſa proceſſerant. Contra homo, ut Dominus eorum; in hoc ab ipſo Deo ſtructus eſt, ut Dominus eſſe poſſet, dum ſit a Domino.* Tertull.

Gen. 1.

Trinitatis umbra magnam felicitatem indicat.

EPISTOLA SEPTIMA.

Apoc. 3. n. 14. Et Angelo Loadiceæ Eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit, amen, teſtis fidelis, & verus, qui eſt principium creaturæ Dei.

VERSIONES.

Syrus. Et Angelo illi Eccleſiæ, quæ Loadicea eſt, ſcribe hæc dicit ille amen, ille teſtis, ille fidelis, ille verus, illud principium creaturæ Dei.

Arabicus. Hoc eſt, quod dicit veritas teſtis meus fidelis, principium fidei Dei.

Ribeir. ex Gr. Qui eſt principatus creaturæ Dei.

Pagnin. Angelo Loadicenorum.

EXPOSITIO X.

Et *Angelo*, ſeu Epiſcopo Laodiceæ Eccleſiæ, quem multi volunt fuiſſe ſanctum Segarem, *Hæc dicit Amen.* 272.
Et non eſt adverbium, ut volunt Primaſius, & Ambroſius, ſed eſt nomen, ſive Epithetum Dei. Iſai 65. n. 16. vocatur *Deus Amen*, id eſt verus; ac proinde, *Hæc dicit Amen*, id eſt, hæc dicit ille ſtabilis, verus, conſtans, & fidelis; ſeu ipſa ſtabilitas, veritas, & fidelitas. In omnibus Chriſtus hic vocatur *Amen*, non tantùm qua Deus cujus Epithetum eſt *Amen*, id eſt verus, & ipſa veritas, ſed etiam quà homo verax fuit, & fidelis in ſua doctrina, in ſuo teſtimonio, quod veritate perhibuit, in ſuiſque etiam promiſſis, in omnibus fuit ſumma veritas.

Primaſ.

D. Ambr.

Iſai. 65.

Teſtis fidelis, & verus. Hæc eſt ratio, cur ipſe dicitur, & vocatur *Amen*; hoc eſt verus, ſeu veritas; quia ipſe eſt teſtis fidelis & verus, teſtis, inquam, fidelis Dei Patris rerumque divinarum, actuumque humanorum, qui de ſe ipſo teſtatur. *Ego ſum via, veritas, & vita.* Joan. 14. n. 6. 273.

Joan. 14.

Quid eſt principium creaturæ Dei, ſcilicet Chriſtus, qui eſt cauſa efficiens, exemplaris, ac meritoria rerum creatarum (à quo ſcilicet, princi 274.

principium ducunt omnes res creatæ, & maximè, quæ ſunt reparatæ, ſcilicet homines, qui per mortem, & ſanguinem ejus ſunt redempti, ac æternæ felicitatis conſortes, & hæredes. Ubi nos habemus *principium*, legit principatum
Græc
Coloſſ. 1.
Græcus & eſt ſenſus; qui principatum tenet in omnes creaturas; juxta illud Pauli ad Coloſſ. 1. n. 15. *Primogenitus omnis creaturæ*, id eſt, omni creaturâ major, ac ſuperior, in omnemque creaturam primatum habens.

QUÆSTIO XXXIII.

Quænam eſſet hæc civitas Laodicea, & quiſnam ejus Epiſcopus?

275.
Lexicon.

Lexicon Biblicum duas commemorat Laodiceas unam in Syria ad montem Libanum; alteram in Aſia ad Lycium fluvium; de hac Laodicea Aſiæ eſt ſermo in præſenti; de ea
Plinius.
ſic ſcribit Plin. lib. 5. c. 29. *Celeberrima eſt urbs Laodicea: Impoſita eſt Lycio flumini, latera alluentibus Aſopo, & Capſo; appellata eſt primum Dioſpolis, deinde Rhoas.* Condita dicitur fuiſſe ab Antiocho filio Stratonis, & in gratiam uxoris ſuæ Laodices ſic appellata. Hæc urbs valde vicina Coloſſis Nam S. Paul. ſcribens ad Coloſ. 4. n. 16. ait, *Cum lecta fuerit apud vos Epiſtola hæc facite, ut & in Laodicenſium Eccleſia legatur; & eam, quæ Laodicenſium eſt, vos legatis.*

276.
Interpretatio Laodiceæ.

Laodicea, ut vult Rupertus hic, *interpretatur tribus amabilis Domino, qui fuerunt in vomitu.* In quo videtur magna repugnantia, nam quod ab aliquo amatur, nequaquam evomitur, ſed amorosè conſervatur, & retinetur. Quomodo ergo eadem civitas ſeu potius idem Epiſcopus hujus civitatis, & Deo amabilis, evomitus dicitur? Et valde congruè quidem; quia
Deo amabilis ex virtute; vomitus eſt ipſi ex arrogantia.
qui priùs Deo ex virtute amabilis fuerat, de bonis tamen operibus arrogans factus, dignus fuit, quòd Deus eum evomeret. Rupertus,
Rupertus.
Laodicea, ait, *interpretatur tribus amabilis Domino, videlicet propter bona opera, quæ feceret cum illo interpretatur etiam qui fuerunt in vomitu. Hæc quoque interpretatio congruit illi, pro eo quod gloriabatur ſibi in eorum operum divitiis, ut meritò diceretur illi incipiam te evomere ex ore meo.*

277.
Ex radice Græca aliqui dicunt, quòd Laodicea idem ſit, ac *populorum judicium*, veluti judex, ac princeps populorum, quibus jus diceret, ac leges ferret, nam hæc civitas erat valde
Alia interpretatio nominis.
magna frequentia populorum, multis divitiis, & auro repleta; ideo verſu 17. Epiſcopus divitem ſe jactat, & nullius indigentem, Unde ma-
Cùm multiplicatur ſæcularis poteſtas, non multiplicatur virtus.
ximè à vero aberravit, quamvis tumeret ſæculari faſtu, nam miſera, & miſerabilis erat, nuda, & pauper virtutibus, licèt opibus, auro, & multitudine populorum abundaret; eique convenit illud Propheticum Iſai 9. n. 3. *Multiplicaſti*
Iſai 9.
gentem, ſed non magnificaſti lætitiam. Quamvis enim maximè eſſet multiplicata gentium multitudo cum tot, ac tanta populorum varietate, non tamen manifeſtaſti, ſeu ut vertunt Ferrarius, Sanchez, *auxiſti*, lætitiam in viris Apoſtolicis; cùm magna gentium multitudo fidem neglexerit, & in perditionem, ac ruinam abiret.

Quis autem eſſet hic Epiſcopus, dubium eſt. 478.
Quis Epiſcopus.
Euſeb.
Aureolus exiſtimat fuiſſe ſanctum Segarem Epiſcopum Laodiceæ, de cujus Martyrio Euſebius lib. 5. Hiſtoriæ cap. 24. *Quid attinet dicere,* ait, *de Segare Epiſcopo, & Martyre, qui Laodiceæ obdormivit.* Dicitur Martyrio paſſum fuiſſe
Baron.
ſub anno Domini 172. quo anno Baronius teſtatur ſub Servilio Paulo proconſule Aſiæ pro deſtruenda, ac prodiganda magna quæſtione de Sabbato ſuborta adversùs Chriſtiana dogmata Martyrium pertuliſſe.

Lyranus tamen Alcazar, & Pereius tenent 279.
Lyran.
Alcazar.
Pereir.
Segaris non erat Epiſcopus iſte.
non fuiſſe Segarem hunc Epiſcopum; quis enim dicat, quodque ita tepuerit, & miſer, pauper, cæcus, & miſerabilis fuerit vir ſanctiſſimus, eximiæque probitatis; aut cur dabimus, initia tam turpia fini tam glorioſo, niſi quis velit dicere hunc Epiſcopum initio talem, fuiſſe, ſed monitum à Chriſto in fine vitæ reſipuiſſe, ſed ad hoc aſſerendum non eſt fundamentū.

Veriſimile ergo eſt Segarem non eſſe, cui 280.
ſcribit Dominus, nec Laodiceæ ſediſſe hoc tempore Nam Apocalypſis ſcripta eſt à Joanne circa annum Chriſti 97. ut dixi q. 5. procemiali. n. 30. Segaris autem Martyrio coronatus eſt anno Domini 172. & tunc neceſſe eſt
Confirmatur ex tempore.
fateri in Epiſcopatu vixiſſe 75. annis, quod multum temporis eſt ſpatium; quia in primitivá Eccleſia non creabantur Epiſcopi niſi valde ſenes, & longævæ ætatis. Obſcurum ergo manet, quis fuerit tam tepidus Paſtor, & moribus tam obſcuris.

Ait Salomon Proverb. 10. n. 7. *Nomen impio-* 281.
Prov. 10.
Peccatores ſine nomine.
rum putreſcet; ſeu ut Chaldæus legit, *extinguetur*. Nam ut notat D. Bernard. ſerm. 17. in Cantica, ex putredine naſcitur corruptio, ex corruptione totius rei perditio, ac conſumptio. De
D. Bernard.
Chald.
Gen. 6.
peſſimis hominibus loquens Moyſes. Geneſ. 6. n. 11. ait, *Corrupta eſt terra coram Domino.* Cur non dicit; corrupti ſunt homines, ſed ſub nomine terræ eos intelligit, quia depravatio morum ſic corrumpit nomen, ut non ſolùm faciat perdere nomen perſonale, ſed etiam nomen naturæ, D. Chryſoſtom. homil. 24. *Quia pecca-*
D. Chryſ.
tum facit, ait, *ut homines ſuo nomine vocari non ſint digni.*

Deinde iſte Epiſcopus erat valde deſes, ut 282.
Puſillanimes, & inepti ad regimen ſine nomine.
nec eſſet frigidus, nec calidus, & ideo indignus nomine. Tres filii Saülis propriis ſuis nominibus referuntur in Scriptura, ſic dicitur 1. Reg. 14. n. 49. *Fuerunt autem filii Saül, Jonathas, &*
1. Reg. 14.
Jeſui, & Melchiſua. Ubi non ſolùm filii, ſed etiam filiæ, ac duces ſuis propriis nominibus ſcribuntur; Isboſeth tamen cùm eſſet filius Saülis, ſilentio tegitur, & minimè exprimitur. Cui difficultati reſpondet Lyranus, *Non nomi-*
Lyran.
natur Isboſeth propter defectum magnanimitatis, quia fuit puſillanimis, & ineptius ad prælium. Atque idem habet 1. Reg. 31. n. 2 ubi iterum alii
1. Reg 31.
filii Saülis nominantur, & ſolus Isboſeth præteritur, & minimè exprimitur: ubi ſic ait Ly-
Lyranus.
ranus *quia non erat multùm aptus ad regnum.* Si ineptus ad regimen temporale non nominatur, quantò magis ineptus ad ſpirituale, ac Eccleſiaſticum ſine nomine præteritur.

Quæstio XXXIV.

Quare poſt Epiſtolam Philadelphiæ ſcribitur ad Epiſcopum Laodiceæ hoc exordio? Hæc dicit Amen.

283. POſt commendatum Epiſcopum Philadelphiæ de ſua humilitate, quia exiſtimabat ſe modicam habere virtutem, poſt ejus laudatam conſtantiam in confeſſione nominis Domini, poſt ejus patientiam in multis laboribus illuſtrem, ſtatim adjungitur Epiſcopus Laodiceæ, qui multis defectibus laborabat; quomodo hi tam diverſis moribus connectuntur? quæ enim conventio Chriſti ad Belial? Ideo uterque ita immediatè unitur, ut ſanctitas unius juxta pravitatem alterius magis eluceſcat, & appareat. D.Bernard Senenſ. *Commendata humilitate*, ait, *& diſciplina Epiſcopi Philadelphiæ: hic reprehenditur tepiditas, & præſumptio Epiſcopi Laodiceæ, ut ex comparatione illius, appareat turpitudo alterius; oppoſita enim juxta ſe poſita magis illuceſcunt.*

Ex malitiâ unius virtus alterius magis elucet. D.Bern.

284. Hæc Epiſtola ad Laodicenſem habet pro exordio; *Hæc dicit Amen.* Circa hanc vocem *Amen* multa jam notavi variis in locis præcipuè tom 2. in Evang cap. 7. q. 11. In præſenti vox *Amen*, ut jam dixi in Expoſitione, non eſt adverbium, ut aliqui volunt ſed eſt, nomen, & proprium Chriſt D. Hæc dictio *Amen*, ſeu ille, qui eſt *Amen*, id eſt, ſtabilis verus & conſtans, ac fidelis in omnibus, ſeu ipſa ſtabilitas, veritas ac fidelitas, eodemque modo Deus vocatur *Amen* Iſai. 65. n. 16. *Qui benedictus eſt ſuper terram, benedicatur in Deo Amen.* Septuaginta *in Deo vero*; Hebraicus *in Deo veritatis*. Pergit Iſaias citato loco, *Qui jurat in terra, jurabit in Deo Amen*, id eſt, in Deo vero. Similiter Iſai. 25. n. 10. *Cogitatione Dei fideles Amen* id eſt, cogitationes, quæ ſunt Dei veriſſimæ, ac firmiſſimæ, ſeu ſunt ipſa veritas, ac firmitas: quod dicitur de Chriſto, tam prout Deus eſt, quàm prout homo.

Vox hæc Amen expenditur.

Iſai. 65. Septuag. Hebraic.

Iſai. 25.

285. *Veritas etiam in voce conſtans, ac invariabilis.*

Nota, quod quamvis Scriptura ex Hebræo, ac Græco tranſlata ſit, tamen vox *Amen*, quæ Dei veritatem ſignificat, ſemper in ſuo primævo idiomate permanſit, quia tam firma conſtans, ac invariabilis eſt Dei veritas, ut etiam in voce ipſam ſignificante reperiatur firmitas, conſtantia, ac invariabilitas.

Quæstio XXXV.

Quare Chriſtus in hac Epiſtola ad Epiſcopum Laodicenſem ſe vocat Amen, teſtem fidelem, & verum; non verò in aliis Epiſtolis ad alios Epiſcopos?

286. QUæſtio tamen nota eſt, cur Chriſtus in hac Epiſtola ſe vocat. *Amen, teſtem fidelem, & verum*, & non in aliis Epiſtolis ad alios Epiſcopos Primò dicunt aliqui, quia hic Epiſcopus dubitabat de Chriſti promiſſis, ideoque in teporem inciderat, quem hîc redarguit Chriſtus, cumque ad fervorem multis promiſſis excitat, ideoque ante omnia ei proponit ſuam veritatem, ac fidelitatem; tamen incertum eſt, quòd hic Epiſcopus dubitaverit de Chriſti promiſſis.

Ferrarius ait, quòd hoc dicitur in hac ultima Epiſtola, tanquam ultima forma, & clauſula omnium Epiſtolarum, & quòd Chriſtus in omnibus loquitur ut verus, & teſtis fidelis; ſed hoc non evacuat difficultatem, quia in proœmio uniuſcujuſque Epiſtolæ Chriſtus aliquid peculiare dicit ad quemlibet Epiſcopum; ergo etiam ad hunc Epiſcopum Laodicenſem. 287.

Tertiò, Alcazar, & Cornelius dicunt, quòd promittit Chriſtus aſſeverationem ſuæ fidelitatis, & veritatis; quia huic Epiſcopo dicturus eſt quædam, quæ minus veriſimilia videntur, ut, quòd præſtet frigidum eſſe, quàm tepidum: quòd Epiſcopus hic miſer ſit & miſerabilis, tamen tali pœnitenti multùm ingentia promittit, ſcilicet cœnaturum ſe cum eo ipſumque collocaturum in throno ſuo: Etſi hæc ratio ſit probabilis, aliquid tamen illi eſt addendum; ut dicam infrà in hac quæſtione, & modò ad rationes morales. 288. Alcazar. Corn.

Quartò, Richard. Victor. *Quoniam iſte Epiſcopus, ait, à ſemet ipſo juſtitiam, qua vacuus erat, habere exiſtimabat; & ſe divitiis, & locupletatione ſanctitatis apud alios magnificabat; rectè Chriſtus, à quo de his omnibus arguitur, ſcilicet Epiſcopus; fidelis, & verus in principio ſermonis illi praſcribitur, qui non poſſit mentiri, & principium eſſe creaturæ denuntiatur, convenienter ſine quo juſtitia non poſſit haberi, ut dum fidelem, & principium boni increpantem audierit, ad ſemetipſum citiùs rediret.* De torpore arrogantia, ac penuria virtutum arguitur Epiſcopus, & tunc Dominus non ſe dicit judicem ſeverum, ſed Amen, teſtem verum, & fidelem, volens eum ad meliorem frugem reducere ac ad pœnitentiam provocare, non metu judicii, ſed confuſione ſuæ propriæ culpæ, dum ſe audit à teſte vero & fideli, intimè omnia agnoſcenti argui. Vir nobilis magis movetur, ac attrahitur confuſione ac erubeſcentia culpæ, quàm metu cujuſcumque judicii, ac pœnæ. 289. Richard.

Erubeſcentia propriæ culpæ magis movet animum; quam judicii timor.

Quintò, Richardus citatus, *Hæc dicit fidelis, & verus, ait, qui in eo quòd verè fidelis eſt nulla celanda celat: & in eo quòd eſt verus, falſa non dicenda numquam pronunciat.* Qualis, ac quantus ſit qui loquitur, in ipſo ſermonis exordio declarat, quòd nempe fidelis, & verus, & cur hæc duo Epitheta ſibi appropriat, dum Epiſcopum arguit, quia ut fidelis amicus quæ aperienda ſunt detegit, & nihil adulatione obtegit, & tunc cùm ſic eum admonet, verum, & fidelem ejus amicum ſe declarat. 290. Richard.

Amicus verax, ac fidelis amico neceſſaria detegit.

Sextò, Ioachimus Abbas, *Licèt Pater, ait, ſit ipſa veritas, propterea tamen nomen hoc, veritas, ſpecialiter aſcribitur filio, quia filius Verbum Patris eſt, & verbo probatur eſſe verax iis, qui verbo promittitur, ſiquidem verbum verum eſt, & fidelis promiſſio.* Se dicit Chriſtus *Amen* nominaliter, id eſt veritas, & cur Chriſtus antonomaſticè ſe dicit veritatem; nam cùm veritas ſit perfectio ſimpliciter ſimplex, communis eſt toti Trinitati, & Pater eſſentialiter eſt veritas; & Spiritus 291. Ioachim.

Veritas maximè competit Verbo.

Spiritus ſanctus eſſentialiter eſt veritas ? tamen per approbationem Filio, qui eſt Verbum Dei, competit, ut dicatur veritas; nam tam intrinſeca eſt veritas Verbo, ſive dum loquitur, ſive dum promittit, quod antonomaſticè, & peculiariter Verbo competit, ut ſit, ac dicatur veritas.

291. Rupertus.

Septimò, Rupertus Abbas, *Quò pertinet*, ait, *talis deſcriptio ? cò, videlicet, ut quiſque bonorum ſibi conſcius operum; velut iſte Laodiceæ Angelus, ſciat, & recogitet, quòd non ſibi opus ſit teſtificari ante tempus de ſemetipſo, quod dives ſit, & locupletatus, imo nec ad ſe pertineat hujuſmodi teſtimonium, ſed ad illum, qui & teſtis, & judex omnium eſt conſtitutus, & in tempore ſuo eſt revelandus, illi relinquendum eſſe ſciet bonorum actuum omne teſtimonium, & judicium; & de malis tantùm teſtificetur contra ſe, & accuſet ſe ipſam.* In procemio hujus Epiſtolæ ait Chriſtus de ſe, ſe eſſe *Amen*, ſcilicet, verum, ſeu veritatem, & teſtem fidelem, ac verum; nam hic Epiſcopus inaniter, ac falsò multum de ſe præſumebat, quòd locupletatus, ac dives, nullius egens, cùm revera exiſteret miſer, ac miſerabilis n. 17. Ideo Chriſtus, ut eum diſſuaderet à ſua opinione, ac æſtimatione, quam de ſe faciebat; ei dicens, quòd eſſet miſer, ac miſerabilis, non ſolùm de ſe affirmat eſſe teſtem fidelem, & verum, ſed etiam *Amen*, ipſam nempe veritatem; tantùm requiritur, ut ipſe valeat deponere opinionem de ſe ſemel conceptam; inde arguens ei proponatur, non ſolùm tanquam teſtis fidelis, & verus, ſed etiam ipſa veritas, ut multipliciter veritas dicatur, ac affirmetur.

Multùm neceſſarium ut homo diſſuadeatur ab opinione, quam de ſe concepit.

293. Rupert.

Octavò, Ad eadem verba Ruperti, *Et illi relinquendum eſſe ſciat bonorum actuum omne teſtimonium.* Hic Epiſcopus ſe jactabat, quòd eſſet dives locupletatus, & nullius egens; & tamen teſtis verus, & fidelis de eo aſſeverat, quòd ſit miſer, miſerabilis, pauper, & cæcus: ut inde deprehendatur, quàm fallax ſit humanum judicium in cauſa propria; & ideò nullus de ſuis bonis operibus proferat teſtimonium, ſed hoc tantùm relinquat divino judicio, & ſolùm ſui ſit accuſator, ſuos defectus agnoſcens. *Et illi relinquendum eſſe ſciat bonorum actuum omne teſtimonium, & judicium, & de malis tantùm teſtificetur contra ſe, & accuſet ſe ipſum.*

De ſuis bonis operibus non homo, ſed Chriſtus referat teſtimonium.

294. Alb. Magn.

Nonò. Albert. Magnus, *Multis*, ait, *erat reprehenſibilis hic Epiſcopus, debeat reprehendi ab Angelo, qui gerebat perſonam Chriſti, qui eſt veritas, & ideo non arguit eum niſi de veris* Cùm Chriſtus accedit ad increpandum Epiſcopum Laodiceæ, hæc Epitheta ſibi aſſumit; hæc dicit *Amen*, id eſt veritas, *teſtis fidelis & verus.* Et cur non nominatur ſicut in cæteris Epiſtolis ad alios Epiſcopos? *Hæc dicit, qui habet ſeptem ſtellas*, vel *qui habet ſeptem Spiritus*, vel *qui habet romphæam ex utraque parte acutam*, ſed potiùs ſic inſcribitur; hæc dicit *Amen, teſtis fidelis, & verus*? Cur talia nomina hîc potiùs ſibi aſſumit, quàm in aliis Epiſtolis? Arguendus erat hic Epiſcopus de mendacio, quod cùm eſſet pauper, miſer, & miſerabilis, ſe jactabat divitem, locupletem, ac nullius indigentem. Ecce cur ille, qui eum arguiturus erat, dicitur, *Amen* ſcilicet veritas, *& teſtis & verus.* Ut cunctis eſſet apertum quòd ille, qui alios reprehenſurus eſt, omninò immunis ſit ab eo, de quo alios increpat? ſi de mendacio alios arguit, ita ſit verax, ut ſi fieri poſſit, ipſamet veritas dicatur, & ita ſit alienus à mendacio, ut multis nominibus explicetur, ut dicatur veritas, fidelis, verus.

Qui de mendacio arguit, valde verus exiſtat, & dicatur.

Decimò, & genuinè ad literam, in hac Epiſtola tantùm hoc ſumit ſibi Epithetum Chriſtus D. *Amen*, ſeu veritas, *teſtis fidelis, verus*, & non in aliis ad alios Epiſcopos, nam in aliis ſic Epiſcopos arguebat, ut eorum aliquas commendationes apponeret, quibus illorum animos demulcebat; Ad increpationem Epheſino antequam objiceret, *tuam primam charitatem reliquiſti*, cap. 2. n. 4. ei ait. *Scio laborem tuum, patientiam tuam, & quia non potes ſuſtinere malos.* Pergami Epiſcopo antequam dicat. *habes tenentes doctrinam Balaam*: cum maximè extollit: *Tenes nomen meum, & non negaſti fidem meam.* Et ſic in reliquis. At in hac Epiſtola ad Laodiceæ Epiſcopum, nil laudis illius dicitur, ſed tota plena eſt, dura, & aſpera redargutione, quòd ipſe *miſer, miſerabilis, pauper, ac nudus ſit*: & ut ipſe tam acerrimam ſui reprehenſionem, ac increpationem libenter auſcultaret, ac audiret, convenientiſſimum fuit, ut in arguente magnum demonſtraretur geminatis vocibus veritatis argumentum, ut diceretur *Amen*, ſeu veritas verus, & fidelis. 295.

Qui aliorum crimina arguit, maximè neceſſe eſt, ut verus comprobetur.

Poſtquam legati Judæorum audierunt à Ioanne, quòd nec erat Meſſias, nec Elias, nec Propheta, ab eo quærunt quiſnam eſſet; quibus ipſe ait, *Ego vox clamantis in deſerto; dirigite viam Domini, ſicut dicit Iſaïas Propheta*, Ioan 1. n 23. Nonne ſat erat, quòd Ioannes de ſe diceret, quòd erat vox, ut ei fides adhiberetur, cùm ejus ſanctitas clara eſſet cum tanta vitæ auſteritate, ad quid ultra adducit teſtimonium Iſai. 40. n. 3. Ad hoc ut Ioanni daretur fides nonne ſat erat ejus teſtimonium, ad quid ultra vaticinium Iſaiæ? Ioannes datus eſt à Deo Doctor, & prædicator, ut omnem populum argueret; nam principes, & magnates genimina viperarum appellabat, Matth. 3. n 7. Publicanos, ne ultra quærerent, quàm id quod erat eis conſtitutum, Luc. 3. n. 13. Milites ne alicui inferrent calumniam, & rapinam, Ibid n. 14. Regem verò Herodem arguebat, ut dimitteret fratris ſui uxorem, Marc. 6 n. 19. & qui tam ſeverè aliorum crimina increpabat, ac objurgabat maximè ejus auctoritas fuit declaranda, multoque teſtimonio ejus veritas comprobanda, ne quis reprehenſione exaſperatus de ejus veritate dubitaret, vel contra eam aliquid dicere auderet. Albert. Magn: ſicut dicit Iſaias, *Propheta*, ait, *ecce confirmatio reſponſionis, ne pateretur calumniam ab inſidiatoribus.* 296.

Ioan. 1. Iſai. 40. Matth. 3. Luc. 3. Marc. 6.

Qui aliorum crimina arguit difficulter creditur.

Alb. Magn.

Mandat Deus Iſaiæ, ut aſſumat ſibi librum grandem, & ſcribat in eo ſtylo hominis; & ad hanc Scripturam ait ipſe Propheta cap. 8. n. 2. *Adhibui mihi teſtes fideles, Vriam Sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ.* Et finis totius Scripturæ ad hoc tenebat. *Pro eo, quod abjecit populus iſte aquas Siloe, quæ vadunt cum ſilentio, & aſſumpſit magis Raſin, & filium Romeliæ: propter hoc ecce Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes, & multas, Regem Aſſyriorum, &c.* Ibid. n. 6. & 7. Qui populus reliquit aquas Siloë quæ defluebant è radicibus montis Sion, id eſt quia populus reliquit Dei legem, & tranſivit ad idola Raſin, ut multi explicant, ideò Dominus adducet ſuper eos Aſſyrios in magnam devaſtationem, vel ut interpretantur N. D. Cyrill. D. Baſil. Euſeb. l. 7. Demonſtr. cap. 2. 297.

D. Cyr. D. Baſil. Euſeb.

quia

quia populus reliquit Chriſtum D.qui eſt fons
aquæ ſalientis in vitam æternam,& invocavit
Raſin, id eſt Cæſarem,ideò Dominus adducet
ſuper eos Titum,& Veſpaſianum Romanos ad
perditionem & ad hæc pronuntianda Prophe-
ta convocat teſtes;majora & excellentia ipſe
nobis propoſuit ſine teſtibus,quòd nempe, vi-
diſſet Dominum in ſolio excelſo, & Seraphim
ſtabant ſuper illud clamantes.*Sanctus,Sanctus,*
Iſai. 6. *Sanctus*, Iſa .c.6 n.5. Per quod communiter
intelligitur myſterium Trinitatis, Virginis par-
tum teſtificatur. *Ecce virgo concipiet*, cap 7.
Iſai. 7. num. 14. Mortem & Paſſionem Chriſti vati-
cinatur; & noſtram redemptionem, per eum
Iſai. 53. *cujus livore ſanati ſumus*, c.53 n.6.Et tamen
tot & tanta ſine teſtibus pronuntiat, at modò,
quando peccata populi narrat,eorumque ſup-
plicia prædicat, teſtes adducit,adeo difficulter
movetur homo, ut ſua maleficia credat, &
agnoſcat pœnas, quas pro eis meretur,ut exi-
mius propheta,qui ad tam alta myſteria pro-
ponenda, ſufficiens extitit Prædicator;nunc ad
arguenda populi peccata fideles teſtes adhi-
bet ne quis de ejus veritate aliquantulum du-
bitet, ut ait D.Thom.*Teſtes fideles, nam in ore*
D. Thom. *duorum, vel trium ſtat omne verbum*,ut dicitur
Deut. 19.

QUÆSTIO XXXVI.

Quare in exordio hujus Epiſtolæ in perſona Chriſti dicitur huic Epiſcopo, quòd ipſe ſit principium creaturæ Dei

298. IN exordio hujus Epiſtolæ hoc Epithetum,
ut ultimum præfigitur, in quo Chriſtus de
ſe teſtatur,quòd ipſe ſit principium omnis crea-
turæ Dei,quòd ſcilicet, ipſe ſit cauſa efficiens,
& exemplaris rerum creatarum quod debet
intelligi de Chriſto qua Deus, & qua homo
eſt. Qua Deus eſt principium efficiens, &
exemplare creaturarum omnium,dicente Ioan.
Joan. 1. 1. *Omnia per ipſum facta ſunt.* Et etiam qua
homo principium efficiens morale novi homi-
nis, & novæ creaturæ quæ reparata,& redem-
pta eſt per ſuam mortem.

299. Et notanter dicitur *principium creaturæ Dei.*
Nunquid eſt aliqua creatura, quæ non ſit à
Deo auctore? minimè.Cur ergo dicitur *creatu-
ra Dei?* quia valde frequenter in Scriptura no-
mine creaturæ intelligitur homo, qui eſt om-
nis creatura, & quia hîc non intelligitur ho-
mo; qualis eſt natura ſua creatus vel poſt lap-
ſum,ſed qualis eſt renovatus per gratiam Chri-
ſti, ideò dicitur nova creatura,novus homo,&
creatura Dei, ut hic nempe Dei gratia repara-
ta.2.Cor 5. n. 17. *Si quæ ergo in Chriſto nova*
2. Cor. 5. *creatura,vetera tranſierunt,ecce facta ſunt omnia*
nova. Gelat 6. n. 15. *In Chriſto enim Jeſu neque*
Galat. 6. *circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed*
nova creatura. Itaetiam non accipitur creatura
Dei, & Chriſtus dicitur principium creaturæ
Dei, ut ſpecialis factura ejus,creata in gratia
Epheſ. 2. per ejus ſanguinem, ad Epheſ.2.n. 10.*Ipſius*
enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in bo-
Iſai. 9. *nis operibus*, & in hoc ſenſu dicitur ab Iſaia.9.
n.6.*Pater futuri ſæculi.* Fideles enim per Ba-
ptiſmum, & Pœnitentiam renovantur,ac rege-

nerantur in novam Dei creaturam,ac in novum Rupertus.
ſæculum. Ita Rupertus, Ribeira, Alcazar, Ribeira. Alcazar.
Cornelius, & alii. 300.

Qui etiam addunt alludi hîc ad illud,quod Apoc. 1.
dicitur Apoc.1. *Principium,& finis.* Omittitur
verò hic finis, quia hic Epiſcopus non erat
aſſecutus finem, ſeu perfectionem novæ crea-
turæ, ut ipſe putabat, & vix initium talis per-
fectionis ad ſuum teporem obtinebat. Ubi nos
habemus *principium* Græcè legitur,*principatus*; Græc.
quia Chriſtus in omnes creaturas retinet prin-
cipatum.

Quæſtio tamen principaliter inquirit,quare 301.
Chriſtus in exordio hujus Epiſtolæ de ſe teſta-
tur quòd ſit *Principium creaturæ Dei?*ad quod
rectè reſpondet Richard.*Hæc dicit*, ait *qui eſt* Richard.
principium creaturæ Dei ſine quo,ſicut non potes
habere originem exiſtentiæ;ſic non potes ſine ipſo,
habere nec initium juſtitiæ: quia ergo eſt bonum
*ab ipſo fieri,quod non es ſimpliciter depoſce.*Idem Rupert.
ſimiliter habet Rupert. *Iſte Epiſcopus Laodi-* *Non ex no-*
cenſis multum de ſuis viribus confidebat, ex qui- *bis, ſed ex*
bus ſe exiſtimabat divitem, locupletem, cùm *Deo venit*
eſſet miſer & miſerabilis,& inde Chriſtus dictu- *juſtitia in*
rus erat illi,ſuadeo tibi emere à me aurum igni- *nobis.*
tum, & probatum, ut locuples fias. Ut diſcat
ergo in Chriſto ſperare; & ad eum confugere,
ut fiat nova Dei creatura; ideò illi teſtatur,
quod ipſe ſit principium creaturæ Dei, quod
idem eſt, ac ſi illi diceret ſe eſſe authorem to-
tius ſanctitatis, ac reparationis noſtræ, ac
novitatis in gratia.

Notandum tamen, quod in exordio Epiſtolæ 302.
dicitur: *Hæc dicit Amen teſtis verus,& fidelis,*
principium creaturæ Dei ſeu *principatus creatu-* *Principem*
*ræ Dei.*Sæpe diximus *Amen.* ſignificare verita- *maximà decet veritas.*
tem. Cur ergo priùs eſt ſermo de veritate,quàm
de principatu? quia in principe debet præſup-
poni veritas, tanquam fundamentum ſuæ dig-
nitati: ecce cur hæc duo immediatè conjun-
guntur verus, & principium creaturæ Dei,
quia inſeparabiliter uniri debent veritas, &
principium,id eſt Princeps aliis dominans om-
nino debet eſſe veridicus;ut nihil aliud habeat
in corde,niſi ipſam veritatem.

In ipſo præclariſſimo ornatu Pontificis Aaro- 303.
nis mandavit Deus Moyſi,*Pones autem in ratio-*
nali judicii doctrinam,& veritatem, quæ erunt in Exod. 28.
pectore Aaron, Exod.28.n. 3. Chal.legit ulti- Chald.
ma verba,*quæ erunt ſuper cor Aaron.* Cur potiùs
tamen in indumento Summi Sacerdotis præci-
pitur veritatem deſcribi,quàm in aliorum infe-
riorum Sacerdotum veſtibus:Nonne veritatem
dicere decet omnes; Ita quidem,ſed præcipue
hoc ſpectat ad Antiſtitem, & Principem. Ma-
mert. ſic extollit Julianum in Grat.actis.*Mira* *Veritas propria Principis.*
eſt in Principe noſtro mentis,linguæque concordia,
non modò humilis,& parvi animi.ſed ſervile vi- Mamert.
tium ſcit eſſe mendacium. Et notà,quod Sacer-
dos non in quacumque ſui corporis parte fert
veritatem, ſed tantùm in pectore, ac corde in-
ſculptam habet, quia omnia ab eo debent in
vero, ac ſincero animo procedere;Cardinalis
Hugo in c. 2. Epiſtol.ad Rom. ad illa verba Hugo.
habentem formam ſcientiæ, veritatis. *Ra-*
tionale judicii ait, *ſignificat auctoritatem, ſive* *Veritas à*
officium docendi, debet enim habere doctrinam, *Principe re-*
& veritatem vitæ.& hoc in pectore,& non tan- *tineatur in*
tum in labiis doctrinam,nec tantùm in ſuperficie *corde.*
veritatem.

304. Docet nos ſapiens, Proverb. 20. n.28. *Miſericordia, & veritas cuſtodiunt Regem.* Ex quo ſapienter admonet Conſtantinum imperatorem D. Athanaſ. in Apol. ad ipſum, ut excluſo omni mendacio ſemper veritatem ſecum habeat ſociam in omni caſu, ac conſilio ſuo. *Ita rem examina*, ait, *quaſi veritas tibi in conſilio adſit, quæ Regum, & in primis Chriſtianorum tutela eſt: cum ea nos regnum adminiſtrare tutiſſimum eſt, cum dicat Scriptura; Miſericordia, & veritas Regis cuſtodia eſt.* Inſeparabilis Regum cuſtodia veritas eſt, q æ regnum firmat, & Regem ab omni adverſitate cuſtodit.

Prov. 20. — *D. Athanaſ.* — *Veritas Regum ſocia*

305. Hac vetitate ſe proteg bat, & muniebatur David ab omni laqueo, machinatione, ac verbo aſpero ſuorum i imicorum; ita enim aiebat Pſalm 90 n.5. *Quoniam ipſe liberavit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero; ſcapulis ſuis abumbrabit tibi, & ſub pennis ejus ſperabis, ſcuto circumdabit te veritas ejus.* Non dicit, quòd veritas ſit veluti galea, vel thorax ſed ut ſcutum, nam illa unam partem corporis cuſtodiunt, at ſcutum totum protegit, totiuſque corporis armatura eſt. D. Bernard, ſerm. 5. in illum Pſalm. *Quia undique*, ait, *circumdatus es tentationibus, ſcuto circundabit te veritas ejus: ut quemadmodum undique bella, undique ſint præſidia.*

Pſal 90. — *Veritas ſcutum, quod regem cuſtodit.*

306. Ait ipſe David Pſalm. 23 n.9. *Tollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales.* Duo hic portarum genera exprimuntur; unarum quæ tolli prorſus jubentur; aliarum, quæ ſolùm dicuntur elevari. Et cur non portæ, quæ tolluntur, ſed tantùm quæ elevantur, dicuntur portæ æternales? *Et elevamini portæ æternales*, Unde hæc differentia inter has portas? Portæ, quæ tolli jubentur, erant Principes tenebrarum, per quas intravit error & mendacium, cum quibus neceſſe erat, ut veniret perditio, ac deſolatio; & ideò tales portæ tollendæ, ac expellendæ erant; at verò portæ æternales quæ elevantur, erant per quas veritas eſt ingreſſa, quæ omnia æternat, & ſtare facit. D. Ambroſ. in Epiſt. ad Epheſ. c.3. *Dicitur ergo his principibus, qui in errore ſunt in cœleſtibus, ſive miniſtris ejus in terra, ut auferant portas Principis ſui, id eſt diaboli, de mentibus ſuis, per quas multorum Deorum aſſerendorum error intravit, ſunt enim temporales, quia omnis fallacia tempore clauditur, iter enim impiorum peribit, ut autem æternas portas elevent, hortante juſtitia admonentur, quia veritas in ſempiterna ſæcula perſeverat.*

Pſalm. 23. — *Veritas Regum firmitas.* — *D Ambroſ*

Mendacii portæ omninò tollantur, ac excludantur à Principibus; veritatis verò portæ permaneant, & perſeverent, & ſolùm aperiantur ad ingreſſum Regis veritatis.

Apoc. 3. *n.* 15. Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: utinam frigidus eſſes, aut calidus:

Num. 16. Sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo.

VERSIONES.

Vatabl. Tygur. n. 15. Novi opera tua, quia neque frigidus es, neque fervidus, utinam frigidus eſſes, aut fervidus.

Arab. primò. Utinam eſſes aqua frigida, aut eſſes aqua calida, quia tu es ſic aqua tepida, & non es aqua calida, & non es aqua frigida.

Arabic. Secundò Melius tibi foret fervidum fore, aut frigidum.

D. Auguſt. Nec frigidus, nec fervens.

Syrus. n. 16. Evomiturus ſum te.

Arias. Futurus ſum evomere te.

Tygur. Itaque quoniam tepidus es; nec fervidus, evomam te.

Arabic. Paratus ſum evomere te.

EXPOSITIO XI.

307. *SCIO opera tua*; non ſcientia approbationis, ſed reprobationis potiùs *Quia neque frigidus es, neque calidus.* Variè hæc exponuntur, ut patebit ex dictis quæſt. 37. maximè tamen ad textus circumſtantiam, videtur per calidum verè bonum; per frigidum manifeſtè malum denotari; per tepidum, hypocritam, qui cùm ſit ſimpliciter malus ſibi, & aliis bonus videatur, & Sanctus, hic habet aliquid caloris in ſpecie & apparentia, frigus verò peccati in corde, & in hoc majori ex parte denotatur ſuperbia, & talis deterior eſt, quàm ſi in manifeſta peccata eſſet prolapſus Dicitur in textu: *Dicis, quia dives es, & nullius eges, & neſcis quia pauper, & cæcus es.* Et iſte tepidus deterior eſt, quàm frigidus; quia ſimulata ſanctitas, duplex eſt iniquitas, *Utinam frigidus eſſes, aut calidus*: hoc dicit, non quia eſſe frigidum ſit optabile, ſed quia potiùs optandum, quàm eſſe tepidum, id eſt, minus deteſtandum, minuſque malum eſſet.

Simulata ſanctitas duplex iniquitas.

Incipiam te evomere ex ore meo, Perſeverat in figurato ſermone, & fit alluſio ad aquam tepidam, quæ hauſta vomitum provocat. Quod confirmatur ex verſu Arabic *Quia tu es ſic aqua tepida*; ac proinde hic Epiſcopus eſt ſicut aqua tepida in ſtomacho ad vomitum provocans. 380.

QUÆSTIO XXXVII.

Quare Dominus optat hunc Epiſcopum potiùs frigidum, quàm tepidum; & quid utriuſque nomine frigidi ac calidi ſignificetur?

309. DIxit Dominus de hoc Epiſcopo Laodicenſi, quòd nec frigidus, nec calidus eſſet, & quòd utinam eſſet potiùs frigidus, quàm tepidus; ideò explicandum eſt, quinam ſint calidi, frigidi, ac tepidi: in quo tot ſunt capita, quot ſententiæ; ſummatim principaliores referam.

310. Richard. Beda. Aretas. D. Ambroſ. Salvian.

Primò. Richardus, Beda, Aretas, Ambroſius in Pſal. 108. & Salvian. lib. 4. de Provid. per calidum intelligunt Chriſtianum igne bonorum operum ferventem; per frigidum, Paganum, aut infidelem ſine fidei calore; per tepidum verò, Chriſtianum nomine, non operibus, ſeu Chriſtianum turpiter in peccato viventem: & ait Deus: *Utinam frigidus, aut calidus eſſes*, id eſt, in fide ardens operibus, aut frigidus ignorantiæ tenebris, tunc enim ad majorem pœnam eſſes addictus, nam ſervus ſciens voluntatem Domini ſui, & non faciens vapulabit plagis pluribus. Sic ait Salvian. citat, *Non probant quòd confitentur, & impugnant profeſſionem ſuam moribus ſuis; magis enim damnabilis eſt malitia, quàm titulus bonitatis accuſat.* Et hæc ſententia eſt probabilis placet Menochio, & eum tenui tom 5. in Evang. lib. 8. c. 5. q. 9. n. 64.

Maximè punitur, qui fide, & non operibus, Chriſtianus eſt.

311. Victor.

Secundò, Victor. cenſet frigidos eſſe hæreticos, calidos, Catholicos, tepidos politicos, qui pro ſuis commodis omnium facies induunt; modò hæreticos, modò Catholicos ſe ſimulant, ſic ait Victor *Inquit ad illos neque frigidos, neque ferventes eſſe, id eſt, neque incredulos, nec fideles: ad omnes omnia ſunt.* Expende temporalis animi notam, *ad omnes enim omnia ſunt*, videlicet omnium facies habent & vultum, ſive ſacrilegi, ſive Religioſi, aut pii hominis aut impii: videbis hos cum uno flere, cum altero gaudere, & ideò qui tam varius; & inconſtans eſt, maximè Deo abominabilis eſt.

Color temporalis omnibus, omnia, & inde Deo abominabilis eſt.

312. Primaſ. Ticon. Andr. Cæſ. D. Auguſt.

Tertiò Primaſius, Ticonius, Andræas Cæſarienſis, & D. Auguſt. citandus: frigidi ſunt, inquiunt, pauperes, qui nullas habent opes, quas pauperibus tribuant; calidi verò, qui habent, & tribuunt; tepidi verò, qui bona habent, & non tribuunt: Hi enim, nec habent frigus paupertatis, ut egeni; nec fervorem charitatis, ut divites eleemoſynarii, ſed tanquam tepidi torpeſcunt manus contractas habentes, ne divitiis ſuis utantur. D. Aug. hom. 3. in Apocal. *Poteſt*, ait, *& divitum, ſterilium perſona accipit, qui habent facultates, & non inde faciunt miſericordias. Pauperes non ſunt, qui habent facultates: divites non ſunt, qui ex divitiis non operantur.* Et tunc ait ei Dominus: *Utinam frigidus eſſes.* Melius erat ei egeſtatis frigore premi, quàm divitias habere, & pauperibus non communicare.

D. Auguſt. *Si pauperibus bona non tribuis, melius erat illis carere.*

313. D. Ambroſ. Salvian. D. Bernard. D. Greg. Thom. Ang. Origen.

Quartò. D. Ambr. in Pſal. 118. Salvian. lib. 4. de Providentia. D. Bern. ſerm. 3. de Aſcenſ. qui inſcribitur de intellectu, & affectu; & D. Greg. 3. p. Paſtorali c. 35 Thom. Angl. & Origenes hom. 1. in Pſal. 38. interpretantur de eo, qui ex ſola fide, aut ſcientia ſua ſperat ſalutem, & non conſummat ea, quæ benè inchoavit. Nam calidus, qui benè incepit, & rectè perfecit; frigidus, qui nec inchoavit, nec conſummavit; tepidus verò, qui incœpit, & non perfecit; melius erat ei eſſe frigidum, quàm ab inceptis deſiſtere, & non perficere. citat. D. Greg. *Qui bona incipiunt, ait, nec ea perficiunt, debent perpendere, quod tolerabilius potius eſſet, ſemitam rectam illam non arripere, quàm arreptam poſt tergum redire.*

Melius eſt non incipere, quam incœpta non perficere.

314. Haymo. Ansbert.

Quintò, Haymo, Ansbert. D. Laur. Juſtin. de interiori conflictu c. 6 per frigidos, intelligunt ſæculares, per calidos probos Religioſos; per tepidos autem interpretantur Monachos qui habitum quidem habent, ſed animum & ſæculares mores retinent, & talis tepidus deterior eſt ſæculari. D. Laurent. citat. *Relaxant oris ſui cuſtodiam, morum deſerunt gravitatem, mentem incultam pernicioſa otioſitate relinquunt, virtutum habitus, & perfectionis culmen obtinere ſe poſſe diffidunt, ſat eſſe arbitrantur, ſi perſeverent in clauſtro, ſi delicta priora non repetant, ſi aliena non rapiant, ſi in aperto opere mortaliter non delinquant. Quamobrem orationem negligunt, abhorrent pugnam, fugiunt ſanctitatem; Interdum ii prioribus deteriores ſunt. De talibus Dominus in Apocalypſi loquitur dicens: utinam eſſes frigidus, aut calidus.*

Malus Religioſus ſæculari deterior D. Laur. Juſt.

315. Joach.

Sextò, Joachimus: calidus eſt, ait, qui lætus, & alacer gaudet in Domino per miſericordiam ejus, frigidus verò, qui triſtatur in ſe pro peccatis; tepidus verò, qui nec triſtis eſt per pœnitentiam, nec lætus ad obſequium Dei. Sic & D. Bernard. ſerm. 3. de Aſſumpt. B. Mariæ. calidi, ait, ſunt, qui, charitate fervent ad opera bona: frigidi ſunt fragiles, & peccatores, ſed triſtes, & humiles, & pœnitentes. Sive calidi ſunt quos amor Dei excitat, & movet; frigidi, quos timor pœnarum à peccatis coërcet; tepidi verò, qui neutrum horum habent, qui nec amant, nec timent Deum: calidum amor Dei facit ferventem, frigidum timor pœnarum continet in officio, ad utrumque obtorpeſcit tepidus, inde pejor eſt.

D. Bernard. *Tepidus ſine timore, ac amore agit.*

316. Septimò, graves recentiores, ut Menoch & alii inquiunt, quòd frigidus dicitur, qui Spiritus ſancti gratia & illuminatione plane deſtitutus eſt; fervidus, qui ſpiritu fervet, ſicut ait Paul. Rom. 12. n. 11. *Spiritu ferventes.* Tepidus autem dicitur, qui Spiritus ſancti quidem gratiam habet, ſed rerum ſæcularium cura, & ſtudio illam ſinit emori, & extingui. Unde Apoſt. ait 1. Theſſ. 5. n. 19. *Spiritum nolite extinguere.* Hic enim ſæcularium rerum cura extinguitur.

Rom 12. Theſſ. 5. *Sæcularis cura extinguit ſpiritus*

317. Ferar.

Octavò, Ferrar. hæc dicta vult Eccleſiis, ideo ſubditur in his Epiſtolis, *Qui habet aures audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis*, & tunc ipſe exiſtimat, frigidum illam ſignificare frigore perſecutionum contuſam, atque confractam, calidum verò ſignificare eandem Eccleſiam à perſecutionibus tyrannorum liberam, charitate dilatatam, & in aperto divino cultu, ac in actione bonorum operum ferventem, tepidum verò ſignificare eandem delicianetem ſibi placentem; deſidem, parùm divina, & quæ virtutis ſunt curantem. Quòd latiùs ipſe proſequitur. Hæc tamen ſententia multam vim infert textui. Deinde in unaquaque ex aliis Epiſtolis perſonas Epiſcopi, in ſe ipſa, ad quem Epiſtola deſtinatur, admonetur, ſic etiam hic agitur cum Epiſcopo Laodi-

Hæc ad Eccleſias interpretatur dicta.

Laodiceæ ſi. Illud verò, quod additur in unaqua-
que Epiſtola *quòd Spiritus dicat Eccleſiis* inde
eſt, quia ea, quæ dicuntur Epiſcopo documen-
ta ſunt ad oves in ejus Eccleſia.

318. Nono, Rupertus, per calidum juſtos; per frigidum peccatores; per tepidum autem ſuperbos, ac elatos interpretatur, qui ſpeciem aliquam perfectionis oſtendentes, frigidiſſimis peccatoribus pejores ſunt, & difficiliùs convertuntur. Sic ait Rupert. *Hoc exempli gratia congruè ſuperbæ virginis dici poteſt, utinam frigida, aut calida eſſes, id eſt, utinam corrupta eſſes corpore, aut cum virginitate corporis, oleum quoque charitatis haberes: levioris enim culpæ eſſes, corruptam eſſe corpore, & proinde humiliari, quàm integram corpore eſſe, & pro conſcientiæ integritate inflari* Unde S. Aug. ſerm. 53. de verbis Domini: *Audeo*, ait, *dicere; ſuperbis continentibus expedit cadere*; & idem aſſerit. l. 14. de civit. c. 13. *ut inde humilientur.*

A bert. *Superbus ſua elatione pejor eſt frigido peccatore.*

D. Auguſt.

319. Decimo, maximè genuinè, ac congruè ad literam, ut dixi in expoſitione; damnatur hîc hypocriſis hujus Epiſcopi; nam apertè colligitur ex litera, quod ipſe hoc vitio laborabat; nam ad eum ait Dominus: *Dicis, dives ſum, & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis, quia tu es miſer, & miſerabilis, pauper, & cæcus.* Se maximè divitem, locupletem virtutibus jactabat, & ille omnibus erat deſtitutus, quod eſt proprium hypocritæ, & ideo Dominus ad eum ſubdit, *ſuadeo tibi emere à me aurum ignitum, & probatum*, virtutem nempe firmam & ſolidam. Cùm ergo hæc ita ſint, intelligentia frigidi ac tepidi ex ipſo textu deſumenda eſt. Calidus eſt ille, qui habet fervorem virtutis, ac charitatis; frigidus qui frigore juſtitiæ premitur; tepidus hypocrita, qui habet aliquid caloris, & frigoris; caloris in apparentia externa, frigoris vero intus in corde; & in hac ſententia eſt Rupertus proximè citatus; quia iſte elatus, & ſuperbus hypocrita, cùm de ſe multùm præſumat pejor eſt frigido peccatore, & difficiliùs convertitur, & ad ſalutem venit; & D. Gregor. lib. 34. moral. c. 2. Cælius. Pannonius. *Profectò*, ait, *quamvis Deo omnia ſint poſſibilia; tamen facilius ad veritatem convertitur, qui omnino frigidus, id eſt, incredulus eſt quàm qui ſemel pro veritate mendacium admiſit. Nam quis difficilius hypocritis convertitur.* Propter quod ſubdit, *utinam frigidus eſſes, aut calidus; ac ſi diceret, bonum tibi eſſet, quod eſſes calidus, id eſt, verè fidelis, fidem habens per charitatem; aut frigidus, id eſt, prorſus incredulus: Tam enim paratior ſors veniendi ad veritatem, quàm ſi vacillans: es enim, & non es, deceptus proprii ſenſus impoſtricibus perſuaſionibus.*

Genuina expoſitio.

Hypocriſis graviſſimum malum ſuper omnia.

Rupert.

D. Greg. Pannon.

320. Undecimo, ac ultimo. Non omittam hic referre, quod multi per tepidum interpretantur languidum, ac deſidem, & cum in manifeſto ſit omnibus, quod in ſe pejus ſit eſſe frigidum, quàm tepidum, &, ad frigus tendere, cur tepor hîc præ frigore damnatur, diciturque huic Epiſcopo, *Utinam frigidus eſſes, aut calidus?* Doctè Thomas Anglicus: *Sermo eſt de frigido, non quantùm ad frigiditatem & culpam, ſed quantùm ad diſpoſitionis majorem facilitatem.* Quia frigidus magis aptus, & diſpoſitus eſt ad emendationem, quàm tepidus, qui ſuo tepore facilè eſt ruiturus in profundum peccati, ac gehennæ; præclarè dixit Caſſian. collat. 4. c. 19. *Frequenter vidimus de frigidis, atque carnalibus, id eſt, de ſæcularibus, ac paganis ad ſpiritualem pervenire fervorem, de tepidis, atque animalibus omnino vidimus.* O grande in deſidiæ tepore periculum, ferè deſperationi valde confine: Præclarè hunc Apocalypſis locum tractans D. Greg Magn. 3. p. Paſtorali admonit. 35. *Utinam*, ait, *frigidus eſſes, aut calidus, ſed quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo. Quoniam, inquit frigus ante teporem ſub ſpe eſt, tepor autem poſt frigus, in deſperatione; id eſt, qui adhuc in peccatis eſt converſionis fiduciam non amittit, qui verò poſt converſionem tepuit, ſimul ſpem, quæ erat, de peccatore ſubtraxit.* Ignavia enim delictorum mater, eſt virtutum noverca, malorum nutrix, bonorum averſatrix, ſpei deſertrix, & deſperationi confinis; per ipſam enim vires animi elumbantur, virtus effœminatur, pietatis ſtudium perit, & via ad omnem turpitudinem aperitur.

Thom. Ang.

Caſſian.

Tepidus, & languidus viam parat ad omne malum.

D. Greg.

Saulus cùm eſſet fervidus in ſuo errore, ſpirans minarum, & cædis in Diſcipulos Domini Act. 9. n. 1. & tunc eſſet vas fictile, tamen converſus ad Dominum, factus eſt vas aureum, Judas cùm factus eſſet languidus & tepidus, fluctuans inter Chriſti mandata, & mundi avaritiam factus eſt vas fictile, & perditionis. D. Chryſ. hom. 6. in Epiſt. 2. ad Timoth. *Vas erat fictile Paulus, ſed evaſit in aureum, vas fuit aureum Judas, ſed in fictile converſus eſt.* Saulus totus frigidus in ſuo errore ad ſummum fervorem charitatis evolavit; Judas vero tepidus, & languidus in Apoſtolatu, ad extremum rigorem gehennalis frigoris devenit. 321.

Act. 9. *Frigidus lucriſit, languidus perit.*

D. Chryſ.

David converſus ad pœnitentiam poſt patratum adulterium, magno lacrymarum imbre erudavit, Pſal. 50. *Miſerere mei Deus.* Et tandem n. 13. ſubdit, *Et Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me* Chald. legit: *Spiritum propheticum ſanctitatis tuæ.* Circa quæ verba notant Patres Græci: *Divini ſpiritus radio illuſtratus: etiam pœnitentiæ tempore vaticinatus eſt, quem ſpiritum, ut ſecum permaneat, deprecatur dicens: Spiritum tuum ſanctum non auferas à me.* Res maximè notanda. David ante peccatum in ſua innocentia Prophetiæ dono ditatus eſt, quo etiam toto anno, quo in peccatis perduravit non eſt viduatus, nunc vero tempore ſuæ pœnitentiæ præcavet & maximè timet, ne hujuſmodi prophetiæ ſpiritu privetur. Davidi juſto conceſſus eſt ſpiritus vaticinandi, & etiam ab ipſo peccatore non eſt ablatus, ſed eum ſecum habet, cur ergo pœnitens timet ab eo privari, & inde poſtulat *Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me?* Cautè ac prudenter David nunc converſus timet ne ſua pœnitentia ſit tepida, ac languida, unde illud, quod de ſe peccatore non timet, de quaſi tepido, & languido præcavet, pigra inertia majora diſcrimina patit, quàm ſæpè frigiditas peccati, & ideo donum, quod à peccati tempeſtate immune extitit, in præſumpta pœnitentiæ tepiditate periclitari timetur. 322.

Pſal. 50.

Chald.

Patr. Græc.

Timetur donum languido exhibitum

QUÆSTIO XXXVIII.

Quare non frigido, ſed tepido minatur Deus, quod ipſum dabit in vomitum?

323. AIt Dominus, *quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo* Metaphora deſumpta eſt à cibis, vel magis ab aqua tepida, quæ magis quam cibus vomitum provocat. Cauſa phyſica ea eſt, ut notat Ribeira, quòd ſtomachus, ut benè retineat, & capiat cibos, claudi debet & conſtringi. Frigida ventriculum mordent, & contrahunt: exaſperant calida, exſiccant, & pungunt, atque idcircò ad utrumque contactum partes ventriculi contrahuntur, ut utraque ſtringant, complectantur, & percoquant. Ad tactum verò tepidorum blandum, & ſuavem ſtomachus laxatur, ſolvitur, flacceſcit, & extenditur; laxatus demittit cibum, atque is demiſſus gravat eum, ut pondus, & afficit moleſtiâ, ac proinde natura in id quod moleſtum est inſurgente, atque expellere laborante, evomitur. Unde medici ad vomitum ſolent dare aquam tepidam.

Ribeira.

Cur tepida ſint ad vomitum.

324. Communis ergo Patrum ac Doctorum ſententia eſt, quòd hîc Domini vomitus ponitur, ut oſtendatur quanta in abominatione Domino ſint tepidi, de quibus dixi ſuperiori q. quàm crudi, ac inſuaves ei cibi ſint, quantaque violentia à ſe repellat, ut rem maxime odibilem ac deteſtabilem; quod enim ex nauſea projicitur maximè in odio habetur, ut habet Caſſianus, Collat. 4. *Noc immeritò, ait, eos Dominus, quos jam viſceribus receperat charitatis, noxiè tepefactos cum quadam convulſione pectoris ſui evomendos eſſe pronunciat; qui cum ſalutarem quodammodo ei potuiſſent præbere ſubſtantiam, evelli ab ejus viſceribus maluerunt; tantò deterius effecti illis, qui nunquam ori Domini illati ſunt cibis; quantò id, quod nauſea compellente projicimus, odibilius deteſtantur.* Præpondera ultima verba.

Tepidi ſunt in multa abominatione erga Dominum.

Caſſian.

325. Circa hunc vomitum explicandum audiendus eſt Alcazar, ſic ait, *Primò aſſero vomitus metaphoram non eſſe referendam ad æternam damnationem. Hæc enim non ſolùm tepidis, ſed omnibus peccatoribus à Deo intentatur: verùm ad id quod eam præcedit, ſcilicet ad derelictionem. Secundò aſſero vomitus metaphorâ repræſentari irrevocabilem Domini deteſtationem. Tertiò aſſero tepidum tunc aptiſſimè dici à Chriſto evomi, cùm induratur in peccato, & quodammodo projicitur extra curam divinæ providentiæ; hujus autem comminationis particula; quæ etiam propter venialem teporem meritò timeri debet, eſt privari iis auxiliis, quæ non conceduntur omnibus juſtis, ſed iis ſolùm, quos Deus majori favore proſequitur. Quartò aſſero per comminationem hanc doceri fideles teporem eſſe ipſiſſimam viam ad obdurationem in peccato.* Hæc ille; in quibus multa dicit vera.

Alcazar.

326. In hoc Domini vomitu quatuor mihi occurrunt explicanda. Primò, ſumma Domini pietas notanda eſt, nam quos aliquando propter tepiditatem ſuam evomit, calidos deinde effectos recipit in ſtomacho; & quis homo, quod ſemel

per vomitum ex ſtomacho rejecit, iterum in illum recipiat? Nullus ſanè; quomodo ergo Chriſtus quos evomit, iterum admittit, & recipit; ut ineffabilis Dei bonitas in recipiendis peccatoribus ad ſuam gratiam cunctis fiat manifeſta, ut notavit Richard à S. Laurent. lib. 2. de laudibus Mariæ, particula ſexta, tit. ſervus Mariæ debet eſſe nudus, ubi ſicut ait: *Mirabilis Dei patientia multoties vomitum reſumit per miſericordiam, cum de cibo evomito nullus hoc facere dignaretur.* Ex quo non approbo id, quod ait Alcazar proximè citatus in ſecundo aſſerto, quòd vomitus dicit irrevocabilem Domini deteſtationem.

Mirabilis Dei pietas in peccatoribus recipiendis.

Richard. à S. Laurent.

327. Secundò, maximè expendenda eſt metaphora verbi vomitus, quo Dominus in hac comminatione utitur; poterat enim dicere, ſecundùm tua delicta te puniam, ac foras ejiciam; cur ergo ait, *Evomam te ex ore meo*? Ut ita Dominus oſtendat ſe invitum ad hunc Antiſtitem puniendum procedere, & eum à ſe, ac gratia ſua repellere; nam ſtomachus non habet ex natura ſua cibum evomere, ſed potiùs ab ipſa natura hoc habet, ut cibum retineat, & conſervet; invitus autem & præter naturam ſuam à cibi tepiditate commotus, & impulſus cibum evomit ac foras projicit, unde medici ad vomitum provocandum aquam tepidam aſſignant, metaphoricè ergo loquens Chriſtus, alludens ad hanc repugnantiam, & ut oſtendat ſe maximè invitum à ſua gratia repellere hunc Epiſcopum Laodicenſem, eumque ſupplicio tradere; cùm ex propria natura habeat omnes ad ſe trahere, eiſque miſereri, ideo vomitus verbo utitur.

Deus invitus procedit ad puniendum & à ſe repellit hominem.

328. Tertiò, vomitus fit ratione medicinæ aliquando, comminatur ergo Dominus huic Præſuli quia non vis pœnitentiam agere tepiditatis tuæ incipiam te vomere. Hæc comminatio ad magnam ſæpè eſt medicinam, eò vel maximè quia multi per hunc vomitum excommunicationem intelligunt, id eſt incipiam te habere tanquam excommunicatum, excommunicatione enim homo à cæteris fidelibus præſcinditur: ſed cur hæc cenſura Eccleſiaſtica per vomitum exprimitur; vomitus aliquando ratione medicinæ, ac ſalutis excitatur, & inde colligimus metaphorâ vomitus uſum fuiſſe, ut denotetur aliquem excommunicatione percuti non vindictæ, ſed medicinæ, ac correctionis gratia, Adeſt Patronus, D. Bernard. Senenſ. *Sicut vomitus, ait, fit cauſa medicinæ, & corporis, ſed invitè quodammodo, & coactè; ſic excommunicatio debet dari non ad vindictam, ſed ad emendam.* Idem habet Albert. Magn.

Excommunicatio non eſt ad vindictam, ſed ad emendationem.

D. Bernard.

Alb. Magn.

329. Qui inde etiam aliam rationem hujus metaphoræ colligit, quia cum ſtomachus ex nauſea ad vomitum provocatur, non levem patitur difficultatem, nec exiguum ſentit dolorem, ecce cur ex ore ſuo vomiturum dicit illum, qui excommunicationis vinculo ligandus eſt, ut ita indicet, quòd ſi prælatus ſuos hac cenſura innodare debet, hoc fiat ab eo cum magna animi anguſtia, ac dolore. Albert. Magn. *Nota*, ait, *quod excommunicatio dicitur vomitus, quia ſicut vomitus fit cum dolore, & difficultate, ſic ſeparatio à conſortio fidelium cum dolore, & difficultate fiat.*

Prælati cum dolore excommunicent, & puniant.

Alb. Magn.

330. Quartò, hæc comminatio, *Incipiam te evomere* in eo cardine vertitur, ut talem ſe Dominus homini exhibeat, qualem erga ſe hominem experi-

experitur. Vomitum enim atque nauſeam ex defectu caloris ſtomachi, ſive ex illius tepiditate provenire planum eſt. Inde ergo grato ac ferventi in divino obſequio. Dominus tanquam ferventem ſtomachum in eo confovendo ſe præbet; & ſic illum in ſe ipſum tanquam optimè conditum, & guſtui opportunum cibum trajicit, & retinet. At cum tepido tepidè, ſeu tanquam habens ſtomachum tepidum, ſe gerit Dominus; ſtomachus tepidus defectu caloris cibum non fovet, nec retinet, ſed in vomitum projicit; cum fervido ferventè ſe habet Dominus ut eum in ſua gratia retineat, & calore ſuorum donorum repleat; cùm tepido tepidè ſe exhibet, ut ſenſim illum à ſua gratia abjiciat, & foras projiciatur.

Qualis tu eris Deo, talis Deus tibi.

331. Præclariſſimi Magi poſtquam Chriſtum natum adoraverunt, *Reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reverſi ſunt*. Matth. 2. n. 12. At verò poſtquam abierunt, cùm magno furore raperetur Herodes adverſus puerum natum, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph dicens, *Surge, accipe puerum, & Mariam matrem ejus, & fuge in Ægyptum*. Matth. 2. n. 13. Ecce Magi, & Joſeph in ſomnis admonentur; Magi non per Angelum ſed per ipſum Dominum immediatè; at Joſeph per Angelum tantùm, ſicut & Abrahamus, Gen 22. n. 11. Jacobus c. 31. n. 11. ac Gedeon Judic. 6. n. 11. At cur Deus alios, & etiam Joſeph in negotio magni ponderis, cuſtodia nempe Verbi divini Incarnati, per Angelum inſtrui Ioſeph. Magos autem per ſe ipſum de itinere in patriam maluit admonere; Valde notum eſt, quod Regum, ac Principum mundialium frequens conſuetudo ſit alios Reges, & Principes non per ſe ipſos, ſed per miniſtros, ac legatos ſalutare; hi tamen feliciſſimi Magi non per nuntios, ſed per ſemetipſos maluerunt Regem Regum ſalutare; inde Deus talem ſe illis exhibens, non per Angelos, nec nuntios, ſed per ſemetipſum admonet, & inſtruit in via D. Hieron. in c. 2. Matth. *Qui munera obtulerunt Domino, conſequenter reſponſum accipiunt, non per Angelum, ſed per ipſum Dominum* Expende illud *conſequenter*, ac ſi optima, & bona conſequentia ſit, quòd Deus ſe talem ibi præbebit, qualem tu erga te præbueris. Vide tom. 5. in Evang lib 7. c. 14. q. 7. n. 49. 50. & 51.

Matth. 2.
Gen. 11.
Jacob. 31.
Judic. 6.
D. Hieron.
Vt homo ſe gerit Deo, ſic Deus homini.

QUÆSTIO XXXIX

Quare Dominus in hac comminatione non ait, Evomam te ex ſtomacho, vel viſceribus, ſed incipiam evomere te ex ore meo?

332. TRia in hac quæſtione quæro; primò ad quid tendat hæc comminatio. Secundò, cur non ait ex viſceribus, ſed ore? Tertiò, cur non ait, evomam illum, ſed incipiam evomere; Pro majori hujus rei explicatione nota cum Ticonio, D. Greg Magn. 3. p. Paſtoralis curæ, admon. 35 tepidum duplicem eſſe, unum, qui à frigore tendit in calorem, alterum verò, qui à calore ad frigus regreditur.

Ticon.
D. Greg.
Duplex.

Primò, ad quid tendit hæc comminatio. *Incipiam te evomere*. Nam cùm iſte ſit tepidus, dignus exiſtit pœna, ac Dei vomitu, cur ergo non ipſum evomit illicò, ſed priùs ait ſe eſſe paratum ad evomendum; ut cùm homo ſe videat in tanto periculo, in tantamque pœnam præcipitandum, inde ad meliorem frugem ſe recipiat. D. Ambroſ. ſerm. 2. in Pſal. 118. *Quàm pius*, ait, *qui juſtos in ore ſuo tenet, & injuſtos non ante evomit, quàm denuntiet evomendos, ut vel hujuſmodi admonitione converſi dignum aliquid efficiant, quo non evomantur.* Pro quo profundè nota, quòd obſtinato Pharaone cum ſuis Ægyptiis nullam plagam illis inflixit Deus, quam antea eis non minaretur, ſi non vis dimittere populum, mittam in te ranas, omne genus muſcarum, peſtilentiam, &c. ut legenti Exod. c. 8 9. 10. & 11. patebit, ſed ſi obſtinatio tantis nota erat, ad quid toties ferè per decem vices admonetur. Eleganter D. Chryſoſt. in Pſal. 134. de plaga peſtis loquens ſic ait: *Nec quando inflixit; non prædictam inflixit, Quamobrem? ut eos verbis caſtigaret, ne deveniret ad rerum experientiam.* Priùs caſtigat verbis admonendo, ne inde experientia, ac in re diro flagello verberet. 333.

D. Ambroſ
Deus comminatur ad emandationem, ne puniat.
Exod. 9. & 10.
D. Chryſ.

Secundò quæro, quare non ait, *Evomam te ex ſtomacho*, ſeu ex viſceribus, ſed *ex ore meo*? Reſpondet primò Andræas Cæſarienſis, quia tepidi ita diſplicent Deo, ut in ſtomachum eos non admittat, ſed ſtatim ut eos in ore ſenſerit, evomat & expuat, ac tandem deturbet in æternum ſupplicium. Aliter interpretatur D. Anſelmus. *Incipiam*, ait, *te evomere ex ore meo, id eſt, à conſortio fidelium removere; qui os meum dicuntur.* Jerem. 15. num. 19. *Si ſeparaveris pretioſum à vili, quaſi os meum eris.* Iſai. 30. num. 2. *Et os meum non interrogaſtis.* Magna pœna à conſortio fidelium ſeparari, ac removeri, quod maximè habet locum, per vomitum excommunicari intelligat, de quo egi ſuperiori q. 334.

Andr. Cæſ.
D. Anſelm
Jerom. 15.
Iſai. 30
Magna pœna ſeparari à fidelium cœtu.

Germana, ac genuina ratio eſt. Dicit Dominus ex ore, & non ſtomacho, vel viſceribus evomere, ut denotat diſcrimen inter eos, quos viſceribus ſuæ æternæ charitatis tenet, tanquam futuros in æternum ſuos, & illos, quos ad tempus ad os admittit: ex primis enim nullum evomit in æternum; ſed tantùm ex ſecundis, & ideò non dixit ex viſceribus, ſed tantùm ex ore meo nam illi qui ſunt in viſceribus, etſi aliquando tepeſcant, & incipiant evomi, non tamen ex viſceribus omnino evelluntur, ſed ſemper in illis manent, ſaltem amore ordinativo in vitam æternam, quam ipſi reſipiſcentes juxta Dei propoſitum conſequuntur. Quia ut ait Paul. 2. Tim. 2 n. 19. *Firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc, cognovit dominus, qui ſunt ejus; & diſcedat ab iniquitate, qui nominat nomen Domini.* 335.

Electi firmi permanent in Domino.
2. Tim. 2.

Tertiò. Quæro, cur non ait, evomam te, ſed *incipiam evomere*. Primò reſpondet D. Bernard. Senenſ. *Notandum*, ait, *quòd ſicut in vomitu eſt extenſio cum difficultate, & dolore, ita in damnatione malorum eſt expulſio cum anxietate.* Si tepidus eſt, & inde nauſeam ſtomachi provocat, cur ſtatim ex ore non ejicit? Cur ergo paulatim? Sanè id, quod inviti facimus, & cum dolore, ac anxietate noſtra, non diligenter, ac ſtatim facimus, ſed paulatim, 336.

D. Bernard.

ac

Deus moroſe, ac invitus peccatores punit.

ac cum mora; ecce cur Deus cùm ad puniendum venit, ait; *incipiam evomere*, ideſt, non executivè ſtatim repellam, à meaque gratia orbabo, ſed paulatim in tua damnatione moroſè procedam, oſtendens hac cunctatione ſui animi dolorem, ac anxietatem *In damnatione malorum eſt expulſio cum anxietate.*

Secundò & appoſitè ad litteram Richard de
337. Richard. Sancto Victore. *Quis*, ait, *qui per teporem reſolvitur non, ſubito à gratia deſeritur, ut ſtatim in mala præcipitetur; ſed primum minima, deinde majora contemnens gradatim à ſummis deſcendit, atque ad ima ruit. ideo Chriſtus non ſtatim repellit, nec ſtatim evomit: ſed paulatim incipit evomere, & quaſi, qui adhuc expetat, ut ad vomitum non impellatur.* Non ait Dominus Epiſcopo ob tuam tepiditatem, evomo te illico, ſed ait *incipiam evomere*. Quia non ſubito, ac velut uno actu homo deſeritur à gratia, ac repente in graviora crimina ruit, ſed ſenſim ac paulatim dilabitur, *primùm minima l deinde majora contemnens*. Relaxatione quadam ſpiritus, extenuatur gratia, ſpirituales vires imbecilles redduntur, ut inde in extremam pœnam ruat homo; inde tepidum admonet Dominus, ut conſideret imminens periculum vomitus, & à ſua tepiditate reſurgat, ne omnino in æternum vomitum veniat, qui enim vult evitare extrema mala, minima debet cavere.

Ex tepiditate, ac remiſſione, in multa peccata ruit homo.

338, Pſalm. 131. Ait Regius Vates Pſalm.131.num.4. *Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem donec inveniam locum Domino.* Illud *ſi dedero*, phraſis Hebraïca eſt, & idem eſt, ut notant N. Incognitus, Genebrard. Hugo. ac alii; *non dabo*. Ait ergo quod non dabit oculis ſuis profundum, & altum ſomnum, ſed etiam nec dormitationem, hoc eſt leviſſimum ſomnum, ut accidit inter ſomnum, & vigiliam: Non ſat erat dicere quod non dormiet, ſed etiam ſe abſtinebit à dormitatione, leviſſimo nempe ſomno, à neligentia ſcilicet, ac tepiditate inter virtutes, & vitia, fluctuatione inter obſequium Dei, & mundi? Maximè ſanè, quia ſi dormitaverit, dormiet; & ſi ſe tradiderit uni levi mundanæ cupiditati, inde in graviſſima, ac turpiſſima peccata ruet. D. Auguſt. *Sunt autem* ait, *quidam qui non dormiunt, ſed dormitant, aliquantulum retrahunt ſe ab amore temporalium, & rurſus revolvuntur in eum quaſi dormitantes caput crebrò inclinant: evigila, ſomnum excute; dormitando caſurus es, non vult Pſalmus, oculis ſuis dare ſomnum, nec palpebris ſuis dormitationem, eum qui vult invenire locum Domino.* Expende illud *dormitando caſurus.*

Incognit. Genebrard Hugo.

Qui vult fugere gravia peccata, declinat minora,

D. Auguſt.

339. Iſai. 64. Ait Iſai 64.0.6. *Ecce iratus es, & peccavimus; & facti ſumus, ut immundus, omnes nos, & quaſi pannus menſtruatæ univerſa juſtitia noſtra.* Ecce deſcribitur anima dans ſe in ruinam à ſummis ad ima, fœda, ac turpia Sed quid ſibi illud vult, *Iratus es, & peccavimus.* Numquid divina ira nos in peccatum impulit, ut prius dicatur, *iratus*, & poſtea ſubditur, *peccavimus*? Senſerunt hunc aculeum antiquiores interpretes apud Noſtrum D. Cyrillum Alexandrin. & ne Deum peccati uno modo auctorem facerent, Prophetæ verba ad hunc modum tranſpoſuerunt, *Peccavimus iratus es.* Etſi hæc interpretatio aliquantulum ſit pia, aliena tamen eſt à veritate. Et ſeries textus juxta noſtram Vulgatam tenenda eſt, *iratus es, & peccavimus*. Difficultas ergo eſt, undenam proceſſit Dei ira, antequam hominum peccatum dicatur? proceſſit nempe ex noſtra tepiditate, negligentia, ac fluctuatione ad Dei obſequium, ingratitudineque ad divina beneficia, inde ipſe iratus incipit eos evomere, grandiora illis auxilia paulatim ſubtrahens donec à ſummis ad ima decidant. D. Cyrillus. Alexandr. *Illud arbitror dicendum eſſe iram divinam, propterea condemnari non debere. Quandiu enim Servator in nobis voluptatem capit, peccatum vincimus, & à vitiorum ſordibus recedentes ſpiritualis fortitudinis inſignibus ſtrenuè coronamur: at ubi fortitudinis ſuppeditatorem exacerbamus, in debilitatem corruimus, & infirmam, ac remiſſam mentem noſtram invenimus. Deus enim eſt virtutum Dominus.*

Remiſſio ſeu tepiditas divinam iram in nos excitat.

D. Cyrill.

Apoc. 3. n. 17. Quia dicis, dives ſum & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis, quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.

VERSIONES.

Syrus. Quia dicis tu, dives ſum, & non ſuper quoquam indigentia eſt mihi, & tu non ſcis te eſſe debilem, miſerabilem, & pauperem.

Arabicus. Dicis, ego jàm expletus ſum, & neſcis te eſſe vacuum, & in paupertate, nuditate, atque cæcitate demerſum.

Tyg. Vat. D. Cypr. Dives ſũ, & ditatus.

Arias. Et nullius opus habeo, & neſcis, quia tu es ærumnoſus.

EXPOSITIO XII.

340. QUIA *dicis.* Aſſignat Dominus cauſam temporis hujus Epiſcopi; quia nempè multùm confidebat, ac præſumebat de ſuis viribus, virtutibus, ac operibus & ideò in eorum exercitio tepidus factus eſt, ſolent enim tepidi, dum graviſſima crimina vitant, in quæ frequenter mundani cadunt, maximeque gloriari de ſua probitate, ac innocentia, & inde tepeſcunt, ac in aliqua gravia crimina labuntur.

Quia dicis. Jactantia, ac arrogantia hujus Epiſcopi accuſatur: *Dives ſum*: ſive temporalibus bonis, ſive ſpiritualibus virtutibus, meritis, & gratia: *locupletatus*, id eſt, his divitiis multùm plenus, & abundans; *& nullius egeo.* Ecce arrogantia, quæ germana, & ſocia eſt divitiarum, nullius egeo ad perſeverantiam, ſalutem conſequendam; *& neſcis*, non attendis, nec ſcire vis, quæ tibi ſunt neceſſaria, *Tu es miſer, & miſerabilis*, Miſer dicit ipſam miſeriam, ac egeſtatem, *miſerabilis* dicit ſummam miſeriam 341

cum omnimoda egeſtate, quod tribus explicat; *pauper*, privatus charitate, ac gratiâ ſanctificante; *cœcus*, deſtitutus nempe lumine, ac cognitione, & vera prudentia, in rebus agendis, *& nudus*, ſpoliatus omni virtutum ornamento, ac ſplendore, & conſequenter oppletus ſordibus, & inquinamento.

QUÆSTIO XL.

Quare cùm iſte Epiſcopus Laodicenſis ſe jactaret divitem & locupletem, tamen apud Deum inventus eſt miſer, miſerabilis, pauper, & nudus?

342. QUatuor ſunt bonorum genera. Primum fortunæ, ut opes, honores, & alia ſimilia. Secundum naturæ ingenium, vires, ac corporis elegantia. Tertium animæ, ut ſunt ſcientiæ artes, & reliqui habitus practici, & ſpeculativi acquiſiti. Quarrum tandem dona gratiæ, ut dona Spiritus ſancti, & virtutes infuſæ ac acquiſitæ. Quæſtio ergo eſt in quibus bonis hic Epiſcopus divitem, ac multùm locupletem, ac nullius indigentem ſe exiſtimabat; cùm revera eſſet miſer, & miſerabilis.

343. Primò, Andreas, Aretas, Baronius, auro, & divitiis divitem interpretantur; ex quo patet quàm falsò, ipſe ſe divitem dicebat, quia divitiæ non faciunt divitem, ſed inopem, ut eleganter D. Auguſt. in Pſalm. 51. de terrenis divitiis *Non ſunt illa divitiæ*, ait, *ſed mendicitas; quia quantò magis abundant tantò magis creſcit inopia.*

Aretas. Baron. *Bona temporalia faciunt inopem, non divitem* D. Auguſt.

344. Secundò favet Richard. Victorin. quòd ſe divitem exiſtimabat honore, dignitate, ac poteſtate, cùm Epiſcopali præeminentia fulgeret; ſed inde bene ei dicitur, quòd miſer, ac miſerabilis ſit; quia in dignitate poteſtas non rectè adminiſtrata, non eſt fœlicitas, ſed ſumma miſeria. De quo latè diſſerit Sidonius lib. 2. Epiſtol. 13. qui poſt multa ſic ſubdit de poteſtatibus, *Hoc ipſo*, ait, *ſatis miſeriores, quòd parum intelligunt, iniquietiſſimo ſe ſubjacere famulatui, nam ſicut hominibus Reges, ita Regibus dominandi deſideria dominantur, hoc ipſo infeliciores, quod fœlices reputantur.*

Dignitas non bene adminiſtrata, non dignitas, ſed infelicitas eſt. Sidon.

345. Tertiò, aliqui divitem interpretantur, quòd ſe divitem dicebat donis animæ, ſcientiâ ſcilicet eruditione, ac ſublimi ingenio. Sed ſcientia ſine charitate ac juſtitia, vera miſeria eſt. Ut ait Philippus Abbas Epiſt. Ad Engelbertum. *Nulla prudentia, nulla ſcientia, nulla litteratura affluentia, ſatis digna eſt commendari quæ non ſtudet virtutum propugnaculis commendari*, Ut ait S. Diadochus Epiſcop. Epiſt. de perfectione Spiritus, cap. 7. *Nihil egentius*, ait, *illa mente quæ de Deo extra Deum philoſophatur.* Vide ſupra hoc cap. q. 39. n. 347. 348. 349. 350.

Philippus. *Miſer non probus; de Deo philoſophatur.*

346. Quartò, vera ac genuina ſententia eſt, quòd ille Epiſcopus ſe exiſtimabat divitem locupletem, ac nullius inſtructione indigentem in charitate virtutibus, ac bonis operibus cùm revera eſſet miſer, miſerabilis, pauper, & nudus illis omnibus deſtitutus; nam iſte Epiſcopus hypocriſi laborabat, ut dixi quæſt. 38. & ideò de ſua virtute multùm præſumebat, cum revera illius eſſet expers. Ita D. Ambroſ. D. Gregor. Albertus Magnus, D. Bonav. Richard. Alcazar, M. Joan. de la Haye.

Vera ſententia.

D. Ambroſ. D. Greg. Albert. D. Bonav. Richard. Alcazar. La Haye.

347. Sic verba noſtri textus exponit D. Gregor. lib. 34. Moral. cap. 3. *Qui*, ait, *per arrogantiam ſanctitatis extollitur: ſed pauper, cœcuſque, & nudus arguitur; pauper utique, quia virtutum divitias non habet; cœcus, quia neque paupertatem, quam patitur, videt; nudus, quia primam ſtolam perdidit; ſed pejus quia nec perdidiſſe ſe cognoſcit: quia ergo egeſtas reproborum eſt defraudatio meritorum; rectè de Leviathan dicitur*: Faciem ejus præcedit egeſtas. Job. 41. n. 13. Quod etiam eleganter deſcribit Richardus Victorin. *Sua miſeria*, ait, *per tria ſequentia diſtinguitur, & pauper, & cœcus, & nudus. Pauper per amiſſionem charitatis; quia ſi quis charitate caret, pauper eſt; cœcus per amiſſionem cognitionis, quia qui veritatem cognitionis non habet, nec ſe; nec ſibi utilia videt; nudus per amiſſionem boni operis, quia quem Diabolus bono opere denudat, nequaquam habet, unde ſe coram proximo exornet, aut operiat.* Cùm hic Epiſcopus careret charitate, ac cognitione veritatis, ac bonis operibus, quæ ſunt animæ indumenta, illiuſque pretioſiſſimæ divitiæ, rectè miſer, pauper, nudus, ac cœcus dicitur.

D. Greg. Job. 41. Richard. *Qui charitate, ac bonis operibus caret pauper & nudus.*

348. Ex quo non placet ſententia aliquorum qui hunc tepidum Epiſcopum dicunt, ſolùm aliquid de fervore charitatis remiſiſſe, ac proinde ſolùm venialiter peccaſſe: ſimpliciter dicendum eſt, quòd hic Epiſcopus verè à charitate exciderit, proindeque lethalibus criminibus fuerit implicatus, Ita tenet Viegas Com. 3 ſect. 1. n. 5. pro eo citat Richard. de S. Victor. Occumenium, Bedam, Aretam, Joachimum, Pannonium, D. Ambroſ. D. Greg. D. Thomam, & Origenem: in hac etiam ſententia ſunt Rupertus, Ansbertus, Gagnæus, Alcazar, Ferrarius, & alii.

Hic Epiſcopus in peccato mortali. Viegas. Richard. Occumen. Beda. Aretas. Joach. Panon.

349. Probatur ex textu; quia opera ejus non erant charitate formata, ut indicant Domini verba: *Scio opera tua: quia non frigidus es, neque calidus, utinam frigidus, aut calidus eſſes.* Ac proinde pejor erat frigido quolibet, ſcilicet peccatore. Secundò de exiſtente in gratia verificari non poſſunt illa: *Tu es miſer, miſerabilis, pauper, & cœcus, & nudus.* Tertiò, erat iſte ſine auro ignito charitatis, ſine vera luce ſupernaturali, ac ſine veſte gratiæ, quæ tegit turpitudinem peccatorum noſtrorum, ut apertè indicant ſequentia verba, verſ. 18. *Suadeo tibi emere, à me aurum ignitum, ut locuples fias, & veſtimentis albis induaris, & collyrio inunge oculos tuos.* Ergo hîc eſt ſermo de tepiditate non veniali, ſed mortali.

Comprobatur noſtra reſolutio

350. Dices tepiditas de ſe non eſt peccatum mortale. Reſpondeo, quòd quamvis in ſe non ſit peccatum mortale, tamen tepiditas fœcunda parens eſt mortalium, quia frequenter accidit ex quadam acedia, quia vires animi ſic elanguent, ut irruentibus tentationibus facilè peccato ſuccumbat homo: deinde potuit eſſe mortalitas in hoc tepido ex hypocriſi, vel ſuperbia, qua ſe nullius indigere dicebat, quod clarè patet, ſi hoc ſaltem implicitè ad Deum extendebat complacendo in ſuis fictis divitiis, atque chimæricis, ut in ſuo fine, & tandem hic tepi-

Præoccupatur objectio.

dus pejor erat quolibet frigido peccatores, & ita ei dicitur, *utinam frigidus, aut calidus eſſes.*

351. Ex quo conjice in qua miſeria iſte, qui ſe divitem jactabat, verſabatur ut ei dicatur, miſer, & miſerabilis es & pauper, verùm in quo miſer, ſi dives eſt? in quo miſerabilis, ſi nullius eget? In quo pauper, locupletatus eſt? Rectè reſpondet D. Bonav. tract qui inſcribitur Dicta ſalutis, cap. 6 *Nota* ait, *hîc quinque in fortuna divitis avari, eſt enim miſer, quia cum labore divitias acquirit, miſerabilis, quia cum timore cuſtodit, pauper, quia cum dolore perdit, cœcus, quia nihil aliud reſpicit; & nudus, quia nullum aliud bonum facit.*

Divitiæ acquiruntur cum labore, poſſidentur cum timore, amittuntur cum dolore.

D. Bonav.

352. Et tamen iſte maximè gloriabatur, & multa præſumptione in altum efferebatur in multitudine divitiarum ſuarum, ſe diceret divitem, locupletem, ac nullius indigentem, & tamen Dominus ad eum: *Neſcis, quia miſer, & miſerabilis es*, Nonne miſer, ac miſerabilis contemnitur, & ſub omnium pedibus eſt? Quomodo ſi ita elatus, ita depreſſus, ut miſer & miſerabilis ſit? quia ſuperbus quantò in altum ſe erigit, tantò a Domino in ima dejicitur. Hugo Victorin cap. 2. in regulam D Aug. *Omnis ſuperbus*, ait, *tantò in imo eſt, quantò in altum ſe erigit, tantò profundiùs labitur, quantò excelſius elevatur.*

Superius tantò in imo eſt, quantò in altum ſe erigit.

Hugo.

354. Tempore diluvii, narrat ſacer textus, *Gigantes erant ſuper terram in diebus illis.* Gen. 6. n. 4. ubi nos habemus Gigantes, alii ex Hebræo legunt *cadentes*, quos ſuperbos Rupertus interpretatur, qui ob magnitudinem, ac molem ſui corporis multùm efferebantur in altum: & rectè tales cadentes dicuntur, quia ſuperbire cadere eſt. Rupertus lib 4. in Geneſ. cap 14. *Cadentes autem*, ait, *rectè dicuntur, id eſt, ſuperbi quicumque potentes à ſæculo ſunt: nam hoc ipſum ſuperbire cadere eſt, juxta illud.* Pſalm. 81. n. 7. *Vos autem ſicut homines moriemini, & ſicut unus de principibus cadetis.*

Can 6. Hebræ

Superbire, cadere eſt.

Rupert. Pſalm. 81.

354. Satis nota eſt hiſtoria Simonis Magi qui ſuis Magicis artibus Romano præſerim Neronem dementans ab eis ob ſuam ſuperbiam divinos honores eſt conſecutus, qui cùm in cœlum arte magica vellet evolare, ut divinitatem ſuam mundo oſtenderet, Divina virtute in terram dejicitur, fractis cruribus ex ruina, ſuam mundo iniquitatem, ac vilitatem teſtificans, & qui intentavit evolare, non potuit amplius ambulare, & qui cogitavit alas precipere, pedibus caruit. Elegantiſſimè D. Maxim hom. 5. in natali Apoſtolorum Petri, & Pauli. *Ut qui*, ait, *paulò antè volare tentaverat, ſubitò ambulare non poſſet, & qui pennas aſſumeret; plantas amitteret.*

Simon Magus duas per ſuperbiam affectavit alas, perdidit pedes.

D. Maxim.

355. Narrat D Lucas 10. n. 30. quandam parabolam, quòd *Homo quidam deſcendebat ab Jeruſalem in Jericho, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliaverunt eum, & plagis impoſitis abierunt ſemivivo relicto.* Homo iſte, juxta D. Auguſt D. Chryſoſtom. Origenem. D. Cyrill, D Thomam, & alios quos retuli tom. 3 in evang. cap. 21. Expoſit. 5. n. 40 ſignificabat Adamum qui per peccatum cecidit à cœleſti Jeruſalem in Jericho, hoc eſt mundum & incidit in latrones Dæmones nempe qui ſpoliaverunt eum à Divina gratia, virtutibus, & donis, peccatorumque vulneribus affecerunt, & reliquerunt eum ſemivivum, ſeu ſemimortuum, quia corpus non occiderunt ſed animam; nam mortaliter delinquens ſemivivus eſt, ſecundùm corpus vivit, ſecundùm animam mortuus eſt. Sed contra hanc expoſitionem inſurgit grandis difficultas, quia iſte homo incidit in Latrones deſcendendo, at Adamus tentatus eſt à diabolo, non deſcendendo ſed aſcendendo per ſuam ſuperbiam: dixit eis Diabolus, *eritis ſicut Dii.* Sed ipſe aſcenſus ejus per ſuperbiam, idem valuit, ac deſcenſus in ima, & extremum præcipitium. Rupert ad citata verba Geneſ. *Niſi enim*, ait *deſcendiſſet, non incidiſſet, quia videlicet, niſi monte ſuperbiret, dati præcepti prævaricationem non incurriſſet: deſcendebat, quia mente tumebat, tumere namque aſcendere veraciter deſcendere eſt, quia ubi mens elevatur, ipſa elevatione dejicitur.* Unde Pſalm. 72. n 18. *Dejeciſti eos, dum elevarentur.*

Luc. 10.

D. Auguſt. D. Chryſ. Origen. D Cyr. D. Thom.

Aſcendere per ſuperbiam deſcendere eſt.

Rupertus. Pſalm. 72.

Quæstio XLI.

Quare inter miſerias hujus Epiſcopi apponitur, quòd eſſet cæcus, cum alias vir doctus & ſapiens exiſteret?

Inter miſerias hujus Epiſcopi maximè, recenſetur, ac apponitur quòd ipſe eſſet cœcus & neſciens, unde ei dicitur: *neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis*: cùm aliàs iſte eſſet vir doctus, & eruditus, ut habet hîc Richardus de Sancto Victore explicans, in quo erat dives. Sic ait: *Dives ſive per ſcientiæ cognitionem, ſive per ſcripturæ prædicationem, ſive per ſingularis eloquentiæ nitorem.* Si ergo iſte Epiſcopus erat multùm eruditus, magnus prædicator, & maximè eloquens, quomodo cœcus, & neſciens. 356.

Richard.

Iſte Epiſcopus aliàs eruditus

Reſpondeo primò, quòd rectè hic Epiſcopus dicitur cœcus, quia ſe ipſum non videbat, nec cognoſcebat, & aliter de ſe judicabat, ac erat unde ei dicitur hîc à Domino. *Dicis, dives ſum, & neſcis, quia tu es miſer, & miſerabilis*, & nulla major cæcitas, quàm quod homo ſe ipſum non videat, cognoſcat, ac intelligat. Sic ait D. Greg. lib. 4. Moral, cap. 28. *Cæcus, quia nec paupertatem quam patitur, videt.* Sicque communiter habent Interpretes, Aretas Richardus; Bruno, Aſtenſis, & alii, & hæc eſt magna cœcitas, quæ circundat peccatorem, ut ſuam miſeram conditionem nec videat, nec agnoſcat. Altâ, & profundâ viſione indicavit Dominus, Abrahamo futurum ſtatum populi Iſraëlitici, inter cætera narrat ſacer textus Gen. 15. n. 17. *Facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumans.* Septuaginta legunt, *fornax fumigabunda.* Pagnin. *Fornax fumigans.* D. Ambr. lib. 2. de Abraham cap 6 per hanc fornacem fumigantem intelligit homines mundanos, qui tanquam fornax ardent flammis ſuæ cupiditatis, ambitionis, avaritiæ, ac ſuorum iniquitatum, quorum vita tanquam fornax tota plena eſt caliginoſo, ac obſcuro fumo obcœcante eos, ne ſe, ſuamque turpitudinem videant, & intelligant. Sic ait D. Ambroſ. *Vita humana, quæ implicata iniquitatibus, ſæculi iſtius, atque involuta non habens veri fulgoris claritatem, quaſi fornax æſtuat diverſis cupiditatibus, ac quibuſdam deſideriorum anhelat ignibus, foris velut fumo quodam obtegitur, ne videat veritatis faciem.* 357.

D. Greg.

Aretas. Richard. Bruno.

Qui ſeipſum non cognoſcit, cœcus eſt.

Gen. 15. Septuag. Pagnin.

D. Ambroſ.

Secundò,

358 Richard. Secundò, citat. Richard. *Quàm longè Præſul iſte*, ait, *à perfecto bono receſſerat, qui in bono imperfecto perfectè confidebat, qui ſolummodò quod inſufficiens eſt, ad ſalutem habebat contemplabatur, & alterius ſe non indigere teſtabatur. Qui verè non tantùm affectus vapore tepidus, ſed & in ſenſu rationis hebes erat, qui hoc ſibi ſufficere, nec aliud neceſſarium fore credebat.*

Magna cœcitas hominis exiſtimatio, quòd ſibi ſit ſufficiens.

Valde dignitate conſpicuus erat hic Epiſcopus, multâ ſcientiâ illuſtris, magna eloquentiâ præclarus, & tamen neſcius, & cœcus dicitur, *neſcis quia cœcus es.* Et unde illa tanta inſcientia ac cœcitas; quia dicebat *nullius egeo*; & nulla major poteſt cœcitas homini contingere quàm ſui æſtimatio, ac perſuaſio, quòd ſibi ſit ſufficiens, ac nullius egeat. *In ſenſu rationis hebes erat, qui hoc ſibi ſufficere, &c.* Nullus eſt enim homo qui alterius opem, ac adjuvamen non exoret. Unde David ait Domino Pſalm. 15. num. 2. *Dixi Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* (Pſalm. 15.)

359 Aretas. Tertiò, Aretas, *incipiam te*, ait, *velut abominandum cibum evomere, & quæ hujus cauſa; quia in incertis divitiis ſpem poſuiſti, & ſemine verbi Dei inter ſpinas ſuffocato, hoc eſt inter tentationes hujus vitæ ad ſæcularium divitiarum paternam tuam, & perpetuam paupertatem ignoraſti* Ait Dominus huic Epiſcopo, quod ipſe deterior ſit, quàm frigidus, *utinam frigidus, aut calidus eſſes.* Deinde *quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo.* Quod evomitur ex ore, maximè exoſum, ac abominabile eſt. Tandem ait ei, *miſer, miſerabilis, & cæcus es, nudus, & pauper.* Unde illi tanta cœcitas, miſeria, ac abominatio; quia dicebat, *Dives, & locupletatus ſum, & nullius egeo.* Spem reponebat in ſuis divitiis. *In incertis divitiis ſpem poſuiſti*; & inde omnis miſeria, abominatio in eum devoluta eſt

Magna cœcitas, & abominatio, quòd homo in divitiis ponat ſuam ſpem.

360. Quartò, unde tanta miſeria, ac cœcitas huic Epiſcopo, ut dicatur miſer, miſerabilis, & cœcus? Ex multis bonis, quæ habebat, ex multis muneribus, quæ accipiebat, ad ſuam cupiditatem explendam, & inde ei dicitur ſequenti verſ. *Collyrio inunge oculos tuos, ut videas.* Collyrium enim proprium oculorum medicamentum, & maximè aptum ad exprimendum humorem noxium, qui ad ipſos fluit, viſumque impedit; & ideo tale medicamentum præſcribitur huic Antiſtiti, ut obſervarunt Andreas Cæſarienſ. & Aretas. (Andreas. Aretas.) *Collyrio inunge oculos tuos. Ad munerum deſpicientiam*, inquiunt, *quæ oculos excœcant*, ut dicitur Deuteron. 16. num. 19. *Munera excœcant oculos ſapientum, & mutant verba juſtorum.* In eo ſtatu verſabatur hic miſer Antiſtes, quòd donis ac muneribus obcœcatus in ſui muneris adminiſtratione in gravia crimina præcipitaretur, & ideo ei dicitur, miſer, miſarabilis, pauper, & cœcus es: Dominus minatur, *incipiam te evomere ex ore meo*, tanquam quid maximè exoſum, & abominandum, ut eſt illud; quod ex ore, ac ſtomacho, per vomitum foras projicitur, tanquam, quid omni ſpurcitia plenum. Ait Regius Vates Pſalm. 24. num. 10. (Pſalm. 25.) *In quorum manibus iniquitates ſunt, dextera eorum repleta eſt muneribus.* Cùm una manus muneribus plena eſt, *dextera eorum repleta eſt muneribus*; ſtatim omnes manus, omnes facultates, ac vires plenæ ſunt iniquitate, *in quorum manibus iniquitates ſunt.*

Ex donis, ac muneribus acceptis iſte Epiſcopus in extremam miſeriam venit.

361. Cùm Rebecca obvia facta eſſet famulo Abrahæ, ait de ea Scriptura, *Ecce Rebecca egrediebatur puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro*, Gen. 24. n. 17. Ad quid Spiritus ſanctus tot ac tantis titulis, & nominibus declarat puritatem Rebeccæ? (Gen. 24.) nonne ſat erat dicere, quòd ipſa erat *puella virgo*? ad quid amplius dicitur, *incognita viro*? nam ſi *puella*, & *virgo*, planum eſt, quòd erat *incognita viro*. Ad quid tot repetitiones? Voluit Spiritus ſanctus multa verba facere pro defenſione honoris, ac integritatis Rebeccæ: de ea enim dicendum erat, quod acceperat munera à ſervo Abrahæ, quia frequenter munerum receptio, pro ſequela habet inordinata, ac incompoſita; ne quis ergo de Rebecca aliquid ſiniſtrum cogitaret: inde Spiritus ſanctus tantis repetitionibus ejus integritatem, ac puritatem exprimit. Clemens Alexand. lib. 4. Stromat. (Clem. Alex.) *Moyſes* ait, *pulchra Epanalepſi, ſeu repetione ſignificavit Rebeccæ animæ, & corporis incorruptionem.*

Ex munerũ acceptione turpia, & depravata veniunt.

362. Judith. 10. Cùm proficiſceretur Judith in caſtra Aſſyriorum cap. 10. n. 5. *Impoſuit Abrhæ ſuæ aſcoperam vini, vas olei, & polentam, & palathas, & panes, & caſeum, & profecta eſt.* Videtur, quod Judith in hoc negotio non ſe habuiſſet juxta rerum charitatis ordinem, quod talia extraheret ex ſua civitate Bethulia, quæ dura obſidione, grandi fame, ac penuria vexabatur, & quod talia aſportaret in caſtra Aſſyriorum, ubi omnia abundabant; quomodo ſancta mulier ſic ſe habet? Unde ingreſſa tentorium Holofernis de ejus menſa non comedit, ſed de propria pera, ait Gloſſa (Gloſſa.) tanquam *Rector vitæ alienæ*; ipſius nempe Holofernis, & ut vindex miniſter divinæ juſtitiæ in ipſum; ideo in tabernaculo Holofernis decrevit, non de ejus pane aliquid manducare, ſed de propria pera cibum ſumere: nam ut manus ejus eſſet recta in operando, non debebat eſſe muneribus corrupta, & ipſa judicavit eſſe valde indignum de menſa Holofernis alimenta comedere, & ipſum judicare, condemnare; ideò ſuis contenta, nihil de cibis ejus guſtavit. Cùm ergo manus hujus Epiſcopi Laodicenſis eſſet multùm muneribus corrupta, inde ipſe valdè indignè in munere ſuo ſe gerebat.

Qui judicat munera non accipiat.

Apoc. 3. *n.* 18. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, & probatum, ut locuples fias, & veſtimentis albis induaris, & non appareat confuſio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos, ut videas.

VERSIONES.

Syrus. Conſulo tibi, ut emas aurum probatum igne, ut diteſcas, & veſtem albam, ut tegaris & non conſpiciatur pudor nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos, ut fias videns. *Arabicus.*

Arabicus Quare conſulo, ut emas à me aurum igne exploratum, & percolatum, ut fias dives: & indui veſtibus albis, mederi & oculis tuis collyrio.

Aretas. Suadeo tibi, ut emas à me aurum, &c. & collyrium, ut inungas oculos tuos.

D. Auguſt. Ut emas à me aurum conflatum.

Vatabl. Pagn. Arias. Suadeo tibi emere à me aurũ ignitum ex igne, & veſtimenta alba, ut induaris; ne appareat dedecus nuditatis tuæ.

D. Cyprian. Primaſius. Et non appareat in te fœditas nuditatis tuæ.

Ribeira. Et veſtimentis ſplendidis induaris.

Alii ex Græco. Ut non appareat ignominioſa nuditas tua.

EXPOSITIO XIII.

363. *Providentiæ remedia neceſſitati.*

MAGNUS, & miſericors Dominus non vult relinquere hunc miſerabilem Antiſtitem ſine pietate, ſed ſinguli ejus miſeriis, ac malis ſuum remedium offert, de eo dictum eſt ſuperiori verſu *quod eſſet pauper, & cœcus, & nudus.* Ideo paupertati aurum probatum: nuditati veſtes albas, cœcitati collyrium deſignat, & quia ipſe tepidus erat; ideo ei conſulitur, non quodlibet aurum, ſed ignitum de igne; fervida nempe & inflammata charitas.

364. *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum ex igne* ut habent Græca exemplaria, ideſt extractum ab igne, prorſus ignitum, & conſequenter purgatum, & probatùm ab omni ſcoria hypocryſis, & latentis malitiæ; per quod aurum intelligitur communiter charitas, non quibuſcumque; ſed præſtantiſſima inſtar auri: non tepida, ſed fervens, & ardens. *Emere* non argento, & auro; non de condigno, ſed de congruo, nempe per actus fidei, ſpei, pœnitentiæ, orationis & aliarum virtutum, *ut locuples fias*, depulſa tua paupertate.

365. *Et veſtimentis albis induaris*: non ex lana, vel byſſo, quibus Laodicea abundat, teſte Strabone, ſed ex innocenti, caſta, & puravita: *ut non appareat confuſio nuditatis, tuæ* Nam ſine his veſtimentis albis nudus appares, & plenus confuſione, ac pudore, ut hactenus fuiſti. *Et collyrio injunge oculos tuos.* Collyrium eſt optimum medicamentum oculorum, præſertim ad lippitudinem. Inunge ergo collyrio cœleſtis ſapientiæ, ex conſideratione divinorum attributorum, Paſſionis Chriſti, ac futurorum bonorum, tuorumque malorum, ut ſic depellas mentis tuæ tenebras ut videas.

QUÆSTIO XLII.

Quare Chriſtus D. cùm ſit liberaliſſimus non promittit dare gratis, nec præcipit accipere, ſed ſolùm ſuadet emere? Verba textus altiùs expenduntur?

PRimo Chriſtus non ſolùm omnium eſt Dominus, ſed etiam ſupremus, & omnipotens; in ſua libera poteſtate erat omnes cogere ad hoc aurum accipiendum, vel ſaltem jubere; tamen ſolùm ſuadet, & conſulit, quia Deus nemini vult inferre violentiam, ſed unumquemque in ſua libertate relinquit D. Bernard. tom. 2. qui eſt de Evangelio æterno, Feria 4. in die Cinerum art. 1. cap. 1. *Iſte mercatur*, ait, *neminem violentat hanc mercaturam emere, ideò quodammodo arcana prudentiæ ſuæ ſtatuens, illum dicit; ſuadeo: ſuaſio dici poteſt quidem, non coactio, ſed moderata exhortatio Dei, vult enim Deus mercator voluntatem noſtram in libertate arbitrii permanere, dum ſumus in hac vita.* 366.

Deus nemi nem violentat ſed in ſua libertate relinquit.

D. Bernard.

Secundò, Ansbertus. *Notandum*, ait, *quid priùs conditor, quem ſuperiori verſiculo vehementer increpando terruerat, nunc ad emendum non terrendo, ſed ſuadendo tepidum invitat; formam, ſcilicet, imitandam nobis prabens, ut aſperis lenia permiſceamus, & modò increpationibus, modò ſuaſionibus auditorum corda pulſemus.* Modò non rigido præcepto, nec grandi comminatione imperat Dominus, ſed leni & ſuavi ſuaſione; nam immediatè antea ſuperiori verſiculo durè Dominus reprehendit Epiſcopum, dureque comminatus eſt; quia enim pejor frigido erat, ob ore ejus evomendus erat, *Utinam frigidus, aut calidus eſſes, ſed quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo.* Nunc verò mutat ſtylum & amicabiliter invitat, ac ſuadet ad emptionem docens nos, non ſemper duris, & aſperis verbis, ac comminationibus inſtandum eſſe, ſed aſpera lenibus, & dura ſuavibus permiſcenda. 367.

Ansbert.

Deus increpatio lenibus permiſcenda eſt.

Tertiò, & maximè genuinè ad litteram, verbo emendi exhortatur Epiſcopum, ut multa faciat, multaque ex parte ſuâ adhibeat, ut aptus & idoneus inveniatur ad iſta dona accipienda. Emptio ergo iſta denotat multam induſtriam, ac diligentiam hominis, ut dicitur Proverb. 23. num. 23. *Veritatem eme*, ideſt magno labore, ſtudio, ac cum diſpendio temporalium rerum compara ſapientiam. Ita Pererius, Cornelius, & alii. 368.

Quid hic ſignificet emere.

Peret.

Ex quo colliges, cur hic Epiſcopus excitetur, ut emat aurum; Samaritana verò, ut petat aquam; dicit ei Jeſus: *Si ſcires donum Dei, tu forſitan petiiſſes ab eo?* Joan. 4. num. 10. Tum, quia aquam petitur aurum verò mercibus comparatur, tum etiam, quia mulieri piæ ſat erat petere, at hic Epiſcopus, ut multùm arrogans qui dicebat, *Locupletatus ſum, nullius egeo;* ut ita ejus jactantia reprimeretur, & ipſe ſciat ac agnoſcat ſuam paupertatem, dicitur ut emat aurum, ut locuples fiat, [ut ita videat, quantùm diſtet à veris divitiis, quantumque ei impenden 369.

Joan. 4.

Homines arrogantia reprimenda.

impendendum ſit laboris, ac induſtriæ ad veras divitias comparandas.

370. *Deus ad cœleſtia invitat, non ob ſuam, ſed noſtram utilitatem.* Albert.

Altiùs expendenda ſunt ſingula verba, ait: *ſuadeo tibi*; nonne ſat erat dicere, *ſuadeo*? Ad quid appoſuit *tibi*? quia ita Deus nos diligit, & ſic nos ad cœleſtia bona invitat, ut non ſuam, ſed noſtram utilitatem in hoc intendat. Albert. Magnus ſic ait: *Suadeo tibi, ideſt, ad tuam utilitatem, emere. Hoc dicit contra illos, qui pro nihilo volunt habere aurum ignitum, ideſt, regnum cœlorum.* Similia habeat Richard. à S. Laurentio lib. 11 de laudibus Virginis.

371. Secundò, non tantùm ait Chriſtus ſuadeo tibi emere aurum, ſed ait *ſuadeo tibi emere à me*. Cur exprimit illud *à me*? Quia omnes noſtræ vires, ac aptitudo ad ſapientiam, ac divina dona comparanda non à nobis, ſed à Deo proveniunt. In avium ſacrificio diſponebat lex, ut ſacerdos *confringet aſcellas ejus*, Levit. 1. n. 17. Quo facto innuebat, quòd in rebus divinis acquirendis, & ſcrutandis, nihil noſtris viribus, nihil noſtri ingenii acumini tribuendum, ſed totum divino numini referendum; ab eo enim, & non à nobis veniunt alæ ad volandum in his. Radulphus, *Aſcellæ*, ait, *ſunt frangendæ, ideſt, cogitationis divinæ profectu omnis præſumptio reprimenda, ut virtutem contemplandi nemo ſibi tribuat.*

Levit. 1. *Omnes noſtrũ bonum non nobis, ſed Deo referendum.*

372. Tertiò, *ſuadeo tibi emere à me aurum ignitum*, Mercator cœleſtis Chriſtus D. merces ejus aurum ignitum; venditur Epiſcopo Laodicenſi, & in eo omnibus; reſtat modò inquirendum, in quo loco, in qua officina, hæc amoris merces venditur, & ſi approbata amoris eſt ita certa, & determinata, quomodo ad illam poterunt pervenire cœci, claudi, debiles, ac gravidæ? Hæc officina amoris divini eſt crux Chriſti, ad quam ſi quis mente accedat, neceſſe eſt ut divino amore ardeat, & omnibus cœleſtibus divitiis locupletetur D. Bernard. Senenſ. citatus in exord. quæſt. *Vis, te doceam*, ait, *reperire amoris locum, optas per iter obviare illi, vade ad figuram crucis; ibi venditur amor, nullibi aliàs eſt forum ejus; intra hanc apothecam, dilecta anima contemplare magnitudinem, longitudinem, latitudinem, altitudinem, & profunditatem hujus mercaturæ amoris: Deus charitas eſt in cruce cum Magdalena, anima mea amplectere crucem, ditare cum ea, quia ditata eſt ibidem illa.*

Crux apotheca divinæ dilectionis. D. Bernard.

373. *Chriſtus ſuadet, & non urget imperio.* Ultimò tandem, profunde, & altè conſidera Chriſti manſuetudinem, ac humilitatem, cùm eſſet triumphans in cœlis, non cogit imperio, nec rigidè compellit, ſed leniter ac ſuaviter conſiliis agit: non ait, jubeo, ſed *Suadeo*. Per bellè D. Chryſoſtom. homil. 56 in Matth. *Sicut*, ait, *qui vim affert, plerumque avertit; ſic, qui liberos audientes conſtituit, multò magis attrahit: potentior enim eſt oratio mitis, quam violenta.* Nam imperio ſæpè voluntas offenditur, ut tenuat mandata; ſuavi admonitione facilè attrahitur, ut promptè adimpleat deſignata; nam ut benè dixit Seneca lib. 1. de clementia, c. 24. *Remiſſius imperanti melius paratur.* Nam generoſi, ac nobiles equi, facili fræno, quàm duro meliùs reguntur.

D. Chryſ. Seneca.

374. Ex quo benè ſanctus Iacob appropinquans morti, vocavit filium ſuum Ioſeph, & dixit ei, *Si inveni gratiam in conſpectu tuo, facies mihi miſericordiam, & veritatem, ut non ſepelias me in Ægypto.* Gen. 47. num. 29. Bonus Jacob dilectiſſimo filio ſuo Joſeph, quem ad obediendum promptiſſimum noverat, non imperavit, ut ſe in terra promiſſionis ſepeliret; non petit quocumque modo, ſed per gratiam & miſericordiam: ſciebat vehementiùs voluntatem allici humili ſupplicatione, quam arroganti imperio. D. Hieron. Epiſtol. 62. ad Theophylum. *Citò*, ait, *indignatur libertas, ſi opprimitur. Nemo plus impetrat à libero, quàm qui ſervire non cogit.*

Gen. 47. *Bonus Prælatus non urget imperio, ſed ſolicitat precibus.* D. Hieron.

Hac imperandi modeſtia Chriſtus D. utebatur, *cùm enim aſcenderet Simonis navim, rogavit eum, à terra reducere puſillum*, Luc 5. num. 3. Chriſtus ſupremus omnium Dominus non utitur jure ſuo imperandi, ſed rogationes adhibet; ut promptiùs Petrus exequatur id quod neceſſarium, & conveniens erat. Theophylact. *Vide*, ait, *Chriſti manſuetudinem, quomodo obſecrat Petrum, ut à terra abducat; vide quomodo Petrus morigerus fuerit; ita ut homini, quem non viderat, in omnibus obedierit.* Ac ſi illa Chriſti D. non imperandi ſublimitas, ſed humilitas rogandi, facilem à D. Petro obedientiam impetraverit. 375.

Luc. 5. *Chriſtus non ſemper imperat, ſed aliquandò rogat.* Theophyl.

Hanc humanitatem, ac ſuavitatem in ſua gubernatione maximè decantat Sapiens in Deo Sap. 12. num. 18. *Tu autem Dominator virtutis cum tranquillitate judicas, & cum magna reverentia diſponis nos.* Iſidorus Clarus. *Gubernas nos*: & ait, *cum magna reverentia*, explicat Lorinus, *cùm multa gratia, ac benignitate*, qua ipſe ſupremus gubernator, omnia fortiter, & ſuaviter diſponit: unde illos Paſtores, qui ſecus faciunt, objurgat & terret, apud Ezechiel. 34. num. 4. *Cum auſteritate imperabitis, & cum potentia.* 376.

Sab. 12. Iſidor. Lorinus. *Deus ſuos ſubditos reveretur.*

QUÆSTIO XLIII.

Quo pretio hoc aurum ignitum, & probatum emendum erat ab hoc Epiſcopo Laodicenſi; cùm ipſe aliàs eſſet pauper, & nudus?

Difficultas quæſtionis eſt in promptu, ait Chriſtus Dominus huic Epiſcopo, *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, & probatum*, Quo pretio tale aurum emendum erat ab Epiſcopo? Ipſe enim Chriſti teſtimonio verſ. 16. dicitur *miſer, miſerabilis, pauper, & nudus.* Deinde ſi per hoc aurum intelliguntur cœleſtia dona, de his ait Iſaias 55. num. 1. *Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite; venite, emite abſque argento, & abſque ulla commutatione vinum, & lac.* Quodnam ergo eſt hoc pretium ad hanc emptionem. 377.

Difficultas quæſtionis. Iſai. 55.

Reſpondeo primò, & genuinè ad litteram, quòd dupliciter poteſt homo conſiderari, vel prout eſt in ſtatu peccati, vel in ſtatu gratiæ; ſi in ſtatu peccati mortalis, ut erat hic Epiſcopus, tunc non poteſt aurum ignitum & probatum divinæ gratiæ ac charitatis emi, ſeu comparari merito de condigno. Nam prima gratia non cadit ſub merito de condigno juxta illud Pauli 378.

Rom. 11.

In peccatore diſpoſitiones ſunt pretia.

In juſto proprii actus ad augmentum.

Pauli Rom. 11. n. 6. *Si autem gratia, jam non ex operibus: alioquin gratia jam non eſt.* Poteſt tamen comparari, & emi merito de congruo, & diſpoſitivè per actus fidei, ſpei pœnitentiæ, & religionis; congruum eſt, ut cùm homo faciat, quod in ſe eſt, Deus conferat gratiam; & tales diſpoſitiones ſunt pretia, quibus magno labore, Deo auxiliante, emitur ſeu comparatur hæc gratia. ſi autem homo conſideretur ſecundo modo, in gratia nempe, ac habens gratiam juſtificantem, tunc operibus ſuis poteſt mereri augmentum gratiæ, ac cæterorum donorum, ut latè probant Theologi cum Magiſtro in 3. diſt. 27. & 28. & cum D. Thom. 1. 2. q. 114 art, 8 & ſic explicat Ioachimus Abbas, *Dat Deus gratiam pro gratia,* Ioan. 1. n. 16. Negotiamur ergo cum minore Dei gratia, ut majorem emamus, & comparemus. Alias expoſitiones morales pro feramus.

Ioach.
D Ambr.

379 D. Ambroſ.

Chriſtus ſuo ſanguine nobis ſalutem comparavit.

D. Ambroſ. de Joſeph Patriarcha c. 7. *Sine argento, ait, neque enim pretium quæſivit à nobis, qui pro nobis pretiũ ſui ſanguinis ſolvit: Bona ergo hæc Domini ſuaſio, quæ tota in gratiam miſeri eſt, quæ prompta, & facilis miſero eſt; qui ſine pretio, & commutatione nihil habetis emit ab eo, qui dat omnibus affluenter; & non improperat.* Emendum eſt ergo hoc aurum argento non noſtro (peccator enim nullo merito, aut opere mereri poteſt primam gratiam) ſed Chriſti pretioſo, ſcilicet ejus ſanguine. ex parte verò noſtra quid requiritur optimè explicat, &

380 Ansbert.

Imitatione, ac contẽplatione Paſſionis Chriſti locupletamur.

Secundò, Ansbertus, *Suadeo tibi*, ait, *emere aurum ignitum, ut locuples fias: tanquam ſi diceretur, ſi vis virtutibus dives exiſtere, me imitandum aſſume, ut fias & ipſe aurum ſive manifeſto ſive occulto tribulationis incendio decoctum, pertinens ad aurum, quod probatum eſt ab igne, quo a ſit in Sion, & in camino, qui ſuccenſus eſt in Ieruſalem: eme à me, qui probra, irriſiones, flagella, & c. à populo Iſraël ſuſtinui. Nos itaque toties hoc auro ditamur, quoties paſſiones ejuſdem Redemptoris noſtri imitamur: Toties hoc auro locupletamur, quoties ille in nobis patitur, & nos in illo compatimur.* Aurum ignitum ab igne, & probatum, quod hîc nobis ad emendum proponitur, eſt Chriſtus D. ignitus camino ignis ſuæ Paſſionis, & maximè cruce flagellis, ac tantis laboribus probatus, & quomodo emendus eſt à nobis? imitatione nempe ac contemplatione ſuæ Paſſionis; hac enim maximè, hoc auro pretioſiſſimo ditamur, & locupletamur, & reddimur ipſo Domino aurum mundum, ſi cum eo compatimur.

381 D. Nazianz.

Noſtrum deſiderium ſalutis pro magno pretio reputat Deus.

Tertiò, D. Greg Nazianz. ratione in S. Baptiſma: *O miram, ait, beneficentiæ celeritatem ô felicem contrahendi rationem; hoc bonum ſolo voluntatis pretio emendum tibi proponitur, appetitionem ipſam Deus ingenti pretii loco æſtimat, ſitit ſitire, bibere cupientibus potum præbet; cum à Deo beneficium petitur, beneficio ſe affici putat: prompta, munifica, ac prolixa natura eſt, jucundius dat, quàm alii accipiunt.* O ſuprema, & infinita Dei bonitas, quæ ſic noſtram ſalutem ſitit, & optat, ut noſtrum deſiderium, ac effectum propriæ ſalutis, & gratiæ ipſa pro magno pretio, ac obſequio æſtimet, & reputet! *Appetitionem ipſam Deus ingenti pretii loco æſtimat.* Iſaias citatus hac quæſt. ſitientes convocat, ad aquas, & ait, *emite abſque argento, & abſque ulla commutatione.* Quomodo emendum ſine ar-

Iſa. 55.

gento, ac commutatione? Hoc videtur repugnare cum ipſa ratione formali emptionis. Vide quos vocat *ſitientes*, appetentes ſcilicet, ac deſiderantes; ipſa ſitis appetitio, ac deſiderium eſt ei pro magno pretio, ac commutatione, qui nihil aliud à nobis exiget, quàm voluntatem. Clem. Alexand in exhortatione ad gentes: *Omnes ſitientes, ait, venite ad aquas: Adhortatur, ait, ad lavacrum, ad ſalutem, ad illuminationem properandam clamans, dicens: do tibi fili terram, mare, cœlum, ſolummodò ô fili Patrem ſitias, Deus tibi gratis oſtenditur.*

Deus ſolam noſtram voluntatem à nobis quærit

Clem. Alex.

382

Quartò, *aurum ignitum eſt ſapientia charitate inflammata* ut multi dicunt; quo ergo pretio comparabitur, cùm Job dicat 28. num. 15. *Non dabitur aurum obrizum*, id eſt purum, *pro ea, nec appendetur argentum in commutatione ejus?* Cùm ergo pretium ejus ſit inæſtimabile, quo pretio à nobis comparabitur? Timore nempe Domini. D. Ambroſ. hoc loco: *Quia is, qui ſapientiam poſſidere incipit, qui pro ea pretium inchoat; pretium autem ejus eſt timor Domini.* O ingens Dei liberalitas, ac infinita magnificentia! quòd idem ſit, quòd offerat homo initium pretii, ac quòd ille totum donum à Deo accipiat; ſi incipit timere, jam ſapientia à Deo muneratur, cùm dicat Job citatus num. 28. *Timor Domini ipſa eſt ſapientia*

Iob. 28.

Timor Domini pretium, ac initium ſapientiæ.

D. Ambroſ.

Iob. 28.

383

Quintò, Albertus Magn. *Suadeo tibi, id eſt, ad tuam utilitatem emere. Hoc dicit contra illos, qui pro nihilo volunt habere aurum ignitum, id eſt, regnum cœlorum, hoc emitur per paupertatem. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum,* Matth. 5. num. 2. Auguſtin. *Venale habeo, quid? regnum cœlorum: quo emitur? paupertate.* Paupertas pretium regni cœlorum eſt. Sextò D. Auguſtin. homil. 3 in Apocalypſ. *Conſilium tibi do, ait, ut emas aurum tibi, ut locuples fias, eleemoſynas faciendo, & actibus bonis inſiſtendo ipſe efficiaris aurum,* Aurum efficitur, qui aurum contemnit, dum elargitur in pauperes, hoc beneficentia aurum efficitur homo ad regnum cœlorum comparandum.

Albert.

Paupertate comparatur regnum cælorum.

Matth. 5.

D. Auguſt.

Eleemoſynis regnum cœlorum comparatur.

384

Septimò. Idem D. Auguſtin. *Eme aurum; id eſt, contende, ut pro nomine Chriſti aliquid patiaris.* Richardus à S. Laurentio, lib. 11. de laudibus Virg. tit. Chriſtus eſt inſtitor, *Suadeo, ait, tibi ad utilitatem tuam emere per conſenſum liberi arbitrii, vel emere, id eſt multo corporis, & animæ labore acquirere à me aurum ignitum.* Per labores, mortificationes, ac pœnitentiam regnum cœlorum comparatur. Inde Ioannes clamabat Matth. 3. n. 2. *Pœnitentiam agite, appropinquavit regnum cœlorum;* Moneta enim ad regnum cælorum comparandum pœnitentia eſt.

D. Auguſt.

Labore, ac pœnitentia emitur regnum cœlorum.

Matth. 3.

385

Octavò, Rupertus. *Hoc aurum eme, ait, pretio piæ confeſſionis.* D. Bernard Senenſ. tom. 1. qui eſt de Evangelio Æterno, feria 4. in die Cinerum, artic. 3. cap. 4. *In hac emptione, ait, conſidera anima mea, quid damus, & quid recipimus: demus Deo humilem confeſſionem, ut recognoſcamus, & confiteamur omnia mala ex nobis eſſe, omnia verò bona noſtra ex Deo: Confiteamur ſacerdoti ſcelera noſtra, ipſe enim recipit denarios Dei, ſibi ſolvuntur cum peccata illi confitentur peccatores. Peccata igitur confeſſa ſunt pretium divinæ dilectionis.* Recipimus verò à Deo gratiam, & omnia cœleſtia dona: quod latè pergit explicando ipſe Bernardus, omnia

Rupertus.

D. Bernard.

Cum peccatorum confeſſione acquiritur omne cœleſte donum. dona ſive corporalia, ſive ſpiritualia; quo ergo pretio, quod non ſit ipſius Dei hoc aurum ignitum comparandum eſt à nobis; Nam facilè dici poteſt, hoc acquiſitum eſt non ex tuis, ſed ex meis denariis, Quæ autem noſtra ſunt, nonne peccata? Illis ergo emendum eſt hoc aurum prout inſpirante Dei auxilio in confeſſione aperiuntur: hac ergo confeſſione comparatur aurum ignitum gratiæ, charitatis, ac omnium cœleſtium donorum.

386. *Iſai. 5.* Ante divinum ſolium ſtat Iſaias, & in ſe reverſus clamat cap. 6. n. 5. *Væ mihi; quia tacui, quia vir pollutus labiis ego ſum, & in medio populi polluta labia habentis, habito.* Et poſt hæc verba ſtatim volavit ad eum unus Seraphim, & cum calculo ignito de altari tetigit labia ejus, dicens: *Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Propheta teſtatur ſe habere immunda labia, & hoc ſimiliter de populo affirmavit: mittitur Angelus ad Prophetæ labia expurganda? & cur non mittitur etiam, ut populi labia expurget; cùm Prophetæ labia, ac populi æquè dicantur immunda: Cur ergo mundities labiorum ſolùm Prophetæ conceditur, & non populo; Propheta ſuam immunditiem confitebatur gemens, *Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labiis ego ſum.* Populus autem nec verbum facit de immunditia ſua; ideò iſte deſpicitur, & relinquitur in malis ſuis, qui nec agnoſcit, nec confitetur peccatum. Propheta autem, ut ſuam immunditiam animi compunctione confeſſus eſt, à Deo ſic extollitur, ut vitam, ac gratiam accipiat. D. Baſilius ibidem. *Propheta indulta eſt gratia indulgentia, perque unum è Seraphim labiorum expurgatio; populo autem nihil ſimile conceſſum eſt, Neque enim conſimilis affectus tangebat utroſque, prophetam, & populum; illius cor quidem compunctum proprium agnovit peccatum, quare & dixit,* O me miſerum, quia compunctus ſum. *Illorum autem cor incraſſatum erat adeò, ut ne eorum, quæ iniquè geſſerat, ullam in ſe reciperet conſiderationem.*

Vbi eſt confeſſio ibi vita, & ſalus.

D. Baſil.

387. *Gen 4. Septuag.* Impio Caïno ait Deus: *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui.* Geneſ. 4. numero 10 Græci juxta Septuaginta ſic verba legunt: *Maledictus tu à terra, quæ aperuit os ſuum* In ſanctiſſimi Abelis morte maledicitur fratribus Caïn à terra, non verò ipſa terra maledicitur: in Saulis autem morte ipſa montium terra maledictioni ſubjicitur à Davide 2. Reg. 1. num. 21. *Montes Gelboë, nec ros nec pluvia veniant ſuper vos,* Si ergo in Saülis morte montium terra maledicitur, cur ſimiliter in Abelis morte eadem maledictione non percutiur terra; forſitan inferior fuit Abelis cædes, quàm Saülis; Minimè: pro defenſione terræ in morte Abel, rationem indicat textus, *quæ aperuit os ſuum.* Non ſiluit terra in morte Abelis, ſed aperuit os ſuum, & clamavit facinus perpetratum, & ideò ipſa apertione oris, ac clamore in umbram, & figuram confeſſionis peccatorum, ipſam Divinam iram, ac maledictionem declinavit. Ad hoc reſpicit D. Auguſtin. lib. 12. contra Fauſtum cap. 11. Ubi expendit fœlicitatem peccata confitentium *Non dixit,* ait, *maledicta terra, ſed maledictus tu à terra, quæ aperuit os ſuum: maledictus eſt enim populus Judaicus infidelis terra, id eſt, ab Eccleſia quæ aperuit os ſuum in confeſſione peccatorum, accipere ſanguinem Christi qui effuſus eſt in remiſſionem, &c.* Illa ſiquidem Eccleſia à maledictione ſe eripit, & evolat ad vitam, quæ aperuit os ſuum peccata ſua confeſſa, de Ieſu ſanguine ſalutis poculum accepit.

2. Reg. 1.

Vmbra confeſſionis liberat à maledictione.

D. Auguſt.

Quæstio XLIV.

Quidnam ſit hoc aurum ignitum, & probatum? & quid ſignificat, quod tantis commendatur ad emendum?

Multis ſuadet Dominus, & conſulit huic Epiſcopo, à ſe emere aurum ignitum & probatum, & quomodo hoc poteſt cohærere cum his, quæ Dominus ſuis dicebat diſcipulis: *Nolite poſſidere aurum, neque argentum*, Matth. 12. num 9. Quomodo ergo tantis promiſſis exhortatur Epiſcopum ad emendum aurum? Imprimis aurum hîc non ſumitur pro ipſo auro materiali, ſed pro ejus ſignificato. Deinde aurum flante mundi aura, tanquam peſtifero aëre coinquinatum, exitiale? at è manu Domini, ex quo omne bonum exhalatur, ſalutiferum cum omni virtutis odore. Aretas: *Si vis locuples fieri, veras à me divitias emito, qui manentibus divitiis locupletare novi.* 388. Matth. 12. Aretas.

Divitiæ è mundo nocivæ, è manu Dei frugiferæ.

Et hoc aurum ignitum ad emendum proponit Dominus ſpe lucri, *ut locuples fias.* Cognovit hic mercator, nempe Chriſtus D. animos mortalium maximè intuitu lucri ac propriæ utilitatis allici, ac moveri. D. Bernard, citat. ſuperiori quæſt. *Ut locuples fias; ſi emis de iſta mercatura, tu efficieris immediate dives.* Tota quæſtio eſt, quid hîc per aurum ignitum, & probatum intelligatur? 389.

Intuitu lucri homines moventur.

Primò multi per aurum ignitum, & probatum intelligunt ſapientiam, non Philoſophorum, ſed veram, & juſtorum, quæ eſt ſicut *theſaurus deſiderabilis in ore ſapientis,* ut dicitur Proverb. 21, num. 20. quod valde diverſimodè explicatur. Primò, D. Gregor. 4. Moral. 35. *Quia ſicut auro temporalia,* ait, *ita ſapientia bona æterna mercantur.* Secundò, hoc aurum non dicitur quodcumque aurum, ſed ignitum? quia ſapientia mentes eorum, in quibus habitat, incendit, & inflammat in amore Dei, & proximi Ita Ambroſ. Andræas Cæſarienſ. Primaſ. & Rupertus, qui ſic ait: *Eme à me aurum ſapientiæ, ignitum ex charitate, probatum ex fide, per charitatem operans.* Unde dicitur Pſalm. 18. num. 140. *Ignitum eloquium tuum vehementer.* Tertiò, Lyranus. Aurum ignitum; quia vera ſapientia debet eſſe plena igne charitatis, ut ejus flamma noxios jactantiæ flatus extinguat, & removeat. Ait Paulus 1. Corinth. 8. numero 1. *Scientia inflat, charitas verò ædificat.* Scientia inflat, parit proximorum contemptum; charitas ædificat, quia pro eorum ſalute eſt ſolicita, ut eos ædificet, & plantet in fide. D. Auguſtin ſerm. 53 de verbis Domini *Scientia,* ait, *ſi ſola ſit, inflat: quia verò charitas ædificat, non permittit ſcientiam inflari.* 390. D. Greg. D. Ambr. And. Cæſ. Primaſ. Rupertus. Lyran. D. Auguſt

Vera ſapientia inflammamentum.

Scientia ſine charitate nociva.

Ubi ergo inflat, ibi charitas non ædificat, ubi autem ædificat, ſolidata eſt.

391. Richard de S. Laurent. Secundò, Richardus à S. Laurentio lib. 11. de laudibus Mariæ, tit. Chriſtus eſt inſtitor. ſic ait, *Hoc aurum nempe fidei, debet eſſe ignitum per charitatem, probatum per tribulationem; & hoc aurum emitur pretio deſiderii, & bonorum operum exercitio.* Hoc aurum eſt fides; juxta illud Thren. 4. n. 1. *Quomodo obſcuratum eſt aurum.* Tunc fides obſcuratur, quando eſt ſine vera charitate, quando verò cum illa, tunc ignita, fulgens, & nitens; fides ſine charitate, ac operibus aurum obſcurum, cum charitate ac operibus aurum reſplendens & fulgens.

Threnor. *Fides ſine charitate aurum obſcurum, cum illa aurum fulgens.*

392. Ticon. Tertiò, Ticonius ait. *Conſilium do, ut emas aurum ignitum, ut locuples fias, id eſt à Deo accipias intellectum, ut per bonam converſationem merearis martyrium.* Præfatus Auctor per hoc aurum intelligit Martyrium, juxta illud Sap. 3. num. 6. *Tanquam aurum in fornace probavit illos, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos* Sicut aurum puriſſimum igne probatur, & expurgatur, ut omnem mixturam inferioris metalli à ſe abjiciat, & excludat, quod optime quadrat ſanctis Martyribus, qui in igne tribulationum ſic probantur, ac expurgantur, ut omnis conditio terreni affectus ab eis eliminetur, ut tanquam puri ſpiritus inveniantur, & ſicut aurum ad lapidem lydium probatur: ſic in martyrio juſti ad lapidem vivum Chriſtum fideles probantur in omni virtute, & ſanctitate.

Sap. 3. *Juſti tanquã aurum probantur in martyrio.*

393. Alb. Magn. Quartò, Albertus Magnus ſic ait: *Suadeo tibi, id eſt, ad tuam utilitatem emere. Hoc dixit contra illos, qui pro nihilo volunt habere aurum ignitum, id eſt, regnum cælorum.* Per hoc aurum ignitum, & probatum per omnem tribulationem intelligit ſapientiſſimus Doctor regnum cœlorum juxtà illud Cantic. 3. numer. 9. *Ferculum fecit ſibi rex Salomon: reclinatorium aureum:* ferculum aureum eſt beatitudo, in qua juſti in æternum requieſcunt in unione, ac charitate Dei.

Cant. 3. *Beatitudo aurum ignitum, & probatum.*

394. Quintò, multi per hoc aurum intelligunt Chriſtum D. Interlineal. *Suadeo tibi emere à me aurum; id eſt, me ipſum ignitum in igne poſitum ignientem.* Quod diverſimode explicatur: Haymo intelligit Chriſtum Paſſionis igne inflammatum, quem emimus, dum eum imitamur, ejus veſtigia ſequimur in manſuetudine, patientiâ, & charitate. Alii, ut dixi tom. 4. in Evangel. lib. 7. cap 8. quæſt. 30. num. 262. interpretantur ſacram Euchariſtiam: nam Chriſtus in hoc divino ſacramento aurum eſt, quod maxime diteſcit, & locupletatur anima noſtrà Deinde Cyprianus, Menoch. explicant illud Cantic. 5. num 11. *Caput ejus aurum optimum*: quod de Chriſto eſt dictum: ut planum eſt apud omnes: ſic ait, *Sponſus ingenium, & naturam auri refert. Aurum nullis uſibus deteritur: nam ſi hodie Chriſtum in tuos uſus transferas, & cras, perinde ſemper tibi manet.* Quòd optime convenit Euchariſtiæ: *Sumit unus, ſumunt mille, quantum iſti tantùm ille, nec ſumptus conſumitur.* Dicitur hoc aurum *ignitum.* Quia ſacra Euchariſtia torporem excludit, & maximè animam in Dei amore incendit, & inflammat, ut ſtatim dicam: Dicitur probatum; quia maximè probatum eſt in theſauro divinæ charitatis, in eo oſtendit Chriſtus divitias ſui amoris; & qui hoc divino pabulo reficitur, induitur ſtola alba immortalitatis; pro quo vide ſuprà cap. 6. quæſt. 23. num. 176. & quæſt. 51. num. 489. 390. 391. & collyrio ungit oculos ſuos, ut habeat intelligentiam, & cognitionem omnium divinorum myſteriorum Vide cap. 2. q 48. n. 371. & q. 52. num. 394.

Haymo. D. Cyprian. Menoch. D. Bonav. *Chriſtus in Euchariſtia nos ditat immortalitate.*

395. Sacra Euchariſtia ignis eſt inflammans, & accendens humana corda in Dei amorem; pro quo elegantiſſimè dixit D. Bonav. opuſcul de Sacramento de hac divina Euchariſtia, *Mel in ore, & ignis in corde, & non ſentis calorem nec guſtas dulcedinem, ſignum mortis eſt.* Quid elegantius? D. Chryſoſtom. de ſanct. Phylog. apud Lyppon. 20. Decembr. *An neſcit quia quòd hæc menſa plena eſt igne ſpirituali? nam quemadmodum aquæ vi exundant: ita hæc flammam habet arcanam.* Bonav.

396. Dum ſacerdos in Canone Miſſæ celebrat, & ſacra myſteria corporis, ac ſanguinis Chriſti conficit, ſic ſimiliter deprecatur. *Supra quæ propitio ac ſereno vultu reſpicere digneris, & accepta habere, ſicut accepta habere dignatus es munera pueri tui juſti Abel.* Cur quando agitur de acceptatione hujus admirabilis ſacrificii potiùs fit mentio de ſacrificio Abel, quàm aliorum, quorum ſacrificia multis ſignis, ac promiſſionibus datis inveniuntur accepta Deo, ut ſacrificium Noë, cujus odore Dominus odoratus promiſit, *Nequaquàm ultra maledicam terræ.* Geneſ 8. num. 21. Vel ut ſacrificium Abrahæ, in cujus ſignum dicitur ei Gen. 22. n. 18. *Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes.* Vel ut ſacrificium Salomonis, quod tantis promiſſionibus de ſtabilitate regni eſt remuneratum 3. Reg. 9. numero 2. Cur ergo ſolùm de ſacrificio Abel fit mentio? Cùm Abel offerret ſuum ſacrificium Deo, dicitur Gen. 4. num 5. *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus* Theodoſ. legit. *Inflammavit Dominus ſuper Abel, & ſuper ſacrificium ejus.* In hoc declaratur ſacrificium Abel fuiſſe Deo acceptum, cùm ignis deſcendens de cœlo non ſolùm inflammavit ipſum ſacrificium, ſed etiam ipſum Abel in amore, ac obſequio Dei: ſacrificium altaris, quando digne ac convenienti diſpoſitione, ac præparatione celebratur, ignis Spiritus ſancti deſcendens ſuper ipſum ſacrificium ſuper Chriſtum immolatum, ac ipſum ſacerdotem celebrantem, & aſtantes flagrare, ac ardere facit in ſuo amore, ac obſequio ut ex quo ait D. Ephrem in natali Domini. *Ignis immortalis ſunt myſteria Chriſti.*

Gen. 7. Gen. 22. 3. Reg. 9. Gen. 4. Theod. D. Ephr.

QUÆSTIO XLV.

Circa aurum ignitum, & probatum ponitur ſexta, & genuina interpretatio de charitate.

397. Bruno. SExtò, Communis & genuina ſententia eſt Divi Brunonis Aſtenſis, Anſberti, Bedæ, Richardi, Hugonis, ac Recentiorum, Viegas, Cornelii, & aliorum

aliorum qui omnes per aurum ignitum, & probarum intelligunt veram, & ſolidam charitatem, defæcatam, & puram ab omni ſcoria, ac vitio hypocriſis, & mundanæ cupiditatis.

398. *Charitas verum aurum.* Aurum, ut eſt valde commune, ob ſuas conditiones charitatem ſignificat, ut latè probavi ſuprà cap. 1. quæſt. 51. nam aurum ſupereminet omne metallum, igne non extinguitur, ſed purum fit; nec uſu conſumitur, ac atteritur; ſic charitas ſuperemiret omnes virtutes, igne tribulationum non conſumitur, ſed purior redditur; ceſſantibus reliquis virtutibus ipſa permanet unde aurum purum dicitur charitatis in patria, Dan. 10 Daniel. 10 n. 6.

399. Hoc autem charitatis aurum dicitur ignitum; quia charitas proprietates ignis habet, & inde ignis dicitur: primò ob puritatem ignis non admittit mixturam alterius. Secundò ob ſubtilitatem, per quam ignis omnia pervadit, ad omnéſque ſe extendit. Tertiò ob motum ſurſum, & celeritatem, qua ſe in altum attollit, & ad divina protenditur. Quartò ob efficaciam quæ operatur, & qua omnia in ſe convertit, & transfert. Sic dicitur 1. Corinth. 13. n. 4. *Charitas patiens eſt, benigna eſt.* Quintò ignis ſine materia deficit, ita charitas ſine operibus. Unde dicitur Deuter. 33. numer. 2. *In manibus ejus ignea lex.* Quia lex charitatis elabi, & conſiſtere non poteſt in manibus. Sextò ignis ſemper novas flammas, novaſque ſcintillas ex ſe emittit; ſic vera charitas in hoc fervore ſe debet renovare, & tanquam novas flammas producere: In hoc ſenſu explicat D. Bernard. cit. ſuperiori quæſt. cap. 2. artic. 2. illud Chriſti D. Luc. 12. numer 49. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi ut ardeat? Ut ſemper novo fervore iterum renovetur, ſicut charitas illius dilectæ animæ, ad quam dicitur*
Pſ. 101. Pſal 102 n. 5. *Renovabitur ut aquilæ juventus tua.* Septimò ignis lucidiſſimus eſt quem imitatur charitas, lucem præbens omnibus operibus, & actibus vitæ humanæ.

400. D. Laur. Juſt. D. Laurentius Juſtinianus lib. de caſto connubio Verbi & animæ, cap. 21. commentans hæc Apocalypſ. verba ſic ait: *Suadeo emere aurum ignitum, & probatum; charitas enim, niſi ſit ignita, & probata, ſua caret perfectione,* *Si verè Deus diligitur, etiam & proximus.* *habeat utique neceſſe eſt, & intus ignem divini amoris, & ardorem fraternæ dilectionis, nec ſufficit, ut diligat Deum ſine proximo, vel amet proximum ſine Deo, utique ſibi cohærent, nec ab invicem disjungi debent.* Hoc excellentiſſimum aurum divinæ charitatis debet eſſe ignitum, & probatum: quia charitas intus in corde debet habere ignem & flammam divini amoris, qua tota eſt ſuccenſa, & inflammata; & hæc flamma debet probari, manifeſtari, ac declarari ardore fraternæ dilectionis, quo proximorum ſalutem affectat, & deſiderat, unus amor cum altero connexus eſt.

401. Hinc præfata verba ſic eleganter explicat D. Ambroſ. in præſenti: *Conſulo, ut emas à me aurum igne probatum; hic eſt zelus Dei, hic eſt fidei vapor, devotionis fervor, qui nos velut ſpiritualem cibum in Chriſto remolit, & efformat.* Hoc aurum perfectiſſimum charitatis viſitur in zelo animarum; vocatur ab Ambroſio *fidei vapor*, nam ſicut calidus ſol excitat vapores è terra, qui poſtea in imbres reſolvuntur, quibus terra irrigatur, ſic ignitus zelus animarum *Zelus animarum quærit earum ſalutem.* excitat in nobis vapores, qui in imbres cœleſtis doctrinæ reſolvuntur, quibus humana pectora irrigantur. Et additur *devotionis fervor.* Devotio in Deum fervet in pectore animarum zelo? *velut ſpiritualem cibum Chriſto remolit, & efformat.* Et ipſas animas converſas tanquam ſpiritualem cibum remolit, & efformat ad ſui alimentum, ac ſuſtentationem.

402. Anima ſancta vehementi affectu quærebat ſuum dilectum; at ipſo invento ait, *Tenui eum, nec dimittam* Cantic. 3. num. 4. abſolutè ait, *nec dimittam.* Cant. 3. Ita ſe univit; & adglutinavit cum eo, ut nullo caſu, nullóque pacto ab eo ſe permittat ſeparari. Aliter Jacob, cùm per totam noctem luctaretur cum Deo, & adveniente aurora ei diceret Dominus, quòd eum dimitteret: reſpondit Jacob; *non dimittam te, niſi benedixeris mihi.* Genſ. 32. num. 26. Gen. 32. Jacob in compoſitionem venit, ut Dominus ab eo recedat data benedictione, Anima verò ſancta nullam admittit, ſed abſolutè ait; *nec dimittam.* *Verè diligens Deum, ſolum Deum quærit, & non ſua.* Jacob quamvis vir juſtus ac ſanctus, oculos tamen conjiciebat in benedictionem, ac in bona ad illam conſequentia, quibus adeptis non renuebat, ut Dominus à ſe abiret: At anima ſancta, cùm maximè eſſet repleta divino amore; *vulneraſti cor meum*; nihil aliud habebat in mente, niſi tantùm Deum, nec benedictionem, nec quodcúmque aliud volebat, ac appetebat niſi tantùm Deum, ad ipſúmque Deum omnia ejus deſideria ferebantur. D. Bernard. D. Bernard. ſerm. 29. in Cantic. *Sponſa non vult*, ait, *ſponſum dimittere, & fortè magis, quàm Patriarcha id non vult, quia nec pro benedictione quidem, ſiquidem ille benedictione accepta dimiſit eum; hæc autem non ſic, Nolo, inquit, benedictionem tuam, ſed te.*

403. Quod magis facit in rem noſtram id, quod ipſa anima ſancta ſtatim ſubdit: Cant. 3. *donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* Si anima ſancta tam vehementer Deum diligebat & ſolùm ipſum Deum quærebat, *Qui verè diligit Deum, proximorum ſalutem quærit.* cur in domum matris ſuæ diſponit introducere illum, & non in propriam domum ſuam; nam ipſa domum ſibi peculiarem habebat, ut bene notat Giſleri, & patet ex cap. 5. numero 6. *Peſſulum oſtii mei aperui.* Ghiſler. Cantic. Domus propria peculiaris ei tantùm erat; at verò domus matris communis erat ipſi, fratribus, ac ſodalibus: vide perfectionem, ac celſitudinem divini amoris. Anima ſancta ſic ſolùm Deum diligebat, ſic ſolùm Deum quærebat; ut non tantùm ſibi velit, ſed etiam omnibus, & ideo introducit in domum matris ſuæ omnibus communem, ut omnes ipſum teneant, cognoſcant, ament, ac adorent.

404. Tanto affectu charitatis fertur in aliorum ſalutem, ut eos tanquam ſpiritualem cibum remolat, & efformet in Chriſto, *In Paſtore multa ſit charitas erga oves.* ut ait D. Ambroſ. quod maximè competit Prælatis ac Paſtoribus, ut erat hic Epiſcopus Laodicenſis.

405. Cùm meus Jeſus penderet in cruce circa ultimam vitæ periodum dixit, *ſitit*, Joan. 19. Joan. 19. num. 29. quod ut patet ex Matth. 27 num. 45. Matth. 27. 46 hora ſexta erat, at Petrus, in Actibus Apoſtolorum 10. num. 9. *Aſcendit ſuperiora, & circa horam ſextam, cùm eſuriret, voluit guſtare:* Actor. 10. Eadem

meridiana

meridiana hora Chriſtus ſitit, & petrus eſurit. Si Chriſtus deſiderat aquam, cur Petrus eodem deſiderio non tangitur? & ſi Petrus fame premitur, cur eandem Chriſtus non ſuſtinet; ſed unius ſiti vexatur, alter verò fame? Et creſcit dubium: quia ſitis Chriſti hominum ſalutem ſitire demonſtrabat, ut communiter docent ſancti Patres; & fames Petri Gentium converſionem eſurire deſignabat, & ideo immediatè aperto cœlo, oſtenſum eſt linteum, *in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentes terræ, & volatilia cœli: & facta eſt vox ad eum: Surge Petre, occide, & manduca.* Quo ſignificabatur adventus Cornelii, ac aliorum Gentilium ad fidem recipiendam. Si ergo ſignificatum eſt idem, cur eodem meridiano tempore Dominus ſitit, vicarius eſurit? Alimentum charitatis ſumitur per analogiam ad alimentum naturale, conſtat ex comeſtione, ac bibitione; & affectus hujuſmodi alimenti explicatur per ſitim, & famem ſic &

Ioan. 4. alimenta charitatis conſtat ex ſalute animarum, ut teſtatur Chriſtus in Hiſtoria Samaritanæ Ioan. 4. n. 32. *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis*. Deſiderium, ac affectus hujus alimenti explicatur per ſitim, & famem. Dominus ergo meridiano tempore ſitit; vicarius eadem hora eſurit, ut notat D. Chryſoſt. ad citatum locum Actorum. *Vide* ait, *quomodo ſpiritus connectit tempore, & neque citius, neque tardius fecit hoc*: Volens Dei providentia Petri, charitatem honorare, ordinat, quòd eâdem horâ alimenti naturalis, Chriſtus ſitit noſtram ſalutem: nam alimentum illius ſanctiſſimæ animæ ſalus, erat humani generis; & eadem horâ Petrus famem patitur, quæ erat alius affectus, & compars ſocia ſitis: videtur enim, quòd in his affectibus externis charitatis ac deſiderii ſalutis noſtræ, Petrus, veluti compars, aliqualem ſocietatem inibat cum Chriſto, tanquam ſi in uno, & altero alimentum eſſet ſalus animarum, ac ſuarum ovium. Chriſtus cùm ſitit ſalutis animarum *Sitio*; Petrus cum altero affectu, ac comparte ejuſdem ſalutis, *Cum eſuriret*. Chriſtus ſitibundus ſalutis hominum, *Sitio*; Petrus fameſcens, *cùm eſuriret*. Et nota, quòd Chriſtus non eſurit, ſed ſitit; nam juxta medicos, & Philoſophos appetitus ſitis efficacior, ac vehementior eſt, & in Chriſto omnia ſemper fuerunt ſuperiora, ac eminentiora, tamen Petrus patitur, ac ſuſtinet alterum affectum & compartem, ac ſocium ſitis, prout eſt fames: ut hoc ſit magnum cunctis Eccleſiæ Prælatis documentum, quòd eminenti modo debeant eſſe participes illius ſupremæ charitatis, quantùm poſſibile, ac fas eſt debent illam imitari, ac ſocietatem Chriſto præſtare. Chriſtus ſitit; Vicarius eſurit.

Excellens Petri charitas.

D. Chryſ.

Prælatus charitatem Chriſti imitetur, tanquam compars.

QUÆSTIO XLVI.

Quare emens aurum ignitum, dicitur veſtiendus non una veſte ſed multiplici?

406. PRius dicitur, quòd Epiſcopus iſte emat aurum ignitum, & tunc ſubjungitur, quòd veſtimentis albis induatur, quia charitas in auro ignito ſignificata prior eſt, & ab ipſa charitate omnis virtus, ac bona operatio procedit.

A charitate prodeunt aliæ virtutes.

Dicitur ergo huic Epiſcopo; *Veſtimentis albis induaris*, id eſt, virtutibus, ac operibus 407.
ſanctis, juxta illud Pauli ad Coloſſenſ. 3. numero 12. *Induite vos ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, patientiam, &c.* Ex quo inſurgit difficultas, cur non dicitur, ut veſtimento albo induaris, ſed veſtimentis albis; cur non una veſtis, ſed multiplex requiritur, cùm ad nuditatem cooperiendam valde ſufficiens eſſet una veſtis, ad quid ergo tot requiruntur veſtimenta?

Coloſſ. 3.

Reſpondet primò D. Bernard. Senenſ. tom. 2. 408.
feria 4. poſt Dominicam Palmarum, artic. 3. cap. 3. *Veſtimenta quidem, ait, non tantùm ipſum corpus exornat, verùm etiam calorem naturalem in humano corpore fovent: ſic etiam vita juſta hominem in honeſtate ornat, & calorem dilectionis, in quo ſpiritualis vita conſiſtit, fovet.* Veſtis non ſolùm ornat corpus, ſed etiam fovet calorem naturalem illius; vita ſpiritualis conſiſtit in ea orè, ac igne charitatis: calor ergo, ac fervor charitatis ſuſtentandus, ac fovendus eſt bonis, ac ſanctis operibus, his enim calor animæ ſupernaturalis nutritur, ac cuſtoditur.

D. Bernard.

Bonis operibus fovetur: ac ſuſtentatur vita ſpiritualis.

Reſpondeo ſecundò; quod ad integram, ac 409.
perfectam ſanctitatem viri juſti, ac conſummati, non ſufficit una virtus, ſed multæ, ac omnes requiruntur, ex quibus integra ſanctitas componitur, ac intexitur, & cum unaquæque veſtis ſignificet unam virtutem, ideo in hoc Epiſcopo multæ veſtes, id eſt, multæ virtutes exoptantur. De ſanctiſſima ſponſa à ſupremo, ac ſummo Rege accepta in ſuum conſortium decantat Regius Vates, Pſalm 44. num 10. *Aſtitit Regina à dextris tuis, in veſtitu deaurato, circundata varietate*, id eſt, non cum uno lapide pretioſo tantùm intexto, ſed cum omni lapide, ita ut nulla gemma deſit huic ornamento. D. Amad homil. 2. *Non ſolum, ait, veſtitu deaurato, & fimbriis aureis decoratur, ſed & omni lapide pretioſo cooperitur. Nulla enim gemma, huic deeſt operimento.*

Perfecta ſanctitas non ex una virtute. ſed ex omnibus conſtat

Pſalm. 44.

D. Amad.

Narrans Ioſeph ſuum ſomnium fratribus 440.
dicebat: *Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare*. Geneſ. 37. num. 7. Aliter verò Pharaoni in ſomnis oſtenditur, quòd *ſeptem ſpicæ pullulabant in culmo uno*. Geneſ. 41. num. 5. Ioſeph, totus manipulus ſuus apparet plenus, & perfectus conſurgens ad adorandum; at verò Pharaoni non totus culmus, ac manipulus oſtenditur plenus, ſed tantùm pauciſſimæ ſpicæ, nempe ſeptem, oſtenduntur. Et cur Pharaoni tam paucæ ſpicæ proponuntur, Ioſepho autem integer manipulus, cum omnibus neceſſariis ad ſui plenitudinem exurgit? quia non Pharaoni ſed Ioſeph oſtendebatur vera, & integra ſanctitatis corona, ac plenitudo quæ non ex una, vel alia virtute, ſed ex plurimis, ſeu ex omnibus texitur ac conflatur. D. Ennodius in Panegyrici loquens de fide ait: *Nobilitas ſola niſi multiplicibus præteritorum non componitur ſpoliis; ex variis gemmis una diadematis ſolet conſtare formatio.*

Geneſ. 37.

Gen. 41.

Plenitudo ſanctitatis ex omnibus virtutibus texitur.

D. Ennod.

411. De ſua dilecta anima ſancta canit ſponſus,
Cant. 1. *Collum tuum ſicut monilia.* Cantic, 1. num. 10.
D.Nyſſenus;legi, *collum tuum ſicut torques.* Ad
Anima ſancta non una ſed multiplici virtute ornatur. elegantiam, ac pulchritudinem ſponſæ ſat erat quòd uno monili eſſet exornata, ad quid multiplicibus inſignita decantatur? ſi enim uno ſolo monili condecorata appareret, laus eſſet inutilis, eò quòd non idem haberet teſtimonium in cæteris virtutibus; nunc autem aſſimilatione multitudinis torquium teſtimonium omnium virtutum laus ejus comprobatur, ac de-
D. Nyſſen. claratur. D. Nyſſenus homil. 3. in Cantic, *Eſt hoc quoque conſilium : a t, quod à Verbo præbetur toti Eccleſiæ, non oportere nos ad unum aliquod bonum aſpicientes, in cæteris rectè factis eſſe negligentes : ſeu ſit tibi monile temperantiæ, veluti quibuſdam margaritis, pura vita in collo reſpondens, ſit tibi aliud monile, quod pretioſas gemmas præceptorum in ſe continet.*

Quæstio XLVII.

Ob quod motivum iſte emens aurum inducitur veſtibus, non cujuſcumque coloris, ſed tantùm albis, & quænam erit menſura ſeu longitudo talium veſtium?

412. TRia in hac quæſtione quæro. Quare hæc indumenta ſunt albi coloris, & non alterius? Secundò, quænam eſt menſura, ſeu longitudo harum veſtium. Tertiò, quodnam motivum ad tale indumentum?

413. Primò quæro, quare hæc veſtimenta dicuntur alba. *ut veſtimentis albis induaris.* Cur non erunt violacea, aut hyacintina, aut alterius
Albertus. coloris? Reſpondet Albertus Magnus: *Alba dicitur charitas; quia peccatorum maculam, aut aliquam duplicitatem habere non novit.* Quia
Juſtus ſine macula, ac duplicitate. charitas, quæ operit nigredinem peccatorum, expers omnino eſt totius maculæ, ac notæ, nullamque tincturam, ac duplicitatem admittit, ſed cuncta in ſua nativa ſimplicitate tenet, ac conſervat; & inde juſti & puri dicuntur *amicti ſtolis albis*, Apoc. 7 n 9.
Apoc. 7.
414. Secundò quæro in his veſtimentis, quænam erit eorum menſura, ſeu longitudo? Hoc nobis non exprimitur, ſicut ejus color declaratur, ac proinde à nobis eſt inquirendum, an hæc veſtis
D. Bernard. Senenſ. eſſet ſtricta, vel longa uſque ad talos demiſſa? Ita affirmat D. Bernard. Senenſ. in præſenti. *Debent ergo ait, hæc veſtimenta eſſe alba per candorem innocentiæ, longa ratione perſeverantiæ.* Rectè hæc indumenta ſunt talaria, & longa, quia
Perſeverantia in virtutibus neceſſaria. cùm per has veſtes denotentur virtutes, rectè longæ uſque ad pedes dicuntur: qui non ſatis eſt animam virtutibus indui, ſed in eis perſeverandum eſt uſque ad finem; quæ perſeverantia per longitudinem harum veſtium uſque ad pedes ſignificatur. Vide quæ dixi de veſtitu poderis cap. 1. q. 48. n. 375. 376. 377.

415. Tertiò, quæro quodnam eſt motivum, ob quod huic Epiſcopo ſuadetur, ut induatur veſtibus albis? Reſpondeo quod ratio in ipſo textu declaratur *Ut non appareat confuſio nuditatis tuæ.* Vel ut alii legunt, *ne appareat dedecus* ſeu *fœditas nuditatis tuæ.* Alcazar exiſtimat, Alcazar.
quòd tantùm veſtimenta alba perſuadentur huic Epiſcopo, quia volebat Dominus eum admittere ad ſuam cœnam Euchariſticam, ut dicitur infrà verſ. 20. *Introibo, & cœnabo cum illo*, & idem omni virtutum ſupellectili erat exornandus. De quo infrà, & maximè, quia, ut mul- Sherlogus
tis probat Sherlogus tom, 2. in Cantic. veſtig. 2 c 1. verſ ſect. 7 n. 95. conviviis nonniſi candi- *In convivio veſtes candidæ.*
da veſte indutos, convivas accubuiſſe; quod confirmat ex illo Eccleſiaſt. 9. n. 8. *Vade ergo, & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum.* Et ſubditur; *omni tempore ſint veſtimenta tua candida.* Eccl. 9.

Tamen maximè proprius ad litteram dicitur; 416.
quòd his veſtimentis albis induatur, *ut non appareat confuſio nuditatis tuæ*, id eſt, ut anima *Anima virtutibus ornatur.*
tua exornetur bonis operibus ac virtutibus, quæ per illa veſtimenta denotantur; & qui talibus operimentis caruerit, tunc apparebit ejus nuditas ac confuſio peccati, qua anima maximè deturpatur.

De anima ſancta omnibus virtutibus ornata 417.
cantat dilectus ſuus. *Odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris.* Cant. 4. n. 11. Cur fragran- Cantic. 4.
tia veſtimentorum illius, non cum alio odore confertur, niſi tantùm cum odore thuris? cur non potiùs cum balſamo, vel cinnamomo, vel alio odoramento, ſed tantùm cum odore thuris, cùm ſint alia odoramenta pretioſiora? Thus uni Deo, ac ejus obſequio eſt dedicatum; veſtimenta autem actiones, & operationes animæ
indicant, ut jam dixi. Et notat D. Greg. Nyſſe- D. Nyſſen.
nus homil 9. in Cantic. Hinc pro magna gloria ſponſæ dicitur: *Odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris*; quia omnes ejus actiones & *Ornamenta animæ ſanctæ operationes.*
operationes erant conſecratæ, ac dedicatæ Dei cultui, & obſequio. Nam his maximè anima exornatur, & antiqua fœditas peccatorum cooperitur, & charitas in futurum augetur. Philo Philo Carpatius.
Carpatius ad citatum Cantic. locum *Per veſtimenta ſponſæ*, ait, *ſancta opera deſignantur, quibus vel præterita mala teguntur, vel innocentia conſervatur, & augetur; non enim ſatis eſt, mala non agere, niſi & bona peragamus. Prima pars juſtitiæ eſt, mala devitare, & vitia fugere, ſecunda verò bona, ac juſta, ſanctaque patrare, quibus jure bonitatis amatores eſſe judicemur.*

De ſuo habitaculo celebrat ſponſa: *Tigna* 418.
domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina. Cant. 1. n. 16 Optimo jure ambiges, Cantic. 1.
cur cedrus, ac cupreſſus eliguntur ad componendum tectum domus animæ ſanctæ: cur non potiùs aſſumitur pinus, vel quercus, ſeu aliud *Anima virtutibus cooperienda.*
lignum, quod valde frequenter ad conſtituendam regalem domum adhibebitur; cur ergo cedrus, & cupreſſus? Hæc duo ligna præterquam quòd ſint odorifera, imputribilia ſunt, & inde ſignificant odorem virtutum, quibus anima ſancta tegitur, operitur, ac componitur perpetuâ ac ſtabili firmitate D. Greg. Nyſſen. hom. D. Nyſſen.
4. in Cant. *Tectum imponit domus ornans per materiam quæ nequit putreſieri, talis eſt autem Cedrus & cupreſſus, quarum virtus, quæ ineſt lignis, eſt potentior quavis cauſa putrefactionis, non tempori cedens, non tineas procreans.* Et poſt pauca ſubdit. *Opus eſt nobis hujuſmodi trabibus, quæ autem ſunt virtutes.*

Quæstio XLVIII.

Quare Laodicenum Antiſtitem hortatur Dominus, ut collyrio inungat oculos ſuos.

419. FOnti malorum vult Dominus remedium adhibere, niſi altè monet cordis oculos collyrio inungendos. Collyrium pharmacum oculorum eſt, præſertim lipitudine laborantium. Componitur ex ſaccharo, & aqua roſacea & tutia, quæ eſt ſpuma ſubnigra argenti, quæ in argenti fodinis reperitur, & ab ea collyrium nigrum eſt, ac mordicans, & pungens inſtar argenti, & arenæ: Ex oculis ergo corporalibus vult Dominus nos tranſire ad oculos ſpirituales cordis, ad quod nos hoc metaphorico remedio collyrii exhortatur, relinquens amplum campum Doctorum Expoſitionibus.

Collyrium quodnam pharmacum;

420. Primò, Victorinus, Primaſius, Ansbertus, Beda, Richardus, D. Gregor. I. part Paſtorali cap. 11. per collyrium intelligunt conſiderationem, ac obſervationem mandatorum, ac legis divinæ. Sic ait D. Gregor. *Collyrio oculos inungimus, ut videmus; cùm ad cognoſcendam veri luminis claritatem, intellectus noſtri acumen medicamine bonæ operationis purgamus.* Ansbertus. Intellectus bonus omnibus facientibus eum Pſalm. 110 num. 10. *Adhibe divinæ præcepta ad mentem cæcam, quatenus virtutum nuditatem, quam pateris, videas? niſi enim quoddam eſſent collyrium divina mandata*, non diceret Regius Vates Pſalm. 18. num. 9. *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos, id eſt ſenſus noſtros. Collyrium per amaritudinem ſuam, oculos, id eſt ſenſus noſtros purgat; præceptum Domini per terrorem ſuum ſenſu elucidat, collyrio clarificantur oculi ad videndum ſolem, præcepto Domini ſenſus noſtri per ignorantiam priùs clauſi, liniuntur, & ad ſuperna claritatis fulgorem intuendum aperiuntur.*

Prim. Beda. Richard. D. Greg.

Dei lex, ac mandatum illuminat mentem.

Pſalm. 110.

Pſalm. 18.

421. Secundò, Andræas Cæſarienſ. *Nam ſi dona videntium oculos excæcant, omnino contemptus munerum hos aperiet*, Munera, vel lucra temporalia oculos mentis ſuperiorum, ac Prælatorum excæcant. De ſe ait Propheta Balaam: *Dixit homo, cujus obturatus eſt oculus.* Num. 24. n. 3 Et unde ejus oculus erat impeditus, ac clauſus? acceptis nempe muneribus, ac precibus à Rege Balac. Huic autem cæcitati nullum remedium aptius invenitur, quàm collyrium, quo oculi clariſſime aperiantur, ut videant parvitatem temporalium, ut inde deſpiciantur, & contemnantur ipſa temporalia.

Andr. Cæſ.

Temporalia lucra excæcant homines.

Num. 24.

422. Tertiò, collyrium eſt tribulatio. Albertus Magn. *Collyrium eſt tribulatio, quæ per ſui amaritudinem mentem illuminat.* D. Laurent. Juſtin. lib. de caſto connubio cap 3. *Fellis collyrio inungenda eſt mens, ut rectè videat; manuque tentationis erigenda eſt, ne pereat.* Collyrium eſt maximè pungens, & mordax; quomodo ergo eo tenerrimi oculi inungentur; quia quo magis amara eſt tribulationis, ac tentationis medicina, eò magis proficua, ac ſalutifera, ut mentem illuminet. Nam, ut dicitur Iſai. 28. n. 19. *Vexatio dabit intellectum* Thren. 1. num. 13. *De excelſo miſit ignem* (ſcilicet tribulationis, ac preſſuræ) *& erudivit me.* Unde infrà cap. 8. q. 16. n. 162. 163. 164. 165.

Alb. Magn. D. Laur. Juſt.

Tribulatio aperit mentem, & dat cognitionem.

Iſai. 28.

Thren.

423. Quartò, Albertus Magn. *Collyrio pœnitentiæ*, ait, *inunge oculos tuos; ut intellectus purgetur ab errore, vel ignorantia, & ab effectu culpæ, ut videas tua peccata, & Dei beneficia.* Cur pungenti ac mordaci collyrio inungendus eſt oculus hujus Epiſcopi, ut videat? Iſte Epiſcopus ſe gloriabatur divitem, ac locupletem, & nullius indigentem, cùm eſſet miſer, miſerabilis, ac cæcus; ideò pungenti, ac mordaci pœnitentiæ medicamine indiget, ut oculi ejus aperiantur; & videat malitiam ſuorum peccatorum, ut ſic illa deteſtetur, ut ad Deum veniens, ejus beneficia gratificetur. S. Iſaac Presbyter lib. 1. de mundi contemptu: *Pœnitentia*, ait, *eſt navis, timor verò gubernator ejus, charitas portus divinus: facit ergo timor nos ſedere in navi pœnitentiæ, & tranſportare mare mundi fœtidum, & ad portum divinum, qui eſt charitas, nos perducit.*

Alb. Magn.

Pœnitentia facit, ut homo cognoſcat ſua peccata.

S. Iſaac.

424. Quintò Haymo: Per collyrium, ait quod de terra naſcitur, ſignatur Chriſtus, qui de terra, id eſt de Virg. Maria eſt natus: Collyrium etiam aufert ab oculis pulverem: ſic Chriſtus terrenorum amorem. Collyrio ergo inunguntur oculi, quando per paupertatis Chriſti conſiderationem amor terrenorum expellitur.

Haymo.

Paupertas expellit humorem terrenorum.

425. Sextò. Albertus Magnus; Viegas. *Collyrium; Paſſionis Chriſti memoria, quæ oculos mentis illuminat*, ad alta, & divina myſteria intelligenda. Poſt Reſurrectionem apparuit Chriſtus D. ſuis Diſcipulis, & manducavit cum eis partem piſcis aſſi, ut narrat D. Lucas 24. n. 42. *Tunc*, ut ſcribit ipſe Evangeliſta num 45. *Aperuit illis ſenſum, ut intelligerent Scripturas.* Cur manducatur prius piſcis aſſus antequam mens illuſtretur ad Scripturas intelligendas? Piſcis aſſus eſt Chriſtus paſſus, ut inquiunt Beda, Hugo: & ait; *Chriſtus fuit in paſſione aſſatus in ara Crucis igne tormentorum, & dolorum.* Ut dixi tom 5. in Evang lib. 9. c 4. quæſt. 11. n. 68. Inde ergo antequam Apoſtolorum mens aperiatur ad intelligentiam Scripturarum, priùs manducatur piſcis aſſus, quia memoriâ, ac repræſentatione Paſſionis Chriſti mens aperitur, & illuſtratur ad Scripturas, ac ſacra myſteria penetranda.

Albert. Viegas.

Memoriâ Paſſionis mens illuſtratur ad intelligenda myſteria divina.

Luc. 24.

Hugo.

426. Septimò. Fides collyrium animæ eſt Cælius Pannonius. *Collyrium*, ait, *eſt verbum Fidei, quod quoties menti imponitur, ſanguis carnalis intelligentiæ ab ea removetur, fæces tolluntur errorum.* Magnum vitium eſt cæcitas, non tantùm carnis, ſed potiùs mentis, utpote, quo ergo medicamine tam dirus morbus eſt expellendus, & perfectus habendus eſt intuitus? collyrio nempe fidei hoc abiguntur errorum tenebræ, & anima verâ agnitione illuminatur; ſic cùm Paulus ad fidem converteretur, *ceciderunt ab oculis ejus tanquam ſquamæ, & viſum recepit.* Actor 9 n. 18.

Pannon.

Fides illuminat oculos mentis.

Act. 9.

427. Octavò, collyrium eſſe continentiam docet D. Bonav part. 3. de Eccleſiaſt. Hierarch. cap. 2. *Hæc enim, ait, eſt omnis turpitudinis concupiſcentiæ purgativa, & cæcitatis, ac caliginis ſpiritualis abſterſiva.* Sicut libido corrumpit affectum, & mentem cæcat, ac obtenebrat, ut patet in Samſone Iud. 16. n. 21. ſic caſtitas, ac continentia illuminat.

D. Bonav.

Caſtitas expellit cæcitatem, & dat lucem.

Iud. 16.

428. Vital. *Lacrymæ expurgant oculos ad cœleſtia videnda.* Joan. 10.

Nonò, Cardinalis Vitalis ſpeculo Scripturæ Sacræ, titul. Contemplatio. *Lacrymis mundatur oculus interior, ut Deum ſpeculetur*: Apocal. collyrio inunge oculos tuos, ut videas *Sic enim oculus recuperat ſanitatem, ut videat, & experiatur Dei ſuavitatem, ut videat. Maria* Joan. 20. n. 14. *ſtabat ad monumentum foris plorans, & dum fleret, converſa eſt retrorſum, & vidit Jeſum ſtantem.* Lacrymæ ſunt tanquam collyrium, quibus purgantur oculi mentis ad cœleſtia contemplanda; ſic Magdelenæ oculi lachrymis expurgantur ut Jeſum videant, & agnoſcant.

429. D. Anſelm. Strab. Lyran. Hugo.

Decimò, D. Anſelm. Strab. Lyran. Card. Hugo dicunt, quòd per collyrium intelliguntur divina gratia, ac dona Spiritus ſancti, quæ duos mentis oculos, intellectum nempe & affectum illuminant. Si verò objicias, quod dicitur, inunge oculos tuos: Reſpondet Lyran. quia licèt gratia ſit à ſolo Deo data, tamen ad illam per ſuam voluntatem poteſt ſe homo ex Dei auxilio præparare, & diſponere.

430. D. Bern.

Undecimò, D. Bern. Senenſ. Tom. 3. ſermo 3. qui eſt de emenda charitate divina in 2. p. principali. *Inunge collyrio oculos tuos; nam collyrium eſt pulvis, ex quo cum oleo ſimul mixto fit unguentum, quo unguntur oculi, & clareſcit viſus.* Primus pulvis ejus veræ *cognitionis eſt*; Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris, *quaſi dicat, fac me recordari, quia ſum pulvis, & in pulverem revertar, & hoc habeo viliſſimum in me.* Suades Dominus Epiſcopo; ut ungat oculos collyrio, nempe pulvere, ex quo homo eſt compoſitus, & in quem reſolvendus; & hic pulvis eſt optimum medicamentum, ut expungentur oculi ab humore rerum temporalium, & videant ſibi neceſſaria, & ſalutaria. Ex conſilio Archangeli Raphaëlis junior

Tob. 11. Tobias, *ſumens de felle piſcis linivit oculos patris ſui.* Tob. 11. n. 13. Cur ad hoc miniſterium eligitur potiùs fel, quàm cor? nam magnum miraculum edendum erat, ſiquidem viſus ei reſtitutus eſt, cor autem pars eſt nobilior: cur ergo ad tantum opus non ipſa pars nobilior deſtinatur, ſed fel, quod eſt quid inferius? Cur, cùm ſit principium vitæ temporalem vitam denotat, & fel ob ſui amaritudinem mortem 1.

1. Reg. 15. *Pulvere mortis illuminantur oculi.* Reg. 15. n. 32. & ſic dicitur fel amaræ mortis, ad viſum oculorum reſtituendum non applicatur cor, ſed fel; quia repræſentatione temporalium excæcatur oculus, figurâ autem, & typo mortis illuminatur, ut videat, & penetret lumen Cœli & ſibi neceſſariis.

431.

Duodecimò, & maximè ad literam exiſtimo, quòd collyrium, de quo hîc eſt ſermo, ſit cognitio ſui ipſius, ac recta examinatio, ac præponderatio ſuarum actionum; nam hic Epiſcopus Laodicenſis maximè laborabat ſui neſcientiâ, nam multâ arrogantiâ, ac jactantiâ habebat ſuos oculos obcæcatos, dicebat de ſe eſſe divitem, locupletem, ac nullius egentem, cùm revera eſſet *miſer, miſerabilis, pauper, cæcus, & nudus*; & ideo in tanta tepiditate jacebat. Perſuadetur ergo ad proportionatum medicamentum ſuæ infirmitati, ad ſui nempe cognitionem ac advertentiam, qua oculus mentis ejus purgabitur ab humorem nocivo ſuæ arrogantiæ ac tepiditatis & ita per ſui demiſſionem, ac humilitatem intelliget, & cognoſcet ſuam paupertatem, & nuditatem, ac dona quæ à Deo ſunt. Ita Primaſius, Richard D. Laurent. Juſtinian.

Cognitio ſui ipſius optimũ medicamentum ad vera cognoſcenda.

Primaſ. Richard. Juſtinian.

lib. de caſto connub. cap. 6, Rupertus Abbas in præſenti; & ait: *Collyrio inunge oculos tuos, ut videas, id eſt, cor tuum vera humilitate purifica, ut per paupertatem tuam videas; veraſque divitias bonitatis Dei agnoſcas.* Rubertus.

Dicitur Proverb. 24. num. 16. juxta Catenam Græcam Caſſian. collat. 22. ac alios. *Septies in die cadit juſtus, & reſurgit.* In quo duplex eſt difficultas; ſi cadit, quomodo juſtus? & cur potiùs dicitur cadere in die, quam nocte, quando tenebrarum obſcuritates homines ad peccata invitant? cur ergo dicitur cadere potiùs in die, quàm nocte? ſi cadit in die, id eſt cum ſui cognitione, ſe ipſum, ſuumque lapſum cognoſcat, cadit ut juſtus; quia ex ſua cognitione ſui ipſius, ac ſui lapſus ſe ipſum excitabit, ut citò reſurgat, & à peccati fœditate, ac horrore ſe ipſum immundet D. Bernard. ſerm. 17. in Cantic. ſic ait. *Septies in die cadit juſtus, & ſepties reſurgit, inquit, reſurgit, ſi tamen cadit in die, ut ſe cadere, & cecidiſſe ſciat,* Perpende ultima verba. 432. Prov. 24. Cát. Græc. *Qui cognoſcit ſuum caſum, citò reſurgit.* D. Bernard.

Paulo datus eſt Angelus Sathanæ, qui eum colaphizet, à quo ſe petit liberari vir Sanctus, nec obtinet, dicitur enim ei, *quia virtus in infirmitate perficitur.* 2. Cor. 12. num. 9. Seu illuſtratur, ſeu glorioſior apparet. In infirmitate virtus illuſtratur, hoc videbatur potiùs dicendum in fortitudine, ac robore, nam in infirmitate virtus cadit, in robore firma ſtat, & perſeverat; tamen optimè dicitur; *Virtus in infirmitate perficitur.* Qui quando alicui, ne erret, ante oculos obſervatur ſuæ naturæ infirmitas, qualis erat Apoſtolus, & ideo poſtulabat ab illo ſpiritu liberari; inde fit maxima virtutis accretio; cùm enim ſuam debilitatem inſpicit maximè in humilitatem venit, & ad Dei opem confugit. D. Irenæus lib. 5. *Voluit Dominus, ait, Apoſtolum ſuum ſic colaphizari, & talem ſuſtinere infirmitatem, etiam dicit Verbum: virtus in infirmitate perficitur, meliorem efficiens hunc, qui per ſuam infirmitatem cognoſcit virtutem Dei. Suam enim infirmitatem diſcere per ſuſtinentiam nihil eſt malum; magis autem bonum eſt, non aberrare in natura ſua.* 433. 2. Cor. 12. D. Irenæus.

QUÆSTIO XLIIX.

Collyrium, quo inungendus eſt oculus, ut videat, explicatur de Divina Euchariſtia.

ITa ſentit D. Bernard. Senenſ. tom. 5. ſerm. 12. qui eſt quartus de Sacratiſſima Euchariſtia. *Quid per hoc collyrium, ait, ex pulvere, & aqua confectum, niſi hoc Sacramentum convenientius deſignatur? Quod ex aqua divinitatis, & pulvere noſtra humanitatis, per verbum aſſumens naturam humanam, ad illuminationem gentium, per acrimoniam paſſionis olim confectum eſt: nunc verò in conſecratione conficitur atque commemoratione ejuſdem in Sacra Communione, & devota Miſſæ auditione, mentis oculi inunguntur, & expurgantur, ut virtus ejus, gratia lumen in Eccleſia quotidie operetur.* Ex terrenorum affectu, quædam obſcura caligo, 434. D. Bernard. *Euchariſtia oculos illuminat.*

caligo, ac albugo gignitur in oculis noſtris, ideò devotè Euchariſticum Sacramentum ſumendum eſt; nam hoc ſalutifero collyrio mens expurgatur à terrenis, & oculi mentis clarificantur, ac illuminantur ad cœleſtia perſpicienda,
435. & agnoſcenda.

Num 11. Pro quo maximè facit illud, quod de manna refertur Num. 11 n. 7 ubi dicitur: *Erat autem Man, quaſi ſemen coriandri, coloris bdellii*, ubi noſter vulgatus habet, *coloris bdellii*, vertunt
Hebræ. Lorinus alii ex Hebræo, *Et oculus ejus*, ſive *oculus bdellii*. Ex quo infert Lorinus ibi, *Manna quoſdam habuiſſe ocellos*, ſive *ocellatum fuiſſe*. Quid
Euchariſtia illuſtrat oculos mentis. ergo tot oculi ſignificabant in Manna? Nihil quidem in Manna, ſed in eo quod figurabatur in Mana, Sacra ſcilicet Euchariſtia; quia ſi in ea clauduntur oculi terreni, aperiuntur Spirituales ad alta, ac ſublimia perſpicienda. Sic
Bleſenſ. dixit Petrus Bleſenſ. lib. de Panibus. *Cæcitas oculorum noſtrorum, & apertio eſt interioris.*

436. D. Chryſipp Elegantiſſimè D. Chryſippus ſerm. de laudibus Virg. Mariæ, Sacram Euchariſtiam appellat Cœnam lucis. Nam hæc ſacra cœna expellit tenebras, & cunctis dat lucem, & ſplendorem.
D. Anaſtaſ. Meritò notat Anaſtaſius Epiſcopus Nyſſen.
Ab Euchariſtia totus orbis illuſtratur. q. 95. in Script. Sacram, quod hoc divinum Sacramentum luna decima quarta fulgente fuerit inſtitutum. Cujus rei ea eſt ratio; quia dum luna eſt decima quarta, totus mundus eſt in luce, & tenebræ undequaque depelluntur: Hemiſpherium enim noſtrum lumine lunæ plenæ integer illuminatur; alterum nempe Antipodum, ſole fulgente per totum reſplendet: tale ergo tempus ad inſtitutionem hujus Sacramenti eligitur, quia virtute illius tenebræ erant diſſipandæ, undique vera lux in mundo introducebatur.

437. Nota tamen, quòd antequam hic Epiſcopus excitetur, ut oculos inungat Euchariſtico collyrio; priùs ei ſuadetur, ut emat aurum igni
Accedens ad Euchariſtiam, omnibus virtutibus ſit ornatus. tum, & probatum; ac ut veſtibus albis induatur, hoc eſt antequam ad Euchariſtiam accedat, ut omni virtute exornetur. Ait Regius Vates Pſal. 22. n. 5. *Paraſti in conſpectu meo menſam.* Quod de Sacra Euchariſtia intelligit bona pars Doctorum. Tamen antequam hæc Sacra menſa dicatur ante ipſum poſita, præmiſit Propheta: *Deduxit me ſuper ſemitas juſtitiæ*;
Euth. hoc eſt, omni juſtitia, & ſanctitate me implevit. Sic interpretatur Euthym. & ait: *Per juſtitiam illam univerſalem juſtitiam intelligitque omnes virtutes amplectitur; per ſemitas verò alias particulares virtutes.* Ac ſi dicatur, quòd plùs omni virtute eſt imbutus, & tunc poſtea Euchariſtica menſa in conſpectu ejus eſt poſita, aliter ad illam non valebat occidere.

Apoc. 3. n. 19. Ego, quos amo, arguo, & caſtigo: æmulare ergo, & age pœnitentiam.

VERSIONES.

Aretas. Ego quoſcumque amo, arguo, & erudio etiam.

Arabicus. Nam unumcumque diligimus, eundem corripimus, æmulare igitur, & quare pœnitentiam.

Multi ex Gr. Ego quos amo, convinco

Syrus. Æmulus ergo ſis, & reſipiſce.

Tygurin Æmulare ergo, & reſipiſce.

EXPOSITIO XIV.

ASPERITATEM verborum ſuæ apprehenſionis, qua Dominus uſus fuerat erga hunc Epiſcopum, quòd nec erat frigidus, nec calidus, ſed tepidus, & inde quod inciperet eum evomere, quod erat miſer, miſerabilis, nudus, & pauper & quod collyrio inungeret oculos ſuos, nunc Dominus temperat, & mitigat dicens, *Quos ego amo, arguo, & caſtigo.* Ac ſi dicat, ergo hæc monita accipe quaſi argumenta amantis animi, ut revera ſunt; *Ego quos amo*, tanquam filios, amicos, ac diſcipulos, *arguo*; ſeu corripio. *Et caſtigo*, eorum pueriles mores: Nam ubi nos habemus; *caſtigo*, Radix Græca, ut notat Ferrarius habet verbum, quod ſignificat corrigere puerum; ut Pater caſtigat Filium, Magiſter Diſcipulum 438.

Græc. Ferrar.

Æmulare ergo. Id eſt; arde zelo, totis viribus procura, ac contende, ſis unus ex illis, quos ego, quia eos amo, arguo, & caſtigo. Et ut ego ita me geram tecum; ſicut me gero cum illis, quos amo, & ad hoc tibi aſſigno medium conveniens ac proportionatum: *Pœnitentiam age*; nam per pœnitentiam meum amorem impetrabis. Et hæc interpretatio, etſi videatur nova, tamen genuina eſt, ut magis explicabo infrà. 439.

QUÆSTIO L.

Quare Dominus, quos amat, arguit & caſtigat?

AIt Dominus, *quos amo, arguo; & caſtigo.* Arguit verbis & reprehenſionibus, caſtigat verò laboribus tribulationibus; non vero cæteros; Maximè ſed quos amat, caſtigat tanquam domeſticos ad emendationem, ut pater filium juxta illud Hebr. 12. n. 6. *Quem diligit Dominus caſtigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit? Tanquam filius vobis offert ſe Deus.* Alios vero arguit, & caſtigat ut extraneos ſive inimicos ad perditionem, & condemnationem. De quibus ait Jerem. 30. n. 14. *Plagâ inimici percuſſit caſtigatione crudeli.* Ac proinde illud, *quos amo* eſt diſtinctivum, ac partitivum illorum, quos Deus ut Filios, ac Domeſticos habet, ab his quos non diligit ut ſuos, ſed ut extraneos negligit, ſive ut inimicos odit. 440.

Suos caſtigat Dominus ut pater ad emendationem. Jerem. 30.

Quæſtio eſt; quomodo dicat Dominus: *quos amo, arguo, & caſtigo.* Nam amor totus blandus, totus tener eſt, & valde delicatus, & quibuſlibet dilecti injurioſis acerbè feritur: ſic ait Dominus Zach. 2. n. 8. *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Quomodo ergo ait Dominus, quos amo, arguo & caſtigo; nam ut ait D. Gregor. Nazianz. *Benevolentia illex eſt humanæ naturæ acerbitas adverſatrix hominum eſt.* 441.

Zach. 2. D. Nazianz.

Reſpon

442. Reſpondeo. Primò, ſuos caſtigat Dominus, ut eorum delicta expiet, & mundet, eoſque ab errore advocet, & ad veritatem agnoſcendam adducat; ad quod optimus Magiſter eſt punitio, ac caſtigatio. D. Baſil. Sel. orat. 4. ſic introducit Evã loquentem. *Novi meam mandati divini transgreſſionem, novi à Paradiſo excidiſſe me; iis quæ pertuli, docta ſum: agnoſco punitorẽ, excepi pœnã, quæ ut magiſtra me ab errore vendicet, ſeductionis pericula ſufficiunt, alteras inſidias non admitto.*

Caſtigatio ut magiſtra docet, & erudiet.

D. Baſil. Sel.

443. Secundò, caſtigat Dominus ſuos, ut eos in virtute inſtruat, & informet; nam quos Dominus ſuæ voluntati relinquit, ſupplicio afficit; verberat verò ſuos, ut eos magis expoliet, ac perficiat, & inſtruat in via ſalutis: Quod optimè expendit Ambroſ. Ansbert. *Vitulus, qui occiſioni præparatur, liberis paſcuis ſaginari permittitur; qui verò ad uſus neceſſarios reſervatur, jugo, & loris domatur, & verberibus cæditur: & ægro, qui deſperatur, quidquid anima concupierit, etiam ſaluti ejus contrarium, à medico conceditur, cujus vera recuperanda ſalus exiſtimatur, quæque ſunt animæ ejus deſiderabilia, ſaluti que contraria omnino negatur, unde nec illis invidendum, qui temporalibus flagellis judicantur indigni: & quia electi per præſentes tribulationes ad hereditatem paternam, & reprobi ſine temporali flagello ad mendicitatem perveniunt æternam.*

Juſti caſtigantur, ut in virtute magis informentur, ac proficiant.

Ansbert.

444. Tertiò, Juſti caſtigantur à Domino, ut eorum merita augeantur, & creſcant, ut factum eſt cũ Innocente, Job, nam in adverſitatibus virtus exercetur, humilitas demonſtratur, patientia declaratur, & ideo valde gratulabundi Sancti labores excipiunt. Sic hunc locum explicat Tert. lib de Patientia c. 11. *Quòd ſi, ait, à Domino nonnulla credimus incuti, cui magis patientiã, quã Domino præbeamus? Quin inſuper gratulari, & gaudere nos docet, dignatione divina caſtigationis,* Ego inquit, quos diligo caſtigo. *O ſervum illum beatum cujus emendationi Dominus inſtat: cui dignatur iraſci, quem admonendi diſſimulatione non decipit.* Hinc David dicebat Pſ. 117 n 7. *Narrabo opera Domini, caſtigans caſtigavit me Dominus.* Proponit ſe narraturũ opera Domini, ut pro eis gratias perſolvat. Commemorat ne opus creationis, vel quòd de paſcuis aſsũptus eſt in regẽ, vel quòd de Goliath glorioſus triũphator extiterit; minimè. Quid ergo refert? *Caſtigãs caſtigavit me Dominus.* Ac ſi inter tot illuſtria opera, inter tam magna beneficia, illud maximè emineret, quod à Domino fuerit caſtigatus: optimè ſciebat, ac recognoſcebat quantum lucrum quantumque fructum ipſa caſtigatio, ac ærumna ſecum importet, & ideo pro ipſa maximè gratulabundum ſe profitetur. D. Chryſ. ibi ſic ait: *Narrabo opera Domini, quænam opera, dic quæſo ea, quæ es narraturus? ſubjungit, caſtigãs caſtigavit me Dominus. Non ſolùm enim agit gratias, quòd fuerit liberatus, ſed etiam quòd ceciderit, maximũ agnoſcit beneficium, & dicit lucrum tentationis, quodnam hoc? Caſtigans caſtigavit me Dominus.*

Caſtigatio Domini magnum beneficium, ex ea magnum lucrum

Tertull.

Pſalm. 117.

D. Chryſ.

445. Quarto, aliquando Deus caſtigat ad majorem oſtentationem ſuæ gloriæ; ſic dicere poſſumus percuſſum fuiſſe Lazarum amicum, & cæcum ſic natum, de quo dixit Chriſtus D. *Neque hic peccavit, neque parentes ejus: ſed ut manifeſtentur opera Dei in illo.* Joan. 9. n. 3. Vide quæ dixi ſuprà hoc c. quæſt. 30. n. 358 359. 360 & 361.

Ad majorem Dei gloriam.

Joan. 9.

446. Quintò caſtigat Dominus ad exemplum aliorum: ſic caſtigavit Job & Tobiam, illum multis plagis, hunc cæcitate, proponens illos omnibus exemplum patientiæ. Unde Philo Hebr. lib. de Abrahamo, Patriarcharum vitas & facta *appellavit leges, & verba non ſcripta. ſed veluti viva.* Poſtquam Chriſtus D. dixit ſuis diſcipulis, *Non eſt diſcipulus ſupra Magiſtrum, nec ſervus ſuper Dominum ſuum: ſufficit diſcipulo, ut ſit ſicut Magiſter ejus: & ſervo ſicut Dominus ſuus.* Matth. 10. n. 24 Quem locum Tertull. lib. de bono Martyrii adverſus Gnoſticos rectè expendit cap. 8. *Cùm magiſter,* ait, *Dominus ipſe perpeſſus ſit perſecutionem, & traditionem, & occiſionem, multò magis ſervi, & diſcipuli eandem expendere debebunt: ne quaſi ſuperiores exempti de iniquitate videantur: quando hoc ipſum ſufficere ad gloriam debet, æquari paſſionibus Domini, & magiſtri.*

Phlio.

Tertul.

Exemplum aliorum in laboribus corroborat

447. Sexto, *Quos amo, arguo, & caſtigo.* Si amat, quomodo arguit, & caſtigat? Ad oſtentationem ſui eximii amoris; quia tam ſublimis & alta eſt divina providentia, ut in ipſo ſupplicio, ac calamitate flamma divini amoris luceat; ac ſcintillæ pietatis ac miſericordiæ divinæ rutilent.

Deus in ipſa caſtigatione amoris ſignũ exhibet.

448. Violato Dei mandato primi parentes cum tota ſua poſteritate mortis pœnæ obnoxii facti ſunt; à paradiſo expulſi, ab ipſis primò natus eſt Caïn, ſecundo Abel: ob oblatum ſacrificium, Caïnus malitioſè infenſus eſt Abel, *Cùm eſſent in agro, conſurrexit Cain adverſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* Gen. 4. n. 8. Primus mortis portas intrat juſtus Abel; cur non potiùs Adamus totius prævaricationis, ac mortis cauſa? vel cur non potiùs Eva, quæ virum ad tantum crimen ſollicitavit? & ſi mortis ſententia in filiis Adæ erat exequenda; cur non potiùs devolvitur in Caïnum quam in Abelem? O ſubl me miſerantis Dei ingeniũm! ſi in plagam mortis primo venirent Adamus Eva, Caïnus, validiſſimum eſſet mortis fundamentum, cùm mors valde connexa ſit cum peccatis, ac peccatoribus; at cùm in mortem primus venit juſtus Abel, valde debile eſt mortis fundamentum, juſtus enim perpetuo non poterat detineri ſub mortis vinculis, quin ad patriam ſuam cœleſtẽ evolaret, proindeque in ipſo mortis horrore, ſpes reſurrectionis fulget, & nitet: ſic caſtigat miſericors Dominus, ut in ipſa caſtigatione detur amoris ſignum, & certa vitæ ſpes D. Baſil. Sel. orat. 4. *Primum,* ait, *Deus concedit Abelem tolli de medio, ut aggreſſoris nequitiam uſu meliore commutet, & vitiatum morti ſubjiciat fundamentum. Juſtus enim injuſtè morte occupatus, juſtæ cauſa ditionẽ inferno eripit, & primam mortis viam, mortis diſſolutionem fore ſpondet.* Attentè perpende verba ſequentia: *O res inopinata! in mortis veſtibulo, reſurrectionis tabula legitur*

Gen. 4.

In ipſo mortis veſtibulo reſurrectionis ſpes datur.

D. Baſil. Sel.

449. Poſtquam populus Judaicus ſeptuaginta annis captivitate detentus fuit in Babylone, inde veniens in patriam Jeruſalem à Rege Perſarum obtenta facultate templum extruendi, ſacrificia reſtaurãdi; tunc Nehemias Sacerdos diligenter conquiſivit ſacrum ignem abſconditum, qui in alto puteo inventus eſt, quod Judæis præſentibus Propheta referens, ait: *Cum in Perſidem ducerentur Patres noſtri. Sacerdotes, qui tunc cultores Dei erant acceptum ignem de altari occultè abſconderunt,* 2. Mach. 1. n. 19. Ex quo inſurgit grãdis difficultas, quo pacto dicat ſacer Textus Judæam gentem ductam fuiſſe captivam in Perſidem, cùm apertè conſtet ſub Chaldæo Nabucho donoſore

2. Mach. 1.

ꝺonoſore adductam fuiſſe in Babyloniam, quod adeo certum eſt, ut de hoc nullus Catholicus dubitet; De qua re multa commentatores Catholici ſcribunt, hæreticos refutantes, qui hunc Machabæorum librum tanquam cum magno mendacio in hac re de Catalogo Scripturæ dicant ipſi hæretici, expungendum; tamen, ut tenet Catholica Eccleſia, liber eſt Canonicus, & in hac re nullum eſt mendacium. Et libenter facio populum Judaicum ſub Rege Babylonico in Babyloniam captivum ductum fuiſſe, & cùm ibi eſſet poſt ſuam tranſmigrationem; tunc Babylonia venit ſub imperio Cyri Regis Perſarum, qui Iſraëlitas à captivitate exemit, & poteſtatem facit redeundi in patriam. Dicitur ergo: *cùm ducerentur in Perſidem*, id eſt in poteſtatem Perſarum; & quando Scriptura narrat captivitatem, non facit mentionem de poteſtate Babylonica, ſub qua adducti ſunt in captivitatem, ſed tantùm de Perſica, ſub qua liberati; quia Deus ſic caſtigat, & opprimit captivitate, ut ſimul lætificet miſericordia, & recreet libertate, & in ipſamet captivitate ſignum ſolvendæ captivitatis legatur; & in exilii notis nota futuri reditus habetur, & dicuntur in Perſidem ducti; quia à poteſtate Perſica liberati ſunt.

In ipſo captivitatis nomine futurus reditus deſignatur.

Quæstio LI.

Quare tam altè huic Epiſcopo commendat Dominus pœnitentiam, ac æmulationem?

450. *Deus comminatur impœnitenti, quia ignoſcit pœnitenti.*

AIt Dominus huic Epiſcopo: *Æmulare ergo, & age pœnitentiam?* de tua nempe tepiditate, in qua jacebas. Circa hoc verbum *pœnitentiam age*, bene notat Tertull. quod hi Præſules Eccleſiarum majori ex parte, hoc c. 2. & 3. Apocalypſ. magno ſupplicio interminantur, & inculpantur. Evolve, ait, quæ ſpiritus Eccleſiis dicat. Deſertam dilectionem Epheſiis imputat: ſtuprum, & idolthytorum eſum Thyatirenis exprobrat: Sardos non plena opera incuſat: Pergamenos docentes perverſa reprehendit: Laodicenos fidentes divitiis objurgat; & tamen omnes ad pœnitentiam commonet, & ſub comminationibus quidem. Tunc
Tertul. ſubdit Tertull. lib. de Pœnit. c. 8. *Non comminaretur autem non pœnitenti, ſi non ignoſceret pœnitenti.* Et quia ignoſcit pœnitenti ideò comminatur non pœnitenti.

451. Quæſtio tota in hoc reſolvitur, quare Dominus ait huic Antiſtiti; *Æmulare ergo?* Et ſi verbum *æmulari*, aliquando ſumatur in malam
Pſalm. 36. partem, Pſal. 36. n. 1. *Noli æmulari in malignantibus*: tamen hîc ſumitur in bonam partem
Galat. 4. juxta illud ad Galatas 4. n. 18. *Bonum autem æmulamini in bono.* Et tunc poteſt habere duplex ſignificatum. Et primò, ut idem ſignificet
1. Cor. 12. ac ſequi ardenter, & efficaciter amare. Et tunc habet accuſativum, ut 1. Cor. 12. n 31. *Æmulamini charismata meliora.* Id eſt, ſectamini cupidiſſimè potiora dona. Aliquando ponitur ſine accuſativo, & denotat; ac ſignificat zelum aſſumere, ſeu zelo commoveri, ut Num
Num. 11. 11. num. 29. *Quid æmularis pro me*, ſeu zelaris pro me.
3. Reg. 19. 3. Reg. 19. n. 10. *Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum.* Æmulari ergo hoc ſecundo ſenſu hîc ſumitur.

Ad hanc partem quæſtionis *Æmulare ergo*, 452.
Corn. reſpondet primò Corn. *Id eſt zelare, ſeu zelum ſalutis tuæ, & aliorum aſſume.* At verò hoc non poteſt eſſe genuinus ſenſus; quia Dominus ait; *Æmulare ergo, & age pœnitentiam.* Quia ex ipſo ſumpto zelo infert Dominus, quòd agat pœnitentiam: Sicut nec illud Ruperti, *Ego te amo, æmulare tu meum amorem*: Et multò minùs juxta literam eſt illud quod ait Alcazar. *Æmulare,* Rupert.
id eſt agnoſce tuam miſeriam æque, ac meum in te amorem, & concepta amoris mei flamma, induere Alcazar.
zelo vindictæ contra teporẽ tuũ, & age pœnitentiã.

Literalis ergo ſenſus. *Quos ego amo, arguo, &* 453.
caſtigo. Æmulare ergo. Cùm audis. *Quos ego* Genuinus
amo, arguo, & caſtigo, te ſtimulet, commoveat, ſenſus.
& accendat zelus, ac æmulatio, ut ſic te agas; quòd ſis unus ex illis, quos ego amans arguo, & caſtigo, ac proinde non ſolùm non ſit tibi gravis, & dura hæc mea increpatio, ac reprehenſio tui teporis; ſed magis te accendat, & ſtimulet zelus, ut tecum ſic agam, ac cum illis, quos amo. Et hic genuinus ſenſus optimè colligitur ex illa particula illativa (*ergo*) ac ſi ex antecedentibus *quos amo, arguo, & caſtigo*, aliquid inferat Dominus. Et certè nihil aliud infert; niſi id quod ſubditur, *Æmulare*, ut nempe ſis, ex iis, quos ego amo, ac proinde ut tecum ſic me habeam, ac cùm illis; ac proinde ad hunc meum amorem procurandum, tibi proportionatum medium aſſigno, *pœnitentiam age.*

Ioachimus Abbas in ſenſu morali ſic rem ex- 454.
plicat. *Jubetur iſte Angelus*, ait, *æmulari, & agere* Ioach.
pœnitentiam, ut quem torporis ignavia tepuiſſe conſtabit, præteritam infamiæ notam, qua videbatur eſſe confuſus, novæ converſionis ſtudiis delere quantocius ſtuderet: ille enim æmulatur & pœnitentiam agit, qui ſe ad partem optimam, quam neglexit; forte vocatum eſſe perpendens, tantò ad majora exercitia ſemetipſum excitat, quò ſe potiora dilectionis munera neglexiſſe cognoſcit. Arguit Dominus hunc Epiſcopum de tempore, ac negligentia, *quia nec frigidus, nec calidus es, ſed tepidus.* Nunc verò eum ad zelum, ac æmulationem provocat, ut quatùm fuit in torpore, tantus ſit in zelo, ac fervore, & quantùm vires ejus erant remiſſæ in torpore, tantùm eſſent vividæ, ac efficaces in virtutis conſecutione.

Quantus fuiſti in terrenis, tantus ſis in ſpiritualibus.

Clamat latro de Cruce ad Chriſtum: *Domine* 455.
memento mei, cùm veneris in regnum tuum, Luc Luc. 23.
23. n. 42. Quem ſic affatur D. Athan. ſerm. contra D. Athan.
omnes hæreſes. *O Beatum Latronem*, ait, *rapuiſti in mundo latrocinando, rapuiſti item regnum iſta confeſſione.* Sagacitate furandi temporalia rapiebat, etiam ſagacitate quadam ſpirituali regnum Cœlorum rapuit; & obtinuit, & ſagacitas, ac ingenioſitas, quæ erat in temporalibus, verſa eſt in bona ſpiritualia.

Cùm perimendus eſſet Holofernes, *Acceſſit* 456.
Judith ad columnam, quæ erat ad caput lectuli ejus, & pugionem ejus, qui in ea ligatus pendebat, exolvit. Judith. 13. n. 8. Ad mortem tanti ducis, Judith. 13.
non multi milites vocantur, non arma de Vulcani arte quæruntur, ſed inermis fœmina Judith ſumpto ipſius Holofernis gladio illum trucidavit, ut ipſemet gladius, qui in manu Holofernis tyrannidi inſervierat, in manu Judith inſerviat juſtitiæ D. Bruno ſerm. 5. explicans illud: D. Bruno
Sint lumbi veſtri præcincti; ſic ait: *Illi bene præcincti*

cincti ſunt, qui ſuper femur ſuum gladium habent, illum videlicet gladium, quo caſtiſſima Judith Holofernem interfecit. Arma, quæ inſerviunt mundo, inſerviant Deo, & non minori efficacia; arma noſtra ſunt intellectus, voluntas, oculi, &c. Intellectus jam non intelligat mundum, ſed Deum; voluntas ſolum Deum quærat, & appetat; oculi jam mundum deſpiciant, & pro Deo in lachrymas profundantur, & arma quæ ſunt mundi contra mundum pro Deo commutentur, mutato eorum uſu in Goliat ruinam uſus fuit David ipſius Goliathis gladio. 1. Reg 17 n. 51. quod conſiderans D. Baſil. Sel. orat. 15. *Goliath, gladio, gladii Dominum dividit, armis in uſu debitos verſis.* Verte, verte arma tua in debitos uſus ô Chriſtiane.

Quod ſervit mundo, ſerviat Chriſto, & Juſtitiæ

1. Reg. 17. D. Baſil. Sel.

Apoc. 3. n. 20. Ecce ego ſto ad oſtium, & pulſo: ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, & cœnabo cum eo, & ipſe mecum.

VERSIONES.

Syrus. Ecce ſteti ad oſtium, & pulſabo, ſi quis audit vocem, & aperiet portam.

Arabicus. Cœnabo cum eo, & ipſe comedet mecum.

EXPOSITIO XV.

457. NE Epiſcopus, cùm audiſſet à Domino, quia tepidus es, *incipiam te evomere ex ore meo*; multo eſſet terrore concuſſus eum ad confidentiam allicit Dominus, ſuam miſericordiam & pietatem erga eum declarans; dicens. *Ecce*, rem magnam & mirabilem denotat, & valde magnum, ac mirabile eſt, quòd Dominus per ſe ipſum veniat, ſtet ad oſtium, & pulſet, & patienter expectet, ut ſibi aperiatur, & velit cœnare cum ſervo parum digno; & tandem hoc oſtendit ſuam eximiam ſollicitudinem erga noſtram ſalutem.

458. *Sto ad oſtium*, ſcilicet cordis tui per torporem, vel alia peccata mihi conclusi, per oſtium intelligit intellectum, & voluntatem: & *ſto, & pulſo*, per crebras illuminationes, inſpirationes, ac excitationes internas, atque externas. *Si quis* hac methodo utitur tanquam ſi ſit rarus, & ſingularis. *Si quis*; ſi tu nempe, vel alius quiſque *audierit vocem meam*, mihi reſerans cor ſuum, ut inſpirationes meas libero ſuo arbitrio admittat. *Introibo ad illum*, per gratiam ſanctificantem, tanquam ad gratiſſimum hoſpitem, ut olim ad Zachæum. *Et cœnabo cum illo, & ipſe mecum.* Hæc phraſis loquendi denotat miram, ac ſpecialem familiaritatem, jucunditatem, ac oblectationem tum Dei, tum hominis juſtificati; Dei quia maximè delectatur, ac jucundatur in converſione hominis: tum etiam ipſius hominis ſanctificati ex multa oblectatione conſolatione, ac dulcedine ſpirituali, quam recipit in ſua juſtificatione, tanquam introductus in hac vita in cellam vinariam ex uſu Sacramentorum, ac Divinarum rerum contemplatione; in futura verò beatitudine ex torrente divinarum voluptatum provenientium à plena Dei fruitione æterna.

QUÆSTIO LII.

Quare ſupremus Dominus dicitur ſtare ad oſtium pulſans?

NOn dicitur, quòd Dominus ſedeat ad oſtium, ac pertranſeat per illud, ſed quòd ſtet pulſans, ut ita nobis fiat evidens Domini affectus, ac ſolertia de noſtra ſalute, & in perſona hujus Epiſcopi hoc omnibus dicitur. *Sto ad oſtium & pulſo.* Deus neminem deſerit, ſed Deus ad oſtiū ſtat pulſans per ſuam gratiam excitantem, ac prævenientem eum vocans, ac trahens ad viam ſalutis. Concil. Colonienſe temp. 7. cap. 12. *Nemo hic excuſationem prætendat, quod non trahatur, cùm Deus ſtet pulſans, ante oſtium.* Quod magis explico. 459.

Deus omnes advocat ad ſalutem. Colon.

Secundò, docte Gillibertus ſerm. 43. in Cant. ad illa verba 5 n. 2. *Vox dilecti mei pulſantis, aperi mihi* ad quæ hîc alludit Chriſtus; ſic ait citatus Doctor *Quid eſt bone Ieſu, quod rogas aperiri; Tu ipſe habes clavem David, aperis, & nemo claudit.* ~~Quis~~ vidit unquam potentiſſimum Monarcham ſtare ad oſtium ſubditi, & illud pulſare, ut ingredi valeat; In hoc elucet ſublimitas, ac altitudo divinæ vocationis, quæ non eſt ad deſtructionem liberi arbitrii, nec cogit, ut ex neceſſitate operetur homo, ſed ipſe relictus in manu conſilii ſui, liberè ac cum fructu meriti aſſentit, ac conſentit cum antecedente Divini auxilii efficacitate. D. Ambr. ſerm. 12. in Pſalm. 118. *Qui enim venit ait, & januam pulſat, vult ſemper intrare. Sed in nobis eſt, quòd non ſemper ingrediatur, concluditur ergo & Chriſtus, ſi tu mentis tuæ januam claudas: & ſi poſſit intrare, non vult tamen importunus irruere, non vult invitos cogere.* Præcedit ergo noſtram operationem pulſatio, ſeu excitatio divina, & tunc conſequitur apertio libera noſtræ voluntatis, adjutæ quoque divinitus in ipſo actu per gratiam adjuvantem, ut definit Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 5. & 6. ubi docet juſtificationis exordium in adultis à Dei per Chriſtum Ieſum præveniente gratia ſumendum eſſe, diſponique nos ad ipſam juſtitiam, dum excitati divina gratia & adjuti, fidem ex auditu concipiente liberè movemur in Deum, idem jam definierat Con. Arauſic. ſecundum ſub Leone I. Pontifice. Can. 3. de libero arbitrio. Idemque docent D. Aug. lib. gratia & libero arbitrio c 17. & lib. de natura & gratia cap 32. D. Bern. lib. de gratia & libero arbitrio. D. Ambr. D. Cypr & omnes Patres communiter, quos latè refert, & adducit Bellar l 2 de gratia, & libero arbitrio c. 1. & 2. hoc orat Eccleſia: *Actiones noſtras, quæſumus Domine aſpirando præveni, & adjuvando proſequere.* 460.

Gillibert. Cantic. 5.

A gratia præveniente liberè trahitur homo.

D. Ambr.

Trident.

Arauſic.

D. Auguſt. D. Bern. D. Ambr.

Bellarm. Eccleſia.

Tertiò, Ioach. Abb. *Quaſi, ait, oſtium quoddam appoſita eſt duritia noſtra inter Deum, & nos, ut videatur non valere omnipotens ad corda noſtra venire ſecundum illud, quod de eo in Evangelio ſcriptum eſt, non potuit ibi, id eſt in Nazareth, virtutes multas facere propter incredulitatem eorum.* Nonne Dominus Ieſus, cùm ejus diſcipuli eſſent 461.

Joachim.

eſſent congregati in una domo januis clauſis, ingreſſus eſt ad eos, Joan. 20. num. 19. Cur ergo hic pulſans dicitur ſtare ad oſtium? Quia enim eum detinere poteſt quominus ingrediatur; Duritia, ac obſtinatio humani cordis in malo, ſic illius oſtium concludit, ut ad illud Deus non habeat aditum. Quæ conventio Chriſti ad Belial, 2. Corinth. 6. num. 25. non enim in eadem ſede poſſunt commorari Deus, & Satanas.

Duritia cordis noſtri detinet Deum, ne ad eum ingrediatur.
2. Cor. 6.

462. Quartò, hæc verba. *Ego ſto ad oſtium, & pulſo*, optimè componunt, ac connectunt cum illis, Cantic. 5. num. 2. *Aperi mihi ſoror mea.* D. Ambroſius ſerm. 1. in Pſalm. 118. D. Hieronym Epiſtola 21. *Qui venit, & januam pulſat*, inquiunt, *vult ſemper intrare. Sed in nobis eſt, quod non ſemper ingrediatur, nec ſemper maneat: verum quoties à Deo inverecundè, & inhumanè recedimus, & fugimus, tunc pulſat ad oſtium cordis noſtri, imò quærit, conſectatur; perſequitur, ut comprehendat.* Ferè ſimilia habet Theodoretus dicens: *Bonorum omnium tua inexplicabilis benignitas eſt conciliatrix; non veluti fugientes proſequens; & præveniens, & ſalutem impertiens in longitudine dierum. id eſt ſemper, & continuè.* Quod latè proſequitur & explicat D. Dyonyſ. Areopag. Epiſtola 8. quæ eſt ad Demophylum, ubi ait tantam eſſe clementiam. & benignitatem Dei, ut non ſolùm ſe quærentes, ſed etiam à ſe averſos, & reſilientes, & prævaricantes amatorès ſequatur, contendatque ac deprecetur, ne ſe deſerant

Cantic. 5.
D. Amb.
Deus fugientes perſequitur, ut comprehendat.
Theodor.
D. Dionyſ.

463. Quintò, D. Laurentius Juſtinian. lib. de perfect. gradibus cap. 6 poſtquam hunc locum Apocalypſ. adduxit, *Sto ad oſtium, & pulſo*: ſubdit, *Ut inaccibile tuæ dilectionis arcanum inſinuares, quotidem per aſpirantem gratiam, atque internam vocem, quam nemo intelligit, niſi qui audit mente, & ſecum inhabitare conatur, cum Propheta veraciter poteſt dicere*; Audiam quid loquitur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam, *interioris hominis pulſas ad januam, non propter te, quia nullius eges, ſed pro ejus bono, quo ſine te nihil poteſt boni, nec eſſe bonus* Valde mira, ac mirabilia ſunt, quæ Deus pro hominum ſalute eſt operatus, carnem ſumpſit, noſtræ mortalitatis pertulit incommoda, ſuſtinuit opprobria, ac contumelias; ſputis deturpatus eſt, flagellis cæſus, ſpinis coronatus, cum ſceleratis reputatus eſt, & tandem in Crucis patibulo morte turpiſſima damnatus; & poſt hæc adhuc ſtat ad oſtium humani cordis pulſans non bis vel ſemel ſed ſemper ac omnibus momentis & minutis, non propter ſe, ſed propter bonum noſtrum *O Domine non propter te, qui nullius eges, ſed pro ejus bono.* Tam vehementer appetit ſalutem noſtram, quòd noſtrum bonum ſuum reputat.

D. Laur. juſt.
Deus nos quærit, non ſuæ utilitatis gratiâ.

464. Sextò Rupert. *Iſtud, quod hactenus corripiens te, dixi, ſimile eſt ſtanti ad oſtium cujuſpiam divitis, & pulſantis, quatenus admiſſus hoſpitio cœnet cum illo.* Ipſe Dominus, qui tam durè, ac aſperè hunc Epiſcopum reprehenderat, *quia nec calidus nec frigidus es, incipiam te evomere ex ore meo* Deinde miſer, miſerabilis, pauper, & cœcus es: ut inde fiat manifeſtum reprehenſionem, non ab inimico, ſed ab amico ac amante fuiſſe, & à deſiderio volentis intrare cor noſtrum, ad eoque nobiſcum habitare.

Rupert.
Ex amore Deus corripit.

Septimò, D. Anton. Ulyſipponenſis in fragmentis in Apocalyp *Hunc*, ſcilicet, *Dominum tuum*, ait, *vides continuò extra portam cordis tui jacentem, nec illum vis introducere, ſtat, & pulſat ad oſtium, cupis ſatiari, & refici de micis, ideſt ſaltem de parvis operibus ſibi dari.* Stat Dominus tanquam pauper mendicus ad oſtium pulſans, & tanquam poſtulans noſtra parva opera, ut ad cor hominis ingrediatur, & ei communicet ſuam largiſſimam cœnam, *& cœnabo cum illo*. Et tamen homo renuit eum recipere, & aliquid de parvis ſuis operibus ei dare, cùm tamen Dominus diſponat ad eum intrare & ingentem affluentiam bonorum. 465.

D. Anton.
Homo miſer erga Deum, & Deus liberalis ad hominem.

Octavò, Cardinalis Vitalis in ſpeculo morali ſcripturæ, Tit. Confeſſio *Vult Chriſtus expellere*, ait, *diabolum de hoſpitio, quod ipſe ſibi ædificavit per creationem: quod reædificavit, ne corruat, per ſuam paſſionem: & pulſat nunc prædicatione, nunc infirmitate, nunc inſpiratione, ut aperiamus oſtium oris ad confeſſionem: & tunc ipſe intrat ad hoſpitium cordis per gratiæ reſtitutionem.* Perpetuò, & inceſſanter ſtat Chriſtus ad oſtium cordis noſtri pulſans, & eum pulſantem ſentimus & experimur, tunc interna illuminatione, ac inſpiratione, immittendo ſui amorem, deſiderium, ac ſpem cœleſtium gaudiorum terroremque judicii ac gehennæ? tunc etiam, prædicatione ac conſilio bonorum lectione Sacræ Scripturæ, ac aliorum librorum, exemploque etiam ſanctorum; tum etiam infirmitate, ac labore, ac voce pauperis clamantis. 469.

Cord. Vital.
Deus variis modis nos vocat.

Quod eleganter dicit Rupertus in præſenti lib. 2. in Apocalypſ. *Iſtud, quod hactenus corripiens te dixi, ſimile eſt ſtanti ad oſtium cujuſpiam divitis, & pulſanti; quatenus admiſſus hoſpitio cœnet cum illo.* Cur Dominus, ſic acceſſibilem, ac propinquum ſe præbet homini, qui miſer, miſerabilis, ac pauper, & cœcus erat? cur pro foribus ſtat, & non ingreditur? Sunt ad oſtium divitum pauperes, quibus ſe Dominus aſſimilat quorumque perſonam gerit, ut ita oſtendat ſe eſſe ſimul cum paupere, & quòd ſimul cum paupere pulſat ad oſtium, ac proinde, quantum diſtat, vel approximat pauper, ſic diſtat vel approximat Chriſtus, & dum recipitur pauper, recipitur & Chriſtus ur cum eo valeat homo accumbere, & cum eo cœnare. 467.

Rupertus.
Chriſtus perſonam pauperis gerit.

In ipſo feliciſſimo Reſurrectionis die duo Diſcipuli ibant in Caſtellum Emaus, quibus Dominus in peregrini ſpecie eis apparuit, oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoſcerent, eiſque Dominus ait, *O ſtulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti ſunt Prophetæ*: Tunc incipiens à Moyſe eis aperuit Scripturas, quomodo oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam, & cùm perveniſſent ad Caſtellum, eum ad hoſpitium invitant, & morantem compellunt intrare, menſam apponunt, & peregrino afferunt panem; Quid tunc? Ait S. Lucas 24. num. 30. *Factum eſt autem, dum recumberet cum eis, accepit panem & benedixit, ac fregit, ac porrigebat illis, & aperti ſunt oculi eorum, & cognoverunt eum.* Valde mirum, dum in via cum Domino converſantur, dum ex ejus ore divina verba excipiunt, adhuc cœci, & ſtulti; at verò dum peregrinus trahitur 468.

Luc. 24.
Pauperes & Chriſtus; quantum pauperes diſtant à te, tantum Chriſtus cum eis junctus

ad hoſpitium, dumque panis in manu peregrini frangitur, jam non amplius cæci, nec ſtulti, ac tardo corde, ſed ſtatim ab eorum mente cæcitas, ac tarditas depellitur. Nam etſi divinum Verbum eructatum ab ore divino multam vim habeat ut claritatem ac lucem infundat, maximè tamen pietas in pauperem tum in hoſpitio parando, tum in pane frangendo mentem illuminat, & ad ſupernaturalia viſum acuit: & quantùm diſtavit erogatio panis, tantùm diſtavit Dei cognitio ſalutaris, & illa appoſita in peregrinum, hæc etiam ſecuta eſt in largitorem. D. Laurent. Juſtin. de triumphali Chriſti agone cap. 25. *In panis fractione* ait, *potiùs quàm in prædicatione agnoſcere meruerunt, quatenus ſicut agni miſerti ſunt, ita miſericordiam reperirent.*

469. Prov. 31. De muliere forti decantatur Proverb. 31. n. 20. juxta Septuaginta apud Compluten. & Regiam Editionem: *Manus ſuas aperuit pauperi, & fructus extendit inopi.* Nec exiſtimes hic eundem eſſe pauperem, & inopem: ſuperflua enim videretur talis repetitio, ſed alius eſt pauper cui extendit manus ſuas, & alius eſt inops, nempe Chriſtus cui fructum extendit, ut ſic fiat manifeſtum, quòd dum ad manus invenitur pauper, invenitur & Chriſtus; pauper, cui liberalem miſericordiam exhibeas; Chriſtus qui offers debitum fructum ac meritum, ut pro eleemoſyna pauperi data ob ſui amorem, multum tibi præbeat, & rependat; eademque manus extenſione invenies Chriſtum; & pauperem, & non plus diſtat Chriſtus à te, quàm pauper, ſed ſimul habentur, pauper ad opus pietatis, Chriſtus ut fructum recipiat, ut largiſſime tibi perſolvat. D. Auguſt. *Manus pauperi*, ait, *fructus inopi eſt; quia tam pauper manus tuas quærit, & quidam inops fructuum tuum quærit; qui non vult à te niſi quòd neceſſitati ſuæ præſit, pauper eſt, manus tuas quærens. Eſt autem alius inops ſcilicet Chriſtus, qui non quærit datum, ſed requirit fructum.*

Quod das pauperi, das Chriſto, qui recipit fructum.

D. Auguſt.

470. Epheſ. 5. D. Paulini Ait Paulus ad Epheſios. 5. n. 14. *Surge, qui dormis, & illuminabit te Chriſtus.* Quæ verba explicans D. Paulin. Epiſtol. 12 pro *illuminabit*, legit ipſe, *attinges Chriſtum.* Et ſic loquitur Sanctus Pater: *Diſcute carnalis inertiæ ſomnum à mortuis curis, hoc eſt à converſione carnali eriges mentem, & attinges Chriſtum operando præceptis ejus, videbis eum in omni egeno, & attinges in omni paupere.* Ecce ubi mens illum natur, ubi revelatur Chriſtus ac ubi ipſe attingitur in omni nempe egeno, ac paupere quando mens eſt illum nata, ut impleat divina præcepta, & pauperi ſubvenit, tum in ipſo egeno videt Chriſtum, ac eum attingit. *Videbis eum in omni egeno, & attinges in omni paupere.*

Chriſtus invenitur in paupere.

QUÆSTIO LIII.

Unde vox Domini pulſantis ad oſtium agnoſcenda eſt?

471. PUlſat Dominus ad oſtium cordis noſtri; & unde agnoſcendum eſt, quod ipſe Dominus eſt, qui pulſat. Dormiebat ſponſa, *Ego dormio*, dicebat ipſa; & ſubdit *Vox dilectiſſimi pulſantis: aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.* Vide quot blandimenti voces adhibet, cùm pulſat ad oſtium, nonnè ſufficiebat dicere, ſoror mea, ſeu conſanguinea mea? ad quid tot multiplicat nomina, ut eſt oſtium cordis noſtri aperiamus, ac ei introitum demus? Ad quæſtionem; Dormiebat ſponſa: quomodo lenem vocem ſui ſponſi audit, & agnoſcit.

Cant. 5.

472. Gilibert. Reſpondet Gilibertus Abbas ad citata Cant. verba. *Vox dilecti pulſantis*, ait, *& mihi vox nota eſt, hæc mihi grata, ad hanc expergefacta ſum ſtatim cùm inſonuit in auribus meis, exultavit præ gaudio multo. Voces obſtrepere ſolent; ſed non ſicut vox dilecti, magna prudentia ſponſæ.* Dormiebat ſponſa, & ſponſus ſtabat leniter pulſans ad oſtium, & quamvis alii multùm perſtreperent, tamen lenis pulſus dilecti agnoſcebatur ab ſponſa, & unde fit, quòd lenis pulſus agnoſcatur inter tot ſtrepitus? Sponſa erat, quæ agnoſcebat ex interno gaudio, jubilo, ac conſolatione, & magna ſanè prudentia ut leni pulſu inter magnos aliorum ſtrepitus vocem Dei agnoſcere & diſtinguere valeas.

Anima juſti, quæ à Deo ſunt, agnoſcet

473. Et nota, quòd dum ſponſus pulſat ad oſtium ſponſæ hanc rationem ſubdit, quia *caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Solùm guttulas roris dicis, ut tibi oſtium aperiatur? cur ſolas parvas guttas commemoras? Abundantius loquitur Regius Vates. Pſalm. 35. num. 9. *Torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Hic torrens, illic gutta parva aſſignatur: cur ergo qui torrentes habet, ſolùm guttulam porrigit? Torrentes ſuis in patria erunt, in hoc verò ſæculo gutta tantùm communicabitur, quia Sanctis, etſi magna dentur in hac vita, tamen per reſpectum ad illa, quæ in Cœlo reſervantur, parva mica videntur. D. Gregorius Nyſſen. homil. 11. *Si autem*, ait, *rei ſpectetur veritas, ſicut gutta roris, planè gutta eſt, quæ de cœleſti theſauro ad nos venit, nos in Cælo potabimur torrente voluptatis.*

Pſalm. 35. *Bona, quæ à Deo veniunt, in hac vita ſunt gutta, in Cœlo ut torrentes.*

D. Nyſſen.

474. Cùm Moyſes à colloquio Domini veniret; *Cùmque deſcenderet de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonii, & ignorabat, quòd cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Dei.* Exod. 34. num. 29. Fulgentes radii glorioſam reddebant Moyſis faciem deſcendentis à monte. At Apoſtoli gloriam Jeſu videntes in Thabor, *ceciderunt in faciem ſuam.* Matth. 17. n. 6. & nihil gloriæ habuerunt in facie. Cur Moyſes de Sinaï refert gloriam in vultu & Apoſtoli de Thabor, nihil gloriæ præ ſe ferunt? Gloria Moyſi erat gloria legis, ac temporalis, & ut puſilla, ac parva ab uno homine circumferri valet in vultu, Jeſus autem in Thabor repræſentabat æternæ beatitudinis gloriam, quæ tam magna & ampla eſt, ut à tribus Apoſtolis ad breve tempus ſuſtineri non valeat, & ideo tanquam oneri ſuccumbentes in faciem cadunt. D. Remigius ad 2. Cor. cap. 3. ait: *Gloria Evangelii, quæ datur miniſtrantibus, & obſervatoribus ejus, major eſt gloria legis, quæ ſplenduit in facie Moyſis, quia fuit temporalis, & quocumque ferri potuit, & videri ab illis. Iſta autem æterna erit; nec potuit ferri ab Apoſtolis, quando à Domino oſtenſa eſt in monte, quæ ſtatim lapſi ſunt in terram velut mortui*, præ magnitudine ipſius gloriæ.

Exod. 34.

Matth. 17.

Gloria temporalis minuta, æterna valde magna.

D. Remig.

QUÆSTIO

Quæstio LIV.

Quare aperienti oſtium ad Chriſti pulſationem promittit Dominus ſui introitum, duplici ſimultanea cœna?

475. Psalm.84. Rom.5.
Ait Dominus: *Si quis aperuerit mihi, introibo ad illum.* Anima aperiens cor ſuum Deo cum Regio Vate, *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Pſalm.84.num. 9. ingreditur Chriſtus ad illam per veram gratiam ſanctificantem, ac juſtificantem, qua quilibet mutatus in novum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt in ſanctitate, ac veritate valeat dicere cum Paulo Rom.5.n.5. *Quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.*

476. Corn.
Explicanda ſunt ſubſequentia verba. *Cœnabo cum illo, & ipſe mecum.* Cornelius ait, quòd hîc denotatur. Illi familiaris ero, hoſpes; & amicus, familiariter cum illo agam amicè, & jucundè uti hoſpes cum conviva, & conviva cum hoſpite, ſocialem illi ſuavitatem & jucunditatem communicando. Rupertus, *Cœnabo tecum*, hoc eſt delectabor bonis conſcientiæ tuæ: de quo infrà. Alcazar, *cœnabo cum illo*, de Sacra Euchariſtia accipit, quod licèt optimè inſerviat ad ſenſum moralem, non eſt tamen ad literam.

Rupertus. Alcazar.

477. *Genuina explicatio.*
Genuinè, ut exiſtimo cum Chriſtus ait: *Cœnabo cum illo, & ipſe mecum*, loquitur quaſi duplici ſenſu, quo ſignificat duas cœnas ſimultaneas, noſtram ſcilicet, & ſuam ſimul, quia dum illi cœnam damus, & cœnam ipſe dat nobis. Cùm ergo ait *cœnabo cum eo*, denotatur cœna, quam homo dat Deo, quia dum ei aperimus per converſionem januam, & per ejus ingreſſum cum gratia ſanctificante juſtificamur, non vult nos eſſe otioſos ſed ut per ipſam gratiam benè operemur actibus meritoriis fidei, ſpei, charitatis & pœnitentiæ cum fervore meditationis, ac contemplationis, cum indefeſſo ſtudio, ac zelo ſalutis animarum; & tales virtutum actus eliciti in Dei obſequio ſecundùm voluntatem ejus, ſunt Deo ſuaviſſimi cibi, eique ſplendidam Cœnam exhibemus. Dum ergo ei noſtram cœnam damus; & ipſe ſimul dat nobis cœnam ſuam, multam ſcilicet conſolationem & ſuavitatem; ut jam explico, quæ cœna multum excedit noſtram.

Cœna hominis data Deo

478. *Cœna Dei exhibita hominis.*
Et ipſe mecum. Ecce Domini Cœna, quam ipſe nobis rependit, quæ eſt in ipſis virtutum operationibus; Gaudium, conſolatio, ſuavitas, ac delectatio ſpiritualis, quæ largitur in oratione, in contemplatione, in ſacra lectione in S.Synaxeos ſumptione, & Sacramentorum adminiſtratione, ac participatione, quæ tanta erat in B.Thereſia, ut ſibi modum imponi à Deo poſtulatet. Ipſaque etiam alacritas, energia, ac efficacia gratiæ in laboribus, ac tribulationibus, ut enituit in S Laurentio, Vincentio, ac aliis. Denique ipſa beatitudo, & felicitas, quam nobis poſt hanc vitam largitur in ſuo regno Deus: quod altiùs eſt explicandum.

479. Rupert.
Jam ſecundò, Rupertus; *Cœnabo tecum*, ait, *id eſt delectabor bonis conſcientiæ tuæ, poſtea verò, & tu cœnabis mecum, id eſt poſt mortem in Cœlo æternis bonis, & deliciis mei perfrueris*, Albertus Magn. *Cœnat Dominus cum homine in vita iſta, ſed homo cum Deo in vita alia.* Pro noſtra parva cœna, quam Domino in hoc ſæculo bonis noſtris operibus exhibemus, ipſe largiſſimam cœnam nobis præbet, non ſolùm in hoc ſæculo, ut modò ſupra explicavit, ſed etiam in alio æterna beatitudine, largiſſimè Dominus noſtra obſequia remunerat, ac recompenſat.

Albert. *Largiſſimè Dominus noſtra obſequia remunerat.*

Tertiò, Ansbertus Abbas. *Si quærimus*, ait, *quis ſit cibus, quo Chriſtus cum dilectoribus ſuis veſcitur, in verbis ipſius facilè reperimus. Ipſe enim ait*, Joan. 4. Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem Patris mei, qui eſt in Cœlis. *In eo autem voluntatem Patris idem Dominus implevit, qui pro nobis ad paſſionem mortis pervenit, hic principaliter, tota capitis, membrorum ejus agitur cœna, & ut manifeſtiùs ad ipſum dicamus, cœnat caput cum membris in domo ſanctificatæ mentis receptum: quia ut faciendo voluntatem Patris, perficiant, moriuntur: Introibo & cœnabo cum illo, & ipſe mecum; ſubaudis, in faciendo voluntatem Patris, & ego illius, & ipſe meis paſſionibus incorporatur, utroque delectabimur.* Cœnam audio, fercula non video, cum ergo tantus Dominus ſit recipiendus, quis erit cibus Chriſti Domini in hac menſa? ſicut enim cibus Patris æterni fuit filii ſui obedientia, ſic Chriſti D. refectio eſt, ut ſuæ obtemperemus voluntati & ipſi ſimus concrucifixi. 480. Ansbert.

Ioan.4. *Tunc cibos offerimus Chriſto, cum ejus voluntatem facimus.*

Quartò, Aretas. *Cœnabo cum illo, quia*, ait, *Elcias, ac cœnam ducit ſalutem hominum, quod lautè ipſi paſcantur, famemque audiendi verbum Dei, ac tenebras erroris effugiant.* Ait Dominus, quod ſi quis ipſi pulſanti aperuerit oſtium, intrabo ad illum, & cœnabo cum eo, ſi magnum erat beneficium, quòd Dominus ad domum ejus veniret, ſe tanto honore fatetur indignum Centurio; cùm ait: *Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum* Matth. 8 n.8. & Petrus clamat. *Exi à me; quia homo peccator ſum Domine* Luc.5.n. 8. Quomodo ergo Chriſtus non ſolùm promittit ſe intraturum ad quemlibet vocem ſuam audientem, & aperientem oſtium, ſed inſuper cum eo tanquam cum gratiſſimo, ac valdè familiari hoſpite cœnaturum; Sic delectatur Deus in converſione, ac ſalute hominum, ut eam pro deliciis habeat; inde cum Deus ingreditur in animam per ſuam gratiam ſanctificantem, dicitur paſci, ac cœnare cum illo ob eximiam ſuavitatem; ac jucunditatem, quam habet in hominis ſanctificatione, ac juſtificatione. 481. Aretas.

Matth. 8. Luc 5. *Deus pro deliciis habet hominum ſalutem.*

Quintò, Andreas Cæſarienſ. cap.9. *Mea*, inquit, *præſentia nulli vim affert, cordis oſtium pulſo; promptè aperienti ſuper ſalute ſua gratulor, illamque opiparæ cœnæ loco ducor.* Sto ad oſtium ait, pulſo, non impello oſtium, non cogo non vim infero omnem coactionem procul mitto, ſed ſi quis liberè, & promptè obſequatur, audiat meam vocem, & aperiat oſtium in ipſo ſpontaneo, ac libero obſequio, & mihi & illi præclara eſt cæna, gratiſſimumque convivium. Dilectam ſuam vocat ſponſus: *Surge amica mea, ſpecioſa mea, & veni, columba mea in foraminibus petræ*, Cantic. 2.n.13. Proponeba ur pretioſiſſima illa petra Chriſtus excavata, & 482. Andr. Cæſ.

Obſequium liberum, & non coactum magnum obſequium. Deo.

Cant. 2.

cœleſti nectare plena, & ut ad illam ſponſa currat, invitatur; cur non magis cogitur; cur non vi trahitur; cur non ei imperat ut veniat, dicens impero tibi, veni; ſed tantùm relinquitur in conſilio ſuæ voluntatis, *veni*; & ideo tot benevolentiæ nominibus allicitur; Nullam coactionem vult Dominus, ſed in libero obſequio jucundatur, ac delectatur; virtus enim non coactè, ſed liberè perficitur. D. Nicænus homil. 5. in Cantic. *Huc inquit, veni, non ex ægritudine, ſed ex charitate propriis ſuis rationibus confirmans cupiditatem ad id, quod eſt honeſtum, non ducente neceſſitate. Domino caret virtus, & eſt voluntaria, & ab omni neceſſitate libera.*

D. Nicæn.

483. Sexto, D. Bernard. Dominica 12. poſt Pentec. cap. 3. ſic ait: *Cœnabo cum ipſo, & ipſe mecum per jucunditatem conſcientiæ.* Dum Dominus promittit, quod habebit ſecum hominem ſedentem ad menſam, ac cœnam, juſtificatæ conſcientiæ ſpecialem jucunditatem, ac ineffabilem ſuavitatem pollicetur. Quid felicius, quàm conſcientiæ rectitudo; Quid ſuavius ipſius tranquillitate, cùm nullo interius accuſetur delicto? tunc maximè in omni adverſitate ſecurus degit, & ſedet homo.

D. Bernard. *Conſcientia ſuavitas magna felicitas.*

484. Crudeli animo Iezabel ferebatur contra Naboth; ut interficeretur, ac lapidaretur, & mandat, *ſedere facite Naboth inter primos populi* 3. Reg 21. n. 9. Omni injuria, opprobrio, ac morte afficiendus, ſedere tamen dicitur. Aliter Daniel. 4. n. 26. ſcribit de Nabuchodonoſore *Poſt finem menſium duodecim in aula Babylonis deambulabat* Quid eſt quid Naboth interficiendus, ac lapidandus quieſcit, ac ſedet; Nabuchodonoſor imperans univerſæ terræ, non quieſcit; ſed de uno loco ad alium ambulat; impia Iezabel etiam præter intentionem non potuit cohibere, quin prædicaret innocentiam Naboth, cui ut juſtus, ac innocens in omni adverſo caſu, etiam cùm rapidus ſit obruendus quieſcit, ac ſedet, cùm nulla conſcientiæ culpa eum agitet. At Nabuchodonoſor in throno deambulat, multorum criminum conſcientia accuſatrix eum agitabat, ut non permitteret ſedere, ſed illum multa perturbatione totum inquietum vexabat. Richardus de S. Victore lib. 2. de erudit inter homin. part. 1. c. 39. *In aula Babylonis, ait, non ſedet, non tacet, ſed deambulat, quem ſua conſcientia dum remordet, inquietat. In aula Babylonis deambulat, quem de ficta humilitate ſua conſcientia accuſando fatigat, Eſt autem deambulare, non in unam partem? ſed paſſim huc, illucque vagari. Ille ergo deambulat, quem conſcientiæ ſtimulus undique exagitat.*

3. Reg 21.

Bona conſcientia in adverſitate quieſcit mala vero in proſperitate perturbatur.

Richard.

485. Temerariè dicebat Lucifer: *Sedebo in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis.* Iſai. 14. n. 13. meritò eum arguit de ſua iniquitate D. Bern. ſerm. 11. in Pſalm. *Qui hab tat*, ſic ait: *Sedebo inquit in monte teſtamenti, quàm temeraria, quàm horrenda præſumptio! Numquid non illic ceciderunt omnes, qui operantur iniquitatem expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare?* Quibus enim conſcientia eſt peccati, nulla conceſſa eſt quietis ſedes, temerariè ſedere præſumit, qui conſcientiæ ſtimulis agitatur, cùm ſtare, ac quieſcere in uno loco ei non permittatur, inde ipſe malitiam, ſeu ſtultitiam ſuam corrigens addit: *In lateribus Aquilonis.* Latera Aquilonis quærit? ubi nulla eſt quies, ſed perpetuus fluxus, & refluxus, non ad ſedendum, ſed ad volandum, non ad quietem, ſed ad rapidum ac inquietum motum. D. Bernardus homil. 1. de gradibus humilitatis. *Elige ergo, ait, tibi in aere locum non ad ſedendum, ſed ad volandum. Te fluctuante inter Cœlum, & terram, ſed Dominus ſuper ſolium excelſum, & elevatum.* Ille ſecuriſſimè in ſolio ſedet, qui ſimpliciter Sanctus eſt, cui nulla peccati macula inuri poteſt, qui verò totus eſt in peccatis, non ſibi præſumat ſedem, ſed fluctuationem, ac inquietum volatum.

Iſai. 14. D. Bernard.

Quies datur ubi iniquitas regnat, ſed ubi viget ſanctitas. D. Bernard

---

Quæstio LV.

Quare Dominus promittit hîc cœnam, & non potiùs prandium aperienti oſtium?

486. Ait Dominus in præſenti; *Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi, introibo ad illum, & cœnabo cum eo.* Adverte, quod ait, *Si quis*, ad denotandum pauciſſimos eſſe, qui Deo vocanti reſpondeant, quique voci ejus obediant; ut obſervat Richardus de Sancto Victore. *Notandum, ait, quod dicit, ſi quis, quia pauci ſunt, qui obedientes vocem ſuam audiant, & cordis oſtium illi aperiunt.*

Pauci Dei voci obediunt. Richard.

487. Tota quæſtio eſt, cur Dominus hîc promittit cœnam, & non potiùs prandium; cur ait, cœnabo cum illo, & non potiùs prandebo; Hanc quæſtionem jam tractavi tom. 4. in Evangel. cap. 24. q. 3. & rationem litteralem ibi aſſignavi; quia apud veteres illuſtriora, ac majora convivia fiebant noctu in cœna, quàm meridie in prandio, ac proinde pro majori amplitudine hujus convivii: potiùs dicitur cœna, quàm prandium; ibi videnda dicta, & nunc res altiùs examinanda.

Richard.

Reſpondet primò. Richard. de Sanct. Vict. *Non dicit prandebo, ait, ſed cœnabo ut ſcilicet ejus bonum, quod in modo incipitur, per charitatem, in Cœlo perficiatur per beatitudinem, & ſemper perſeverare oſtendatur per æternitatem, nec aliud ſuccedere per alicujus temporis mutabilitatem.* Ratio hic ſumitur ex ſignificato; nam, ut ibi dixi, ex Gloſſa, Euthymio, Beda Alberto Magno, D. Bonav. & aliis, denotatur per cœnam cœleſtis beatitudo, ac gloria, quâ fruimur in regno Dei. Appoſitè ergo beatitudo dicitur cœna, quæ datur veſperè, in fine nempe vitæ poſt hujus ſæculi labores, poſtquam nulla alia ſequitur refectio, quia ipſa eſt æterna; *nec aliud ſuccedere per alicujus temporis mutabilitatem.*

Gloſſa. Euth. Beda *Beatitudo æterna cœna confertur.*

489. Secundò, Ioachimus Abbas, *Benè ait, ſe in hoc loco cœnare potiùs, quàm prandere promittit, quia ſolet ſponſus poſt prandium ab uxore diſcedere, & ad opus exire: poſt cœnam verò vix unquam, ſed pariter conquieſcunt: felix cœna, & felix thorus, in quo pater, & mater cum filiis abſque contagio conquieſcunt.* Poſt prandium datur ad invicem disjunctio in tota familia, vir ab uxore diſcedit, & filii à parentibus, & famuli à Domino, ut unuſquiſque ad

Joach.

Deus nunquam vult ab homine diſcedere.

ad ſuum munus pergat;poteſt cœnam verò omnes in eadem domo remanent, & majores ex parte ab invicem non diſcedunt;ecce cur dicitur Dominum cœnaturum, & non pranſurum cum homine, ut denotetur, quòd ab illo ad quem ipſe ingreditur, quantum eſt ex ſe, nunquam vult diſcedere, ſed ſemper cum eo feliciter permanere.

490. D Bern. Tertiò. D. Bernard. Senenſ. Dominic. 14. poſt Pentecoſt. art. 2 cap 3. *Parum eſt*, ait, *Chriſto in mane ad prandium intrare, ſi non cœna ſubſequatur: vult utique Chriſtus eum, qui diligere cœperit, in finem diligere eum, ſicut in finem*
Joan. 13. *dilexit ſuos.* Joan. 13. *ut & qui diligit eum, parem dilectionem, ideſt perſeverantiam in finem rependat, & hujus dilectionis ſuavitas in juventute incœpta, prandium eſt, quod damus Chriſto, ſed uſque in finem vitæ ſervata cœna meritò nuncupatur, ad quam pauci pervenire probantur.* Cœnabo, inquit, cum illo. *Scilicet perſeverantem acceptando, & mihi amantivè concorporando ipſum, & omnia bona ejus tanquam cibos mihi amabiles, & ſuaves.* Inter prandium, & cœnam multa eſt differentia; nam prandium fit manè, cœna veſpere & in fine, prandium manè denotat aptam inchoationem in bono; cœna verò finem cum perſeverantia; etſi elegans ſit bona inchoatio in juventute, quod eſt prandium, quod Deo damus, tamen, quod maximè ei placet, eſt bonus finis cum perſeverantia, qui denotatur in cœna, quo bona opera perficiuntur, & conſummantur, quoque ſuaviſſimos cibos damus Deo, & quia in ipſo fine, ac conſummatione operum ſtat totum negotium ſalutis, ideo non prandium, ſed cœnam dicit Dominus, cùm in illa, ceu bono fine, ſtet totius ſalvationis cardo, & ideo fuit tantus memorandus finis, ſeu id, quod finem denotat.

In perſeverantia, ac fine ſtat totum negotium ſalutis

491. *In pane vitæ majori virtutum ſumptu fulgeat homo.* Quartò, ait Dominus. *Cœnabo cum illo, & ipſe mecum.* Cur non ait Dominus prandebo cum illo & ipſe mecum; cum cibos, quos ſibi vult Chriſtus ab anima, potiùs vult eſſe in cœna quam in prandio? nonnè cœna ſervatur in fine diei; Ecce cur deſiderat, ut ſuaviſſimi cibi, qui parandi ſunt à nobis apponantur in cœna; Quia in fine vitæ morte approximante, majora explicanda edenda ſunt virtutum documenta; operationeſque. Etſi in omni tempore homo multa virtutum documenta debet edere, præcipuè tamen in exitu noſtro ut ait Salvianus lib. 4. ad Eccleſiam.

492. Etſi Jacob magno virtutum ſplendore ſemper vixerit: tamen cum mortis tempus ei appropinquaſſet tunc magna alta, & ſublimia vaticinatus eſt filiis, ac nepotibus ſuis, Geneſ. 48.
Gen. 48. Gen. 49. & 49. Cur modò potiùs in mortis faucibus, quàm in vita, tot futura prædicit filiis, tot myſteria illis pandit, tot mirabilia illis referat, cur non potiùs in vita, quàm in diſceſſu; Etſi Jacob cum omni juſtitia, & ſanctitate ſemper vitam duxiſſet, tamen cum ad mortis tempus venit, maximè ſe ſe univit cum Deo ferventioreſque amoris actus elicuit & præclariſſimè in omni virtutum opere exercuit, & inde tunc meruit altiùs illuſtrari majoremque lucem accipere, ad divina, & alta penetranda, ac filiis & nepotibus prædicanda, ac annuntianda cùm tunc ſublimiora colloquia cum Deo haberet.

Mortis tempore maximè ſe homo recipiat ad Deum.

D. Ambroſ lib. 2. cap 9. *Dicat nunc aliquis*, ait, *non beatum Jacob, cum in ipſis mortis diebus eſſet, qui plura cùm Deo, quàm cum hominibus alloquia miſcebat.* D. Ambroſ.

493. De ſua ſacratiſſima ſponſa Chriſti D. decantat Regius Vates Pſal. 44. num. 10 *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato.* Et poſt pauca ſtatim addit. *Omnis gloria ejus filiæ Regis ab intus in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.* Maximè notandum, quòd Reginæ veſtitus dicitur deauratus fimbria autem non deaurata, ſed tota aurea, multa varietate inſignita. Et cur fimbria, quæ ultima, ac infima pars eſt veſtis, & humi repeat, ditior ac elegantior eſt cæteris partibus; In fimbria ultima vitæ periodus innuitur, in qua excellentiores & illuſtriores virtutum operationes debent declarari. Non enim quælibet virtus exhibenda eſt in fine vitæ, ſed omnes virtutum ſupellectiles vità, in finem non deauratus, ſed totus aureus cum omni virtutum ornamento. D Paſchaſ. ibi. *Per fimbriam*, ait, *vita hominum ſignificatur extrema, quam non deauratam ut ſuprà veſtis fuiſſe monſtratur, ſed auream eſſe totam debere oſtenditur. Quia in fine vitæ tota perfectio amoris quæritur, circumamicta tamen varietate propter varias virtutes fidelium.*

Pſalm. 44.

In fine vitæ ditiores virtutum operationes reſplendeant.

D. Paſcaſ.

QUÆSTIO LVI.

Cœna, quam Dominus hic promittit, de Sacro Euchariſtico convivio explicatur?

494. Divus Bernard. in præſenti, Alcazar, & alii, cœnam, quam Dominus promittit, *cœnabo cum illo*, de Sacra Euchariſtia interpretatur: Ac ſi Dominus dicat Epiſcopo, quòd ſi teporem excuſſerit, & fervorem ſpiritus amplexus fuerit, & virtutibus ornatus extiterit, illi promittit cum fructu; ac deliciis omnibus interioribus Sacrum Euchariſticum pabulum, ac cœnam. Et juxta hanc expoſitionem præpondera textus ſeriem. Primò, ait ei Deus, *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, & probatum*; veram, & ſolidam ideſt omnium virtutum ornatu, ac apparatu. *Et collyrio inunge oculos tuos*: ideſt maximè expurga, & acue viſum, & conſiderationem, ut ad cœleſtem menſam, ac cœnam accedas & devenias, & tunc *cœnabo cum illo, & ipſe mecum.* Unde dicitur Joan. 6. num. 59. *In me manet, & ego in illo*: per intimam unionem. Joan. 6.

Multa virtus neceſſaria ad Sacram Euchariſtiam ſumendam.

495. Quæſtio tamen principaliter inquirit, quare Euchariſticum convivium confertur potiùs cum cœna, quàm cum prandio, cùm jejuni eam ſumamus, regulariter autem ad cœnam accedimus jam pranſi, cur ergo potiùs cœnæ quam prandio aſſimilatur. *Difficultas quæſtionis.*

Reſpondent primò Theophilactus, ſicut & D. Cyrillus in Catena Græca ad caput 14 Lucæ, ut dixi tom. 4. in Evangel. capite 24. q. 3. num. 28. quòd ideo dicitur potiùs cœna Theophil. D. Cyrill.

 quàm

quàm prandium ; quia noviſſimis temporibus, ſeu in ultimo ſæculo, ſeu in veſpere ſæculorum, ſeu vitæ Chriſti hoc Sacramentum eſt inſtitutum,in eoque ſunt omnia fercula ſpiritualia, ut nihil amplius habeat homo quod deſideret ; nam poſt prandium reſtat cœna, poſt cœnam verò nihil reſtat appetendum, in Euchariſtia ſunt omnes Dei divitiæ, theſauri,ac facultates, ita ut nihil illi reſtet addendum : Lucerna autem hujus cœnæ fides eſt.

Poſt cœnam Eucharistiã nihil reſtat appetendum.

497. Secundò Cœna celebratur veſpere,ac in fine diei ; quia omnes, qui ad Euchariſtiam accedunt, talem mentem induant, ut putent etiam finem ſæculorum jam inſtare,atque inde cum tanta animi puritate accedunt, ac ſi jam finis orbis, ac ultima dies inſtaret, in qua ſub ſevero judicio de omnibus reddenda eſt ratio. Tertiò, cum magno myſterio Euchariſtia cum cœna confertur ; quia poſt cœnam ſtatim homines ſe tradunt ſomno, qui eſt umbra mortis, ſic divinas epulas ſumamus quaſi immediatè poſt ipſas morituri, ac dormituri ; tanta diſpoſitione, ac præparatione ad Sacram Euchariſtiam accedamus, ac ſi in propinquo eſſet mors, & dies judicii.

Euchariſtia ſic ſumenda, ac ſi in proximo eſſet dies judicii, ac mortis.

498. Quartò. Cœna dicitur à verbo Græco,quod communitatem ſignificat. Veteres enim in communi cœnabant, prandebant verò ſeorſum ut advertit M.Joan. de la Haye cap. 3. Apocal. num.492. ſub meridiem enim quædam jentacula capiebant, at verò ſub noctem præcipuè corpora reficiebant,quod in communi & non diviſim faciebant : Ecce cur Euchariſtia, cœna, non prandium dicitur;quia non pro uno, vel altero homine, nec pro uno populo, vel gente, hoc Sacramentum eſt inſtitutum,ſicut legis antiquæ myſteria, ſed pro omnibus hominibus, gentibus, ac nationibus,& ideo Chriſtus D.dixit, *Accipite, & manducate ex hoc omnes.*

Sacra Euchariſtia non pro uno, vel altero ; ſed pro omnibus eſt data.

499. Quintò, Euchariſtia dicitur cœna.Cur non potiùs prandium quod mane celebratur? cœna autem in fine diei apponitur quando jam homines ad dormitationem, ac ſomnum properant, meritò tamen ponitur Euchariſtia tanquam cœna in fine diei ante ſomnum:ut oſtendatur inſtituta etiam ad liniendum,ac mitigandum dolorem ac horrorem,qui ex fine vitæ, ac exitu mortis ſolet hominibus contingere ; Euchariſtia enim excludit omnem pavorem ac mœrorem,qui ex fine vitæ,ac mortis provenire poteſt. Pro quo notat D. Paſchaſ. lib de corpore,ac ſanguine Domini, c.8 illud Pſalm. 147. n. 24.*Lauda Jeruſalem Dominum, lauda Deum tuum Sion, qui poſuit fines tuos pacem,& adipe frumenti ſatiat te.*Vaticinantur juſtis viris exitus, & finis vitæ cum ſuavitate,quiete, ac pace. *poſuit fines tuos pacem.*Et unde in fine ac exitu vitæ, ubi maximus eſt conflictus,ac perturbatio, tanta tranquillitas, ſerenitas,ac pax? ex gratia, ac beneficio divini frumenti promiſſi ; ait enim, *& adipe frumenti ſatiat te.* Et cum uſque ad ſaturitatem ſit cœleſtis cibus, inde in fine vitæ nullus horror ac perturbatio, ſed ſumma tranquilitas, ac ſerenitas Sic ait D Paſchaſ. citatus. *Cum ipſo,& in ipſo, & ſit nobis regnum pacis.*

Euchariſtia horror mortis delinitur in nobis.

Pſalm. 147.

Ab Euchariſtia pax.

500. Quæres tamen ad calcem quæſtionis, quiſnam erit cibus apponendus in hac menſa, *cœnabo cum illo,& ipſe mecum:*Nullus alius cibus niſi ipſemet panis vitæ,ipſemet Deus ſub ſpeciebus Sacramentalibus : *qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo.*Multùm ſanè erat,quòd homo ſederet ad menſam cum Deo,ſed multum ſuper omnem modum eſt, quòd homo fiat ſedes Dei & ejus habitaculum, in quo ipſe dignatur ob ſuam infinitam bonitatem ſedere, ac ſuum thronum conſtituere, manducanti corpus, & ſanguinem ſuum non ſolùm promittit ſedem in regno Dei, ſed etiam quod ipſe fiat thronus Dei. *In me manet, & ego in illo*

Summa dignitas,quòd homo fiat ſedes,& thronus Dei.

Pro magno præmio ac honore, ait Chriſtus D.ſuis Apoſtolis. *Cùm ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſupra ſedes duodecim judicantes.*Matth. 19. n. 28. Hoc ut magnum datum fuit Apoſtolis,ut ſedentes aſſideant Chriſto D ſedenti in regno ſuo, ac de matre ejus canit Eccleſia : *Venit electa mea ponam in te thronum meum.* Non dicitur illi,quòd ſedeat cum filio ſuo,ſed quod in illa filius ſuus ſedem ſuam ponat;& cur illi,ſicut & Apoſtolis non dicitur ut ſedeat cum eo, ſed quòd ipſe in ea conſtituat ſedem ſuam ; ſicut enim illa meritis multùm excellit Apoſtolis,ita & in dignitatis loco; & quamvis multum ſit cum Chriſto ſedere, tamen præſtantiùs, & excellentiùs eſt, quòd in te condignam ſedem exhibeas Deo, & quòd in te gratè reſideat & ſedeat Deus.Guarricus Abbas ſerm.1.de Aſſumpt.*Diſcipulis inquit,ſedebitis,& vos ſuper ſedes duodecim, alibi quoque promittit:*Qui vicerit,dabo ei ſedere mecum in throno meo.*Matri verò,cujus longè differens eſt meritum, nihilominus differens promittit præmium* : Veni, inquit, electa mea ponam in te thronum meum.*Parum eſt,ut judicanti conſideas, niſi & ipſa ſedes mihi fias, ut majeſtatem regnantis,eò feliciùs,quo familiariùs,in te contineas.*Ut ſuprema matris dignitas, illiúſque ſumma charitas, ac unio cum Deo declaretur dicitur,quòd Deus in ea ponat thronum ſuum de hac alta,& ſuprema dignitate fit particeps qui dignè communicat, acceditque ad Sacramentalem menſam ; de eo enim ait Chriſtus *In me manet & ego in illo.* Joan 6 n.56

501.

Matth. 19.

Eccleſia.

Guarricus.

Apoc.3.

Plus nobis Deus dat in Euchariſtia, quàm, quod nos faciat ſedere ſecum

Ioan.8.

502. Dicebat Deo Pſalmiſta 44 n.10.*Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato.* Cur non dicitur, quod Regina à Dextris Dei ſedit,ſed ſtetit? forſitan Regina Cœli inferiorem honoris locum recepit à filio,quàm à Salomone Bethſabee ; De Bethſabee,dicitur,quòd in throno ſedit ad dexteram ejus, 3.Reg.2.n.20. Cur ergo de Regina cœli dicitur,quòd ſteterit à dextris Filii,non verò ſederit ; nunquid magis honorificata eſt Bethſabee à Salomone,quàm Regina Cœli à Filio ſuo Jeſu? minimè. Reſervabatur illi maius domum largiendum,quòd ſcilicet in ea conſtitueret Rex thronum ſuum quòd ſcilicet ipſa in ſe reciperet Deum,ut ita ipſa tota fulgeret ſub radiis divinæ celſitudinis.

Pſalm. 44.

3 Reg.2.

*Apoc.*3.*n.*21. Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo,ſicut & ego vici,& ſedi cum Patre meo in throno ejus.

Num. 22. Qui habet aurem audiat

diat, quid Spiritus dicat Eccleſiis.

VERSIONES.

Syriac. n. 21. Qui vincit dabo ei ſedere ſuper thronum meum.

Arabicus. Victori dabo ſedere mecum, quemadmodum vici, & ſedi cum Patre meo.

Tygurina. Et conſedi cum Patre meo.

D. Ambroſ. Qui vicerit dabo poteſtatem ſedere mecum, ſicut & ego vici, & ſedeo cum Patre meo in throno ejus.

EXPOSITIO XVI.

503. QVI *vicerit*: qui concupiſcentiam, & carnis illecebras, dæmoniſque inſultus, ac tentamenta ſuperaverit, terrore, ac terrore excuſſo, ſpirituſque ſancti calore fervens fuerit. *Dabo ei ſedere mecum in throno meo*, Sedere in throno Chriſti eſt participem eſſe regni ejus, & cohæredem cœleſtis beatitudinis; *ſicut ego vici*; plura ſcilicet pro Dei gloria, & pro hominum ſalute toleravi; *& ſedi cum Patre meo in throno ejus*: propter quod Pater ſecundùm humanitatem exaltavit me, participemque me fecit regni, & ſedere ad dexteram ſuam.

QUÆSTIO LVII.

Quare vincenti promittit Chriſtus, quòd ſedebit cum eo in throno ſuo; & quid hoc ſignificet?

504. CHriſtus D. in his ſeptem Epiſtolis ad hos ſeptem Epiſcopos, & conſequenter fideles omnes maximè eos exhortatur, ut à ſordido torpore, deſidia, ac negligentia excitentur, ac animentur, & acuantur ad fortiter pro Deo, ac Eccleſia, & ſalute ſua decertandum, in quo videtur Dominus alludere ad agones victorias, & coronas athletarum, maximè Pithias & Olympicas de quibus latè agunt Carol. Paſchalis lib. 6. de coronis cap. 11. Petrus Faber Agoniſt. lib. 2. cap. 11. quæ ob ſuam magnam celeritatem, ac dexteritatem, valde celebres ac illuſtres fuerunt in tota Græcia, ac Aſia, ut dicat Cicero orat. pro Flacco, dalmam in iis retuliſſe, *propre majus, & glorioſius, quam Roma triumphaſſe*. Quantum ergo luctamenta debent eſſe Chriſtianis pro ſua victoria Olympi, id eſt cœli; ut ita fiat triumphator mundi, peccati, diaboli, inferni ac ſui

Carol. Paſc. Petr. Faber. Cicero. *Difficilis pugna olympica.*

ipſius, ſuorumque appetituum, quod eſt cæteris difficilius.

Tota difficultas quæſtionis eſt, quid ſignificet illud, quod ait Chriſtus D. *Dabo ei ſedere mecum in throno meo, ſicut ego ſedi cum Patre meo in throno ejus.* Et primò D. Gregor. lib. 26. Moral. cap. 26. Joachimus Abbas, Haymo de judiciaria poteſtate accipiunt hunc thronum, qui, ait D. Gregor. *Judicii principatum ex Chriſti virtute percipimus, hinc veluti in ejus throno reſidemus.* Haymo, inquit, *ſedere in throno eſt eſſe participem judiciariæ poteſtatis Chriſti.* Cujus rei Joachimus Abbas ſubdit rationem; *Quod ii, ait, qui pro nomine Chriſti ſuſtinent perſecutiones, eorum qui ſe injuſte judicant, & eorum omnium, qui contemnunt verba vitæ ſunt futuri, & facturi vindictam in nationibus.* In confuſionem iniquorum, quòd judicentur ab his, quos contempſerunt; aliqui exiſtimant hîc, alludi ad illud Matth. 19. n. 28. *Sedebitis ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſraël.* 505.

D. Greg. Haymo. Joachim.

506. Alcazar intelligit thronum de pace, ac quiete, quam largitur Dominus torporem excutientibus ſe, ſuaſque paſſiones vincentibus. *Ad thronum Chriſti*, Ait Alcazar, *viri perfecti exaltantur, non in futura, ſed in hac vita, dum in altiſſima pacis ſede collocantur.* Quod priùs docuit D. Bernard. Senenſ. tom. 3. ſerm. 11. qui eſt de multiplici bono pacis, art. 1. cap. 3. *Thronus ejus, ait, ſumma pax mentis, quam Chriſtus omnibus tentationibus devictis, adiit; unde Propheta ait:* Thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi, *In hoc throno, cum Chriſto ſedet, qui devictis tentationibus, quæ in activa vita laboranti occurrunt; ſpe certa per amoroſam contemplationem in Chriſto quieſcit.* Qui carnem ſuo ſpiritui rebellem devictis tentationibus ſubjecerit, ſumma pax, & quies erit ei. Hæc ſententia, quamvis ſit moralis, ac tropologica, non tamen eſt litteralis.

Alcazar. D. Bernard.

507. Et contra hanc ſecundam ſententiam. Dum Chriſtus ait. *Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo, ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno ejus*: certum eſt, quòd Dominus promittit ſimile præmium victoriæ vincentium, ſicut Pater dedit ipſis ſuæ victoriæ: victoriæ autem Chriſti Pater premium rependit non in hac vita ſed in altera; dum enim fuit in hac vita, Jeſus non ſedit, ſed laboravit, & exultavit ut Gigas ad currendam viam, ac proinde non eſt thronus, quem hîc promittit vincenti, in ſenſu litterali pax, & dominatio paſſionum, propriorumque affectuum, ut dicit ſecunda ſententia, ſi enim eſt talis pax, & dominatio, ad quid iſta ſimilitudo, *ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno ejus.* Conſummata ergo omni mortalitate aſcendens ſuper omnes cœlos, ſedit ad dexteram Patris cum ſumma illius gloria, ac beatitudine. Ergo loquitur de hoc præmio, quod datum eſt ſibi in homine victori, quem gerebat, poſtquam devicta morte cœlos aſcendit; dominatio paſſionum, ac omnium affectuũ connaturalis erat Chriſto D. nam in ipſo utpotè vero filio Dei omnes paſſiones, ac affectus erant ſubditi, ac ſubjecti rationi.

Impugnatur ſecunda ſententia.

508. Contra primam ſententiam facit. Ait Chriſtus. *Sicut ego ſedi cum Patre meo in throno ejus.* Quod non poteſt referri ad poteſtatem judiciariam; nam Chriſtus ait Joan. 5. n. 22. *Neque*

Impugnatur prima ſententia.

Joan.5. *Pater judicat quemquam, ſed omne judicium dedit filio.* Externa, ac viſibili forma judiciaria, ut latè explicavi tom.3. in Evang.c.1.q.6.n.39. ergo ſedere cum Patre in throno ejus, non eſt de poteſtate judiciaria ſermo, quia Pater omne judicium dedit filio.

509. Sicut ergo illud, *ſicut ego ſedi cum Patre meo in throno ejus*; refertur ad ſummam gloriam beatitudinis, quam Pater communicavit filio ſuo Jeſu ſecundùm humanitatem ad quam explicandam dicitur ſedere ad dexteram Patris,
Pſalm.109. & deo hic fit alluſio ad illud Pſalm.109. num. 1. *Sede à dextris meis donec ponam inimicos tuos, &c.* Ita etiam id, quod primò ait Chriſtus, *qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo* refertur ad gloriam, & ſenſus eſt; faciem illum participem regni mei cœleſtis cum ſempiterna
Andreas. Ansbert. gloria, ac æterna luce, & inenarrabili gaudio, ac perfectiſſima requie. Sic Andreas Cæſarienſis, Ambroſius Ansbertus & alii.

510. Tamen adhuc inquirendum; cur huic Epiſcopo coronam regni cœleſtis promittit Chriſtus ſub nomine ſeſſionis in throno ſuo? hanc enim Dominus omnibus Epiſcopis, in his ſeptem Epiſtolis alio, & alio nomine, ac titulo promittit, ut eos ad ſtudium virtutis, ac ſanctitatis provocet; huic verò tepido eam promittit ſub nomine ſeſſionis, quia tepidus fugit laborem, & curſum; hinc ſi eam amplectatur, pollicetur requiem æternam, & ſeſſionem regalem in cœlis. Ita Cornelius, ac ſi Dominus juxta propenſionem, ac conditionem voluerit hunc Epiſcopum allicere ad ſe. Hic dicendi modus quamvis explicet ſeſſionem, non tamen explicat illud additamentum, *mecum in throno meo.*

Dominus hunc Epiſcopum ad ſe allicit juxta ſuam propenſionem. Corn.

511. Dico ergo quod in hac ultima Epiſtola, tanquam in fine, ac ultimo loco voluit Dominus promittere magnum, & ſummum præmium, quod ab ipſo dari poteſt, ut victores ſecum regnare faciat, ut participes regni ſui, & tanquam conſidentes ſecum in throno ſuo, quod ſummum præmium ejus conceſſum denotatur, ſummuſque amoris affectus quod lucem accipit ex D.Epiphanio in Aſſumpt. Mariæ *Creditur*, ait, *quod ſalvator omnium, ipſe, quantum videtur intelligi, per ſe totus feſtinus occurrit, & cum gaudio eam ſecum in throno collocavit*: ut ſuum eximium amorem erga Matrem denotaret, ſic etiam tanta dilectione in ſui imitatores fertur Chriſtus, ut quaſi in eodem throno indiſtincto eo, ſecum in cœlis faciat ſedere: ſic & cap.4.
Apocal. 4. ſequenti n.6. dicitur. *Et in medio ſedis, & in circuitu quatuor animalia*: quæ ſacros Evangeliſtas denotabant. Sed ſi erant in circuitu, quomodo in medio ſedis? revera erant in circuitu, ſed per affectum, & amorem in medio ſedis, ut dicam ſuo loco.

Summus Chriſti amor erga ſui imitatores D.Epiph.

512. Amor enim & vera amicitia quandam æqualitatem, ac omnium communicationem ſecum inducit, nam ut ait D. Auguſt. lib. de amicitia
D. Auguſt. tom.4. cap.24. *Quem diligis, parem tibi facere non negligas: non enim amicitia rectè colitur, à quibus æqualitas non ſervatur.* Quod optimè confirmat idem Auguſtin. ex illa inſigni benevolentia Jonathæ erga Davidem, nam cùm ipſe eſſet filius Regis Saul, ac princeps totius regni, ait Davidi. *Tu regnabis ſuper Iſraël, & ego ero tibi ſecundus.* 1. Reg. 23. n.17. Non ſolùm
1. Reg. 23. Davidem ſibi exæquabat ut obſervat Auguſtinus, ſed etiam præferebat: ita ut illum regiis inſignibus indueret, iiſdem ſe libenter denudabat. 1.Reg. 18. n.4. Et hac de cauſa fortaſſe 1.Reg. 18.
Moyſes à Deo conſtitutus dux, & populi Iſraëlitici cum multis ſe excuſaret, *Tandem iratus Dominus*, ait, *Aaron Pater tuus, ecce ipſe egreditur in occurſum tuum.* Exod.4.n.14. Cùm tamen hoc audiſſet ab ore Domini, ſtatim acquievit, & ad peragendum munus ſibi commiſſum indilatè abiit. Ac ſi ſolus dignitatem noluit obtinere optimè tamen, poſtquam agnovit cum Patre communicatam, tunc illi gratior, & levior facta eſt. Exod.4.

Amicitia facit æquales, & omnia communia.

Cùm Abrahamus recepiſſet tres Angelos hoſpitio in figuram ſummæ Trinitatis; tres vidit, & unum adoravit: *Feſtinavit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei; accelera, tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcinericios panes.* Gen 18 n 6. Hoc munus magis ſpectabat ad ancillas, quàm ad dominam, magis ad Agar, quàm ad Saram; cur ergo Abrahamus, relicta ancilla, dilectiſſimæ conjugi id munus committit; Agnoverat ipſe, quod negotium illud magnæ & illuſtris virtutis erat pro quo magnum donum, & præmium erat perſolvendum; cùm ergo Saram multùm diligeret, ut ſociam vitæ ſuæ voluit etiam eam habere ut ſociam meriti, ac mercedis. D. Chryſoſtom. ad hunc locum. *Quoniam*, ait, *ſciebat boni operis magnitudinem volebat vitæ ſuæ ſociam eſſe retribuendarum mercedum participem.* 513.

Gen.18. *Juſtus vult ſuos habere ſocios in merito & præmio.* D.Chryſ.

QUÆSTIO LVIII.

Quare Epiſcopo huic Laodicenſi promittitur gloria ſub majori, ac excellentiori titulo, quo promitti potuit.

IN his Epiſtolis promittitur gloria ac beatitudo his Epiſcopis, ſub vario, ac diverſo titulo, & nomine: nunc vocatur candelabrum, nunc lignum vitæ, nunc manna abſconditum, nunc calculum candidum, nunc ſtella matutina, nunc nomen novum, nunc veſtis candida, nunc columna, nunc thronus, & non quicumque thronus, ſed thronus Dei, *ut ſedeat mecum*, ait Chriſtus, *in throno meo*: ut huic Epiſcopo Laodicenſi, ex quo patet, quod ei promittitur beatitudo, ſub excellentiſſimo titulo, quo promitti potuit. cùm nihil majus poſſit excogitari in gloria, quàm ipſemet Dei thronus, alii Epiſcopi ad magna virtutum opera exhortabantur, ad charitatem nempe, ad ſolicitudinem ſuarum ovium, ad prædicationem, &c. & tamen illis gloria promittitur ſub minori titulo, cur ergo huic Epiſcopo ſub tanto nomine ſcilicet Dei throni. 514.

Difficultas quæſtionis.

Reſpondeo, quod quamvis alios Epiſcopos ad magnas virtutes exhortaretur, iſte tamen Epiſcopus Laodicenſis provocabatur ad retractationem ſuæ ſententiæ, ac opinionis de ſe jactabat hoc cap.3. num. 7. *Dicis, dives ſum, & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis, quia tu es miſer miſerabilis, & pauper, &c.* & qui de ſe tam gloria 515.

Valde duram viro magno ſententiam mutare, ac retractare. D.Chryſ.

glorìabundus multa jactabat, admonetur, ut ſuam miſeriam, paupertatem, ac egeſtatem agnoſcat, & confiteatur; & nil difficilius, ac durius homini, quàm opinionem ſuam deponere, ac ſententiam propriam retractare, unde ſummè laudandus eſt D. Auguſtinus qui libros integros ſuarum Retractationum compoſuit, pleroſque libros ſuarum Confeſſionum ſcripſit ſua peccata aperiens, ut divinam miſericordiam extolleret, gloriamque ejus quæreret etiam propriæ opinionis diſpendio. Unde de eo D. Thom. Villanov. Concio. 1. *Vir iſte licèt magnus virtutibus ſuis, certè mihi ſublimis etiam apparet in peccatis ſuis.*

Inſignis virtus D. Auguſtini. De Th. Vill.

516. Saulus acceptis Epiſtolis à principibus Synagogæ ſpirans cædis, ac minarum ibat contra Chriſtianos in Damaſcum, & cum appropinquaret, apparet ei Chriſtus D. *& ſubitò circumfulſit eum lux de cœlo, & cadens in terram audivit vocem dicentem, Saule, Saule quid me perſequeris*, Actor. 9. n. 2. Ad quid Domine tot, ac tanta agis, ut ad te Paulum advoces, ipſumque ad te trahas? Ut civitas Ninive converteretur ſufficiens fuit una vox prophetæ Jonæ; quamvis civitas eſſet valde magna, & populoſa: Ut David excitaretur ab adulterio ſuo abundans fuit una vox Natham Prophetæ: Ad quid ergo tot ac tanta interponuntur ad Sauli converſionem; ut filius Dei de cœlo deſcendat, vox divina audiatur, & lux cœleſtis reſplendeat, ac ipſe in terram proſternatur? Ad hoc ut una civitas à ſua idololatria, ac ſenſualitate revocetur, ſicut & unus rex à ſuo adulterio ſat eſt unius prophetæ vox, at erga Saulum non ſolum negotium erat de ſua converſione ad fidem, ſed etiam ut zelus Judaïſmi, quem habebat contra Chriſtum, mutaretur in zelum pro Chriſto contra Judaïſmum, & quòd diſputationes, ac prædicationes, quas pro ſuo errore contra Chriſtum faciebat, pro fide Chriſti contra Judaïſmum conficeret, ac retorqueret; & ut à ſuis vitiis, ac turpitudine una ampliſſima civitas, unuſque Rex revocetur, ſufficiens erat unius Prophetæ vox; at verò ut homo ingenuæ indolis, ut Saulus ſuam ſententiam retractaret, ac revocaret tanti res erat ut veluti exoptaretur, quod filius Dei de cœlo in terram deſcenderet; cœlumque apertum ſua luce, ac nitore fulgeret, Sauluſque in terram proſterneretur, ut ita ipſe magno animo concepto ſui mutationem publicaret, ſuoſque antiquos errores deſtrueret, ac everteret. D. Chryſoſtom. ad citat. cap. 9. Actor. illa verba, *continuò in ſynagogis prædicabat*, ſic ait: *Non erubeſcebat mutationem, neque formidabat deſtruere ea in quibus antea clarificabatur.*

Actor. 9. Ioan. 3. 2. Reg. 12.

Multa mirabilia neceſſaria, ut vir magnus ſententiam mutet.

D. Chryſ.

517. Ex Dei mandato ingreditur Ionas Ninive prædicans, *Adhuc quadraginta dies & Ninive ſubvertetur.* Ioan. 3. num. 4 quod cùm audiſſent Ninivitæ, ad pœnitentiam in jejunio, & ſacco currunt, ob quam *miſertus eſt Deus ſuper malitiam, quam locutus fuerat, ut faceret, & non fecit.* Ioan. 4 num. 10. & immediatè ſequitur caput quartum n. 1. *Et afflictus eſt Ionas afflictione magna* Cur tanto mœrore, ac anguſtia afficitur Propheta, forſitan propter Niniviitarum pœnitentiam, vel indulgentiam divinam? Minimè; ſed cum obtinuiſſet munus Doctoris, ac prædicatoris, timuit ne doctrina ejus falſitate ac deceptione notaretur; nam ut in perſona Prophetæ, ait D. Baſilius Seleucus orat. *Et ego falſificus æſtimabor.* Et inde neceſſe erat dicere ſuam ſententiam, ac doctrinam mutatam eſſe ob divinam pietatem, ac clementiam hominibus impenſam; valdè durum videbatur tanto viro talem mutationem dicere, ac publicare in doctrina, ac prædicatione ſua, & ideo Propheta affligebatur afflictione magna. Inde Dominus Prophetam conſolatur, ut in Dei perſona ait D. Baſilius Seleucus citatus ad Ionam. *Non eſt demutatus.* Nam ſententia mea, & comminatio tua intelligenda eſt, niſi pœnitentiam egerint Ninivitæ: ergo cum hanc perſolverint, firma ſtat mea ſententia; & conſtans tua doctrina, ac prædicatio. *Non es demutatus.*

Ioan. 3. Ioan. 4.

D. Baſil. Se'.

Conſolatur Propheta, quòd ſua ſententia non ſit mutata.

Quæstio LIX.

Quare Chriſtus Dominus in his Epiſtolis non reſumit omnia Epitheta, quæ habuit in prima viſione?

518. Epitheta, quæ Dominus reſumit in titulis harum ſeptem Epiſtolarum, ſunt ea, quæ habemus deſcripta in prima viſione cap. 1. a n. 13. *Vidi in medio ſeptem Candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis, veſtitum podere, præcinctum ad mammillas zona aurea: caput ejus, & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix, & oculi ejus tanquam flamma ignis, & pedes ejus ſimiles auricbalco ſicut in camino ardenti, & vox illius tanquam vox aquarum multarum, & habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem? & de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat, & facies ejus ſicut ſol lucet in virtute ſua.* Ex quibus aliqua ſumuntur in exordio harum Epiſtolarum, alia verò omittuntur; cur hæc verò omittantur, inquirit præſens quæſtio; de quibus ſatis agit Ferrarius, qui quæſtionem excitat.

Apoc 1. *Difficultas quæſtionis.*

519. Omittitur primò illud, *ſimilem filio hominis.* Quod in illa viſione ita dicatur, benè ſe habet, quia in ſymbolo, ac figura multa de Chriſto D. dicenda erant. At cùm ſcribit has Epiſtolas præcipit, admonet, & reprehendit ut Dominus; & ideo ſimilitudo abjicienda fuit, & in propria perſona agendum cum illis, quæ oſtendunt ejus excellentiam, ad majorem auctoritatem, potentiam; & vires indicandam, ut reprehenſio à tanto Domino tam diſtrictè inflicta altiùs, & intimiùs impreſſa remaneret.

Excellentia manifeſtanda in reprehendente.

520. Secundò, omittitur illud, *veſtitum podere.* In podere ſuprà diximus ſignificari ſanctitatem, juſtitiam, ac innocentiam Chriſti, quam in ſe habuit, & ſuæ acquiſivit Eccleſiæ, ſuiſque ſacramentis communicavit, hoc autem cùm valde commune ſit in omnibus ſuis mandatis, noluit in aliqua Epiſtola peculiariter ſcribere, ſed in omnibus ſupponere; ſicut etiam poderis longitudo ſignificat perſeverantiam, quæ in omni ſanctitate, juſtitia, ac opere bono maximè neceſſaria eſt; nam ſive Dominus comminetur, & à malo exterreat; ſive adhortetur, & ad bonum invitet, in utroque reſpectivè requiritur perſeverantia uſque ad finem & conſummationem; & ideo hæc in omnibus præ-

Perſeverantia in omnibus.

ſupponitur, ſive in vitii emendatione, ſive in virtutis acquiſitione.

521. *Juſtitia, & miſericordia cum charitate.*

Tertiò, omittitur illud. *Præcinctum ad mammillas zona aurea.* Charitas hac zona ſignificatur, & hæc continent utramque mammillam, ſcilicet juſtitiam, & miſericordiam, nec ulli Deus miſeretur ſine juſtitia, neque ullum arguit, atque caſtigat ſine miſericordia, & ſic hoc in omnibus Dei operibus ſupponitur, ſic etiam in omnibus iſtis Epiſtolis.

522. *Exemplum vitæ Chriſti ſol refulgens omnibus.*

Quartò, omittitur illud: *Et facies ejus ſicut ſol lucet in virtute ſua.* Hæc facies Chriſti reſplendens, eſt admirabile exemplum omnium virtutum, quod nobis dedit vita ſua, nobiſque reliquit, ut hac luce ambulantes ſequamur veſtigia ejus. Hæc autem lux omnibus Eccleſiis, omnibuſque fidelibus fulget, ut nemo ſit qui ſe abſcondat à calore ejus, & ideò tam admirabilis facies Domini reſplendens, ut ſol, non fuit coarctanda in una Provincia in unoque titulo peculiaris Eccleſiæ, quòd ad omnes mittitur, & in omnibus ſupponitur.

523. *Omnia à Deo præviſa*

Sextò, omittitur illud, *Caput, & capilli ejus candidi tanquam lana alba, & tanquam nix.* hujuſmodi caput, ac capilli candidi denotant Dei judicia æterna altâ ſapientiâ fundata, & quamvis in mundo ac Eccleſia, multa nova contingāt tamen Deo ejuſque Verbo Chriſto D. nihil eſt novum, ſed omnia præviſa, nota, ac mirabili diſpoſitione ordinata; indeque cano capite, ac capillo eſt Dominus, ſive ſtatuat ſive permittat aliquid in Eccleſiis; nec uni magis, quàm alteri hoc convenit; & ideo in peculiari titulo unius Eccleſiæ hoc non fuit ponendum, cum æquè omnibus ſit commune.

524. Septimò, & ultimò, omittitur illud, *Vox illius, tanquam vox aquarum multarum.* Scribebat Dominus has ſeptem Epiſtolas ſeptem Eccleſiis, in quibus eorum diverſos ſtatus denotabat; tamen omnium ſtatus in confeſſione fidei adumbratur; quia omnes fideles, qui ſunt multi populi, & aquæ multæ, una voce, ac ore eandem fidem confitentur. Vox ergo illa aquarum multarum erat vox omnium fidelium in profitenda fide; huic unitati adverſabatur, ſi poneretur in titulo unius Eccleſiæ particularis, quod erat omnium Eccleſiarum, & ideò non fuit aſſumendum in peculiari Epiſtola, quod erat in omnibus præſupponendum, cùm omnes Eccleſiæ in unitate fidei conveniant.

Fidelium unitas in Eccleſia.

Ad dilectam ſuam ſponſam Eccleſiam ait Dominus, *Vulneraſti cor meum in uno oculorum tuorum.* Cantic 4. num 9 Si duo ſunt oculi, cur de uno tantùm facit mentionem? Honorat Angelomus, Philo Carpathius interpretantur, *In unitate fidelium, ac Prælatorum.* Quia ſic omnes Prælati, ac fideles ſunt uniti in Eccleſia, ac ſi in eis ſit unus oculus, una mens: ac voluntas D. Auguſtin. in lib. contra Epiſtol. fundamenti cap. 4. *Tenet, ait, me in Eccleſiæ gremio conſenſio populorum, atque gentium; tenet authoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata.* Quaſi non ſit efficacior ad perſuadendam fidem, miraculorum vis, doctrinæ fulgor, Religionis ſanctitas, qua in Eccleſia effloreſcunt, quàm ipſa animorum concordia, ac unitas in tanta gentium diverſitate. 525.

Cant. 4. Honor. Philo Angelom.

D. Auguſt. *Mirabilis Eccleſiæ unitas.*

Univerſas oves ſuas committens Chriſtus Petro ait *Paſce oves meas.* Joan. 21. num. 17. In quem locum D. Bernard. lib 2. de Conſiderat. ad Eugen ait: *Committens uni, unitatem omnium commendavit. Ubi unitas, ibi perfectio.* Tantam ovium multitudinem non pluribus ſed uni committit Chriſtus, ut ſummam unitatem in ſua Eccleſia commendaret, ubi etiam unitas, ibi perfectio, hanc excellentiſſimam voluit in ſua Eccleſia. 526.

Joan. 21. D. Bern. *Eccleſia cum ſumma unitate, ac perfectione.*

CAPUT

CAPVT QVARTVM.

ECCE jam ſecunda Joannis viſio, qua patenti Cœlorum janua videt Dei majeſtatem ornatu jaſpideo, & Sardino, in Smaragdino ſolio reſidentem, velut Iride amictam, ſimulque circumſedentes viginti quatuor ſeniores, & quatuor animalia oculis undique plena, inceſſabiliter Deum laudantia, præcipuè in Sacro Triadis myſterio, unde ter repetunt, Sanctus, Sanctus, Sanctus: Tunc viginti quatuor ſeniores è ſedilibus ſurgunt, & venientes ante thronum, Deum adorant coronas ſuas deponentes, & ſimul ipſum collaudant.

Apoc.4.n.1. Poſt hæc vidi; & ecce oſtium apertum in cœlo: & vox prima: quam audivi, tanquam tubæ loquentis mecum dicens: Aſcende huc, oſtendam tibi quæ oportet fieri poſt hæc.

VERSIONES.

Syrus. Ecce porta aperta in cœlo, & vox prima, quam audivi, erat tanquam tuba loquens mecum, & dicebat.

Vict.Martyr. Vox illa prima.

Arabicus Quidquid oporteat fieri poſt hæc.

Vatabl.& alii. Codic. quæ citò oportet fieri poſt hæc.

EXPOSITIO I.

POST *hæc* Connectit Joannes dicenda cum ſuperioribus; ut ſciamus ſimul, & eodem tempore, hæc quoque, ipſi Joanni, ac ſequentia fuiſſe revelata. *Vidi*, non reali, ac corporali viſione, ſed imaginaria, ac intellectuali. *Ecce oſtium apertum in cœlo.* Non quòd cœlum propriè habeat oſtium, quod aperiatur, vel claudatur; ſed tali oſtii apertione denotatur, quòd ſic Joannes ad magnarum rerum cognitionem, quæ tantùm in cœlo agnoſcuntur, admiſſus eſt, ac ſi illi cœlorum janua eſſet reſerata, ſic dicitur Ezech.1. n.1. *Aperti ſunt cœli, & vidi viſiones Dei.*

Et vox prima. Vocem primam appellat, per reſpectum ad reliquas voces, quæ poſtea audivit tanquam tubæ; non quod vox fuerit tubalis, nam dearticulata erat, ſed talis dicitur propter ſui vehementiam ac magnitudinem: tum, ut Apoſtolum ad ea, quæ dicenda, ac videnda erant, attentum redderet; tum etiam, ut rerum ſublimitatem denotaret. *Aſcende huc*, non de loco ad locum, ut non contigit, nec corpore, ſed mente & ſpiritu. *Quæ oportet fieri poſt hæc*: Quæ accidit Eccleſiæ ab hoc tempore uſque ad finem mundi.

QUÆSTIO I.

Quænam ſit hæc prima vox, quæ in cœlo auditur? Agitur de Joanne Baptiſta?

HÆc vox dicitur prima non abſolutè, ut dixi in Expoſitione, ſed reſpectu eorum, 3.
quæ auditurus erat. Hanc tamen primam vocem in cœlo eſſe Joannem Baptiſtam exiſtimat Petrus Damianus, quia ſicut ille primò in deſerto clamavit pœnitentiam, ſic & in cœlo primò auditur; & loquitur. Sic ait Damianus ſerm. 1. de Baptiſta: *Veni ergo ad Joannem, & audi vocem exultationis, Pœnitentiam agite; dicebat; appropinquavit enim regnum cœlorum. Verbum pœnitentiæ dulce; & glorioſum. Verbum regni cœlorum latum, & adorandum illi ſoli primario conveniens, qui primus novi teſtamenti poſuit fundamenta. Hæc eſt illa vox de qua maximus contemplator cœleſtium viſionum ait; Et vox prima; quam audivi tanquam citharædorum citharizantium in citharis ſuis?* Meritò illa vox inter cœleſtia gaudia Primò loquitur, & auditur, quæ primò in deſerto clamavit pœnitentiam, ad illamque homines vocavit. *Pœnitentiam agite.* Unde de Joanne dicere poſſumus illud, quod pro magno encomio de Divino ſponſo dicitur: *Labia ejus diſtillaverunt myrrham primam.* Cantic. 5. numero 13. Joannis labia fuerunt diſtillantia 4.
myrrham primam aſperitatis vitæ, ac pœnitentiæ.

Joannes Baptiſta prima vox in cœlo. *Petr.Dam.* *Cant.5.*

Venit Joannes in regionem deſerti prædicans: *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum*

Joannes primus prædicat regnum cœlorum. *regnum cœloru m.* Matth. 3. n. 2. Ubi perbelle D. Hieronym. *Primus Baptiſta Ioannes regnum cœlorum prædicat ut præcurſor Domini honoraretur.* Sicut ille primus prædicavit pœnitentiam, ſic etiam primus prædicavit regnum cœlorum: hoc enim officium, dignitati ac meritis Joannis debebatur, ut tanto privilegio honoraretur ac ſublimaretur. De Deo pro magna ejus excellentia dicitur Alpha & Omega Apocal. 1. n. 8. quod per accommodationem
Apoc. 1. dicere poſſumus de Ioanne Baptiſta: Extitit enim Omega legis veteris. Unde à D. Petro Chryſologo ac ſancto Maximo appellatur *clauſula legis antiquæ.* Sic dicitur Matth. n. 13. *Omnes Prophetæ, & lex uſque ad Ioannem*: Poteſt que etiam dici Alpha legis gratiæ ſecundùm
Joan. 1. ſuam vocem ac prædicationem Ipſe enim primus regnum cœlorum prædicavit, pr muſque voce ac digito Dei filium incarnatum
Joan. 1. mundo oſtendit. *Ecce Agnus Dei.* Joan 1. numero 96.

5\. Baëç. 1 Eccleſ. 24. Graves Auctores, ut M. Baëça tom 3. in Evang. l. 14. cap. 2. §. 17. de Joanne Baptiſta interpretantur illud Sapientiæ Eccleſiaſtici 24. num. 8. *Gyrum cœli circuivi ſola, & profundum abyſſi penetravi, & in fluctibus maris ambulavi, & in omni terra ſteti, & in omni populo, & in omni gente primatum habui.* Sed qualem gyrum cœli circuit ſolus Joannes? Gyrus cœli filius Dei eſt qui à Patre & venit in mundum, &
Ioannes Baptiſta in omni gente, & populo primatum tenet. iterum ad Patrem ingreſſus eſt Unde dicitur Pſal. 18. n. 7 *A ſummo cœlo egreſſio ejus, & occurſus ejus uſque ad ſummum ejus.* Hunc gyrum circuivit Joannes, dum ex utero in utero Verbum incarnatum adoravit, & egreſſus per totam vitam populis oſtendit ac manifeſtavit; unde factum eſt, ut in omni populo ac gente primatum teneret.

6\. D. Cyrill. Præclarè ait Divus Cyrillus Alexand. lib. 2. in Ioan. cap 32. *Quis major Beato illo Baptiſta? Quis ad apicem virtutis pervenit, qui nulli fuit pietate ſecundus.* De parentibus Baptiſtæ ſcribit
Luc. 1. Lucas cap. 1. num. 7. *Non erat illis filius, eo quod eſſet Elizabeth ſterilis.* Cur alta providentia diſponit, quod Elizabeth ſit ſterilis? cur non potiùs fœcunda (ut Davidis mater) quæ priùs multos ederet filios in lucem, ex quibus minimus natus eſſet Baptiſta, ut ipſe ex multis fratribus electus haberetur? Suprema fuit divina
Ioannes in omnibus primatum tenet D. Cryſ. diſpoſitio, ut in matre tanti viri nulla eſſet fœcunditas, ut alius primas præciperet Joanni, cui ſoli omnium prima reſervabantur, D. Chryſolog. ſerm 89. *Beata ſterilitas, ait, quæ unum ſervabatur ad partum, & expectabat Ioannem cui, quia prima omnia debebantur, primogeniti dignitas non periret.* Nihil quod ad primatum pertinet, potuit deficere Ioanni; & ideo ordinatur, ut ipſe ſuorum parentum primogenitus ſit.

7\. In ipſa Ioannis conceptione inhæreo; cùm Angelus Gabriel annuntiaret Incarnationis myſterium Virgini Mariæ, eamque pararet ac præmuniret, quòd virginitate illæſa, tantum arcanum eſſet executioni mandandum, denique nullum verbum eſſet impoſſibile Deo ſolam Baptiſtæ conceptionem in medium adduxit, dicens: *Ecce Elizabeth cognata tua, & ipſa concepit filium.* Luc. 1 n 36. Quaſi unus ſemel con-
Luc. 1. ceptus licèt, nondum natus ſufficere in oſtentum, & fidem omnium poſſibilium Deo: quia qui talem fecit ac refecit hominem, conſequens eſt, ut omnia poſſit efficere ac nihil ei eſſe impoſſibile.

QUÆSTIO II.

Quodnam ſit hoc oſtium, quod Ioannes vidit apertum in cœlo?

Ait noſter Joannes: *Vidi, & ecce oſtium* 8.
apertum in cœlo Senſum litterarum iam *Ratio litteralis*
dedi in Expoſitione: Cœlum enim propriè non habet oſtium, ſed metaphorica eſt locutio, quòd ſic nempe divina myſteria, quæ in interioribus cœli penetralibus recondebantur, paruerunt Ioanni ac ſi cœli oſtium ei eſſet reſeratum & apertum. Nunc ad morales ſenſus.

Primò, apertus Abbas in præſenti. *Quando Chriſtus paſſus eſt, & latus ejus lanceâ militis patefactum: ex tunc enim regnum Dei inter nos eſt, deſtructo videlicet regno peccati, quod eatenus regnabat in mundo. Igitur vidi, inquit Joannes, oſtium apertum in cœlo, ideſt quod ſciebam in re, vidi in imagine, ſcilicet regni cœlorum januam, Chriſtum eſſe januam patefactam hominibus ab ipſis paſſione.* Quod Ioannes ſciebat in re, nunc vide in imagine ac repræſentatione, & quodnam eſt hoc oſtium apertum in cœlo? Eſt Chriſtus Dominus de quo dicitur *regnum cœlorum intra vos eſt.* Luc. 17. numer. 21. Qui de ſe ipſo ait, *Ego ſum oſtium.* Ioann. 10. num. 7. Ex quo enim ipſe appenſus eſt in cruce, & miles lanceâ latus ejus perforavit; in hoc divino cœlo, omnia cœleſtia myſteria patuerunt ac manifeſtata ſunt, ut inde torrentes omnium gratiarum in nos diffluerent ac redundarent. 9. Rupert. *Paſſione Chriſti nobis aperitur regnum cœlorum.* Luc. 17. Joan. 10.

Secundò, Ioachimus, Abbas *Priuſquam, ait, Chriſtus excitaretur à mortuis, clauſus erat aditus Scripturarum, ubi autem reſurrexit primitiæ dormientium, Angelus deſcendit de cœlo, & lapis amotus eſt ab oſtio monumenti: nimirum qui, ubi affuit tempus opportunum, miſſus eſt ad homines Spiritus ſanctus, & aſcendit de corde littera ſpiritualis ac vivificus intellectus, fidem exhibuit reſurrectionis ſuæ: ſed januas poſt puſillum aperuit, quando aperuit illis ſenſum, ut intelligerent Scripturas.* Ante Chriſti reſurrectionem menti noſtræ oſtium erat clauſum ad intelligentiam ſacrarum Scripturarum, ac ad penetranda ſacra myſteria; at poſtquam Chriſtus reſurrexit, ſtatim Angelus deſcendens de cœlo ab oſtio monumenti amovit lapidem, & Chriſtus Dominus poſtea aperuit januas ſuis Apoſtolis, quando illis aperuit ſenſum, ut intelligerent Scripturas, & tunc deſcendens Spiritus ſanctus ad hoc negotium ſuorum corda vivificavit. 10. Joachim. *Chriſti reſurrectione aperitur intelligentia ad Scripturas.*

Tertiò, Richardus de Sancto Victore ſic ait: *Oſtium eſt ſacra Scriptura, cujus doctrina, & prædicatione omnis electus eruditur, & per eum quid ſit credendum edoctus, ſanctam Eccleſiam ingreditur. Iſtud oſtium eloquium ſcilicet ſacrum reprobis ſemper eſt clauſum, ſed ab electis videtur, & intratur, quia apertum. Unde & nunc rectè à ſancto Theologo dicitur: Vidi oſtium non clauſum, ſed apertum in cœlo. Oſtium* quippe 11. *Sacra Scriptura oſtium Eccleſia ac veræ fidei.*

quippe apertum in cœlo conſpicit, quiſquis ſacram Scripturam ſecundum rectitudinem fidei intelligens aditum in ſanctam Eccleſiam hanc cognoſcit. Cœlum, ait præfatus Doctor, eſt ſancta Eccleſia quæ maxime fulget, & nitet firmitate fidei, cœleſti converſatione, ac luce, & ſplendore omnium virtutum, ac ſanctatum operationum; ſed quodnam erit oſtium hujus cœli, hujus Eccleſiæ quod quibuſdam eſt apertum, & aliis clauſum? eſt ſacra Scriptura; nam qui eam intelligit in vero, ac legitimo ſenſu, per eam tanquam per oſtium ingreditur in Eccleſiam; ac fidem Catholicam.

12. *Pſalm. 118. D. Hieron. Scriptura oſtium ad illuminationem.*

Ait Regius Vates Pſal 118. n. 13 *Declaratio ſermonum tuorum illuminat.* D. Hieron. ex Hebr. legit, *Oſtium ſermonum tuorum lucidum.* Hoc autem oſtium, ſeu janua eſt ſacra Scriptura, ut innuit Genebrardus, quæ maximè illuminat noſtrum intellectum, & aperit nobis viam ad intelligentiam ſermonum Dei.

13. *Actor. 8.*

Ibat Æthyops ille Reginæ Candacis *legens Iſaiam Prophetam* Actor 8. num 28. *Tunc dixit ſpiritus Philippo; accelera & adjunge te ad currum iſtum* Ibidem num 29. Explicata ſcriptura docet Philippus hominem, quo ille maximè inflammatur ad fidem, videns aquam ab Apoſtolo petit baptizari. Unde homini barbaro tanta Chriſti fides. Unde tanta Baptiſmi gratia: Unde tantus virtutis amor ut Baptiſmo demutaret Æthiopem, & gaudio repleret. Ibat per viam ſuam gaudens legens Iſaiam Prophetam. D. Chryſoſtom. hom. 34 in Geneſ. *Vides*, ait, *quantum ſit commodi attentè, & ſtudioſè divinas Scripturas legere.* Legebat Eunuchus præfatus ſacrum textum, nec intelligebat, ſed piè affectus ad lectionem libro inter manus verſato fidem recipit, cum enim ipſe lectione ſacri codicis ſeſe in oſtium Eccleſiæ, ac ſalutis conſtituit, inde conſequens erat, ut eum inveniret, & ingrederetur, & ideo ad eum introducendum in Eccleſiam, ad ſuam ſalutem mittitur Apoſtolus. Tert. lib. de Baptiſmo, c. 18. *Spado non inventus eſt otioſus, nec qui ſubitò tingi concupiſceret, ſed Scripturæ divinæ impreſſus.* Et poſteà addit, *Sic oportebat deprehendi, cui ultro Deus Apoſtolum miſerat.*

D. Chryſ. — *Sacra lectio viam parat ad ingreſſum ſalutis.* — Tertul.

14. *Luc. 23.*

Crucifigitur latro multis criminibus, & ſtatim in eo fulgent excellentiſſimæ virtutes, Dei timor, ſic ait ad ſocium blaſphemantem. *Neque tu times Deum.* Luc. 23. n. 40. Sua peccata confitetur: *Nos quidem juſte digna factis recipimus.* Chriſti innocentiam prædicat, *hic nihil mali egit.* Et tandem cum pietate, ac religione Chriſtum ſupremum Dominum ac patrem miſericordiarum fatetur; *Domine memento mei cum veneris in regnum tuum.* Ibid. 42. Unde audivit Domini vocem. *Hodie mecum eris in paradiſo?* Unde homo iſte tantam felicitatem invenit, ut cum remiſſione peccatorum plenus gratia, & virtute paradiſi portas apertas haberet? In cruce poſitus titulus *Ieſus Nazarenus* Ioan. 19. num. 19. Et ubi hanc ſacram Scripturam perlegit oculis, ſtatim ibi paravit viam ad omne bonum, omnemque gratiam, juſtitiam, ac ſanctitatem, & etiam ad ingreſſum ipſius paradiſi. Arnold tract. de ſeptem verbis, *Iam tunc ad hanc Scripturam latro pertinebat, & eum intra ſe literæ illæ colligebant.* Litteræ illæ *nominis Ieſus* fuerunt latroni luces, ac ſplendores, ut eum illuminarent ad contritionem; litteræ *nominis Ieſus* fuerunt ei fontes, ut gratiâ repleretur. Literæ *nominis Ieſu* fuerunt claves, ut paradiſus apperiretur.

Latro ſacra lectione ſuâ improbitatem exuit. — Arnold. — *Nomen Ieſu clavis paradiſi.*

Quæstio III.

Quare mandatur Ioanni aſcendere in cœlum, cùm jam ipſe eſſet ſpiritu in cœlo, & multi Patriarchæ valdè magna in terra audierint?

15. *Ut anima illuminetur cœleſtibus, ſeparetur à terrenis.* Andreas. Aret.

Vox de cœlo clamat ad Ioannem; *Aſcende huc*; non materialiter, nec corporaliter, ac ſi aſcenderet de loco ad locum corpore, vel ſitu, ſed aſcende mente, ac ſpiritu, tanquam qui relinquebat terrena, & tota mente ferebatur in cœlum. Andr. Cæſar. *Illud aſcende huc*, ait, *audientis mentem à rebus hiſce fluxis, atque terrenis perfectè avulſam in cœlo verſari indicat.* Et rationem hujus rei ſubdit Aret. *Hi potiſſimum, qui habent mentem purificatam à maculis, quæ in hac materiali vita contrahitur has hujuſmodi dignas de Deo viſiones aſſequuntur.* Ut quis cœleſtia audiat cœleſtibúſque reficiatur, oportet ut relinquens terrena totus in cœlum feratur.

16. *Tria inquirenda.*

Pro majori hujus rei explicatione tria à nobis inquirenda ſunt. Primò modus, quo aſcendendum ſit in cœlum. Secundò, quomodo dicitur Ioanni, quòd aſcendat in cœlum, cùm ibi ipſe jam eſſet ſpiritu? Tertiò, ad quid dicitur Ioanni, quòd aſcendat in cœlum cùm Jacob, ac alii Patriarchæ multa valdè magna in terris audierint.

17. Ambert. *Fide ac devotione aſcenditur ad Chriſtum.*

Primò quæro modum, quo aſcendendum ſit. Textus non explicat, illud tamen nobis aperit Ambroſius Anſbertus. *Aſcende huc*, ait *Quo? niſi ad oſtium, id eſt ad Chriſtum: quibus greſſibus? niſi fidei, & credulitatis; ac ſi apertè cuilibet electorum diceretur ad cognoſcenda Chriſti, Eccleſiæque ſacramenta, fide conſcende, credulitate pertinge.* Vis ſcire quomodo ſit aſcendendum in cœlum? aſcende nempe plena fide, credulitate firma, ac fervido pietatis affectu, qui eſt oſtium, per quod ingreditur in Eccleſiam, ac cœlum.

18. Apoc. 1. — *In via Domini ſemper proficiendum.*

Secundò quæro, quomodo dicitur hîc Ioanni, Aſcende in cœlum, cùm ipſe jam mente, ac ſpiritu fuiſſet in cœlo, ut ipſe de ſe ait c. 1. num. 10. *Fui in ſpiritu Dominica die.* Si ipſe jam mente raptus erat in cœlum, ut mente perciperet ea, quæ nobis ſcribit, quomodo hîc jubetur aſcendere in cœlum, cùm ulterius aſcenſus dari non videatur? Reſpondeo primò, quòd dicitur aſcendere in cœlum, qua ſublimiora, ac majora ei erant manifeſtanda, quàm hactenus fuerant revelata, & quæ deinde erant oſtendenda magnis, & admirabilibus tropis adumbrabantur, quæ non niſi mente puriſſima, ac purgatiſſima capi valebant. Secundò Reſpondeo quòd licet Ioannes ut valdè perfectus eſſet mente, ac ſpiritu in cœlo, ac omnibus virtutibus inſignitus, tamen dicitur ei, ut aſcendat in cœlum, quia cùm adhuc eſſet in via, non debebat ſiſtere, ſed adhuc ulteriùs ad majora, ac majora aſcendere; quia quandiu homo eſt in via, in virtute non debet

Pannon. quieſcere, ſed ſemper proficere, & ad altiora aſcendere. Cœlius Pannonius ſic ait, *Semper juſti aſcendere debent in virtutibus, non laſſati deficere, donec mortale hoc circumferunt corpus. Nam qui non aſcendunt, deſcendunt, quaſi qui non proficiunt deficiunt; quandoquidem in via Domini non proficere, deficere eſt: id, quod in navi remis adversùs flumen impulſa videre licet, namque ubi manus remigantium remiſſæ ceſſaverint, navis à fluminis impetu repellitur, ut nec ibi ſe firmare valeat, ubi erat: ita niſi in via Domini ſemper in anteriora nitatur, relapſus neceſſe eſt.* Vide ſuprà c. 2. quæſt. 41. num. 301. 303. & q. 57. num. 430. 431. 432.

19. 6. Quæſt. Tertiò quæro, quomodo Ioanni dicitur. *Aſcende huc, & oſtendam tibi, quæ oportet fieri poſt hæc.* Cùm multi Patriarchæ ſtantes in terra viderunt magna, & alta mirabilia in cœlo, ut v. g. Iacob cùm pergeret in Meſopotamiam, & cùm veniſſet in quendam locum, ibi, dormivit, & tunc *vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlos, & Dominum innixum ſcalæ dicentem ſibi.* Gen. 28. Geneſ, 28. n. 11. Valde diverſimodè ſe res habet inter Iacob, Joannem. Jacob dormiens in terra vidit cœlum reſeratum, & Dominum multa ſibi loquentem; at Joannes ut videat & intelligat myſteria, ei dicitur; aſcende huc, id eſt in cœlum. Numquid Jacob excellentior Ioanne erat, ſiquidem ille jacens in terra, & dormiens cœleſtia penetrat; Joanni autem neceſſe eſt terra exire, & in cœlum evolare? Imò quia Joannes perfectior, ac excellentior erat, ideò ei jubetur in cœlum aſcendere. in Jacob totus populus Iſraëliticus ſignificabatur, cùm in ejus lumbis eſſet, & populus ille carnalis, terrenis rebus inhærens; ac eis detentus non poterat apertè ad cœleſtia evolare, ſed tantùm per umbram, ac ſomnium aliqua minora attingere, & ibi noſtra vulgata habet *vidit in ſomnis*, Septuaginta transferunt, *ſomniavit.* Et multa, quę ei tunc revelantur, majori ex parte ad ejus generationem, ac temporalia ſpectabant. *Erit ſemen tuum ſicut pulvis terræ, dilatabitur ad orientem, ac Occidentem.* At Joannes tanquam ſpiritualis; in quo populus Chriſtianus præfigurabatur, ut hic advertunt Primaſius, Ansbertus; imperatur cœlum aſcendere, ut terrenis relictis rebus totus transferatur in cœlum, ut ibi valdè profunda, & excelſa myſteria ad Chriſtum, ejuſque Divinitatem, ac ſponſam Eccleſiam ſpectantia perſpicacibus oculis videat, & contempletur.

Septuag. *Ad magna myſteria percipienda. relinque terram. evola in cœlum.*

D. Ambr. D. Ambroſ. hic ait. *Aſcende huc, id eſt terrena deſere, & ad cœleſtia animum erige. Si ſurſum cor erexeris, id eſt Chriſtum ſecutus fueris, ea quæ doceo, & quæ ventura ſunt, etiam ipſo docente, facilè cognoſcere poteris.*

20. Ecce homo erat in Jeruſalem, cui nomen Simeon, & homo iſte juſtus, & timoratus expectans conſolationem Iſraël, & venit in ſpiritu in templum; cùm inducerent puerum Jeſum parentes ejus; & ipſe accepit *eum in ulnas ſuas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis ſervum tuum Domine ſecundùm verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.* Luc. 2. n. 25. Salutare Dei tunc ſatis erat obnubilatum tum carnis operculo, tum etiam ipſis infantiæ faſciis. Et tamen ſanctus ſenex, hæc omnia penetrans, vidit; agnovit latentem Deitatis formam; unde juſtus homo tam perſpicaces habuit oculos, ut tam abdita Deitatis forma non lateret, cùm inter multa ſigna & miracula Principes Judæorum eum non agnoſcerent? Unde illi tanta perſpicacia, iſtis verò tanta cæcitas? Principes Judæorum in Meſſia mundialem gloriam, ac temporalem magnitudinem quærebant, & ideo terrenis rebus obcæcati præſentiſſimum lumen non agnoverunt; at bonus ſenex mentem habebat ſequeſtratam ab omni ſæculari re, nil mundiale, ac temporale in Meſſia ſpectabat, ſed ſolùm mente, ac ſpiritu ferebatur in conſolationem ſpiritualem Iſraël & in revelationem ſeu fidem gentium, inde illi terreno pulvere obſcurantur, ut non videant, nec intelligant; iſte verò ſpiritu à terrenis abſolutus. Deum agnoſcit, vidit & adoravit. Huc refero D Gregorium Niſſen. in Catena D. Thomæ. *Non utique mundanam felicitatem in conſolationem Iſraël prudens Simeon expectabat, ſed veram tranſlationem ad veritatis decorem per ſeparationem à legis umbra.*

Luc. 2.

Solus qui demittit terrena, intelligit ſuperna.

Apoc. 4. n. 2. Et ſtatim fui in ſpiritu, & ecce ſedes poſita erat in cœlo, & ſupra ſedem ſedens.

VERSIONES.

Arabicus. Tunc igitur abii ſpiritu, & ecce thronus erectus eſt in throno, erátque ſuper thronum quidam.

Vatabl. Tyg. Et ſtatim ſpiritu abreptus ſum.

Arias. Et ſtatim factus ſum in ſpiritu.

Syrus, Et ecce thronus poſitus in coelo, & ſuper thronum ſedebat quis

Aretas. Thronus ponebatur in cœlo.

D. Auguſt. Et ecce ſolium poſitum erat.

EXPOSITIO II.

Et ſtatim fui in ſpiritu, hoc eſt in ſpirituali viſione, nam virtus Spiritus ſancti illius mentem ſublevavit, ut ſpirituali mentis oculo, cœleſtia myſteria contemplaretur: nec re-vera, in natura, in qua patebant hujuſmodi res, veræ erant, ſed tales ſpirituali viſione illi videbantur, non enim in cœlo ſunt corporalia ſedilia, ullive leones, boves, aut aquilæ. 21.

Ecce ſedes poſita erat in cœlo. Oſtenditur thronus valdè excelſus, & ſublimis, deſcribiturque ut magnificentiſſimus tamquam repræſentans Immenſam, ſupremam, & altiſſimam majeſtatē divinæ naturæ, felicitatiſque æternæ, in qua 22.

Deus

Deus tanquam in throno reſidet, ac conquieſcit. *Et ſuper ſedem ſedens.* Quiſnam fuerit iſte ſedens, Joannes non explicat, aliqui dicunt Chriſtum, alii Patrem æternum; communior ſententia eſt, quod intelligitur Deus abſolutè, prout eſt communis Patri, Filio, & Spiritui ſancto, unde illa ſancta animalia jugiter proclamabant Triſagion, *Sanctus, Sanctus, Sanctus.*

Quæstio IV.

Quomodo Ioannes ſtatim raptus in cœlum vidit, ac intellexit tam alta, & ſublimia myſteria?

23. Magna voce tubali excitatus Joannes, qua dictum eſt ei, *Aſcende huc*, ſcilicet in cœlum, quò ſtatim profectus eſt non corpore, ſed ſpiritu, cùm ipſe dicat; *& ſtatim fui in ſpiritu.* Ibi per ſpecies viſibiles ejus menti infuſas à Deo, clarè ac diſtinctè cognovit, quæ deinceps narrat.

24. *Prompta Ioannis obedientia.* Et primò notandum quod ait *ſtatim*; cur hæc particula ponitur? Angelus dixit ei, *Aſcende huc.* Non diſtulit illius juſſis obtemperare, ſed ſine dilatione fuit in ſpiritu, ut cunctis ejus obedientia ad cœleſtia monita proponatur in exemplum. Rich. de S. Vict. *In eo quod ſtatim dicit*, ait, *animadvertendam admonitionem ſimul ſpiritus cooperante gratia velocitatem, atque ſuam obedientiam imitandam ſignificavit.* Albert. Magn. *Per hoc, quod dicit ſtatim, notatur ejus obedientia contra pigros.* (Richard. Albert.)

25. Sublimitas, & altitudo hujus viſionis ex multis colligitur, & quia ad illam Joannes in extaſi raptus eſt in cœlum; cùm aliis valdè illuſtres viſiones manifeſtatæ fuiſſent exiſtentibus in terra, ſic Moyſes degens per deſertum, vidit Deum in medio rubi, Exod. 3. n. 2. & Ezechiel vidit Deum in magnifico illo curru, qui deſcendit ad ipſum in terram, cap. 1. n. 15. *Cùm aſpicerem animalia, apparuit rota una ſuper terram juxta animalia.* Et n. 19. cùm elevarentur animalia de terra, elevabantur ſimul & rotæ. Et Jacob dormiens in terra. Gen. 28. n. 12. vidit Dominum inniti ſcalæ ſecundùm Alcazar. non in cœlo, ſed in terra juxta Jacobum conſiſtentem; at juxta Lyranum Abul. & alios in cœlo, at ad hoc non eſt neceſſe exprimi ſcalam tantæ longitudinis, quanta verè eſt inter terram, & cœlum empyreum; ſed alicujus magnitudinis, ita tamen ut videretur illius cacumen cœlū aëreum tāgere, & ibi videbatur Deus inniti ſcalæ. In omni tamen ſententia Jacobus erat in terra dormiens; at noſter Joannes ſpiritu raptus eſt in cœlum empyreum, ut eſt communis ſententia. (Exod. 3. Ezech. 1. Geneſ. 28. Alcazar. Lyran. Abulenſ.)

26. *Paulus teſtatur de ſuo raptu non poſſe ſtatuere, an in corpore, vel extra.* Id quod Paulus de ſuo raptu: *Scio hominem in Chriſto, ſive in corpore, ſive extra corpus neſcio, Deus ſcit, raptum hujuſmodi uſque ad tertium cœlum.* 2. Corinth. 12. num. 2. Aſſerit Apoſtolus quod per vehementiam ſui raptus, ac extaſis non poteſt certò ſtatuere, ac determinare quæ vidit, & audivit; cùm tamen ut Divus Tho. 2. 2. quæſt. 175. art. 5. & alii multi docent Pauli animam quaſi formam manſiſſe unitam corpori; alioquin Paulus mortuus fuiſſet, & mox reſurrexiſſet; Deum autem non decet, ut cùm homines in extaſim rapit, eos occidat; tunc enim non erit raptus ac extaſis, ſed mors vel occiſio, & tunc neceſſe eſt quod multa conſiderentur miracula, quæ ſine neceſſitate multiplicanda non ſunt. Quod magis roboratur, ſi dicas quod hîc Pauli raptus contigit tempore ſuæ converſionis. Dicitur enim Act. 9. n. 9. *Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducavit.* Ait Lyran. In hoc triduo raptum Pauli fuiſſe communem ſententiam Doctorum, quam ſequuntur ibi Beda, Hugo, Gloſſa, juxta quam ſententiam cùm ejus corpus eſſet in Damaſco; anima ſeu ſpiritus ejus raptus eſt in cœlum, quod per vehementiam extaſis, ſe non poſſe ſtatuere, an in corpore ſive extra corpus. At noſtra Aquila Joannes de ſe alta conſideratione, notat, & teſtatur quod fuit ibi tantùm in ſpiritu. *Et ſtatim fui in ſpiritu.* (1. Cor. 12. D. Thom. Act. 9. Lyran. Hugo. Beda. Gloſſa. *Ioannes de ſuo raptu teſtatur in ſpiritu.*)

27. Ait Apoſtolus eadem Epiſt. 2. ad Cor. 12. n. 4. *Raptus uſque ad tertium cœlum, audivi arcana, quæ non licet homini loqui.* At noſter Joannes, quæ vidit in ſuo raptu in cœlo hîc ſcribit, & narrat; fortè quod vidit Paulus, quid ſecretius, & majus erat, ad Eccleſiæ tamen inſtructionem non pertinens, at quæ hic vidit Joannes Eccleſiam inſtruunt, & ideo narrat, & refert: Deinde in laudem Joannis noſtræ Aquilæ, jam hoc ſupra explicavi c. 1. q. 80. n. 685.

28. De hoc etiam raptu Joannis, quando collectis totis animæ viribus ad interiores potentias quibus viſurus, & intellecturus erat, quæ mox narrat, inquiri etiam poteſt, an prorſus ſine exteriori ſenſu, corpus ejus remanſerit; nō liquet, cùm ipſe nihil dicat de hoc. Ezech. de ſua extaſi teſtatur, c. 2. num. 1. *& vidi, & cecidi in faciem meam.* Ita ut ei diceretur, quòd ſtaret ſuper pedes ſuos ſimiliter, Daniel de ſua c. 10. n. 8. ſic ait. *Jacebam conſternatus ſuper faciem meam: & vultus meus hærebat terræ.* Et ipſemet Joannes de ſua prima viſione ſic narrat c. 1. n. 17. *Et cum vidiſſem eum cecidi ad pedes ejus tanquā mortuus.* An verò ita factum fuerit nunc ad cœleſtia videnda, ſatis probabiliter conjecturari poteſt, quia naturaliter vehemens affectus in potentiis interioribus ſecum rapit potentias exteriores. (Ezech. Dan. 10. Apoc. 1. *An Ioannis corpus manſerit ſine ſenſu.*)

29. Ultimò tandem quæro, an Joannes noſter intellexerit has ſuas viſiones propheticas, illarúmque ſignificata eſſent ei aperta? Reſpondeo affirmativè, & eſt communis ſententia cum Ruperto. *Sic dictum rectè*, ait, *intelligitur, fui in ſpiritu, ac ſi diceret, ſtatim intellexi ſpirituali ſenſu, ea quæ mihi per imagines oſtendebantur, ut ad intellectum pertinere non dubitemus, quod eſt illa vox oſtendam tibi quæ oportet fieri poſt hæc neque enim ut quidam hæretici dixerunt, ſic fiebant hujuſmodi propheticæ viſiones ut non intelligerent ipſi Prophetæ verum ſenſum, quem continerent illa ipſorum viſiones.* (*Ioannes intelligebat has viſiones.* Rupert.)

30. Idem etiam de veris, ac perfectis Prophetis docent Euſebius lib. 5. Hiſtor. cap. 16. & 17. D. Epiphan. lib. 2. Hæreſi 48. refutantes hæreticos dicentes Prophetas locutos fuiſſe in extaſi, ita ut non intelligerent, quæ dicebāt. Et etiā D. Hier. in præfatione Iſaiæ Theophyl. in c. 1. Matth. quod etiam communiter docent Theologi cum D Th. 2. 2. q. 173. art. 4. & probatur de Daniele, dicitur c. 1. n. 17. *Danieli autē dedit Deus intelligentiam omnium viſionum, & ſomniorum.* Et c. 10. n. 1. *Intelligentia eſt opus in viſione.* Et ratio eſt (*Prophetæ intelligebant quæ dicebant.* D. Epiph. D. Hieron. Theoph. D. Thom. Dan. 1. Dan. 10.)

eſt quia prophetiæ donum perficit hominem humano modo, perfecto: loqui autem ſine intelligentia eorum, quæ dicuntur non pertinet ad perfectionem humanam: ſed eſt potiùs amentium & ſomniantium & aliquo modo uſu rationis carentium.

QUÆSTIO V.

Qualis eſſet iſta ſedes poſita in cœlo?

31. Senſus litteralis, ac genuinus eſt; proponitur hîc à Joanne mirabilis, ac glorioſa divinæ majeſtatis apparitio, ſub typis, ac modis omnibus ad ejus celſitudinem indicandam. Sedes ergo hîc nihil aliud eſt, quàm thronus poſitus in cœlo, qui quidem magnificentiſſimus deſcribitur, utpote indicans, ac repræſentans celſitudinem, ac majeſtatem divinæ naturæ, felicitatis æternæ, in qua Deus quaſi in throno reſidet, & requieſcit. Qui thronus in immenſum ſuperat omnem magnificentiam tam propitiatorii, quàm Imperatorum, Regum, ac Pontificum. Extitit ergo hîc thronus divinus valdè ſimilis throno Dei, quem vidit Iſai. 6. Ezech. 1. Ita Gloſſ. Vieg. Corn. & Joannes de La Haye. Pro majori hujus rei explicatione aliorum placita referamus.

Vera, & genuina ſententia.

Gloſſ. Viegas. Cornel. La Haye.

32. Primò, Alcazar hîc exiſtimat hunc Dei thronum fuiſſe inſtar propitiatorii, & Cherubim. Hi enim erant thronus Dei in templo Salomonis, ad quod hic alludi contendit. Nam viginti quatuor ſeniores ſunt Principes Sacerdotum, hi enim erant viginti quatuor ut patet 1. Par. 24. Hinc & ſeptem lampades reſpondent ſeptem lucernis Candelabri, mare vitreum mari æneo animalia magnis Cherubinis, quos fecit Salomon; atque eundem hunc thronum cenſet fuiſſe in omnibus viſionibus Propheticis. Ut cum Deus apparuit Moyſi, & ſenioribus. Exod. 24. n. 10. Iſai. c. 6. n. 1. Ezech. 1. n. 22. & aliis viſionibus

Alcazar. 1. Par. 24. Iſai. 6. Ezech. 1.

33. Hæc ſententia, et ſi ad ſenſus myſticos poſſit inſervire, tamen non eſt conformis literæ; quia omnia legis antiquæ, ut arca, propitiatorium & ſimilia, erant umbra, & typus eorum; quæ ſunt in lege gratiæ; illa enim omnia antiqua erant tanquam crepundia & puerilia, ut dicit Paul ad Gal. 4. n. 9. *Erant infirma, & egena elementa.* Quæ omnia per Chriſtum ſublata ſunt, & in excellentiora, & anguſtiora mutata: nam lex habuit umbram futurorum bonorum, non verò ipſam imaginem, & proprietatem rerum: noſtra verò lex habet ipſam proprietatem, & imaginem, proindeque à Paulo appellatur cœleſtis, Hebr. 9. n. 23. *Ipſe autem cœleſtiá melioribus hoſtiis, quàm iſtis.* Ergo hic thronus tantò auguſtior erat propitiatorio quantò Eccleſia veteri ſynagogâ, & cœlum Salomonis templo. Deinde in hac viſione Joannis nulla fit mentio Cherubim nec aliorum.

Impugnatur prædicta ſententia. Galat. 4. Hebr. 9.

34. Secundò, multi ut Aret. per hanc ſedem Angelos, ac ſanctos interpretatur. Sic ait ipſe; contemplatus ſum thronum, per quem requies, quam Deus in ſanctis ſuis habet, deſignatur, Tertiò, Joachim. Rupert. ac alii hanc ſedem dicunt eſſe Eccleſiam. Juxta quam ſententiam.

Aret. Joach.

35. Eleganter ſic ait Rupertus. *Aperto oſtio ſedem poſitam conſpici in cœlo: quia paſſo Chriſto, & per eum aditu in cœlum patefacto, regnum Dei ita diſpoſitum eſt, ut Deus in illo ſedeat, Principe hujus mundi foras ejecto Quam ob cauſam Regius Vates* Pſalm. 92. n. 1 *Cum dixiſſet, Dominus regnavit decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe: continuò ſubjunxit; Parata ſedes tua ex tunc, à ſæculo tu es Ubi enim indutus Dominus decorem, & fortitudinem, regnavit; id eſt virgineam aſſumens carnem, & mortem reſurgendo vincens, regnum peccati mortiſque deſtruxit: & tunc ſedes ejus poſita eſt, id eſt Eccleſia in cœlo poſita; confirmatum regnum, imperium ſtabilitum eſt.* Ac ſi ante Chriſti Paſſionem, quando cœlum erat clauſum, quodammodò ibi non eſſet ſedes, nec thronus, in quo quodammodò Deus videretur regnare; quia tunc ibi nullus erat ſanctus; at ſtatim poſt Agni ſanguinem, cœlo reſerato, ſanctiſque in cœlo reſidentibus, tunc ſtatim apparuit ſedes, & thronus; & ſuper thronum Rex ſedens; quia jam regnum poſſidebat, hoc eſt ſanctos, electóſque ſuos ſanguine ſuo redemptos; quod eleganter differit D. Bern. ſerm. 21. in Cant. probans animam juſti eſſe ſedem, cœlum, ac regnum Dei in qua Deus libentiùs inhabitat quã in cœlo empyreo, quia hoc dixit, & factum eſt, illud autem acquiſivit ſanguine, & morte ſua Sic ait. D. Bern. *Cœlum dicente Domino, mihi ſedes eſt; de quo alibi ſcriptum eſt, anima juſti ſedes ſapientiæ. Propheta quoque non de alio dixiſſe cœlo arbitror. Tu autem in ſancto habitas laus Iſraël.* Pſal. 21. n. 4. *Manifeſtè autem Apoſtolus dicit Deum habitare per fidem in cordibus noſtris.* Ad Epheſ. 3. n. 17. *Nec mirum ſi libenter habitat cœlum hoc Dominus Jeſus, quod utique non quomodo cæteros dixit tantùm ut fieret, ſed pugnavit, ut acquireret, occubuit ut redimeret; ideo poſt laborem voto potius, ait: Hæc requies mea, hic habitabo, quoniam elegi eam.* Pſalm. 131. n. 14. Nota animam juſti dici requiem Dei, non tempore, ſed in ſæculum ſæculi, hoc eſt in æternum. Multis hoc argumentum proſequitur D. Anaſtaſ. Sinaita lib. de Dei nomine duplicato.

Rupert. Pſal. 92. *Chriſtus veluti non ſe oſtentat Regem, niſi cum ſanctis, in quibus habitat.* D. Bernard *Chriſtus in ſanctis requieſcit.* Pſal. 21. Epheſ. 3. Pſal. 131.

QUÆSTIO VI.

Sedes, ac thronus Dei ſplendidiſſimus Maria Virgo.

36. Hanc ſedem, & thronum Dei Beatiſſimam Mariam Virginem interpretatur Richardus de Sancto Laurentio lib. 10. de laudibus Beat. Virgin. *Maria dicitur ferculum.* Sic ait, *Maria eſt ſedes illa, in qua reſidet majeſtas Deitatis, erat in cœlo, aſſumptione, miniſterio Angelorum in corpore, & animo: ſedes ergo Maria, ſedens Dei filius ex ea carnem aſſumens, ejus enim ſeſſio eſt Incarnatio.* Unde Pſ. 136. *Patri ſic loquitur.* Tunc Cognovisti, *id eſt approbaſti,* ſeſſionem meam, *id eſt Incarnationem meam ex Virgine: ſequitur.* Supra ſedem ſedens. *Chriſtus ſcilicet ſua virtute eam continens, & majeſtate præcellens: quod notatur per hoc, quod dicitur ſupra, hæc eſt ſedes, de qua Pater filio ſuo pollicetur per Regium Vatem.* Pſalm. 88. n. 5. *ædificabo in generatione præſenti, per gratiam & generationem futuram per gloriam ſedem tuam, ô Chriſte, id eſt Beatam Virginem.* Tanquam quid valdè

Rich. de S. Laur. *Virgo Maria Dei thronus.* Pſalm. 136. Pſalm. 88.

valdè magnum, ac excellentiſſimum Pater promittit filio, per gratiam, & gloriam ſedem ſuam Beatiſſimam Virginem, cùm nulla ſit major gloria filio Dei, quàm quòd in virgine ſedeat, & requieſcat, ut in regali throno.

37. D. Epiph. Dam. Maria Dei thronus, & ſedes. D. Epiphan. de laudibus Deiparæ, eam appellat *Thronum Cherubicum.* Cardinalis Damian. ſerm 42. de Nativit. Virg. Col. 6. ſic eam appellat *Thronum Dei, ſolium Divinitatis, palatium Regis æterni.* Divus Auguſtinus apud D. Bernard. Senenſem tom. 2. ſerm 51. art 3. cap. 3. ſic ait. *Maria eſt flos & janua paradiſi, gloria gentris humani, Thronus, & Camera Regis æterni.* Et D. Anſelm. in Pſalterio Virg. ſic canit: (D. Auguſt.; D. Anſelm.)

Ave Thronus Deitatis,
In quo Deus Majeſtatis
Dignatur homo fieri.

38. Dionyſ. Areopag. Quod optimè comprobatur ex throni proprietatibus, quas aſſignat D. Dionyſ. Areopagita de cœleſti Hierarchia *Thronus,* ait, *Regis celſitudo, Regis circundatio, ſtabilis collocatio, Regis ſuſceptio, Regis delatio, familiaris apertio.* Quæ verba latè tractat Albertus Magnus in Mariali pag. 3. Ex quat hroni prærogativa arguit D. Auguſtin. Mariam illicò cum corpore cœlos penetraviſſe, ut ibi eſſet thronus, ubi Deus filius; ibi thalamus, ubi ſponſus; ibi domus, ubi incola ac habitator, Sic ait ſerm. de Aſſumpt. *Poſſidens in Chriſto corpus ſuum, quod genuit, clarificatur in dextera Patris. Et quare non ſuum, per quod genuit? verè credo, & per quod genuit, quia tanta ſactificatio dignior cœlo eſt, quam terrâ. Thronum Dei, thalamum Domini, domum, atque tabernaculum Chriſti dignum eſt ibi eſſe, ubi ipſe eſt.* Clarificato Chriſto in cœlo, convenientiſſimum erat, ut ejus mater in cœlum aſſumeretur, ut Chriſtus regnans in cœlo haberet convenientem thronum, thalamum, domum, atque habitaculum ſuæ majeſtati; & nullus alius poterat eſſe convenientior thronus, ac thalamus filii Dei majeſtati, quàm ipſa ſanctiſſima Virgo, quæ multum eminet ſuper omnes puras creaturas. (Albert.; D. Auguſt.; *Maria convenientiſſimus thronus majeſtati filii Dei.*)

39. Guarric. Ad hæc reſpicit Guarricus Abbas ſerm. 1. de Annuntiatione. *Regali ſiquidem, ait, ex progenie Virgo electa eſt, generoſitatis quidem regiæ nobilis proles, ſed virtutis regiæ nobilior indoles; ut æterno Regi filio Regis materna quoque nobilitas regium honorem defenderet, & venientem à regali ſede Patris, regalis etiam thronus in aula Virginali Reginæ ſuſciperet matris. In ipſa quippe & ex ipſa ſapientia ædificavit ſibi domum, & in ipſa paravit ſibi thronum, cum in ea, & ex ea corpus aptavit ſibi ita ad omnia perfectum, & congruum, ut & domus ei ſit ad quieſcendum, & thronus ad judicandum.* Veniens Dei Filius è ſinu Patris, neceſſe erat in Virgineis viſceribus aulam præparari; & idem fuit in Virginis utero humanum ſibi corpus aptare, & magnificentiſſimum thronum ſibi apparare, & regium ſibi decorem oſtentare, ut meritò ex tunc poſſet, & perfectus homo, & Rex prædicari, ac cognoſci. (*Filius Dei veniens ex ſinu Patris thronum ſibi paravit in utero matris.*)

40. Cant. 3. Cantic. 3. n. 11. dicitur: *Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater ſua in die deſponſationis illius, in die lætitiæ cordis ejus* Diadema aſſumptum à matre vocat humanitatem quam Verbum in puncto Incarnationis aſſumpſit. Ita Philo Carpat. Caſſiod. D. Greg. Guillel. Honor. Beda, Haymo, Alcuin & D. Bernard. ſerm. 2. de Epiphan. proindéque idem fuit Verbum Divinum incarnari Mariæ utero, ac à matre coronari: ipſa caro aſſumpta à matre, erat ei tanquam corona regalis; ſed ubi regalis corona apparet, neceſſe eſt ut regalis thronus aſſignetur? Quiſnam alius thronus niſi uterus Mariæ, qui ob ſuam magnitudinem, totum Dominum, quem cœli capere non poterent, continebat, ac ſcrinium habebat. Carthuſian. de dignitate Mariæ art. 22. poſtquam de omni creatura, quæ eſt in cœlo, & in terra diſſeruit, ſic ſubdit *Nil horum ſingulariter, ſic mirabiliter potoſt dici Dei thronus, quemadmodum venter tuus benedictus. Nunquid enim illorum quidpiam Deum circunſcribit? ſed tu ô prælecta unica Dei, quem totus non capit orbis, in tua ſe clauſit caſtiſſima viſcera, manſitque in te tota Divinitas corporaliter, reſidet in te Deus, materno commenſuratus loculo, qui neque inſuper cœleſtibus thronis metiri valet.* Quod etiam ait Concilium Epheſinum capite 7. *Quis vidit? quis audivit? Incircunſcriptus Deus uterum inhabitat, quem cœli non capiunt, venter complexus eſt Virgo.* (Philo, Caſſiod. D. Greg. Guillelm. Honorat. Beda. Haymo. Alcuin. D. Bernard. *Uterus Mariæ Dei thronus.* Carth. *Maria ſuper omnes creaturas Dei thronus.* Conc. Eph.)

41. Luc. 1. Et hac de cauſa fortaſſe dato aſſenſu virgineo illicò Angelus diſceſſit ab ea. Luc. 1. n. 38. Angelus enim aſſuetus intuitioni Divinitatis, quam ſuæ menti bajulat affixam; dum magis intuetur, magiſque agnoſcit incomprehenſibilem eſſe Deum, nec ita poſſe ab aliquo ſpiritu teneri, quin maneat infinitum, quod non capit; cerni jam dato conſenſu virgineo, Deum à fœmina circumſcribi, & teneri totum, & etiam prout homo eſt in alio loco non eſt; ſed totum intra puellaris gremii retinaculum arctatur. Ideo attonito ſtupore perculſus Angelus ignorat verba facere, ſed redux ad cœlum tacitus abſcedit, D Chryſoſt. ſerm. 141. *Stupet Angelus totum Deum venire intra Virginalis uteri anguſtias, cui tota ſimul anguſta eſt creatura.* De hoc Mariano throno vide c. 3. quæſt. 56. n. 508. 509. (*Stupet Angelus videns uterum Mariæ.* D. Chryſ.)

Quæstio VII.

Quiſnam eſſet iſte ſuper ſedem ſedens, de quo hîc agitur?

42. In limine quæſtionis hic modus loquendi maximè ponderandus eſt, *ſupra ſedem ſedens.* Nam iſte ſedens Deus erat, ut ſtatim dicam; & ejus majeſtas ſufficienter explicari videbatur, ſi diceretur, ſedens in ſede, ad quid dicitur ſuper ſedem? per hanc ſedem perfectiſſimæ creaturæ humanæ, & Angelicæ deſignantur. Dicitur ergo Deus ſuper ſedem ſedere, quia omnibus creaturis incomparabiliter ſupereminet. Richard. de S. Vict. *Deus ait, ſupra ſedem benè ſedet, qui per ſuæ Divinitatis potentiam, omnibus creaturis eminet: rectè nimirum ſupra ſedem memoratur, qui omnibus majeſtatis dignitate dominatur, qui cuncta ſub ſe ſua virtute continet meritò ſupra ſedet.* (*Deus eminet ſuper omnes creaturas.* Richard.)

43. Quæſtio tamen principaliter inquirit, quiſnā eſſet iſte ſedens. Ambroſius Anſbertus exiſtimat quod fuerit Chriſtus Dominus, ſed Chriſtus D. eſt Agnus ante thronum, qui à ſedente accepit librum, ut conſtat ex c. 4. n. 7. ſignatum ſigillis (Anſbert. *An Chriſtus ſit ſedens*)

ſigillis ſeptem, quem ſolus ipſe Agnus potuit aperire.

44. Alcazar. Alcazar exiſtimat, quod iſte ſedens in throno fuerit Pater æternus; in eo fundatur, quia Filius hîc repræſentatur Agno, qui acceſſit ad ſedentem in throno, ergo non ſedet in throno, non enim acceſſit ad ſe ipſum, ſed facilè reſpondetur; quod Agnus ſignificat Chriſtum hominem: hic autem potuit accedere ad ſe ipſum prout Deus erat.

Pater æternus ſedens.

45. *Refellitur ſententia Alcazar.* Reſpondet Alcazar, quod quamvis hoc theologicè dici poſſit, non tamen ſecundùm Scripturam, quæ ſemper mortem, ac paſſionem tribuit Filio; ſed facilè hoc rejicitur, nam ſecundùm omnem Scripturam verum eſt dicere, quòd Chriſtus ſuis meritis nos reconciliavit Deo, pro nobis Deo ſatisfecit, ac oravit toti Trinitati, non ſoli Patri, ſed etiam Filio, & Spiritui ſancto, ut omnes Catholici fatentur; tamque offenſus erat nobis Filius ac Spiritus ſanctus, tamque reconciliandus quàm Pater; ergo Chriſtus prout homo nos reconciliavit ſibi ipſi prout Deus eſt, & ut homo acceſſit ad ſeipſum prout Deus. Quod confirmatur ex c. 5 num. 6. *Vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio ſeniorum agnum ſtantem tanquam occiſum.* Et ſtatim ſubdit Joannes. *Et venit, & accepit de dextera ſedentis in throno librum.* Ergo idem Agnus erat in medio throni, & non longè à throno, ad quem acceſſit; ergo idem Agnus, qua Deus eſt cum Patre, & Spiritu ſancto, in medio throni eſt; & idem quà Agnus eſt, & redemptor utique in humana natura extra thronum eſt: ac proinde ut homo ad Patrem, ac ſe ipſum ut Deum accedit, patet ex capite ſequenti, in quo eſt complementum hujus viſionis.

Apoc. 5.

46. *Vera & communis ſententia.* Joach. Richard. Ribeira. Corn. Viegas. Tamen longè verior & communior eſt ſententia, quod hîc ſeſſor erat Deus abſolutè, prout communis eſt Patri, Filio & Spiritui ſancto. Ita Ioachimus Abbas, Richard. de Sanct. Vict. Ribeira, Viegas, Cornelius, & alii; nam hîc apparet Deus in ſumma majeſtate, & illuditur ad thronum Iſaiæ 6. n. 1. ubi ſeſſor erat Deus Trinus & unus, ſive ſancta Trinitas, quod patet ex voce triplici clamantium, ſicut & hîc, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, ut communiter ad locum citatum Iſai. oſtendunt Interpretes. Deinde in hoc throno apparebat Deus, ut revelans futura; & ſic dicitur Ioanni: *Aſcende huc, & oſtendam tibi, quæ oportet fieri poſt hæc* Atqui revelare opus eſt ad extra pertinens ad totam Trinitatem, ergo Deus prout Trinus apparet in throno,

---

Quæstio VIII.

Quare nomen hujus ſedentis non declaratur, nec exprimitur?

47. Apoc. 1. Et primò Ambroſius Ansbertus exiſtimat, quod hic ſedens eſſet Chriſtus; ſed quomodo hic ſedit; nam cap. 1. num. 13. apparet Jeſus deambulans *in medio candelabrorum aureorum.* Si ergo ipſe ſeſe oſtentat deambulantem in medio ſeptem candelabrorum, quomodo hic ſedet, qui ſedet, fixus quieſcit in loco; qui vero deambulat, non quieſcit ſed de uno loco tendit in alium Chriſtus Dominus in omnes maximè liberalis, non quieſcit, ſed ambulat, ut ſua dona ac talenta per omnes dividat, ac diſtribuat, poſteà verò tamen ut ſeverus judex ſedet pro tribunali; eorum exactam rationem exigens Ansbertus. *Ibi ambulat, quia dona tribuit; hic ſedet, quia pro collatis muneribus judicium exercens ſingulos dijudicat.*

Chriſtus deambulat ut ſua dona diſtribuat, ſedet ut rationem exigat. Ansbert.

Quæro tamen, cur hujus ſedentis nomen non exprimitur? Hujus ſedentis nomen tacet. 48. Joannes, ait hîc *& ſuper ſedem ſedens* Et n. 10. *Procidebant viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viventem in ſæcula ſæculorum.* Quæro tamen à te ſublimis, & alta Aquila, quiſnam eſt iſte modus loquendi *ſuper ſedem ſedens.* Et iterum, *ſedentem in throno?* Cur nobis non aperis, quiſnam erat iſte ſedens? Cur illius nomen non exprimis? Iſte ſedens ut vult Ansbertus, eſt Chriſtus Dominus. Inde ergo major inſurgit difficultas, cur ejus nomen non explicas, præcipuè cùm ejus mortem, & paſſionem ad amuſſim ſcriptam in Evangelio tuo nobis reliquiſti, & de ea in hac tua Apocalypſi frequenter etiam facias mentionem? Et tunc apertis verbis Chriſti nomen appones. *Chriſtus Ieſus primogenitus mortuorum.* Apoc. 1. n. 5. *Et videbit eum omnis oculus, qui eum pupugerunt,* n. 7. Et iterum, *Ego Ioannes particeps in tribulatione, & patientia in Chriſto Ieſu.* Ibidem n. 9. Cur ergo in throno Chriſti nomen abſcondis, & tantum dicis, *ſedens ſuper ſedem?* Noſter Evangeliſta à Chriſto Domino hauſerat halitum, qui maximè vult agnoſci inter preſſuras, & paſſiones, ac tribulationes, at cum ad thronos, ac majeſtatis ſedes devenitur, ibi nomen ejus ſilentio involvit, tam alienus eſt Domini ſpiritus ab omni oſtentatione, ut ibi occultari, ac abſcondi maximè eligat, & determinet, & ideo diſponit, ut ejus nomen tunc non exprimatur, ſed ſilentio abſcondatur. D. Paſchaſius, lib. 5. in Math. *Chriſti ſpiritus abjecta quærit, humilia appetit, oſtentationem fugit.*

Apoc. 1.

Chriſtus humiliatus manifeſtat, ſublimia, & alta abſcondit.

D. Paſchaſ.

Pro quo maximè facit obſervatio noſtri Divi Cyrilli Alexandrini lib. 4. in Ioann. cap. 28. *Celebratur aureum* nempe altare, *quia occultata, atque recondita eſt gratia Chriſti, aliorum nempe holocauſti vulgò patebat, quia mors ejus omnibus patet.* Erat in templo altare holocauſtorum in quo animalia in honorem Dei mactabantur, erat etiam altare aureum, in quo incenſum offerebatur; illud holocauſtorum, in introitu templi: illud verò aureum in ſancta ſanctorum coram arca, Exod. 40. n. 5 maximè abſconditum. Cur illud erat maximè patens, hoc multum omnibus occultum? Illud ſignificabat Chriſti paſſionem & mortem, hoc ejus gloriam & majeſtatem; & ſic res eſt ordinata, ut paſſio, & mors ejus eſſet omnibus manifeſta gloria & majeſtas abſcondita. *Recondita eſt gratia Chriſti, mors ejus omnibus patet.* Vide c. 3. quæ 32. num. 275.

49. D. Cyrill. Alex.

Exod. 40.

Chriſtus mortem manifeſtat, glorioſa abſcondit.

Secundò, Evangeliſta ait quod in circuitu throni erant quatuor animalia, quorum facies erant quaſi hominis, leonis, vituli ac Aquilæ, & viginti quatuor ſeniores decantabant dicentes *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Alta mente ponderandum quod Evangeliſta exprimat nomina animalium, declaretque Canticum, quod intonabant, & nomen ſedentis ſilentio ſupprimat, & taceat, & ſolùm dicat, *ſuper ſedem ſedens.* Quiſnam erat 50.

Ob venerationem ſedentis nomen non exprimitur.

erat iſte ſedens, maximè ex nomine erat aperiendum. Iſte ſedens, ut dixi ſuperiori quæſtione ex Ioachimo, Richardo, ac aliis erat Deus. Inde Evangeliſta ſupprimit ejus nomen, tãtam majeſtatem, ac celſitudinem in eo recognoſcens, ut ejus nomen dicere, ac ore proferre non auderet.

51. Quod ingenium Ioannes hauſit à ſacratiſſima Virgine Maria, cujus colloquio ac conſuetudine mirificè fruebatur; nam ipſa in Cantico

Luc. 1. ſuo ſemel Deum in exordio nominavit. *In Deo ſalutari meo.* Luc 1. num. 47. Cum in unoquoque verſu ſemper Deum ſubintellexit in toto progreſſu Cantici uſque ad finem, illud ſubjacet: *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ; fecit mihi magna, qui potens eſt, fecit potentiam in brachio ſuo* id eſt, *Deus reſpexit, Deus fecit mihi magna, Deus fecit potentiam.* Cur ergo ſacratiſſima Virgo nomen Dei non exprimit? In principio Deum nominavit, ut eſſet evidenter notum, quod de illo loquebatur, à quo ſalutem redemptionis acceperat; in cæteris omnibus illud non nominavit, ſed ſemper ſubintellexit ob ſuam profundiſſimam humilitatem, & magnam erga illud ſanctiſſimum nomen reverentiam, ac venerationem; ſe enim indignam reputabat, ut ipſum Dei nomen frequenter ore tractaret, ac lingua ſua pronuntiaret.

Ob reverentiam raro Virgo Maria nomen Dei pronunciat

52. Notat Genebrardus ad initium explanationis c. 1. Canticorum Ludovic. Sotomajor, in præfar pag. 19 & Sherlogus tom. 1. in Cant. Antilog. 7. ſect. 6. num. 57. Quod in toto Canticorum libro nomen Dei, non ponitur, & omiſſa eorum ſolutione, quod nomen Dei ibi ponitur ſub hierogliphico, ſub nomine Regis, ac ſponſi, & dilecti: in rem noſtram dico, quòd anima ſancta tantam puritatem, ac reverentiam agnoſcebat in ſanctiſſimo Dei nomine, ut nec ore illud dicere, ac habere auderet, & inde ſemper alto ſilentio illud involvit.

Genebrad. Sotomajor. Sherlogus.

Cur in Canticis Canticorum nomen Dei non habeatur.

53. Apparuit Dominus Moyſi in flamma ignis de medio rubi, in quo videbatur quoddam divinitatis ſimulacrum, ut ait Philo de vita Moyſis, qui cùm curreret ad videndam illam viſionem magnam quod rubus arderet, & non comburebatur, clamat Dominus ad Moyſem dicens, quod ſolvat calceamenta de pedibus, nam terra illa, in qua ſtat, ſancta eſt, Moyſes adhuc fixis oculis myſterium illud videre & agnoſcere intendebat; aitque ei Deus: *Ego ſum Deus*

Exod. 3. *patris tui, Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob.* Exod. 3. n. 6. Immediatè ſubdit textus, *Abſcondit Moyſes faciem ſuam, non enim audebat aſpicere contra Deum.* Chaldaïcus habet, *Incli-*

Chaldai c. *navit vultum ſuum.* Cur Moyſes ad primam Dei vocem, ad primúmque præſentis numinis conſpectum faciem ſuam non abſcondit, ſeu vultum ſuum inclinat? Sed cùm audit nomen ipſius, *Ego ſum Deus patris tui, Deus Abraham, &c.* Ac ſi plus reverentiæ, ac venerationis conciperet, audito Dei nomine, quàm viſa, ac manifeſtata Dei majeſtate. Pererius diſp. 8. ait:

Summa reverentia erga Dei nomen habenda.

Pererius. *Non tam ad inſtantis numinis præſentiam, quàm ad nomina Dei Abraham, Iſaac, & Iacob faciem ſuam Moyſem abſcondiſſe dicitur.*

Apoc. 4. n. 3 Et qui ſedebat ſimilis erat aſpectui lapidis jaſpidis, & ſardinis: & Iris erat in circuitu ſedis, ſimilis viſioni ſmaragdinæ.

VERSIONES.

Arabicus. Speciem referens lapidis gemmei, qui vocatur Iaſpis, & Sardinus, & erat ambiens circa thronum aſpectus, ut Smaragdi.

Arias. Similis aſpectu lapidi jaſpidi, & ſardio.

Pagn. Tygur, Similis aſpectu ſmaragdino.

Syrus Et arcus nubium circumquaque thronum in ſimilitudine ad aſpectum ſmaragdorum.

Aretas. Et Iris in circuitu thoni ſimiliter aſpectu ſmaragdino.

EXPOSITIO III.

ET *qui ſedebat*, nempe Deus, *ſimilis erat aſpectus.* Nec quis ſit iſte ſedens; 54. nec vultus ejus deſcribitur à Ioanne; fortè quia eum clarè, ac diſtinctè videre non potuit, & ſolùm Evangeliſta refert quæ potuit videre; nempe ſedentem, qui ſimilis erat lapidi jaſpidi, & lapidi ſardio, & licèt aliqui ut Pererius exiſtiment hos colores fuiſſe permiſtos in apparenti corpore Dei ſedentis; alii, Pererius. ut Alcazar, tenent colores non fuiſſe partitos, Alcazar. ſed quod corpus Domini ab imo uſque ad lumbos fuiſſet ſimile jaſpidi, à lumbis verò ſurſum ſardio. Alludit hìc Ioannes; ad Ezechielem 1. Ezech. 1. num. 27. & cap. 8. n. 2. ubi de ſedente in Cherubico throno ſic ait: *Ab aſpectu lumborum ejus, & ſurſum ignis: & à lumbis ejus, & ſurſum viſio electri.* Sicut ergo viſio Ezechielis, ſupernè erat electrina, infernè ignea; ita & hìc ſupernè erat ſardina, infernè jaſpidea; ſicut & viri illuſtres multas gemmas ad ſui ornatum portant.

Similis erat aſpectui lapidi jaſpidis & ſardi- 55. *nis.* Jaſpis eſt coloris viridis, & frequenter pellucentis; denotat ſplendorem ac pulchritudinem divinæ naturæ ſemper virentis, & florentis: vel jaſpis refert colorem aquarium, & denotat profunditatem divinorum judiciorum Sardius autem cùm ſit rubei coloris aut ignei, ejuſdem juſtitiam innuit.

Quid Iaſpis.

Quid Sardius,

Et Iris in circuitu ſedis, totum nempe Dei 56. thronum ambiebat Iris, quæ eſt ſignum divinæ miſericordiæ; tempore enim Noë Iris appoſita eſt in ſignum reconciliationis & fœderis inter homines, & Deum: *Similis viſioni ſmaragdinæ.* Ignis apparebat virens in modum ſmaradi, licèt enim aliis coloribus eſſet variata, tamen color viridis erat valde eximius, & cæteris præcellebat. Viror Iridis ſignificabat Dei miſericordiam ſemper novam, & recentem, & nunquam ſeneſcentem.

QUÆSTIO IX.

Quare qui ſedebat in throno, habebat ſimilitudinem lapidis jaſpidis & ſardini?

57. Status quæſtionis. AN in hac viſione Deus ſedens in throno haberet hominis ſimilitudinem, hoc non explicat Ioannes, tum quia hoc non pertinebat ad præſens myſterium, tum etiam quia nihil humanum hic ſignificandum erat: ſolùm ait, quod referebat ſimilitudinem duarum gemmarum, ſcilicet jaſpidis, & ſardini; & hoc ex magno myſterio, nam quidam hoc referunt ad Eccleſiam, alii ad totam Trinitatem, alii ad Deum Patrem; tandem multi ad divina attributa, ut videbimus.

58. Aureol. Primò, Aureolus ait, quod ſedes hæc eſt cathedra Eccleſiæ Romanæ, quæ eſt caput Eccleſiæ militantis: In hac eſt jaſpis virens, puta, miſericordia, poteſtas ſcilicet ſolvendi peccata; & eſt ſardius rubens, id eſt poteſtas ea retinendi, & puniendi. Sedes enim Dei eſt ſedes Eccleſiæ, & Vicarii ejus ſcilicet Summi Pontificis. Unde de ea canit Pſaltes Pſal. 106. n. 32. *Et in Cathedra ſeniorum laudent eum.* Quæ per accommodationem benè ſunt dicta.

Eccleſia Romana firma, & ſtabilis. Pſalm. 106.

59. Lyran. Secundò, Lyranus vult hîc Deum apparere non judicem, ſed proviſorem Eccleſiæ ſuæ militantis, viridi jaſpide ſignificari ejus conſolationem in adverſis, qua ſuos recreat, rubro verò ſardio ejus inflammationem, quæ nos incendit ad ipſius obſequium.

Conſolatio. & inflammatio à Deo.

60. Ioachim. Tertiò, Ioachimus abbas, per ſedentem in ſede intelligit Deum trinum, & unum *Tunc* ait, *rectè in jaſpide perſona Patris exprimitur, quæ vitæ omnis principium eſt: in ſardio autem, qui colorem refert ſanguineum, Filius indicatur, qui per aſſumptam humanitatem in paſſione rubicundus apparuit. Denique ſmaragdus, qui viriditate præcellit, Spiritum Sanctum deſignat, qui per gratiarum ſuarum dona corda hominum excitat.* Huic tamen interpretationi refragatur partitionis tertium caput. Nam ſmaragdo non dicitur ſimilis, qui ſedebat in ſede, ſed collocatur in Iride, de qua poſtea: ergo non pertinet ad ſedentem.

61. Alcazar. Quartò, Alcazar Deum Patrem intelligit, quem per ſedentem in ſede interpretatur & in duodecim gemmis fundantibus cœleſtem Jeruſalem Apocalyp. 21. n. 19. & 20 intelligit duodecim fidei Articulos. Et appoſitè in jaſpide primò ex fundamentis intelligit Deum creatorem, in ſardio verò ſexto fundamento, ſextum articulum, qui eſt de Reſurrectione, ac proinde eundem ſignari vult Patrem, cui attribuitur potentia & mortuorum reſurrectio. Eſt enim hæc quaſi non creatio, utque præcedit creatio, & ſupponitur reſurrectioni. Ita hic jaſpis ſupponitur ſardio. Hæc fusè, & cum ſuo ingenio tractat Alcazar, illud etiam notans ſardium patrem eſſe, & originem amethyſti, cùm aliquando reperiantur gemmæ, una parte ſardinus, altera amethyſtus: Amethyſtus autem, qui vini colorem refert ſymbolum eſt deliciarum cœleſtium, quæ maximè lætificant cor, ac præ gaudio illud inebriant, juxta illud Pſalm. 35. n. 9. *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Quæ ſardio ex Abulenſi ad cap. 28. Exod. ac aliis conveniunt, ipſoque dicuntur accendi, & declarari gaudia, quod benè reſurrectioni quadrat.

Apoc. 21. *Sedens Pater Æternus.* Pſalm. 35. Abulenſis.

62. Ambroſ. Ansbert. Quintò, D. Ambroſius, & Ansbertus Abbas pro ſedente in ſede intelligunt Chriſtum Dominum in jaſpide ſemper virente dicunt ſignificari ejus Divinitatem, in cujus fruitione conſiſtit viror gloriæ immarceſſibilis: in ſardo ejus humanitatem, quæ ſanguine rubuit in Paſſione Ioannes in hoc loco, ut jam dixi, & volunt Alcazar Cornelius M. Ioannes de la Haye, alludit ad Ezechielem 8. n. 8. Ubi de ſedente in throno ſic ait; *Ab aſpectu lumborum ejus, & deorſum ignis; & à lumbis ejus, & ſurſum viſio electri.* Et ut ibi advertit Theodoretus in igne, & electro notatur duplex Chriſti natura Divina, & humana, Ignis dicit naturam Divinam *Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt* Deuteronom. 4. n. 24. Electrum verò cùm ſit compoſitum ex quatuor elementis naturam humanam ex talibus conflatam dicit, & ſicut electrum ſplendens eſt, *ſic & humanitas*, ait Theodoretus, *Verbi Dei hilaris, & ſplendida, & glorioſa, immortalisque, & à corruptione libera ab inhabitante divina natura facta eſt.* Tamen meritò dubitabis quomodo ignis, qui denotabat naturam divinam erat in parte inferiori à lumbis deorſum, electrum verò humanitatem in parte ſuperiori à lumbis ſurſum, tanquam ſi de ipſa humanitate inſigniter gloriaretur, ac eam oſtentare vellet, in qua mortem, & Paſſionem pro nobis ſuſtinuit, in ipſáque Divinitate humanitas nitebatur, ut tam mirificè, ac glorioſè niteret, ac reſplendeſceret.

Alcazar. Cornelius. La Haye. Ezech. 8. Theodor. Deuter. 4. *Chriſtus multùm gloriatur de humanitate in qua mortem ſuſtinuit.*

63. Primas. Beda. Rupertus. Haiæus. D. Iſidor. Anglus. Sextò, Primaſius, Beda, Rupertus, & Haiæus inquiunt quod qui ſedebat, perſonam judicis gerebat, vindictam exercentis in peccatores, & ideò ſimilis apparebat jaſpidi, & ſardino, nam jaſpidis 17. ſunt ſpecies, ut tradunt D. Iſidorus Hiſpalenſis, & Bartholomæus Anglus libro de proprietatibus rerum, tractatu 16. cap. 53. Inter quas eſt jaſpis aquei coloris, & ſanè aquæ tendunt etiam ad viriditatem fuſcam, ſardus autem ignei coloris eſt: Hinc judex ſedens lapidibus talium colorum aſſimilatur, quia Deus primò punivit peccatores per aquarum diluvium ſubmergendo, & in fine mundi puniet per ignis conflagrationem. Rupertus Abbas: *Quia videlicet, ait, Deus judicii Dominus, & olim mundum per aquam judicavit, idemque tandem per ignem judicabit. Proinde coloribus illis videlicet aquatico, & igneo dicitur eſſe ſimilis, quia nimirum & ex judicio quod factum eſt per aquam, & ex judicio quod faciendum eſt per ignem Deus qui nobis in ſua ſubſtantia eſt inviſibilis, cognoſcitur quàm fortis zelotes ſit.*

Deus juſtè puniens peccatores

64. Richard. Septimò, Richardus etiam Deum judicem in his lapidibus conſiderat. Per jaſpidem ſemper virentem ait ſignificari ſanctorum gloriam in cœlo; per ſardum ardentem (eſt enim ignei colori) denotari incendium, & combuſtionem malorum in gehenna, & ita hîc denotatur præmium, & pœna, quam Deus judex juxta uniuſcujuſque facta infert.

Deus judex juxta facta dat præmium, & pœnam.

65. Viegas. Pererius. Octavò, Viegas, Perer. & alii, Deus omnium gubernator apparet ſimilitudine jaſpidis, & ſardini; jaſpide virente ſignificatur divina miſericordia, ſardo rubente divina juſtitia, in noſtrum

Miſericordiâ & juſtitiâ gubernanda Republic.
Pſalm. 56
D. Nyſſen.

noſtrum magnum documentum, quod optima gubernatio his duobus præſidiis miſericordiæ & juſtitia debet fulciri. Hinc canit Regius Vates Pſal. 56. num. 5. *Miſit Deus miſericordiam ſuam, & veritatem ſuam & eripuit animam meam.* Quæ verba ſic expendit D. Greg. Nyſſen. tr. 2. in Pſal. *Miſericordia, & veritas, pulchra conjunctio, neque enim ſine judicio miſericordia eſt, neque veritas ſine miſericordia, harúmque ſubſidio liberabor.* per veritatem intelligit juſtitiam, quia ubi juſtitia, ibi veritas, & ubi juſtitia ac miſericordia ſecurus eſt juſtus, & liberatur.

Ubi juſtitia, ibi Veritas.

66. Nonò Andreas Aretas, Ribeira, Cornelius inquiunt jaſpis quia firmiſſima eſt gemma viridis, & ſæpè pellucens teſte Plinio lib. 37. cap. 8. ſignificat ſplendorem & pulchritudinem Divinitatis ſemper virentis, & florentis: Sardus, quia ſanguinei, & ignei coloris eſt; & ut ait Aretas, feris terrorem incutit, ſignificat primò igneam, id eſt, ſubtiliſſimam, & efficaciſſimam Dei naturam: ſecundò ejuſdem juſtitiam, & terrorem, & vindictam in impios Antichriſti præcurſores, & aſſeclas. Hæc enim in Apocalypſi præſignantur, & prædicuntur; unde optimè ejus ſpeciem hîc oſtentat Deus, ac judicis habitum aſſumit. Solet enim aſſumere ſpeciem, & habitum ſimilem materiæ; & rei, de qua agitur.

Andreas. Aretas. Ribeira. Corn. Plinius.

Dei ſplendens natura juſtitiam exercens in impios.

67. Decimò, & valde appoſitè, ut ait Ferrarius, his duabus gemmis jaſpide & ſardo apparet Deus exornatus, quia jaſpis, ut dicunt Beda, Primaſius, Rupertus, Haræus, D. Iſidorus, Hiſpalen. & Barth. Anglus ſuprà relati hac quæſt. num. 63. coloris eſt aquei, & denotat profundiſſimam, & abditiſſimam abyſſum Divinitatis: ex quo tot ſecreta tam abdita, & recondita mox proferenda ſunt in libro quem Agnus aperiet; ſardo verò ad indicandum tum bonorum, qui iniquitates devicerint, quæ in dicto libro ſcripta ſunt, gaudia; tum etiam peccatorum ſupplicia, qui mala ſua adversùs Bonos perpetraverint; hæc enim omnia denotantur in ſardo, nam cùm rubei coloris ſit, denotat juſtorum gaudia, ut hîc dixi ex Abulenſi, & iniquorum ſupplicia: & ſicut Deus ſua ſapientia in eodem libro tam diverſa ſcripſit, ſic & eorum lapide tam diverſa ſignificavit.

Beda. Primaſ.

Deus judex oſtendit præmia juſtorum, & ſupplicia iniquorum.

68. Deinde his duobus lapidibus jaſpide, & ſardo, quæ denotant aquam, & ignem ſe manifeſtat Deus; hæc enim præparat ſuis amicis, ut ſtatim oſtendet in ſuo libro aperiendo, par has enim tribulationes juſti dicuntur in gloriam ita ut dicere poſſint: *tranſivimus per ignem, aquam, & eduxiſti nos in refrigerium.* Pſal. 65. n. 12. In tanto pretio, ac æſtimatione ſuorum juſtorum labores ſunt Deo ut ſymbolis, ac lapidibus tales preſſuras denotantibus ſe ſe in ſuo magnifico throno exornatū ac compoſitū manifeſtat, veluti regali ac pretioſiſſima purpura.

Palm 65.

Deus ſuorum juſtorum labores habet pro magno decore, ac ornamento.

69. Tandem cùm Deus apparet in throno, oſtentat colorem jaſpidis, & ſardini. Jaſpis colorem refert aquæ, ut modò dixi ex Ruperto, Beda, & aliis: Sardus verò ignis colorem habet. Ad quid ſimilitudines rerum tam diverſarum conjunguntur in ſedente in throno? ad magnum documentum Prælatorum, ut ſciant Deum imitari, itaut conjungant lenitatem aquæ cum rigida flamma ignis; & cum aſpero rigore ignis ſuavem blanditiem aquæ.

Rigor juſtitiæ habeat admixtam miſericordiam.

70. Divina lege ordinatum eſt, quod quando Aaron ſummus populi Sacerdos, filiique ejus conſecrarentur, ut ſimul ſanguine agni abluti, ac oleo ſancto ungerentur, *Cúmque ſuleris de ſanguine qui eſt ſuper altare, & de oleo unctionis, aſperges Aaron & veſtes ejus, filios & veſtimenta eorum.* Exod. 29. n. 21. Ad quid talis commiſtio ſanguinis, & olei, quid habet oleum cum ſanguine & ſanguis cum oleo? Oleum miſericordiæ hieroglyphicum, ſanguis verò rigoris ſignum. Ungatur ergo Summus Pontifex, ac Prælatus oleo, & ſanguine, ia eóque ſit permixta lenitas miſericordiæ cum rigore juſtitiæ, & ſeveritas juſtitiæ cum ſuavitate miſericordiæ. Oleaſter ibidem, *Unguntur*, ait, *oleo ſcilicet & ſanguine, ut ſcirent olei miſericordiam cum rigore ſanguinis temperare.*

Exod. 29.

In Prælato ſit permixta miſericordia cum juſtitia.

71. De Salomone loquens Regius Vates, *& ponam in mari manum ejus, & in fluminibus dexteram ejus.* Pſalm. 88. num. 26. ait quod una manus ejus erit in mari, altera verò in fluminibus; & quid hæc faciunt ad bonum Regem, ac Principem, ſic habeat manus diviſas, ac occupatas inter maria, & flumina? Aqua maris ſalſa, fluminis verò dulcis, & ſuavis. Ut ergo Salomon optimus ſit Princeps feliciterque gubernet, habeat unam manum in aqua ſalſa maris, & alteram in dulci fluminum, ut ſimul miſceat aſperum cum ſuavi pro tempore, & modo prout oportet. Huc adveco id quod dixit D. Bernardus Epiſtola 24. ad Hugonem. *Habeat charitas zelum, ſed adhibeat pro tempore modum ſeveritas: Cenſura quidem nunquam remiſſa; intermiſſa tamen plerumque plus proficit; Rigor juſtitiæ ſemper fervidus, ſed nunquam præceps.* Et nota quod ait, *Ponam in mari manum ejus*, ſcilicet ſiniſtram, *& in fluminibus dexteram ejus.* Ita fit permiſta miſericordia cum juſtitia, ut miſericordia habeat potiores partes.

Pſalm. 88.

Optimus Princeps utatur miſericordia, & juſtitia.

D. Bernard.

Miſericordia habeat potiores partes.

72. Inter cætera Templi ornamenta, *Leones ac boves* ex Salomonis juſſu ſculpti erant 3. Reg. 7. num. 29. Ut ita eſſet permixta ferocitas leonis cum manſuetudine bovis. Beda ibidem: *Sanctorum mentes habent cum leonibus boves: quando invectionem correctionis cum ſpiritu manſuetudinis exhibent.* Qui etiam ibidem notat additos fuiſſe à Salomone leonibus, ac bobus cherubinos; ait textus: *Leones, & boves, & cherubini*, qui ſcientiæ multitudo interpretantur, ad denotandum quod ut juſtitia ac miſericordia alternis vicibus utatur, multa ſcientia ac diſcretione opus eſt, ut prudenter hæc vel illa ut oportet res diſponatur.

3. Reg. 7.
Beda

Multa ſcientia, ac prudentia neceſſaria ut hæc & illa utatur.

QUÆSTIO X.

Quid ſignificet Iris in circuitu throni cum viſione, ſeu ſimilitudine ſmaragdina?

Beda.

Sancti ſuis orationibus ſuſtentant orbem.

PRimò Beda exiſtimat Iride ſignificari ſanctos, qui in precibus ſuis circundant, & protegunt Eccleſiam, ſicut Iris circundat, & protegit noſtrum hemiſpherium. Et benè ſimiles ſmaragdo dicuntur, Sancti enim, ſive beati, quo magis viriditate gloriæ fruuntur; ſive ſancti in via, quò magis

futuræ

futuræ gloriæ pulchritudinem expectabant, eò magis ad cæteros protegendos animantur.

74. Andreas. Secundò, Andræas Cæſarienſis, Iride varia, & florida ait repræſentari cœleſtium virtutum ordinem, ornamenta, eorúmque diverſa munera, & officia, præcipuè quia ait Pererius, triplicem virtutem purgandi, & illuminandi, & perficiendi triplici Iridis colore denotari.

Virtus Spiritus Sancti adumbratur. Tertiò, Joachimus, Iride vult ſignificari Spiritum Sanctum, qui ſua triplici gratia denotata triplici Iridis colore, cæruleo, viridi, & rubicundo dat vim credendi, benè operandi, & amandi.

75. Richard. *Deus judicans.* Quartò, Richardus exiſtimat hac Iride ſignificari judicium univerſale, habet enim ſpeciem arcus, qui belli ſignum eſt; & in circuitu ſedis; quia tam à dextris, quàm à ſiniſtris univerſos complectitur ſententia judicis: & eſt ſimilis ſmaragdo, quæ partim viret, partim rubet; quia boni per illud deducuntur ad paſcua ſemper virentia gloriæ: mali verò ignibus addicentur inextinguibilibus; & ideò Chriſtus judex pingitur inſidens in Iride: ſedebit enim in nube glorioſa, qualis eſt Iris.

76. Ansbertus. Quintò, Ansbertus per Iridem denotari contendit Incarnationem divini Verbi, ſed quomodo? Iris facilè diſſolvitur, Verbum, quod ſemel aſſumpſit nunquam dimiſit; tamen ſi Iridis proprietates rectè contemplentur, poteris dicere per eam Incarnationem adumbrari; Iris namque tunc apparet, cùm radiis Solis imbrifera fuerit nubes illuſtrata. Sole igitur nubem illuſtrante, Iris apparuit, quando videlicet Patris Verbum, quod candor eſt lucis æternæ, ac Sol juſtitiæ humanam ſuſcipiendo naturam irradiavit, quæ humanitas ab Iſaia 19. num. 1.

Iſai. 19. Incarnatio divini Verbi. nubes vocatur. Iris tanquam arcus duo habet cornua; Chriſtus duas naturas divinam, & humanam, quas ligat, & unit in unum hypoſtatica unio, ſicut in una chorda duo cornua arcus. In Iride triplex eſt color, cæruleus, viridis, & rubicundus

1. Cor. 15. Chriſtus cæruleus eſt, id eſt, homo eſt cœleſtis, dicente Paulo 1. Corinthiorum 15. num. 47. *Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cœlo cœleſtis.* Talis quoque fuit aſſiduitate orationis; & virens omnium virtutum, & gratiarum virore & fuit rubicundus per amorem & ſanguinem. Imbrifera eſt, Iris eſt Chriſtus omnem effudit cœleſtis gratiæ, & doctrinæ abundantiam. Iris fuit pacis ſymbolum tempore Noë, Incarnatio Chriſti reconciliatio mundi: & ideò nato Chriſto Angeli cecinerunt, *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, Luc. 1. Haymo.

Incarnatio Chriſti reconciliatio mundi. Haymo. *Arcus*, ait, *in die pluviæ apparet, & eſt reconciliationis ſignum. Quid per eum poſſumus intelligere, niſi Dominum Jeſum Chriſtum? Eſt autem arcus ſignum propitiationis, quia videlicet in Chriſto omnis noſtra ſalus, & propitiatio conſiſtit.*

77. Alcazar. Sextò, Alcazar tenet, quòd licet Iris multiplicis ſit coloris, tamen quod iſta unius tantùm erat, cùm dicatur ſimilis ſmaragdinæ; ſmaragdus tam hîc, quàm capite 21. ſignificat Chriſti Paſſionem, quæ jugiter Dei oculis obverſatur, magiſque quàm Iris Noë reconciliationem cum Deo dicit, cúmque pacatum, ac clementem in Eccleſia efficit, & denuntiat. Nam Chriſtus in cruce diſtentus fuit quaſi arcus cœleſtis: quò novum fœdus, & teſtamentum inter Deum, & hominem ſancitum eſt. Arcus autem iſte dicitur totus viridis ſimilis ſmaragdinæ, quia color viridis intenſior cæteris erat. Paſſio enim Chriſti eſt totum ſpei noſtræ objectum & miſericordiæ, ac benignitatis divinæ promiſſio, & eſt in circuitu throni; quia ex Paſſione Chriſti corona gloriæ circundatur Dei thronus, quod non ſolùm ad Dei filium, ſed etiam ad ipſum Patrem pertinere benè notavit N. D. Cyrillus libro 10. in Joannem, capite 19 ad illa Domini verba Joan. 15. numero 8. *In hoc clarificatus eſt Pater meus, ut fructum plurimum afferatis.* Sic ait Sanctus Doctor. *Clarificatum Patrem ſuum eſſe dicit, quoniam ineffabilis ejus bonitas, atque miſericordia nota omnibus, coronam quaſi corona illi attulit.* Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret. *Quod Regius Vates antea dixerat Pſalm. 64. num. 12. cum de coronide ejus dixit.* Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Sed quis hîc benignitatis annus? Explicat Divus Ambroſius de inſtit. virg. cap. 15. *Quis eſt annus Dominicæ benignitatis.* Et poſt multa ſubdit. *Quando pro nobis contumeliarum indigna toleravit, crucem aſcendit mortuus pro nobis.* Ecce annus Dominicæ benignitatis, ac coronæ, quando ſuis operibus, ac conſiliis coronam impoſuit morte ac Paſſione ſua; hinc Dei thronus poſt mortem ejus Iride in modum coronæ circumornatus apparet.

Ex Chriſti Paſſione thronus ejus tanquam corona ornatur. — D. Cyrill. Joan. 15. — Joan. 3. — Pſalm. 64. — D. Ambroſ.

Septimò, Ribeira, Viegas, Pererius, Cornelius, & alii exiſtimant in hac Iride germanè & propriè denotari Dei miſericordiam, quæ undique thronum Dei circundat, depluit nobis omnes gratias, recreat nos ſuis coloribus, ſuo cæruleo noſtram fovet fidem, viridi ſpem, rubicundo charitatem. Semicirculus eſt, qui tantùm apparet in noſtrò hemiſpherio, quia ejus miſericordia expectanda non eſt in alia, ſi in hac vita reſpuatur. Addit Ribeira, quod in hac Iride multiplici colorum juxta illud poëtæ, *Mille trahit varios adverſo ſole colores*: poteſt conſiderari univerſitas creaturarum, in quibus eminet, & reſplendet jucundiſſima quædam, & admirabilis varietas perfectionum Dei, maximúmque bonitatis ejus, & miſericordiæ argumentum. 78. Ribeira. Viegas. Pererius. Corn. *Dei miſericordia in Iride ſignificata.*

79. *Genuina ratio.* Octavò, ac genuinè dico, quod cum Iris ex inſtitutione divina ſit ſignum reconciliationis, ac pacis, ut patet ex tempore Noë, ita hîc eſt ſignum reconciliationis factæ per Chriſtum, & aptè, ac appoſitè hic apparet thronus Dei circundatus hac Iride quando aperiendus erat liber in quo multa moleſta, ac acerbiſſima juſtis continebantur: ne ergo quis exiſtimaret illa provenire à Deo averſo, atque irato, ſed à Deo maximè pacato, ſuæque Eccleſiæ propitio ad magna juſtorum coronam, & augmentum, voluit hunc ſuum thronum non manifeſtari, ſine aperto ſigno ſuæ reconciliationis: & fœderis ſempiterni, & hac de cauſa alta ſapientia ordinavit in hac Iride maximè reſplendeſcere ſmaragdum, ſive viridem colorem, quod eſt ſignum bonæ ſpei, per hoc ſuis manifeſtans, quod propter labores, & ærumnas juſti non debeant diffidere, ſed potiùs ex eis certam ſpem concipere de Dei adjutorio, magnóque præmio, ac ejus ingenti conſolatione. *Ex laboribus immiſſis magna concipienda ſpes ad felicitatem.*

80. Cùm abſente Davide hoſtes Amalecitæ civitatem Siceleg igne incendiſſent, cúmque ab omni ſua ſubſtantia depopulaſſent, ſimúlque

omnium

omnium uxores ſecum captivas duxiſſent, veniens David in civitatem *contriſtatus eſt valdè, volebat eum populus lapidare, quia amara erat anima uniuſcujuſque viri ſuper filiis ſuis, & filiabus: confortatus eſt autem David in Domino*
1. Reg. 30. *Deo ſuo*. 1. Reg. 30. n. 6. Quomodo David inter civitatis everſionem, bonorumque omnium rapinas, captivitatem uxorum, & penè ſuorum rebellionem, cùm vellent eum lapidare, ex quo magnam conceperat triſtitiam, tamen aſſeritur in text. *confortatus eſt autem David in Domino Deo ſuo?* Labores ac ærumnæ præſentes aptiſſimæ erant, ut confringerent robuſtiſſimum cor, quî fieri potuit, ut David ex illis non dejectionem, ſed majus eliceret fiduciæ robur? planè confortabatur non in alio, quàm in Deo ſuo, ut notat Lyranus, ex cujus directione, ac benignitate certam conceperat ſpem, quod adverſa illa commutarentur in proſpera, & triſtia illa in læta, ac perjucunda. Hinc ſapiens David ut erat in adverſis jam non poterat ex Deo expectare accurrentia felicia, & proſpera.

Lyran. *Ærumnis non cadit juſti animus ſed ſpe roboratur.*

81. Ab infauſtis nuntiis accepit Iob omnium bonorum ſuorum jacturam, ac ſimul chariſſimorum pignorum mortem, tunc generoſa, ac pia mente clamat: *Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit, ita factum eſt ſit nomen Domini benedictum.* Iob. 1. n. 21. Ad quæ verba multùm miratur D. Chryſoſtomus in catena Græca. *Eſt, ait, illud admiratione perquam dignum, quod tunc Deo gratias agat, ne quidquam de mentis conſtantia remittat, cùm ſe à Deo ſpoliari animadvertit.* Miratur ſanctus Pater, quod pro tanta calamitate gratias Deo exſolvat, quid aliud ipſe faceret, ſi multa bona tunc reciperet? Armenta, greges, ac omnia bona pereunt, & depopulantur, filii repentina morte occumbunt, & ipſe omnibus denudatus eſt in ſterquilinio, & tanquam maximè gratulabundus Deum laudat, ac benedicit. Gratiæ communiter dantur, ac perſolvuntur pro datis beneficiis, non verò pro ærumnis ac laboribus: quare ergo Iob pro his tam gratus ſe habet? Bene ſciebat vir juſtus præſentes calamitates, ac tribulationes magna pignora eſſe magnorum Dei beneficiorum, ex eiſque æternæ felicitatis ſpem certam concipiebat; ergo bene Iob pro laboribus tanquam pro magnis beneficiis gratias Deo agit, cum ex eis parata eſſet via ad ſuprema, & alia dona.

Job 1. D. Chryſ.

Labor ac ærumnæ pignus, ac ſpes æternæ felicitatis.

Quæstio XI.

Cœleſtis Iris in circuitu throni B. Virginem Mariam depingit.

82. *Maria Dei thronus.* Sacratiſſima Virgo Maria poteſt intelligi ſub præſente Iride in circuitu ſedis Divinæ, dum Verbum Divinum portat in utero ſuo, dúmque ipſa in circuitu Eccleſiæ eam protegit, ac tuetur juxta illud Eccleſiaſt. 24. numero 8. *Gyrum cœli circuivi ſola.* Et ibidem 43. numero 12. *Vide arcum, & benedic Deum qui fecit illum: valdè ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo, gyravit cœlum in circuitu gloriæ ſuæ.* Huc advoco Divi Bonaventuræ carmen opuſcul. de figuris Beatæ Virginis Mariæ, figura 5.

Eccleſ. 24. Eccleſ. 43. D. Bonav.

Eſt in arcu cæruleus
Color, qui virginitatis
Typum gerit: & rubeus
Etiam qui charitatis
Formam notat: puritatis
Tuæ demonſtrat aqueus
Notam, & humilitatis,
Quam elegit in te Deus.

Nota acumen D. Bonavent. quod virginitati ac puritati Mariæ, tribuit colorem cæruleum, & aqueum, qui idem eſt ut notat Virgilius Æneid. 12. & Cicero 1. de Natura Deorum. Aqua autem inter omnia elementa eſt fœcundiſſima, ut tradunt Artemidorus lib. 2. Oneiroc. c. 43. Claudian. 3. Stil. Cœleſtis puritas ac virginitas Mariæ fœcunda extitit ſuper omnia creata, ut ſimul pareret Deum, & hominem, cum in tanto apice, ac celſitudine eſſet, in ea fuit nota, ac ſignum ſummæ humilitatis ut ipſa canit. *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* 83.

Virginitas Mariæ fœcunda. Artemidor. Claudian.

Et aptiſſimè ſacratiſſima Virgo velut Iris dicitur, & cum ea aſſimilatur: nam ſicut radius ſolaris ſubintrans nubem concavam, vel imbriferam, ſine nubis læſione facit Iridem; ſic filius Æterni Patris ſol juſtitiæ, Virginis uterum rore virtutis Spiritus Sancti ſubintrans, & in ea carnem aſſumens, ſine ejus læſione factus eſt homo, Deus manens. Deinde ſpecies Iridis eſt ſpecularis natura, circularis figura, multiformis coloris pictura: ſic ſanctiſſima Virgo fuit puriſſima quantum ad naturæ conditionem, perfectiſſima quantum ad donorum perceptionem, ornatiſſima quantum ad virtutum omnium congregationem; Arcus enim cæleſtis multiplici irradiat colore? *Mille trahit varios adverſo ſole colores*: ut canit Poëta. Trahit enim colorem de cœlo igneum ſeu rubeum, de aere hyacinthum, de aqua cæruleum, de terra viridem, ſeu gramineum. Sic in Beata Virgine fuit ardor charitatis, decor caſtitatis, dulcor ſeu ſuavitas pietatis, vigórque ſeveritatis, ac integritatis omniúmque perfectionum.

Iris typus B. Virginis Mariæ.

Deinde ſicut Iris eſt ſignum reconciliationis divinæ, ut patet in tempore Noë, ſic etiam per Virginem mundus Deo reconciliatus eſt, ut in præſenti notat Divus Bernard. Senenſis. *Fructus Iridis, ait, eſt recordatio divini fœderis, ne divino judicio diſperdatur terra, & omnis anima vivens in ea; ſic per virginem glorioſam offenſa eis remittitur, fœdus ſtringitur, & ideò meritò ſicut Iris virgo ſcilicet benedicta in circuitu Eccleſiæ conſtituitur.* Sanctus Bernardus ſequitur Cardin. Ioannes Vitalis in ſpeculo morali ſacræ Scripturæ, titulo *Maria*, ſic ait. *Iris in circuitu ſedis eſt Maria, quæ aſtat in circuitu ſedis ſimilis viſioni ſmaragdinæ; in quo oſtenditur conſolatio tribulationis: ſmaragdus enim delectat viſum. Sic blanda ſit peccatoribus conſolatio Virginis, quæ mitigat Dei judicium, & ſententiam contra peccatores.* Iris in circuitu eſt ſacratiſſima Virgo Maria tanquam oſtendens reconciliationem totius generis humani cum Deo, & dicitur ſimilis ſmaragdinæ, quæ recreat, & delectat viſum, ſic ſacratiſſima Virgo ſua ſuavi interceſſione Dei iram mitigat, & omnes recreat, ac delectat.

84. *Beatiſſima Virgo reconciliatrix generis humani cum Deo.*

D. Bernard. Card. Vital.

Virgo Maria ſua interceſſione nos recreat.

85. De B. Virgine teſtatur Joannes 19. num. 25. *Stabat juxta crucem Ieſu mater ejus.* Stabat ergo ſola Maria, quia ſola non patiebatur animi deliquium

Ioan 19.

deliquium. Et cur ſola Maria ſtabat immota, & infracta, cùm totus orbis Chriſti Paſſione commoveretur? Cœlum obducitur nubibus, ſol tenebris obfuſcatur, terra concutitur, mare fremit, univerſaque creatura deliquium patitur, & ſola Maria Virgo ſtat & permanet inconcuſſa.
D. Ambr. Eleganter reſpondet divus Ambroſius Epiſtola 28. circa finem. Maria ait, *nec minor quam Matrem Chriſti decebat, fugientibus Apoſtolis ante crucem ſtabat, & piis ſpectabat oculis filii vulnera. Quia expectabat non pignoris mortem, ſed mundi ſalutem: aut fortaſſe quia cognoverat per filii mortem mundi redemptionem, aula regalis etiam ſua morte putabat, ſe aliquid publico adjuturam muneri.* Elegantiſſima verba. Mundus totus turbatur, univerſa concutitur creatura, & ſola Maria ſtat, *Quia expectabat mundi ſalutem.* Ergo in illa turbatione univerſali creaturarum Maria ſola conſtanti animo ſtabat, quia hominum coadjuvabat, & deprecabatur redemptionem, ut Redemptoris mater divino munimine præventa eſt, ut hominum cauſas ageret, ut omnium mediatrix, ac reconciliatrix cum Deo.

In omnium conturbatione Maria ex divino ſpiramine eſt ut omnium reconciliatrix.

Mandavit Deus Moyſi facere arcam de li-
86. gnis Setin; ſupérque eam, ait Deus, facies propitiatorium de auro mundiſſimo, quod inter duos Cherubim tenebatur expanſis alis, & ait Deus; *Et inde præcipiam, & loquar ad te ſuper propitiatorium.* Exod. 25. n. 21. Propitiatorium
Exord. 25. erat locus pietatis, ac miſericordiarum, ex quo Deus homines docebat, dirigebat, eiſque ſuam gratiam, ac miſericordiam communicabat. In arca erat lex data à Deo, ac manna, quod de cœlo ceciderat, cur inter hæc non ponitur propitiatorium contentũ in arca, ſed ſuper arcam? Propitiatorium illud ex auro puriſſimo typus erat ſacratiſſimæ Virginis Mariæ, quæ extitit aurum ſine fæce ac macula peccati, duo Cherubin ſunt ejus intellectus, & memoria pleniſſime ſcientia præditi, duabus alis expanſis ad ſemper filium contemplandum, ad ſemper nos protegendos, ac tuendos. Et ipſa propitiatorium eſt ſuper arcam. D. Amadæus in commen-
D. Amad. tar. de Virg. dormitione. *Ex quo, ait, tranſlata es è terra, te univerſus mundus continet commune propitiatorium.* Aptiùs ad rem noſtram doctus
Idiota Idiota libro de Virgine Maria in Prolog. *Per ipſam, ait, cum ipſa, & in ipſa, & ab ipſa, habet mundus, & habiturus eſt omne bonum, ab ea enim Deus tanquam à propitiatorio loquitur, imò tanquam propitiatorium ſpirituale ad Deum pro nobis loquitur, & interpellat.* Inde propitiatorium Mariæ typus ſtat ſuper arcam, quia ſi lex incluſa in arca clamaret ad cœlum contra homines, qui eam non cuſtodiebant, ſimiliter ſi manna contra hominum ingratitudinem daret voces, ſtat ſuprà propitiatorium, Maria ſcilicet tanquam hominum mediatrix, ac reconciliatrix, ut pro hominibus loquatur, exoret, eiſque veniam gratiam, ac miſericordiam impetret. Tanquam propitiatorium ſpirituale ad Deum pro nobis loquitur, & interpellat.

Maria propitiatorium ad reconciliandum Deum hominibus.

Apoc 4. n. 4. Et in circuitu ſedis ſedilia viginti quatuor, & ſuper thronos viginti quatuor ſeniores ſedentes circumamicti veſtimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ.

VERSIONES.

Syrus. Circumquaque thronum, &c. amicti veſtibus albis, & ſuper capita ipſorum corona aurea.

Tygur. Vatabl. Super ſedilia vidi viginti quatuor ſeniores amictos ſtolis albis.

Arabic. Geſtantes ſuper ſe veſtementum album, & ſuper capita ſua coronas aureas.

Pagnin. Habebant in capitibus ſuis coronas aureas.

EXPOSITIO IV.

87. ET *in circuitu ſedis ſedilia viginti quatuor*; quæ cingebant Dei thronum inſtar ſemicirculi, non in quadrum, ſed in circuitu ejus poſita, ita ut omnes æqualiter participarent divinam majeſtatem: *Et ſuper thronos viginti quatuor ſeniores.* Fit alluſio ad Principes Eccleſiæ in utroque teſtamento; in veteri ad Principes duodecim Tribuum; & in novo ad duodecim Apoſtolos; & ſub his, omnes alii intelliguntur, ut latiùs dicam infrà q. 13. ex utroque enim teſtamento ſenatus Eccleſiæ triumphantis conſtituitur. Vocantur autem ſeniores ob eorum antiquitatem, gravitatem, ſapientiam, ac virtutis excellentiam.

Cur non in quadrum ſed in circuitu.

Circumamicti veſtimentis albis; quæ ſunt notæ, ac indices innocentiæ, puritatis, ac gloriæ ſanctorum; *Et in capitibus eorum coronæ aureæ,* quæ ſunt ſigna victoriæ, triumphi, & regiæ majeſtatis; omnes enim ſunt Reges ſimul cum Chriſto regnantes. Coronæ autem ſunt aureæ ut regni illius denotetur excellentia, ac præſtantia, æternæque gloriæ opulenta retributio. 88

QUÆSTIO XII.

Quæ, & qualia erant hæc ſedilia in circuitu throni Dei.

IN circuitu throni, Dei qui erant valde ſupereminentes, etiam erant alia inferiora ſedilia, 89.
quæ etiam veluti tanquam throni erant, cùm Deus apparet in throno, etiam ſui thronos tenent; & erant in circuitu, ut dicitur in textu, & non in quadro, ut omnes ex æquo participes fierent divinæ majeſtatis. Et adverte, quod Chriſtus Dominus pollicitus eſt ſuis Apoſtolis duodecim ſedes Matth. 19. n. 28. nunc verò parat viginti quatuor thronos, ſemper plus exhibet quam pollicetur.

Matth. 19. *Deus plus dat quam pollicetur.*

90. Valde mirum quod deſcribatur, qualiſve eſſet veſtis

veſtis horum ſeniorum nempe alba; quales coronæ ſcilicet aureæ referantur, nil tamen de materia throni declaratur, cur hæc non exprimitur, ſicut aliàs ſolet fieri; nam de antiquo dierum habetur Dan.7.n.9. *Thronus enim flamma ignis.* Sic & de Salomone dicitur thronus ejus 3.Reg. 10.n.18. *de ebore antiquo.* Cur ergo ſeniorum thronus ex quali materia eſſet fabricatus, non exprimitur. Eorum coronæ aureæ referuntur per quas eorum merita ſignificantur, ut teſtantur Ansbertus, Gloſſa, Lyranus, & alii, ut infrà dicam, cum merita eſſent aurea, aureos thronos reddiderunt, ab aureis meritis, aurea throni materia habetur, & declaratur; magni illius ferculi Salomonis *reclinatorium aureum.* Cant.3.n.9 & unde hoc reclinatorium habuit; quod eſſet aureum. De divino ſponſo dicitur: *Caput ejus aurum optimum*, Cant.5. n. 11 ubi Gillibert. ſer.18.in Cantic. *Caput tuum aurum optimum reclinatorium aureum non invenit, ſed reddit, ubi ſe reclinat.* Reclinatorium aureum non erat, ſed ubi attigit caput Chriſti meritis aureum, ſtatim ſic ſublimatur, ut totum fiat aureum: à reclinante ſic ſublimatur, ut totus ex auro fulgeat.

Qualis materia ſedilium. Dan. 7. 3. Reg. 10. *A meritis condecorantur ſedes,* Cant 3. Cant. 5. Gillibert.

91. Circa hæc ſedilia ſenſum moralem perſcrutemur. Et primò D. Ambroſius nomine 24. ſeniorum intelligit Patres veteris teſtamenti deſignari, per ſedilia verò 24. interpretatur 24. libros Veteris Teſtamenti juxta numerum literarum, quæ in alphabeto Hebraïco continentur, ſunt 24. ut numerant R. Abeneſra, & R. David; ſed libri Veteris Teſtamenti, multæ & magnæ venerationis ſunt, ut potius ſuper capita ponendi, quàm quod in eis quis ſedeat: Sedere autem hîc ſumitur pro requieſcere, quando enim quis multo labore fatigatur ad quieſcendum ſedet. Dicuntur ergo ſeniores, ſeu Patres antiqui, in his ſedilibus 24. ſeu 24. libri ſedere, quia in lectione, ac meditatione librorum ſacræ Scripturæ, Patres illi requieſcebant ac in illis recreationem aut levamen habebant. D. Ambr, *Quando ſedimus*, ait, *à labore quieſcimus: per ſedilia igitur 24. libri 24 Veteris Teſtamenti deſignatur: ſuper igitur 24. thronos 24. ſeniores ſediſſe viſi ſunt; quia Patres Veteris Teſtamenti à laboribus, & curis hujus ſæculi, in lectione, & meditatione divinorum quodammodo quieſcebant.*

Rabb. *In meditatione, ac lectione ſacrorum librorum requies noſtra.* D. Ambr.

92. Secundò, hæc ſedilia, 24. *erant in circuitu ſedis Dei.* Per hanc ſedem Dei Aureolus, & alii multi interpretantur Eccleſiam Dei; cur ergo illa ſedilia 24. erant in circuitu, & undique cingant ipſam ſedem Dei, ſeu ejus Eccleſiam? Meritò quidem ſedilia 24. ſunt 24. libri Veteris Teſtamenti, qui hanc ſedem ambiunt, eam fortiter munientes; quia horum librorum munimine Eccleſia à ſuis hoſtibus, hæreticis nempe defenditur, ac protegitur. D. Ambroſ. ibidem *Quiſquis Paterfamilias, ait, qui domum ſuam tutam à latronibus, & inimicis eſſe deſiderat, hanc aut muro, aut ſepe, aut pariete circundat: ſimiliter & contra hæreticos, & contra paganos qui fidem Chriſti in ea d jicere volunt; Veteris Teſtamenti libris muniuntur: quia quando ea, quæ colit longè ante adventum Chriſti fuiſſe prædicta probat; jacula inimicorum fidem Chriſti evertere cupi ntium longè à ſe repellit.*

Eccleſia contra hæreticos S. Scripturâ defenditur. D. Ambr.

93. Hoc poſito merito dubitabis, cur in Cantic. Cant. 3.n. 7. *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël, omnes tenentes gladios & ad bella doctiſſimi: uniuſcujuſque enſis ſuper femur ſuum.* Ecce pro cuſtodia lecti Salomonis ſexaginta ponuntur juvenes, & hi maximè fortes, armati, & periti in bello; At nunc in Apocalypſi pro cuſtodia ſedis Dei, ejus nempe Eccleſiæ viginti quatuor tantùm ſenes aſſignantur; & qualis hæc à ſenibus cuſtodia? quale hoc Eccleſiæ munimen? Magnum ſanè omnimodo: Nam in iis ſenibus oſtenditur Dei verbum in veteribus Prophetis, in libriſque antiqui teſtamenti; quod Eccleſiæ omni alio validius eſt munimen, omne fortiſſimorum juvenum robur longè ſuperans. De viro juſto canit David Pſam.47.n. 31. *Lingua ejus loquetur judicium, lex Dei ejus in corde ipſius, & non ſupplantabuntur greſſus ejus.* Ad quæ verba ſic ait D. Aug. *Lingua ejus loquetur judicium, lex Dei ejus in corde ipſius. Et quid illi prodeſt; & non ſupplantabuntur greſſus: Liberat à laqueo verbum Dei in corde; liberat à lapſu verbum Dei in corde. Tecum eſt ejus verbum, à te non recedit.* Verbum Dei defendit nos ab omni malo incurſu.

Cant. 3. *Sacra Scriptura, ſeu verbum Dei nos liberat, ac defendit ab omni malo.* Pſalm. 36. D. Aug.

94. Tertiò, Aretas ſic ait, *ſedem hoc loco nihil aliud accipere oportet, quàm ſtudium erga divinorum præceptorum operationem.* Sed quid commune habet ſedes cum Divinis mandatis obtẽperante? Multùm per omnem modum. Primò, quia ſedes eſt ad requiem, & tunc ſancti requieſcunt quando pro Deo laborant, ac ejus mandata exequuntur. Secundò, quia ſedes omnibus in ea ſedentibus ſubjicitur, ſic & ſubjicitur qui alterius ſuſcipit mandata ei obediturus. Tertiò juſti ſedes Dei vocantur, cùm ſtudioſè divina mandata adimplent, ac perficiunt; perfectus obediens, Dei thronus eſt D.Gregor.lib.4.Expoſitionis in cap. 9.lib.1.Regum, *Solet enim hoc modo, nempe obtemperando Divinis mandatis præparata anima, divinum eſt vehiculum, quemadmodum & ipſa Cherubim.*

Aretas. *Obediens à Dei ſedes.* D. Greg.

95. Quartò, Richard.Victorin. *Sedilia, ait, ſunt merita, & ita perfecti ſuper ſedilia ſingulariter ſedere dicuntur, quia & in præſenti Eccleſia, quandiu præſens vita agitur, & in ultimo judicio ſecundum ſua merita ſedem judicandi cum judice ipſo diſponente ſortiuntur* Ecce juxta ſupremum Dominum ſedilia viginti quatuor parantur, ut totidem reges ſuper ſe excipiant, ſed cur prius oſtenduntur, ac commemorantur ſedilia, quam reges; Vide quod ait cit.Doctor. *Sedilia ſunt merita*, ob quæ unuſquiſque ſuum locum obtinebit in judicio; in regno enim cœlorum ſola merita, & non perſonæ thronos, ac dignitates exhibent, ut inde vere Reges appareant, verique magnates, cum in eis tam præclara merita fulgeant, & reſplendeant; dignitas cum meritis honorifica eſt, ſine illis verò fæda, & indecora, & ignominiam generat.

Richard. *Dignitas cum meritis honorifica.*

96. Magno fervore, ac ſpiritu clamat Ieremias 2. n. 12. *Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & porta ejus deſolamini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas.* Multum ſanè mirandum, cur cœlum paveat, & contremiſcat, Iſraëlitarum videns idololatriam, cùm inde potiùs maximè debebat gaudere, & lætari, quandoquidem ipſis cœlis dabatur divinus cultus, vero Deo denegatus, Ierem. 7. n. 18. *Ut faciant placentas Reginæ cœli.* Et cap. 19. n. 13. *Sacrificaverunt militiæ cœli.* Cur ergo cœli ſic pavore, ac tremore contremiſcunt, & ſtupent, ex tali honore divino delato à creatura ratio-

Ierem. 2. Ierem. 7. Ierem. 19.

nali, cùm potiùs ſuper hoc maximè eſſet exultandum. Meritò tamen inſenſibilia turbantur, & contremiſcunt, veluti quodam naturali impulſu cùm videant ſibi dari locum, & honorem ultra ſuos terminos. Eucherius lib. 4. in libr. Regum. *Turbata ergo erant elementa, turbata non officio ſed affectu, quod unicum nomen Deitatis hominum eis error imponeret, famulatumque debitum conditori cæca devotione præverteret.* Dignitas, ac præeminentia, ut honorent, debent eſſe commenſuratæ capacitati ac meritis rei, aliter non ad decorem, ſed ad labem ac turpitudinem inſerviunt. Cùm ergo inſenſibilia viderent ſibi dari locum, ac honorem ultra id quod eis erat debitum, inde pavent & contremiſcunt.

Eucher.

Dignitas ſi non proportionatur meritis indecora.

97. Moyſis mortem ſic nobis narrat ſacer text. Deuter. 34. num. 6. *Mortuuſque eſt ibi Moyſes ſervus Domini in terra Moab jubente Domino: & ſepelierunt eum in valle terræ Moab contra Phogor: & non cognovit homo ſepulchrum ejus uſque in præſentem diem.* Si verò quæras cur Deus tam alta providentia diſpoſuit, quòd ſepulchrum Moyſis eſſet ignotum omnibus Iſraëliticis, ſubtiliter reſpondet Cardin. Petrus Damian. ſerm. de Tranſlatione ſanctæ Hildelg. ſic ait, *Moyſis corpus ipſe per ſe Dominus ſepelivit, & tamen ſepulchrum ejus innoteſcere hominibus noluit, ut tollatur occaſio, ne qui tam Deo charus extitiſſe cognoſcitur, divinus honor illi ab Iſraëliticæ plebis perfidiâ prabeatur.* Tum ſollicitus extitit Deus in occultando Moyſis corpore, ne divinus honor ei à populo tribueretur; ſed ſi hæc ratio firma eſt, cur etiam Deus à populo ſuo non ablegavit vitulos, qui ſæpè ei idololatriæ fuerunt occaſio, ut in deſerto Exod. 32. n. 4. & tempore Ieroboam 3. Reg. 12. num. 28. & ſæpè. Cur ergo qui tam frequentes occaſiones vituli adorandi non amovet à populo, ſic ſedulo cavet in corpore Moyſi? Præfatus Auctor rationem aſſignat; *Ne qui tam Deo charus extitiſſe cognoſcitur, divinus honor illi prabeatur.* Magna Dei benevolentia in Moyſem hoc efficit; non enim patiebatur Deus ut homo tam ſibi charus, & amicus in tantum indecorem deveniret, ut ultra id quod erat, celebrari poſſet; & ideo tam diligenter cavit Dominus ne Moyſis cadaver agnoſcatur, ut amputaretur occaſio, ne ipſe ex indebito honore potiùs turpitudinem, quàm gloriam reportaret.

Deut. 34.

Damian.

Exod. 32.
3. Reg. 12.

Indebitus honor potiùs turpitudinem, quàm gloriam generat.

QUÆSTIO XIII.

Quare ſeniores ſunt viginti quatuor, nec plures, nec pauciores?

98. IN reddenda ratione hujus numeri difficillima quæſtio. Et primò Gloſſa in his viginti quatuor ſenioribus Doctores Eccleſiæ intelligit: *Omnes*, ait, *Eccleſiæ Doctores, nunc dicuntur duodecim propter fidem ſanctiſſimæ Trinitatis, quam annuntiant quatuor partibus mundi, nunc dicuntur viginti quatuor: quia hic numerus conficitur per ſex quatuor; ſex referuntur ad opera quæ ſex diebus fecit Deus; quatuor verò ad Evangelia: quia opera, quæ in lege naturæ, & in Evangelio fecit Deus, Doctores ipſi colunt, & explicant.* Ex quo conjice quàm ſuprema, & alta ſit dignitas Doctorum Eccleſiæ, qui coram Rege regum Chriſto Jeſu ſedeant, coronas aureas in capitibus ſuis habentes, pro ſingulari prærogativa de magno Baptiſta dici tur, *erit magnus coram Domino*; de ipſo tamen non legitur, quod habens coronam in capite coram eo ſedeat; imò de ſe ipſo ille teſtatur, quod non ſit *dignus ſolvere corrigiam calceamentorum ejus.* Unde ergo tanta excellentia, ut in conſpectu Dei coronati ſuper thronos ſedentes appareant? Tam præclari meriti eſt fidem Chriſti prædicare, docere, ac doctrinam defendere, ut illi deferatur ſummus honos, ut proximè coram Deo cum corona aurea, ac ſede aſſiſtat. Ad hoc tendit D. Gregor. in 1. lib. Reg cap. 9. *Seniores ſancti ſunt prædicatores maturi ſenſu, moribus graves, qui thronum Dei juxta poſitis ſedibus ambiunt: quia præ cæteris conditorem diligunt; per altiſſimam converſationem ei viciniùs requieſcunt.*

Gloſſa.

Maximè à Deo honorantur Prædicatores, ac Doctores Eccleſiæ.

Ioan. 1.

D. Greg.

99. Secundò, D. Hieron. in Prologo Galeato. *Priſcæ legis libri*, ait, *viginti quatuor, quos* (*ſub numero viginti quatuor ſeniorum*) *inducit adorantes agnum, & coronas ſuas proſtratis vultibus offerentes.* Quod etiam docet D. Ambr. ut retuli ſuperiori quæſt. viginti quatuor ſeniores ſunt viginti quatuor libri legis veteris. Et ſeniores habebant coronas aureas in capite, quia lex illa ante adventum Chriſti, regina erat omnium legum, quæ pro tunc vigebant in mundo. Attamen ſenes ſurgebant à ſedilibus, quia aſſiſtentia & duratio illius legis non erat fixa, ac perpetua; & ſenes procidentes mittebant coronas ſuas ante thronum, & agnum, quia omnis præeminentia ac decor illius legis ante pedes Chriſti ſubmittebatur, ad ipſum ordinabatur tanquam ad ſuum finem: & Chriſto D. apparente in mundo omnis decor, ac excellentia illius legis depoſitus, ac deperditus eſt.

D. Hieron.

Ambroſ.

Viginti quatuor ſeniores libri veteris teſtamenti.

100. Tertiò, Ioachimus Abb. quem ſequitur Petrus Galat. tenet viginti quatuor ſeniores eſſe duodecim Apoſtolos, eorum ſpirituales filios, ſcilicet Martyres, qui tempore Chriſti electi fuerunt ex Judæis uſq; ad Antichriſtum. Deinde alii duodecim ſunt, quos venturus Elias in fine mundi excitabit ex gentibus, ut cum eo contra Antichriſtum decertent; & cùm adhuc non ſunt nati, dicuntur ſenes ob eorum prudentiam, & gravitatem, vel quia, ut ait Aretas, eorum hæreditas, ac premium, præparatum eſt à Deo ante mundi conſtitutionem.

Ioachim. Galatin.

Ad tempora Eliæ refert.

101. Quartò Aureolus, & Lyranus tenent quod cœlum eſt Eccleſia militans: Dei ſedes Eccleſia Romana, in qua ſedet Summus Pontifex tanquam Chriſti Vicarius: Viginti quatuor ſeniores ſunt omnes Epiſcopi in ſuis ſedibus, id eſt Epiſcopatibus; alluditur enim ad viginti quatuor Principes Sacerdotum, ut mox dicam, qui Epiſcoporum erant typi ac figuræ

Aureol. Lyran.

Ad Eccleſiam Romanam refert.

102. Quintò. Vilalpandus part. 2 lib 4 cap. 25. exiſtimat hos viginti quatuor ſeniores repræſentare viginti quatuor Cherubinos poſitos in templo Salomonis, putat enim ipſe duodecim Cherubinos poſitos fuiſſe in Sancto præ foribus oraculi, & totidem poſitos fuiſſe in Sancto Sanctorum circa Arcam: ſed hoc nullum habet fundamentum, nec in Scriptura, nec in Joſepho, nec in aliquo auctore antiquo.

Vilalpand.

De Cherubim in templo.

103. Sextò Alcazar per hos viginti quatuor ſeniores intelligit Sacerdotes: nam hi Presbyteri dicuntur,

Alcazar.

dicuntur quod idem eſt ac ſeniores, & in Eccleſia thronos habere, ac regnum:habent enim
De Sacerdotibus interpretatio. poteſtatem ligandi, ac ſolvendi, unde portant coronas in capite: olim enim judices coronati ſedebant ad judicandum, ut teſtis eſt Demoſthenes. Habent phialas aureas,ideſt,calices, & vaſa ſacra, in quibus Deo offerunt ſacrificium, & ſimul cum ſacrificio orationes fidelium: amicti ſunt veſtimentis albis, propter caſtitatem,quam voto colunt,& qua inter fideles debent excellere,Deoque proximi ſunt, tum dignitate,cùm Dei in terris vices agant; tum vita, quia inter omnes Eccleſiæ fideles debent eſſe digniſſimi;ut tanquam Deo proximi ab eo recipiant reſponſa,ac proinde de eis intelligi poteſt illud Ezechiel.3.n.17.*Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſraël, & audies de ore meo verbũ & annuntiabis eis.* Debentque ſemper eſſe in conſpectu ſedis divinæ, nec ab ejus præſentia recedere, inde tales ſe præbeant Presbyteri, ut digni inveniantur, ut ſint in conſpectu Dei.
Ezech 3.

104. Pererius. Menoch. Corn. Septimò,Pererius, Menochius,& in hac ſententia eſt etiam Cornelius à Lapide, dicunt quod per hos viginti quatuor ſeniores intelliguntur inſigniores, & illuſtriores ſancti cœleſtis curiæ, ac proinde inducuntur in hac viſione,non ut judices, ſed ut conſcii,ac interpretes myſteriorum divinæ omnipotentiæ, dicuntur autem ſenes ob ſuam antiquitatem,gravitatem, ſapientiam,ac prudentiam, ſicut & veſtiti albis ob innocentiam, & puritatem, ſed hæc ſententia ſicut & præcedens Alcazaris non rectè explicat,cur ſenes appoſuerunt in numero viginti quatuor potiùs quàm in denario,vel trigeſimo.
De illuſtrioribus ſanctis interpretatio.

105. Andreas. Aretas. Haymo. Ribeira. Viegas. Octavò,Andreas Cæſarienſis, Aretas, Haymo,Ribeira,Viegas, & alii pro his viginti quatuor ſenioribus accipiunt præcipuos quoſque ſanctos tam veteris quàm Novi Teſtamenti: duodecim ſunt Apoſtoli, in quibus comprehenduntur omnes viri Apoſtolici Novi Teſtamenti, & duodecim ſunt Patriarchæ, ſub quibus comprehenduntur illuſtriores ſancti Veteris Teſtamenti. Duodenarius numerus univerſitatem deſignat:componitur enim ex tribus quatuor ductis. Tria ſignificant fidem, ſpem, & charitatem,quibus ſanctam Trinitatem in quatuor mundi plagis colimus, ex quibus in cœleſtem Jeruſalem omnes ſancti confluunt, Rupertus in præſenti pro duodecim filiis Jacob, accipit duodecim judices,qui poſt Joſue uſque ad Saül Iſraëli præfuerunt.
De Apoſtolis, ac Patriarchis.

106. *Auctoris ſententia.* Hæc ultima ſententia ſi rectè explicetur,vera,ac germana eſt. Dico ergo quòd hic conſenſus erat maximus, & ampliſſimus de re magnæ conſiderationis, quæ declaranda erat in libro aperiendo, & inde Deus apparet in throno ſupremæ, & altæ majeſtatis, ad huncque conceſſum vocantur omnes Principes familiarum,ac primates regni Dei,ſed ejus Eccleſiæ,prout amplectitur novum,& vetus teſtamentum,& ideo vocantur viginti quatuor ſeniores, non quaſi quod in cœlo ſint viginti quatuor ſancti excellentiores ac meliores,ſed quia ſynagoga cõſtabat ex duodecim tribubus Iſraël, Eccleſia fundata eſt in duodecim Apoſtolis;ut ait Clemens Alexand.lib.6.ſtromat. *Tollitur materia quæ dividebat Græcum à Judæo, ad hoc ut eſſet populus peculiaris, & ſic ambo perveniunt ad unam fidei unitatem, & ex ambobus una eſt electio,ex æquo, ex Judæis,& Græcis quatuor & viginti.* Expende illud *ex æquo.* Omnes ergo iſti tanquam principes vocantur ad conſeſſum tanti ponderis,& ſub illis typicè ſignificantur miniſtri magni Dei æterni regni,& ſalutis veluti ad exequutionem prædeſtinationis, quæ in libro eſt, qui modò donabitur Agno ad aperiendum. Nec cum his obſtat,quòd Joannes adhuc erat vivens,& inde non poterat denotari in his ſenioribus in cœlo; nam etiam infra, quatuor animalia ſignificant quatuor Evangeliſtas, ex quibus unus erat Joannes; hic enim non attenditur ad perſonas, ſed ad myſterium,& rem ſignificatam, ſcilicet ad duodecim Apoſtolos ſeu Principes Eccleſiæ.
Ad ſupremũ conſeſſum vocantur omnes principes.
Clem. Alex.

Deinde Sacerdotum familiæ à Rege Davide in viginti quatuor ſunt diſtributæ,ut per vices ſuas obirent ſacra in templo, quarum familiæ ſingulæ ſuum habebant Principem,illum nempe qui tali familia primogenitus erat, & hi appellabantur Principes Dei, Principes Sacerdotum, ut patet lib.1.Paralip.c. 24.n.5. & hi viginti quatuor typum gerebant ſupremi conſeſſus divinorum. In templo ergo ſuo, Deus in tam celebri conſeſſu nullum abeſſe patitur, ſed vult omnes adeſſe;& ſub ſpecie,ac habitu graviſſimo, & inde maximè nobilitantur, quod tanto ac tam peculiari honore non aliis communi ſublimarentur, quòd maximè ad eorum decorem, ac gloriam inſerviebat. 107.
1. Paral. 24.

De delicto ſuo populo Iſraële ait Dominus. Exod. 13.n. 21. *Dominus præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis.* Licèt per diem neceſſaria fuiſſet columna nubis ad protegendum à radiis Solis: ad quid addita eſt colũna ignis per noctem? Nonne Luna,& Stellæ ſufficiẽtes erãt, ut lumen in nocte præberent? cur maluit inſuper addere columnam ignis? Dabant quidem Luna, & Stellæ lumen ſufficiens, ſed id erat commune omnibus tam bonis,quàm malis;inde conveniens fuit,ut dilectiſſimo Dei populo, non commune, ſed proprium, ac ſingulare lumen aſſignaretur, ſub quo honorabilius iter ageret, & non ex communi, ſed ex peculiari lumine illius excellentia, ac gloria auſpicaretur. Ad quod tendit D. Juſtin. Martyr.in dialogo cum Tryphone. *Columna fulgida*,ait,*prælucebat orbi,ut ſingulari privilegio poſſitis habere lumen proprium, ac perpetuum.* Expende illud, *ut ſingulari privilegio poſſitis habere lumen proprium.* Honor,& lumen propriũ ſingulare privilegium. 108. Exod. 13.
Peculiaris honor declarat dignitatem perſonæ.
D. Juſtin.

Ut Magi ad Chriſtum venirent propoſuit eis Dominus Stellam,quæ eos ad Chriſtũ duceret, *Vidimus ſtellã ejus in Oriẽte.* Matth.2.n.2.Paſtores autem cum vigilarent in noctis medio, *Ecce Angelus Domini ſtetit juxta illos; & claritas Dei circumfulſit illos.* Luc. 2.n.9. cur Paſtoribus non ſtella,ſed Angelus? illi erant in medio noctis,& tunc in promptu erãt Stellæ, quarũ una faciè poterat ortum Solem indicare; cur ergo non Stella ad hoc eligitur,ſed Angelus? Erãt in cœlo Stellæ,ſed cõmunes omnib.tam bonis,quã malis,fidelibus, & infidelibus. In Paſtoribus repræſentabantur Chriſtianorum præſtantiſſimi, ac excellentiſſimi,inde illis peculiaris ratio fuit habenda, ut illuſtriſſimo Angelo claritate Dei fulgente,ad Jeſum adducerentur; ac Magi tunc incipientes, ac veluti ſine ratione communi ſigno advocantur.D.Gregor. Magn.homil. 10. in Evang. *Paſtoribus in Judæa*, ait, *Angelus apparuit, Magos non Angelus,ſed Stella perduxit,* 109.
Matth. 2.
Luc. 2.
Excellentiores virtute ac ratione honorabilius tractandi.
D. Greg.

Bb 2 *Quia*

Quia videlicet Judæis tanquam ratione utentibus Angelus prædicare debuit, Gentibus vero, quia uti ratione neſciebant ad cognoſcendum Dominum, non per vocem, ſed per ſigna producuntur. Gentibus communia ſigna dantur, ut per ea, quæ viſibilia ſunt, inviſibilia Dei ſcrutentur; at verò virtute, ratione præſtantes, ut excellentiores, honorabiliorem ducatum per Angelos habeant; ſitque illis Angelorum refulgens obſequium proprium, ac ſingulare.

Quæstio XIV.

Quare viginti quatuor ſedentes apparent non ſub juvenum, ſed ſeniorum ſpecie?

110. BEne advertit Viegas, quod viginti quatuor ſeniores hîc apparent ſedentes, cum tamen in Sacris litteris nuſquam Angelos ſedentes legimus apparuiſſe. Iſai. 6. num. 2. *Seraphin ſtabant.* Daniel. 7. num. 10. *Millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei.* Tobiæ 12. num. 15. *Ego ſum Raphael Angelus, unus ex ſeptem, qui aſtamus ante Dominum.* At homines hîc ſedent, Matth. 19. num. 28 *Sedebitis & vos ſuper duodecim ſedes.* Et ad Epheſ 2. n. 4. *Deus autem conſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto Jeſu.* Ecce quanta hominum dignitas propter Chriſtum, & ad quam nos evexit gloriam Deus ut tot principibus ſtantibus, ipſi in pulcherrimis thronis conſideant. Secundò notandum ex Hugone, ac Dionyſio; in antiquo templo Sancta Sanctorum nulla habuiſſe ſedilia, nunc verò manifeſtantur in cælo; nam poſtquam Dominus Jeſus introivit in Sancta non manufacta, ibi cœperunt hominum ſedes, quæ antea non fuerant.

Iſai. 6. Dan. 7. Tob. 12. Matth. 19. Epheſ. 2. *Multa gloria homines nobilitantur per Chriſtum.* Hugo. Dionyſ.

111. Quæſtio tamen principaliter inquirit, quare hi viginti quatuor ſub ſenili ſpecie apparent ſedentes? Primò, Richard. de S. Victore hoc refert, quia ut judices ſe habebant, & inde cum ſede, ac canitie apparent; quia animus quietus, & canus, ac maturus ſenſus maximè ad judices ſpectat. Richard.

112. Ex quo ſic ſubjicit ipſe Richardus. *Quod vero*, ait, *Iris primùm per circuitum ſedis Dei eſſe deſcribitur: ac deinde ſeniores per ejuſdem ſedis circuitum eſſe commemorantur, exprimit ipſos ſeniores ſupernum judicium quod inter ſe, & Deum audiunt deſcribi, ſemper debere pertimeſcere, & ipſum ſemper attendendo ſemetipſos diſtrictè judicare, & formam alios judicandi ſumere debere.* Duo ſtabant in circuitu divini throni; in primis erat Iris, deinde aderant viginti quatuor ſeniores. Et cur in primis ponitur Iris in circuitu divinæ ſedis, quam ſeniores illi? In Iride oſtendebatur judicium procedens à ſede divina, & inde Deus Judex depingitur ſedes in Iride. Vide ſuprà q. 10. n. 71. in ſenioribus vero illis denotabantur judices, ac gubernatores mundi, qui maximè ſeſe debent approximare judicio divino, & juxta illud ſe gerere, ac componere mores ſuos, ſuaſque actiones, & deinde ad aliorum cenſuram procedere, & ex modo, quo præ oculis habent divinum judicium, inde alios judicent, affectuſque ſuos regant. Richard. *Homo præ oculis habeat Dei judicium, ut inde diſcat alios judicare.*

113. Secundò, omnes iſti ſenes apparent, cùm multi juvenes magna ſanctitate florentes vita functi divinæ majeſtati adhærebunt, ſedentes ſuper ſedilia ante Dei thronum. Quomodo ergo non ſolùm ſenes, ſed ſeniores nuncupantur apparebat hic Dominus fortè ad judicium de cujus forma dicitur Dan. 7. n. 8. *Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit, & capilli capitis ejus quaſi lana munda.* Ecce Deus introducitur ſenex, & plenus dierum, ac canus; non ergo mirum, quod cum colentes etiam ſi juvenes ſint, canitie ac ſenectute ſe exhibeant, & ſeniorum numero adſcripros, quia verè Deum colit, ac ſequitur, quantum fieri poteſt ejus intendit habitum, formam, ac modum imitari, illumque ſemetipſum adaptari, illiuſque ſimilitudinem in ſe plantare, Rupert. in c. 1. Apoc. *Illud ſciendum* ait, *qua quiſquis coram iſto cano capite aſſurgit, & canis ejus capillis reverentiam facit, id eſt verba ejus dignè ſuſcipit propter hoc ipſum, quod verba ejus ſuſcipit, & meditatur; ipſe quoque caneſcit, & ſenex apellari meretur monſtratis ſapiennia, cùm dicit, ſenectus venerabilis eſt non dicitur nec annorum numero computata,* Expende illud: *Candidis ejus capilis reverentiam facit.* Quando ſcilicet eum ſequitur, & imitatur. Dan. 7. *Qui Deum colit, ac reveretur, ipſum ſequitur, & imitatur.* Rupertus.

114. Communis tamen ſententia eſt, quod licet hi viginti quatuor eſſent Angeli, in ſeniorum tamen ſpecie apparent ob eorum gravitatem, prudentiam, ſapientiam; ſic & ſenatus olim è ſenibus eligebatur, & à ſenibus ſenatus dicebatur, ut ait Cicero lib. de ſenect. *Uteretur conſilio ratione, ſententia quæ niſi eſſent in ſenibus non ſummum conſilium majores veſtri appellaſſent ſenatum.* Et licèt poſtea ſenatorum & principum filii; cum eſſent juvenes, defunctis parentibus in magiſtratus ſuccederent, tamen hi à prima nomenclatura vocabantur ſeniores, ſive ſenatores. Sic & principes viginti quatuor familiarum ſacerdotalium 1. Paralip. 24. n. 5 qui appellabantur *Principes Sanctuarii, & Principes Dei*, ſeniores dicebantur; ad quod ut vult Alcazar alludit Pſal. 106. n. 32. *In Cathedra ſeniorum laudent eum.* Et hinc videtur quod vox Hiſpanica *Señor* derivetur à Gottico nomine *Sior*, quod dominum ſignificat, ut docet D. Aug. Epiſt. 178. Multi alii, & fortaſsè probabilius, *a ſeniore* derivatum dicunt. Cicero. *Senes in multa veneratione.* 1. Parap. 14. D. Auguſt.

115. Quartò, Pineda in Job. 19. verſ. 5. Quod ſapientiſſimus Deus, qui nullius conſilio eget, pro noſtro documento, formam optimi Principis præbens, hos ſeniores habet veluti in conſilio, Canit David Pſalm. 88. n. 8. *Glorificetur Deus in conſilio ſanctorum, magnus & terribilis ſuper omnes, qui in circuitu ejus ſunt* Et ſtatim ſubdit: *Et veritas tua in circuitu tuo.* Tunc Deus dicitur glorificatus, ut exponit Pineda, cùm hi ſeniores, in conſilio aſſiſtunt; & ſubditur: *Et veritas tua in circuitu tuo.* Ac ſi tunc magis ejus veritas, fidelitas, ac ſapientia, & glorificatio innoteſcit, pateſit, & ideo dicitur glorificatus in conſilio Sanctorum. Pineda. *Deus nos docet conſilio ſeniorum uti.* Pſalm. 88.

116. Ex quibus bene etiam infertur, quales debeant eſſe principum conſiliarii; nempe primò *aſtent* jugiter Principi, & ſemper ei ad manum ſint tanquam in circuitu. Secundò, *ſenes*; ſint experientia, prudentia pollentes. Tertiò circumamicti

proprietates boni conſiliarii.

amicti, *candore*, & ſinceritate. Quantò, *coronas habeant in capite*, præditi animo regali, & libertate ſuggerendi, pronuntiadique quod rectum, & juſtum judicaverint. Quintò, *ſedentes*, ſint animo quieto, & ſereno, & non præcipites in negotio ne qualibet re perturbentur. Sextò, procidant ante thronum, non ſint tenaces judicio, ſed illud Principi ſubdant. Septimò, rigido ſilentio & ſecreto relinquant *librum* arcanorum *obſignatum*. Octavò, nullus ſe intromittat ad *librum* reſerandum, ſed omnes permittant Agno, ut illam aperiat, ſapiens enim miniſter non vult abditos ipſius Regis ſenſus penetrari, ac ſcrutari, pluſquam ei datur.

117. *Deus ſuo exemplo nos movet ad conſilium agendum.*

Ad ſcopum noſtrum. *Et in circuitu ſedis ſedilia viginti quatuor: & ſuper thronos viginti quatuor ſeniores.* Quamvis in infinitum excellat Divina ſapientia beatas illas mentes Angelos videlicet ſeniorum nomine denotatos, tamen pro noſtra informatione videtur cum eis concilium celebrare, & hos ſeniores tanquam conſiliarios adhibere ad rectam univerſitatis gubernationem, ſic in exordio rerum ad creationem Adami tanquam ex ſenatus conſulto inter tres Divinas Perſonas, ait Æterna ſapientia, *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Geneſ. 1. num. 26 quod ponderans Tertullian. lib. de Reſurrect. cap. 6. ait: *Recogita ad Deum occupatum eſſe ac deditum manu, ſenſu, opere, conſilio: & ipſa in primis affectione quæ lineamenta dictabat.* Magnum de re magna conſilium à ſanctiſſima Trinitate initum erat, cùm fortuna Adami univerſa excuteretur antequam fieret. Occurrebant inibi, Adami ſcelera, ſcelerum medicamenta, Medici labores; ſed re lentè excuſſa, decretum eſt ut Adamus conderetur, & adornaretur bonis plurimis. Rupertus lib. 2. in Geneſ. cap. 1. ibi. *Noſtra*, ait, *in medio cauſa poſita eſt, & inde conſilium habitum, ut unaquæque perſona ſui operis partem ſuſciperet.*

Geneſ. 1. Tertull. Rupert.

118. Cùm populus eſſet in deſerto *Sin*, & ob magnam aquarum penuriam audacter populus commotus contra Moyſem murmuravit, cur eos fecerit exire de Ægypto, ut eos in illa vaſta ſolitudine occideret, & quaſi deventum eſt, ut Moyſes clamavit ad Dominum dicens. *Quid faciam populo huic, adhuc paululum, & lapidabit me.* Sic atrociter, ac probroſè contra Moyſem actum eſt, tunc *ait Dominus ad Moyſem ſume tecum de ſenioribus Iſraël: & virgam, qua percuſſiſti fluvium, tolle in manu tua, & vade. En egò ſtabo ibi coram te ſuper petram Horeb.* Exod. 17. num. 5. Quorſum hîc ſeniores populi ſecum comites ſumere jubetur Moyſes? Ipſe ſecum defert virgam tantorum miraculorum patratricem; ei præſentia Dei pollicetur ſuper petram, ut ipſa percuſſa larga aquarum fluenta præbeat ad populo ſitienti ſubveniendum; ad quid ergo Moyſes ſecum adducet ſeniores? etiam ipsũ miraculum pro totius populi ſalute perpetratum, & ex Dei juſſione, ac cum ipſa præſentia Dei, & cum virga tantorum miraculorum operatrice, non vult Deus fieri, niſi ſeniorum interveniente conſenſu; ut undique ab omnibus ſit approbatum, omnibuſque proficiat Lippomanus: *Antecede populum*, ait, *præire enim debet fidelis dux, & non præmittere: nihil ſine conſenſu, & favore ſenniorum tentare, ſi modò velit proficere cum fructu, & perficere feliciter cœpta.* In re magni ponderis valdè neceſſarius ſeniorum conſenſus, quamvis enim miraculum eſſet maximè exoptatum, Dei imperium vigeret, Dei præſentia adſit, virga miraculorum mater aſportetur; adhuc ſeniorum conſenſus, & favor requiritur. *Si modò velit proficere cum fructu, & proficere feliciter cœpta.* Ut cum ſeniorum conſenſu operationes Moyſis eſſent in majori reverentia apud populum, illique magis acceptæ, ac gratæ.

Exod. 17.

Seniorum conſenſus in magnis operibus neceſſarius.

Magnus Paulus poſt quatuordecim annos veniens Ieroſolymam, adit Petrum & Jacobum, & ſuum de fide docenda modum explicat, & cum eis confert ſuam doctrinam, ſuumque Evangelium. *Et contuli cum illis Evangelium, quod prædico in gentibus.* Aò Galat. 2. n. 2. Paulus raptus ad tertium cœlum, ab ipſo Divino Spiritu maximè illuſtratus, ac illuminatus, ut eſſet Doctor gentium ac magiſter totius Eccleſiæ, ad quid veniens Jeroſolymam confert ſuum Evangelium, ſuamquè doctrinam cum Petro, & Jacobo? Tertull. lib. 5. contra Marcion. cap. 3. *Adeo ab illis probari deſideraverat.* Paulus tam magnus admodum prudens eſt, nec ſibi fidit, niſi Petrum conſulat, & ne à communi modo docendi aliquantulum diſcedat, communes magiſtros adit, ut cum illis ſuam doctrinam conferat. 119.

Galat. 2

Nec ſibi Paulus fidit, niſi Petrum conſulat. Tertul.

QUÆSTIO XV.

Quare viginti quatuor ſeniores induti veſtibus albis coronas aureas habent in capite?

PRimò dicitur de his ſenionibus, quod habeant veſtes candidas, deinde coronas aureas in capite. Per veſtes albas, Gloſſa ac Viegas interpretantur virtutes, quibus ſancti teguntur, & albent; Richard. de Sancto Victore integritatem, ac rectitudinem boni operis; Pannonius, & Richelius caſtitatem, ac ſapientiam Dionyſius Carthuſianus caſtitatem; Rupertus æternam jucunditatem, & alii corporis gloriam. Tamen cum infra Joannes byſſinum, quo ſponſa Agni albet, interpretetur juſtificationes ſanctorum, veriſimiliùs nobis videtur per hæc candida veſtimenta virtutum ornamenta intelligi. 120.

Quid ſignificet veſtis candida. Gloſſa. Viegas. Richard. Pannon. Richelius. Carthuſ. Rupert.

Ex quo fit quàm aptè hi ſenes introducuntur tanquam conſiliarii ſupremi Regis, quia conſiliarii debent eſſe animo puro, & quieto, ac etiã regali dignitate fulgentes cum coronis aureis, quia ſolùm ubi eſt puritas, animi integritas, vitæ dignitas regalis fulget, vel etiam ut ſapientes cum coronis ſe exhibent; corona enim ſignum ſapientiæ erat, & ſolùm ubi eſt vitæ puritas, invenitur ſapientia. Divus Bernardus Senenſis in Prælato, ait debent eſſe quatuor, ſcilicet maturitas *ob id vocantur ſenes*; tranquillitas, *propter hoc dicuntur ſedentes*; vitæ puritas, *& ob hoc ſunt circumamicti ſtolis albis*, ſapientiæ perſpicacitas, *& ideo habent coronas aureas.* Similiter Cælius Pannonius, *Nihil æquè*, ait *in populi judicibus flagitat Deus ac ſapientiam, cum morum integritate, ac juſtitia; ergo corona* 121.

Puritas conveniens Regibus, ac ſapientibus. D. Bern. Pannon.

aureæ in capitibus judicum viſæ ſunt, qui circumamicti veſtimentis albis erant, quia videlicet ſapientiâ ſæculari præminere debent, & vitâ caſtimoniâ, ad hoc ut juſtitiam teneant judicando, in quo caſti eſſe debent, cautique ut non deſpiciamur.

12. *Beatitudo patria æterna.* Secundò, rectè cùm dicuntur veſtimenta alba ſimul, & coronæ aureæ in capite; per veſtimenta alba virtutum ornamentum ac puritas indicabantur, per coronam auream beatitudo illis ut præmium correſpondens; ſed quæ ſimilitudo coronæ aureæ cum gloria? aurea dicitur ob illius excellentiam, & præſtantiam, & beatitudo etiam cum corona aſſimilatur, quæ cum ſit orbicularis, fine caret, ad denotandum gloriam finem non habituram, ſed æternam eſſe. D. Bonavent. tract. de ſeptem donis Spiritûs ſancti, cap. 11. *Sapientia ſuos charisſimos inebriat & patria regnare facit; dicens illud.* Proverb. 8. Per me reges regnant, *Regnantes autem coronas aureas habent in capitibus, rotunditas autem coronæ ſignificat illius regni æternitatem.* Prov. 8.

113. *In cœlis perpetua lætitia.* Tertiò, veſtimenta alba ſunt ſigna, & indices lætitiæ, ac jucunditatis; coronæ aureæ ejus perpetuitatem, ac æternitatem indicant; tum quia coronæ ſunt orbiculares fine carentes, deinde quia aureæ; nam aurum, ut dixi cap. 1. nec ævo, nec igne conſumitur. De veſtibus albis Andreas Cæſarienſ. ſic ait: *Candidæ ſtellæ ſymbolum ſunt perpetuæ fœlicitatis, ſolidæque lætitiæ qua Beati potiuntur.* Andreas.

114. Andr. Cæſ. Corn. Apoc. 5. Quartò, citatus Andreas Cæſarienſ. per coronas juſtorum præmia, ac retributiones interpretatur, ſic & ait Cornelius, quod coronæ notant eorum victoriam, & trophæum; quid eſt quod quando ſeniores apparent *ſedentes ſuper thronos circumamicti veſtibus albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ*, tunc Deus in eorum medio reſidens tenet in manu librum, ut ipſe Joannes explicat cap. 5. num. 1. *Et vidi in dextera ſedentis ſuper thronum librum ſcriptum.* Cur quando Deo aſſiſtunt vicini ſeniores ſedentes ſuper thronos veſtiti veſtimentis albis, ob ſuum eximium virtutum ſplendorem, habentes coronas in capite in ſignum ſui eximii honoris ac dignitatis, Deus in ſublimi ſede reſidet, tenens librum in manu. Ad quid liber iſte? Andreas Cæſarienſis, & Aureolus autumant, quòd in illo libro opera ſunt acfacta omnium hominum. Ideo quando ſeniores in tam nobili loco, cur purpura, & corona aſſiſtunt Deo proximi? hic liber in manu Dei cernitur, ut fiat evidens, quod ſenes ad tantum apicem evehuntur non effectu impellente, ſed recto judicio illorum facta diſcutiente, quæ in illo libro exarata erant, & apertè legebantur, Andr. Cæſarienſ. *Per ſeniores, ait, accipiuntur viginti quatuor, qui actione, & cognitione præ cæteris excelluerunt.*

Andr. Cæſ. *Perfecta dignitas confertur non affectu, ſed meritis.* Andreas.

115. Richard. Quintò, Richardus lib. 2. in Apocal. part. 2. cap. 2. *addubitans*, ait, *in capitibus habens coronas in mundo, ſperando; in cœlis, poſſidendo gloriam.* Exprimebantur per hoc ſeniores ſancti, qui in hac vita indefeſsè Deo aſtant, ſed illud maximè expendendum quod jam coronati apappareant. Corona enim non venit niſi poſt finitam hujus vitæ militiam; quomodo ergo qui adhuc erant in certamine, coronis jam inſigniti erant cùm coronas in patria eſſent habituri, illaſque à Deo ſperarent, jam in præſenti quaſi in capitibus poſitas habebant; ſic certa ſunt quæ in Deo nituntur, ac ſic jam in poſſeſſione ſint. Pendens Jeſus in cruce, ait Latroni, Luc. 23. n. 43. *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Aliqui nomine paradiſi cœlum intelligunt. Quomodo ergo potuit latro ipſa die eſſe in cœlo, in quo tunc Jeſus non fuit. Theophyl. in catena Græca apud Lucam ſic ait, *Alii autem dixerunt, quòd latro nondum ſortitus ſit in paradiſo, ſed quia invariabilis ſit, & fallere nequeat Dei promiſſio, ideo dictum eſſe: hodie mecum eris in paradiſo, Eſt enim hæc ſpecies phraſeos in verbis Domini, ut de futuris loquatur: tanquam de iis, quæ jam fiunt.* Sic certa ſunt, quæ à Deo ſperantur, ut habita reputentur.

Quæ à Deo ſperantur habita in poſſeſſione reputantur. Luc 23. Theoph.

Sextò & maximè ad litteram, ſeniores habent coronas in ſuis capitibus, per quas non tantùm indicatur eorum victoria, & triumphus, ſed potiùs illorum dignitas, & excellentia; nam cùm Deus ſit ſupremus, & altiſſimus omnium Monarcha, ſub ſe habet multos Reges, qui ad ejus conceſſum, & ſenatum vocantur. Qui enim Chriſto adhærent, eique intimo amoris affectu ſerviunt, reges fiunt, ac conſtituuntur. 116.

De Chriſto Domino decantat Regius Vates Pſ. 44. n. 3. *Diffuſa eſt gratia in labiis tuis; propterea benedixit te Deus in æternum.* Et poſt pauca ſubdit, *unxit te Deus oleo lætitiæ præ participibus tuis.* Duo manifeſtantur in meo Jeſu, dicitur benedictus à Patre, deinde, unctus. In benedictione, *Benedixit te Deus*, intelligitur filiorum adoptivorum propagatio, ac multiplicatio, Geneſ. 1. num. 28. Primis parentibus *benedixit Deus, & ait: creſcite, & multiplicamini.* Ad quid deinde unctio fuit addita? Ut oſtendatur differentia filiorum Adam, & filiorum Jeſu; qui enim ab Adam veniunt ut à ſervo, & peccatore naſcuntur in miſera ſervitute. *In ſervitute generans.* Qui autem ſunt à Jeſu, ut à ſupremo Rege uncto veniunt, ut jam non ſint ſervi, ſed filii, & Reges, & ideo in Chriſto adnatur benedictio, ſeu multiplicatio filiorum; cum unctione, & dignitate regali. Rupertus lib. 1. de operibus Spiritus ſancti cap. 3. *Jeſu autem, ait, ad quid Deus benedixit? Ad quid illum unxit oleo lætitiæ præ participibus ſuis? Nimirum ut & ipſe creſceret, & proficeret uſque ad dexteram majeſtatis, & omnia ſubjicerentur illi, multiplicareturque in filiis ſuis, imo in fratribus ſuis, filiis Dei, filiis adoptivis; ad hoc benedixit hæc benedictione regali. Omnes quippe, qui ejus benedictione creverunt, Reges ſunt; unde dicunt, feciſti nos Deo noſtro regnum.*

117. Pſ. 44. Geneſ. 1. *Chriſtus ſuos amatores facit reges.* Rupert.

Dicitur Cantic. 6. n. 7. *Sexaginta ſunt Reginæ, & octoginta concubinæ, adoleſcentularum non eſt numerus.* In tres partes totum myſticè cœleſte regnum dividitur. Et unde venit, quòd quædam ſint Reginæ, & aliæ concubinæ, & adoleſcentulæ? Unde hæ fiunt Reginæ? ex eo nempe quod metu excluſo intimo amoris vinculo Deo copulantur, inde ex tali conjunctione regali corona reſplendent. D. Nyſſenus homil. 15. in Cantic. *Quæ igitur, ait, per affectionem quandam perfectiorem, deſiderio incorruptæ integritatis cum Dei puritate quaſi commiſceantur, Reginæ propter regni ſocietatem appellantur.*

118. Cantic. 6. *Ex intimo amore Dei Reges fiunt.* D. Nyſſen.

QUÆSTIO

Quæstio XVI.

In quonam tempore ſeu inſtanti ſeniores ſedentes habebant coronas in capite, nam cum ſine requie animalia darent gloriam Deo, ipſi mittebant coronas ante thronum?

129. Grandis difficultas ſeſe nobis offert: nam in præſenti ait Joannes, quod *ſup r thronos viginti quatuor ſeniores ſedentes, & in capitibus eorum coronæ aureæ.* Et tamen verſu 8. quatuor animalia deſcribuntur inceſſanter Deo canere laudes, & Cantica. *Et requiem non habebant die, ac nocte dicentia Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c.* Et tamen numero nono & decimo de ſenioribus dicitur: *Et cum darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem ſedenti ſuper thronum, & viventi in ſæcula ſæculorum: procidebant viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viventem in ſæcula ſæculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronum.* Ecce difficultas, quomodo hæc cohærere poſſunt; nam Evangeliſta teſtatur, quod ſeniores ſedentes ſuper thronos habuiſſent coronas aureas ſuper capita, & quòd animalia inceſſanter ſine requie die ac nocte dum decantarent divinas laudes illud Tryſagium intonantes, ſeniores coronas ante thronum deponebant; ergo nullum eſt inſtans aſſignabile, in quo ſeniores coronas ſuis capitibus ſuper poſitas haberent, cùm nullum aſſignari valeat inſtans, in quo animalia à divinis decantationibus ceſſaverint.

Difficultas quæſtionis.

130. Reſpondeo primò, quod coronæ illæ, ut hîc habet Andreas Cietenſis denotabant horum Sanctorum egregias virtutes, ac victorias, quibus coronati ſunt à Deo Quomodo ergo coronas deponunt? deponebant quidem ante ſedentem in throno, ut denotarent, victoriam, quam de mundo, carne, ac vitiis retulere, & gloriam ac coronam, quam exinde poſſident, non ſibi, ſed Deo tribuendam eſſe, & cùm coronas ſuas Deo referant, inde maximè illis coronantur, ac condecorantur. Anſbertus. *Inferius*, ait, *coronas ſuas ante thronum ſeniores poſuiſſe dicuntur, ideſt victoriam, qua de mundo, ac mortis principe triumphant, Deo aſſignaſſe.* Quod etiam habet Joannes Caſſianus collatione ultima cap. 1. de Abbate Abrahamo. *Si qua, ait, proinde gloria viginti quatuor ſeniores ob inſtitutionis ſuæ meritum fuerint coronati, illi qui pro ſalute mundi immolatus eſt, Agno ſubjectis ſunt capitibus oblaturi: ipſe enim & illis tam eximium ſenſum, & nobis qualemcumque ſermonem, quo tanta profunditas promeretur, propter honorem nominis ſui donare dignatus eſt; & neceſſe eſt ut ad auctorem bonorum omnium muneris ſui merita referantur, cui hoc ipſo debetur amplius quò magis ſolvitur.*

Andreas.

Iuſti ſua merita Deo tribuunt.

Anſbertus.

Caſſian.

131. Secundò. Habent coronas in capite, utpote ſigna regalis dignitatis, & dicuntur ipſas coronas dimittere, ac projicere ante thronum, quia tanto honore ſe indignos judicabant, quantò enim magis quis ſe reputat indignum ſui muneris tantò magis illo nobilitatur, & extollitur, & quia ſe reputant indignos corona, inde corona ſublimantur, & extolluntur, ac coronati apparent. Sic 1. Regum cap. 19. num. 21. Dum ſors de regno mitteretur, *pervenit uſque ad Saul filium Cis, quæſierunt ergo eum, & non eſt inventus*, quia abſconderat ſe & humilis refugiebat imperium, quo ſe indignum judicabat, ſed quantò magis refugit honorem, tantò magis honos eum quæſivit, ac omnium multa fatigatione, quia inde maximè dignum eum agnoverant. Joſephus lib. 6. de Antiquit. cap. 4. *Quibus erat dignaturus quærendum ſe, non ſine eorum fatigatione fecit.*

Qui ſe indignum dignitate judicat, illius eſt dignus.

1. Reg 10.

Joſeph.

132. Tertiò, ait Evangeliſta quod *viginti quatuor ſeniores procidebant ante ſedentem in throno, & mittebant coronas ſuas ante thronum,* Quod nihil eſt aliud quam divinam majeſtatem ſedentem in throno revereri, propriam ſuam vilitatem recognoſcentes. Quid ergo mirum quod coronas ſuper capita repoſitas habeant, nam quod in Dei cultum datur, maximè lucratur, ac magno fœnore poſſidetur ac habetur, & idem eſt eas in Dei cultum, ac reverentiam abjicere, ac eas ſuper capita ſua elevare, nam quod in Dei honorem, ac cultum damus in multum noſtrum decorem cedit: ad quod forte reſpicit hîc Richardus Victorinus. *Sanè coronati illi*, ait *qui ante Divini Agni thronum proſtrati conjacent.*

Quæ ob cultum Dei damus maximè poſſidemus.

Richard.

133. Quartò, Rectè noſter Joannes dixit has coronas ſeniorum capita ornare, ac ante thronum in pavimento dimitti, quia idem eſt humiliter propter Deum ſe abjicere, ac regio diademate coronari. Optimè ergo cohæret ſemper ſeniores capita ſua cum coronis inſignita habere, & ante thronum ſedere, cum eo quod ſtatim refert Evangeliſta, quod procidebant coram ſedente in throno mittentes coronas ſuas Nam idem eſt propter Deum coronam dimitere, ac illâ ſublimari, ſedere in circuitu throni, ac humiliari; & uno verbo totum dicam; Sic Deus humiles exaltat, ut ſpontanea abjectio, certa via ſit ad regium diadema. Quod dixit eleganter Divus Chryſoſtomus homilia de Joſepho, de ipſo miniſtrante in domo Putiphar, ſic ait: *Miniſtrat ut ſervus; ut famulus parat, domeſtica complet officia, nec obſequendo deeſt in aliquo, ut humilitate perciperet, quidquid illi ingenuè neceſſitatis gloria præſtitiſſet.* Expende illud, *humilitate perciperet*: gubernaculum, ac clavum totius Ægypti.

Qui ſe dejicit propter Deum coronatur.

D. Chryſ.

134. Ut compleretur numerus duodenarius Apoſtolorum, unus ex diſcipulis erat eligendus qui tam alta, & ſublimi corona eſſet inſignitus, ut dicitur Actorum 1. num. 23. *Statuerunt duos, Joſeph, qui vocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt Juſtus, & Matthiam: & cecidit ſors ſuper Matthiam, & annumeratus eſt cum undecim Apoſtolis.* Ecce relinquitur Juſtus, & eligitur Matthias, qui teneat Eccleſiæ culmen, & apicem, ut cum ſederit Dominus in ſede majeſtatis, ipſe etiam ſedeat ſuper ſedem ſuam. Quid habet Matthias, quod in tanto honore præferatur ei, qui juſtus dicebatur? Matthias idem ſonat, ac parvus Dei, ſeu humilis, & cum ipſe inter omnes ſe humilem, ac parvum reputaret, non multùm mirandum quod in regno Chriſti ad ſummum Principatum ſit exaltatus, & inter duodecim Apoſtolica aſtra radiat, quia

Actor. 1.

Humilitas nos elevat ad alta ac ſublimia.

ſuper omnem juſtitiam, & virtutem humilitas ad ſupremum, & altum culmen elevat, & ducit. Ait Arator lib. 1. in Acta.

Arator.

Conſtituere duos : Joſeph , cognomine Juſtum
Matthiamque , Dei parvum , quod nomen, ut aiunt ,
Hebræo ſermone ſonat , humilemque vocando
Comprobat , ô quantum diſtant humana ſupernis
Judiciis , parvi meritò tranſcenditur ille,
Laude hominum , qui Juſtus erat , duodena refulgens
Signa chori, terriſque jubar jaculatur Olympi.

135. Ad Primatum , ac regnum Iſraël obtulit Iſai ſeptem præſtantes filios Samuëli , quibus in omnibus natura primas dederat , poſt quos rejectos , ipſe Iſai fatetur : *Adhuc reliquus eſt parvulus , & paſcit oves.* Primo Regum. 16. numero 11. Quid tunc parvulus hic , & fratrum minimus eligitur ad regnum , ac coronam. Quo ſpectans eleganter D. Baſilius Seleuc .orat. 14. *Quos primos natura produxerat , primos dejici cogebat gratia.* Non ii , qui primis naturæ radiis fulgent ac ſublimantur , ſed qui parvuli ac contemptibiles habentur , vocantur à gratia Chriſti ad principatum , ac culmen ; nam faſtu ſuperbiæ dejicitur homo humili abjectione aſcendit , & elevatur.

1. Reg. 16.

Baſil. Seleuc. *Gratia ad principatum evolat humiles , rejicit ſuperbo..*

Apoc. 4 *n.* 5. Et de throno procedebant fulgura, & voces & tonitrua : & ſeptem lampades ardentes ante thronum, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei.

VERSIONES.

Syrus. Et à throno exeunt fulgura , & vox tonitruum, & ſeptem lampades ignis ardentes ante thronum.

Vatab. Arias. Et de throno procedunt tonitrua , & voces.

Victorinus. Septem faces ignis ardentis.

Aretas. Septem lampades accenſæ.

Arabicus. Aderantque ſeptem faces igneæ.

EXPOSITIO V.

136. ET *de throno* , nempe Dei ; non autem ſeniorum ſedentium ; & ideò ait de throno , non de thronis , *Procedebant fulgura , & voces , & tonitrua.* His enim ſymbolis declaratur potentia , majeſtas ac magnificentia Dei , quod diſtributivè tam in cœlo , quàm in terra , ac inferno. Sic intelligo , in cœlo *per fulgura* lucem , ſplendorem , ac lumen gloriæ ; per *voces* in terra , voces nempe Prædicatorum , ac Doctorum : in inferno verò per *tonitrua* horrifica , ſupplicia nempe , ac pœnas , quas in damnatis infert.

Et ſeptem lampades ardentes ante thronum. 137.
Quid autem his lampadibus ſignificetur , ſtatim indicat dicens , *Qui ſunt ſeptem Spiritus Dei.* Septem nempe primarii Angeli , quibus , cura , ac gubernatio militantis Eccleſiæ commiſſa eſt à Deo; & hi ſpiritus optimè dicuntur lampades , quia lucent Dei cognitione, qua illuminant homines , ejuſque amore ardent quo hominum corda incendunt.

QUÆSTIO XVII.

Quare de throno Dei procedebant fulgura , voces , & tonitrua ; & quid hæc ſignificent ?

DIcitur in textu quod de throno non de thronis , ut fiat evidens ac manifeſtum , 138.
quòd ſermo ſit tantùm de throno Dei : ex hoc ergo procedunt fulgura , voces , & tonitrua ad Dei majeſtatem declarandam , ſic etiam olim in *Sina* Deus ſe oſtendit , Exod. 1. numero decimo ſexto , ubi dicitur : *Ecce cœperunt audiri tonitrua , & micare fulgura.* Ubi tonitrua antecedunt fulgura ; lex enim tunc timoris erat , cùm autem nunc ſit lex amoris , cujus ſymbolum eſt ignis , proinde priùs procedunt fulgura deinde voces , tandem tonitrua , & cùm hæc ſedes ſit Dei , ſeu Chriſti Domini primùm ab eo proceſſerunt fulgura , deinde voces ? *quia Jeſus cœpit facere , & docere* : tandem in fine exeunt tonitrua , illud nempe terribile. *Ite maledicti in ignem æternum.* Quæſtio principaliter inquirit , quid hæc ſignificant , & cur dicuntur procedi à throno Dei.

Exod. 19.

Lex vetus timoris , lex gratiæ amoris.

Primò , Alcazar ſecundùm ſenſum litteralem, ut ipſe contendit , per hunc Dei thronum intelligit Chriſtianos , qui ut ipſe ait, magna Dei cognitione , vehementique ejus amore in ſuo corde ſedem Deo conſtituunt,& in animarum converſione acriter, & fortiter laborant ; ab his procedunt voces, id eſt ſermones pii conjuncti fulgoribus , & tonitruis , quia conjunctam habent cœleſtem vitam , quam ſignificat tonitruum , & ſimul piæ vitæ,& ſancti exempli illuſtrationem,quam ſignificat fulgur. Hæc tamen non litteraliter , ut putat Alcazar , ſed myſticè dicta ſunt , nec enim finis primarius Spiritus Sancti in hoc throno , in quo indicatur ejus majeſtas eſt oſtendere Chriſtianorum vitam,ſed hoc tantùm ad ſenſum allegoricum, ac myſticum ſpectat. 139.

Alcazar.

Prædicatio conjuncta cum cœleſti vita.

Secundò, D. Ambroſ. Albertus Magn. Cornelius, & alii contendunt in hoc Dei throno ſignificari Prædicatores, ac Doctores Eccleſiæ, vide in quanta æſtimatione ſint apud Deum , quod in cœlo Prædicatores Dei thronum con- 140.

D. Ambroſ. Albert. Cornelius.

ſtituant; & ſunt voces fulgura, & tonitrua voces ſunt Prædicationis, fulgura ſunt energia, & efficacia verbi Dei, hoc enim cor peccatoris penetrat quaſi fulgur, tonitrua verò ſunt minæ, gehennæ, judicii, & iræ Dei: ex quibus diſcant Prædicatores ſe jam voces, jam tonitrua eſſe pro auditorum molli vel dura diſpoſitione. Sic Joannes, & Jacobus à Chriſto vocantur *Boanerges*, id eſt filii tonitrui, Marc. 3. Deinde hæc procedunt à throno Dei, in quibus Deus reſidet, & per eos loquitur, ac jaculatur quaſi tonitrua, & fulmina, quibus corda audientium penetrat, ac ſauciat, & maximè notandum, quod dicitur. *De throno procedebant fulguras, voces & tonitrua.* Prius fulgura virtutum ad oculos, & poſtea voces, & tonitrua Prædicationis ad aures referuntur.

Qualis eſſe debeat Prædicatio.

In prædicatore prius ſplendor vitæ quam ſonus vocis.

141. Ticon. Rupert. Richard. Joachim. Viegas.

In hac eadem ſunt ſententia Ticonius, Rupertus, Richard. Joachimus, Viegas, niſi, quod hi per fulgura intelligunt miracula, quæ hi viginti quatuor ſeniores Dei virtute ediderunt. Primò dicitur, *De throno procedebant fulgura.* Quia Sancti non ex propriâ virtute, ſed ex divina faciunt miracula Secundò, quia ſicut fulgura è nubibus egrediuntur, ita è Sanctis Prædicatoribus miracula. Sic explicat S. Auguſtinus illud Pſal. 96. n 4. *Sic illuxerunt fulgura ejus orbi terræ, vidit, & commota eſt terra*: ſic ait. *Petrus forma humana nubes erat, ſplendor miraculi coruſcatio erat. Rectè autem adjungit*: Vidit & commota eſt terra. *Quia tota terra commota eſt fulgoribus de illis nubibus erumpentibus.* Tertiò, quia ſicut fulgur longè, lateque coruſcat; ita ſplendor miraculorum multos ad Chriſtum traxit, & trahit. Quartò, quia ſicut fulgur elicit pluviam, & pluvia ipſum ſequitur, ſic pœnitentia, & lachrymæ miracula, juxta illud Pſal 149. n. 7. *Fulgura in pluviam fecit*, Quintò, ſicut fulgur, aut potiùs fulmen hominem pertingit, ut ſpecie corporis exterius manente, interius ejus oſſa comminuat, imò incineret: ſic miracula homine exterius eodem manente mentem comminuunt, & commutant, ut planè alius ſit homo, quàm antea fuerat. Sextò, rectè dicitur in textu, *Fulgura, & voces.* Connectuntur fulgura cum vocibus, quia Prædicator vocibus tanquam jaculis rebelles ferit, & miraculis tanquam armis ab eis ſe defendit D. Greg. Magn. lib. 30. cap. 5. *Sancti*, ait, *verbis Prædicationis quaſi jaculis adverſarios feriunt, miraculis verò quaſi armis ſe tuentur.* Hæc omnia in throno Dei indicante ejus magnificentiam magis videntur ſpectare ad ſenſum myſticum, ac allegoricum, quàm ad litteralem.

Pſalm 96. D. Auguſt.

Fulgura denotant miracula, & multis ex cauſis.

Pſalm. 149.

D. Greg.

142. Ferrar.

Tertiò, Ferrarius ſic exponit; quòd ſignificat hîc Deus talem ſuam potentiam, & legiſlativam vim, quæ emittit in corda hominum fulgura, id eſt lumen rationis, voces, id eſt dictamen; tonitrua, id eſt ſynderesim, quæ etiam ſine extrinſeca vi ſunt, nec expectant induſtriam, aut artem hominum, at hæc maximè pertinent ad hominis creationem, non verò ad id, de quo agitur.

143. Maximè tamen, ad litteram ſic explico? quod hîc oſtenditur ſumma excellentia, potentia, majeſtas viva Dei throni; non enim eſt Dei thronus, ut eſt aliorū potentatuum, ac Regum, quod eſt quid mortuum, ac flaccidum, & nihil habet, niſi hominum induſtria accedat. At Dei thronus vivus eſt, cum ſumma potentia in cœlo, in terra, ac in inferno; & ad hoc denotandum dicitur, quod de throno Dei procedebant, *fulgura*, id eſt coruſcationes; & illuminationes, quæ fiunt in cœlo perclaram Dei viſionem, ac lumen gloriæ. Et in hoc ſenſu dicitur, *De igne fulgur egrediens*, Ezech. 1. num. 13. Secundò procedebant *voces*, nempe Doctorum, ac Prædicatorum per quam Deus multa magna, ac mirabilia operatur in terra. Tertiò procedebant *tonitrua*, nempe dura & rigida ſupplicia, ac valde terribilia, quæ damnatis in inferno inferuntur, Iſai 29. num. 6. *A Domino exercituum viſitabitur in tonitruo.* Tonitruum enim magnum ſupplicium denotat 1. Regum 17. n. 10. Pſalm. 49. n. 3. Pſalm. 103. n. 7. Job. 26. n. 14.

Dei potentia oſtenditur in cœlo terra, ac inferno.

Ezech. 1.

Iſai 29.

Quàm horrendum, ac terrificum ſit Domini tonitruum erga damnatos, inde conjici poteſt ex eo quod ait Regius Vates, Pſalm 98 n. 3. *Ignis in conſpectu ejus exardeſcet, & in circuitu ejus tempeſtas valida.* Et multò magis conjici poteſt ex alto, & profundo ſilentio, quod ipſe Dominus indicat per Iſaiam cap 42. num. 14. *Tacui, ſemper*, ait Dominus, *ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar* Quid hoc eſt ſupreme, & alte judex? ſemper tacuiſti; cujuſnam ſunt illæ horribiles voces: *Ecce ego dabo in populum iſtum ruinas.* Jerem. 6. n. 21. & illæ etiam, *Ecce ego inducam ſuper vos gladium*, Ezech. 6. n. 3. Similis eſt etiam illa timoris vox, *Ego ero eis quaſi leæna; ſicut pardus in via Aſſyriorum occurram eis, quaſi urſa raptis catulis, & diſrumpam interiora jecoris eorum, & conſumam eos ibi, quaſi leo, &c.* Oſeæ 13. num. 8. Et multæ aliæ calamitates, ac adverſitates, quæ in Scriptura paſſim conjiciuntur in impios. Quomodo ergo ait Dominus, *ſemper patiens fui?* Nonne Domine tui imperio totus orbis diluvio inundavit? Geneſ 7. num. 10. Nonne tui juſſione Sodomorum civitates conflagrarunt. Geneſ. 19. n. 24. tuoque etiam nutu, tota ferè Ægyptus mari rubro conſumpta eſt. Exod 14. n. 26. Nonne etiam Domine tu innumera alia ſupplicia emiſiſti, quibus ab orbe condito in genus humanum ſævitum eſt? quomodo Dominus & verè proteſtatur: *Tacui ſemper, ſilui, patiens fui.* Quia licet Dominus duris verbis humanum genus vulneraſſet, durioraque verbera ac ſupplicia in homines impegiſſet ſæpiſſimè; tamen hæc omnia univerſa tam minarum, quàm pœnarum exempla, ſi cum æterno ſupplicio damnatorum conferantur, non verba ſed ſilentia, non tormenta ſed blandimenta quodammodo apparebant, & ideo de ſe ait; *ſilui, & patiens fui*, quandiu in eos non fulminavit æternæ damnationis ſententiam, eoſque ad illam interminabilem pœnam adegit. 144.

Pſal. 98. Iſai. 42. Jerem. 6. Ezech. 6. Oſeæ. 13. Gen. 7. Gen. 19. Exod. 14.

Tanta eſt acerbitas æternæ damnationis, ut illius comparatione omnia alia levia ſint.

Quis poterit explicare illud horrendum tartareum ſupplicium ignis ſulphuris, frigoris, fœtoris, illudque immane ac crudele chaos gehennæ formidoloſumque tenebrarum abyſſum. In regione Geraſenorum expellit Jeſus dæmones è duobus hominibus; tunc dæmones ut ſcribit Divus Lucas 8. n. 31. *Rogabant illum, ne imperaret illis, ut in abyſſum irent*, hoc eſt in infernum, ut explicavi tomo 2. in Evang. c. 25. num. 54. Sic in hoc ſenſu paſſim abyſſus ſumitur in Scriptura Rom. 10. n. 7. Apoc. 20. n. 1. Cur ergo tam anxiè petit Diabolus, ne in abyſſum detrudatur; ſi hominibus nocere cupit, 145.

Luc. 8. Rom. 10. Apoc. 20.

cupit, ibi erit crudeliſſimus hominum tentator ibi laxatis habenis ſui odii in homines ſævire poterit, ſi ibi ardet, hîc etiam ardet; ſi ibi cruciatur, hîc etiam cruciatur. Cur ergo ſic exprobrat locum, in quo homines torquet, quod maximè ei eſt in votis? Adeò horribile, & tremendum eſt illud inane chaos, in quo nullus eſt ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat, ut omnia dura illius tormenta eligat Diabolus ſuſtinere, ab hominumque tortura ceſſare, dummodò in illo non concludatur, nec æternis illius horribilibus compedibus prematur.

Locus damnatis deputatus maximè horribilis.

Quæstio XVIII.

Dei thronus à quo procedunt fulgura, voces ac tonitrua myſticè de Beata Virgine Maria explicatur?

146. *D. Bernard.*

SIc ait Divus Bernardinus Senenſis in præſenti. *Hic thronus Benedicta Virgo dici poteſt, mirus artificio, quod pertinet ad fœcunditatem genitricis, excelſis imperio, quod pertinet ad ſublimitatem Imperatricis, pius adjutorio, quod pertinet ad pietatem mediatricis.* Ab hoc ſupremo, & alto Mariano throno procedunt fulgura, voces, & tonitrua: *fulgura*; nam ſi quis ſemotos, ac diſtantes ſcriptis ſuis docet, & illuminat, hæreticorum ora confringit, hoc totum à Mariano throno habet: *voces*; ſi quis voce, ac doctrina ſua propinquos erudit, & inſtruit, hoc totum à Maria hauſit; *tonitrua*, ſi quis alta, & ſublimia intonat, ut ille filius tonitrui: *In principio erat Verbum*; hoc totum de Mariæ ſapientia provenit ab ipſa, ut ab apotecha omnium ſcientiarum omnis ſcientia defluit. Divus Bernardus ſermone de laudibus Mariæ. *Unde Joannes in Apocalypſi*, ait, *de throno* (ſcilicet Mariæ) *procedebant fulgura, & voces & tonitrua; quia Maria filii Jeſu Chriſti parabolas, ænigmata, legalia, & mirifica geſta, dicta, opera avidiùs ebibit, fidelius credidit, ſincerius luculentiuſque aliis tradidit.*

Omnes Doctores ad Mariam referant ſuam ſcientiam. *D. Bernard.*

147. Unde altiſſimâ providentiâ ordinatum eſt, ut hæc ſacratiſſima Virgo *Maria* diceretur, nam Maria idem ſonat, ac valet *illuminatrix*, ut teſtantur Sancti Patres Divus Epiphanius ſermone de laudibus Virginis. Damaſcenus lib. 4. Fidei Orthod. cap. 15. Eucherius lib. 2. inſtitutionum cap. 2 Unde Divus Bernardus ſermone de Aquæductu, eam appellat *ſolare corpus, quod mundum illuminat.* Et Rupertus lib 4. in Cantic. ait, *Per te initium accepit ſanctum Evangelium, ut per univerſum mundum ſpiritualem irriget paradiſum*, & lib 1. de gloria, ac honore filii hominis, ait, *Tu Propheteſſa Prophetarum, & Magiſtra Magiſtrorum, id eſt Apoſtolorum, Fidei, ac Religionis Magiſtra.*

Maria illuminatrix omnium. *D. Epiph.* *D. Damaſc.* *Eucher.* *D. Bernad.* *Rupert.*

148. Ex qua ait Divus Bernardus ſermone de Nativitate Virginis Mariæ, *Altiſſimus*, ait, *eam quaſi mundum ſpecialiſſimum creavit, quam in juſtitia, & ſanctitate coram ipſo fundaret, & fluenti ſapientia irrigaret, & cœleſtibus deſideriis inſtar æris ſublimaret, & igne dilectionis accendendo illuſtraret: huic in ejus mente tanquam in firmamento Solem poſuit rationis, & Lunam ſcientiæ, & virtutes tanquam ſtellas ſpeciei omnimodæ. Solem qui lucem divinæ cognitionis faceret; Lunam quæ cum ſtellis noctem actionis ſplendidam cunctis redderet.* Cunctis ſplendorem lucis, ac ſcientiæ dat Maria. Sic ait N. D. Cyril. Alex. homil. 6. contra Neſtorium tom. 4. *Per te omnis creatura idolorum errore detenta converſa eſt ad notitiam veritatis, & fideles homines ad ſanctum Baptiſma pervenerunt; atque in toto orbe terrarum conſtructa* Eccleſiæ.

S. Bernard. *Maria omnium Magiſtra.* *Cyr. Alex.*

149. Hinc ait Eccleſiaſticus de Beata Virgine loquens capite 24. num 19. *Quaſi oliva ſpecioſa in campis, quaſi platanus juxta aquam in plateis.* Cur in campo magis, quàm in horto, vel ſylva, arbor tam ſpecioſa, ac elegans, cur non eſſet ſepibus, ac aliquo vallo communita, ad quid in campo ut fieret præda omnium tranſeuntium? Adverte olivam ſcientiarum ænigma eſſe; tum quia ab ea lux prodit, tum quia Palladi ſacrum lignum. Appellat igitur Siracides *Mariam* olivam, eo titulo declarans eam diſciplinarum præſidem eſſe, inde luculentè eam in medio agrorum collocavit; ea enim eſt differentia inter nata campis, ac viridario progenita quod illa, quæ hortorum copia producit ſolùm ad peculiares, ad divites nempe, ac Reipublicæ Optimates tranſeunt; campi autem ſunt communis juris, & ideò tam locuples, quàm pauper, omnes veſcuntur agri muneribus; proindeque egregiè, Virgo vocata eſt oliva, non qualiſcumque, ſed qualem campi omnibus indiſcriminatim producunt: nam ipſa Virgo quantum eſt ex ſe ſapientiæ donum perfectis, & imperfectis ſimul communicat neminem à luce ſapientiæ arcet, & excludit. Unde Adam de Perſona apud Tilmanum ad præfata Eccleſiaſtici verba ſic ait. *Virgo ſanè noſtra eſt oliva ſpecioſa in campis: quia gratia ejus, & miſericordia omnibus eſt communis. Cur non properatis ad oleum? Veſtrum negotium eſt quod hîc agitur: nulla ratione olivam fructiferam in campis poneret, niſi ut miſericordiam Virginis omnibus communem exhiberet.*

Eccleſ. 24. *Virgo dona ſapientiæ ex ſe omnibus communicas.* *Adam de Perſona.*

Quæstio XIX.

Quare fulgura, voces, & tonitrua quæ procedebant à Mariano throno non explicantur?

150. DIcitur in textu, *De throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua.* Cur non explicantur à noſtra ſublimi Aquila Joanne, qualia eſſent hujuſmodi fulgura, & voces, & tonitrua, cum in aliis locis hæc videamus explicata. Nam Exod. 9. num. 23. deſcribuntur *Fulgura diſcurrentia ſuper terram.* Job 38. num. 35. *Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & revertentia dicunt tibi adſumus?* Matthæi 24 num. 27 *Sicut fulgur exit ab Oriente, & paret uſque ad Occidentem.* Similiter, & paſſim voces explicantur Apocalypſ. 4. num. 1. *Vox prima, quam audivi tanquam tubæ loquentis mecum.* Apocalypſ. 14. num. 2. *Audivi vocem de cœlo tanquam aquarum multarum.* Similiter & tonitrui magnitudo explicatur, Job. 38. num. 24. *Viam*

Exod. 9. *Job. 38.* *Matth. 24.* *Apoc. 4.* *Apoc. 14.* *Iob. 38.*

Eccleſ. 43. *Viam ſonantis tonitrui.* Eccleſiaſt. 43. n. 28. *Vox tonitrui ejus verberavit terram.*

151. Quare ergo ſolùm fulgura, voces, ac tonitrua, quæ de throno Dei modò procedunt, non explicantur, qualiter lucerent, qualiter dicerent, ac reſonarent? Thronus iſte Agni Beatam Virginem adumbrat, ut dixi, ſuperiori quæſtione ex Divo Bernardo & Divo Bernardino. Meritò ergo fulgura, voces, tonitrua, & ſeptem lampades ardentes, quæ de illo procedebant, qualia exiſterent non exprimuntur: quia fulgores, ac ſplendores virtutum Beatæ Virginis Mariæ, voces laudum ejus, tonitrua magnalium, & ſeptem Spiritus Sancti dona, quibus eſt ditata, nulla eſt inventa creatura nec in cælo, nec in terra, quæ tam alta, ac ſublimia valeat aperire, ac declarare.

Maria Virginis virtutes, ac dona nullus intellectus creatus exprimere poteſt.

152. Ad ſuum dilectum, & amantiſſimum filium Jeſum ait Maria: *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Cant. 2. num. 16. O ſacratiſſima Virgo aperi nobis, quid tu ſis tuo dilecto, quid dilectus tibi? tam ſuprema, & alta dignitas, ac excellentia ſilentio non involvatur. Explica ergo quanta ſit hæc tua felicitas, ut ita omnes eam gratulemur tam tibi, quàm filio tuo; tibi pro tantis donis acceptis, illi verò pro tantis tibi collatis; ad quid tantam ſublimitatem tuam occultas? Tanta eſt ſublimitas, ac celſitudo Mariæ ut omne humanũ colloquium illi ſit impar, nullaque ſint verba, quæ eam valeant dicere, & explicare Richardus de Sancto Laurentio lib. 5. de laudibus Mariæ: *Quid autem*, ait, *ſit ille dilectus, quid illa dilectio non dicit: quia id tantùm eſt, quid ad illud explicandum verba deficiunt, & iſtud inſcrutabile eſt viatori, quia credere præcipimur, diſcutere prohibemur*, ſicut dicit Ambroſius,

Cant. 2. *Sublimitas Mariæ excedit omne humanum colloquium.*

D. Ambr.

153. Pſalm. 44. De ſuprema Regina Virgine Maria decantat Regius Vates Pſalmo 44. n. 10. *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circumdata varietate.* Quænam varietas eſt iſta, qua circumdata eſt Regina; cur non declaratur, ac exprimitur qualiſnam ſit? Quanam varietate ſit ſuprema civitas Jeruſalem? Explicatur à Ioanne Apocalypſi 21. n. 19. *Fundamenta civitatis omni lapide pretioſo ornata. Fundamentum primum Jaſpis: ſecundum Sapphirus: tertium Chalcedonius: quartum Smaragdus, quintum Sardonix: ſextum Sardius, &c.* Duodecim lapides pretioſi numerantur. Si varietas ſupernæ civitatis exprimitur, cur etiam Reginæ cæleſtis non declaratur. Dari poſſunt figuræ, & allegoriæ quibus aliqualiter ſignificetur fulgentiſſima elegantia, ac pulchritudo illius magnæ civitatis: At quanta virtute ac donorum copia Regina ſit ornata, nullus tropus, nulla figura hoc declarare valet, nulla methodus, nullaque lingua hoc exprimere ſufficit, ſed in genere, abſolutè dicitur *circundata varietate*, ſeu ut explicant Ruffinus, Caſſiodorus, & N. Incognitus omni varietate; unde doctiſſimus Idiota de laudibus Mariæ, ait: *Nec ratio cogitare, nec mens conjecturare, nec lingua exprimere valet, quanta ſit altitudo, ac ſublimitas Mariæ.*

Apoc. 21. *Excellentia Mariæ comprehendi non poſſunt à noſtro intellectu.*

Idiota.

Quæstio XX.

Quare ante thronum Dei erant ſeptem lampades ardentes, & quid ſint, ac ſignificent?

Communiter notant recentiores quòd hîc fiat alluſio ad ſeptem lucernas Candelabri, quæ erant in tabernaculo Moyſis, ac in Templo Salomonis, nempe in Sancto, quibus repræſentabantur ſeptem Planetæ, templum enim cæli typum, ac ſpeciem referebat. In cœlo veluti in templo, ac throno ſuo, reſidet Deus: unde ejus gloria divina veluti abſcondita, tanquam per lampades illuſtratur, & aliquatenus videnda proponitur, ſicut Candelabrum in tabernaculo, ante Sancta Sanctorum illud aliquatenus illuſtrabat, ut Deus reſidens in ipſo per caliginem videri poſſet: ſic etiam hîc per has ſeptem lampades Dei gloria manifeſtatur in longè auguſtiori loco, quàm in tabernaculo Moyſis, vel Salomonis templo, & ipſe Deus manifeſtatur non tantùm prout actor naturæ eſt, ſed etiam prout auctor multorum myſteriorum gratiæ, quæ in libro aperiendo continebantur. 154.

Alluſio ad Candelabrum tabernaculi, & templi.

Quæ autem ſint hæ ſeptem lampdes ardentes ante thronum Dei, ipſemet Ioannes nobis aperit dicens: *Qui ſunt ſeptem Spiritus Dei.* Difficultas tamen eſt, quid intelligatur per ſeptem Spiritus Dei? In Scriptura enim Spiritus Dei appellatur Spiritus Sanctus; & Dei Spiritus appellantur Spiritus Sancti dona, & etiam Dei Spiritus appellantur Angeli. 155.

Difficultas quæſtionis.

Primò, Alcazar per ſeptem has lampades, intelligit ſeptem divinæ providentiæ dotes, ac virtutes, nimirum ſapientia, fortitudo, beneficentia, juſtitia, patientia, comminatio, & ſeveritas; quibus Deus inſtituit, & perficit ſuos ad exactum, ac perfectum Eccleſiæ regimen: ſed hæc ſunt dona, & habitus infuſi, & proprii non dicuntur ſpiritus. Nulla urget ratio ut ad ſenſus improprios recurramus. 156. Alcazar.

Secundò, Gloſſa, Richardus. Haymo, Joachimus, & alii intelligunt Spiritus Sancti dona, quibus juſtorum mentes illuminantur Dei cognitione, ac inflammantur ejus amore; & rectè dicitur; *ſeptem lampades ardentes ante thronum.* Per thronum à multis intelligitur Eccleſia, quia talia dona non dantur niſi his, qui ſunt in Eccleſia Dei. Haymo: *Quia Spiritum Sanctum habere non poſſunt quicumque extra Eccleſiam ſunt.* Vel lampades ante thronum, quia illa omnia dona conferunt ad commune bonum, ac utilitatem Eccleſiæ. Joachimus. *Illa dona*, ait, *ſpecialia ad multimodam Eccleſiæ utilitatem ſunt; unde & ante thronum ardere dicuntur.* Hæc ſententia, quamvis ſit probabilis ſuam habet difficultatem, nam Spiritus Sanctus prout ſua dona communicat, potius eſt in throno, quàm ante thronum, ut jam dixi cap. 1. quæſt. 16. num. 119. 157. Gloſſa. Richard. Haymo. Joachim.

Spiritus Sancti dona his qui ſunt in Eccleſia.

Tertiò, Magiſter Joannes de la Haye per hunc ſeptenarium numerum intelligit multitudinem Angelorum juxta illud Danielis 7. *Millia millium* 158. La Haye. Daniel. 7.

millium aſſiſtebant Divinæ Majeſtati, nam hoc maximè exprimit ſupremam potentiá,& celſitudinem Dei. Hæc etiam ſententia vim infert literæ, cùm per ſeptem ſpiritus omnes intelligat,cùm habeamus ex Scripturis, quòd ſeptem ſunt principaliores Angeli ante Dei thronum.

159. Aretas. Viegas. Cornelius. *Primarii Angeli accendant, & illuminant, ac communicant cœleſtia dona.*

Quartò,& maximè genuinè. Aretas,Viegas, Cornelius,& alii, qui hoc etiam tribuunt Irenæo,& Clementi Alexandrino; qui omnes intelligunt ſeptem primarios Angelos, quibus commiſſa eſt cura Eccleſiæ, & hominum præſertim fidelium, qui tanquam lampades ardentes in tenebris lucent Dei cognitione, ejúſque amore ardent,& illuminant, & accendunt homines cognitione, timore, pariter, ac amore Dei,eorumque miniſterio communicantur nobis cœleſtia dona: & in hoc ſenſu de his primariis ſpiritibus explicat Arias Montanus illud Zachariæ 4. n. 2. *Vidi & ecce Candelabrum aureum totum, & lampas ejus ſuper caput ipſius, & ſeptem lucernæ ejus ſuper illud: & ſeptem infuſoria lucernis.* Candelabrum illud repræſentabat Eccleſiam, ut docent Divus Hieronym. D. Cyrilius Remigius, Rupertus & alii. Et in capite, ac ſummitate hujus Candelabri erat illius lampas,ſeptem nempe lucernæ cum ſeptem infuſoriis; non erat hoc Candelabrum ut eſt apud nos;quia ſic lucent ejus lucernæ, ut in ſe oleum conſumant; at hæ lucernæ ſic ardent, & lucent,ut ſimul eſſent infuſoria,ut aliis communicarent, in quo exprimebantur hi ſeptem primarii Angeli qui ſic lucent, & ardent Dei cognitione ac amore,ut oleum divinæ cognitionis; & amoris aliis miniſtrent. Arias Montanus: *Et ſeptem lucernæ ejus, & ſeptem infuſoria.* Sic ait, *Hoc nihil aliud nobis ſignificat, quàm cœleſtes Spiritus certis ordinibus diſtinctos, atque ad divina beneficia Eccleſiæ miniſtranda deputatos; nonne omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis? Res gratiæ, & aliorum divinorum beneficiorum uſum, per Angelos tanquam miniſtros Eccleſiæ gigni,ſuppeditarique ſignificat.*

Zachar. 4. D. Hieron. D. Cyrill. D. Remig. Rupert. Arias.

160. Zachar. 4.

De lapide illo,qui erat in manu Zorobabelis ait Zacharias 4. num. 10. *Septem iſti oculi ſunt Domini, qui diſcurrunt in univerſam terram.* Septem iſti oculi ſunt ſeptem primarii Angeli, ut exponunt Ribeira, Sanch. & Cornel. quorum ſedulitati, ac fidei rerum humanarum adminiſtratio commiſſa eſt,& rectè dicuntur oculi Domini ob ſummam vigilantiam, quam habent ſuper totum orbem, ut cunctis bona provideant, ſicut Diaconi ſunt oculi Epiſcopi, & exploratores oculi ducis,& ut præfecti ac Conſiliarii, oculi Regis.

Ribeira. Sanchez. Corn. *Angeli invigilant ſuper noſtram ſalutem.*

161. Joan. 20. *Ex Angelorum cuſtodia omne periculum abeſſe dignoſcitur.*

Maximè ſancti Angeli invigilant in noſtrum bonum. Poſt Reſurrectionem Domini ait, Joannes 20. n. 11. *Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinavit ſe, & proſpexit, & vidit duos Angelos in albis ſedentes, unum ad caput, & unum ad pedes, ubi poſitum fuerat corpus Jeſu.* Ad quid Angeli apparent vacuo monumento? Cur non magis extra monumentum ſe exhibent Magdalenæ,ut illam inſtruant de Dominica Reſurrectione? Exiſtimabat Magdalena corpus Jeſu per vim aliquam furatum, ac à monumento ſublatum; ut ergo talem perſuaſionem à mente fœminæ Angeli excludant; meritò illi apparent ſuper lapidem monumenti ſedentes, ubi enim tanta erat vigilum cuſtodia, nulla poteſtas creata poterat adverſùs monumentum ſic cuſtoditum prævalere, & inde Angeli ſe exhibent ſuper ſepulchrum, ut certum fiat, quod nulla vis illata fuerit tanto theſauro, quod ab oculatiſſimis Angelis cuſtodiebatur, D. Cyrill. Alex. ibi ſic ait. *Apparuerunt autem ſedentes,alter ad caput,alter ad pedes, ubi poſitum erat corpus Jeſu, ut mulieri corpus Domini tranſlatum putanti, ſignificarent, neminem potuiſſe vim ſanctiſſimo illi corpori afferre,quod ab Angelis defendebatur.* D. Cyrill.

Apoc. 4. n.6. Et in conſpectu ſedis tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo, & in medio ſedis, & in circuitu ſedis, quatuor animalia plena oculis ante, & retrò.

VERSIONES.

Syrus. Et in medio throni,& circa illum, & ante thronum quatuor animalia plena oculis ab anteriori ſuo, & poſteriori ſuo.

Arabicus. ſecundùm unam lectionem. Ante ſedem Dei mare vitri ſimile gelu.

Arabicus. ſecundùm aliam lectionem. Plena oculis à fronte, & tergo.

Primaſius. In conſpectu ſolii.

EXPOSITIO VI.

Et in conſpectu ſedis. Pergit Joannes explicando ſupremum ſolium majeſtatis divinæ, *quaſi mare vitreum*; mare eſt cœlum empyreum, & dicitur mare ob ſuam vaſtitatem, ac amplitudinem; *vitreum*, ob ſubtilitatem, & tranquillitatem, quam indicat mare ſerenum, ac vitreum; *ſimile cryſtallo*; & taliter dicitur ſimile, ut inde maximè intelligatur tranſlucens, & clarum, magis enim tranſlucet cryſtallus quàm vitrum. 162.

Et in medio ſedis, ſcilicet conſeſſus ille, qui erat inter Deum & viginti quatuor ſeniores, ac proinde conſeſſus ille, qui erat in medio, inter Deum & ſeniores, ibi erant animalia, ac proinde in medio. *Et in circuitu ſedis*, ſcilicet Dei, ſeu throni Dei, in quo Deus reſidebat, *quatuor animalia.* Quid autem ſint dicam ſequenti verſu: *Plena oculis ante, & retro.* Erant enim prædicta animalia perſpicaciſſimo viſu, intellectu, ac cognitione tam naturali, quàm ſupernaturali, *ante & retrò*, quia omnia vident ex Deo, tam præterita, quàm præſentia, & futura: de oculis horum animalium multa dicam infra q. 34. & 35. 163.

Quæst.

QUÆSTIO XXI.

Quare in conſpectu ſedis Dei oſtenditur mare tanquam vitreum? Variæ ſententiæ de hac re.

164. *Quid ſit mare vitreum.*

MAre dicitur tanquam vitreum; id eſt pellucidum, tranſlucens, ac conſequenter tranquillum; ſi aqua non eſt tranquilla, non eſt pellucida, ſed turbida & obſcura; & in hoc c. 15. n. 2. mare rubrum vocatur vitreum, & ſic mare pellucidum à Poëtis vitreum vocatur, ut ab Horatio l. 4. Carmin. Ode ſecunda.

Horat.

Vitreo daturus nomina Ponto.

Et lib. 3. Ode 13.

O fons Blanduſiæ ſplendidior vitro.

Ovid.

Et Ovidius Epiſtol. Sapphus,

Eſt nitidus, vitroque magis pellucidus amnis.

Quare verò hoc mare vitreum, ſeu pellucidum ſit in conſpectu ante ſedem Dei, ex ejus ſignificatione maximè ſolvenda eſt quæſtio, in qua variæ ſunt ſententiæ.

165. Prim. Richard. Beda. Rupertus. D. Thom.

Primò. Primaſius, Richardus Beda, Rupertus, & Thomas Anglicus per mare vitreum, Sacramentum Baptiſmi interpretantur. Et rectè dicitur *in conſpectu ſedis Dei*: quia primò ait Rupertus ſedes Dei non oſtenditur ſine Baptiſmo, & per Baptiſmum ad Dei ſedem devenitur, & Baptiſmus dicitur *mare vitreum ſimile cryſtallo.* Mare ſecundò ob amplitudinem aquarum quia omnes recipit, & abluit. Tertiò, *vitreum* ob puritatem, & claritatem, quam animæ conterit, & ut ait Hugo, quia ſicut vitrum Solis radiis, eſt pervium, ita anima baptizata radiis gratiæ à Deo illuſtratur. Quartò & *ſimile cryſtallo*, quæ ex aquis congelaſcit, & conſolidatur ad inſtar lapidis duriſſimi, quia virtus Batiſmi firmat, & munit contra vitia peccati ut ait Thomas Anglicus, *Effectus Baptiſmi eſt firmitas contra vitia, maximè quando gratiæ Baptiſmatis ſuſceptæ cooperatur homo ſuſtinendo viriliter adverſa.* Quintò *ſimile cryſtallo* quia virtus Baptiſmi nullum omnino maculæ veſtigium in anima relinquit. Michaël Violæus Abbas: *Nec ſatis viſum eſt Ioanni dixiſſe vitreum, niſi addidiſſet ſimile cryſtallo, ut perfectam ejus emendationem, quæ nullum relinqueret maculæ veſtigium, oſtenderet.* Sextò *Mare vitreum*: Totus ille ſplendor gratiæ vitreus eſt, quia ſicut vitrum facilè frangitur, niſi fuerit multâ diligentiâ cuſtoditum, ita gratia baptiſmalis vitrea eſt, & facilis ad perditionem, niſi multis virtutum operibus obſegatur, ac cuſtodiatur, Bachar. Epiſcop. Epiſtol. ad Januarium. *Memen o frater*, ait, quod *caro ſumus, mare illud, id eſt formæ Baptiſmi, quod Beatus Ioannes vidiſſe ſe dicit vitreum fuiſſe deſcribitur. Et ideò in nobis citò periclitatur, aut frangitur: lubrica via eſt hujus ſæculi hujus glaciali iniquitate conſcripta, quam cùm immodicæ concupiſcentiæ calor ſolverit, facilis eſt ad lapſum, ruinamque miſerorum.* At poſt reſurrectionem gratia condecorati ſimiles erunt cryſtallo, id eſt ſolidi, robuſti, & immortales.

Splendor Baptiſmi denotatur. Hugo.

Tho. Aug. *Baptiſmus munit contra vitia.*

Michaël. *Nullã relinquit maculam.*

Prima gratia Baptiſmi facilè deperditur.

Bachar.

166. Richel. Carthuſ. Hugo.

Secundò Richelius, Dionyſius Carthuſian. & Hugo, per mare vitreum intelligant pœnitentiam ob analogias proximè explicatas in Baptiſmo: quæ bene conveniunt pœnitentiæ. En quid inſinuat mare ſalſum ante ſellam Dei judicis, ut communiter hîc explicatur, vel ut multis placet ante thronum Dei In Euchariſtia, & ideo apparet Agnus tanquam occiſus de quo agitur. c. 5. n. 1. Quid ergo hoc mare ſalſum teſte Hugone: *Anima pœnitens, & compuncta pro peccatis ſignificatur.* Qui dolet ſe peccaſſe, bene ſalſos ab intimis ſuccos exprimit in oculis, de quo rectè dixeris; *Magna ſit velut mare contritio tua.* Thr 2. n. 13. Et hoc mare dicitur vitreũ. quia ſicut vitrum intromittit radium Solis, ſic pœnitentia gratiam Spiritus ſancti; vel quia vitrum, quod habet interius, oſtendit exterius, ſic & verè pœnitens ſimulationem deponit, & quod exterius apparet per jejunia, & mortificationes; hoc ex intimo corde procedit D. Anton Abbas Epiſt. 4. ſic ſuos monebat *Obſecro vos, ne negligatis ſalutem propriam, ſed unuſquiſque veſtrum ſcindat cor, & non veſtimenta, ne fortè amicti habitu injuſto, paremus nobis judicium.*

Vera pœnitentia cum lachrimis: Hugo

Thren. 2. *Vera pœnitentia quod oſtendit exterius; habet interius.*

D. Anton.

167. Ioachim. D. Ambr.

Tertiò, Joachimus Abbas, imò & D Ambr. exiſtimant hoc mari vitreo ſignificari ſacram Scripturam. Primò quia ſicut per mare ad portum, ita per ſacram Scripturam ad cœleſté patriam navigatur. Secundò, ſicut in mari aquarum immenſitas, ita in ſacro eloquio immenſitas divitiarum; ac cœleſtium myſteriorum continetur; & ideo rectè ait D. Gregor. hom. 6. in Ezechiel *Rectè ſacra eloquia viſionis maris ſimilia narrantur, quia in eis magna ſunt volumina ſententiarum cumuli ſenſuum* Tertiò, ſicut de mari omnia flumina, ita ex divina Scriptura omnes humanæ diſciplinæ naſcuntur, quidquid vera Philoſophia, ac Theologia, bonáque ſcientia rectè docet, hoc uberrimè a ſacris litteris derivatur; ſicut enim ab illo fonte paradiſi terreſtris univerſa ſuperficies terræ irrigabatur, ita ab hoc mari divinæ Scripturæ omnia humana ingenia irrigantur. Quartò hoc mare dicitur vitreum, quia ut ait D Greg l. 1. Moralium c. 1. *Sacra Scriptura mentis oculis quoddam quaſi ſpeculum opponitur, ibi enim fœda, & ibi pulchra noſtra cognoſcimus* ita ex ſacra Scriptura cognoſcimus qualis Deus ſit nobis & nos quales Deo. Sic poſt Joachimum, ac Beregandum, ait Dionyſ. Carthuſ. *In Scriptura, tanquam in ſpeculo homo quicquid vitii ſum eſt, perſpicit.*

In Scriptura innumera myſteria.

D. Greg. *Ab Scripturâ derivantur omnes ſcientiæ.*

168. Barbaſtr. D. Bernard.

Quartò Barbaſtrenſis Hieronymus Lanuzius homil. 33. §. 14. per hoc mare hunc mundum interpretatur, ſic etiam D. Bernar. qui ait, *mundus per mare ſignificatur, tumidus per ſuperbiam, ſpumoſus per luxuriam, fervidus per iram, lividus per invidiam, profundus per avaritiam.* Et dicitur mare vitreum, quia in mundo omnia ſunt vitrea, ac fragilia; *Et in conſpectu*, quia de his omnibus homo reddet rationem coram Deo judice; aliter Ribeira per mare intelligit præſens ſæculum, quia per illud tanquam per mare tranſimus in beatitudinem; & dicitur vitreum, id eſt pellucidum quia omnium hominum cogitationes, & arcana Deo pellucent, & parent. Et hæc ſententia aliqua ex parte magis accedit ad veritatem.

Omnia mundi fragilia.

Ribeira.

169. Dan. 7. *Angeli valde ſplendidi ſine ulla ſorde.*

Quintò, Aretas per hoc mare intelligit multitudinem Angelorum, quæ in circuitu divini throni ſtat, ut ſignificavit Daniel. 7. numero 10. per millenarium, & per miriadum numerum. Sed quid Angelis cum vitro, cùm

faci è frangatur, natura verò Angelica incorruptibilis ſit, ſed quid vitro ſplendidius, ac cryſtallo purius. Inde ergo bene Angeli aſſimilantur mari vitreo, & cryſtallo: Angeli enim ſplendidiſſimi ſunt nullâ ſorde coinquinati; inde vitro comparantur, valdè fortes & conſtantes in natura, ideò cryſtallo aſſimilantur Aret. ſic ait; *Vitreum mare, & cryſtallinam habens ſpeciem, ſplendorem deſignat incorporearum naturarum, & Angelicæ vitæ tranquillitatem, ut quæ immobiliter conglutinata ſit; ut vitrum, & cryſtallus, ſicut nulla ſorde obtenebrata.* Aret.

170. Peter. Cornel. Menoch. Sextò, Pererius, Cornelius, Menochius, Mare vitreum intelligunt cœlum empyreum, quod eſt ſedes Dei, Angelorum, Beatorum, & dicitur mare ob amplitudinem, ac vaſtitatem ſuam, & etiam ſit alluſio ad ipſam primogenã aquarũ abyſſum, ex qua cœli à Deo efformati ſunt; empyreum autem vocatur vitreum ob ſubtilitatem, & tranquillitatem. Unde Joannes cap. 21. num. 11. comparat cœleſtem Jeruſalem cryſtallo. Apoc. 21. Septimò, Andreas Cæſarienſ. hoc mare vitreum eſſe, ſive aquas quæ ſunt ſupra firmamẽtum, ſive cœlum cryſtallinum, ſive quodcũmque cœlum, quod inſtar cryſtalli pellucet & fulget. And. Cæſ.

171. Alcazar. Alcazar multis contendit hîc fieri alluſionẽ ad mare illud æneum, quod inter multa utenſilia templi Rex Salomon in eo fieri mandavit, & ad ſimilitudinem illius ænei, quod Moyſes ex Dei præcepto in tabernaculo conſtituit; dicitque quod ſicut noſtrum mare vitreum, Sacramenta Baptiſmi, vel Pœnitentiæ refert: ſic etiam illud mare æneum, & ſicut mare valdè vaſtum, & copioſum, & ſic gratiæ copia, & abundantia maximè denotatur, quæ baptizatis, ac pœnitentibus communicatur: *Magna gratiæ copia cõmunicatur cum facilitate in pœnitentia, & Baptiſmo.* Labium maris ænei erat quaſi labium calicis, id eſt ad exteriorem partem aliquantulum recurvatum, quo notabatur facilitas, qua aquam ſuam omnibus accedentibus præbet, ut quiſque ſe abluat, & mundet; ita facilem, ac obvium ſe præbet Baptiſmus, imò & pœnitentia, & per utrumque gratia, & venia: Mare æneum ſuſtentabatur duodecim bobus, id eſt duodecim Apoſtolis, eorũque ſucceſſoribus, hi enim ſunt veri miniſtri pœnitentiæ, quam in toto orbe prædicaverunt. Quinque cubitorum erat altitudo, quia quidquid quinque ſenſibus delinquimus, totum hoc nobis Dei gratia per ablutionẽ baptiſmatis, ac Sacramentũ Pœnitentiæ remittit: illud mare fuſile erat, quia grandi charitatis igne conflatus, & liquefactus Chriſtus nobis infundit gratiam, quam in Baptiſmo ac pœnitentia accipimus. *Quod antiquitus erat in obſcuro nunc in lege gratiæ ſit perſpicuum.* Sed quid Cõmune habet mare æneum, cum vitreo, ut per utrũque hæc duo Sacramenta ſignificentur; quod enim æneum maximè eſt opacum, quod vitreum lucidum, & tranſparens; quare enim utrumq; non eſt æneũ, vel vitreum? Rectè antiquum mare æneũ erat, id eſt obſcurũ, & opacum, quia ænigmaticum; noſtrum autem vitreum, quia Sacramentorum novæ legis, v.g. pœnitentiæ, & Baptiſmi ſignificatio, vis & efficacia tranſlucet, omnibúſque perſpicua, & manifeſta eſt, juxta illud Zach. 13. n. 1. *Erit fons patens domui David in ablutionem peccatoris & menſtruatæ.* Zachar. 13. Quæ antiquitus erant veluti ſub mari æneo obſcura, & involuta ſub figuris habebantur. *In Sacramento pœnitentia omnia ſint manifeſta.* Jam nunc in noſtræ pœnitentiæ Sacramento omnia fiunt manifeſta, tanquam in vitro, in eo enim omnia peccata ſunt manifeſtanda, & declaranda. Rupert. l. 9. in Apoc. Rupert. *Pulchrè dicitur, ait, hoc mare vitreum, qui ſicut in vitro, quod continetur, tranſlucet, ſic in noſtro Evangelii Sacramento jam nihil occultum eſt, ſed quod primò in figura gerebatur, nunc in re geritur, & totum manifeſtum eſt.*

172. At omnes hæ interpretationes magnas habẽt difficultates contra ſe. Nam duæ primæ de Sacramento Baptiſmi, & pœnitentiæ, nituntur in ſimilitudinem, quam auctores conſiderantinter hæc ſacramenta & mare; & quia per hæc ſacramenta veniatur ad Dei thronum; at de hoc hîc non agitur, nec Joannes vult hîc oſtendere quo pacto veniatur ad Deum, ſed diverſa intentio explicat hîc Dei majeſtatem cum poteſtate judiciaria; & ideo quamvis hæ ſententiæ ad mores ſuſtineri poſſint, tamẽ à ſenſu literali aberrant; ſicut & tertia, quæ per mare vitreum intelligit ſacram Scripturam, de cujus excellentia in præſenti non eſt ſermo. *Impugnãtur ſuperiores ſententiæ.*

173. Sexta illa ſententia Pererii, & Cornelii, qui per mare vitreum cœlum empyreum interpretantur, eo innixi fundamento, quia cœlum empyreum maximè pellucidum ſit, at ratio non eſt tanti momenti, ut ob illam talis ſententia tenenda ſit. Præterquam quod cœli non magis ſunt in conſpectu ſedis, quàm retrò, ſub ſede, & etiam rejicitur ſententia Aretæ, & Andreæ Cæſarienſis, qui mare vitreum Angelos exponunt, ad hoc enim nullum eſt fundamentum. *Impugnatur ſexta ſententia.*

174. Et multò minùs placet ſententia Alcazaris, quòd hîc ſit alluſio ad mare æneum Salomonis, hæc enim magna ſublimia, ac glorioſa Apocalypſis non ſunt coanguſtanda, ac coarctanda ad claſſem illorum antiquorum, quæ Paul. ad Gal 4. n. 9. vocat egena, & infirma mundi elementa, in quibus ſub pædagogo legis Iſraëlitæ concluſi erant. At nunc largâ manu, abundantiſſimâ copiâ tanquam maris vaſtitate in nos cœleſtia dona largiuntur, ac diffunduntur. Gal. 4. *Lex antiqua egena, lex gratia abundans.*

175. De ſua juſtitia, ac gratia in lege antiqua dicebat David, ut explicant Rabbi Iſaias, & Trevetus, Vatablus ait Pſalm. 71. n. 6. *Deſcendit ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terrã.* Trevet. Vatabl. Pſam. 71. Quod ipſa gratia tanquam per guttas ac pedetentim in eum diſtillabatur. Aliter loquitur Paulus de gratia nobis Chriſtianis data, Rom. 5. n. 5. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum.* Rom. 5. D. Chryſ. In quem locum Chryſ. ſcitè expendit verbum *diffuſa* ad hunc modum Non dixit *data eſt*; ſed diffuſa in cordibus noſtris, *largitatem oſtendens quod enim maximum erat, hoc dedit, non cœlum, non terram, non mare; ſed quod his omnibus antiquius, pretioſius erat, & non ſenſim, aut pedetentim nos honeſtavit, ſed cumulatè, ac plena manu honorum omnium fontem effudit.* *Lex vetus anguſta; lex gratia abundans.*

176. Stetit Moyſes in monte loquens cum Deo in gloria ſua. *Cúmque deſcenderet de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonii, & ignorabat quod cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Dei.* Exod. 34. num. 29. Exod. 34. Fulgentes radii glorioſam reddebant faciem Moyſis deſcendentis à monte; at Jeſu diſcipuli in Thabor Jeſu gloriam viderunt, & Patris vocem audierunt, *& ceciderunt in faciem ſuam.* Matth. 17. numero 6 & de monte deſcendentes nil gloriæ præ ſe tulerunt. Matth. 17. Cur ergo Moyſes de Sinai refert gloriam in vultu & Apoſtoli de Thabor nihil gloriæ præ ſe ferunt? Sic anguſta erat legis gloria, ut ab uno homine circumferri poſſet; Jeſu autem gloria

Bona antiqua ab uno, à Ieſu verò tam magna ut à multis non poſſent portari.
D. Remig.

tantæ erat magnitudinis, ut nec à tribus Apoſtolis ad breve ſuſtineri poterat; gloria legis cùm eſſet parva, facilè ab uno circumfertur in vultu, at ad Ieſu gloriam Apoſtoli ſuccumbentes oneri, in faciem cadunt: Ieſu bona adeo magna, & ampla ſunt, ut à multis non valeant portari. D. Remig. in 4. ad Cor. c. 3. *Gloria Evangelii*, ait, *quæ datur miniſtratoribus, & obſervatoribus ejus major eſt gloria legis, quæ ſplenduit in facie Moyſis, quia fuit temporalis, & quocumque ferri potuit, & videri ab illis: iſta autem æterna erit; nec potuit ferri ab Apoſtolis, quando à Domino oſtenſa eſt in monte, quâ ſtatim lapſi ſunt in terra velut mortui.*

QUÆSTIO XXII.

Explicatur vera ſententia de ſignificatione maris vitrei in conſpectu ſedis Dei.

177. Vera, & genuina interpretatio ſumenda eſt, ex primariâ, ac principali intentione hujus viſionis: In ea apparet Deus ut ſupremus omnium Dominus, ac judex; & dicitur in conſpectu ejus, *tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo.* Mare ob multitudinem aquarum ſignificat multitudinem populorum, ut dicitur infrà cap. 17. num. 15. *Aquæ populi ſunt.* Et quia mare, per ſe fluxum, ac labile eſt, hîc valdè ſolidum apparet cum ſit ſimile cryſtallo. Et quia mare multa obſcurat & tegit, hîc pellucet, cum ſit tanquam vitreum.

Apoc. 17.

178. Ecce quanta eſt altitudo, ac ſublimitas divinæ majeſtatis ante cujus conſpectum, aquæ populorum, & abyſſus, ac profunditas eorum cogitationum, omniaque ſæcula, ac tempora, in quibus ſunt, tanquam immobiles aquæ ſtant, & cùm in ſe ipſis omnia creata fluant & labantur; tamen non fluunt in divino conſpectu, ſed omnia ab æterno ei patent, ac perſpicua ſunt. Quis mare videat uſque ad ima, niſi ei fiat vitreum cryſtallinum pellucens, ac tranſparens? Quis cognoſcet inſcrutabile cor hominis, profundaque illius cogitata, niſi tantùm ille omnipotens Deus in cujus conſpectu omnis multitudo populorum eſt, tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo? *Ego Dominus ſcrutans corda, & renes Deus.* Pſalm. 7. n. 10.

In Dei conſpectu omnia futura ſæcula & abdita hominum cogitata.
Pſal. 7.

179. Non ergo mirum, quod in hoc libro Apocalypſis, qui eſt in manu ipſius ſedentis, de quo agitur c. ſequenti n. 1. ſcribat ipſe & ſcriptum habeat quidquid uſque ad finem mundi futurum ſit, etiam incluſis innumeris hominum reconditis cogitationibus; ad hoc enim tendunt omnia, quæ in hac viſione narrantur, eorum omnium unus eſt finis ut deveniatur ad apertionem libri continentis prope infinita futurorum myſteria per tot ventura ſæcula, quæ omnia pertractanda ſunt in hoc regio conſeſſu ad omnium rerum convenientem adminiſtrationem; & inde introducitur Dominus cum tam alta, & ſupereminenti ſcientia, ut ei omnia ſint aperta, & manifeſta. Ita Ferrarius, & ex parte Ribeira.

De alta Dei ſcientia hic agitur, tanquam deveniatur ad manifeſtationem libri.
Ferrar. Ribeira.

180. Prodigus ille adoleſcens diſceſſit à Patre peregrè profectus in regionem longinquam; tamen in ſe reverſus veniens ad Patrem clamat, *Pater peccavi in cœlum, & coram te.* Luc. 15. n. 15. Si à Patre longo terrarum intervallo diſtabat, quomodo nunc proteſtatur *peccavi coram te*, ac ſi ei præſens adeſſet? divina luce jam illuſtratus, utpote in ſe reverſus bene agnoſcebat quod etſi videretur à Patre diſtare, tamen paternos oculos nunquam effugiebat. D. Chryſ. ſerm. 2. *Peregre profectus eſt iſte, & in regionem longinquam fugit, ſed accuſatores ſuos, ſed teſtes ſuos divini Patris oculos non effugit.* Hoc David clariùs aperit dicendo, Pſ. 137. n. 7. *Quo ibo à ſpiritu tuo? & quo à facie tua fugiam? ſi ſumpſero pennas meas diluculò, & habitavero in extremis maris; etenim illuc manus tua deducet me.*

Luc. 15.
Omnia opera noſtra ſemper in Dei præſentia.
D. Chryſ.
Pſalm. 13

181. Hinc Paulus ad Hebræos 4. n. 13, ait: *Non eſt ulla creatura inviſibilis in conſpectu ejus, omnia autem nuda, & aperta ſunt oculis ejus:* quod adeo proprium, ac peculiare eſt Dei. Cum ſomnia avolaſſent à memoria Regis Babyloniæ ex nullo ſapientum ſuorum diſcere potuit, quid eſſet quod in ſomnis viderat. Quid tunc? Jubebantur univerſi ſapientes perire; & dum necabantur, acceſſit Daniel, qui Regi omnia intima ſui cordis explanavit, & manifeſta fecit, ut Rex omni dubietate depoſita exclamaret, Daniel. 2. n. 47. *Verus Deus veſter Deus Deorum eſt, & Dominus Regum, & revelans myſteria, quoniam tu potuiſti aperire hoc Sacramentum.* Valde circunſpectè Rex nec Danielem extollit, nec ſapientiam ejus laudat, ſed toto animo fertur, ut Deum verum laudet, & celebret, cùm enim Barbarus homo agnoſceret, intima ſui cordis penetrata, ac manifeſtata nihil induſtriæ tribuit creatæ, ſed totum à Divina, ac ſuperna virtute manaſſe pro certo clamans proteſtatur, Sic præfata Regis verba ait Rich. Vict. l. 1. de eruditione interioris hominis p. 1. c. 41. *Ex eo enim, ait, quod ſibi ſecreta cordis ſui, ex eo item quod ſibi arcana conſilii divini revelavit, mira ingenii vivacitate, ſummæ Divinitatis revelationem perpendit. Ex eo autem quod de ſecreto ſui cordis audivit, prudenter animadvertit ſummam ſapientiam eſſe, quæ Danieli potuit in tam tenebroſo humani cordis abyſſo alienæ conſcientiæ ſecreta aperire.*

Hebr. 4.
Dan. 2.
Divina virtus reſplendet in agnoſcendis intimis cordium.
Rich. Vict.

QUÆSTIO XXIII.

Quomodo intelligendum ſit quod animalia eſſent in medio throni, & in circuitu?

182. Dicitur in textu. *in medio ſedis, & in circuitu ſedis quatuor animalia*, ſi erant in circuitu ſedis, quomodo in medio? ſolus enim Deus per ſuam immenſitatem eſt ubique præſens; creatura unico circumſcribitur loco, ac definitur. Cùm ergo medium à circuitu, ac ambitu differat, quomodo animalia viſuntur in circuitu ſedis, & in medio ſedis? Quæſtio prima ſecundùm ſenſum literalem eſt explicanda; deinde ad ſenſus mortales deveniendum.

Difficultas quæſtionis.

183. Primò, Pererius ait, quod animalia erant in medio ſedis & in circuitu; non ſimul, ſed ſucceſſivè, ambulabant enim, ait, & nunc ambiebant ſedem, nunc in medium ſedis ambitum proce

Pererius.

procedebant, at ambulaſſe non dicit ſacer textus,nec nos ergo dicere debemus, indéque Expoſitio ab eo eſt aliena. Sicut & ſecundò illa Ribeiræ exiſtimantis tria fuiſſe in circuitu ſedis, quartum ſcilicet aquilam in altum ſe libraſſe intra ambitum ſedis, ut quaſi attingeret pectus ſedentis,indéque Ioannes ait, *Quartum ſimile Aquilæ volanti.* At hæc ſententia multam vim infert textui, nam quod ſacer Textus ſonat, & vult ejus ſenſus de quatuor animalibus, ipſe reſtringit ad unum, proindéque ejus Expoſitio non eſt vera. (Ribeira.)

184. Ferrar. Tertiò, Ferrarius hîc recurrit ad miraculum ac ad divinam potentiam, qua fieri potuit, ut ſimul animalia apparerent ſimul in medio, & in circuitu; ſicut Chriſtus ſe poteſt alicui manifeſtare in ſacra Euchariſtia, ita ut tota ſua magnitudo oſtendatur in parva hoſtia,& totus ſit in tota hoſtia, & totus in qualibet parte; ita ut extra illum ambitum non ſit: At hæc ſententia multiplicat miracula ſine neceſſitate, cùm bene ſine illis res intelligatur.

185. Cornel. Quartò, Cornelius. *In medio throni*, id eſt intra thronum & *quatuor animalia*; non enim Agnus erat in ipſo throno. Nam cap. ſequenti verſ. 7. dicitur *veniſſe, & accepiſſe librum de dextera ſedentis in throno.* Hæc Expoſitio eſt apertè contra verba textus; nam textus apertè ait *in medio throni.* Et ſi voluiſſet dicere intra thronum, & quatuor animalia, non defuiſſent verba ad hoc dicendum, nec uſurpaſſet verba ſignificantia prorſus contrarium.

186. Alcazar. Quintò, Alcazar tripliciter exponit, Primo, *In medio ſedis*, id eſt hujus conſeſſus, ſcilicet inter Deum, & viginti quatuor ſeniores. Secundò,ſedes ait, hîc ſumenda eſt latè cum hypopodio,id eſt ſuppedaneo, ita amplo, ut quatuor hæc animalia per quatuor latera diſtributa caperet. Tertiò, *In medio ſedis*, id eſt ſpatii, in quo erat ſedes. Prima Expoſitio magis explicanda,ut ſtatim dicam,ſecunda, & tertia difficultatem involvunt, cum impropriè ſumatur medium pro ſuppedaneo, ac ſpatio medii.

187. *Vera & genuina Expoſitio.* Dicendum eſt ergo quod animalia erant in medio ſedis Dei,ac ſeniorum; in illo ergo ſpatio, quod erat inter ſedem Dei & ſeniorum, erant animalia, & inde erant in circuitu ſedis Dei. Aſtabat Deus in ſuo throno, deinde erant animalia & tandem ſeniores, qui dicuntur tantùm eſſe in circuitu; at animalia in circuitu,& in medio illo, ſcilicet quod erat inter Dei ſedem, & ſeniorum, & exinde erant in circuitu ſedis Dei. Et ideo viginti quatuor ſeniores ſequebantur animalia, tanquam eorum exemplo provocati; nam dicitur infrà n.8 & 9 *Cum darent illa animalia gloriam & , honorem & benedictionem ſedenti ſuper thronum, procidebant viginti quatuor ſeniores, &c.*

morales quæſtiones.

188. D. Ambr. Primò,D Ambroſius ſic ait in præſenti.*Hac ſecundùm hiſtoriam ſtare non poteſt, neque tam parvus numerus, & ambitum ſedis & medium obtinere poterat; ſed ſpiritualiter intelligendum eſt.* Reſpondet Magnus Doctor. *In circuitu ſedis quatuor animalia ſtant, quia Doctores Eccleſiæ populum ſibi commiſſum, & à viſibilibus hoſtibus quanta virtute poſſunt, defendunt. In medio ſedis conſiſtunt, quia unumquemque eorum, ut in virtutibus, omnibúſque bonis proficiant admonere non deſinunt.* Hæc animalia bonos Prælatos, ac Doctores Eccleſiæ deſignabant Erant ergo in medio ſedis,& in circuitu ſedis,plena oculis antè & retrò quia bonus Prælatus non ſit coarctatus in uno loco, ſed multiplicem ſibi debet ambire, ut undique ſimul cura,ſolicitudine, ac providentia ſit in medio ſuæ ſedis,ac Eccleſia, ut ſupra gregem ſuum inceſſanter vigilet, & etiam ſit in circuitu, ut ſuas oves cuſtodiat ac tueatur,eaſque à crudeli beſtiarum frementium morſu defendat. Vide quæ dixi to.4. in Evang. cap 9. q. 12 n. 104. 105. 106. 107. (*Bonus Paſtor ſit præſens in tota ſua Eccleſia.*)

Secundò Sunt graves Doctores, qui exiſtimant hanc Ioannis viſionem affinem eſſe revelationi Ezechielis,& Iſaiæ: idemque myſterium importare Cherubicos ſpiritus in illa, ſicut & in hac Seraphicos apparentes, tamen in his viſionibus magnum diſcrimen invenies circa hæc quatuor animalia. Nam apud Ezec. 1. n. 22 & 25. quatuor animalia ſub throno,ac firmamento erant;apud Iſaiam verò.6.n.2. Seraphim ſuper thronum divinæ majeſtatis collaterales extabant: at hîc apud Ioannem videntur in circuitu, & in medio throni. Cur hæc animalia cum ſint eadem,tam diverſa, ac diſtincta loca obtinent? Hæc animalia denotabant Eccleſiæ Doctores ac ſcriptores: his ergo voluit Deus ſignificare eorum munera, ac dignitates, apud Ezechielem ſubjacent firmamento, in quo eſt Dei thronus; ipſi namque ſunt Eccleſiæ firmamentum, ac ſtabilitas, ipſáque eorum humeris fulcitur, ac innititur; apud Iſaiam ſunt ſuper thronum, tanquam collaterales,quia ipſi Eccleſiam Dei protegunt,tuentur, ac defendunt: hîc apud Ioannem ſunt in circuitu, ac in medio throni,quia tunc Eccleſiæ Doctores,ac ſcriptores Eccleſiam ſuſtentant, muniunt, ac tuentur, cùm ſint maximè conjuncti, ac copulati cum Deo,eique maximè ac intimè conjuncti. 189 (Ezech. 1. Iſai. 6. *Tunc ſcriptores muniunt, & tuentur Eccleſiam ſi ſint uniti cum Deo.*)

Tertiò,In medio Dominus reſidebat,quomodo ergo animalia quæ erant in circuitu, dicuntur eſſe in medio qui locus proprius Domini erat; ut inde colligas quod Beati in patria ſic uniuntur cum Domino,ut omnes idem eſſe videantur; & ſi animalia erant in circuitu, etiam ſeniores, quia Beati maximè ſunt uniti inter ſe, & cum ipſo Deo, ac eorum Domino - Ambr. Ansbert.*Sciendum nobis eſt*,ait, *quia & in Domino animalia, & in animalibus Dominus,& rurſum in ſenioribus animalia, & in animalibus ſeniores inveniuntur: & in medio ſedis cum Domino ſunt, & hoc totum unus ſedens, atque una ſedes ſunt: nec mirum; neque enim poſſunt ab invicem ſeparari, quia & nos cum Evangeliſtarum narratione, redemptoris noſtri dicta, & acta cognoſcimus, proculdubio,& Dominus Evangeliſtis, & nos Domino atque Evangeliſtis unimur; ergo Dominus, & ſeniores, atque animalia unum ſumus, unius ſedentis una ſedes.* Omnes fideles ſunt uniti inter ſe, & cum Domino in uno textu, & una fide enarrata ab Evangeliſtis. 190 (Ansbert. *Fideles uniti omnes ſunt inter ſe cum Deo.*)

Quartò Animalia ſunt in circuitu,&in medio. In circuitu tanquam cuſtodes,&defenſores Eccleſiæ;in medio verò tanquam domini ac poſſeſſores; nam medium domini eſt ut ſtatim dicam,qui enim pro Eccleſia Dei laborat, ipſam cuſtodiés ac,defendens cõſtituitur inde tãquam Dominus, ac poſſeſſor cœleſtium donorum. 191 (*Qui laborat pro Eccleſia jam poſſidet cœleſte præmium.*)

Quintò, Per hæc quatuor animalia communiter Prælati intelliguntur, ut volunt Richard. 192. Richard.

de

Hugo. de S. Victore, & Card. Hugo. Cur hæc ad Prælatos ſpectant, itaut ſint in medio, ac circuitu ex ſacræ paginæ phraſi petendum eſt; Locus medius principatum, ac imperium deſignat loca verò per circuitum adjacentis ſubditorum: humilitatem, ac ſubjectionem indicant. Sic Saül electus Rex apparuit in medio populi 1. Reg. 10. n. 23. *Cucurrerunt itaque & tulerunt eum inde, ſtetitque in medio populi, & altior fuit univerſo populo.* Qui in circuitu ejus nempe erat; Exod. 8. n. 2. *Faciámque mirabilem in die illa terram Geſſen, in qua populus meus eſt, ut non ſint ibi muſcæ; & ſcias quoniam ego Dominus in medio terræ.* Sicque de Petro fungente Pontificia auctoritate dicitur, *ſtans Petrus in medio fratrum*, Act. 1. n. 16. Medius ergo locus Prælatorum nota eſt, eorum dignitatem inſinuat, ſicut & circuitus indicium ac locus inferiorum eſt. Ex quo facilè elucet ratio, ob quam animalia Præſules ſignificantia ſint in medio, ac circuitu, in medio erant ut Prælati, in circuitu verò tanquam ſubditi, ut illi qui præſunt, ſe etiam ſubditorum locum tenere ſciant, & recordatio ſubjectionis propriam majeſtatem corrigat, in Principibus imperium à ſubjectione non disjungatur, ſed mutuo fœdere ſe habeant, & ideò ſimul in medio ſint regendo, & in circuitu inter ſubditos ſe illis haud impares eſſe meditando.

1.Reg.10

Exod. 8.

Actor. 1.

Sic regat Prælatus, ut ſe recordetur eſſe ſubditum.

193. Ezech. 1. Ab his quatuor animalibus non diſcedo, nam ut dicam verſu ſequenti, & patet Ezech. 1. in uno eodem corpore habebant ſimul faciē hominis, leonis, & aquilæ, ac bovis. Homo habet dominatum in univerſa; leo obtinet principatū inter cætera animantia terreſtria; aquila inter volatilia; at bos totus eſt ad arandum, ac ſerviendum, ut dicitur Exod. 22. Ad quid hæc conjunctio hominis, leonis, aquilæ, ac bovis? quia licet quis multis titulis habeat dominatum, ac principatum tamen inter hæc non obliviſcatur ſuæ ſubjectionis, & ut ita quis ſe agnoſcat principem, ut ſimul recordetur ſe eſſe ſubditū, ac ſervum.

Exod. 22.

Simul uniuntur dominatio, & ſubjectio.

194. Conjecit Moyſes oculos in novitatem ardentis rubi, ſed incorrupti, & ab ipſo igne ſervati, cúmque animoſus iter faceret ad Sacramentum perſcrutandum dicens: *Vadam, & videbo viſionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.* Exod. 3. n. 3. Deum audivit ſibi imperantem. *Non appropries huc, ſolve calceamentum pedibus tuis.* Difficultas eſt, quid connexionis habeat pedum nuditas cum inflammato dumo, ut vicinia illius Moyſis diſcalceationem exigerent? Eſt ne injurioſa tanto Sacramento pedum contactio: Frequens ſolutio eſt per calceos deſignari mortalitatem, nam fiunt ex mortuorum animalium pedibus, ut ita ei innueretur animum à rebus mortalibus exuendum, ac defœcandum; aliam rationem ad præſens inſtitutum aſſigno; vocabat Deus Moyſem ut eum Imperatorem populi, ac Pharaonis Deum conſtitueret, *Veni, & mittam te ad Pharaonem, ut educas populum meum filios Iſraël de Ægypto*, Exod. 3. n. 10. Inde mandatur ei *ſolve calceamentum de pedibus tuis.* Nam ut ait Cælius Regin. l. 5 lectionum Antiquarum; *Denudati pedes ſervitutis ſignum, ſubjectionis nota.* Cum Moyſes advocaretur, ut in Principem populi, ac Deum Pharaonis aſſumeretur, inde ei pedibus denudatis imperatur, ut in ipſo dominationis vertice non obliviſceretur de ſua ſervitute, ac ſubje-

Exod. 3.

ibid. n. 5.

Cæl. Reg.

In vertice principatus ſit ſervitutis, ac ſubjectionis recordatio.

ctione, qua bono, legi, ac directioni populi tenebatur; ut ita ſciret ſe eſſe principem, ut ſe eſſe ſervum, & ſubditum recordaretur.

195. Audivit præconium illud Rex Ninive ab ore Jonæ: *Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur.* Joan. 3. n. 4. Et nobile excogitavit ſtratagema ut comminatam belli tempeſtatem adverteret, & divinam ultionem exarmaret *Et pervenit verbum ad Regem Ninive: & ſurrexit de ſolio ſuo, & abjecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere.* Jon. 3. num. 6. in ſignum humiliationis magnæ ait Lyranus ad hæc maximè expendenda ſunt verba Divi Ambroſii enarratione 1. in Joan. ſic ait ſanct. Doctor. *Mira res dum ſe regem hominum eſſe non meminit, Rex incipit eſſe juſtitiæ. Religioſus igitur Rex non perdidit imperium, ſed mutavit.* Magnum documentum ſub his, nobis conſecratur; etenim dum Regem hominum ſe eſſe meminit, ſe ſupra hominem arbitratur, & quod ſuum erat omittens, quòd à ſe erat alienum uſurpabat, & ſic injuſtitiæ imperium tenebat thronus regius, nitidæque veſtes injuſtitiæ patrocinabantur; at cum regia ornamenta deponit, & ſe eſſe Regem obliviſcitur, & tanquam unum ex ſuis ſubditis, ac inferioribus ſe cogitat; tunc incipit Rex eſſe juſtitiæ. Cum quis ſic reſidet in regali ſolio ut tantùm ſe eſſe regem cogitet Rex eſt injuſtitiæ; at verò ſi præeſt ut ſe eſſe Regem non recordetur, ſed tanquam ſubditum ſe æſtimet, Rex eſt juſtitiæ, talis enim Rex ſubditus eſt bono regimini, ac directioni; non enim creatur ut cuncta diſponat, prout ei placitum fuerit, ſed prout juſtitiæ ratio poſtulat.

Jon. 3.

Lyran.

D. Ambroſ.

Rex qui non recordatur ſe eſſe regem tunc rex eſt juſtitiæ

Apoc. 4. n. 7. Et animal primum ſimile leoni, & ſecundum animal ſimile vitulo, & tertium animal habens faciem quaſi hominis, & quartum animal ſimile aquilæ volanti.

VERSIONES.

Arabicus. Secundum animal ſimile tauro.

Syrus. Et tertium illud animal habebat faciem tanquam homo, vel ſicut filius hominis.

Pagnin. Habens faciem velut homo.

Vatabl. Inſtar hominis.

EXPOSITIO VII.

196. EXplicat noſter Evangeliſta formas horum animalium; & ait, *Primum ſimile leoni*; id eſt totum corpus, nempe pectus, pedes, & cætera membra leonis formam referebant, ſic & ſecundum animal vitulum exprimebat, *& tertium animal habens faciem quaſi hominis.* Totum corpus homi

hominem repræſentabat, ſicut in cæteris animantibus dictum eſt. Tamen cur de hoc tertio tantùm exprimitur, *faciem quaſi hominis*? quia licet quod ſtaturam, & formam membrorum eſſet corpus humanum, tamen propter multitudinem oculorum & alarum, quæ propriæ ſunt avium, ſpeciem declarabat, non tam hominis quàm novi cujuſdam & ignoti animalis. *Quartum ſimile aquilæ volanti*, non actu, ſed in præparatione, nam extendebat, & librabat alas in ſuo loco conſiſtens, tanquam aquila parata ad volandum, velut exponit D. Aug. Hoc dicitur propter Evangelium Joannis, qui ſublimius aſſurgit, ac proinde quaſi aquila volat ad divinitatem Verbi; hæc autem animalia erant Spiritus Angelici, qui ſub animalium figura apparebant, ut ſæpè dixi.

Cur dicitur facies quaſi hominis.

D. Aug.

QUÆSTIO XXIV.

An hæc quatuor animalia ſint eadem cum illis quæ vidit Ezechiel, & qualinam forma fuerint, vultu, ac corpore?

197. Ezech. 10. ANimalia Ezechielis erant Cherubim ſub talium animalium ſpecie apparentium, ut apertè patet Ezechiel. 10. numer. 15. *Elevata ſunt Cherubim: ipſum eſt animal, quod videram juxta fluvium Chobar.* Quod de his Apocal. dicendum eſt, ſi ſunt eadem cum illis Ezechielis ex quo declarabitur an ſint eadem cum illis, Ezechielis corpore, & vultu.

198. Prado. Vilalpand. Perer. *Prima ſententia.* Primò, Prado in Ezechiel. 1. lect. 7. Vilalpand. tom. 2. l. 4. c. 4. Perer. & alii conſtanter tenent hæc animalia per omnia eadem eſſe cum quatuor Cherubim Ezechielis c. 1. indéque aſtruunt hæc, ut illa habuiſſe ſingula tantùm faciem, & figuram humanam, alas tamen aquilæ, jubas leonis, & ungulā bovis. Erant enim quadriformia, ita ut unumquodque animal videretur compoſitum ex quatuor illis ſpeciebus; fundantur in eo, quia ſi hæc animalia habuiſſent capita leonina, bovina, & aquilina cum figura humana, fuiſſent monſtra quædam.

199. *Impugnatur ſententia.* At hæc ſententia non eſt vera, nec poteſt ſuſtineri, quia apud Ezech. 1. n. 6. unumquodque animal habebat quaternas facies; ait Textus: *Et quatuor facies uni.* At hic Joannes ait: *Primum animal ſimile leoni, ſecundum ſimile vitulo.* Similitudo autem, & forma animalium maximè ſpectatur ex facie, ut rectè de his animalibus docet D. Dion. de cœleſti Hierarchia c. 15. Deinde S. Joan ait: *Tertium animal habens faciem quaſi hominis*: Hoc ipſo ſignificat primum, ſecundum & quartum non habuiſſe faciem hominis.

D. Dion.

200. *Secunda ſententia.* Alcazar. Corn. Secunda ſententia, quam tenent Alcazar Cornel. à Lapide, hic tenet hæc quatuor animalia non integra fuiſſe, ſed tantùm capita animalium; quoad cætera verò membra habuiſſe ſpeciem, & figuram humanam (erant enim animalia non vera, & naturalia, ſed ſymbolica, & hieroglyphica.) Primum ergo animal habebat caput leonis, alas verò, & plenum erat oculis; quoad pectus verò, femora, tibias, pedes, brachia, manus, & cætera omnia, erat homo. Sic & ſecundum animal habebat caput vituli, & quartum aquilæ cum ſenis alis, & plenum erat oculis, & quoad cætera omnia homo erat.

Probant primò, quia hæc animalia quoad primariam ſpeciem, & figuram ſunt eadem cum illis Ezechiel. 1. atqui hæc Ezechielis tantùm facies animalium habebant cum alis, & cætera membra corporis hominem referebant, ergo etiam hæc animalia. Secundò hæc animalia erant proxima Deo, & præcedebant viginti quatuor ſeniores, ergo ſpeciem referebant humanam; indecens enim eſt quod leo vel bos præponatur homini. Tertiò, quia hæc quatuor animalia c. 6. vocant Joannem; & dicunt ei, *Veni & vide*, & oſtendunt ei quatuor equos: hæc autem pertinent ad hominem, & non ad leonem, vel bovem. Ergo, &c. 101. *Fundamentum.*

Contra hanc ſententiam maximè urget veritas textus. Non enim ait Joannes, vidi hominem, ſeu faciem hominis: ſed *animal ſimile leoni.* Animal autem ſimile leoni ſimpliciter, & abſolutè leonem refert ſecundum omnes ſuas partes, aliàs tantùm ſecundùm quid eſſet ſimile leoni. Confirmatur, quia Ezechiel expreſsè declarat in animalibus quæ vidit diverſitatem eſſe in faciebus n. 6. *Quatuor facies uni.* Et quoad cætera corporis præter faciem fuiſſe humana n. 5 *Hic aſpectus eorum, ſimilitudo hominis in eis.* Ergo ſi animalia, quæ Joannes vidit, ſolùm habuiſſent diſcrimen in facie, & in cæteris homines eſſent; hoc etiam expreſſiſſet Joannes, ut expreſſit Ezechiel. 102. *Impugnatur prædicta ſententia.*

Nec fundamenta contraria aliquid urgent; quia hæc animalia in omnibus non ſunt omnino eadem, cum illis Ezechielis. Deinde hæc non ſunt vera animalia, ſed ſymbolica, in quibus potiùs attenditur ad myſterium, quàm ad eorum formam, ex quo non mirum, quod loquantur, & oſtendant aliquid Joanni, nam etiam aſina Balaam locuta eſt. 103. *Solvuntur fundamenta oppoſita.*

Tertia, & vera ſententia, quam tenent M. Joannes de la Haye, Tyrin. Ferrarius, & mihi vera videtur, cum qua dico primò, quòd hæc quatuor animalia Apocalypſis tota, & integra fuiſſe, prout hîc dicuntur, ac nominantur; ita ut primum animal ſimile eſſet leoni ſecundùm caput, pectus, jubas, ac pedes. Probatur, quia Joannes ſimpliciter, & abſolutè dicit, *primum animal ſimile leoni*, ergo totum illud animal leonem referebat, ſi enim tantùm eſſet ſimilitudo in facie, & non in corpore; non dixiſſet Joannes abſolutè, ſimile leoni, ſed hoc expreſſiſſet, ut expreſſit Ezechiel, ut modò proximè dixi in impugnatione ſecundæ ſententiæ. Confirmatur, quia univerſalis pictura totius Eccleſiæ, dum hæc animalia depingit juxta ſacros Evangeliſtas, tota & integra animalia depingit, totum leonem, bovem, &c. Argumentum quod fieri poteſt, *tertium animal habens formam hominis*, in Expoſitione explicavi. 104. *Vera ſententia.* La Haye. Tyrin. Ferrar.

Dico 2. Hæc animalia Apocalypſis eadem erant ac illa animalia Ezechielis, ut docent Divus Dionyſius, Sophronius, D. Baſilius, N. D. Cyril. Rupertus, & alii, quos citant & ſequuntur Prædo in Ezechiel. ſect. 7. Vilalpandus tom. 2. lib. 4. cap. 41. Alcazar, Cornelius, & alii; quam concluſionem ſic explico: erant eadem animalia in genere; nam utraque erant Leo, Bos, Homo, Aquila, & utraque habebant idem 105. D. Dionyſ. Sophron. D. Baſil. D. Cyrill. Rupert. Prado. Vilalpand.

idem ſignificatum principale, ſcilicet Evangelium, ſive Chriſtum in ſuo Evangelio, ſeu Evangeliſtas ſignificabant; at verò utraque animalia multùm diſcrepant ſecundùm ſuas rationes individuales ac formales facierum & corporum, ut oſtendo.

206. Illa animalia Ezechielis ſic apparebant, ut unumquodque haberet quatuor facies, & quatuor alas, ut ibi dicitur: *Quatuor facies uni & quatuor pennæ uni.* At verò hæc unam tantùm faciem, *& alas ſenas habebant*, ut apertè ait textus. In illis fit mentio de pedibus eorum; in iſtis nulla illa habebant corpora hominis: hæc verò uniuſcujuſque animalis, v.g. leonis bovis, &c. Ex illis emicabant ſcintillæ; in iſtis verò nil tale hujuſmodi. Illa habebant quatuor manus, & plures adhuc: iſta verò duas, ut nobis oſtendit communis pictura Eccleſiæ. In illis junctæ erant pennæ eorum alterius ad alterum; in iſtis nil tale. In illis erat ſimilitudo firmamenti ſupra eorum capita; in iſtis nil tale. Plurima in illis commemorantur de earum moribus, hîc nil tale dicitur. In illis cunctæ erant mirabiles totæ, non verò in iſtis. Illa nullam vocem exprimunt; hæc verò non habebant requiem die, ac nocte dicentia *Sanctus*, &c. Illa trahunt currum divinæ majeſtatis, de quo nil tale hîc habetur. Quæ omnia ſecundùm ſuas rationes formales, ac individuales multam differentiam oſtendunt.

207. Hîc tamen ad calcem quæſtionis quæres quare unumquodque animal apud Ezechielem habeat quatuor facies; *quatuor facies uni*; at hîc apud Joannem unumquodque animal habebat unam tantùm faciem. Primum animal ſimile leoni; ſecundum ſimile vitulo. Quare ergo apud Ezechielem quatuor unicuique facies cum pennis; *Quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni*, c.1.n.6. At in noſtris animalibus munus prædicandi in Evangeliſtis dumtaxat viſebatur; ore enim tantùm divina arcana evulgabant, ac laudes divinas decantabant. *Requiem non habebant die, ac nocte dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus.* At apud Ezechielem, in Evangeliſtis per animalia figuratis, munus ſcribendi reſplendebat: quia eorum prædicatio, ac Sacramentorum reſeratio, non linguâ, ſed pennarum motu, ac agitatione celebratur; ut inde elucеſcat excellẽtia ſcribendi: cùm Evangeliſtæ ore tantùm prædicant, & pennis non utuntur, unam tantùmodò faciem obtinent, versùs unam mundi plagam, ut ubi pennis pro linguis funguntur, ut apud Ezechielem, quatuor ſortiuntur vultus, univerſas mundi plagas reſpicientes. Qui tantùm ore prædicat, unam tantùm habet faciẽ, ſeu præſentiã in una terra, in una provincia; qui verò ſcribit, & calamo Dei magnalia evulgat, quatuor habet facies, erga quatuor mundi partes.

Ezech. 1. *Scriptores fuſius Dei virtute annuntiant, quàm ore prædicantes.*

Quæstio XXV.

Circa ſignificatum horum quatuor animarium tredecim expoſitiones proponuntur.

208. Valde difficile eſt penetrare ſignificatum, & intelligentiam horum quatuor animalium: nam Ezechiel non dixit ſe vidiſſe quatuor animalia, ſed ſimilitudinem animalium, ſic ait c.1.n.5. *In medio ejus ſimilitudo quatuor animalium.* Et Joannes in præſenti: *Primum animal ſimile leoni, ſecundum ſimile vitulo.* &c. ſic enim natura divina eſt inviſibilis, ſicque divina ſecreta noſtram mentem tranſcendunt, ut ipſe Prophetarum mentes elevatæ tam tenui obtutu in illa ferebantur, ut non viderent ipſam naturam divinam in ſe ipſa, nec ipſa decreta divina prout omnimodè ſint, ſed eorum imagines, ac ſimilitudines, ex illo enim altiſſimo ſplendore divinæ majeſtatis, mortales mentes nonniſi minutiſſima ſtillicidia participant. Theodoretus in Ezechiel. *Quis poſſet*, ait, *revelationem apertè declarare, cùm ipſe Propheta in ejus enarratione defatigatus fuerit.* Non enim ſimpliciter quatuor animalia ſe conſpexiſſe dixit, neque irem ſimilitudines animalium, ſed tanquam ſimilitudinem quatuor animalium, ut perſpicuum ſit, non ipſum vidiſſe divinum Prophetam eorum, qui nequeunt cerni per naturas, ſed ſimilitudines & formas.

Ezech. 1.

Celſitudo divinæ naturæ, ac beatitudinis maxima tranſcendit noſtrum captum.

Theodor.

209. Cornel. Quid ergo hæc animalia, ſignificent, tota quæſtio eſt. Quidam Heretici apud Cornelium dicunt in leone ſignificari Apoſtolos, in bove Conſtantium, in homine ſuum. Lutherum, & Calvum; quid verò Aquila ſignificet adhuc expectant, ſed hoc eſt figmentum hæreticorum. Quo omiſſo.

Primò, inter Catholicos Aureolus, & Lyranus exiſtimant in his quatuor animalibus accipiendas eſſe ad literam quatuor ſedes Patriarchales, Jeroſolymitanam in Leone ob Apoſtolorum conſtantiam ibidem; Antiochenam in vitulo; quia ſubdit colla Apoſtolis Jeroſolymis agentibus, Alexandrinam in homine ob viros doctiſſimos quas habuit, Origenem, Clementem, Didymum, Cyrillum, Athanaſium; Conſtantinopolitanam in Aquila, ob viros in contemplatione florentes, Gregorium Nazianzenum, Chryſoſtomum, & alios. Hæc quatuor ſunt in circuitu throni Dei, id eſt, Cathedræ Romanæ, in qua ſedet Dei Vicarius. Ita Aureolus. Sed quid habent illa quatuor animalia cum illis ſedibus, cùm defeciſſent à fide, vel unitate Eccleſiæ, indéque ceſſaverint clamare *Sanctus*. At illa animalia ſine intermiſſione clamant die, ac nocte *Sanctus*. 210.

Aureol. Lyran. *Quatuor ſedes Patriarchales.*

Secundò, Origenes homilia 1. in Ezechiel & ex eo Nazianzenus apud Sixtum Senenſem lib. 2. per hæc quatuor animalia exiſtimant ſignificari quatuor facultates, & vires animæ humanæ; per hominem denotatur vis rationalis; per leonem, iraſcibilis; per bovem concupiſcibilis, & per Aquilam conſcientia ſive Spiritus. 211.

Origen. Nazian. Sixtus. *Facultates animæ.*

Tertiò. Aretas, & D. Bernar. Senenſ. à viribus animæ tranſeunt ad virtutes animæ, & dicunt in his animalibus ſignificari quatuor virtutes Cardinales, in facie quippe hominis temperantia deſignatur, proprium eſt hominis inter alia animantia in operibus ſuis ſervari moderationem; in facie leonis juſtitia denotatur, Proverb. 28. numero 1. *Juſtus quaſi leo confidit.* In facie vituli virtus fortitudinis indicatur, vitulus enim ad laborem, ac illius patientiam paratus eſt; & in facie Aquilæ prudentia demonſtratur ad contemplandum, ac faciendum bonum. Sed cur *facies Aquilæ deſuper ipſorum quatuor*, ut dicitur Ezech. 1. num. 10. Quia prudentia cæteris virtutibus Cardinalibus ſuperior eſt. Ita D. 212.

Aretas. D. Bernard. *Virtutes Cardinales.*

Prov. 28.

Ezech. 1.

Prudentia cæteris virtutibus Cardinalibus ſuperior.

Bernardus tom.4. Dominica 8 poſt.Pentecoſt. art.3 cap.2, *In facie Aquilæ*, ait. *prudentia demonſtratur, quæ cæteris virtutibus altius proſpicit, & providet, atque ſuperintendit: ad providendum aliis virtutibus prudentia primatum tenet, benè igitur facies Aquilæ deſuper eſſe dicitur propter intelligentiæ viſionem.*

213\. Michaël. Violæus. *Eccleſia variis temporibus myſticè, denotanda.*

Quartò. Abbas Michaël Violæus, M. S. ſic ſub his animalibus Eccleſiam interpretatur; & ſic ait: primitiva Eccleſia leoni comparatur, propter prædicationem. Etenim leo, rugiendo quærit quod rapiat, ſic Apoſtoli prædicando nobiles per orbem prædas egerunt; deinde Eccleſia rectè ſimilis dicitur vitulo; vitulus enim animal eſt mactationi, ac ſacrificiis dicatum; nam in primitivo tempore uſque ad Conſtantinum Magnum ſub atrociſſimis tirannis Tito, Veſpaſiano, Nerone, Domitiano, ac aliis crudeliſſimis, multis perſecutionibus vexata eſt Eccleſia multorum Martyrum ſanguine irrigata, qui ſanguis oblatus eſt Deo in odorem ſuaviſſimi ſacrificii. Deinde Eccleſia homini aſſimilatur ſub Conſtantino Magno, ac deinceps ſub aliis Principibus, quorum benignitate, pietate ac favore, multùm Eccleſia dilatata, augmentata, ac locupletata eſt; tandem Eccleſia Aquilæ ſimilis eſt, magnis enim alis evolavit in remotiſſimas partes tam in Orientem, quàm in Occidentem, ut manifeſtum eſt ope Luſitanorum, ac Caſtilienſium Regum.

214\. *Quatuor Doctores.*

Quintò aliqui exiſtimant eſſe quatuor Doctores Eccleſiæ hominem ſcilicet facilem, & benignum S. Gregorium, Leonem fortem, & efficacem Ambroſium, Bovem laborioſum, & ſolidum Hieronymum, Aquilam ſublimem, ac ſubtilem Auguſtinum.

215\. Aretas. *Mundus ſignificatur.*

Sextò, Aretas per hæc quatuor animalia mundum interpretatur ſive magnum, ſive parvum, qui ex quatuor elementis conſtat. Leo enim ſignificat ignem, bos terram, homo aërem & Aquila aquam, ex ea enim aves creavit Deus.

216\. Galfridus. D. Antonin.

Septimò, Galfridus apud Sixtum Senenſem, D. Antonius Paduanus in fragmen. in Apocal. dicunt hæc quatuor animalia typum gerere boni Prælati, & ideò dicitur apud Ezechielem *quatuor facies uni*, debet eſſe fortis ut leo, laborioſus ut bos, clemens & compatiens ut homo, & contemplativus ut Aquila, inde Viegas, & Peterius volunt in eis repræſentari bonos Prælatos. Secundò, bonus Prælatus vigilat debet ſuper gregem ſuum, ut leo, vel etiam ut leo debet rugire comminando pœnam, & incutiendo timorem peccatori, & mugire debet ut bos compatiendo peccatoribus, & ad pœnitentiam provocando; loqui ut homo conſolando, & ad mutuam dilectionem animando; verbo & opere exaltari debet ut aquila corda hominum ad æterna deſideria ſublevando, & ſpem gloriæ promittendo.

Viegas. Peterius. *Boni Prælati myſticè deſignatur.*

217\. Pro quo nota dici apud Ezechiel. 1. num. 14. quòd hæc quatuor animalia *ibant, & revertebantur in ſimilitudinem fulgoris coruſcantis.* Quo nihil velocius diſcurrit, quia bonus Prælatus Evangelicus non ſolum ſibi ipſi attendere debet, ſed etiam adinſtar fulgoris diſcurrere ad illuminandas, non unam aut alteram ſed omnes ſi fieri poſſet nationes. Quod maximè competit viris Evangelicis, quod patet ex diverſo diſcrimine habendi lucem in manibus, nam de his dicitur Luc. 12. num. 35. *Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.* At de decem virginibus legitur Matth. 25. num. 1. *Accipientes lampades ſuas exierunt obviam ſponſo, & ſponſæ.* In quo conſidera, quod viri non habent lampades, ſed lucernas, virgines è contra non lucernas, ſed lampades; apta unicuique lucis imago proportionatur. Quia virgo non curſari debet per vias, ſed domi clauſa ſit, veluti lampas in templo conſecrata; at verò virorum eſt lucernas ardentes tenere, ut pietatis operibus vacantes in publicum exeant, ac percurrant, tanquam Dominum ſuum lucernis ardentibus expectantes, ac quærentes, ut ita omnes illuminent ut Dominum ſuum videant, & agnoſcant, & ad ipſum veniant. Ita lucernas ardentes in manibus explicat D. Cyril Alex. in catena D. Thomæ: *Lucernæ autem accenſio, ait, ſignificat, ut non patiamur aliquem in tenebris ignorantiæ vivere.*

Luc. 12. Matth. 25. *Viri Apoſtolici non ſibi, ſed aliis volunt proficere.* D. Cyrill.

218\. Joach.

Octavò, Joachimus Abbas exiſtimat in his animalibus adumbrari Eccleſiaſticam Hierarchiam, Apoſtolis convenit leo, nam ipſi tanquam leones Gentilium regna debellarunt: Vitulo ſimiles ſunt martyres propter donum patientiæ, de quibus dicitur Pſal. 50. n. 21. *Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ, oblatione & bolocauſta tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.* Aquilæ volanti proportionantur contemplativi, ac virgines, qui perpetua meditatione, ac contemplatione in divinis myſteriis perſeverant. Facies hominis tribuitur Confeſſoribus ob humanitatem, ac humilitatem, eis enim conceſſum eſt fluenta ſcripturarum populo effundere: quod confirmat citatus Joachimus ex illo, quod dicitur Jacob. 4. num. 6. *Deus reſiſtit ſuperbis, humilibus autem dat gratiam*, & Pſal. 103. n. 10. *Qui emittit fortes in convallibus.*

Pſalm. 50. *Vera doctrina cum humilitate.* Jacob. 4. Pſalm. 103.

219\. *Omnes cœtus Religioſi.*

Nonò multi omnes Eccleſiaſticos Ordines in his quatuor animalibus exiſtimant deſignari. Principes in republica, ac milites in bello ſunt leo, populus ſive artifices bos; Rectores & jus dicentes, homo, Eccleſiaſtici & contemplativi, aquila. Decimò alii dicunt repræſentari omnes cœtus Religioſi: nam militares, ſunt leo, qui autem inſerviunt ægrotis, & vitam activam agunt, bos; qui docent, homo; qui ſolitariam vitam degunt; & contemplantur, aquila.

220\. Alcazar.

Decimò, Alcazar exiſtimat in his animalibus deſignari viros ſanctiſſimos, ac perfectiſſimos, qui majoris ſunt ſanctitatis, ac dignitatis, quàm illi, qui in ſenioribus deſignantur. Quod quantum ad primam partem priùs docuit Genebrardus in Apocal. *Quatuor animalia, ait, miniſtri verbi Dei, quos oportet his dotibus eſſe præditos quas ſub metaphora leonis, vituli, hominis, & aquilæ Ezechiel deſcribit: nempe quod ſunt in expedienda provincia fortes ut leones, conſtantes ut vituli, providentes ut homines, celeres ut aquilæ.* Nam ut ait D. Bern. Senenſ. in præſenti. *Quatuor hominem perfectum efficiunt, ſcilicet fortitudo tolerationis in leone; labor exercitationis in vitulo; manſuetudo compaſſionis in homine; ſanctitudo meditationis in aquila.*

Genebrar. *Viri juſti, & perfecti.* D. Bern. Senenſ.

221\. *Quatuor divina attributa.*

Undecimò, aliqui apud Cornelium opinantur hiſce quatuor ſignificat quatuor attributa divinæ providentiæ. Hæc enim fortis eſt ut leo, velox ac penetrãs ut aquila, ſuavis & amabilis ut homo, longanimis & patiens ut bos; ſignificat enim bos laborem fortem, & pertinacem

concetta

concertationem, ut ait Philaſter. li. de Hæreſib.

§. De quatuor animalibus.

222. S. Victor. Ansbertus. D. Hieron. Athanaſ. D. Greg.

Duodecimò, S. Victorin. Martyr, Ansbertus, Hieron. D. Athanaſ. Synaita lib. 4. in Hexameron. & D. Gregor. Magn. citand. putant hæc quatuor animalia Chriſtum Dominum ſignificare, quia in illo tot, & tanta ſunt, quæ non poſſunt niſi multis ſymbolis explanari, nam Chriſtus Dominus in Incarnatione fuit homo; in Paſſione vitulus multa ſuſtinens; in Reſurrectione leo devincens mortem; in Aſcenſione Aquila volans in ſublime. Cur tamen leo primo ponitur loco, nam ſi myſteriorum ordo obſervandus eſſet; priùs ponendus erat homo, in quo Incarnatio denotatur, ſecundò vitulus denotans Paſſionem; tertiò leo reſurrectionem deſignans, & quartò aquila Aſcenſionem indicans. Cur ergo leo primum obtinet locum? Meritò tamen; nam leo ſignificat triumphantem Chriſti reſurrectionem, de diabolo, mundo, ac morte: *Vicit leo de tribu Juda.* Inde ei adſcribitur primus locus; Reſurrectio enim eſt primum myſterium, in quo maximè ſeſe oſtentavit, ac declaravit Chriſti majeſtas in toto mundo. In Incarnatione divinitas abſcondita erat in Chriſto: *Verè tu es Deus abſconditus.* Iſai. 45. n. 15. In Paſſione maximè abſcondita fuit divina ejus omnipotentia: *Cornua in manibus ejus, ibi abſcondita eſt fortitudo ejus.* Habacuc. 3. n. 4. At in reſurrectione maximè Chriſti majeſtas, magnis, ac glorioſis dotibus, ſplendoribus, ſignis, ac manifeſtationibus ſeſe declaravit, ac manifeſtavit.

In reſurrectione maximè ſeſe manifeſtavit Chriſti majeſtas.

Iſai. 45.

Habac. 3.

223. In hac expoſitione maximè notandum, quòd Evangeliſta ait; *Tertium animal habens faciem quaſi hominis.* Cur non dixit habens faciem hominis; Chriſtus enim verus eſt homo? Ait tamen quaſi faciem hominis: nam Chriſtus et'ſi verus homo, non tamen carnem peccati, ſed solùm ſimilitudinem carnis peccati habuit. Quod acutè obſervavit D. Greg. hom 4 in Ezec. *Non faciem hominis*, ait *ſed faciem quaſi hominis habuit, quia Redemptor noſter, de quo agit, non carnem peccati, ſed in ſimilitudinem carnis peccati venit: quantùm enim ad malum, nihil de homine habuit, quia peccatum non fecit.*

Chriſtus non carnem peccati, ſed ſimilitudinem carnis peccati habuit.

224. Ezech. 1.

Meritò in hac ſententia notat idem S. Gregorius citato loco quòd apud Ezechielem dicitur cap. 1. num. 10. *Facies hominis, & facies leonis à dextris ipſorum quatuor: facies autem bovis à ſiniſtris ipſorum quatuor, & facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor.* Sed cur vitulus à ſiniſtris conſpicitur, à dextris autem homo, & leo? Dextera lætum, & jucundum denotat; ſicut ſiniſtra triſte, & doloriferum: ſicut inenarrabili triſtitia affecerat mors Chriſti ſuos diſcipulos, in vitulo deſignata, ſic & ineffabili gaudio omnes electos repleverat ejus incarnatio, & Reſurrectio in homine, & leone ſignificata. Sic ait Sanct. Pater: *ejus nativitas, & Reſurrectio diſcipulis lætitiam præbuit, quos ejus Paſſio contriſtavit, hinc homo & leo à dextris, vitulus verò à ſiniſtris ejus fuiſſe deſcribitur.*

Incarnatio & reſurrectio magnam lætitiam attulerunt.

D. Greg.

225. Cornel. Prad. Pereir.

Tertio decimò, Cornelius à Lapide cum Hieronymo, Prado in Ezechiel. ac Pereira, ait quòd hæc quatuor animalia ſunt illa, quæ Ezechiel vidit, & ſignificant quatuor primarios Angelos, Principes, & adminiſtratores Dei circa curam Eccleſiæ, ac circa ſalutem, & regimen hominum, totiúſque mundi. Hanc ſententiam probat primò Cornelius, quia hi Angeli referunt in ſe ſtemmata Dei, celſitudinem & ſapientiam in Aquila; bonitatem, & manſuetudinem in homine; patientiam, juſtitiam, & cultum Dei in vitulo; fortitudinem, & potentiam in leone. Secundò, quia proximi ſunt throno Dei, cui aſſiſtunt Angeli proximè. Tertiò, quia pleni ſunt oculis, cum alis ſenis ad ſignificandam eorum velocitatem.

Primarii quatuor Angeli.

Hæc ſententia multam patitur difficultatem, & primò in Prologo Apocalypſis ait Cornelius quod hîc & apud Ezechielem. Ioannes denotetur in Aquila, in cujus confirmat. adducit D. Auguſt. tract. 36. in Ioan. dicentem: S. *Ioannes Apoſtolus non immeritò aquilæ comparatus altiùs multoque ſublimiùs aliis tribus Evangeliſtis erigit Prædicationem.* Si ergo aquila ſignificat Ioanem, jam quatuor animalia non ſunt quatuor primarii Angeli. 226. Cornel. D. Aug.

Deinde contra hanc ſententiam cap. 5. ſequenti num. 9. decantant ſeniores, & quatuor animalia; *Redemiſti nos Deus in ſanguine tuo:* Angeli autem non ſunt redempti à Chriſto. Dices quòd animalia illa canebant cum viginti quatuor ſenioribus, ac proinde communi voce ut aliorum cuſtodes. Sed contra, Ioannes eodem cap. 5. n. 11. diſtinguit vocem Angelorum multorum millia millium, à voce quatuor animalium: ergo quatuor animalia repræſentatione diſtincta erant ab Angelis, & prout diſtincta canebant. Confirmatur, quia cap. 7. n. 11. *Omnes Angeli ſtabant in circuitu throni, & ſeniorum, & quatuor animalium.* Ergo quatuor animalia diſtincta ſunt à numero omnium Angelorum, ut ab eis diverſa proponuntur 227. Apoc. 5. Apoc. 7.

Argumentatur ſecundò contra illam ſententiam, quia Ioannes cap. 5. num. 6. ait: *Vidi in medio throni, & quatuor animalium, Agnum ſtantem tanquam occiſum, habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem Spiritus Dei miſſi in omnem terram.* Ubi per ſeptem Spiritus miſſos in omnem terram interpretatur Cornelius cum communi ſententia ſeptem primarios Angelos. Ergo ſi hi miſſi erant in omnem terram, non erant quatuor animalia, qui ſtabant in circuitu throni. 228. Cornel.

QUÆSTIO XXVI.

Ponitur vera ſententia, veráque interpretatio circa quatuor animalia.

Communis, & vera ſententia eſt, quod hæc quatuor animalia ſignificant quatuor Evangeliſtas, ſub eorúmque nomine omnes veros Doctores ac Prædicatores Eccleſiæ. Ita Divus Auguſtinus cit. ſuperiori quæſtione, & lib. 1. de conſenſu Evangel. cap. 6. & etiam hoc loco Beda, Primaſius, Richardus de Sancto Victore, Rupertus, Ansbertus, Pannonius, & alii communiter; Viegas, & alii Recentiores. Et confirmatur ex auctoritate Eccleſiæ, quæ hæc animalia appropriat ad ſacros Evangeliſtas. Quomodo autem cuilibet Evangeliſtarum unumquodque animal proportionetur, convenientiùs explicabo quæſtione ſequenti. 229. *Vera ſententia.* D. Auguſt. D. Hieron. D. Greg. Beda. Primaſ. Richard. Rupert. Pannon. Viegas.

probatur

230. Probatur hæc ſententia ex fine hujus viſionis in qua ſe oſtendit Deus auctorem, & inſtitutorem, ac regulatorem humanæ ſalutis, quæ manifeſtanda ac declaranda eſt in libro qui modò eſt aperiendus, qui eſt præcipuus ſcopus hujus viſionis; atqui hæc ſalus maximè ordinata eſt in Chriſto per redemptionem, ac Evangelium ſuum: ergo ipſi Evangeliſtæ, ut ſcriptores, teſtes, ac narratores debebant in hac viſione hîc adeſſe.

Oſtenditur vera ſententia.

231. Probatur ſecundò: In libro aperiendo ſunt ſcriptæ perſecutiones hæreticorum, ac tyrannorum contra Eccleſiam, quæ perſecutiones exortæ ſunt ob Prædicationem Evangelii. In libro etiam aperiendo ſunt ſcripta trophæa, præmia coronæ propoſita victoribus, obſervatoribus Evangelii, illiuſque defenſoribus; ergo nullo pacto hîc debuit præteriri Evangelium: quod ſi quatuor animalia illud non exprimunt, nullum aliud eſt ſymbolum ex revelatis, quod illud hîc exprimat; ergo quatuor animalia illud denotant.

232. Tertiò, quia in Scriptura frequenter ubi quaternarius numerus eſt, ſignificatio innuitur ſacrorum quatuor Evangeliſtarum. Quatuor flumina, quæ egrediebantur de Paradiſo terreſtri ad irrigandam univerſam terram, Geneſ. 2. n. 10. teſte D. Iſidoro, D. Hieronymo ſignificabant quatuor Evangelia, quæ univerſum mundum fœcundant. In tabernaculo Moſaïco quatuor erant columnæ habentes capita aurea, baſes argenteas, è quibus pendebat velum Sancta Sanctorum. Exod. 26. num. 32. quæ ut multis expendit hîc Viegas, ſignificabant ſacros Evangeliſtas habentes capita aurea per charitatem, baſes argenteas per cœleſtem ſapientiam velumque verborum ſuſtinent, quo pro ratione temporis, loci, ac perſonarum ſacra myſteria pandunt, & occultant. In menſa propoſitionis erant quatuor circuli aurei, Exod. 25. n. 26. qui ſacros Evangeliſtas denotabant, qui menſam propoſitionis, id eſt, Chriſti humanitatem, in qua ut interpretatur Rupertus lib. 4. in Exod. c. 7. nobis Æternus Pater cæleſtem cibum gratiæ proponit, per totum orbem ſacri Evangeliſtæ portant. Zachar. 1. n. 21. oſtendit Dominus quatuor fabriferrarios, qui ut interpretantur aliqui; quos ibi refert D. Hieronymus ſignificabant quatuor Evangeliſtas, qui arma Eccleſiæ miniſtrant contra petulantiam Hæreticorum, Judæorum, ac Gentilium.

Quatuor Evangeliſtæ in multis præfigurati. Gen. 7. D. Iſidor. Exod. 26. Viegas. Exod. 25. Rupertus. Zachar. 1.

233. Canit Habacuc 3. num 8. *Qui aſcendes ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſalvatio.* Per equos ac quadrigas, intelligitur currus qui portatur à quatuor equis, ſeu rotis: D. Ambroſius in Pſal. 118. in fine Octonarii quarti, & D. Aug. lib. 18. de civitate Dei cap. 32. ſacros Evangeliſtas, qui cum ſuo Evangelio portantes Chriſtum per totum orbem, ſalus & vita eſt omnibus ſic ait D. Auguſtinus. *Quadrigæ tuæ ſalvatio. Hoc eſt*, ait, *Evangeliſtæ portabunt te, qui reguntur à te, & Evangelium tuum ſalus eſt his, qui credunt in te.* Et maximè nota in rem noſtram, quod ſubdit Propheta immediatè n. 9 *Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum*: nempe tuam virtutem, efficaciam, ac potentiam ad debellandas omnes gentes; arcus bellicum eſt inſtrumentum, Evangelium eſt potentiſſimum, efficaciſſimum divinæ virtutis inſtrumentum ad debellandas, ac deſtruendas omnes ſectas, ac machinationes hæreticorum ac infidelium.

Habacuc. 3. *Sacrum Evangelium multam vim habet ad debellandos hoſtes.* D. Aug.

234. Divina virtus revelata in ſuis Evangeliſtis, ac Prophetis ſemper innumeros de hoſtibus agit triumphos omni infidelium conculcata aſtutiâ: de Debbora Propheteſſa dicitur: Judic. 4. n. 5. quod *ſedebat ſub palma*, cur non potiùs ſub quercu, vel platano? Palma victorum nota, ac inſigne eſt; inde debitam ſuam ſedem habet Prophetia, cum ſub palma ſedet, quia omnia vincit, magnificoſque ſub pedibus ſuis de hoſtibus agit triumphos. D. Iſidorus in Judic. quæſt. c. 2. *ſub palma*, ait, *ſedem habet Prophetia, quia quos ſuis inſtitutionibus erudit, ad palmam ſupernæ vocationis adducit.*

Judic. 4. *Sacra Scriptura vincit, & triumphat, de hæreticis.* D. Iſidor.

235. Inſtabis. Hæc quatuor animalia hîc apud Ioannem non ſervant ordinem Evangeliſtarum, ergo eos non ſignificant. Nam primus Evangeliſtarum eſt Sanctus Matthæus, qui habet faciem hominis, hîc autem ponitur Sanctus Marcus, qui habet faciem leonis. Facilè reſponderi poterat juxta Divum Auguſtinum tractatu 36. in Ioannem, qui per leonem intelligit Sanctum Marcum; & vario diverſoque modo varii auctores hæc quatuor animalia accommadant ſanctis Evangeliſtis, de quo quæſt. ſeq. & retenta communi ſententia, quod homo ſignificet Matthæum incipientem à Genealogia humana Chriſti D. Aquila Ioannem ob ſublimitatem doctrinæ; leo Marcum, qui incipit à rugitu Ioannis in deſerto: vitulus D. Lucam, qui incipit à ſacerdotio Zachariæ.

Prima objectio de ordine Evangeliſtarum.

236. Reſpondeo cum Anſberto, & ex eo Viegas ſect. 12. leonem primo loco poſitum fuiſſe, ut manifeſtetur prærogativa Reſurrectionis Chriſti, quæ eſt primum fundamentum Chriſtianæ Religionis. Nam, ut ait Paulus 1. Corinth. 15. numero. 14. *Si Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt Prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra.* Mundus enim in Chriſtum credidit, non quia natus fuit ut homo, non quia paſſus ut vitulus; ſed quia reſurrexit ut leo. Nam Nativitas, & Paſſio per ſe ſumptæ prima ſpecie, ac fronte non arguunt quid divinum, ut arguit Reſurrectio: qui enim propria virtute à mortuis reſurrexit, non potuit eſſe purus homo, ſed Deus homo & Chriſtus. Et quia in hac prærogativa Paſſio proxima eſt Reſurrectioni, nam verè Dominus dixit: *Si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum.* Ioan. 12. numero 32. Et ideò poſt leonem ſequitur vitulus in ſecundo loco. Quod confirmo, primo loco ponitur leo; in ſecundo verò vitulus; quia hæc duo animalia maximè celebrantur à civibus cæleſtibus, ut patet ex capite quinto ſequenti. Cantabant enim; *vicit leo de tribu Iuda.* Deinde addebant, *Redemiſti nos in ſanguine tuo*, tanquam verus vitulus in ſacrificium oblatus.

Solutio. Anſbert. Viegas. 1. Cor 15. Ioan. 12. *Confirmatur ſolutio.*

237. Deinde ſi placet, ſic reſpondeo, Ioannes ſecutus eſt ordinem myſteriorum non temporis quo Evangeliſtæ ſcripſerunt, nam ut veniat Dominus paranda eſt ei via, ut ſcribit Divus Marcus ſignificatus in leone, qui ſuum Evangelium inchoat à prædicatione Ioannis; *Parate viam Domino.* Secundo loco ponitur vitulus, & in eo ſignificatur Divus Lucas qui ſuum Evangelium incipit à ſacerdotio, ac ſacrificio Zachariæ, quia ut veniat Dominus, ei ſunt ſacrificandæ, ac conſecrandæ noſtræ actiones: tunc ſequitur tertius homo, & in eo Divus Matthæus, qui à Genealogia Chriſti humana incipit; demum Ioannes in Aquila ſignificatus, qui ab æterna

2. *Solutio.* *Ioannes ſequitur ordinem myſteriorum.*

æterna generatione ac divinitate Chriſti inchoat, qui enim dignè ſuſcepit Chriſtum, ejus divinitate fruitur.

238. 2. Objectio. Dices ſecundò Joannes cùm hæc ſcripſerit adhuc erat in vivis, & adhuc non ſcripſerat ſuum Evangelium, ergo jam non poterat apparere in cœlo, ſed ad hoc jam reſpondi hæc repræſentara eſſe in typo, ac figura,& non repugnat,quod Joannes exiſtens in terra,ſub hac ænigmatica figura diverſos habeat typos repræſentantes diverſa munera ac loca, quamvis nondum ſcripſiſſet ſuum Evangelium, ſat erat quòd illud eſſet ſcripturus.

QUÆSTIO XXVII.

Quomodo unumquodque animal adaptetur cuilibet Evangeliſtarum.

239. DE his ſacris quatuor Evangeliſtis multa dixi tom.1.in Evangelia in prœmio,ubi etiam explicavi cap.2.num.6.cur quatuor tantùm eſſe voluit Deus,quomodo verò hæc quatuor animalia eis approprientur; eſt quæſtio in quo varia ſunt placita Doctorum.

240. Andræas. Cæſ. Xiſt. Senen. D. Aug. Primò, Andræas Cæſarienſis ut refert Xiſtus Senenſis libro 2. ſuæ Bibliothecæ leonem Joanni tribuit, vitulum Lucæ, aquilam Marco, hominem Matthæo: quam diſtributionem Divus Auguſtinus libro 1.de conſenſu Evangeliſtarum aliis tribuit,quæ omiſſa utpotè omninò improbabilis.

241. D. Aug. Viegas. Pererius. Primaſ. Secundò, idem D. Auguſtinus citato loco, ut referunt Viegas, & Pererius, & etiam idem Divus Auguſt. tom. 9. tract. 36. in Evang. Joannis, & hîc ſequitur etiam Primaſius, leonem Matthæo tribuit, hominem Marco, vitulum Lucæ,& aquilam Joanni; quæ diſtributio inde Auguſtino placuit, quia D. Matthæus Chriſtum Regem ſcribit, & quomodo ipſum Regem Magi publicaverunt; eumque infantem Herodes formidavit: Regiæ poteſtatis ſymbolum eſt leo juxta illud Apocalypſ.5. *Vicit leo de tribu Juda.* Apoc. 5. Marcus verò, qui totus verſatur in ſcribendis, quæ Chriſtus homo geſſit in terris, meritò per hominem ſignificatur. In Luca & Joanne cum communi ſententia conſentit Auguſtinus.

242. Communis ſententia. D. Hieron. D. Greg. Victor. D. Ambroſ. Beda. Hymo. Albert. Mag. Tertiò, communis ſententia eſt, quam tradunt Divus Hyeronymus in prœmio Matthæi. Divus Gregorius, homilia in cap.1. Ezechielis. Victor. Divus Ambroſius, Beda.Haymo, Anſbertus, Albertus Magnus qui ſic accommodant, ut leo ſit Sanctus Marcus, quia principium hujus Evangelii incipit à clamore, & rugitu Sancti Joannis,quaſi leonis in deſerto: Rugit in deſerto clamans, *Ego vox clamantis in deſerto, parate viam Domino.* Vitulus eſt Sanctus Lucas, cujus principium incipit à ſacerdotio veteri Zachariæ;Homo eſt Sanctus Matthæus cujus principium eſt humana Chriſti genealogia; Aquila eſt Sanctus Joannes, qui à divinitate Verbi incipit.Hanc diſtributionem tenet Eccleſia in pingendis ſacris Evangeliſtis; & ſolemnis eſt conſuetudo apud Hebræos integrum librum à prima voce qua incipit nominari. Sic liber Geneſis dicitur Hebraïco nomine, Quod ſignificat in principio, & Exodus: Hæc ſunt nomina; & ſic de aliis ut probat Viegas. Tamen de ſacris Evangeliſtis ſigillatim aliqua dicamus. Viegas.

QUÆSTIO XXVIII.

Elogia Evangelii D. Matthæi.

SAnctus Matthæus habet faciem hominis, 243. quia regem Chriſtum deſcribit, & quidquid regium in Chriſto eſt, exprimit,ut notavit Rupertus lib.4 de operibus Spiritus Sancti, Rupert. cap.14. *Apud iſtum Evangeliſtam*, ait, *Rex genere, & actibus oſtenditur, cùm jam à principio, & initio libri ſui dicat. Liber generationis Ieſu Chriſti Filii David: deinde natum mox Regem Iudæorum à Magis adorari deſcribit, totùmque textum ſuæ narrationis regalibus geſtis, ac regiis contextens parabolis, ſic tandem finit, ut dicat apud eum, Rex iſte jam coronatus Reſurrectionis gloriâ, data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Totam ſeriem conſcriptionis ejus, ſi ritè perpendis, poteris cognoſcere myſteria regni Dei.* Meritò ergo D. Matthæus habet faciem hominis,quia ad Chriſtum Regem aſtruendum & præſignandum, magis idonea eſt facies hominis,quàm leonis,nam homini datus eſt principatus, ac regnum ſuper cætera animantia & Regi magis convenit benignitas,quàm ferocitas leonis; Regi magis convenit benignitas,quam ferocitas. inde D. Matthæus ut maximè gratiùs hanc regiam benignitatem decantat in Chriſto, qui eum de ſervitute peccati vocavit ad libertatem regni Dei, ac de publicano ad Apoſtolicum munus. Matthæus maximè gratus Chriſti liberalitati. Sic pergit citatus Rupertus. Rupert. *Matthæus publicanus quippe fuerat, & de publico regni peccati ſervitio, ad libertatem regni Dei juſtitiæ vocatum ſe eſſe meminerat: benè ergo ut non ingratus magno libertatis ſuæ Regi, regni ejus legibus inſervivit, intendens regnum ejus, quod à carnalibus Iudæis carnaliter expectabatur, oſtendere quale ſit.*

Tanta eſt dignitas Matthæi,quod ei ſit attributa facies hominis, 244. ut inde cæteris Evangeliſtis ſit præferendus; faciem hominis tribuit Ezechiel cap.1. num.10. Matthæo, ſicut hîc noſter Joannes,eandem tamen faciem hominis filio Dei tribuit ipſemet Ezechiel cap. 1. num. 26 Ezech. 1. *Et ſuper ſimilitudinem throni, ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper.* Ecce Matthæi, & ſupremi Regis una eſt facies, una vultuum ſimilitudo, etenim tam Rex quàm Matthæus in aſpectu hominis viſebantur: Matthæus aliis Evangeliſtis præferendus. quod egregiè expendit Rupertus lib. 1 in Ezechielem capite 16. Rupert. *Quare autem*, ait, *in illa ſimilitudine throni ſolum vidit quaſi aſpectum hominis, cùm hactenus quatuor facies numeraverit, faciem hominis, faciem leonis, faciem vituli, faciem aquilæ volantis? videlicet quia ſedens ille, leo, vitulus, aquila dicitur tantùm pro ſimilitudine, vel parabolica tranſlatione; homo autem eſt, & eſſe permanet in veritate naturæ.* Igitur Evangeliſtarum facies impropriè, & quaſi metaphoricè, ac valdè ſymbolica ratione ſupremum Regem Chriſtum exprimebant,ut dixi ſuprà quæſt.25. in duodecima ſolutione numero 220. At ſolus Matthæi vultus magis propriè ac naturaliter

ſupremum

ſupremum Regem repræſentabat,quia ipſe verè homo eſt, *& permanet in veritate naturæ*; & hanc veritatem naturæ humanæ maximè Divus Matthæus nobis aperuit, ac explicavit,ejúſque facta & opera, quibus nos redemit,ac liberavit à captivitate peccati; filius Dei in aſſumpta humana natura ſuis ſacratiſſimis operibus nos exemit à ſervitute peccati: Matthæus autem dum maximè latè ac ſpatiosè ipſam Chriſti naturam humanam,ejuſque genealogiam, ac magnifica opera explanat luce ſui Evangelii nos liberavit à tenebris, ac obſcuritate infidelitatis, & quia ipſius naturæ humanæ magnus explanator, ac declarator eſt Divus Matthæus,inde ipſe habet faciem hominis, in cujus ſimilitudine ſeſe manifeſtat, ac oſtentat Filius Dei apud Ezechielem.

245. D. Hieron. *Matthæus in Evangelica hiſtoria primus princeps & auriga.*

Confirmatur, quia Divus Matthæus primus omnium ſcripſit ſuum Evangelium ut tradit Divus Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & dixi tom. 1. in Evangelia in Procœmio c. 3. n 7. Divus Matthæus totius Evangelii, totiúſque novi Teſtamenti eſt principium; ac princeps;magna gloria ac ſublimitas eſt, quod quis in aliquo ordine ſit primus,quantò magis in tam ſupereminenti, ac excellenti. Rupertus lib.4.de operibus Spiritus Sancti,cap.14.ſic ait: *Matthæus inter ſacros Evangeliſtas primatum nactus eſt, divinitúſque conceſſum eſt illi, ut ſacri Spiritus prima fluenta ſcriberet; ut ex ejus munere Chriſti ſacramenta fœlici calamo ſcriptis exararet, primum autem quempiam eſſe in aliquo ordine, nonne Regiam ſapit dignitatem? Nonne cœlitus hanc elargitam gratiam miris elogiis celebrant Patres?* Beda. *Qualis Matthæus factus ſit, Apoſtolorum numerus cui inſertus eſt, docet ipſum Evangelium, in quo ſcribendo, novi Teſtamenti conſecravit exordium.* Cardinalis Petrus Damianus ſermone 51. ſic de eo ſcribit: *Matthæus, quia ad ſcribendum Evangelium primus erupit, quaſi quandam lineam procedendo tetendit, & unde cæteri concurrerunt rectitudinis ſemitam deſignavit: Ut ſicut de Elia dicitur hic etiam currus, & auriga illius myſtici ſacramenti nuncuparetur.* 4 Reg. 2.n. 12. Vult dicere, quod Matthæus currus eſt, quia currum Evangelicæ veritatis cum relinquis Evangeliſtis conſtituit, currúmque quaſi ædificavit, dum ſuo exemplo eos ſibi ad ſcribendum adjunxit, & quia princeps & dux eorum,extitit, & unde cæteri currerent, rectitudinis ſemitam deſignavit,auriga non immeritò, &quaſi moderator nuncupatur.

Beda. *Matthæus exordium novi teſtamenti.*
Rupert.
4.Reg.2.

246. Damian.

Quod maximè comprobat citatus Cardinalis Petrus Damianus præallegato ſermone 51. qui in quatuor fluviis de Paradiſo fluentibus dignitatem Evangeliſtarum agnoſcens, figuratam in primo, qui Phyſon appellatur,Matthæum tanquam proximum ſcriptorem dicit;apud terram illius fluvii invenitur *aurum optimum*, ut dicitur,Gen 2.n.12. Fluvius iſte inter cætera flumina primum tenet locum, nam *Phyſon* ut interpretatur Abulenſis, eſt abundantia; iſte enim fluvius maximè abundare facit terram auro, aromatibus ac fructibus; ſic Divus Matthæus meritò tenet primum locum inter Evangeliſtas, nam ipſe abundantiùs, ac largiùs Chriſti humanitatem, ac ejus regiam dignitatem, illiúſque ſacra myſteria nobis aperuit, explanavit,ac explicavit. Sic ait citatus Damianus: *Sicut Phyſon primus eſt fluviorum de paradiſi fonte prodeuntium ita Matthæus inter reliquos Evangeliſtas primum obtinet locum. Satis ergo conveniens, & intimæ rationi aptiſſimè congruit,ut ſicut apud Phyſon optimum reperitur aurum; ſic & apud beatiſſimum Evangelici ordinis primicerium; intelligamus eſſe theſauri cœleſtis incomprehenſibile ſacramentum.*

Gen. 2.
Abulenſis.

347. *Quod datur innocentibus, etiam conceditur pœnitentibus.*

Illud tamen ultimò nota, quòd ſolùm Divus Matthæus, & Joannes ſic à Chriſto ſunt condecorati, ut ſimul eſſent Apoſtoli,& Evangeliſtæ; quòd ſi tantùm donum datum eſt Joanni ob ſuam virginitatem ac puritatem, hoc etiam conceſſum eſt Matthæo ob ſuam pœnitentiam & converſionem, excellentiſſima enim dona, quæ Deus puris, ac innocentibus infundit,hæc etiam pœnitentibus, ac converſis largitur. Petrus Damianus ſermone 50. *Hæc profunda divini conſilii diſpenſatio, nimirum ut iſte, nempe Matthæus ad miſericordiæ fontem peccatoribus ſe exhibeat prævium; & ille nempe Joannes cuſtoditis, & innocentibus ſit exemplum: quatenus & lapſis quibuſcumque peracti ſceleris magnitudo non obviet, & mundos, ac nullis criminibus obrutos, patens janua gratiæ cæleſtis invitet.* Damianus.

QUÆSTIO XXIX.

Elogia Evangelii Divi Marci.

SAnctus Marcus ſecundus eſt in ordine Evangeliſtarum, eique attribuitur leo, incipit enim à rugitu,ſeu voce clamantis in deſerto. Tamen noſter Evangeliſta Ioannes in præſenti eum ponit primo loco; *Primum animal ſimile leoni*: quod optimè obſervavit Cardinalis Petrus Damianus ſerm. 24. qui eſt primus de Sancto Marco. *Honorem, ait, qui in prædeſtinato ſortius eſt, ordinem ſervat in Evangelica veritate; nam in Apocalypſi Ioannis, cum Sanctorum animalium ordo deſcribitur, non jam ſecundus, ſed primus hic in eorum catalogo reperitur.* Licet inter ſacros Evangeliſtas unus ſcripſerit prior tempore quàm alius,unúſque in ſcribendo ſit primus, & alius ſecundus,tamen in puritate, ſinceritate, ac veritate hiſtoriæ quilibet eſt primus, & nullus ſecundus, ſic in ſummo ac integro veritatis apice omnes ſcripſerunt,ut in veritate nullus ſit ſecundus. 248.

Damianus.
Evangeliſtæ multa veritate ſcripſerunt.

249. *D. Marcus inter Evangeliſtas hic habet primum locum.*

Tamen in laudem noſtri Evangeliſtæ,iterum premo illa verba: *Non jam ſecundus ſed primus hic in eorum catalogo reperitur.* Noſter Evangeliſta dat Beato Marco primum locum, *Primum animæ ſimile leoni*; ob excellentiam, ac altitudinem myſteriorum, quæ ſupremo,ac brevi ſtylo in ſuo Evangelio pertractat, ob vehementem ac fortiſſimam vocem, qua per totum Orbem inſonuit.

250. Apocal.10.

De hoc noſtro ſacro Evangeliſta multi intelligunt illud quod dicitur infrà, Apocal.10.n.1. *Et vidi alium Angelum fortem deſcendentem de cœlo, amictum nube, & iris in capite ejus, & facies ejus erat Sol; & habebat in manu ſua libellum apertum: & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram, & clamavit voce magna, quemadmodum cùm leo rugit.* Si per quatuor Angelos Apocal 7.n.1.intelliguntur quatuor Evangeliſtæ, rectè per hunc

Apocal 7.

Angelum

Marcus Angelus Apocalypſis.

Angelum fortem Divum Marcum interpretabimur: *Amictus nube*; ob ejus cœleſtem vitam. *Et Iris in capite ejus*; cujus triplex eſt color, *cæruleus* ob eximiam fidem, *viridis* ob ſpem magnam, qua cunctos ſua præſentia Evangelio ac protectione replet, *rubicundus* ob ferventem charitatem in ſalute animarum: *Facies ejus erat ut Sol*, quia veluti Sol, ſuo Evangelio totũ illuſtravit orbem, & *habebat in manu ſua libellum*; nempe brevem librum, quia ut ait D. Chryſoſtomus hom.4. in Matth. *Marcus maximo præſtrinxit cuncta compendio.* Et Petrus Damianus cit ſerm.14. *Evangelium Marci*, ait, *eſt planè ſtyli brevitate ſuccinctum, ſed profunda myſterii ſpirituali ebrietate diffuſum.* Vis ſcire quanta myſteriorum ubertate hoc Evangelium ſit plenum; conſidera quòd Marcus 1. n.1. in hanc vocem exorſus ſic erupit; *Initium Evangelii Jeſu Chriſti Filii Dei.* At D. Matthæus cap.1. num.1 ſic inchoat: *Liber generationis Jeſu Chriſti Filii David*, Tunc ſic ſubdit citatus Cardinalis; *Quid eſt ergo, quòd illi dicit Filii Dei: iſte Filii David, niſi quod per organa ſua Spiritus ſanctus mediatoris Dei, & hominum ſacramenta diſtinxit? Ut per alterum eum Filium Dei; & per alterum eum oſtenderet filium hominis.* Matthæus, & Marcus primi omnium Evangeliſtarum ſcripſerunt, inde Spiritu ſancto ordinante Chriſti naturam explicant. Matthæus filium hominis dicit; at Marcus, Filium Dei appellat: hæc tanta gloria ei reſervabatur, ut primus omnium Evangeliſtarum Chriſtum Filium Dei clamaret; nam Marcus multo prior tempore Joanne ſcripſit.

D. Chryſ. — Marc. 1. — Matth. 1. — Marcus 1. Chriſtum Filium Dei exorſus appellat.

251. *Poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram*; Poſuit unum pedem in terra, & alterum in mari In terra quia Ægyptum ſua prædicatione illuſtravit, ibique Alexandrinam Eccleſiam fundavit. Alterum pedem poſuit in mari, in illuſtriſſima nempe Venetiarum civitate, quæ ſuper mare fundata eſt. Ita ut illi optimè decantatur: *A Solis ortu uſque ad occaſum laudabile nomen Domini* Pſalm. 112. num. 3. Sic ait Petrus Damianus ſermon. 15. qui eſt ſecundus, de S. Marco, *Per Ægyptum quippe*, ait, *ſibi dedicat ortum, per Venetiam tenet occaſum, ut à Solis ortu uſque ad occaſum per illum laudabile fieret nomen Domini.*

Marcus habet pedes tanquam columnas in mari, & in terra. — Pſalm. 112.

252. *Et clamavit voce magna, quemadmodum cùm leo rugit.* Ita ut per totum orbem D. Marcus inſonaret: per quatuor flumina quæ de terreſtri paradiſo exeunt, intelliguntur quatuor Evangeliſtæ. Per *Gehon* qui eſt ſecundus, interpretatur S. Marcus, qui fluvius juxta ſacrum textum *circumit omnem terram Æthyopiæ*, Geneſ. 2. n. 13. Hic fluvius communiter Nilus exiſtimatur, & quænam terra Æthiopiæ eſt iſta, quam circuit; Petrus Damianus ſerm. 14. *Marcus veluti Gehon, qui juxta Scripturæ ſeriem, circuit omnem terram Æthyopiæ, id eſt, univerſitatem complectitur Eccleſiæ peccatis præcedentibus denigratæ.* De cujus Æthiopiæ populo per Prophetam Sophon. 3. num. 10. *Dominus*, dicit, *ultra flumina Æthiopiæ, inde ſupplices mei.* Quæ etiam perſecutionibus preſſa de ſe ait in Cant. 1. n. 4. *Nigra ſum ſed formoſa, nolite me conſiderare quod fuſca ſim.* Alia flumina peculiares regiones ac terras circumeunt, ut *Phyſon* terram Hevilath: *Tygris* Aſſyrios: At *Gehon*, id eſt, Marcus peculiariter totũ mundum, totam Eccleſiam, etenim ob magnam efficatiã verborũ, ob multitudinem myſteriorum ob magnitudinem rerum inſigniter conceſſum eſt totum mundum peccatis denigratum ac offuſcatũ mundaret purificaret ac dealbaret. Expende quod de hoc fluvio Gehon tantum dicitur. *circumit omnem terram.*

Gen. 2. — Damian. — Soph. 3. — Cant. 1. — D. Marcus irrigat univerſam Eccleſiam.

253. Tanta erat efficacia verborum Marci, ut veluti vices oris Chriſti gereret: Egreſſo Iſraële de Ægypto poſt tres menſes dedit ei Dominus legem in tabulis ſcriptam, Exod 19 n.1. Remanente Ægypto in ſuis errorum tenebris poſtea verò veniens Jeſus in mundum, & cùm puer natus eſſet in Bethlehem ut declinaret furorem Herodis, ut à cum matre *ſeceſſit in Ægyptum*, Matthæi 2. n. 14. Eúmque Ægyptus benignè excepit ac per ſeptennium alimenta præſtitit, ut dixi tom.1. in Evang. cap.7. quæſt. 13. n.54. Conveniens erat, ut D. Jeſus tantum obſequium ſibi præſtitum perſolveret, ſuáque ſacra doctrina Ægyptum illuminaret; quia tamen ut tam teneræ ætati ſe accommodaret, ac inſerviret, hoc ei non licebat. Deſtinatur Marcus ut tanquam vices oris Chriſti gerens Ægyptum ſua prædicatione, ac Evangelio illuſtraret ac illuminaret, & tanquam oris Chriſti ſubſtitutus, obſequium Domino ſuo præſtitum perſolveret ac rependeret. Procopius ad citatum locum Exodi, ſic ait. *Univerſa Ægyptus Marcum, ut tabulas à Deo inſculptas, vel ut rectiùs dicam, tanquam ipſum Chriſti os veneratur* Olim Deus dedit legem Iſraëli egreſſo de Ægypto in tabulis, Ægypto in ſuis tenebris errorum permanẽte; nunc autem ipſam illuminat per os Marci vicem oris Domini ſui gerentis: *Tanquam ipſum Chriſti os veneratur.* Non verbo & ſcripto in tabulis, ſed tam viva voce prædicationis quàm ſacro, & admirabli codice Evangelico.

Exod. 19. — Matth. 2. — D. Marcus vices oris Chriſti gerit. — Procop.

254. Unde Paulus ſcribens ad Timothæum. 2. capite 4. num. 11. ait ei: *Marcum aſſume, & adduc tecum: eſt enim mihi utilis in miniſterium.* Nam quamvis Paulus multos & magnos diſcipulos haberet, inter eos tamen inſigniter ei utilis erat Marcus, & inde eum commendat ac inculcat Timotheo, ſi eſt iſte Marcus idem ac noſter Evangeliſta, de quo eſt quæſtio apud Expoſitores, & ait Apoſtolus *eſt mihi utilis*, ut notat ſanctus Chryſoſtomus, non ad requiem ſed ad miniſterium prædicationis Evangelicæ, quam prædicabat magno zelo, fervore, charitate ac conſtantia, nulli parcens labori, & inde glorioſo martyrio laureatus eſt apud Alexandriam.

2. Timoth. 4. — D. Chryſ. — Marcus utilis Paulo.

QUÆSTIO XXX.

Elogia Evangelii S. Lucæ.

255. VAlde ſublimes, ac præclaræ ſunt laudes Divi Lucæ, pro quo ſatis ſufficiebat illud teſtimonium Pauli, quem ille miſit cum Tito de quo juxta Divum Hieronymum, Anſelm, ac alios, ſic ait ipſe 1. Corinth. 8. num. 18. *Miſimus etiam cum illo fratrem*, id eſt *Lucam, cujus laus eſt in Evangelis per omnes Eccleſias.* Tot, ac tantæ ſunt laudes, ac præconia D. Lucæ, ut non relinquantur judicio ac opinioni humanæ, ut laudes aliorum Sanctorum, ſed ſunt Evangelicæ veritates, dogmata fidei, ac aſſertiones divini Spiritus, *cujus laus eſt in Evangelio*

D. Hieron. — D. Anſelm. — 2. Cor. 8. — Laudes Divi Lucæ veritates Evangelicæ.

vangelio per omnes Eccleſias. Accommoda hîc quæ dixi ſuprà cap.2.q.32.n. 233.234.ſed aliqua peculiaria addamus.

256. Ait Joannes in præſenti; *Secundum animal*
Cur D. Luca vitulus attribuitur. *ſimile vitulo.* Quod animal, ut ſuprà dixi q.27. & patet ex uſu Eccleſiæ, tribuitur D. Lucæ.Et meritò quidem, quia ipſe incipit ſuum Evangelium à ſacerdotio Zachariæ: *Fuit in diebus Herodis Regis Juda Sacerdos quidam nomine Zacharias.* Et inde narrat ejus progeniem;vicem, ſacrificium, templum: vitulus autem ex multis ad Sacerdorem pertinet,maximè quia erat animal ad ſacrificium dedicatum,ſecundò quia ſi-
Multa pro Chriſto ſuſti- cut vitulus vomere terram proſcindit ac fœcundat, ſic & D. Lucas ſicut vitulus ſacro linguæ vomere cordis noſtri arva proſulcat,atque Evangelico ſemine jacto fœcundat ac fertilizat. Tertiò, bos, laborum eſt patiens, & aſſiduè in agro heri ad ſegetem & meſſem exercetur,ſic& D Lucas in ſuo Apoſtolatu (nam eum Apoſtolum appellat Corn. à Lapide,in argumento ad Acta Apoſtolorum (multos labores ærumnas,
Eccleſia. perſecutiones pro Chriſto ſuſtinuit, uſque ad annum 84.reſte D.Hieron. Unde Eccleſia hoc ei elogium dat; *Qui crucis mortificationem jugiter in ſuo corpore pro tui nominis honore portavit.*

257. Quartò, ubi nos habemus, *ſecundum animal*
H braic. *ſimile vitulo,* Hebraïcus legit, *ſimile tauro,* pro
Damian. quo accipe Cardinalem Petrum Damianum ſerm.53. *Idcirco,* ait, *Beatus Lucas vituli prætendit imaginem, quia dum Evangelicam, atque Apoſtolicam deſcribit hiſtoriam, hoſtes Chriſti, atque adverſarios veræ fidei tanquam duobus cornibus ventilat,eò quòne aream Catholica Eccleſiæ depopulentur expugnat:his cornibus præmunitur, quibus & Judæos feriat non credentes,& hæreticos hinc inde concludat à regula veræ fidei declinan-*
D. Lucas duplici brachio tuetur Eccleſiam. *tes.*Vitulus,ſeu taurus Tribuitur D. Lucæ,quia ipſe tanquam fortiſſimus taurus,veluti duplici cornu, ſeu robore, codice nempe Evangelico ac Apoſtolico defendit, ac tuetur Eccleſiam, ejuſque adverſarios expugnat ac debellat; codice Evangelico Judæos, Apoſtolico ſeu Actis Apoſtolorum Hæreticos.

258. Moriturus Moyſes benedicens filiis Iſraël, maximè dilatatur in benedicendo Joſeph,& inter cætera ejus magnalia, ſic ait: *Quaſi primogeniti tauri pulchritudo ejus, cornua Rhinocerotis cornua illius:in ipſis ventilabit gentes uſque ad*
Deut. 33. *terminos terræ.* Deut. 33.n.17. Dicitur Joſeph non tanquam taurus,ſed tanquam primogenitus tauri,qui ut ait Rupertus,habet totum robur& vigorem patris,&dantur ei cornua Rhi-
Tertul. nocerotis, ſeu unicornii, ut legit Tertullianus: ſed cur inter omnes filios Iſraël,ac omnes illius tribus tanta fortitudo,tantaque virtus tribuitur Joſeph ad hoſtes Iſraël profligandos, eoſque tanquam in ventum diſſipandos, eorumque etiam venenoſas inſidias deſtruendas? Quilibet ex filiis Jacob unam Tribum,unámque multitudinem conſtituit ad pugnandum pro populo. Judas Tribum Juda, Levi Tribum Levi,& ſic de cæteris: At Joſeph duplicem Tribum,
Abulenſ. Ephraim nempe & Manaſſes, ut ſtatim ipſe
Lorin. textus explicat,&rectè obſervarunt Abulenſis,
D. Lucas fortiſſimè expugnat Eccleſiæ adverſarios. & Lorinus. *Hæ ſunt multitudines Ephraim, & hæc millia Manaſſe* Hinc maximè inter omnes tribus extollitur Joſeph,quia ſi alii veluti unâ manu,ut âque multitudine pugnabant pro populo, illiuſque adverſarios expugnabant, ipſe tanquam primogenitus tauri, duplici cornu, manu ac multitudine,ſeu Tribu pro populo debellabat,illiuſque hoſtes devaſtabat,eorumque venenoſas machinationes diſſipabat, ex quo etiam noſter Evangeliſta inter cæteros maximè decantatus eſt,quia ſi alii una manu,uno robore ac codice pugnant pro Eccleſia, iſte verò tanquam primogenitus tauri duplici cornu, robore ác codice pro ſancta Eccleſia decertat, ejúſque adverſarios deſtruit, eorúmque venenoſas machinationes extinguit ac perimit.

Vidit Ezechiel capite 1. num. 10. illa quatuor myſterioſa animalia ſæpè repetita. Primū habebat faciem hominis,ſecundum leonis,tertium bovis, quartum aquilæ, per quæ ſacros Evangeliſtas intelligi dixi ſuprà ex communi ſententia quæſtione 27.Iterum Propheta repetit,& vidit ſuam viſionem cap. 10.numero 14. *Quatuor autem facies habebat unum: facies una, facies cherub, & facies ſecunda, facies hominis, & in tertio facies leonis, & in quarto, facies aquilæ;ipſum eſt animal, quod videram juxta fluvium Chobar.* Si animal eſt idem, ut Propheta explicat, in utraque apparitione,*ipſum eſt animal, quod videram juxta fluvium Chobar.* Cur tantùm,ut benè advertunt D.Hieronymus,Vatablus, Prado, facies bovis quæ D Lucam repræſentabat mutata apparet in Cherub? ſi facies hominis quæ Divū Matthæum exprimit; ſi facies leonis, quæ Divum Marcum, ſi facies aquilæ quæ D. Joannem adumbrat in ſua ſpecie, ac figura remanet,cur etiam facies vituli, quæ Divum Lucam denotabat, non permanet in ſua ſpecie,ſed transformata eſt in Cherub? Reſpicitur ſanè ad illud Cherub, quod Deus expulſis primis parentibus de paradiſo ad cuſtodiendam viam ligni vitæ, id eſt,Eccleſiæ ut ait D.Iſidor. *Collocavit Cherubim,& flammeum gladium atque verſatilem.* Gen.2.num.24 Verſatilem, id eſt, ut multi explicant apud Magiſtrum Joannem de la Haye in concordia verſionum,ancipitem ac duplicis oris: Tale ergo Cherub eſt Divus Lucas,quem Deus conſtituit gladio ancipiti,ſeu duplicis oris,ſeu codicis,ad cuſtodiam & tutamen ſuæ Eccleſiæ, quo maximè eſt munita, ac præmunita contra omnes ſuos adverſarios,tam Judæos,quàm Hæreticos. 259. Ezech. 1. Ezech. 10. D. Hieron. Vatabl. Prado. D. Iſidor. Gen. 3. La Haye.

Iterùm redeo ad eandem Ezechielis viſionem,facies bovis, quæ illo myſterioſo animali erat in tertio loco juxta fluvium Chobar,nunc ſolùm transformata apparet in Cherub, & in primo loco ponitur: cùm tamen facies hominis,quæ Matthæum,facies leonis, quæ Marcū, facies aquilæ,quæ Joannem deſignabat,ut antiquitùs in ſua ſpecie perſeverent, ſolùm tamen facies vituli, quæ ad Divum Lucam ſpectabat, mutatam ſe exhibet in Cherub, & jam non in tertio,ſed in primo loco Quia ita Divus Lucas luce ac ſplendore ſapientiæ, ac doctrinæ ſeſe erexit,&elevavit ut tranſmutatus veluti videatur in Cherub quod plenitudo ſciētiæ explicatur,& ex tertio loco ad primum ſublimatus,& hoc ipſum nomen Lucæ indicat,nam juxta Divum Iſidorum, ac alioſ,ex radice Græca Lucas idem valet, ac *conſurgens,*ſeu *elevans.*Michaël verò Garron juxta Latinum à lucendo nomen accepiſſe, ac proinde quod idem ſit Lucas ac lucidus, Cornelius à Lapide in argumento ad Acta Apoſtolorum, ait quòd juxta Hebræum, Lucas idem eſt ac *Doctor*, ſeu *Magiſter.* 260. *D. Lucas luce ſapientiæ elevatur ad Cherub.* D. Iſidor. Garron. Corn.

Iterum

261. Iterum redeo ad codicem Evangelicum, qui maxima miſericordia ac pietate totus plenus eſt, ut eleganter ponderat Petrus Damianus Damian. ſerm. 53. *Hinc*, ait, *Divus Matthæus enarrans regalem Chriſti proſapiam per quadraginta generationes ennumerando deſcendit: Lucas vero ſeptuaginta ſeptem cognationum gradus aſcendendo deſcribit. Per quadragenarium quippe numerũ labor exprimitur, quo videlicet Chriſtus in corpore ſuo, quod eſt Eccleſia, per diverſa vitæ hujus tempora fatigatur.* Quod ipſe multis comprobat; quia Moyſes, & Elias jejunium per quadraginta dies continuarunt; à quo numero Dominus non abſtinuit, & filii Iſraël per quadraginta annos erraverunt in deſerto, & multis laboribus, & ærumnis attriti ad terram promiſſionis venerunt. At Lucas vices ſacerdotales gerens, à Baptiſmo Chriſti exorſus ejus progeniem narrat aſcendendo per ſeptuaginta ſeptem gradus, *ut indubitanter*, ait, Damianus, *myſterium noſtræ redemptionis exprimatur; ſeptuagenarius quippe numerus, quem Lucas poſuit, remiſſionem ſignificat peccatorum, ſicut ipſe Dominus innuit, cùm Petro quærenti quoties eſſent dimittenda fratri peccata, reſpondit: Dico tibi non tantum ſepties,* S. Matth. *ſed uſque ſeptuagies ſepties.* Matth. 18. num. 22. Levit. 25. & Septimo anno indulgentia dabatur terræ, Levitic. 25. n. 4. Matthæus ſcribit regalem progeniem per laborioſum numerum quadragenarium, quia multus labor regibus incumbit; *Regibus labor Sacerdotibus pietas incumbit.* Lucas verò cùm ſacerdotales vices teneat, à Baptiſmo per ſeptuaginta ſeptem cognationes, miſericordiæ nempe numerum aſcendit, quia Sacerdotis eſt animas mundas, & multam miſericordiam impendendo ſurſum elevare.

262. *Evangelium Lucæ plenum eſt miſericordia.* Luc. 7. &c. Per ſeptuaginta ſeptem cognationes pietatis nempe numerum Lucas enarrando aſcendit, ut myſterium noſtræ redemptionis inſigniter exprimat; hinc ipſe maximè inter omnes Evangeliſtas opera divinæ miſericordiæ erga nos explicat, hinc ipſe Chriſti miſericordiam ac pietatem multùm commendat & magnificat. Hic eſt qui majoribus criminibus gravatos, & afflictos dulci conſolatur eloquio. Hic vires ipſis peccatoribus addit, ne de pietate ac miſericordia divina deſperent, cúmque copioſo ſermone pertractat. Solus hic ſcribit Magdalenæ, & Luc. 15. Zachæi converſionem, ubi magna pars divinæ bonitatis relucet. Solus narrat quomodo peccatores, & publicani appropinquabant, ut audirent Jeſum, ubi parabolam centum ovium, & drachmæ apponit. Solus parabolam illam filii prodigi amoris, dulcedine, & ſuavitate plenam Luc. 23. ſcribit. Solus iſte refert, quomodo in cruce pendens non oblitus ſuorum crucifixorum pro illis ad Patrem oravit. Deinde hic ſolus meminit quomodo Chriſtus latroni dixit, *Hodie* Luc. 7. *mecum eris in Paradiſo.* Et hic ſolùm meminit quomodo Chriſtus miſericordia motus dixit viduæ: *Noli flere*, & turbis, *Eſtote miſericordes, & ſicut Pater veſter miſericors eſt.*

263. *D. Lucas Secretarius ac Cancellarius Virginis.* Et quid mirum, quod Lucas tantùm divinam pietatem ac miſericordiam commendet, cùm ſuum Evangelium ex magna ſui parte, à Matre miſericordiæ Virgine Maria didicerit; nam Sanctus Lucas Virginis Matris fuit Cãcellarius ac Secretarius, quod obtinuit noſter Evangeliſta ob ſuam eximiam virginitatem, puritatem D. Hieron. ac ſanctitatem: de eo affirmat Divus Hieronymus in Lucam quòd ipſe virgo fuerit, & nunquam uxorem duxerit. Et D. Vincentius Ferrer. D. Vincent. Ferrer. ſermone de Sancto Luca, de eo teſtatur quod nunquam mortaliter peccaverit, ſic eum præmunivit divina gratia. Et inde habuit intimam *Lucas virgo nunquam peccavit.* familiaritatem ac converſationem ſacratiſſimæ Virginis à qua edoctus de colloquio Virginis ipſius cum Angelo ac ejus ſalutatione, Salvatoriſque conceptione, Luc. 1. viſitatioréque ad Elizabeth; Luc. 2. ſolus hic ſcribit Cantica Novi Teſtamenti, *Magnificat, Benedictus, Nunc dimittis*; Solus hic laudes Annæ ac Simeonis, ipſumque puerum Jeſum inter Doctores inventum, & alia multa ſcribit Divus Lucas, quæ ex ore Virginis Mariæ didicit, ad quod ipſe refert quod ſcribit capite 1. num. 2. *Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderant.*

264. Ait Regius Vates Pſalm. 103. n. 3. *Rigans montes de ſuperioribus ſuis.* Pſal. 103. D. Hieronymus legit; *Rigans montes de cœnaculis ſuis.* Chaldæus. Chaldæus: *De domo theſaurorum ipſius.* Multi ex Græco. *Alia lectio. Ex ſuperioribus cœnaculis, ſeu ſedibus ſuis.* A ſupremo nempe cœnaculo, ac ſede ſuæ divinæ ſapientiæ, providentiæ & gratiæ: per hos montes D. Aug. Incognitus. ſic irrigatos intelligens Divus Auguſtinus, & noſter Incognitus, Prophetas, Apoſtolos, Evangeliſtas ac Doctores, qui à ſede divinæ ſapientiæ ac providentiæ mirabiliter illuſtrantur, *Peculiariter D. Lucas ſuũ Evangelium habuit à B. Virgine.* à quâ communi ſede non ſolùm illuminatus eſt Divus Lucas, ut alii Scriptores Canonici, ſed etiam ab alia peculiari ſede divinæ Majeſtatis, ſacratiſſima nempe Virgine Maria.

265. Ait Joannes Apocalypſ. 22. numero primo. Apoc. 21. Rõ. *Oſtendit mihi fluvium aquæ vitæ procedentem à ſede Dei, & Agni, & ex utraque parte fluminis lignum vitæ.* *Evangelium D. Lucæ à ſede Dei, & Agni irrigatur Eccleſia.* Per quòd lignum vitæ à multis intelligitur Eccleſia Catholica, per fluvium irrigantem ac fœcundantem ipſum lignum, ipſamque Eccleſiam intelligo Divum Lucam, qui ſuâ doctrinâ, ſuo Evãgelio ac ſcriptis multò eam illuſtravit, quæ emanarunt *à ſede Dei*, à ſua nempe divina ſapientia ac providentia, & *à ſede Agni*, ſacratiſſimâ nempe Virgine Mariâ, quæ noſtrum Evangeliſtam maximè inſtruxit, docuit ac illuminavit in his, quæ ipſa vidit à principio.

Quæstio XXXI.

Elogia Evangelii Divi Ioannis.

266. DE hoc magno Apoſtolo jam aliqua dixi, & iterum dicam cùm ſpecialiter de duodecim Apoſtolis fuerit ſermo, ad cap. 21. Nunc verò de ejus Evangelio ac aquila ejus nota aliquid dicendum.

267. Ait ergo in præſenti Joannes; *Quartum animal ſimile aquilæ volanti.* Et hanc aquilam cæteris quatuor animalibus eminere Ezech. apertè Ezech. 1. teſtatur: *Et facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor*, cap. 1. num. 10. Quomodo ergo inter ea ultimum tenet locum, an quia Joannes cæteris Evangeliſtis inferior eſt? Abſit: Humanæ tamen *Ioannes conſtitutus eſt à Chriſto vicarius ad explicanda ſuperna myſteria.* imbecillitatis ordo poſcebat, ut priùs humanitatis Chriſti primordia, curſus, miracula, ac ea quæ in humanitate geſſit, agnoſcerentur, & ſic paulatim ſuis provectionibus mens noſtra adjuta ad divinitatis myſterium agnoſcendũ pro-

movereɫur. Inde alta divini conſilii fuit ordinatio,ut cæteri Evangeliſtæ,qui in deſcribenda Salvatoris humanitate verſati ſunt, longè præcederent, tanquam prænuncii ac veluti nutriti pueros lactentes deinde accederet Joannes qui à Chriſto in ſua Eccleſia tanquam vicarius relinquebatur ad ſuperna divinitatis myſteria aperienda,ut grandiora & majora alimenta jam robuſtioribus præberet. Doctè Cardinalis Petrus
Damian. Damianus ſermone 63. *Propterea Redemptor noſter*, ait, *dilectum ſub ſpeciali prærogativa diſcipulum ad declarandam ſuæ divinitatis eſſentiam, quoddam quaſi organum fecit: atque ut hic ſuppleret,quod ad tempus ipſe Dominus diſpenſativè ſuppreſſerat, ſibimet vicarium dereliquit, quatenus expleto Paſſionis ac Reſurrectionis, Aſcenſioniſque myſterio, poſt tredecim fere annorum luſtra, cum jam videlicet homines liberiorem ad capeſcendam veritatem haberent mentis obtutum, ſui coëſſentialis, & coæterni Verbi Deo panderet*
268. *ſacramentum, dicens, In principio erat Verbum.*

Secundò,dicitur; *Quartum animal ſimile aquilæ*: Per aquilam intelligitur Ioannes Evangeliſta communiter ut dixi q. 27. Aquila nidificat
Job. 39. locis altiſſimis & arduis. Iob. 39. n. 27. *Nunquid ad præceptum tuum elevabitur aquila, & in arduis*
Vatabl. *ponet nidum ſuum?* Vatablus legit: *Moratur in præruptis ſaxis, & loco inacceſſo.* Nonne Ioannes elevatus eſt ad ſublimitatem Deitatis contemplatione & poſuit nidum ſuæ mentis ac conſiderationis in agnitione Trinitatis ac æternæ generationis, quod inter cognoſcibilia omnia eſt difficillimum? Nam ut ait D. Dionyſius Areopagita libro 1. de cæleſti Hierarchia c. 1. quod aquila irreverberatis oculis Solem reſpicit,in ſuæ rotæ circumferentia,ita tamen ut ſui viſus acies non obtundatur,nec claritate luminis diſgregetur; cùm ergo Deus ſit veluti Sol clariſſimus; Ioannes ex gratia veluti aquila
Maronius. ipſum clarè conſpexit. Ut ſentit Franciſcus Maronius ſermone. 1. de S. Ioanne. *Hunc ad modum*, ait, *ſcilicet aquilæ Solem intuentis S. Ioannes vidit Deum per eſſentiam, ita ut oculi ejus ex tanto viſibili excæcati non fuerint, ſicut oculi humani ex aſpectu Solis. Quod autem viderit Deum per eſſentiam, in hac mortali vita illud creditur fuiſſe in ſomno, ſicut Paulus in raptu, quia non apparet in Scriptura major ratio de illo, quàm de iſto.*

Ioannes in hac vita contemplatus eſt divinam eſſentiam.

269. Pro hac re audiendus eſt Origenes homil. 2.
Origenes. ex variis Evangeliſtis tom. 3. ſic ait. *Non Ioannes erat homo, ſed pluſquam homo, quando & ſe ipſum & omnia, quæ ſunt, ſuperavit, & ineffabili ſapientiæ virtute, puriſſimo mentis acumine ſubvectus in ea, quæ ſuperiora ſunt ſecreta (videlicet unius eſſentiæ in tribus perſonis ingreſſus eſt) Non enim aliter potuit aſcendere in Deum niſi prius fieret Deus.* Ad altiſſima mentis ac intuitus elevatus eſt Ioannes, ut agnoſceret unam eſſentiam in tribus perſonis; & ſubdit: *Non enim aliter potuit aſcendere in Deum, niſi prius fieret Deus.* Cujus rei rationem ipſe magis explicans ait: *Ut enim radius oculorum noſtrorum ſpecies rerum ſenſibilium, coloréſque non prius poteſt ſentire, quàm ſe ſolaribus radiis immiſceat, unúſque cum ipſis, & in ipſis fiat; ita, &c.* Ut ego videam parietem, requiritur quædam ſpecies intentionalis, ipſius parietis, quæ mediante luce imprimatur in meo oculo, ita, ut intentionaliter oculus meus fiat paries; ita etiam ut Ioannes in hac vita agnoſceret ſupremum Triadis myſterium, non ſufficiens erat vis ipſius intellectus, ſed & requirebatur, ut ei notitia eſſet intime unita cum Ioannis intellectu divino lumine illuſtrato, ut agnoſceret Deum, & ita Deus, & Ioannes ſummè ac intimè erant uniti: *Non enim aliter potuit aſcendere in Deum, niſi prius fieret Deus.*

Ioannes ultra ſpheram humanam aſcendit, ut Deum agnoſceret.

Tertiò ait, *Quartum animal ſimile aquilæ vo-* 270.
lanti. Nullum Epithetum aliis tribus animalibus tribuit; non enim dicit ſimile leoni rugienti, vel vitulo boanti, vel homini currenti, ſeu intelligenti, ſed ſolùm quartum animal dicit non ſimile tantùm aquilæ, ſed aquilæ volanti; & augetur difficultas, quia unumquodque animal habebat alas ſenas, ut dicitur numero ſeq. & tamen ſolùm de aquila aſſeritur, quod erat ſimile volanti, quia in ſpectãda ſummæ divinitatis eſſentia præcedit Prophetas, ſupergreditur patriarchas, Apoſtolos ſuperat, Evangeliſtas tranſcendit, & poſtremò ſuper totius humanitatis ingenia volat, & illuc uſque mentis aciem tendit, quæ vix Angelica valeat attingere crea- Cæſarius.
tura Divus Cæſarius Dialogo 3. Interrogatione 176. ubi aſtruit, quod noſter Ioannes ſuperior ſit omnibus, & etiam Baptiſtâ, ſic ait; *Ille enim cum multo timore etiam juſtus tangere Chriſti verticem carnem geſtantis non audebat, hic enim plus omnibus libertatis habens in Dominica Cœna in ſinu Domini recumbens; paulo poſt ſuper ipſum ſanctum uniti cum Deo hominis pectus ſeſe reclinat: Non Baptiſta, non Angelus, non Archangelus, neque alius quiſquam incarnati Dei, & Verbi auſus fuit attingere illud formidabile pectus; ſupra quod Ioannes, velut Pater ſuper filium diffuſus recumbit. Inde de Verbo Verbum hauſit, atque omnibus ſub cœlo intonuit illud; In principio erat Verbum.*

Ioannes omnes Apoſtolos, Prophetas, ac Evangeliſtas tranſcendit in Dei cognitione.

Dices tamen, non eſt ſpeciale privilegium 271.
Ioannis volare ad notitiam ac cognitionem Trinitatis ac Divinitatis Chriſti, nam etiam Petrus Chriſti vicarius ac caput Eccleſiæ hæc altiſſima myſteria eſt aſſequutus, confeſſus eſt
enim Chriſtum filium Dei vivi, Matth. 16. nu- Matth. 16.
mero 16. quod à Patre revelante habuit, ut ei dictum eſt à Chriſto: ergo illud non eſt ſpeciale privilegium Ioannis. Dubio occurrit Petrus
Damianus ſermone 63. *Planè uterque diſcipulus,* Damian.
ait *protulit de ſacramẽto Dominicæ fidei teſtimonium, quãquam profundiſſimum ſit, atque omnino divinum utrumque pari modo vires humanæ mentis excedat, nec videatur in excellentia dignitate diverſum, quod eodem eſt Spiritu dictante prolatum. Illud tamen Beati Ioannis ſingularitatis locum ſibi vindicare conſpicitur, quia neque ante illum, neque poſt illum hoc idem ſcripſiſſe, aliquis invenitur.* Petrus ore tantùm Chriſti divinitatem confeſſus eſt, at Ioannes non ſolùm ore, ſed etiam ſcriptis tantum myſterium commendavit: Petrus de Chriſti divinitate dedit teſtimonium inter duodecim Apoſtolos, varias hominum ſententias refellens; at Ioannes intonat Chriſti divinitatem in toto mundo, innumeros hæreticorum errores trucidans: Petrus uno tantùm verbo Chriſti divinitatem attigit; at Ioannes magnis, profundis, ac myſterioſis verbis myſterium Trinitatis ac Æternæ generationis explicat, & ſimul declarat conſubſtantialitatem Patris cum Filio, *& Verbum erat apud Deum, & Deus erat Ver-* Joan. 1.
bum.

Cognoſcere divina myſteria privilegium peculiare Ioannis.

Sic

272. Si hæc aquila ſublimis Joannes altè evolavit, ut tranſcenderet Spiritus Angelicos; ait Paulus Epheſ.3 n 10. *Ut innoteſcat principatibus, & poteſtatibus in cœleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei*. Sub Principatibus ac poteſtatibus intelligit cæteros Angelorũ ordines cum Divo Hieron. Chryſoſt. & Theophylact. ſed quomodo Magnus Doctor Gentiũ Paulus tale aſſertum protulit; quod ſpiritus Angelici diſcant per magiſterium Eccleſiæ Dei ſapientiã quæ multis miris modis relucet. Nonne ipſi Spiritus Angelici ſunt valdè perſpicaces ingenio, ac divino lumine gloriæ illuſtrati quomodo de cœlo ad terrã, deſcendunt, ut in Eccleſia ſcolam conſtituant, ut diſcant quæ non aprehendebant; *ut innoteſcat Principatibus, & poteſtatibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei*. Et quis erit iſte Cathedraticus, ac Magiſter, qui juxta Pauli doctrinam cæleſtes magiſtros inſtruat, & doceat? D Chryſoſt. in prolog. ſuper Evang. Joan. *Joannes, ait, à Spiritus Sancti profundis, & abditis theſauris omnia proloquitur, quæ neque Angeli priuſquam hîc dicere, noverunt*; quod etiã *Beatus Paulus his verbis ſignificavit, ut innoteſcat Principatibus, & Poteſtatibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei*. Joannes ex abditis theſauris Spiritus profert, & declarat magna, & alta myſteria, quæ Angeli minimè agnoverunt, niſi poſtquam iſte docuit, & explanavit; poterat Deus multò antea talia myſteria Angelis revelare, ſicut & multa alia eis manifeſtavit, tamen reſervatum eſt Joanni, ut illa aperiret & ſcriberet, ut ita Angeli ex ore agnoſcerent, ut Magiſter Angelorum haberetur tanta dignitate ſublimatus.

Epheſ.3. D. Hieron. D. Chryſ. Theophyl. D. Chryſ.

Ioannes magiſter eſt Angelorum.

273. Ait Ezechiel 17. n. 3. *Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate venit ad Libanum, & tulit medullam cedri, ſummitatẽ frondiũ ejus avulſit, & tranſportavit eam in terram Chanaan*. Richard. de S. Laurentio de laudib. Virgin. hanc aquilam grandem eandem eſſe cum hac, quam Joannes nunc videt volantem, proindéque Joannem Evangeliſtam denotare autumat. Nam D. Joannes aquila grãdis eſt virtute, ſapientia, authoritate, amore, ac benevolentia erga omnes: *Magnarum alarum*: Valde magnæ fuerunt alæ hujus ſublimis aquilæ, Chriſti amor erga eum; unde per antonomaſiam dicebatur; *Diſcipulus, quem diligebat Ieſus*. Amorque virginis, quo eum proſequebatur, veluti Matris in filium; nam Chriſtus in corde Virg. Mariæ amorem maternum infundit erga Joannem ut dixit. 5. in Evang. l. 9 c. 8. q 5. n 23. Aliter cit. Rich. à S. Laurentio explicat has alas, unã enim, ait, commendatur virginitatis puritas, altera intelligentiæ ſublimitas in Joanne, ita ut unâ avulsâ impoſſibilis ſit volatus: non enim datur intelligentia ſine animi puritate & ſic ait ipſe: *Hæ duæ junguntur, quia non ſufficit ſublimitas intellectus, niſi ſubſit munditia affectus: multi enim elevantur per intellectum, ſed deprimuntur per affectum*.

Ezech.17

Ioannis excellentiam magna figura explicat.

Non datur intelligentia ſine animi puritate.

274. *Longo membrorum ductu*, non corporis, ſed ſublimis mentis intelligentiæ, qui multum Dei gratia erat illuminatus; *Plena plumis, & varietate*: Multorum nempe myſteriorum, & arcanorum Divinitatis cum omni nempe varietate, agit de natura divina Chriſti, *In principio erat Verbum*, & etiam de natura humana; *Et verbum caro factum eſt*. Et hæc aquila grandis *venit ad Libanum*, qui candorem ſignificat, & meritò in de Chriſtum Dominum denotat, qui ab ſponſa *candidus* vocatur. Venit ergo, ad Chriſtum, ut tanquam ejus diſcipulus ſequeretur veſtigia ejus, eique ſe conformaret in virtute ac puritate, quantum fas erat; venit etiam ad Chriſtum quando recumbens ſuper pectus ejus, hauſit aquas ſapientiæ ſalutaris, quæ fluunt impetu de hoc libano. *Et tulit medullam cedri*, id eſt pinguedinem ac dulcedinem cæleſtis arcani, quæ maximè erat occultata in ſacra Scriptura. *Et ſummitatem frondium avulſit*; Et ipſam nempe divinitatem, quæ eſt omnium ſummitas, quæ in Chriſto erat abſcondita veluti ſub frondibus ac foliis humanitatis publicavit ac manifeſtavit in terra Chanaan per omnium nempe Gentilium populos.

Ioan.1. Cant.3.

Ioannes arduam divinitatem in Chriſto explicat.

Apoc.4 c.8. Et quatuor animalia, ſingula eorum habebant alas ſenas, & in circuitu, & intus plena ſunt oculis, & requiem non habebant die, ac nocte dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus Deus, omnipotens, qui erat, qui eſt, & qui venturus eſt.

VERSIONES.

Arabicus. Et circumquaque, & intus plena erant oculis, &c. Sanctus Dominus Sabaoth, omnia tenens qui nunquam deſiit, & eſt, & veniet.

Arias. Habebant ſingulas alas ſex, &c. dicentia Sanctus, & novies (id repetit) qui erat, & exiſtens, & qui venturus.

Aliqui apud Cornelium ita legunt. In circuitu, & intus plena ſunt oculis.

D Auguſt. Per circuitum & intus plena ſunt oculis.

Primaſius. Intus & foris plena ſunt oculis.

Syrus. Quies non eſt illis die ac nocte, eo quòd dicunt Sanctus, &c. ille omnipotens & qui eſt, & qui venit.

EXPOSITIO VIII.

E*T quatuor animalia*, Explicat magis ſupradicta animalia? *Singula eorum habebant alas ſenas*: fit alluſio ad Seraphinos. Iſai. 6. n. 2. 275 *Iſai.6.*
Hiſce enim quoad alas ut etiam quoad voces, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, ſimilia erant hæc animalia Joannis; proindéque ut Se-

raphini Iſaiæ duabus velabant faciem, duabus pedes, duabus volabant, hoc eſt habebant eas extenſas tanquam parati & expediti ad volandum ad Dei obſequium.

176. *Et in circuitu, & intus plena ſunt oculis.* Sic explica. *Intus*, id eſt, tam intra alas, quàm extra; tam intrinſecus, quàm extrinſecus plena ſunt oculis, *Opponit in circuitu* ei quod ſequitur, *intus*; quod dicitur propter vigilantem, ac diligentem curam eorum, quæ ſcribunt ſacri Evangeliſtæ: vel ſi ad Prælatos referas, hoc de eis ſcribitur, quia debent eſſe cauti, providi, providentes bona non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus: *Et requiem non habebant*, id eſt, non ceſſabant die, ac nocte, in Dei laudibus: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*; ter repetitur idem nomen, ut ſancta Trinitas in unitate eſſentiæ ſignificetur; & ideò dicitur ſemel *Dominus Deus.*

177. *Qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt.* Quod etiam dictum eſt c.1.n.4. ut ibi expoſui n.101. tamen hîc aliquantulum mutatur ordo, nam ibi dicitur, *Qui eſt, qui erat, qui venturus eſt.* Cauſam tranſpoſitionis dat Alcazar cap. 1. ait, hoc nomine trino notatur Dei providentia circa Eccleſiam quòd jam revera eſt Redemptor, qui olim *erat* promiſſor, & figurator, & tandem venturus eſt, ut opus ſuum plenè perficiat. Cornelius aliter reſpondet quod hîc ponitur ordo illorum trium operum, quæ tribus perſonis attribuuntur, id eſt, creatio, redemptio, & perfecta ſanctificatio. *Qui erat*, refertur ad creationem; *qui eſt*, ad redemptionem; *qui venturus eſt*, ad Eccleſiæ ſanctificationem, vel potiùs beatificationem, & glorificationem.

Alcazar. Cornel.

178. *Homines ſolùm attendunt ad eum, à quo dependent.* Tamen cauſam hujus tranſpoſitionis exiſtimo eam eſſe, quia cap. 1. ſcribebat Joannes ad Epiſcopos Aſiæ, ac homines hujus ſæculi, & ideò in fronte ponit *qui eſt*, quia homines maximè reſpiciunt ac venerantur eum, qui in præſentiarum eſt, & in præſentiarum dominatur; At hoc cap. 4. Beati primò celebrant, *qui erat* ab æterno nempe, à quo tot ac tanta dona acceperunt; nam ſi homines hujus ſæculi primò, & immediatè reverentur eum à quo in præſenti dependent: juſti verò ac Beati maximè conjiciunt oculos in illum à quo tot ac tantis donis ſunt condecorati ac ſublimati.

QUÆSTIO XXXII.

De modo, ac diſpoſitione alarum in his animalibus.

179. AIt textus de quatuor animalibus: *Singula eorum habebant alas ſenas.* Alluſio fit ad Seraphinos Iſaiæ, cap 6 num 2. quoad alas enim ac voces *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, ſimilia erant hæc animalia; apud Iſaiam Seraphini duabus velabant faciem, duabus pedes, velabant, non ſic apud noſtrum Joannem, ſed omnia animalia habebant alas extenſas, non tanquam volantes, ſeu ut promptas, ac expeditas ad volandum, ut ſtatim dicam.

Iſai. 6. *Similitudo animalium cum Seraphinis.*

180. Pradus. Vilalpand. Pererius. Quantum verò ad Cherubinos Ezechielis Pradus, Vilalpandus, Pererius, licèt tantùm quaternis alis fuiſſent inſtructi, tamen ipſos tam Seraphinis Iſaiæ, quàm animalibus noſtri vatis omnino fuiſſe ſimiles volunt, imò eoſdem, quia Ezechielis Cherubini præter alas quatuor, habebant duas manus, quas Joannes & Iſaias c.6. vocant alas.

181. *Rejicitur prædicta ſententia.* At hæc ſententia non ſubſiſtit ut advertunt Alcazar, Cornelius, & alii, quia Seraphini apud Iſaiam cap. ſexto, numero ſexto, præter alas habebant manus. Ait enim Propheta *Volavit ad me unus de Seraphim & in manu ejus calculus* Similiter animalia Joannis præter alas habebant manus, ut patet infrà capite quinto, numero octavo, & capite decimo quinto, numero ſeptimo. ſingula enim tenebant citharas, & phialas, utique non pedibus nec alis, ſed manibus: ergo præter alas habebant manus, ac proinde quantùm ad hanc circunſtantiam diſtinguebantur ab animalibus Ezechielis. Apoc. 5.

182. Alcazar. Addit tamen Alcazar ſectione quinta, quod animalia Ezechielis quatuor habebant alas; duabus velabant corpus, duabus verò volabant, tamen non indigebant alis ad caput velandum, quia cùm hæc animalia ſignificarent Angelos, in quibus nulla eſt macula præterita, nulla erat ratio erubeſcentiæ, ac proinde nec ratio ad operiendum vultum. At Seraphini Iſaiæ, & animalia Joannis ſignificabant viros Evangelicos & Apoſtolicos, qui licèt perfectiſſimi, tamen ob præteritæ vitæ maculas indigebant alis; quibus tegentes faciem, ſuum pudorem, & confuſionem coram Deo teſtarentur, & ideò habebant ſex alas, duabus velabant caput, duabus pedes, duabus volabant, uti pingitur Seraphinus, qui ſacra Chriſti crucifixi ſtigmata ſancto Franciſco infixit, & ita geſtabant crucis imaginem tanquam ſtemma, & inſigne Chriſti, & ut ait Divus Germanus Conſtantinopol. orat. de cruce, Beati in patria Deum laudantes ad modum crucis ſeſe diſponunt, & aptant, ac ſi nil gratius Deo valeant exhibere, quàm ejus crucem repræſentare. S. German. *Beati in patria cum crucis imagine gratiſſimi Deo*

183. *Amor inſatiabilis.* Doctrinæ gratiâ addo, duabus volabant nempe illis alis, quæ erant ad pectus & cor, ubi ſedes eſt amoris, amor enim inſatiabilis eſt, & numquam quieſcit, ſed ſemper in ſuo affectu vult magis ac magis creſcere & aſcendere, & dum amat, magis ac magis intendit volare ad majorem amoris vim. Richardus Victorinus de gradibus charitatis. *Fames animæ deſiderium eſt, ſic verò Deum amant animæ, amore non ſatiantur, ſed ita inſatiabilis ex copia parit inopiam, dum ex prægustatis delicus amplius in deſideriis exardeſcit quod etſi datur ad plenitudinem, nunquam datur ad ſatietatem.* Richard.

184. *Rejicitur ſententia Alcazaris.* Tamen totum hoc aſſertum Alcazaris non ſubſiſtit, nam id quod ait, quod animalia Ezechielis, cum repræſentarent Angelos non indigebant alis ad caput tegendum, quia cum in eis nulla fuiſſet macula, non erat erubeſcendi ratio. Imprimis debebat ipſe advertere quod animalia Ezechielis habebant tanquam ſub alis capita velata ſimilitudine firmamenti extenſi ſuper capita eorum, ut dicitur cap.1.n.22. *Et ſimilitudo ſuper capita animalium firmamenti quaſi aſpectu cryſtalli horribilis, & extenſi ſuper capita eorum deſuper.* Deinde debebat recordari pronuntiati Job.15.n.15. *Cœli non ſunt mundi in conſpectu ejus*, & cap.25.n.5. *Ecce Luna etiam non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu ejus.* Angeli ergo etiam ſi nullius labis conſcii ſint, Ezech 1. Job. 15. Job. 25.

ſint, coram tamen divina majeſtate, quaſi nulla fiducia fruuntur, & rubore ſuffunduntur, tanquam immundi maximè ſe contrahunt, ut
Olympiod. ponderat Olympiodorus apud Catenam Græcam ad primum locum Job; ergo omnis vis rationum, quas fabricatur Alcazar de animalibus Ezechielis omninò evaneſcit, & extenſo firmamento habebant capita velata ſicut Seraphini Iſaiæ.

285. Habebant ergo Seraphini Iſaiæ capita velata duabus alis, & Ezechielis animalia habebant etiam capita velata, ſeu occultata extenſo firmamento, quod ſuper capita eorum imminebat; at hæc animalia Joannis capita obtinebant aperta abſque aliquo operimento, nam ſi haberent capita alis velata hoc exprimeret Joannes, ut expreſſit Iſaias, alis; & ut Ezechiel nobis ſubintelligendum propoſuit extento firmamento ſuper capita eorum: ergo cùm noſter Evangeliſta nihil aliud dicat, niſi tantùm quòd unumquodque ex his animalibus condecorabatur ſenis alis, intelliguntur alæ tantùm promptæ, ac expeditæ affectu alarum ad volandum, nempe tanquam ad hoc miniſterium
Major cognitio divinorū in lege gratiæ, quam in veteri. extenſæ, ſeu potiùs volantes; ſi verò apud Iſaiam Seraphini opertis capitibus apparebant, & apud Ezechielem animalia; non ſic verò nunc apud Ioannem: ratio diſcriminis eſt, quia major cognitio divinarum rerum nunc eſt in lege veteri; nam in lege veteri omnia erant occultata ſub caligine ac umbris, nunc verò omnia aperta, ac manifeſtata, ut latiùs dicam quæſtione ſequenti.

286. Et cùm hæc animalia haberent alas extenſas, tanquam expeditas, ac promptas ad volandum, non ſedebant, ſed ſtabant; circa ſolium Divinæ Majeſtatis vidit Iſaias 6. num. 2.
Amor nec ſedet, nec quieſcit. quod Seraphim ſtabant; & tamen in hac viſione viginti quatuor ſeniores ſedentes apparent; & tamen Seraphim Angelorū Coriphæi ſtant, Cùm dicat Divus Bernardus Senenſis ſermone 3. de verbis Iſaiæ; *Sedere præſidentis eſt, ſedere dominantis, & regnantis eſt.* Seraphini ſunt ſpiritus amore pleni, amoréque ferventes, ac ardentes, & inde non ſedent, & quieſcunt, ſed ſtant, & volanr.

287. *Qui fervet zelo Dei, ac ſalutis proximi non quieſcit.* Deinde maximè in rem noſtrā ſeniores ſunt ſervi, ac Domini clientes cum eo regnantes; ac Seraphini tanquam expediti milites zelo honoris Domini ferventes tāquam in promptu ſtant ad decertandum pro gloria Domini, ac
Actor. 7. pro bono noſtro ſervorum ejus. Sic ait D. Ber-
D. Bernard. nardus ſermone proximè citato: *Stat Chriſtus pro Patre, zelans Patris gloriam, quærens & tanquam unigenitus; imò & primogenitus Patris: zelo Patris adjuvans adoptivos; ſic illum ſtantem vidit Stephanus, quem habuit adjutorem, ſic Propheta in adjutorem eum ſurgere precatur.* Exur-
Pſalm 42. ge Domine adjuva nos, Pſalm. 43. num. 26.

288. Pſalm 28. Clamat Regius Vates Pſalm. 28. n. 1. *Afferte Domino filii Dei: afferte Domino filios arietum. Afferte Domino gloriam, & honorem; afferte Domino gloriam, nomini ejus.* Quæ verba dul-
D. Chryſ. citer ac eleganter explicat Chryſologus ſerm. 10. *Afferte, afferte,* ait, *filios arietum, quos ſponte venire, aut neceſſitas vetat: aut ætas impedit, aut tenent vitia, aut delicta morantur. Adducite volantes, trahite nolentes, facite vobis de aliena neceſſitate mercedem.* Qui fervet zelo honoris Dei, ac ſalutis proximi non quieſcit, ſed potiùs volat, ut omnes adducat, *adducite volantes*, ut gloriam dent nomini Dei, & *Zelus honoris Dei facit volatum in omnes partes mundi.* proximo acquirant ſalutem; & ad hoc quater repetit. *Afferte.* Ut volando adducat per quatuor orbis partes, ut nullus ſit locus, qui ab ejus charitate effugiat, ſed ad omnem volando penetrat, ut omnes adducat ad gloriam, & honorem nominis Dei ſui.

Quæstio XXXIII.

Quare unumquodque ex his quatuor animalibus ſenas habet alas.

Ratio genuina, & literalis eſt, quia cùm per alas denotetur cognitio, qua mens ad ſuperiora volat, ac conſcendit, inde optimè arbitrantur Beda, Richardus, Victorinus, Pannonius, Ansbertus, Hugo Cardinalis. Nicolaus Zegereus, & Gloſſa, *per alas* ſignificari perfectam, & conſummatam Evangeliſtarum ſcientiam, quæ ſuo modo in viris Evangelicis neceſſaria eſt, nam ut aīt Hugo Victorinus libro de Sacramentis legis naturæ, ac ſcripturæ ſenarius numerus ſignum perfectionis eſt, conſtat ex partibus æqualibus in ternario numero in Symbolo Sanctiſſimæ Trinitatis, & adeò ſex diebus voluit Deus complere opus ſuum, ut oſtenderet ſe nihil imperfectum relinquere, ſed omnia in conſummationis apice eſſe conſtituta; & ut oſtendatur Evangeliſtas in ſcientia perfectiſſimos eſſe, qua ad ſuperna myſteria evolabant, inde ſex alis inſigniti proponuntur. Richardus Victorinus. *Poſtquam*, ait, *figurativam eorum ſimilitudinem deſcripſit, perfectam eorum plenitudinem ſubjungit. Et quatuor animalia ſingula eorum habebant alas ſenas. Quid enim aptius accipimus per figuram alarum, quàm ſcientiam Scripturarum, per quam quaſi per quaſdam alas relinquimus terrena, & aſcendimus ad cœleſtia? Quæ videlicet ſacra ſcientia aptè per ſenarium deſignatur, ut perfectionis ejus virtus oſtendatur.* 289. Beda. Richard Pannon. Ansbert. Hugo. Nicolaus. Gloſſ. *Perfectiſſima ſcientia divinarum rerum in Evangeliſtis.* Ribeira.

Quod magis declaratur ex ipſo ſenario numero alarum, animalia Ezechielis quatuor tantùm alis prædita erant, *quatuor pennæ uni* cap. 1. n. 6. At animalia Ioannis ſex alis condecorabantur, ut major rerum divinarum intelligentia in ſtatu gratiæ, quàm in ſtatu legis ſignificaretur. Et ſi Seraphini Iſaiæ alas haberent, duabus tamen velabant faciem ſuam, at animalia Ioannis diſcooperta, ac aperta habebant capita abſque ullo velamine, quia clarior ac evidentior eſt nunc notitia divinorum myſteriorum in lege gratiæ quàm erat olim in antiqua lege. Sic dixit Chriſtus ſuis diſcipulis: *Multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt, & audire, quæ auditis, & non audierunt.* Luc. 10. n. 24. 290. Ezech. 1. Iſai. 6. *Major in lege nova quā in veteri cognitio divinorum.*

Unde olim Deus in caligine nubis loquebatur, Exod. 19. num 9. at verò nunc in linguis igneis, Actorum 2 numero 3. quia quæ olim Deus clam, ac in caligine inſinuabat, nunc palam, ac aperto lumine tanquam cum lucernis manifeſtat, & oſtendit. Quo ſpectat illa Dei 291. Exod. 19. Actor. 2.

promiſſio. *Pro ære,* ait, *afferam aurum, & pro*
Iſai. 60. *ferro afferam argentum.* Iſai. 60. n. 17. Ubi N. D.
D. Cyril. Cyrill. Alex. æris, ac ferri nomine legalem de
Eadem major cognitio ſignificatur. Deo cognitionem; nomine autem argenti, &
auri Evangelicam interpretatur; & quantò aurum ære, argentum ferro pretioſius eſt; tantò
aſſerit Evangelicam de Deo ſcientiam eſſe legali pretioſiorem.

252. Ezech. 1. Theodor. Deinde pondera, quod hæc animalia tantùm ſex alas habebant, non decem, vel duodecim, ad quod rationem deſumo ex Theodoreto in c. 1. Ezechielis, ubi quærit cur illa animalia habebant tantùm quatuor pennas, duas quibus corpus ſuum tegebant. Ibidem. numero 11. & duas quibus volabant. Sic ait citatus Doctor *His declaratur ne à Divinis quidem poteſtatibus omnia comprehendi poſſe. Sed alia ipſis perſpicua, alia ignota eſſe, quæ ſibi poſitos terminos haud quaquam tranſgrediuntur. Sed duas alas conceſſo ſibi contemplandi munere exultantes extendunt, & duabus contegunt eorum, quæ occultata ſunt ignorantiæ contenta, neque contendentes, ut ea percipiant, quæ percipere nefas eſt.* Non habent animalia alas innumeras, nec magno numero: ſed in ſexagenario numero nempe perfecto, quia Beati Spiritus, licèt in Deo videant perfectè, quæ ad ſuum munus ac ſtatum pertinent, tamen non omnia illius incomprehenſibilis naturæ eorum obtutibus præſentantur, ſed in ſua cognitione terminum præfixum, ac limitatam virtutem obtinent; & inde eorum alæ quibus ad intuitum divinæ eſſentiæ feruntur non ſine numero, ſed cum limitato numero ponuntur, ut eorum virtutem intelligendi limitatam eſſe denotetur.

Beatiſſimi ſpiritus in ſua cognitione habent terminum præfixum.

293. *Magna agilitas ad divina penetranda.* Secundò, Sex alis ſunt prædita animalia ad indicandum ſummam eorum agilitatem, ac elevationem, qua ad penetrandas res altiſſimas feruntur; & ut etiam exponit Aretas ad celerrimam erga Deum obedientiam, & executionem divinorum mandatorum denotandam, quâ veluti multis alis adhibitis ad divina mandata exercenda volant.

294. Richard. Tertiò, Richardus de Sancto Victore hunc ſenarium numerum alarum, per ſex cognitionum genera ita dividit, ut prima cognitio ſit legis naturæ; ſecunda cognitio legis veteris; tertia lectio Prophetarum; quarta lectio ſapientiæ Evangelicæ; quinta lectio inſtitutionis Apoſtolicæ, & ſacrorum Conciliorum; ſexta denique lectio Doctorum, & interpretum ſacræ Scripturæ. Quibus omnibus perfectio, & plenitudo ſcientiæ habetur.

Sex genera cognitionum.

295. Ioach. Rupertus. Quartò. Joachimus Abbas, ac Rupertus cùm in quolibet animali myſtico vir Apoſtolicus, & quilibet juſtus denotetur, quid eſt quod ſex alis inſignitur? Quia debet fulgere ſex operibus, quæ proximo exhibentur reſpectu corporis, ita ut reficiat eſurientem, potet ſitientem, nudum cooperiat, infirmum viſitet, pauperem tranſeuntem hoſpitio colligat, ſepeliat morientem. Rupertus ait: *Senas oportet habere alas, id eſt ſex opera miſericordiæ, quæ is, qui ſedet ſuper thronum ſtantibus à dextris ita enumerat, eſurivi & dediſtis mihi manducare.* Matth. 25. num. 35. Vel ſenas alas habere dicuntur, quia ſex operibus miſericordiæ ſpiritualibus debet quilibet juſtus occupari Ita Divus Bonaventura libro de Eccleſiaſtica Hierarchia parte 1. capite 2. *Sex alæ ſunt,* ait, *ſex opera miſericordiæ ſpiritualia proximo exhibita ex parte mentis, ſcilicet convertere errantem, inſtruere ignorantem, ad gratiam ſuſcipere peccantem, diligere perſequentem, arguere delinquentem, defendere innocentem.*

Vir juſtus operibus miſericordiæ fulgeat.
Matth. 45.
S. Bonav.

Quintò, Anſbertus, unumquodque animal, ait, ſenis repletur alis, quia vir ac Doctor Evangelicus ea, quæ ſex mundi ætatibus partim peracta ſunt partim peragenda ſuperſunt, ſua cognitione, prædicatione debet comprehendere, explicare, ut inde audientes laudent, & glorificent Deum in operibus ſuis. 296. Anſbertus.

Sextò, Primaſius, ac Victorinus Martyr dicunt quòd ſenæ alæ in quatuor animalibus ſi multiplicentur, viginti quatuor efficiunt, & ſignificant viginti quatuor libros Veteris Teſtamenti, qui nititur, & volat per totum orbem fides, ac prædicatio Novi Teſtamenti, & rem magis explicat Divus Ambroſius; *Nam ſedilia viginti quatuor ſeniorum, quæ terræ hærent, denotant viginti quatuor libros Veteris Teſtamenti, in quatuor animalibus Novi teſtamenti converſos eſſe in alis; quia jam apertè, ac ſpiritualiter intelligimus ea quæ Judæi carnaliter intelligebant, & tanquam abſcondita in ſe habebant, ſicque velut alis ad res divinas evolamus.* 297.

Septimò, Sic aliter, ac moraliter explico mentem Divi Ambroſii, qui poſtquam ait, quod ſenæ alæ in unoquoque ex quatuor animalibus efficiunt viginti quatuor ſimul collectæ, & ſicut ſedilia viginti quatuor ſeniorum ſignificant viginti quatuor libros Veteris Teſtamenti, ita etiam & alæ eundem ſignificatum tenent, ſed quomodo hoc fieri poteſt, quia ſedilia hærent terræ & inſerviunt ad ſedendum, & incurvandum; alæ verò è contra ad in altum, ac ſublime volandum? Sic ait Ambroſius: *Sedilia hæc cùm ſemper terræ hæreant, eos qui in eis requieſcunt ad terram aliquantulum incurvant. Alæ verò, eos quibus innixæ ſunt ad excelſa ſublevant.* Sedilia, ac alæ diverſa habent munia; ſedilia terræ hærent, ad terrámque inclinant, at alæ ſurſum ſublevant, & in altum elevant. Quomodo ergo poſſunt convenire in eodem ſignificato? Sic pergit Ambroſius: *Sed hæc ſedilia Patribus Novi Teſtamenti in alas converſa ſunt; quia libros Veteris Teſtamenti ſpiritualiter intelligentes, per eorum doctrinam ad cœleſtia quotidie ſublevantur.* Ac ſi dicat ſedilia ad terram inclinant, ac curvant ſeniores, & inde convertuntur, ac mutantur in alas, ut eos in altum extollant; cùm ergo ſedilia eos deprimant, ac humilient, non mirum quod ſint tanquam alæ, ut eos in altum elevent, qui enim in domo Dei ſe humiliat, ac demittit ad terram, inde in ſublime fertur, & ad ſupremum apicem extollitur. Appoſitè ergo Divus Ambroſius alarum miniſterium cum ſedilium munere confundit, quia cùm ſedilia deprimunt, alæ extollunt, quod conſequens eſt unum ex alio. 298. Primaſ. Victor. D. Ambroſ.

Qui deprimitur humilitate, inde exaltatur ac ſublimatur.

Ingenti admiratione Ezechiel cap. 1. n. 22. gloriæ Dei, Salvatoriſque noſtri triumphalem currum meditatus ait, *Et ſimilitudo ſuper capita animalium firmamenti.* Rapidiſſimo motu in ſimilitudinem fulguris animalia hinc inde ferebantur; quomodo in illis firmamentum thronus, ac ſedes Dei ſtabilitur, & ſuſtentatur? hoc ſpectat ad Cherubim, *qui ſedes ſuper Cherubim.* Pſalmo 79. num. 2. Unde ergo animalia terreſtria Bos, Leo, Aquila, Homo ſic nobili- 299. Ezech. 1. Pſalm. 79.

Humilitas dat alas ad ſublimia. tantur, ut Cherubim ſubeant vices; animalia ferebantur, ac movebantur ſimul adjunctis rotis, de quibus ait Propheta ibid. n. 18. *Totum corpus oculis plenum in circuitu ipſarum quatuor.* Cumque animalia haberent ſimul ſecum rotas ſubjectas firmamento, quæ apertis oculis circumcelatæ erant, ut nullo motu circumvolverentur, quin oculi deficiant, ut ad terram reſpiciant; qui ergo ſic ſecum habet adjunctam terræ cognitionem, ut ad eam ſe demittat & contrahat, ſic extollitur, ut veluti aliis evolet ac præclariſſimum præſtantiſſimorum ſpirituum munus, ut firmiſſimum gloriæ, & majeſtatis ſedis Dei fiat ſuſtentaculum, ac firmamentum.

300. Pſalm. 134. De Deo decantat Regius Vates, *educens nubes ab extremis terræ.* Pſalm. 134. n. 7. Nubes quæ per cœli tramitem volant, ab extremis terræ, decantantur educi: cur non potiùs è medio terræ, vel ex altis, & imminentibus montibus terræ, ſed ab extremis? qui enim ſe extremum, ac noviſſimum exiſtimat, ſic ſublimatur ac extollitur, ut veluti nubes lucida evolet, ac feratur per cœlum Origenes homilia 5. in Jeremiam c. 10. ſic ait. *Vides quomodo ab extremis terræ educat Deus hæc corporeas nubes? Propterea ſi volumus nubes fieri, ad quas perveniat veritas Dei noviſſimi omnium fiamus.* (*Qui ſe extremum judicat in altum vocatur.* — Origen.)

301. Soph. 1. Ait Sophonias cap. 1. num. 1. *Verbum Domini, quod factum eſt ad Sophoniam filium Chuſi, filii Godoliæ, in diebus Ioſiæ filii Amon Regis Iudæ.* Magno myſterio hæc omnia ordinata ſunt, nam Chuſi interpretatur humilitas, Godolias magnitudo Domini, Joſias verò elevatio, ſemper enim humilitas ſecum involvit magnitudinem, & cum magnitudine exiſtit ac procreatur, ita ut ubi ipſa apparet, ſtatim detur elevatio, ac exaltatio. Remig. Altiſiodorenſ ad citatum caput Sophoniæ: *Hic ergo*, ait, *ſpeculator filius Chuſi, qui interpretatur humilitas, habet avum Godoliam, qui dicitur magnitudo Domini, de magnitudine Domini generatur humilitas. Hic talis, ac tantus benè dicitur fuiſſe in diebus Ioſiæ Regis ſanctiſſimi, qui interpretatur elevatio Domini, tempore ergo elevationis exiſtit filius humilitatis, quia per humilitatem elevamur ad cæleſtem elevationem.* (*Humilitas cum elevatione.* — Remig.)

Quæstio XXXIV.

Quare hæc quatuor animalia plena erant oculis ante & retrò, intus & in circuitu ſecundùm ſenſum literalem?

302. *Multa Biblia.* Multa Biblia hæc aliter diſpungunt & nectunt cum præcedentibus hoc modo: *Habebant alas ſenas in circuitu, & intus plena ſunt oculis.* At Romana utrumque refert ad ſequentia, & ſic legit: *In circuitu, & intus plena ſunt oculis.* Id eſt tam intra alas, quàm extra, tam intrinſecùs, quàm extrinſecùs plena ſunt oculis. Addit Alcazar fortè Joanni revelatum fuiſſe præter oculos multiplices quos habebant ante, & retrò etiam interius plena eſſe oculis, quia ſi intima nudarentur viſcera, apparerent & viderentur plena oculis. (Alcazar.)

Hi autem oculi ſicut & in rotis Ezechielis 303. Ezech. 1. Lyran. Pradus.
cap. 1. num. 18. exiſtimant Lyranus, & Pradus, quod non erant vivi & humani, ſed ficti, tanquam picti, ut in cauda pavonum, nam in rotis non poterant eſſe oculi vivi: tamen ſimpliciter dicendum eſt, quod oculi in noſtris animalibus, ac in rotis, erant veri, ac vivi oculi. Sic ait Ezechiel. 1. num. 20. *Spiritus enim vitæ erat in rotis.* Et licèt materialiter in rotis non poteſt eſſe ſpiritus vitæ, maximè verò ſymbolicè cùm aſſumantur à Deo ad aliquid ſignificandum ac repræſentandum, nec ad hoc quòd fictum, ac pictum deſtinatur à Deo, ſed vivum & verum, proindeque hæc animalia erant meri oculi vivi, & veri. (*Oculi vivi ac veri.*)

304. Bis de oculis horum ſanctorum animalium Joannes noſter agit; primò verſu ſexto. *Quatuor animalia plena oculis ante, & retro.* Secundò hoc verſu octavo. *Et in circuitu, & intus plena ſunt oculis.* Ergo ubique ac ex toto habent oculos, & nulla pars eſt, quæ careat oculis, ac proinde ſive interius, ſive exterius, ſive ante, vel retro ſeu in circuitu omnia ſunt oculi, ſeu meri oculi Quid ergo hi tot, ac tanti oculi in his animalibus ſignificent, juxta literam hîc inquirimus. (*Evangelium plenum oculis illuminans.*)

305. Vera, & genuina expoſitio, hæc ſancta quatuor animalia, ut dixi ſuprà quæſtione 26. ſignificant quatuor Evangeliſtas, ſeu quatuor Evangelia, quæ omnia ſunt plena oculis quidquid enim in Evangelio ſancitum eſt, ex ſuprema, ac exacta vigilantia, ſapientia, ac diſcretione diſpoſitum eſt; quidquid jubet, quidquid præcipit, quidquid conſulit, omnia diſcretiſſimè ac ad noſtram ſalutem ſunt ordinata, etiam ſecundùm ultimam vitam, & apicem. Sic ait Ambroſius Anſbertus in præſenti. *Plena itaque ſunt oculis animalia, quia quotquot ſanctarum Scripturarum eloquia, tot animarum ſunt electorum ſpiritualia lumina.* (Anſbert.)

306. Pro quo profundè conſidera, quòd non ſolùm dicuntur animalia plena oculis, ut videbatur ſufficiens, ſed minutim ait Joannes, *plena oculis ante, & retro, in circuitu, & intus.* Nihil redundat, ſed omnia habebant magna myſteria. Primò dicuntur *plena oculis ante.* Quia Evangelium dat nobis multiplicem cognitionem futurorum, quæ ante nos ſunt, aperit oculos ad ſuſcipienda, ac expectanda præmia, quæ Deus juſtis, ac ſanctis pollicetur, & ut etiam caveamus horribilia mala, quæ iniquis, ac execratis minatur Deus. Secundò, *Plena ſunt oculis retro.* Explicat namque Evangelium quod fuimus, & unde venimus ex pulvere, nempè terræ, aperitque etiam quæ præceſſerunt in veteri Teſtamento, ſecundùm veram & rectam intelligentiam, ac ſenſum in eis latentem, nobiſque proponit altiſſima myſteria vitæ Chriſti, quæ pro noſtra ſalute egit, *Plena ſunt oculis incircuitu*, ad videndum ea, quæ circa nos ſunt, & rectè illa ordinanda quoad noſtrum modum vivendi & operandi, ad quod Evangelium multa dat documenta, præcepta, ac conſilia. *Plena ſunt oculis intus.* Quia, ut ait Paulus Hebræorum 4. numero 12. *Vivus eſt ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens uſque ad diviſionem animæ, ac ſpiritus, compagum quoque ac medullarum, & diſcretor cogitationum, & intentionum cordis.* Verbum Dei non ſunt tantum ipſæ literæ, ac voces, (*Evangelium in omni circumſtantia oculus, & lux.* — Hebr. 4.)

voces, ſed & in illo D. Jeſus, qui ſuâ efficaciâ, ac gratiâ nos provocat, movet, attrahit, & inclinat ad ſe.

307. Jerem. 1. Unde ad Evangelium poſſumus accommodare illud, quod ait Jeremias 1. n. 11. *Virgam vigilantem ego video.* Seu ut alii legunt apud Cornelium à Lapide: *Virgam oculatam.* Evangelium enim virga directionis eſt, undique oculata, quæ nos gubernat, ducit, ac perducit in viam ſalutis.

Cornel. *Evangelium oculus.*

308. Ezech. 1. De quatuor animalibus ait Ezechiel. 1. n. 14. *Animalia ibant, & revertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis.* Cur ad exprimendam viam ſanctorum animalium non dicitur de eis, quod volabant tanquam aves per medium cœli, vel quod ita celeriter movebantur, ut tranſgrederentur pennas ventorum? cur ad ſimilitudinem fulguris coruſcantis confugitur? Quatuor illa animalia ſignificabant quatuor Evangelia; ut docent D. Gregorius, Beda, Haymon, & alii, inde dicitur quod ibant ad ſimilitudinem fulguris coruſcantis, elucentis, ac reſplendentis, & illuminantis, ut educerent gentes è tenebris errorum, & eas perducerent in lucem claritatis æternæ; & ad hoc Evangelia ſunt tanquam lampades accenſæ. Petrus Damianus ſerm. 50. *Enim verò hæc ſunt ſancta illa animalia, quæ undique plena oculis referuntur, in quibus utique, ſicut revera Cherubim, exuberat ſcientiæ plenitudo; aſpectus eorum quaſi carbonum ignis ardentium, & tanquam radiantium repræſentant aſpectum lampadum.*

Evangelium veluti lux lampadis ardentis. D. Greg. Beda. Haymo. Damianus.

QUÆSTIO XXXV.

Quare hæc animalia apparent undique plena oculis ſecundùm ſenſum moralem?

309. Et primò maximè ponderandum, quod in his ſanctis animalibus definitus eſt eorum numerus, dicuntur namque *quatuor*; definitus eſt enim numerus alarum, nempe *ſex*: cur etiam numerus oculorum non eſt definitus; ſed ſine numero ponuntur oculi ante, retro, in circuitu, & intus? Cùm homo venit in hunc mundum dicitur ei Eccleſiaſt. 9. n. 20. *Scito quoniam in medio laqueorum ingrederis.* Seu ut habet Syrus: *Scito quod inter laqueos incedis, & ſuper retia ambulas.* Quot verò ſint laquei, quótve retia, quæ contra nos tendunt, nullus eſt qui valeat enumerare, cùm militia ſit vita hominis ſuper terram, non eſt nobis colluctatio adverſùs Principes hujus ſæculi, ſed adverſùs principem tenebrarum, ſerpentem antiquum, qui mille, ſeu ut potiùs dicam innumeras habet nocendi artes, quibus contra nos armatur ſive in cibo, ſive in potu, ſive in inceſſu, veſtibus, colloquiis, ſive in hominum frequentia, in ſolitudine, in ſecundis & adverſis rebus, ac poſtremò in ipſis bonis ac ſanctis operibus, in quibus frequenter nos ad inanem gloriam ſtimulat, ut in portu nos naufragium facere ſuadeat; ideò innumeri ſunt nobis neceſſarii oculi pro vigilia, ac cuſtodia ad tot inſidias, ac fraudes repellendas. De Eccleſia ſancta decantatur Cant. 4. n. 4. *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis; mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Et ut ait Divus Gregor. ibi: *In millenario numero omnes numeri perfecti cumulantur.* Innumeris ergo clypeis armatur Eccleſia, & cur tot, ac tantis clypeis ut in eis certus numerus non dicatur? præparatur Eccleſia contra innumeras inſidias hoſtium viſibilium, & inviſibilium, ideò innumeris clypeis protectionis, ac defenſionis ad auxilium munitur, & ſtabilitur adversùs eas Caſſiodorus: *Per mille clypeos*, ait, *innumera intelliguntur divinæ defenſionis præſidia, quibus ſancta vallatur, ac defenditur Eccleſia.*

Eccleſ. 9. Syrus. *Mundus plenus eſt innumeris periculis, ideò innumeri oculi ad ea vitande ſint.* Cant. 4. S. Greg. Caſſiod.

310. S. Greg. Secundò, D. Gregorius libro 19. Moral. c. 9. *Sancti omnes, ait, foris ſe intúſque circumſpiciunt, & vel reprehendendos ſe exteriùs vel iniquos ſe interiùs videri inviſibiliter timent. Hinc quod animalia, quæ per Prophetam videntur in circuitu, & intus plena oculis eſſe memorantur, quiſquis enim exteriora ſua honeſtè diſponit, ſed interiora negligit, in circuitu oculos habet, ſed ante non habet: Sancti verò omnes, qui in exteriora ſua circumſpiciunt, ne bona de ſe exempla fratribus præbeant, & interiora ſua vigilanter attendunt, quia ſeſe irreprehenſibiles interni judicis obtutibus parant, & in circuitu oculos, & intus habere perhiberent.* Monſtruoſum videtur animal totum oculis refertum, cur ergo non duobus oculis, ſed undique illis plena apparent, ante, & retrò? hoc ſanè magno myſterio factum eſt, ut nobis alta circumſpectio intimaretur, ac inculcaretur; inde ſint oculi ante, & retrò, ante ut interna noſtra diſcutiamus ac minutim perpẽdamus, retro verò ut exteriora noſtra alta indagine examinemus, ut ita nociva fugiamus, & utilia amplectamur, & ita in circuitu & intus oculos habere perhibentur.

Juſti intus, & foris ſe reſpiciunt, & diſcutiunt.

311. D. Ambr. Tertiò, Divus Ambroſius in præſenti. *Sancti igitur, ait, retro oculos habent quando audientes comminationem Domini dicentis: nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & aſpiciens retro aptus eſt regno Dei: tota virtute laborant ne in malis, quæ ſe aliquando egiſſe meminerunt, relabantur, quamvis ea ante mentis oculos ad humilitatis ſuæ cuſtodiam ponere non deſiſtant.* Cur hæc ſancta animalia ſic oculis referta appareant, antè & retrò, cùm Dominus dicat Luc. 9. n. 62. *Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro aptus eſt regno Dei.* Ad quid ergo animalia plena erant oculis, ante & retro? quia etſi unumquodque animal haberet alas ſenas ad ſublime, & altè volandum ad Dei thronum, ac ad magnam celſitudinem donorum in humilitatis cuſtodiam habebant oculos retro, ut eos conjicerent ad præterita peccata, ut inde humiliarentur, & ſic digni, ac apti inveniantur, ut tanquam nobiliſſimi Spiritus Dei ſolio aſſiſtant.

Luc. 9. *Ut ſublimitas dignitatis conſervetur, exoptat recordationem præterita humilitatis.*

312. Rupertus. Quartò, Rupertus Abbas libro tertio in Apocal. *Oculos ante & retro. Scire namque unde veniant, multùm illis valet ad profunda humilitatis cuſtodiam.* Significāt ſancta animalia bonos homines verè, ac piè Janos eſſe, qui reſpiciunt unde traxerint genus, à luto ſcilicet humili, hoc enim eſt oculos retro habere, proſpiciúntque ſimul quò abeant, in locum nempe cinerum, hoc ibi denotat ante videre, multùm prodeſt ad premendam ſuperbiam, quod una æqua Regum, ac pauperum ſit conditio à vitæ ortu ad occaſum

Prodeſt ad ſalutem notitia noſtri principii, & finis.

D. Greg.

occaſum uſque. Unde rectè ait D. Greg. Magn. lib. 12. Moral cap. 16. *Homo ab humo appellatus eſt, eo quod dicitur homo, terrenus exprimitur, & infirmus.*

313. Quintò, Andreas Cæſarienſ. & alii per hæc animalia præcipuos Angelos, nempe Seraphim intelligunt, qui thronum Dei; ſeu illius regnum perpetuò obeunt, tot & tantus eſt oculorum numerus ad hauriendos, ac percipiendos Divinitatis radios, ſuntque pleni oculis ante, retro, & in circuitu, quia hi cœleſtes ſpiritus non ſolùm cognoſcunt præſentia, quæ circa ſe ipſos ſunt, ſed etiam quæ retro, & antea, ut præterita, & futura: ſic ait, cit. Andreas. *Quia ea perfectione à Deo illuſtrantur, ut illa videant, quænam dudum ante ſunt facta, & illa rurſum, quæ ſunt futura.* Sextò, noſter D. Cyrill. Alexandr. lib. de Incarnat. cap. 13. *Ad Dei voluntatem reſpicit ſancta cœleſtium ſpirituum multitudo.* Tot miſſis oculis in Deum intendunt Angeli, ut ad ejus nutum obediant, illiuſque mandata adimpleant, & exequantur.

Angeli agnoſcunt non ſolùm præſentia, & præterita, ſed etiam futura.

Andr. Cæſ.

D. Cyrill.

Angeli maximè obediunt ad Dei nutum.

314. Septimò, Hæc quatuor animalia juxta communem ſententiam, ut dixi ſuprà q. 24. n. 205. ſunt eadem, ac illa quæ Ezechiel. cap. 1. num. 5. vidit magnifico illo curru, tamen hoc poſito magna difficultas hîc inſurgit, cur apud Ezechielem apparent tanquam animalia communia cum duobus oculis, hîc verò apud Joannem plena oculis ante, & retro, in circuitu, & intus, ſi eadem animalia, cur ſic diſcrepant in numero oculorum; curque tanta diverſitas in eis eſt? In Ezechiele ſeſe oſtentabat Dominus in magnifica, ac ſublimi majeſtate ſua, & apud Joannem tanquam vulneratus, & mortuus, ut dicitur cap. 5. num. 6. *Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio ſeniorum, Agnum ſtantem tanquam occiſum.* Ezechieli ſeſe oſtentat Chriſtus in gloria, ac majeſtate ſua, Joanni verò ut mortuum, & crucifixum ſe exhibet, *Agnum tanquam occiſum.* Chriſtus in ſua gloria & majeſtate incomprehenſibilis eſt, tamen ad ipſum vidēdum duo oculi apparent in animalibus, at ad ipſum mortuum, & plagatum vi amoris conſiderandum, tot ac tanta ſunt, quæ in tanto Sacramento ſeſe offerunt meditanda, & contemplanda, quod innumeri oculi ante, retro, in circuitu, & intus proponuntur. Quod factum eſt pro morali noſtra eruditione, ut inde mens noſtra excitetur ad conſiderationem tanti amoris, ac myſterii, plus enim ſolicitat, & trahit noſtrum affectum Chriſtus crucifixus, quàm ipſemet in ſua ſuprema, & alta majeſtate. Vide quæ dixi tom. 5. in Evangelia lib. 8. cap. 1. quæſtion. 10. n. 59. 60. 61. 62.

Ezech. 1.

Apoc. 5.

Ad contemplandum Chriſtum mortuum, & plagatum innumeri oculi requiruntur.

De Prælatis, ac Paſtoribus.

315. Valdè celebris eſt interpretatio in his oculatis animalibus Prælatos, ac Paſtores Eccleſiæ intelligens. Et octavò, maximè conſiderandum quod de oculis horum animalium bis Joannes facit mentionem. Primò n. 6. *Quatuor animalia plena oculis ante, & retro.* Secundò hoc n. 18. *Et in circuitu & intus plena ſunt oculis.* Cur toties hoc repetit Evangeliſta, num ſat erat ſemel dicere plena oculis ante, & retro? ad quid repetit intus, & foris? Per oculos denotatur vigilantia, prudentia, ac providentia; cùm ergo hæc animalia denotent Prælatos, inde bis repetitur ut innuat quod ſumma vigilantia, ac prudentia in eis requiratur. D. Thomas. *Quia verò, ait, neceſſaria vigilantia multa, replicat multiplicitatem oculorum in circuitu, quantum ad exterioris converſationis innocentiam in exemplum quoad proximum, & intus quoad internæ conſcientiæ munditiam, in meritis quoad Deum.* Vide ſuprà cap. 1. quæſt. 59. n. 492. & cap. 3. q. 4. num. 26. D. Thom.

In Prælatis neceſſaria multa vigilantia.

316. Nonò, juxta mentem D. Thomæ proximè ſic ait D. Anſelmus. *In circuitu & intus plena ſunt oculis, in circuitu, ut aliis bono exemplo luceant,* ſcilicet Paſtores, *& intus quantum ad ſe ipſos.* In his animalibus repræſentatur idea virorum Apoſtolicorum, qui debent pleni eſſe oculis ad attendendum in eos qui ſunt in circuitu ſuo, nempe ad ſuas oves, ita ut ſemetipſos non negligant, ſed eandem curam, quam in eis excolendis ponunt, eadem ſibi ſoliciti accommodent, & hoc eſt Dei habere oculos ad ſemetipſos, ut ita bono exemplo cunctis luceant. D. Anſelm.

Prælatis ſe ſubditus & ſibi attendat.

Decimò, Prælati cōſtituuntur ut alios arguant, & reprehendant, ac proinde multos habeant oculos ad ſemetipſos conſiderandos, ac dirigendos, ut in ſe ipſis reprehenſibiles inveniantur. Vide multa in noſtris tomis in Evangel. verb. *Reprehenſio.*

Qui alios reprehendit, ſit irreprehenſibilis.

317. Undecimò. Cum Præſules in his animalibus denotentur valdè mirum, quod ipſa undique oculis plena appareant, & ſanè magno myſterio, quia Prælatus totus ſit plenus oculis ad actiones ſuas componendas, conſiderans, ac recogitans, quod innumeri oculi ſubditorum attendunt in eum; ad omnes illius actiones notandas. Sic ait D. Hiero. ad Heliodorum in Epitaphio Nepotiani: *In te omnium oculi diriguntur, domus tua, & converſatio tua, quaſi in ſpecula conſtituta.* Ecce cur in Paſtoribus innumeri oculi, innumeræque virtutes debeant reſplēdeſcere, ne ſuorum calumniis ſint obnoxii, & in eorum animadverſionem incurrant, ſcientes quod eorum dicta, facta, & minutiſſimæ actiones curioſiùs inveſtigantur à ſubditis, qui etiam eorum cogitationes penetrare, ac introſpicere ſtudent. Pulchrè ad hanc rem explicat D. Gregor. Magn. verba illa lib. 1. Reg. cap. 16. n. 13. Quod Samuël unxit Davidem *in medio fratrum ſuorum*, ut ſciret ſe eſſe poſitum coram omnium oculis, & omnium oculos eſſe ſuper eum. Sic ait Sanct. Pontifex: *Unde & ſancta animalia in circuitu oculos habere deſcribuntur, quia electus Domini, dum ardorem charitatis, dum virtutem miſericordiæ, dum zelum rectitudinis, & ſancti Spiritus ardorem recipit, quaſi globum habitat luminis, qui eum ex omni parte circumſtantibus fulgentem reddit.* Sic illius virtus undique fulgeat, ut obſervantium oculi nihil tenebroſum in eo inveniant.

Sciant Prælati ſe eſſe expoſitos omnium oculis, qui eos conſiderant.

D. Hieron.

D. Greg. 1. Reg. 10.

318. Duodecimò, Rupertus lib. 3. in Apocalypſ. Plena oculis ante, & retro. Sic ait, *Quia quique Prælati, ſi legitimè præſunt tam in externa actione, quam interna contemplatione, cauti ſunt, & providi.* Antiquitas Janum bifrontem effinxit, & Argum centoculum, ut quibuſdam oculis ſomno preſſis, aliis verò vigilantibus perpetuas cuſtodias ageret, & nocte dieque ſubjectum ſibi gregem paſceret, at nullus Poëtarum finxit aliquem innumeris oculis plenum intus, foris, ante Rupert.

Princeps, & Paſtor prævideat ſuorum ut munus ſuum rectè adimpleat.

ante, & retro: ad quid ergo tot oculi? ſunt ſymbolica animalia, quæ verum Principem, ac Prælatum indicant, qui multis oculis ante, & retro recogitet præterita ac futura, ut attendat ac provideat his, qui circa ipſum ſunt, ſuis nempe ovibus, ut ita valeat ſuum munus adimplere, in eóque multum proficere, ac creſcere, qui enim res antequam veniant, prævidet, perfectiſſimus ſui, ac aliorum Paſtor conſtituitur.

319. Iſai 59. Rom. 11. Dicebat Iſaias c. 59. n. 20. juxta lectionem Septuaginta quam ſcribit Paulus Roman. 11. n. 26. *Veniet ex Sion, qui eripiat, & avertat impietatem à Jacob.* Ecce unde proponitur veniens ille, qui ſuis poſſit ſalutem dare, & eos à malis eripere, ex Sion nempe veniet, ſed cur ad exitum tanti Principis potiùs aſſignatur Sion, quàm Jeruſalem regalis civitas vel libanus, ex quo vocabatur ſponſa ad coronam, Cant. 4. n. 8. Cur ergo ex Sion veniet Princeps ad ſalutem? Per Sion intelligitur ſpecula, & qui ſpeculatur, & prævidet à longè quæ ſuis neceſſaria ſunt, antequam veniant; hic ſolus valet eos à malis liberare, eiſque ſalutem dare D. Anſelm. ad cit loc. D. Pauli. *Veniet ex Sion*, ait, *id eſt naſcetur Chriſtus ex populo ſpeculante à longè futuram ſalutem, & humani generis redemptionem.*

Cant. 4. Priceps qui prævidet futura valet ſuis ſalutem dare. D. Anſelm.

320. Si bene revolvas omnes hiſtorias tam divinas, quàm humanas, facilè deprehendes, quod nullus athleta tam rabidos ac diros luporum morſus pertulerit, ut ſanctiſſimus Job Catenatim ac ſine intermiſſione hoſtes & clades in eũ irruunt totam ſubſtantiam depopulantur filios amantiſſimos uno impetu deglutiunt, & tandẽ ab omnibus denudatus, agmine facto omnium dolorum, ac afflictionum, carnem ejus devorãt, & conſumunt. Et tamen ipſe à tot rabidiſſimorum luporum faucibus prodiit invictus triumphator, illuſtri filiorum caterva nobilitatus, magnis, ac in duplum divitiis oppletus; unde illi tam glorioſa victoria, tantis donis laureata? Ipſe rationem nobis innuit & cauſam c. 3. n. 25. *Timor, quem timebam, evenit mihi & quod verebar, accidit* Inter tot, & tanta mala nullum inopinatè evenit illi, ſed multò ante jam ea prævideret, ac præcavebat. Nullum excidium illi fuit ex improviſo: omnia enim jam multò antea metuebat; univerſa illa mala jam vir ſanctiſſimus prævideret, & antequam venirent jam ea veritus erat, & ideò illis venientibus eorum multitudine non eſt oppreſſus, ſed incolumis, & multùm auctus, ac locupletatus evaſit. Divus Chryſoſtomus homilia 14 de avaritia, ſic ait. *Semper cogitatione ſpectabat ad illum timorem, opperiens eam, ſperans ſpectanſque, Et licet præſens felicitas, cogeret frui rebus, tamen futurorum ſolicitudo voluptatem interrumpit. Et ideóque quoniam præmeditatus in animo ſuo, hæc ventura proſpexerat, hæc certamina poſteaquam acciderunt, fortiter, & animoſe pertulit, utpote jam olim ad illa exercitatus: & quoniam ea expectatione præceperat, non eſt perturbatus, cùm adeſſent.* Qui olim futura mala jam prævideret, de eiſque prævidentiam habebat factam in animo ſuo, ut ea cum multa patientia, ac conformitate Deo ſuſtineret, illis advenientibus non turbatur, ſed fortis ac conſtans ſtat, & inde ad majora, ac excellentiora diſponitur, & eligitur.

Job 3. Qui prævidet mala ventura, inexpugnabilis Paſtor eſt. D. Chryſ.

321. De Joſeph decantat Jacob: *Diſſoluta ſunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potentis Jacob, inde Paſtor egreſſus eſt lapis Iſraël,* Geneſ. 49. n. 24. Unde dicitur Paſtor egreſſus, qui & lapis ſimul ſit inſuperabilis refugii Iſraël? nimirum ex vinculorum ſolutione, cujus gratiâ inde Paſtor egreſſus eſt? Nonne in carcere conſtitutus duorum, qui etiam in vinculis tenebantur ſomnia callens, alteri cladem, alteri felicitatem venturam prædixit? Deinde adſciſcitur à Rege in Ægypti imperium, cui ſimiliter ſteriles annos venturos prænunciat, & ad illos horrea providenda conſulit; tali ſolutione vinculorum tanto viro pariunt, ut ſimul illum præſtantiſſimum Paſtorem, ac inexpugnabilem lapidem efficiant, ille enim qui antequam clades veniant, illas prævidet, & ad illas ſe providet præſtantiſſimus ſui, & aliorum Paſtor eſt, & talis Paſtor ut ſit firmiſſimus lapis, ut nullis cadat periculis, & ut omnia confracta reſtituat.

Gen. 49. Præſtantiſſimus Paſtor qui prævidet ad mala ventura.

QUÆSTIO XXXVI.

Quare ſancta animalia cùm eſſent in Dei beatitudine, dicuntur non habere requiem die, ac nocte in ſuo Cantico?

Dicitur in textu, quod ſancta animalia *requiem non habebant die, ac nocte dicentia; Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Idem hic ſignificatur, quod in hymno *Te Deum*, dum decantamus, *Inceſſabili voce proclamant.* Non enim his verbis ſignificatur inquietudo aliqua, aut moleſtia defatigationis, ſed perpetuum & inceſſabile opus; & frequenter requies pro ceſſatione ponitur in ſacris literis juxta illud quod dicitur Geneſ. 2. *Requievit Deus ab omni opere ſuo*, id eſt, ceſſavit à fabricando mundo; & non ceſſare non accipitur hîc pro continuatione ut ita dicam, mathematica, ac ut nulla vel minima ſit intermiſſio; ſed pro morali continuatione, quod idem eſt ac frequenter & perſeveranter notatæ actioni vacare. 322. Gen. 2.

Sancti Angeli in cœlo, ut hæc ſancta animalia, ac Seraphim apud Iſaiam 6. perpetuò prædicant, & celebrant ſanctiſſimam Trinitatem; Idem faciunt quatuor Evangeliſtæ, quos allegoricè hæc animalia denotant, dum in cœlis per ſe ipſos, in terris per quatuor ſua Evangelia fidem, amorem, cultum, ac laudem ſanctiſſimæ Trinitatis celebrant: hoc etiam faciunt viri pii, ac ſancti, qui corde, ore, ac opere dicunt, *Benedicam Domino in omni tempore.* Et jugiter tanquam angeli terreſtres in hac vita canunt, *Gloria Patri, & Filio & Spiritui Sancto*, ſive ter Sanctus. 323. Iſai. 6.

Secundò, Eadem ſunt animalia hîc apud Joannem, & etiam apud Ezechielem. 1. Hic apud Joannem, ſine requie clamant *Sanctus*, *&c.* apud Ezechielem verò nec voculam emittunt, ſed tantùm dicitur, quod animalia erant juxta rotas, & quidem pennata quatuor habentia ſingulas pennas, & totidem brachia. Ait Propheta ibidem numero 8. *Et manus hominis ſub pennis eorum in quatuor partibus.* Cur ergo hîc apud Joannem Dei gloria celebranda committitur vocalibus animalibus, quæ ſine requie 324. Ezech. 10.

Dei

Dei laudes intonant die, ac nocte; apud Ezechielem verò Dei gloria committitur animalibus prorſus mutis, nullam dantibus vocem hîc apud Ioannem gloria Dei apparet fixa in cœlo: ſic dicitur in exordio hujus capitis, *Ecce apertum eſt oſtium in cœlo.* Et apud Ezechielem apparet Dei gloria in curru viam agente ſuper terram. Sic dicitur ibi n. 15 *Cùm aſpicerem animalia, apparuit rota una ſuper terram* Et iterum n. 19. *Cùm elevarentur animalia de terra, elevabantur ſimul & rotæ.* Animalia, ſeu Spiritus, qui in regno Dei ſunt, ſonent linguis, & intonent carmina laudatoria Dei, cùm nil operis eis agendum ſuperſit; At animalia, quæ adhuc jugum currus ſuper terram ſubeunt, ut Dei gloriam extollant, per totum mundum verbis pateant, brachiis abundent, opera exhibeant; non enim inter vocales, ſed inter brachiatos, & operarios ſublimatur Dei gloria in mundo. Pulchrè Divus Petrus cùm ſpectaſſet gloriam Chriſti transfigurati faciem fulgentiorem ſole, veſtimenta nive candidiora ait; *Bonum eſt nos hîc eſſe, ſi vis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Eliæ unum, Moyſi unum,* Matth. 17. n. 4. Ecce tantam gloriam uno verbo extollit, & totus rapitur ad opera impendenda in triplici tabernaculo fabricando. Cur pro tanta majeſtate non flumina veerborum effudit, ſed uno verbo rem præſtringit, *Bonum eſt nos hîc eſſe,* & ad tabernacula ædificanda tranſit. Sciebat bonus Paſtor, Eccleſiæ Dei gloriam non extolli in terris verbis, ſed factis. Perbellè D. Paſchaſ. lib. 8. in Matth. *Quam ſanè gloriam,* ait, *bonam eſſe, nec laudaſſe ſufficit, ſed etiam devotione præſtantior, impiger operarius occurrit, & pollicetur communis obſequii miniſterium, faciamus,* &c.

In terra non laudatur, nec glorificatur Deus, niſi operibus.

Matth. 17.

D. Paſch.

325. Tertiò, eadem ſunt animalia hîc apud Joannem, & apud Ezechielem, ut modò dixi ſuperiori num. Hic apud noſtrum vatem ore, & lingua divinas laudes reſonant; apud Ezechielem alarum tantùm agitatione, & pennarum commotione eas celebrant. In quo dignitas ſacrorum Evangeliſtarum denotatur, qui gemina prærogativa præeminēt, tum ore prædicandi munere, tum penna ſcripto Evangelio. Sed quomodo dicitur quod *non habebant requiem die ac nocte* in ſuo triſagio decantando, quod non dicitur de animalibus Ezechielis? oris autem locutio, ſeu prædicatio, quamvis valdè efficax, velociter tranſit; at Scriptura perenni virtute permanet, expugnans fidelium corda, & ideo talia exprimere, non fuit neceſſe, ut de noſtris animalibus dicitur quod *non habebant requiem die, ac nocte;* quia prædicatores quandoque quieſcunt, cum nempe à prædicatione, deſiſtunt, non enim die, ac nocte verbis inſtant; At ſcriptores nunquam quieſcunt, quia quando eorum prædicatio ceſſat, perit linguæ eloquium, verba tamen, quæ ſcripta ſunt non pereunt, ſed perenniter durant, & clamant. Hinc Regius vates, ut Verbi divini æternitatem commendaret calamum ſcribæ ipſum appellavit Pſalm. 44. n. 2. *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.* Æternus Parens intelligitur ſcribens; cujus lingua, ſeu intellectus, calamus appellatur, ejus autem dicere, ſeu ſcribere, eſt Divinum Verbum producere: qua metaphora utitur Propheta ad denotandam Verbi æternitatem, cùm id quod ſcribitur perenniter duret, D. Gregor Magn. lib. 53. Moral. cap. 3. *Per calamum quippe,* ait, *Verbi æternitas deſignatur cum voce Patris per Pſalmiſtam dicitur, lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis: quia enim quod loquimur tranſit, quod ſcribimus permanet, lingua Patris, ſcriba calamus] dicitur: quia ab eo eſt Verbum illi coæternum, & ſine tranſitu generatum.*

Digni as Evangeliſtarum.

Prærogativa ſcribendi eminet muneri prædicandi.

Pſalm. 44.

Quod ſcribitur perenniter permanet

D. Greg.

Quartò, ait noſter Joannes; *Requiem non* 326.
habebant, non ait requiem non habuerunt, ſed non habebant; nam cùm eſſent Seraphini ſpiritu ferventes in Dei amorem, ſemper divinas laudes incœptas proſequebantur, ac ab eis decantandis nunquam ceſſabant. Hoc obſervat D. Chryſoſtom. ad cap. 6 Iſaiæ n. 3. *Clamabant alter ad alterum,* ſic ait Sanctus Doctor. *Hæc eis eſt vivendi ratio, & inſtitutum, nempe ad Dei laudem aſſiduò hymnos emoduleri, ſuúmque creatorem lætis acclamationibus jugiter benedicere. Non enim dixit, clamaverunt, ſed clamabant; ac ſi diceret, functio hæc opus eſt illis perenne.* A quo nunquam ceſſabat cùm eſſent Spiritus amore ferventes.

Seraphini à Dei laudibus non ceſſant.

Iſai 6.

D. Chryſ.

Quintò Hæc ſancta quatuor animalia ſic hoc 327.
canticum pſallebant, ut in ipſo triſagio decantando ſe haberent ut Seraphini apud Iſaiam. *Clamabant alter ad alterum,* ut communiter exiſtimatur, ſi enim unuſquiſque alteri dabat locum acclamandi Divinam Majeſtatem, inde requie fruebatur, cùm ab intonandis laudibus ceſſaret; rationem literalem initio quæſtionis appoſui, quod ſermo eſt de continuatione non mathematica, ſed morali; ſed adhuc moraliter dicamus, cur unumquodque inceſſabiliter non clamabat, quia ſancti etiam in laudando Deo ſciunt honoris admittere ſocios, nec ſibi ſoli quilibet cupit ſanctitatem, ſed ſic delectantur dum alios Deum laudare vident, ac ſi ipſi eum laudaſſent N. D. Cyrill. l. 1. in Iſaiam. *Os eorum fauſtis ominationibus plenum eſt, ac laudibus, gloriam enim decantant, non quia fatigantur, ſed honore ſibi mutuo cedunt.*

Iſai. 6.

Juſti non ſolùm ſibi volunt Deum, ſed idem ſtudium alios habere volunt.

D. Cyril.

Sextò, Animalia requiem non habebant die, 328.
ac nocte; ſic Sanctus Joannes voluit exprimere, quod nunquam ceſſabant à Dei laudibus intonandis, non ſat erat dicere, quod requiem non habebant, ad quid ultra addit, die ac nocte? Dies proſperitatem denotat, non adverſitatem. Ecce cur die, ac nocte divina elogia celebrant, ſanctitatemque Dei prædicant, quia in omnibus, ſivè proſperè, ſive adversè contingant, Dei majeſtas recolenda eſt à nobis. Deúſque ſemper laudandus eſt, ſive in proſperis ſive adverſis. D. Bernardin. tom. 3. ſerm. 2. in extraordin. cap. 2. *Die ac nocte,* ait, *laudem Dei proclamant, qui in omnibus proſperis, & adverſis Deo gratias agendo, omnem providentiam, ipſe diſpoſitionem gratiſſimam habent, & ipſum de omnibus operibus ſuis laudant.*

Deus ſemper laudandus ſive in proſperis, ſive in adverſis.

D. Bern.

Septimò, in beatitudine ſumma eſt quies, & 329.
felicitas expers omnis laboris, & moleſtiæ, quomodo ergo dicitur quod hi divini Spiritus non habebant requiem die ac nocte, qui enim nulla fruitur quiete, in perpetuo labore eſt, nam requies tranſactum jam laborem ſupponit. Cur ergo dicitur quòd animalia requiem non habebant in divinis laudibus decantandis? Et meritò ſanè, quia ſumma, & perfecta requies eſt eis, à ſui creatoris laudibus non quieſcere, nec ceſſare. Rich. de S. Vict. *Hoc eſt ſummè, & perfectè quieſcere à creatoris pia laude nunquam ceſſare.*

Summa, & perfecta quies à creatoris laudibus non quieſcere.

Richard.

330. D. Aug. Junilius.

Octavò, ut modo dixi ex Richardo, & appoſitè advertunt & docent D. Aug. lib. 4. de Geneſi ad lit. & Junilius quæſt. 1 Geneſ. dum præfata verba expendunt, ſic inquiunt, *Maxima, & unica eſt ſanctis requies in cœlo; Laudem ſummæ Trinitatis, quæ Deus eſt, indefeſſa voce dicere*, Ecce perſpicua eſt mens Sanctorum Patrum in hac re, quo poſito maximè addubito, cur Joannes non ait, Requiem habebant die ac nocte &c. Sed cur appoſitū verbum aſſumit requiem non habent? ſi in hoc triſagio decantando ſummam requiem habent, cur Joannes è contrario ait, *requiem non habebant*? Cur ſimplici verbo non utitur, Requiem habebant? De ſenſu literali jam dixi; moraliter ſic explico. Non potuit aptiùs, ac meliùs explicari ſumma felicitas, ac requies Beatorum, niſi ex aſſumpta ſimilitudine voluptatis qua fruuntur ſancti viri in laboribus ac calamitatibus, quas pro Deo ſuſtinent, in quibus miram, & ſuavem dulcedinem libant amore patiendi; cùm ergo Joannes juſtis, ac ſanctis Eccleſiæ ſcriberet, qui totam ſuam oblectationem, ac jucunditatem habebant, quòd pro Dei obſequio ac gloria, & laude non quieſcerent ac ceſſarent, Inde Ioannes talem analogiam aſſumit, ut ſupremam illam felicitatem ac ſanctorum quietem explicaret. Sentenia eſt D. Aug. loco cit. *Maxima*, ait, *ſanctis eſt requies in cœlo, quæ plenè explicatur à Joanne dicente, Requiem non habebant die ac nocte, nempe ſummas patienter laborantium delicias exprimens, & exaggerans*. Ut declaret delicias cœleſtes, exprimit, & exaggerat illas, quas hauriunt laborantes pro Deo.

In laboribus ac calamitatibus pro Deo datur dulcedo beatitudinis æmula.

Aug.

331. Pſalm. 67.

Decantat Regius Vates Pſal. 67. n. 19. *Aſcendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus*. Quod Paulus de Chriſto D. intelligit ad Epheſ. 4. n. 8. Sed maximè inquirendum eſt quænā ſit hæc captivitas, quam Chriſtus triumphator aſcendens ſecum duxit captivam? Ad citatum locum Pauli ſic rem explicat Cajetanus. *Aſcendens Chriſtus in altum, hoc eſt in cœlum, captivam duxit captivitatem, pro quanto ſanctos omnes, qui captivi erant in limbo duxit in cœlum, quod eſt tanquam de captivitate in captivitatem ducere*. Valdè mirum eſt aſſertum: egrediuntur de limbo magni illi Patres, ſanctitatis proceres Ioannes Baptiſta nullus major inter natos mulierum, Abrahamus Pater fidei noſtræ; Ioſephus totius caſtitatis exemplar, & evolant ad æternam beatitudinem, ut pro ſuis meritis laureas recipiant & tamen dicuntur trahi in captivitatem, *Duxit in cœlum, quod eſt tanquam de captivitate in captivitatem ducere*. Nunquid ſuprema beatitudo captivitas eſt? captivitas ſumma infelicitas, miſeriarum omnium compendium: Beatitudo ſumma felicitas, omnium bonorum epilogus; quomodo ergo dum ſancti in beatitudinem transferuntur, dicuntur duci in captivitatem Aptiſſima ſanè fuit metaphora ad exaggerandam juſtorum ſummam beatitudinem ac illius jucunditatem. Scribebat Apoſtolus *vinctus in Domino*; ut ipſe ait ibi in exordio Capitis ſuis diſcipulis, qui in vinculis, carcere ac captivitate pro Chriſto tenebantur, inde eis proponit beatitudinem ſub ratione captivitatis, ut ex ipſa jucunditate ac oblectatione, quam in ſuis vinculis ac captivitate deguſtabant, inde inferrent illam ſupremam delectationem, ac torrentem voluptatis juſtorum in gloria, in qua illa ſumma bonitas libertatem abſumit, & felici quadam neceſſitate captivat, Deóque ligat, ut neceſſariò Deum videat, ipſúmque amet; Inde ut Doctor Gentium exprimat ſupremam jucunditatem beatitudinis, proponit ſimilitudinem illius, quod juſtis in hoc mundo eſt ſummè jucundum.

Ephe. 4.

Cajetan.

Felicitas Beatitudinis explicatur per dulcedinem laborū, quos juſti ſuſtinent in hac vita.

Exhortans Paulus Corinthios ad ſufferendos labores hujus vitæ, & ad aſſequendum præmium æternæ felicitatis, ait eis 2. Corinth. 4. verſ. 17. *Quod in præſenti momentaneum, & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus peratur in nobis*. Ecce Apoſtolus tribulationes hujus vitæ appellat quid leve & momentaneum, gloriam verò beatitudinis dicit *æternum pondus*. Seu ut legit Syriacus; *infinitum gloriæ pondus*. Magiſter ſententiarum ibidem, *Immenſum gloriæ pondus*. Valdè mirum quod Apoſtolus ſummam gloriæ felicitatem per pondus explicet; pondus enim ut eſt vulgare apud Prophetas, & nobis atteſtatur Iob. 31. n. 23. ſignificat miſeriarum multitudinem, quas ille patiebatur. Sic enim cum Deo alloquitur: *Pondus ejus ferre non potui*. Quomodo ergo ſumma felicitas, per pondus miſeriarum cumulus denotatur? Cajetanus explicans locum ait; *Metaphorâ verò ponderis coactus eſt Apoſtolus uti* Hoc aſſertum non enodat locum, ſed auget difficultatem. Cur Apoſtolus tali metaphorâ ponderis cogitur exprimere magnitudinem gloriæ, cum per pondus humanæ calamitates exaggerantur Scribebat Apoſtolus ſuis diſcipulis, & explicat ejus ſuperabundantem ſuavitatem gloriæ per id, quod eis valdè familiare, ac per hoc quòd per experientiam agnoſcebant eſſe maximè ſuave, & jucundum in hoc mundo; & quia nihil illis erat delectabilius, quàm pro Chriſto laborū pondus ſuſtinere; inde *metaphorâ ponderis coactus eſt Apoſtolus uti* ad exprimendam voluptatem ac dulcedinem gloriæ, ut ex illa delectabilitate ac jucunditate, quam in laboribus pro Chriſto percipiebant, deprehenderent dulcedinem Beatorum, & ideo tali metaphorâ ut valdè familiari juſtis utitur Apoſtolus, ad gloriæ amplitudinem declarandam. 332. 1. Cor. 4.

Syriacus. Magiſter.

Job. 31.

Cajetan.

Ex laborum experientia agnoſcitur celſitudo Beatitudinis.

QUÆSTIO XXXVII.

Quare nil aliud cantant ſancta animalia niſi hoc triſagium, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens? Et de aliis excellentius divinis nullam faciunt mentionem?

IN limine quæſtionis explicanda eſt, vera ac germana ſignificatio hujus vocis, *Sanctus*. Circa quam doctè obſervatunt Ianſenius cap. 4. ſuæ concordiæ Evangel. & Cornelius hîc, quod pro Latina voce *Sanctus*; vox Hebræa ei reſpondens, *Cados* dicitur: & propriè ſignificat id quod ob ſuam puritatem à rebus prophanis, ac aliquam immunditiam involventibus ſeparatum eſt; proindéque *Cados* idem eſt, ac omnino purus, & incontaminatus. 333. Ianſen. Cornel.

Sanctus quid ſignificet.

Sanctus, ſecundùm radicem Græcam idem valet, ut ex Origene notat Beda, ac ſine terra, 333. Origen. Beda.

ſeu

ſeu extra terram; melius tamen alii derivationem deducunt à verbo nempe colo, veneror, ac ſi ſignificet id quod ob ejus multam virtutem ſummè colendum ac venerandum ſit.

335. Tertiò, Hebreæ ac Græcæ voci aptè reſpondet Latinum nomen *Sanctus*, quod derivatur à verbo ſancire; ſancire autem propriè loquendo eſt ſanguine victimæ aliquid firmare ac ſtabilire, quo effuſo ſanguine veteres olim ſua fœdera ac pacta firmabant; & quod ita firmatum erat, violare magnum nefas ac grande piaculum erat, proindeque ſanctum vocari cœptum eſt, quod eſt omnino inviolatum, incontaminatum ac incorruptum, quæ ſignificatio optimè cohæret, cum voce Hebræa ac Græca ſuprà expoſita, quod ſcilicet illud dicitur ſanctum, quod eſt omnino purum, integrum & incontaminatum.

336. Cùm ergo illa animalia Dei laudes reſonant & intonant, Deum ſimpliciter & abſolutè Sanctum appellant, purum, integrum, incontaminatum ſine ulla labe ac inquinamento; & taliter dicunt Deum Sanctum, quia ipſe ſolus ſanctus eſt per ſuam ſubſtantiam ac naturam, nam omnes aliæ creaturæ ſunt ſanctæ per participationem ac gratiam accidentalem infuſam.

Deus ſolus ſanctus per eſſentiam.

337. Et in hoc ſuo Cantico celebrant animalia ſanctiſſima Trinitatem, & ideo ter dicunt *Sanctus*, ut deſignent tres divinas Perſonas, & ſemel ſubjungitur *Dominus Deus omnipotens*, ut oſtendatur una, eadémque divina natura ac ſubſtantia indiviſa in his tribus Perſonis. Ita Felix Papa Epiſtola 4 Sanct. Epiph. in Ancorato: S. Damaſc. in Epiſtola de Triſagio: D. Ambroſ. lib. 3. de Spiritu ſancto c. 22. Naziam erat de Paſcha. D. Auguſt. lib. de Fide ad Petrum cap 1. & communiter omnes Interpretes hic, Primas Richard. de S. Victore, Ansbert. Albertus Magn. & alii.

Adoratur, & colitur myſterium Trinitatis. Felix Papa. S. Damian. S. Ambr. D. Auguſt. S. Nazianz.

338. Idem etiam docet Concilium Chalcedonenſe, & Conſtantinopolitanum ſecundum, quod fuit quintum Generale, hæc de cauſa celebratum contra Petrum Gnapheum, qui Triſagio addebat, *qui crucifixus es pro nobis, miſerere nobis*, pro Trinitate volebat inducere quaternitatem ponebat enim duos filios, unum immortalem, alterum mortalem & crucifixum, quod ut hæreticum damnarunt ſacra Concilia.

Conc. Chal. Conſtant.

339. Secundò, Hæc animalia erant Spiritus Angelici, & adumbrabant ſacros Evangeliſtas, quomodo ergo de Deo, rebúſque divinis nihil dicunt, ſed tantùm in Dei laudibus occupantur; Non inquirunt, non diſcutiunt divina myſteria, ſed tantummodo illud ſanctum triſagium intonant; ſanè ut eos arguant, qui divina curioſè diſcutere ac penetrare volunt, cum ſine diſcuſſione perpetuò in Dei laudibus debeamus verſari. Doctè D. Ambroſius lib. 2. de Spiritu ſancto cap. 22. *Seraphim indefeſſis vocibus laudant, & tu diſcutis, quod utique cum faciunt, oſtendunt nobis non aliquando diſcutiendum Deum, ſed ſemper laudandum.* Hinc Regius Vates Pſalm. 148. num. 1. *Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelſis, laudate eum omnes Angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus.* Non dicit cognoſcite, explorate, inveſtigate, ſed laudate, laudate, quo maximè animus noſter provocandus eſt ad Dei laudem, & ut etiam ſe abſtineat à curioſa illius ſpeculatione. Pulchrè D Chryſ. hom. 14 in Joan. *Si eos*, ait, *Angelos percontaberis, nihil ab eis de Dei ſubſtantia audis, ſed tantùm referentes, Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Si Seraphim, & Cherubim, ſanctificationis laudes audies, plenum eſſe cœlum, & terram gloria ejus; ſi ſupernas virtutes, tibi reſpondebunt, ſibi unum opus eſſe, ut Deum laudent.*

Deus laudandus, & non curioſè ſcrutandus. D. Ambr. Pſalm. 148. D. Chryſ.

340. Tertiò, ſolùm decantant, *Sanctus, Sanctus, &c.* non dicunt, ſanctus omnipotens omnium creator: ſed ſolùm de ſanctitate Deum laudant recognoſcentes Deum eſſe abyſſum ſanctitatis, ex qua tam homines, quàm Angeli omnem ſanctitatem participant: & ideo toties repetunt Deum ſanctum dicentes potius quàm ſemel creatorem vel omnipotentem, maximè beneficium ſanctitatis gratulantes, cùm hoc ſit majus & excellentius ipſa creatione; nam ut notavit D. Cyr. Al. lib. 4. de Adorat. Natura facit filios hominum, gratia verò filios Dei, *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Joan. 1. n. 12. Multa, & magna dona pollicetur Regius Vates Pſ. 101. quod ipſe Dominus videbitur in gloria ſua, & tamen n. 19. ait: *Scribantur hæc in generatione altera.* Et cur tot ac tanta dona non ſunt ſcribenda ut poſſidenda in generatione hac? Duplex eſt generatio, una & prima naturæ, altera & ſecunda gratiæ, & tam excellentia dona non pertinent ad primam generationem; ſed ad alteram, quæ eſt gratiæ & ſanctitatis, in qua repoſitæ ſunt omnium felicitates, D. Chryſ. ſerm. 126. *Scribantur hæc*, ait, *in generatione altera. Altera hæc eſt generatio quærentium Dominum.*

Omnis ſanctitas participatur à Deo. *Majus eſt donum gratia, & ſanctitatis, quam creationis.* D. Cyrill. Joan. 1. Pſal. 101. D. Chryſ.

341. Quartò, ſemper in ore eorum ſanctitas ſonat, nec alio modo canunt ſancta animalia; nonne aures tam irrequieto ejuſdem vocis ſono fatigarentur, & toties repetita cantilena in faſtigium abiret? Inſonet ſemel omnipotens, miſericors ſemel: cur alto ſopore ſubticetur ſapientia, infinitas, æternitas, immenſitas, fortitudo? Omnia quidem elogia ſanctitatis cedunt præconio. Nihil clarius Dei prodit naturam, quam ſanctitas; prædicate ſanctum, eſt nuntiate Deum, cætera attributa, quaſi lineæ ad hoc centrum tendunt. Pulchrè Divus Ambroſius lib. 3. de Spiritu ſancto cap. 18. *Hoc cum dicunt*, ait, *Deum prædicant. Nos quoque nihil pretioſius invenimus, quo Deum prædicare poſſimus, niſi ut ſanctum appellemus. Quodlibet aliud inferius Deo, inferius eſt Domino. Ergo hinc quoque conſiderate, Utrum aliquid Sancto Spiritui derogandum ſit, cujus nomen Dei laus eſt. Sic enim laudatur Pater, ſic laudatur Filius, quemadmodum Spiritus nominatur, & laudatur.* Præclarè S. Doctor conſiderat quod altâ ſapientia Dei ordinatum eſt, ut Divinus Spiritus dicatur ſanctus, ut ſanctitas cùm ſit primarium Dei elogium, ejus divinitatem declaret, evulget ac manifeſtet.

Sanctitas in Deo maximè declarat excellentiam D. Ambr.

341. Decantat Eccleſia in precibus ad Primam: *Sancte Deus, ſancte fortis, ſancte & immortalis.* Nonne ſat erat dicere, Deus fortis, immortalis, ad quid ſemper additur nomen Sanctus, ac ſi ipſamet Deitas, ejuſque attributa non ſatis exprimerentur niſi adjuncta ſanctitate? ſanctitatis enim eſt ſuprema excellentia, quæ totam divinam majeſtatem declarat; & manifeſtabat. D. Dionyſ. Areopag. lib. de Divinis nominibus, cap. 12. Divinam ſanctitatem appellat excellentiam cunctis excellentem

Eccleſia. Dionyſ.

Deus,ait, per excellentiam cuncta excellentem, Sanctus Sanctorum prædicatur.

343. Cùm homo obſeſſus à Dæmone præſentaretur Ieſu, ſpiritus immundus in homine exclamavit dicens: *Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene, veniſti perdere nos? Scio qui ſis, Sanctus Dei.*
Marc. 1. Marc. 1. n. 24. Cur Dæmon dicit potiùs ſanctum, quam omnipotentem, Dominum æternum? Reſpondet Titus Boſtrenſ. in c. 4. Luc.
Boſtrenſ. *Hoc nimirum,* ait, *ſcitote quia ſis Sanctus Dei, Spiritus nequam aiebat, quia fortè ſperabat, ut per hujuſmodi adulatoria blandimenta, aliquod inanis gloriæ deſiderium in ejus pectore excitaret, eâque ratione efficeret, ne vel ſe, vel ſui ordinis alios increparet.*
Victor. Antioch. Euthym. Theoph. Ita Victor. Antioch. Euthym. Theophyl. & alii. Cùm Diabolus vellet Christum Dominum ſibi reddere benevolum, ne foras ab obſeſſo corpore expelleretur, præfationem maximè honorificam, adulantium more excogitavit, nec aliam honorificentiorem, quàm ſancti appellationem invenit; quam ſententiam etiam
D. Cyril. docet noſter D. Cyrill. Alex. in Catena aurea D. Thomæ in Lucam. *Putaverunt Dæmones,* inquit, *quod per hujuſmodi laudem, facerent ipſum inanis gloriæ amatorem, ut abſtineret eorum contrarietate, utpote pro gratia gratiam recompenſans.*
Sanctus ſupremum Dei nomen. Quaſi ſit tanti eſſe ſanctum eſſe, ut ſi per impoſſibile in Deum poſſet cadere jactantia inanis gloriæ de ſola excellentia ſanctitatis eveniret: & inde Diabolus Chriſtum ſanctum dicit, exiſtimans quod tanto nomine eum poſſet allicere, ne expelleretur à corpore, fefellit eum iniquitas ſua; nam Deus nulla vana laudatione moveri poteſt. Inde Chriſtus Do-
Luc. 4. minus *increpavit illum dicens: obmuteſce.* Luc. 4. n. 35. Sua poteſtate Dominus tanquam fræno in ore injecto, ei ſilentium indixt; quod bene
Greg. deducitur ex textu Cræco, nam pro *increpavit,*
Nomen ſanctum non niſi à mundo eſſe pronunciandum. habet *obturavit*; non enim paſſus eſt Dominus, ut ſupremum nomen ſanctum, quod Seraphini in ſupremo ordine conſtituti dicunt & cantant, os immundum Diaboli pronunciaret,
Tertull. in eòque haberetur. Favet Tertull. l. 4. contra Marc. c. 4. *Illius erat,* ait, *præconium immundi ſpiritus reſpuere, cui ſancti abundant.* Ac ſi diceret ad Deum ſpectabat illas immundorum ſpirituum laudes rejicere, quas illi dabant mundi ac ſancti Spiritus.

Apoc. 4. n. 9. Et cùm darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem ſedenti ſuper thronum viventi in ſæcula ſæculorum.

VERSIONES.

Syrus. Et quando dabant acceptionem gratiæ ei, qui ſedet in throno, & qui vivit in ſæcula.

Primaſius. Et cùm dederant illi animalia claritatem, & honorem, & gratiam.

Tygur. Arias. Et cùm dederint gloriam, & honorem, & gratiarum actionem.

EXPOSITIO IX.

Et cùm darent illa animalia, quatuor nempe Evangeliſtæ, qui tribus Deum proſequebantur elogiis, *gloriam*, nempe quæ ex Divo Ambroſio juxta D. Thom. 1. 2. quæſt. 2. art. eſt clara notitia cum laude alicujus, publicabántque glorioſam Divinam majeſtatem, noménque illius magnificum, confitenteſque ſupremam illius æſtimationem tranſcendentem omnia; ipſe ſolus ſit magnus, ſapiens, bonus. *Honorem* qui juxta D. Thomam eſt teſtimonium excellentiæ alicujus, quod dabant publicantes omne obſequium honorificum, reverentiam ac ſubjectionem ei eſſe debitam, ut ſupremo bono ac omnium Domino. *Et benedictionem*, ſeu *gratiarum actionem*, ob tot ac tanta dona ſuis creaturis data. 344. D. Ambr. D. Thom.

Sedenti ſuper thronum, tanquam univerſorum Regi, cui omnes obſequium, & famulatum dare tenentur. *Viventi in ſæcula ſæculorum* Cujus regnum nullo fine terminabitur, & à quo ut à perenni vitæ fonte omnia habent, ut vivant tam per vitam naturalem, quàm ſupernaturalem, per gratiam & gloriam. 345.

QUÆSTIO XXXVIII.

Quare cùm nulla creatura non poſſit aliquid dare Deo, nec ipſe aliquid ab aliquo accipere, tamen animalia dabant gloriam, & honorem ſedenti ſuper thronum.

Dicitur in Textu quod *animalia dabant gloriam, & honorem ac benedictionem ſedenti ſuper thronum.* Deus cunctis omnia bona largitur: quis ergo aliquid Deo poteſt dare, & à quonam ipſe poteſt aliquid accipere, cùm ſine ejus virtute nón valeat homo aliquid edere? ipſe ait Jonn. 15. *Sine me nihil poteſtis facere.* Si ergo juſti ac beati ſine Deo nihil valent efficere, & nihil in ſe habent, quod ab eo non acceperint, quomodo nunc ait Joannes, quod animalia, ſacri nempe Evangeliſtæ dabant Deo gloriam & honorem, &c. Hæc eſt infinita Dei bonitas, quod ipſe dat nobis virtutem, ut per illam mereamur, & ab eo obtineamus æterna præmia. D. Ambroſ. *Quia hominum talis eſt natura, ut nihil boni à ſe ipſis habere poſſint, niſi à Deo id accipiant, qui eſt ſummè bonus; & fons bonorum omnium, idcirco Deus dat id ſanctis, ob quod ipſe eos remunerare poſſet; regnum namque cœlorum Deus promiſit ſanctis ea conditione, ut pretium bonorum operum pro eo dent; quoniam autem hoc pretium ſancti non habent, niſi à Deo accipiant, ipſe dat eis hoc pretium, ut eo poſſit ipſi vitam æternam emere.* 346. Ioan. 15. D. Ambroſ. *Deus dat nobis id per quod præmia meremur.*

Secundò. Idem D. Ambroſ. *Dant, ait, animalia honorem Deo cùm in omnibus quæ agunt, honorem Dei non, autem ſuum quærunt, & quia ſancti cum magna, & mira faciunt, benedicuntur ab omnibus, omnem hujuſmodi benedictionem hominum referunt ipſi ad Deum.* Erant animalia in eminentiſſimo loco; in circuitu, & in 347. D. Ambroſ.

in medio throni, in eo quòd Deo decantabant, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat*: inde oſtendebant ſe habere præclariſſimam cognitionem ac notitiam Dei, ipſius nempe myſterii Trinitatis, ſanctitatis omnipotentiæ æternitati, ne quis ſibi perſuaderet, quod ob tale Canticum ac ob talem notitiam aliquid laudis ipſis animalibus eſſet dandum, inde ipſi omnem gloriam ac honorem dant Deo, oſtendentes quod non ſuum, ſed Dei honorem quærebant. Sic proſequitur citat. Ambr. *Oſtendunt quomodo ſancti pro bonis operibus & virtutibus refugiunt laudem, & honorem ab omnibus accipere, ſed omnia Deo auctori tribuunt.*

Ille verè Deum honorat, qui non ſuum, ſed Dei quærit honorem.

348. Ricard. Tertiò, Richard. de Sanct. Victore. *Sancta animalia ſedenti ſuper thronum gloriam, & honorem, & benedictionem dant, quia ipſum ſolum ſingulariter glorificandum, honorandum, & benedicendum prædicant: & ipſo ſingulariter, & excellenter gloriam, & honorem & benedictionem conſiſtere, & ab ipſo in ſubjectam creaturam deſcendere pronuntiant.* Dant gloriam Deo animalia, non quia eam habeant, ex ſe, ſed ſuo præconio fatentur omnem gloriam, & honorem debitum eſſe Deo, & inde omnem gloriam, & honorem ab ipſo in præcones ſuarum laudum deſcendere, honor ac gloria, qui à nobis datur Deo, in nos inde derivatur.

Honor & gloria, quam Deo exhibemus, in nos deſcendit.

349. Ansbertus. Quartò Ansbertus: *Dabant gloriam, & honorem Deo, uno corde ac ore.* Tunc verè Deus honorificatur ac glorificatur à nobis, quando concordi animo ac charitatis nexu ipſum laudamus. Sic dicitur Dan. 3. n. 51. de pueris in fornacem ardentem. *Tunc hi tres, quaſi ex uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deo in fornace dicentes. Benedictus es Domine.*

Concors multorum laudatio in Deum valdè plauſibilis & efficax.

Dan. 3.

350. D. Chr. O quam plauſibilis, quámque grata eſt concors multorum laudatio in Deum, multúmque etiam efficax! Sic ait D. Cyprian. Orat. Dominica. dum ponderat citata trium puerorum verba. *Torquebatur quaſi ex uno ore, & idcirco orantibus fuit impetrabilis, & efficax ſermo.* Poſt tranſitum maris rubri, póſtque ibi ſuffocatos Ægyptios, quos Iſraëlitæ viderunt mortuos in littore: *Tunc cecinit Moyſes, & filii Iſraël carmen hoc Domino.* Exod. 15. num. 1. Cur non magis obtulit Moyſes arietes in holocauſta, ut fecit Noë tranſacto diluvio, Geneſ. 8. num. 20. quàm cecinit carmen, *cecinit Moyſes, & filii Iſraël.* Ubi eſt concors multorum in Deum laudatio, longè præſtantior ac gratior eſt, & efficacior cunctis arietum holocauſtis ac pecudum ſacrificio.

Exod. 15. *Gratior multorum laudatio, quàm victima.*

351. Cant. 7. Exultans ſponſus clamat Cantic. 7. num. 1. *Quid videbis in Sulamite niſi choros caſtrorum.* Sulamitis hæc, ſynagoga nempe, antiquitùs magna holocauſtorum, & hoſtiarum multitudine abundabat, quibus ſingulis diebus Deum honorabat; quorum omnium quaſi immemor ſponſus dum illam ad ſe converſam videt; unum hoc proponit in ea omnibus mirandum, quòd choris caſtrorum repleatur. Et cur in illa non ſe exhibebunt potiùs agnorum millia, ſeu turturum, & columbarum ac arietum, & vitulorum ac ſuffituum pretioſiſſimorum ingens copia? Cur iis prætermiſſis, chori magis ſuprà modum admirandi proponuntur? In choro eſt multorum conſors laudatio, qua Dei magnalia tolluntur, & celebrantur, quæ longè ſuperat univerſa animalium holocauſta; ubi enim eſt unanimis chorus convenientium in divina laude, animalium victimæ non ſunt ampliùs exoptandæ. Rupertus ad citat. locum Cantic. *Quid videbis aliud, ait, in Sulamite? Nunquid ſanguinem victimarum? Nihil omnino niſi laudes, niſi cantiones præliantium, prælia laudantium, quod ſuaviſſimum, quod verè eſt pulcherrimum legitur hoc ſolum in Evangelio videndum, ac providendum eſt ſecundùm fidem Patrum, ut ſint chori caſtrorum, chori in una fide dicendo idipſum.* Rupertus.

Maximè grata, & efficax oratio multorum.

Quæstio XXXIX.

Quare animalia dabant gloriam, & honorem viventi in ſæcula ſæculorum?

Animalia dabant gloriam Deo ut immortali, non ſolùm quia ipſe perenniter erat victurus in ſe ipſo, ſed etiam, quia omnibus aliis dat vitam, & in hoc ſenſu communiter. Scriptura loquitur de Deo Pſal. 35. n. 10. *Apud te eſt fons vitæ*; quæ præfata verba non ſolum indicant Deum vivere, & perpetuò eſſe victurum, ſed ab eo omnes vitam ducere, non ſolùm præſentem, ſed etiam futuram, non ſolum naturalem, ſed etiam ſpiritualem. 352. Pſalm. 35.

Cùm ducturus eſſet Ioſuë per medium Iordanis populum ſicco pede, Sacerdotes monet in aquarum prima extremitate conſiſtere, & populum certiſſimum facit, quod ex illo tranſitu magnam exaltationem ac utilitatem percipiet, dicens: *In hoc ſcietis quod Dominus Deus vivens in medio veſtri eſt.* Ioſuë 3. numero 10. Et cur in hoc eventu non dicitur quod Dominus oſtendatur fortis, potens, omnipotens, ut paſſim habetur in Scriptura Geneſ. 28. ait Iacob *Deus omnipotens apparuit mihi in lucta.* Exod. 15. *Dominus quaſi vir pugnator omnipotens nomen ejus.* Sic paſſim in Scriptura inter magnas Dei operationes potiùs vocatur omnipotens, fortis, quàm vivens. Cur modò in hoc Iordanis tranſitu inſigniter dicitur vivens; In hoc tranſitu adumbrabat Dominus aquas Baptiſmi Chriſtiani, quarum proprium eſt reddere homines vivos, inde meritò ipſe vivens prædicatur ac celebratur, quia per aquas vitam hominibus negotiabatur ac eis communicabat, quòd ſolùm à perenni vitæ fonte provenire poterat. Ad hoc reſpicit D. Zeno lib. 3. de Baptiſmi fonte, ſerm. 24. *Et cùm omnium aquarum natura ſit talis, ut cùm in profundo homines ſuſceperit vivos, evomat mortuos: aqua noſtra ſuſcipit mortuos, & evomit vivos, ex animalibus veros homines factos, ex hominibus in Angelos tranſituros.* 353. Ioſuë 3. Geneſ. 28. Exod. 15. D. Zenon.

Tunc Deus oſtenditur maximè vivens, cùm aliis dat vitam.

Ait Deus per Oſeam. 14. n. 6. *Ero quaſi ros Iſraël, germinabit ſicut lilium, & erumpet radix ejus, ut Libani. Ibunt rami ejus, & erit quaſi oliva gloria ejus, & odor ejus ut Libani. Convertentur ſedentes in umbra ejus: vivent tritico.* Ex quibus præclarè argumentatur D. Cyrillus Alexandr. lib. 1 in Iſai. oration. 3. debere eſſe apud fideles triticum, quod intrinſecè in ſe vitam contineat, quando illam hominibus largitur. Sic ait Sanct. Pater; *Nos qui per fidem ad ſanctificationem vocati ſumus, panem habemus, panem in-* 354. Oſeæ. 14. D. Cyril.

quam de cœlo, hoc eſt Chriſtum, ſeu corpus ejus. Si verò quis interroget cujuſmodi tamen illius vis, an robur ſit? vivificum eſſe dicimus. Dat enim vitam mundo. Optimè ac ſapienter ex eo quòd panis cœleſtis mundo vitam confert, ut ſanctè & piè vivat, infert Sanct. Doctor ſub illius panis ſpeciebus vitam latere; ac ſi nequeat fieri quod non vivat in ſe, qui hominibus vitam ſanctam, ſpiritualem negotiatur.

Solus qui habet vitam, dat vitam.

355. *Ioan.* 1. De Verbo divino loquens Ioan. 1. n 4 ait: *in ipſo vita erat; & vita erat lux hominum.* Ex multis aliis nominibus, ac attributis Deo hoc elegit ut filium Dei, vitam vocaret; & cur magis dicit eum vitam, quàm omnipotentem, ſeu æternum? Dicturus erat Joannes quod homines directurus erat in lucem ſpiritualem, meritò eum inde dicit vitam, quia tunc quis vivens oſtenditur, quando aliis vitam ſpiritualem communicat, vitámque ſpiritualem proximis conciliat. Teoph. ibi: *Vitam Evangeliſta nominat eo quòd contineat vitam omnium in ſe, & quod ſpiritualis vitæ Conciliator fuerit omnibus ratione præditis.*

Theop.

Apoc.4.n. 10. Procidebant viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viventem in ſæcula ſæculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronum dicentes.

VERSIONES.

Syrus. Cadent illi viginti quatuor ſeniores, & adorabunt eum, qui vivit in ſæcula ſæculorum, & proiicient coronas ſuas.

Pagnin. Procidunt viginti quatuor ſeniores, & adorant viventem in ſæcula ſæculorum, & abjiciunt coronas ſuas.

Arabicus. Dimittebant, ſeu deponebant, ſeu relinquebant coronas ſuas.

Vatabl. Projiciunt coronas ſuas.

EXPOSITIO X.

356. SANCTI viginti quatuor ſeniores tria hîc exhibent, quò ſummam reverentiam erga Deum oſtendant. Primò internam adorationem; Secundò externum cultum; Tertiò ſummam omnium rerum reſignationem erga Deum. *Procidebant viginti quatuor ſeniores*, vultibus in terram demiſſis, quo celerem, profundam ac alacrem ex animo reverentiam, ſuique plenam ſubmiſſionem indicabant; Secundò, *Adorant* Deum debito ac perfecto cultu latriæ; Tertiò *mittentes coronas ſuas* detractas è propriis capitibus deponunt *ante thronum* Dei, omnem ſuam dignitatem, victoriam, triumphum ac felicitatem, à Deo eſſe acceptam confitentes, eique omnia ſua referentes imò à ſe abdicantes & vero Deo reddentes ac reſignantes, ſe nihil ex ſe eſſe, nihil ſibi deberi, ſed uni Deo omnia tribuenda.

QUÆSTIO XI.

Quare viginti quatuor ſeniores non ſolùm Deum adorant, ſed etiam procidunt in facies ſuas.

PRocidunt viginti quatuor ſeniores, ita demittentes ex magna humilitate & veneratione faciem ſuam in terram quaſi humum oſculantes, ut ita declarent ſuam reverentiam, ac venerationem erga divinam majeſtatem, quam apertè & clarè vident. 357.

Alcazar in præſenti per hanc adorationem intelligit ſacrificium Miſſæ; nam viginti quatuor ſeniores, ait ipſe, ſunt Eccleſiæ Sacerdotes, & ideo hac de cauſa in exordio capitis, facta fuit mentio de mari vitreo, nam ipſi per mare vitreum id eſt per pœnitentiam ſe præparant ad hoc ſacrificium, quod excellentiſſimam Dei adorationem & ſanctiſſimæ Trinitatis glorificationem continet, ob præſtantiſſimam, gratiſſimamque Deo victimam, quæ ei ibi offertur, ſcilicet unigenitus ejus filius Jeſus Chriſtus; unde in Canone *ſacrificium laudis* vocatur. At hic ſenſus eſt myſticus, & non literalis, ut docent Cornelius à Lapide, M. Ioannes de la Haye, Ferrarius, & alii. Nam ad literam Textus loquitur de ſanctis primariis utriuſque teſtamenti, qui jam beati in cœlo vident, adorant, ac glorificant Deum, tréſque Divinas Perſonas. 358. Alcazar. *Canon Miſſa.* Cornel. La Haye. Ferrar.

Tamen pro morali theſis ſuppoſita illa ſententia Alcazaris, inquiro; valdè frequenter Divina Scriptura facit mentionem de adoratione, quam Angeli dant Chriſto Domino in cœlis, Pſal. 96.n.8 *Adorate eum omnes Angeli ejus.* Et Paul ad Hebr. 1.n.6. *Adorent eum omnes Angeli ejus.* Iſai.6 n.3. vidit Deum inter Seraphim, qui ſtantes Deum ipſum laudabant, & apud Daniel.7.n.10. reperitur quod multa millia Angelorum adſtabant ante thronum: At Ioannes nunc in ſua Apocalypſi frequenter vidit, quod ſeniores ante Agnum occiſum procidebant tanquam in facies ſuas, veluti humum oſculantes, & hîc, *Procidebant viginti quatuor ſeniores, & adorabant, &c.* Et.c.5.n. 14. *Ceciderunt in facies ſuas*, &c.7.n. 11.&c.11.n.16.& c.16.n.4. Quare ergo Angeli aſtantes laudant, & adorant; ac ſeniores in noſtra Apocalypſi non ſolùm adorant & laudant & aſtant ante thronum, ſed inſuper cadentes in facies ſuas procidunt mittentes coronas ſuas. Angeli adorant, ac laudant Chriſtum regnantem in gloria, ſeu Eccleſia triumphante: At viginti quatuor ſeniores venerabantur Chriſtum D. Agnum tanquam occiſum in Sacramento Altaris inter Miſſarum ſolemnia in noſtra Eccleſia militante, ut interpretatur Alcazar ad hunc locum. *Seniores*, ait, *procidebant, divinum cultum repræſentantes, quem Chriſtiani Sacerdotes in Miſſarum celebritate Deo deferunt.* Adoratio, ut cum D. Thoma. 3. p. q. 25. art. 1. & 2. docent Theologi, naſcitur in nobis 359. Pſalm. 96. Iſai. 6. Apocal. 5. & 7. & 11. Alcazar. D. Thom.

Profundior cultus exhibetur Chriſto in Euchariſtia, quàm in throno majeſtatis.

nobis excellentia, ac auctoritate recognita in objecto: ſeniores pleni ſpiritu ſapientiæ & intelligentiæ, non ſolùm Chriſtum Dominum adorant in Sacramento altaris, ut Angeli in gloria; ſed etiam profundiori, ac ſubmiſſiori cultus actu ipſum venerantur cadentes in facies ſuas, veluti excellentiorem majeſtatem, ac clementiam in eo ſub ſpeciebus ſacramentalibus, quàm in ipſomet regnante, ac triumphante inter thronos, ac applauſus cœleſtis beatitudinis recognoſcentes ac venerantes. Vide quæ dixi tom. 3. in Evang cap.35. quæſt.42.

360. Damian. Secundò, Petrus Damianus lib.1.Epiſt 9.ad Nicol.2. *Procidebant ſeniores, & mittebant coronas ſuas*; ſic ait *Quia ut puriores Deo valeant orationes offerre in odorem ſuavitatis à cunctis ſe mundi hujus ſtudent actibus ſegregare. Sancti ſeniores habentes citharas, & phialas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum*: ut dicitur infrà, c.5.n 8. Demittunt facies ſuas in terram, ac à ſe projiciunt coronas ex auro fabricatas, ut ſuo exemplo nos moneant, quod ille, qui vult orationes offerre Deo in odorem ſuavitatis, debet oculos avertere à mundialibus rebus, eáſque poſt tergum dimittere, ſimúlque curas ac cogitationes temporalium à ſe abjicere, ut ita uni ſoli Deo valeat vacare, ac illi ſe ex toto animo adjicere, ut orationes ejus ei placeant, ab eóque exaudiantur.

Ut valeas Deo offerre dimitte à te terrenorum cogitationes.

361. Richard. Tertiò Richardus de Sancto Victore: *Sanctæ, & individuæ Trinitatis laudem miniſterio, vel ſcripto Evangeliſtarum quatuor probatam ſuperiùs deſcripſit, nunc quid eorum prædicatio ſive Scriptura univerſis prædicatoribus, & univerſalis Eccleſiæ judicibus contribuerit, ſubjungit.* Et poſt pauca addit: *Quid viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno procidunt, quia perfecti quique cognito Sacramento Divinitatis, ſummæ majeſtati ſe ſubjiciunt, & adorant per rectam fidem in ſæcula ſæculorum, Deo victorias ſuas attribuendo.* Quid eſt quod hi viginti quatuor ſeniores ſupra n. 4. deſcribuntur ſedentes ſuper ſedilia viginti quatuor, & in eorum capitibus coronæ aureæ, nunc verò dicitur quod deponentes coronas è capitibus procidunt in facies ſuas, & adorant ſedentem in throno? Cur modò cum tanta ſubmiſſione ſe habent? Audierunt à quatuor animalibus myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis prædicare ac decantare. *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens.* Et cum animalia darent hanc gloriam Deo, ipſi procidentes deponunt coronas ſuas, & Deum adorant; quia ad intuitum, ac præſentiam myſterii Trinitatis omnis perfecta & ſancta mens contrahit alas ſuas, oculos cognitionis ac intelligentiæ ſubmittit ac inclinat, & non audet eos ſurſum erigere ac elevare, ut tantum Sacramentum velit ſcrutari ac inquirere, ſed cum multa ſubmiſſione ac veneratione Deum trinum in perſonis, & unum in eſſentia veneratur, & adorat.

Propoſito Trinitatis myſterio quilibet ſe ſubmittat, & nolit ſcrutari.

362. In ſupremo ſolio ac elevato majeſtatis vidit Iſaias Dominum, ſimúlque Seraphim aſtantes, qui ſine requie alternatim clamabant, *Sanctus Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum.* Quid tunc mittit Deus Prophetam, ut annunciet populo, quæ viderat, & audierat dicens: *Vade, & dices populo huic: audite audientes, & nolite intelligere: & videte viſionem, & nolite cognoſcere.* Iſai.6.num.9. Maximè inter ſe contraria hæc videntur? nam ſi Propheta mittitur ut populo annunciet, ac prædicet quæ viderat, ad quid invitat populum, ut audiat, ſi ea, quæ ei annuntiantur, non eſt intellecturus, fruſtra verba ad aures diriguntur, ſi mens ea non percipit; eſt aërem verberare, verba jactare, ſi mens audientium non recipit ac penetrat; & ad quid quiſquis invitatur ad videndum, quod ejus cognitionem tranſcendit? Hoc revera maximè moleſtum & durum eſt, videre quod cognitione non capis nec apprehendis, & audire quod intellectu non percipis. Cur ergo Propheta mittitur ut populo annunciet, quæ audiendo non intelliget, & videndo non cognoſcet? Audierat Propheta Seraphim alternativè proclamantes, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, Trinitatem perſonarum in Deo decantantes, & cùm ſemel dicunt *Dominus Deus omnipotens*, unitas eſſentiæ oſtendebatur. Cùm Propheta hæc eſſet annuntiaturus inde meritò exhortatur populum, ut audiat, & non intelligat, & ut videat, & non cognoſcat; quia ſublimitas hujus myſterii ſic audienda eſt, ut mens ſit captivanda in obſequium fidei, ut tantum arcanum credat & minimè ſcrutetur. Et ſi figura Trinitatis videnda ſit; cognitio pertimeſcat illam rimari, & quod cognitioni denegatur, miniſtret fides; nam hoc myſterium velle ſcrutari temerarium, credere ſalutiferum. Pulchrè D. Thomas de Villa-Nova Conc.1.de Trinitate. *Nam cùm Iſaïas Propheta Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & elevatum vidiſſet, & Seraphim clamantia*: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum, *audiſſet, protinus dictum eſt*: Vade, & dices populo huic: Audite audientes, & nolite intelligere, & videte viſionem, & nolite cognoſcere: *Ac ſi diceretur mundo: Nolite mortales hoc ſcrutari myſterium: hoc nolite ſapere, nolite intelligere: audite audientes, & ſolùm credite: nam hoc vobis proderit ad ſalutem: credere enim pietatis eſt, velle ſapere temeritatis.* Inde D. Bernardus: *Scrutari Trinitatem ſumma perverſitas eſt, credere Trinitatem ſalus animarum eſt: videre Trinitatem ſumma felicitas eſt.*

Iſai. 6.

Trinitatis myſterium non eſt ſcrutandum.

D. Thoma à Villa Nova.

D. Bernard.

QUÆSTIO XLI.

Quare viginti quatuor ſeniores, coronas è capitibus deponunt, & eas abjiciunt ante thronum?

363. COmmunis ſententia eſt, quod hîc fit alluſio ad antiquum triumphantium Romanorum morem, qui obtenta victoria Capitolium conſcendebant, & deponebant coronas, quibus erant redimiti, eáſque Iovi Capitolino tanquàm earum auctori conſecrabant, ut teſtatur Alexander ab Alexandro lib.6.Genial.cap.6. Sic viginti quatuor illi ſeniores, id eſt primarii ſancti tam legis naturæ, ſcriptæ ac legis gratiæ, ante thronum coronas ſuas mittebant, tanquam ſignificantes, quod ſuas victorias, triumphos, coronas, quas in cœlo habebant, Deo tribuebant, & quidquid boni fecerunt, ab ipſo ſe habere confitebantur, proindéque omnem ſuam dignitatem ab ſe abdicabant, & Deo ut eorum vero Domino reſignantes reddebant

Alcazar.

Nullus aliquid boni ſibi attribuat.

Aretas. reddebant. Aretas, *Corona regni inſigne eſt, ſeniores igitur coronas ante thronum abjiciunt quid aliud quam certum ac verum regnum, & victoriam adversùs omnes Deo per omnia referunt.*

Andreas. Ansbert. Rupert. D. Ambr. Primaſ. Richard. Cœleſtin. Ita etiam Andr. Cretenſ. D.Ambroſ. Primaſius, Rupertus & Richardus de Sancto Victore, unde ait Cæleſtin. Papa; *O infinita Dei bonitas, ut noſtri velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona.* Et Epiſtol. ad Epiſcopos Galliæ, cap.12. *Nec coronat nos niſi de ſuo.*

364. Exod. 15. Hinc Moyſes tranſacto mari rubro, & ſubmerſo Pharaone Exod.15.num.1. ait: *Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorem projecit in mare, fortitudo mea, & laus mea Dominus.* Pſalm.61. Pſalm. 61.n.8. *In Deo ſalutare meum, & gloria mea: Deus auxilii mei, & ſpes mea in Deo eſt.* Pſalm.113. Pſalm.113.num.9. *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.*

Miſer qui ſibi aliquid boni tribuit. Ezech.27. Væ qui accepta dona ſibi tribuunt. De Rege Tyri, ſeu de Lucifero, qui in illo adumbratur, dicitur Ezechiel.27.n. 17. *Perdidiſti ſapientiam tuam in decore tuo.* In quem locum ſic ait Divus D. Bernad. Bernardus ſer.74. in Cantic. *Non culpamus donum, ſed uſum; denique ſi advertiſti, non in decore, ſed in ſuo decore dictus eſt ille perdidiſſe ſapientiam.* Et paulò pòſt, *Perdidit eam cùm fecit ſuam, proprietas in cauſa eſt, cur eam perdidit,* Quia ſapientiam non Dei, ſed ſuam fecit, inde perdidit eam.

365. Rupert. Secundò, Rupertus lib. 3. in Apocalypſ. *Perpendentes, ait, quia is propter quem, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctor ſalutis eorum per paſſionem conſummatus eſt, nomine ipſi ſuam dignitatem parvi faciunt? Mittunt ante thronum coronas ſuas, id eſt, quidquid virtutis, quidquid habent dignitatis, Deo cum gratiarum actione offerunt.* Et ſi ſancti ſeniores procidunt in facies ſuas ut adorent Dei Filium viventem ſub humana carne, poſt Paſſionem gloria & honore coronatum, maximè tamen mirandum, quod ad hunc adorandum coronas ſuas deponunt. Nonne ſervire Deo regnare eſt? cur ergo Deum adorantes non magis coronas accipiunt? cur ergo eas abjicere diſponunt? Erant quidem iſti Reges qui ut viderunt Dei filium humiliatum ſcandere divinum thronum, protinus parvipendunt ſuas dignitates, eáſque exuentes Deo ſacrarunt. Prudentiſſimi ſenes nil æſtimant coronas, principatus ac dignitates cùm videant Jeſum Paſſione ac morte affectum, & inde libentiſſimè omnia ſua ei dedicant. *Perpendentes, quòd auctor ſalutis per Paſſionem conſummatus eſt.*

Cum Chriſtum humiliatum paſſione contemplamur, nil facere debemus quaſlibet dignitates.

366. *Miniſter carus regi, quò magis exaltatur, eò plus humilietur.* Tertiò, ecce quanti meriti fuerunt ſancti ſeniores, ut in conſpectu Dei ſedeant, & coram ſummo Rege coronati appareant. Verùm ſi in tanta dignitate conſtituti erant, ut ipſius Dei aſſeſſores, & arcanorum ejus conſcii exiſterent, cur modò ita humiles ut prociderent ante ſedentem in throno, & ſuas è capitibus coronas dimitterent? ut documento ſint regiis familiaribus, adeò ſubmiſsè, atque modeſtè cum ſuo Principe agere, ut quo plus meruerint, eo minus præſumant, quod monet Tertullianus lib.4. de Tertul. patient. cap. 4. *Artificium promerendi, ait, obſequium eſt, obſequii verò diſciplina, morigera ſubjectio.* Hoc maximè agnovit ſenarius ille Theodorici regis egregius adminiſter, qui multis naturæ dotibus ornatus, & omnibus penè pro ſuo Principe officiis functus, ſummam tamen modeſtiam, & humilitatem colebat ipſo quoque Principe atteſtante apud Caſſiodorum 4. Caſſiod. Var.Ep.4. unde de eo admirans ſubdit. *Sed hunc amplius commendabat humilitas quæ tam clara, quàm rara eſt: novum enim eſt ſub amore Principis cuſtodire modeſtiam; quia gaudia ſemper animos inquietant; modus enim rarò lætis rebus imponitur, qui magis in triſtibus invenitur.*

367. Quartò, viginti quatuor ſeniores *dimittebant coronas ſuas ante thronum, dicentes; dignus eſt Dominus Deus noſter accipere gloriam, honorem & virtutem*, &c. Cur ſancti ſenes ad divinas laudes decantandas coronas abjiciunt? ut fieret manifeſtum, quod vocibus Dei magnalia reſonant, non ob præmia ac coronas acceptas, nec, quia à Domino tanto honore ſunt affecti, ſed tantùm ut ſerviant; ac Deum magno cantu glorificent ac laudent, ad quod reſpicit Tertull. lib. de corona militis in fine. *Atque exinde ait, nunquam coronantur: id quod in ſignum habet ad probationem ſui ſic ubi tentatus fuerit de Sacramento, ſtatim creditur Mithræ miles, ſi dejecerit coronam, ſi eam in Deo ſuo eſſe dixerit.* Vide tom.4. cap. 22. q.2.n.14.15.16.17.

Iuſtus pro præmio habet Deo inſervire.

Tertul.

368. Quinimò cingunt thronum Agni viginti quatuor ſeniores, & in capitibus eorum coronæ aureæ, *& in manibus habebant phialas aureas plenas odoramentorum*, Apoc.5.num.9. Qui nunc propiùs accedentes ad ſedem Agni, *mittebant coronas ſuas ante thronum.* Cur etiam ante thronum non effundunt phialas, ut ſuaviſſimum excitarent odorem, ſed potiùs coronas mittunt? Coronæ erant propriæ, ut explicant Andræas Cæſarienſ. D.Ambroſ. Primaſ. & alii. At phialæ erant *orationes ſanctorum.* Inde ſenes cùm audent ad thronum Dei appropinquare, ut ipſum revereantur, & adorent, non effundunt, nec oſtendunt aliena opera, ſed exhibent propria merita ſuáſque victrices coronas, quas magnis ac præclaris ſuis actionibus, de crudeliſſimis tyrannis, Diabolo, ac mundo glorioſè reportarunt. Carthuſianus, *Deo Altiſſimo gratiſſima mente adſcripſerunt, quidquid ſapientiæ ac virtutum, quidquid victoriis de hoſtibus ſuæ ſalutis obtinuerunt.*

Apoc.5. Andr. Cæſ. D. Ambr. Primaſ.

Propriis meritis, ac operibus quiſq; reſplendeat.

Carthuſ.

369. S. Victor. Sextò, Sanct Victor Martyr, *Denique* ait, *& cùm veniſſet qui mortem diſjungeret, & coronam immortalitatis ſolum dignus ſumeret, omnes habentes pro gloria aliquas actus ſui optimi coronas projecerunt ſub pedibus ejus, propter eminentem victoriam Chriſti Domini, omnes victorias ſuas poſuerunt ſub pedibus ejus.* Videbatur ſat eſſe, quod viginti quatuor ſeniores procidant, & adorent ante thronum, cur deinde neceſſum fuit, ut coronas ſuas projicerent? Sedens in throno Chriſtus Dominus exiſtimatur: cùm ergo Ieſus triumphans ac glorioſus apparet, in ejus conſpectu cæteræ omnium vileſcunt ac projiciuntur coronæ; ubi Ieſus corona ac gloria nitet, univerſæ aliæ coronæ obſcurantur, & maximè ſeſe oſtendere detrectant.

Ad conſpectum Ieſu aliorum gloria diſſparent.

370. Multa ponderatione dignum eſt, quod Paulus in omnibus epiſtolis ſuis nomen, & Apoſtolatum ſuum proponere ſolet, incipiens *Paulus Apoſtolus*, ut videre eſt in ipſis epiſtolis, at ubi ad epiſtolam ad Hebræos ventum eſt; ſine nomine proprio, ſine ſui Apoſtolatus memoria, incipit, *Multifariam, multiſque modis.* Hebræor.1.n.2. Et cur tantùm in hac epiſtola, à ſuo proprio nomine, Apoſtolatúſque honore Hebr. 1.

abſtinuit,

abſtinuit, omniáque illa ſubticuit? In hac epiſtola tantùm proponendus erat ſub Apoſtolatus gloria Chriſtus Jeſus. *Conſiderate Apoſtolum, & pontificem confeſſionis noſtræ Jeſum.* c.3.n.1. inde

Hebr. 3. meritò Paulus ſuum nomen, ac Apoſtolatum abſcondit, omnis enim gloria, nomen, ac honor obnubilatur, & diſparet, cùm Jeſus gloria ac majeſtas apparet. D. Hieronymus in c. 1. Epiſtolæ ad Galatas *In Epiſtola ad Hebræos*, ait, *Paulus nec nomen ſuum, ſolita conſuetudine, nec Apoſtolatus vocabulum propoſuit, quia de Chriſto erat dicturus; Habentes ergo Princip m Sacerdotum, & Apoſtolum confeſſionis noſtræ Ieſum: nec fuiſſe congruum, ut ibi Chriſtus Apoſtolus dicendus erat, ibi etiam Paulus Apoſtolus poneretur.*

Apparente Chriſto in ſuo decore, omnis alius honor diſparet.

D. Hieron.

371. Matth. 24. De extrema die judicii dicitur Matth 24. n. 28. *Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo; & tunc apparebit ſignum filii hominis, venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & majeſtate.* Ecce tibi in apparitione glorioſa Chriſti, omnia cœleſtia luminaria diſparent. & unde tanta obſcuritas in cœleſtibus luminaribus? cùm apparet reſplendens gloria Chriſti, ſtatim omnis aliorum gloria eripitur, & abſconditur D. Paſch. lib. 11. in Matth. *Cùm illo*, ait, *tremendo judicio gloria charitatis Chriſti fulſerit, nemo ſe aliquid eſſe putabit.*

Cùm fulget Chriſti gloria, obſcurantur cœli lumina.

D. Hier.

QUÆSTIO XLII.

Quiſnam thronus iſte, ante quem ſenes mittebant coronas ſuas?

372. Hugo. Dicitur quòd Deus ſedeat in throno ad indicandam ac manifeſtandam ejus celſitudinem, & majeſtatem. Deinde ut ait Hugo Carenſ. *Sedenti ſuper thronum, id eſt Deo, qui in ſanctis quieſcit, & eis quietem, & pacem tribuit; hic pectoris & temporis tandem æternitatis; & viventi in ſæcula ſæculorum: id eſt, æternaliter, quaſi ipſum ſolum, qui in ſanctis quieſcit, & in ſe æternaliter vivit, glorificandum, honorandum, & benedicendum prædicent, & ipſum ſolùm eſſe, à quo gloria, honor, & benedictio datur ſanctis.* Deus nullo capitur loco, nec labore fatigatur, nec membris corporis conſtat, quomodo ergo dicitur ſedere ſuper thronum, quando ſancti dant ei laudem & honorem? Thronus Dei, ut jam ſuprà dixi, ſunt ſancti, quibus ex labore fatigatis dum Deus dat quietem, dicitur & ipſe quieſcere, & dum ſancti dant ei gloriam, & honorem, ipſa gloria & honor in ſanctos derivarunt.

Deus quieſcit in ſanctis ſuis.

373. Secundò, inquirendum eſt, cur ſicut dictum eſt, quod ante ſedentem in thronū procidebant ſenes, ac etiam adorabant viventem in ſæcula, non etiam dicitur quod deponebant coronas ante ſedentem vel viventem in ſæcula, ſed dicitur quod ante thronum deponebant coronas. Dei thronus appellatur ſacratiſſima Virgo Maria; ut dixi hoc cap. quæſt. 6. n. 36.37.38.39 & docet Albert. Magn. ſerm. in dedicatione Eccleſiæ explicas illa verba Hebræor. 4. n. 16. *Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ*, ſic ait ipſe: *Thronus gratiæ eſt B. Virgo Maria, Luc. 1. Ave Maria gratiâ plena. Unde Apoſtolus, adeamus cum fiducia ad thronum ejus gratiæ, ſcilicet Mariæ quæ eſt thronus. Salomonis eburneus.* Cur ergo non aſſeremus, quod ſignatè dicitur miſiſſe ſeniores coronas ſuas ante thronum, ut denotaret ſupplices illos, nempe reges, & Principes depoſuiſſe diademata ſua ante Deiparam, tum & profunda ſubmiſſione ſuam ſummam poteſtatem, qua fulgebant, peculiari Virginis beneficio obtinuiſſe, ipſique omne acceptum reddere; Deinde quidquid ſibi regni, ſeu regiæ magnitudinis ac potentiæ inerat, in illius cultum, ac venerationem libentiſſimè conferre.

Albert. Hebr. 4.

Per manus Mariæ omnia bona nobis veniunt & ipſi reddenda.

Tum etiam ut ſancti ſenes Deum laudarent dicentes: *Dignus eſt Agnus accipere gloriam & honorem*; coronas ſuas deponebant ante thronū ejus, qui eſt ſanctiſſima Maria, ut ipſum ſic laudarent ac glorificarent, ut habitantem, ac commorantem ſimul cum Maria Decantat Regius Vates Deo, Pſalm. 9. n. 12. *Pſallite Domino, qui habuit in Sion.* Cum & gaudia ac celebritatem Deo fieri poſtulat, eum Sion habitatorem meminit, & quid habitatio Sion habet, cùm Pſalmis, jubilis & celebritatibus Divinis? Creditur Sion habitationem fuiſſe Mariæ, in qua Salvatoris origo terrena viſebatur, & in qua etiam creditur, quod Virgo vitam finierit: Inde filio ejus Jeſu Chriſto peculiariter decantatur, quia tunc Canticum erat ei gratiſſimum, cùm ipſe eſſet celebrādus ut habitans cum Maria, & ſimul cum ea commorans Nam quamvis antea Chriſtus in gloria Patris eſſet tamen poſt tranſitum Virginis erat ſimul cum Matre, & tunc inſigniter erat ei decantandum ac jubilandum, cum Matris præſentia ei ſit maximè jucunda ac delectabilis. Ita Andræas Cretenſ: homil. 1. de Aſſumptione. *Quanam de cauſa Sion fecit mentionem, ô, qui canis hymnum ſacræ præſentis lætitiæ? Illic naturæ ſerviens legibus Maria vitæ finem accepit. Illic latuit Diabolum, quomodo in pariendo ea effugit, quæ accidunt matribus, illa ſanctiſſima & à Deo vocata, quæ gloria & gratia cœlum, & terra implevit magnitudine ſua divinæ tranſlationis.* Expende ultima verba. Mariæ tranſitus implevit cœlum lætitiâ, cum eam ſecum habeant Angeli, implevit & terram lætitiâ, cùm talem advocatam habeant in ſe. 374.

Pſalm. 9.

Poſt tranſitū Virginis maximè delectatur Chriſtus cum Matre in cœlo.

Andr. Cret.

Illud tamen ad calcem hujus quæſtionis inquirendum eſt, cur ſeniores non inclinantur, ac coronas mittunt ad pedes, ſeu ſub pedibus Agni; ſicut Joannes *cecidit ad pedes Angeli, qui loquebatur cum illo.* Apoc. 19. n. 10. ut eum adoraret. Cur ergo etiam ſeniores hi non procidunt ad pedes Agni, ac veluti ſub illius pedibus coronas deponunt? Cur *ante thronum*? In illa cœleſti curia multa mediat ſeperatio inter Deum ac celeſtes Spiritus, ſeniores ad thronum accedant. Agnum tamen non attingunt. Conceditur illis, ut ad ſedem majeſtatis appropinquent. At quod ad thronum brachium elevent manum extendant, Agnum attingant illius pedes teneant, hoc illis non permittitur. 375.

Apocal. 19.

In cæleſti curia beati non attingunt Agnum.

At in Eccleſia militante, non ſolùm ad thronum accedimus, non ſolùm Agnum attingimus, ſed etiam verè & realiter eum ſumimus, & per ipſam Communionem Chriſtus realiter eſt in nobis, quandiu ſpecies ſacramentales propriam naturam conſervant, ut explicavi tom. 3. in Evang. cap. 35. quæſt. 11. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.* Joan. 6. n. 57. Hanc ergo unionem 376.

Joan. 6.

ſignificari

ſignificari voluit Chriſtus in admiſtione vini, & aquæ in Calice. Vinum Chriſtum denotat, ipſe de ſe ait Joan. 15. num. 1. *Ego ſum vitis vera.* At verò *aquæ multæ, populi multi*; ut dicitur Apocal. 17. num. 15. Unde hoc Sacramentum eſt quaſi unio hominum cum Chriſto D. Paſchaſ. lib. de Euchariſt. cap. 11. *Si vinum*, ait, *ſine aqua offeratur, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis: ſi autem aqua ſola, jam plebs eſſe videtur ſine Chriſto. Quando autem utrumque miſcetur, & conjungitur, tunc rectè myſterium Eccleſiæ ſpiritualiter perficitur, Nulli igitur liquores, ſic inter ſe conveniunt, quomodo vinum, & aqua: profectò, quia illud ex aqua per vitem, ſicut Chriſtus per carnem ex Maria naſcitur.*

Apoc. 17.

Per Euchariſtiam magna unio fidelium cum Chriſto.

Paſch.

377. Ioan 3. Ait Chriſtus Dominus Joan. 3. num. 13. *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo.* Ac ſi diceretur: Nullus hominum præter Chriſtum, qui de cœlo deſcendit, in cœlum eſt aſcenſurus. Abſit hoc. In cœlo enim parata eſt ſedes ſacratiſſimæ Virgini, Apoſtolis, ac ſanctis omnibus. Quomodo ergo ſtat, *nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo?* Homo per Euchariſtiæ receptionem manet, & unitur cum Chriſto, divino pane, qui de cœlo deſcendit; inde ergo eſt veluti ſenſus: Nullus in cœlum aſcendit, niſi ſit idem cum illo, qui de cœlo deſcendit: per Euchariſtiam autem fit homo idem cum Chriſto ſpiritualiter. Idem D. Paſchal. cit. libro de Euchariſt. cap. 9. *Jam membra* (ait) *Chriſti, ejus carne veſcimur, ut nihil aliud quàm corpus ejus & ſanguis inveniamur. Hinc igitur eſt, quod nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, quia cum illo per hæc myſteria unum ſumus.* Ille ergo aſcendit in cœlum, qui fit unum cum Chriſto, qui deſcendit de cœlo.

Per Euchariſtiam cum Chriſto in cœlum aſcendimus.

Paſchal.

Apoc. 5. n. 11. Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata ſunt.

VERSIONES.

Syrus. Dignus es Domine, & Deus noſter, ille ſanctè accipere glriam & potentiam, & per manum tuãm ſunt omnia, & propter voluntatem tuã erant, & creata ſunt.

Arias. Dignus es Domine Deus noſter ſanctus.

Aliqui. Dignus es accipere fortitudinem. *Alii*, robur.

Arabicus. Per voluntatem tuam fuerunt.

Vatablus. Per voluntatem tuam ſunt.

EXPOSITIO XI.

DIGNUS *es Domine Deus noſter*, ut omnes creaturæ tuæ, tam Angeli, quàm homines majeſtatem tuæ gloriæ prædicent, & ut omnes te honorent, omnique cultu, ac reverentia proſequantur 378.
Accipere: non quaſi quod Deus aliquid accipiat à ſua creatura, qui dat omnibus affluenter; ſed intelligitur metaphoricè; dignus es accipere confeſſionem, prædicationem, ac manifeſtationem tuæ gloriæ, honoris ac virtutis; nam antea hæc erant occulta, & abſcondita ab oculis hominum, nunc autem per Canticum quatuor animalium valdè manifeſta ſunt. Ac proinde, accipere, denotat accipere in manifeſtationem, & publicationem. *Et virtutem*: Seu ut alii legunt, *potentiam, fortitudinem.* Dignus es enim, ut ex omni ore accipias Confeſſionem, & laudem tuæ ſummæ potentiæ, ac fortitudinis.

379. *Et propter*, id eſt, *per voluntatem erant*, id eſt erant fuerunt, extiterunt, ſuam eſſentiam ac exiſtentiam acceperunt: *Et creata ſunt* Ex nihilo cuncta produxiſti, Tu enim es creator ac Auctor omnium rerum, omniumque bonorum, tam naturalium, quàm ſupernaturalium.

QUÆSTIO XLIII.

Quare dicitur quod Chriſtus Dominus dignus eſt accipere gloriam, honorem et virtutem, cum ipſe hæc omnia habeat ex ſe?

380. DIcitur in textu, dignus es Domine accipere gloriam, honorem, & virtutem: ſenſum litteralem jam ſatis explicavi in Expoſitione, quia ipſe dignus eſt ex omnium ore accipere confeſſionem, laudem, ac manifeſtationem ſuæ gloriæ, honoris & virtutis ſeu potentiæ qua cuncta creavit, quæ valdè occulata erant, tamen per Chriſtum ſunt manifeſtata, ut decantarunt animalia.

Accipere ſcilicet confeſſionem laudis.

381. Secundò, Albertus magnus, Haym. Chriſtus accepit gloriam, quando tertia die reſurrexit à mortuis, honorem verò quando quadrageſimo die reſurrectionis elevatus eſt ad dexteram paternæ majeſtatis. Verùm quomodo accepit Chriſtus virtutem, cùm ejus virtute omnia ſint & conſerventur? Non à nobis ſanè, ſed à Patre, qui omnia ipſi ſubjecit, & omnia ei ſubjecta publicari mandavit. Sic loquitur uterque Actor. *Dignus eſt accipere virtutem, quando omnia ut ſubjecta ſint, ſicut ipſe teſtatur dicens, data ei mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.*

Haymo. Alb. Magn.

Poteſtati Chriſti omnia ſubjecit Pater.

382. Matth. 28. Cùm Chriſtus Dominus dixiſſet ſuis diſcipulis Matth. 28. 18. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra*; immediatè ſubjunxit, *euntes ergo docete omnes gentes*: ut omnibus eam publicarent, & manifeſtam facerent; Quamvis ei, ut homini data ſit omnis poteſtas à primo inſtanti ſuæ Incarnationis ob excellentiam unionis hypoſtaticæ, tamẽ poſt reſurrectionem eam publicare

Poteſtas Chriſti poſt reſurrectionem publicatur.

publicare mandavit, & tunc abſolutè dicit, quod ei ſit data. D. Remig. *Quod Pſalmiſta de reſurgente Domino dicit*, conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum, *hoc nunc Dominus dicit*, data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, *& ſciendum quia Dominus antequam reſurrexiſſet à mortuis, noverant Angeli, ſe ſubjectos homini Chriſto, Volens ergo, Chriſtus etiam hominibus notum fieri, quod data eſſet ſibi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, prædicatores miſit, qui Verbum vitæ, cunctis nationibus prædicarent*. Tunc dicitur poteſtas data, cùm manifeſtatur ac publicatur.

D. Remig.

Quæstio XLIV.

Quare dicitur, cuncta creata eſſe ab Agno, quæ jam erant?

383. *Omnia à Deo habent eſſe per creationem.*

Dicitur in textu: *Propter voluntatem tuam erant, & creata ſunt*; ac ſi dicatur; omnia nihil erant, tamen quidquid habent eſſentiæ & exiſtentiæ, totum ex tua liberalitate eſt. Ac proinde *propter voluntatem tuam erant, & creata ſunt*. Inde antequam tibi placeret, & tu ad creandum ea eligeres, & ſi poſſibilia, tamen in ſe nihil erant nec futura erant, per voluntatem tuam, habent eſſentiam, exiſtentiam, & conſervationem, quia à te è nihilo creata ſunt. Et hic eſt ſenſus literalis.

384. Ansbert.

Secundò, Ambroſius Ansbertus. *Sciendum nobis eſt*, ait, *quia & erant in prædeſtinationis arte priuſquam formarentur in opere; & creata ſunt, quando in ſuis quaque naturis ſecundum præſcriptos in Dei ſapientia terminos, etiam viſibilia inſtiterunt. Sic quippe antequam crearentur, erant ſicut ars in voluntate facientis, creata verò ſunt, ſecundum quod jam in arte volentis diſpoſita erant.* Ita etiam Richard. & Petr. Damian. opuſc. 36. cap. 2. Si jam erant, quomodo creata dicuntur, cùm creatio ſit ex nihilo? cur ergo dicit, quia tu creaſti omnia, *& propter voluntatem tuam erant*? Non immeritò quidem, omnes enim creaturæ erant in mente divina in eſſe objectivo, antequam ad extra producerentur, quia omnia priùs erant in mente divina, quàm realiter eſſent producta in rerum natura.

Omnes creaturæ ab æterno in mente divina.

Richard.
Petr. Dam.

385. Rupertus.

Tertiò, Rupertus lib. 5. in Apocal. *Non ſuperflue*, ait, *creationis verbum repetivit, ſed duas creaturas rationales intelligi voluit, quarum poſterior quidem, ſed utilior iſta eſt, quia ſumus in Chriſto per Spiritum ſanctum recreati: de hac dicit Apoſtolus, ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſti Jeſu in operibus bonis.* De divino Agno decantatur omnia creaſſe, omnia ſcilicet quæ erant, & ſi omnia jam erant, quomodo poſtquam erant dicuntur ab Agno eſſe creata? Duæ in nobis ſunt conſiderandæ creationes, duæque nativitates; una eſt communis à natura; altera verò à Chriſti gratia per lavacrum nos regenerante. In illa quidquid paternæ, ac avitæ malitiæ & impuritatis eſt, contrahimus ac ſub peccatorum jugo premimur. In hac verò depulſa antiqua vetuſtate ad omnia cœleſtia bona provehimur. O felices, quibus datum eſt in Chriſto renaſci, ex qua nativitate obtinent à carnalium parentum maculis liberari; & omnium virtutum operibus adimpleri.

A Chriſto venit, ut depulſa vetuſtate antiqua renaſcamur.

Ait Iſaias 14 n. 29. *Ex radice colubri egredietur Regulus, & ſemen ejus abſorbens volucrem.* Septuaginta legunt; *Ex ſemine ſerpentum egredientur genimina aſpidum, & genimina eorum egredientes ſerpentes pennati.* Ex quo communiter expoſitores ſacri deducunt fœcunditatem impiorum in ſua prole iniqua, & ſcelerata; ſed quomodo tunc verificatur illud Davidis: *Semen impiorum peribit.* Pſalm. 36. n. 28. Si per Chriſti gratiam regenerantur in Baptiſmo, impietatis ſemen extinguitur, ut quæ erant parentum vitia, non tranſeant ad filios Eleganter D. Ambr. ad cit. locum ſic reſpondet. *Semen*, inquit, *utique non corporalis generationis, ſed mentis internæ, & impietatis ſucceſſionem exterminat: ergo hoc quæritur ne malitia transfundatur in poſteros. Hoc per baptiſmatis Sacramentum Chriſtus operatur, ut exuat unuſquiſque, quod natus eſt, induat, quod renatus.* 386.

Iſai. 14.
Septuag.
Pſalm. 36.
D. Ambr.
A parentibus iniquis per Chriſtum renaſcuntur filii juſti.

Chriſtus Dominus ob ſua pietatis viſcera paravit nobis fontis uterum, in quo quidquid paternæ infectionis erat, manet ſepultum, & nos feliciori nativitate, novam in operibus virtutum repræſentamus naturam; ſic enim naſcimur renovati in Chriſto, ac ſi à nullis parentibus ſæcularibus originem haberemus D. Leo ſer. 5. de nativitate Chriſti: *Factus eſt homo*, ait, *noſtri generis, ut nos divinæ naturæ poſſimus eſſe conſortes. Originem, quam ſumpſit in utero Virginis, poſuit in fonte baptiſmatis; dedit aquæ, quod dedit Matri.* Dedit Dominus Matri, quod pareret filium, qui eſſet ſanctus, & vocaretur & eſſet filius Dei: Omnia hæc dedit & fonti, in quo terrenis parentibus valere dicimur; & renaſcimur inde ſancti, immaculati, filii Dei nullis carnalium parentum vitiis illaqueati, ſed ab illis omnibus expediti. 387.

D. Leo.
[illegible] excellentia fontis baptiſmatis.

CAPUT QUINTUM.

VIDIT Joannes in dextera Dei ſedentis librum ſcriptum intus & foris, ſignatum ſigillis ſeptem; & nemo inventus eſt, nec in cœlo, nec in terra, nec ſubtus terram, qui poſſet aperire librum, imò nec reſpicere illum: quem tandem aperit Agnus occiſus, cujus rei gratiâ omnes cœlites Deo & Agno multas laudes decantant, ac ingentes referunt gratias.

Apoc.5.n.1. Et vidi in dextera ſedentis ſuper thronum librum ſriptum intus & foris, ſignatum ſigillis ſeptem

VERSIONES.

Syrus,Tygur. Vidi in dextera ejus, qui ſedebat librum ſcriptum intus, & à tergo obſignatum

S. Hilar. Vidi ſupra dexteram ſedentis librum ſcriptum de intus & de foris, ſignatum ſignaculis ſeptem.

D.Cyprian. Vidi in dextera Dei ſedentis.

Primaſius. Signatum ſignis ſeptem.

EXPOSITIO I.

1. SUPERIORI capite narravit Joannes magnum ac eximium apparatum ſupremi Principis ſedentis in magnifico throno ſuo qui eſt Deus Pater, in cujus dextera admirabilis erat liber, hic autem liber, non erat ſimilis noſtris: Veteres enim, ſicut & Hebræi ſcribebant in membranis, ſive pellibus, & communiter unà tantùm ex parte mundiori nempe, & læviori, aliquando tamen & membranæ circa cylindrum convolvebantur, ex quo volumina ſunt appellata. Liber autem hic juxta communiorem, & probabiliorem ſententiam, erat ipſemet liber Apocalypſis continens myſteria Apocalypſeos, oracula nempe in præſcientia, ac providentia Dei contenta circa Eccleſiam ſuam militantem, ac tandem de gloria Beatorum in triumphante. De quo multa in quæſtionibus.

2. *Scriptum intus & foris*: ſeu ut alii legunt; *à tergo*: hoc autem non cognovit Joannes niſi poſtquam ipſe liber fuit evolutus & apertus. *Signatum ſigillis ſeptem*, quibus membranæ convolutæ illis appenſis obſignabantur, & concluſa tenebantur. Septem autem ſigilla ſunt ſeptem ſequentes viſiones à c. ſequent 6. quibus ad apertionem uniuſcujuſque ſigilli nova panditur calamitas orbi obventura, priuſquam adveniat Antichriſtus, ac excidium totius univerſi Unde liber non potuit legi, ac intelligi, niſi priùs eſſent reſerata ſigilla, ſeu calamitas, quæ ex divino decreto prævia ſunt Antichriſto, & excidio univerſi.

QUÆSTIO I.

Ponitur ſententia affirmans hunc librum eſſe ſacram Scripturam.

MUlti, & graviſſimi Auctores, ut Ticonius, D. Ambroſius, Rupertus, Richardus, Andræas, Beda, Haymo, Anſelmus, Ansbertus, Joachimus, Hugo hîc, Origenes homil. 12. in Exod: Euſebius lib. 8. Demonſtr cap. 2. & D. Hieron. in Iſai. cap. 22. aſſeveranter tenent hunc librum eſſe ſacram Scripturam. 3. Ticonius. D. Ambr. Rupert. Richard. Andræas. Beda. Anſelm.

At hæc ſententia non ſubſiſtit, cum ea maximè pugnat illud quod dicitur infrà n. 3. *Et nemo poterat, neque in cœlo, neque in terra aperire librum, neque reſpicere illum.* Quomodo hæc vera ſunt reſpectu Moyſis quoad libros, quos ſcripſit, & reſpectu Prophetarum, quoad ipſorum Prophetias, & reſpectu Apoſtolorum, ac Evangeliſtarum quoad Evangelia, ac ea quæ ſcripſerunt? nam Prophetæ, ac canonici Scriptores intelligebant ea, quæ dicebant, ac ſcribebant juxta communem ſententiam, ut dixi ſup. à, c. 4. quæſt. 4. n. 90. 4. *Impugnatur prædicta ſententis.*

Tamen per accõmodationem hic liber eſt ſacra Scriptura, veteris & novi teſtamenti, & licèt ſit in multos libros digeſta, ſingulari tamen numero dicitur liber, tum quia uno Spiritu inſpirata eſt, tum propter ſummam cõcordiam novi & veteris teſtamenti. Et dicitur liber ſcriptus *intus*, ut inquiunt Ansbertus, & Beda quoad novum teſtamentm; *foris*, verò quoad vetus; nam vetus fuit velamen novi. Vel *intus*, ut ait Rupertus quoad ſenſum ſpiritualem, & myſticum; *foris*, quoad literalem. *Intus*, ut alii interpretantur, 5. Ansbert. Beda. Rupert.

pretantur, quia de inviſibilibus ac ſupernis arcanis divinitatis multa docet. *Foris*, quia viſibilia præceptorum ſuorum rectitudine diſponit. *Intus*, quia cœleſtia pollicetur; *foris* verò, quia terrena, & contemptibilia qualiter ſint, vel in uſu habenda, vel in deſiderio fugienda præcipit.

6. *Scriptura liber obſignatus & clauſus.* Primaſ. Beda. Joachim.

Signatus eſt liber ſigillis ob multiplicem illius obſcuram, & difficilem intelligentiam; nam ut docent Primaſius, Beda, & Joachimus, ſeptenarius, ſymbolum eſt multitudinis ac univerſitatis: Scriptura ſigillata eſt omni arcano, & ſpeciatim ſic multi explicant hæc ſigilla: Primum eſt profunditas ſacræ Scripturæ; Secundum multiplicitas ſenſuum: Tertium varietas figurarum: Quartum incomprehenſibilitas rerum ipſarum: Quintum obſcuritas myſteriorum: Sextum ſuavitas tropologiarum: Septimum infallibilis veritas mixta, cum rerum invidentia.

7. Deuter. 33. *Deus ſcientiarum Dominus.* Richard. Pſal. 35. *Scriptura lux, ſed divino lumine perſpicitur.* Prov. 6.

Hic liber erat in dextera Dei ſedentis, quia, ut dicitur Deuter. 33. n. 2. *In dextera ejus ignea lex.* Et optimè hic liber apparet in dextera Dei Patris, quia ut ait Richardus Victorinus: *Scripturam bene tenet, quia Deus ſcientiarum Dominus, & quibus vult illam præbet.* Unde rectè ait Regius Vates Pſal. 35. n. 10 *In lumine tuo videbimus lumen.* Licet enim Scriptura lumen ſit ſpendidiſſimum, juxta illud Proverb. 6. num. 23. *Mandatum lucerna eſt, & lex lux*: tamen niſi aliud lumen divinitus à Deo immittatur, nunquam ſatis perſpicitur. Humana enim intelligentia non valet divina myſteria penetrare ac illuſtrare Unde præclarè Philo Hebræus in lib. de præmiis & pœnis, loquens de Jacob, ſeu Iſraël, cui ad videndam Deum nonniſi divinum lumen ſufficiebat: *Solem*, ait, *hunc ut viſibilem, non alia re, quam Sole ipſo adjuti cernimus: Quid Stellas? An non ſola ſtellarum ope aſpicimus? lucis aſpectum nonne luci debemus? Ad eundem ſane modum, etiam Deus per ſe ipſum illuſtrat ſui notitiam, cooperante nemine, quod ea res excedant vires, omnium.* Ergo in divinis literis, ut egregiè ait Tertullian. lib. de anima, cap 2 *Non amplius invenire licet quam quod à Deo diſcitur. Quod autem à Deo diſcitur, totum eſt.* Cui cohæret D. Irenæus lib 4. cap. 14. *Deum ſcire nemo poteſt, niſi Deo docente.*

Philo. Tertul. Irenæus.

8 *Chriſtus ſcripturarum interpres.* Luc. 24. Iſai. 22.

Tamen Æternus Pater nobis dedit divinum magiſtrum accommodatè ad noſtrum ingenium, filium ſuum Jeſum Chriſtum in humana ſpecie, qui nos erudiret. Luc. 24. n. 45. *Aperuit illis ſenſum, ut intelligerent Scripturas.* De quo ait ipſe Æternus Pater Iſai. 22. n. 22. *Dabo clavem domus David ſuper humerum ejus, & aperiet, & non erit, qui claudat; & claudet, & non erit, qui aperiat*: id eſt, ut exponit Interlin. ſcientiam ſcripturarum, ut illas omnes interpretetur, ad quem locum alludens noſter D. Ioan. Apoc. 3. n. 7. *Hæc dicit ſanctus & verus, qui habet clavem David*: hoc eſt, interprete Ruperto, ut ibi dixi, qui habet poteſtatem interpretandi ſcripturas, quæ licet olim multis veluti ænigmaribus eſſent quodammodo abſconditæ & involutæ, tamen, ut ait Ioan. 1. n. 18. *Unigenitus filius, quid eſt in ſinu Patris ipſe enarravit.* D. Irenæus lib. 4. cap. 27. *Ille enim*, ait, *viſiones Prophetarum, & diviſiones chariſmatum, & miniſteria ſua, & Patris glorificationem, humano generi oſtendit.*

Ioan. 1. D. Irenæus.

QUÆSTIO II.

Ponitur ſententia affirmans, quod ſcriptura hujus libri eſſet, Chriſtus Dominus, ut Deus ac homo, ejuſque opera ac merita, ejuſque eximius amor in nos.

9. D. Hilar. D. Paſch. Haymo. D. Bernard. Damian.

Divus Hilar. præfatione in Pſalm. D. Paſchaſ. lib. 1 in Matth. Haymon. hîc D. Bernard. Petrus Damian. ac alii citandi tenent hunc librum eſſe Chriſtum Dominum ejúſque divina myſteria, tam divinitatis, quàm humanitatis, tam generationis æternæ, quàm humanæ in eo recondita. Hæc tamen ſententia quoad literam ſuſtineri non poteſt: aliter idem hic eſſet Agnus cum libro, quem accepit, ac proinde accederet ad ſeipſum accipiendum in dextera Dei ſedentis in ſede, quæ omnia oſtendunt duo eſſe inter ſe diverſa & diſtincta nempe librum & Agnum. Deinde, quomodo poſſunt verificari illa: *Nemo poterat reſpicere illum*? Illum potuit reſpicere Mater, & maritus Ioſeph, potuit Simeon, & Anna Propheriſſa, & alii, ut Apoſtoli, & ante hos vidit illum Abrahamus, & exultavit.

Impugnatur prædicta ſententia.

10. *Chriſtus hic liber.*

Tamen per accommodationem hic liber eſt Chriſtus Dominus. Et primò Chriſtus eſt in univerſum materia totius Scripturæ; ad ipſum omnes Scripturæ tendunt, unde tota Scriptura eſt Chriſtus, qui de ſe dicebat Iudæis: *Scrutamini ſcripturas, illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me.* Ioan. 5. n. 39. Et poſt reſurrectionem ſuam, duobus diſcipulis: *Incipiens à Moyſe & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant.* Luc. 24. n. 27. Deinde, ut ait Haymo Chriſtus eſt liber, in quo omnes prædeſtinati ſcripti ſunt, juxta illud Pſ. 138. n. 16. *In libro tuo omnes ſcribuntur.* Unde Chriſtus, ait Viegas. de ſe tanquam de lib. loquens, Iſai. 49. n. 16 *In manibus meis deſcripſi te.*

Ioan 5. Luc. 24. Haymo. Iſai. 49.

11. Hic liber eſt in dextera Dei Patris, quia ad dexteram Patris ſedet Chriſtus. *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis.* Pſal. 109. n. 1. & Marc. 16. n. 19 ſcriptus eſt liber *intus & foris*: *intus*, per divinitatem; *foris*, per humanitatem.

Pſ. 109. Marc. 16.

12. Damian. *Liber eſt ſignatus ſigillis ſeptem*: Quæ ſigilla ſic explicat Petrus Damianus ſerm. de S. Luca Evang. ſunt nempe ſeptem Sacramenta, quibus totus ordo Dominicæ Paſſionis impletur, videlicet Incarnatio Domini, Nativitas, Paſſio, Reſurrectio, Aſcenſio; deinde Iudicium, poſtremò Paſſio. D. Bernard, ſerm. 1. de Paſch ſic explicat, ſeptem ſigilla, ſunt ſeptem myſteria, quæ celarunt Chriſti divinitatem & ſapientiam. Primum eſt Matris deſponſatio cum Ioſeph. Secundum, infirmitas corporis Chriſti. Tertium, circunciſio. Quartum fuga in Ægyptum. Quintum tentatio Diaboli. Sextum, ſcandalum crucis. Septimum, ſepultura.

Sigilla hujus libri. D. Bernard.

13. D. Paſch. Aliter D. Paſchaſ. cit. lib. in Matth. explicat hæc ſigilla, quæ ſunt ſeptem dona Spiritus S. quibus Chriſtus Dominus obſignatus erat, quæ ipſe aperuit, & ſolvit. Primum ſigillum ſolvit, & aperuit naſcendo, oſtendens donum divinæ ſapientiæ; quæ conjunxit naturam humanam cum divina. Secundum, in baptiſmate ſolvit, & aperuit

aperuit ſigillum intelligentiæ, ut agnoſceremus quod fuimus, & quod ſumus ex gratia Dei per Baptiſmum. Tertium ſigillum conſilii Divini aperuit in paſſione, quod ita decrevit, & ordinavit de filio ſuo Ieſu, Actor. 4. num. 28. Quartum ſigillum, ſeu donum fortitudinis aperuit, dum ſepultus deſcendit ad inferos, & vincens alligavit fortem, & arma & ſpolia ejus abſtulit. Quintum ſigillum ſcientiæ aperuit reſurgens, Quia ſcire nos fecit, quod ipſe reſurgendo nos reſurgere facit. Sextum ſigillum pietatis aſcendens in cœlum aperuit, dum nobis oſtendit Sacramentum reconciliationis cum Patre. Septimum ſigillum, ſpiritum ſcilicet timoris aperiet in judicio finali, & ideo dum vivimus ſub ſpiritu metus, ac timoris verſamur.

Act. 4.

14. Tandem Seraphinus Firmaſius Canonicus Regular. Lateranenſ. Comentar. in Apocalypſ. hunc librum Paſſionem Chriſti interpretatur, & ait: Hic liber nempe Chriſtus paſſus, fuit apertus & extenſus in cruce, ut in eo omnes virtutum maximarum exempla perlegerent; liber eſt ſcriptus *intus & foris*; *foris* quantùm ad paſſiones corporis; *intus*, quantùm ad paſſiones animæ ſecundùm portionem inferiorem; cùm ipſe ait: *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem.* Et hic liber ſignatus eſt ſigillis ſeptem. Primum ſumma impotentia in omnipotente; Secundum ſumma pœna in impaſſibili; Tertium, ſumma ſtultitia coram hominibus in eo, qui eſt ſapientia Patris; Quartum ſumma paupertas in Deo divitiarum, in quo ſunt omnes theſauri; Quintum ſumma ignominia in ſumma majeſtate; Sextum, ſumma derelictio Dei in ſumma cum eo unione: Septimum ſumma ſeveritas in ſummo amore Patris erga filium.

Seraphin. Firmaſius.

Chriſtus in ſua Paſſione maximè amor ſcriptus in libro.

15. Cùm ergo hic liber juxta citatum Firmaſium eſſet liber mortis & Paſſionis Chriſti, ſeu in eo eſſet ſcripta mors & Paſſio Chriſti, proindéque liber eximii amoris ac charitatis Chriſti erga homines erat. Et ait Evangeliſta quod liber erat ſcriptus *intus & foris*. Si liber clauſus, ac ſignatus erat ſeptẽ ſigillis; vel ut alii exponunt, liber ſepties involutus extabat, ut modò aliqui antiqui libri videntur, quomodo ergo vidit Evãgeliſta totum librum ſcriptum *intus & foris*? liber hic divini amoris erat, & quæ amoris ſunt, quãvis maximè abſcondãtur ac occubentur ac diſſimulentur, tamen facilè ac promptè deprehẽditur & intelligitur rem ac negotiũ amoris eſſe.

Divinus Chriſti amor ſcriptus in libro.

Effectus amoris abſcondi non poſſunt.

16. Et ait Evangeliſta, *vidi librum*, unum nempe librum qui parvus & manualis erat, & apparebat in manu ſedentis, in eoque ſcripta erant Chriſti opera, ejúſque divini amoris monumenta. At ipſemet Ioãnes in ultimis verbis ſui Evangelii de Chriſti factis ait, quod ſi omnia ſcriberentur, minimè totus orbis libros capere poſſet. *Quæ ſi ſcriberentur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt libros.* Ioan. 21. num. 25. Quomodo ergo Ioannes nunc omnia illa exiguo libro literis mandata vidit? Excellentiſſima Chriſti opera, ſi ab acumine intellectus unius ſublimis Aquila conſiderentur, ſi ab alto Evangelico judicia contemplentur, ac tam magna ſunt, ut in libris conſcripta orbem excedant, & ab ipſo capi non valeant: At ipſamet opera perpenſa, & conſcripta ab amore, etſi cum ipſo conferantur, adeo recapitulata, & brevia reperiuntur, ut in parvo ac manuali libro ſcripta appareant, quod enim ab acuto intellectu valdè magnum, & amplum judicatur, vehementi amoris affectu exiguum, & breve reputatur.

Quæ intellectus magna judicat, amor in parvo appendit.

17. Ait Evangeliſta; *Nemo poterat neque in cœlo, neque in terra aperire librum, nec reſpicere illum.* Nullus erat neque in cœlo, neque in terra qui poſſet oculos levare, & librum aſpicere; hoc videtur involvere manifeſtam repugnationem; nam ipſe Evangeliſta de ſe ait: *Vidi librum.* Quomodo ergo aſſeritur quod neque in cœlo, neque in terra inveniebatur qui poſſet videre librum? Deinde quatuor animalia, viginti quatuor ſeniores, ut manifeſtè patet ex textu, viderunt librum, quo ergo fundamento aſtruitur, quod nemo poterat videre librum? Quatuor animalia ſignificant quatuor Evangeliſtas; Viginti quatuor ſeniores, ut innuit D. Hieron. denorant Eccleſiaſticos, Magiſtros ac ſcriptores Canonicos, Prophetas, Apoſtolos Doctores ac Prædicatores. Hi omnes divini amoris librum viderunt, de eoque multu ſcripſerunt, ac prædicaverunt. Cur ergo dicitur quod nemo poterat neque in cœlo, neque in terra reſpicere librum D. Paſchaſ. lib. 1. in Matth. in Præfation. *Profectò mihi videtur reſpicere hoc loco, pro comprehendere dixiſſe.* Dicitur reſpicere pro comprehendere, ſeu videre totum, quod eſt in libro, & ſi ſcriptores Canonici, Prophetæ, Apoſtoli, ac Evangeliſtæ, & etiam Prædicatores ac Doctores, multa viderunt, ac dixerunt de divino amore, multáque de illo in patria intueantur, ac contemplentur ſpiritus Angelici, at verò omnia ſecreta, omnéſque exceſſus Divini amoris penetrare, qui poſſit nullus inventus eſt nec in cœlo, nec in terra, totumque hoc valeat apprehendere. Unde ſic pergit cit. Paſchaſ. *Quia etſi revelandam à longè Chriſti diſpenſationem providere poterant, non tamen ad liquidum, ut poſtea ſunt impleta, eorum quiſpiam potuit intueri.*

D. Hieron.

D. Paſch.

Nullus nec in cœlo nec in terra valet ſecreta divini amoris penetrare.

18. Et ait Evangeliſta; *Vidi librum ſignatum ſigillis ſeptem.* Hic liber maximè ſigillatus ac clauſus apparebat, & tamen apud Danielem 7. n. 10. dicitur, *judicium ſedit, & libri aperti ſunt.* In Daniele libri aperti, ac patentes apparent, at modò in Apocalypſi, unus liber involvitur, ac clauditur multis ſigillis ac involucris? Libri apud Daniẽlé de creatione, providentia ac gubernatione mundi extabant: At in Apocalypſi libri materiã ſuppeditabat amor; quæ autẽ ſapientiæ ac providẽtiæ ſunt manifeſtari ac declarari poſſunt, at verò amoris ſecreta ita ſigillata ac abſcõdita exiſtũt, ut minimè penetrari, ac inveſtigari valeant.

Dan. 7.

Quæ ſunt ſapientiæ patent, quæ verò amoris occultantur.

19. De Chriſto Domino, ait Iſaias 45. n. 15. *Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſraël ſalvator.* Quomodo quando ipſum dicit Deum ſalvatorem appellat eum Deum abſconditũ, nam ipſe operatus eſt ſalutem in medio terræ, de ipſaque ſapientia Incarnata ait Salomon. Prov. 1. n. 20. *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam*, ſeu ut legit ultima verba Syrus; *Exaltat vocem ſuam.* Quod explicat Salonius; *Sapientia id eſt Chriſtus, prædicat in plateis, id eſt in latitudine orbis; gentiúmque omnium.* Si eſt Deus abſconditus, quomodo ſic in locis publicis, in plateis nempe, ac in exitu viarum clamat, & exaltat vocem? Perpende. *Deus abſconditus ſalvator noſter.* In rebus nempe ſui eximii amoris ac charitatis, quibus eſt operatus noſtram ſalutem. Deus abſconditus eſt; at in doctrina, documentis ſuæ ſapientiæ, quibus revelat ſuperna myſteria,

Iſai. 45.

Prov. 1.

Syrus. Salon.

Qui ſunt amoris, abſcondantur, quæ verò ſcientiæ, manifeſtantur.

myſteria, noſque inſtruit ac dirigit in viam ſalutis, ſic Deus manifeſtus,ut in plateis,ac locis patentibus; etſi monumenta amoris maximè recondita ſint quæ verò ſapientiæ valdè prævia, & cunctis manifeſta.

20. *Amoris ſigilla.* De quo etiam egi tom.5. in Evangel.lib 7. cap.5.quæſt.30.n.187.188. ubi ſatis explicavi numero 10 quod ſeptem ſunt ſigilla Divini amoris;primum, ad Patrem; ſecundum ad Divinam ſapientiam; tertium,ad Divinum amorem, quartum ſigillum ad Divinam infinitatem, quintum, ad Divinam omnipotentiam; ſextum, ad Divinam fortitudinem,ſeptimum, ad immortalitatem.

QUÆSTIO III.

Ponitur ſententia affirmans, quod Chriſtus in Euchariſtia ſit liber ſignatus ſigillis ſeptem.

21. D. Bern. GRaves ſunt Auctores, ut D. Bernardin. in quodam ſerm. de ſacra Euchariſtia, qui hunc librum per accommodationem dicunt eſſe Chriſtum in ſacra Euchariſtia, & benedicitur liber, quia in eo divina myſteria leguntur, nullibi enim clariùs apparet, quantum divina majeſtas hominem dilexerit; nullibi ferè divini amoris inventiones magis elucent, quàm in hoc myſterio: & inde meritò Chriſtus dicitur liber in hoc Sacramento, quem nullus poteſt neque aperire, neque legere niſi ipſe, quia nullus hominum, nec etiam Angelorum perfectè ſcit rationem hujus Sacramenti, niſi ipſe Chriſtus, nullúſque aperire poteſt magnitudinem amoris, quo illud inſtituit, nulluſque explicare valet quot & quanta ſint dona,quæ nobis ſub hoc Sacramento communicantur: niſi tantùm Chriſtus Dominus,& qui ab ejus lumine fuerit illuſtratus.

Liber iſte Chriſtus in Euchariſtia.

22. *Septem ſenſus falluntur erga Chriſtum in Euchariſtia.* In hoc ergo Sacramento Chriſtus paſſus, & occiſus velatur, & celatur ſeptem ſigillis,ut de eo verè dici poſſit illud Iſai 45.n.15. *Verè tu es Deus abſconditus,* Septem ſigilla, quæ Chriſtum abſcondunt in Euchariſtia ſunt odor,ſapor, color, parvitas, levitas,rotunditas,gracilitas Hoſtiæ, quæ omnia ſunt accidentia panis,non corporis Chriſti. Et ita hic ſeptem ſenſus ſcilicet quatuor exteriores, viſus, odoratus, guſtus,& tactus, & tres interiores ſcilicet ſenſus communis, phantaſia, & æſtimativa, quæ ſenſuum exteriorum judicium ſequuntur, falluntur, judicent eſſe panem, cùm reverà ibi nihil ſit panis.

23. *Septem miracula in Euchariſtia.* Septem hæc ſigilla ſunt ſeptem miracula, quæ efficiunt hoc Sacramentum arcanum arcanorum. Primũ eſt tranſubſtantiatio,qua ſcilicet tota ſubſtantia panis, & vini convertitur in ſubſtantiam corporis,& ſanguinis Chriſti, Secundum quod accidentia panis, & vini remaneant ſine ſubjecto. Tertium,quod tota quantitas corporis Chriſti octo palmorum,parvo loco ſcilicet hoſtiæ circulo circumſcribatur, Quartum,quod ex vi cõſecrationis ſub ſpecie panis, ſit tantùm caro Chriſti, per concomitantiam verò adſint ſanguis, anima, & Deitas Chriſti, Quintum exiſtentia ejuſdem Chriſti ſimul in pluribus hoſtiis per totum mundum; Sextum, quod Chriſtus ſit totus in tota hoſtia, & totus in qualibet ejus parte;Septimum, immutabilitas,& incorruptio carnis Dominicæ mutatis & corruptis, ſive etiam fractis hoſtiis,& in fruſta conciſis. Sicut, ut alii numerant,& innumerabilium refectio eodem cibo non conſumpto. 24.

Ezech.2. Navar. Hic liber alludit ad illum de quo Ezech 2. n 9. *Qui erat ſcriptus intus & foris*;quem etiam Nav.l.5. ſacræ elect n.351. Euchariſtiæ ſacræ accommodat:quomodo ergo in eo inveniuntur ſcriptæ *lamentationes, carmina, & væ*? An væ, & lamentationes poſſunt eſſe in eo, in quo eſt pinus vitæ æternæ, & à quo bona cuncta manant? Quomodo væ in eo, cùm omnis amaritudo Euchariſtico melle condiatur, ſuaviſque efficiantur? Væ quidem & lamentationes ſed indignè ſumentibus; ſed dignis convivis offerunt carnem, melos, & omne delectamentum cum omni ſuavitate: Sanct. Laurent. Juſtinian. de triumphali Chriſti agone, c.4. *Unà Petrus, & Judas cæleſti paſcuntur alimento, aliter tamen: nam ad meritum, & profectum Petrus; Proditor verò manducans ad ruinam, atque interitum: pro ſumentium diſpoſitione cibus hic diſpares etiam operatur effectus, quem enim reperit juſtum, & mundum,amplius mundat,atque ſanctificat; quem autem ſordeſcentem invenit, & immundum,deteriorem facit, quoniam ſancta & immaculata iniquitatibus pollutus præſumpſit ſumere ſacramenta.*

Euchariſtia vita bonis, mors malis. Laur. Iuſt.

Dominum obſecrat Regius Vates,ut à ſe impios & ſceleratos removeat & abjiciat: *Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritaverunt te Domine.* Pſ.5.n.11.Pro *irritaverunt* legit D. Aug. *Incarnaverunt.* Sed quomodo fons totius dulcedinis ac ſuavitatis amaritudine ac felle repletus inveniuntur? Si mors omnium amarorum amariſſima ab hoc fonte expellitur,ac in eo omnis tenera dulcedo deguſtatur,quomodo ibi aſpera, & dura amaritudo,ut ipſe Deus ſuaviſſimus, de quo dicebat anima ſancta: *Mel & lac ſub lingua mea.* Cantic.4. numero 11. Si tam dulcis, ut Angelos, & ſanctos inebriet,ac totum mundum dulcore ſuo impleta, quomodo amarus eſt, *inamaricaverunt te Domine*? Talis eſt divinus panis, animæ ſanctæ ac piæ dulcis & ſuavis ut mel, iniquis ac peccatoribus fel & abſynthium. Divus Auguſtinus: *Peccatoribus panis veritatis amarus eſt, ipſi amaricaverunt Deum; qui peccando in eam ægritudinem devenerunt: ut cibo veritatis, quo ſanæ animæ gaudent, tanquam fel ſuſtinere non poſſunt.* 25. Pſalm 5. D.Aug. Cant.4.

Euchariſtia dulcis juſtis amara peccatoribus. D.Auguſt.

Sacratiſſima Virgo ſe comparat Cypreſſo,& Palmæ, de ſe enim ait, *Quaſi Cypreſſus in monte Sion, & quaſi Palma exaltata ſum in Cades,* Eccleſ.24.num. 18. Quænam hæc combinatio Palmæ,&Cypreſſi?Utraque valdè diſparẽ proferunt fructum:illa durum & aſperum hæc lenem & facilem,illa amarum & rigidũ,hæc dulcem & deſiderabilem; cur ergo arboribus tam diſparibus ſacratiſſima Virgo confertur? ipſa enim protulit fructum ſuavem piis & juſtis,durum & amarum peccatoribus,& ideo ait: *Quaſi Cypreſſus in Sion, & Palma in Cades.* Sion aliquando ſignificat multitudinem peccatorũ: *In convertendo Dominus captivitatem Sion.* Pſ.125. n.1.Cades verò interpretatur ſanctitas:Fructus Virginis Mariæ iniquis,& peccatoribus eſt Cy- 26. Eccleſ.14.

Fructus Euchariſtiæ valdè diverſus, pro diverſitate ſubjectorum

preſſus, durus ſcilicet & amarus, at juſtis eſt
Richard. palma, dulcis nempe, & ſuavis. Richardus de S. Laurentio de laudibus B. Mariæ lib. 12. ſic ait. *Cypreſſus durum habet fructum, Chriſtum ſcilicet, qui durus eſt in Sacramento indignè accedentibus.*

Quæstio IV.

Ponitur ſententia aſtruens, quod Virgo Maria ſit hic liber ſignatus ſigillis ſeptem.

27. Richard. HUnc librum ſacratiſſimam Virginem Mariam interpretatur Richardus de S. Laurentio lib. 12. de laudibus Mariæ, & ſic ait:
Hic liber Maria Virgo. *Maria eſt liber quem vidit Joannes Apocalypſ. 5. in dextera ſedentis in throno ſignatum ſigillis ſeptem. Et nota, quòd Ioannes flebat multum, quia nullus inventus eſt ſolvere ſignacula libri niſi ſolus Agnus: quia nemo novit Matrem niſi filius, & cui voluerit filius revelare, ſicut Chriſtus dicit de Patre Matth.* 11. *n.* 27. Præclarè citatus Doctor per hunc librum ſacram Virginem Mariam interpretatur, quæ ſemper in dextera Dei fuit, quia in ea nihil ſiniſtrum, ac lævum defectus, & culpæ apparuit.

28. Et ait Joannes: *Vidi librum ſcriptum intus & foris.* Liber Maria eſt ſcriptus intus omni amplitudine gratiarum, ſuper omnes puras creaturas; *foris* verò digito Dei verbi ſcriptus eſt liber, ut eſſet Mater, & Virgo intemerata. vel *intus* Dei viſione, qua Maria adhuc in hac vita aliquando fruebatur, *foris* verò ſingulari protectione, ac adjuvamine erga ſuos devotos. Signatus eſt liber ſigillis ſeptem, donis ſcilicet ſeptem Spiritus ſancti, quibus hæc Dei domus ſuffulta extitit.

29. Et ait Joannes, *& nemo poterat neque in cœlo, neque in terra, neque ſubtus terram aperire librum nec videre eum.* Nullus invenitur nec in cœlo, nec in terra; qui hunc librum Mariam valeat reſerare; tanta eſt ejus dignitas, quod mater
Solus Chriſtus ſuæ Matris cognoſcit excellentias. ſit unigeniti filii Dei, tot ac tanta ſunt illius dona ſuper omnes puras creaturas collectivè, ut nullus intellectus hoc valeat cognoſcere, penetrare ac inveſtigare, niſi ſolus filius ejus Jeſus Chriſtus, & cui voluerit ipſe revelare: quod præclarè explicat citatus Richardus *Nemo novit Matrem, niſi filius, & cui voluerit filius reve-*
Matth. 11. *lare: ſicut Chriſtus dicit de Patre Matth.* 11. *num.* 27. *Neque Patrem quis novit niſi filius, & cui voluerit filius revelare.* Multam difficultatem videntur hæc verba involvere; quod nemo agnoſcat Patrem niſi ſolus filius, & cui voluerit filius revelare, hoc maximè commendat incomprehenſibilem Dei naturam, qui habitat lucem inacceſſibilem; at quod ſic Mariæ dignitas, & excellentia lateat, ut nullus valeat eam agnoſcere, niſi ſolus filius, & cui voluerit ipſe revelare, valdè difficilè videtur aſſertum Richardi.
Maria abyſſus gratiæ à ſolo filio ſuo poteſt cognoſci. Sed optimo ſanè jure, tanta eſt enim Mariæ dignitas ac ſublimitas, ut quodammodo ineffabilis videatur; quia ſi Deus Pater omnium cognitionem tranſcendit, quia abyſſus eſt totius perfectionis, & lucem habitat inacceſſibilem, & inde à nemine cognoſci valet niſi à ſolo filio, & cui voluerit filius revelare: ſic & quomodo Maria, quæ gratiæ abyſſus à D. Damaſceno prædicatur orat. 2. de Dorm. Vir. quæ habitat in quadam dignitate inacceſſibili merito de condigno puræ creaturæ, ſi aliquo modo incomprehenſibilis videatur, ut librum excellentiarum ejus nullus valeat aperire, niſi ſolus Agnus, & cui voluerit ipſe manifeſtare.

Venit Virgo Maria in montana Judææ, viſitat, ac ſalutat conſanguineam ſuam Elizabetham, quæ, ut teſtatur D. Lucas 1. num. 41. 42. 30. Luc. 1.
repleta eſt Spiritu ſancto Elizabeth, & exclamavit voce magna, & dicit: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.* Ex ſalutatione Mariæ puer Joannes in utero matris repletus eſt Spiritu ſancto, repletáque etiam eſt *Ab Spiritus ſancti afflatu venit laudes Mariæ intonare.*
mater illius donis, & inde in laudes Mariæ prorumpit, B *nedicta tu inter mulieres*; & illud maximè ponderatione dignum, quod antequam Evangeliſta referat laudes Mariæ, qua Elizabeth eructavit, priùs de ea teſtatur, quod de Spiritu ſancto eſſet ditata; *Repleta eſt Spiritu ſancto Elizabeth, & exclamavit voce magna; benedicta tu.* Et cur Spiritus ſancti præſentia declaratur, ad hoc ut Elizabeth Mariæ laudes exclamaret? Adeo ſublime eſt Mariæ laudes intonare, ut hoc non ex humano ingenio, ſed ex Spiritus ſancti afflatu proveniat, & ideo Spiritus ſancti præſentia declaratur, antequam Elizabeth os in elogia Mariæ aperiret. 31.

De ſancto Simeone ait S. Lucas Evang. 1. n. 25. *Homo erat in Jeruſalem, cui nomen Simeon, & homo iſte juſtus, & timoratus, expectans conſolationem Iſraël, & Spiritus ſanctus erat in eo.* Luc. 10.
Et cùm Chriſtum Dominum inducerent parentes ejus in templum, ipſum ejúſque ſanctiſſimam Matrem agnovit, Chriſti magnalia publicavit. *Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſraël.* Sic etiam & Virginis Mariæ magnalia evulgavit: *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Ibid. n. 35. id eſt, ut ex Hugone, ac Magiſtro Hiſtoriæ Evangelicæ retulit tom. 1. in Evang. lib. 2. cap. 6 quæſt 10. n. 41 gladius paſſionis, ac mortis filii tui pertranſibit animam tuam, quæ eſt etiam ipſius Chriſti Domini ob intimam dilectionem, quam erga te habet: ſed cur tam ſolerter ſacer Evangeliſta advertit, quod *Spiritus ſanctus erat in eo*, ſcilicet Simeone, antequam referat quod ipſe Chriſtus ejuſque Matrem agnoverit, quódque Chriſti ejúſque Matris Mariæ encomia intonaverit; quia laudes Chriſti ac Mariæ decantare, non hoc humanum ingenium aſſequitur; ſed ab alto lumine Spiritus ſancti deſcendit. *Divinus Spiritus ad æudes Mariæ illuſtr.*

Poſt ſanatum ſurdum & mutum exclamans Marcella, ut refert D. Lucas 11. num. 27. *Dixit illi, Beatus venter qui te portavit, &c.* Adeſant in præſentiarum Apoſtoli, multi Domini diſcipuli, multique pii fideles, ac etiam turbæ Judæorum, mulier tamen cum ſolo Chriſto loquitur: *Dixi illi.* Cur non loquitur cum Apoſtolis, diſcipulis, ac piis hominibus, ac etiam turbis? Virginis Mariæ laudes proclamandæ erant à muliere; & ideo non dirigit verba nec ad Apoſtolos, nec diſcipulos, nec turbas, ſed tantùm ad Chriſtum Dominum. Mulier interiùs illuminata divino ſpiritu agnoſcebat tam ſublimem, & excelſam eſſe Mariam Virginem, quòd illius encomia ſolus unigenitus Dei filius valet intelligere, 32. Luc. 11. *Solus Chriſtus, intelligit & explicare valet Virginis encomia.*

intelligere & capere,&ideo tantum cum Chriſto haber verba. Vide tom.3. in Evang.cap.23. q. 11. n. 76. 77. 78. 79.

QUÆSTIO V.

Circa hunc librum ponuntur aliæ variæ ſententiæ, & tandem vera conſtituitur.

33. REtuli jam ſuperioribus quæſtionibus quatuor ſententias circa hunc librum, quæ non ſunt ſecundùm litteram, ſed per accommodationem,&quoad ſenſum moralem Quinto loco aliqui exiſtimant hunc librum eſſe chirographum peccati Adæ,id eſt obligationem,& reatum peccati,quo Adam ſe, & nos Deo vindici obſtrinxit; ſeptem verò ſigilla eſſe ſeptem graviſſima mala, quæ cauſâ illius peccati incurrimus, quæ ſunt offenſa Dei, pœna damni, pœna ignis gehennæ, neceſſitas moriendi, jugum Diaboli averſio à Deo & converſio ad creaturas, & tandem ſeptimò concupiſcentia. Hæc omnia ſolus Chriſtus potuit ſolvere. Hæc licèt myſticè,non tamen ſecundùm literam dicta ſunt,hæc enim non ſolus Chriſtus, ſed etiã omnes peccatores vident, & experiuntur.

Septem mala, quæ incurrimus per peccatum Adæ.

34. Oecum. Lyran. Aureolus. Prado.

Sexto,Oecumenius, Lyran,& Aureolus exiſtimant hunc librum eſſe præſcientiæ, providentiæ, & prædeſtinationis Dei, quæ nobis clauſa eſt; niſi à Dei dextera nobis reveletur, vel executioni mandetur Septem autem ſigilla, ait Prado Ezech.2.n.10. pertinere ad ſeptem maximas Eccleſiæ calamitates. In prima, ait, effulget Dei potentia; in ſecunda ejuſdem indignatio; in tertia, juſtitia ſcelerum vindex, in quinta mors, quæ pallidos facit vultus; in quinta vindicta ſanguinis innoxii;in ſexta univerſi conſummatio, in ſeptima malorum omnium cataclyſmus. Sed hæc nimis generalia ſunt, & rem ſatis non explicant.

Septem Eccleſiæ calamitates.

35. And. cæs.

Septimò;& valdè affine ad ſuperiorem ſententiam Andræas Cæſarienſ. exiſtimat hunc librum eſſe Dei decretum,& memoriam,in quo omnes homines deſcripti ſunt, cum ſuis factis ac operibus, ac etiam Dei judicia de ipſis hominibus: idem putat Aureolus & ait, *Liber hic eſt divinæ ſapientiæ arcanum.* Et liber ſcriptus eſt intus & foris, quia ſcientia Dei non poteſt creſcere, ſed hæc ſententia ſicut & ſuperior non ſatis explicat, tamen maximè inſervit ad ſenſum moralem quia cum Deo aſſiſtunt viginti quatuor ſeniores ſedentes ſuper viginti quatuor thronos, *ſedentes & circumamicti veſtimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ,* ut ſuprà dictum eſt cap. 4. n. 4. tunc in manu Dei apparet liber in quo hominum opera, & facta deſcripta habentur: Ut fiat manifeſtum quod ſenes ad tantùm faſtigium ſublimati ſunt, non ex aliquo affectu, ſed ex rectò judicio illorum diſcutiente facta & merita quæ in illo libro videbantur, ac legebantur.

Aureolus.

Dignitates conferendæ ex judicio merita diſcutiente.

36. D. Ambr.

Octavò, D. Ambroſ. hunc librum dicit eſſe chronologiam mundi, & ſeptem ſigilla eſſe ſeptem mundi ætates; ſed hoc dato Apocalpſis hiſtoria eſt, non prophetia: nam multæ mundi ætates tempore Joannis jam evolutæ, & præteritæ erant, & unde eſſet tanta difficultas librum chronologiæ videndi, vel etiam aperiendi?

37. D.Bernard.

Nonò,D Bernardin.hunc librum interpretatur ſuum Seraphicum Patriarcham Franciſcum,qui apparet in dextera Dei, utpotè ſingulariter dilectus,ac electus ab ipſo; *Signatus eſt intus & foris,* intus ſpiritualiter per incendium amoris, foris verò corporaliter per ſtigmata paſſionis. *Signatus ſigillis ſeptem,* ſeptem nempè myſteriis, ac oraculis paſſionis,ac crucis: quæ latè ipſe explicat, ſeu ut potiùs dicam ſeptem donis Spiritus ſancti, quibus maximè ejus ſanctiſſima anima repleta erat. *Et nemo poterat neque in cœlo,neque in terra,neque ſubtus terram aperire librum* Sed hoc præſtat Agnus innocens, ſcilicet Chriſtus Dominus, quia præclaras Franciſci virtutes nec homo in terra, nec Angelus vel Archangelus in cœlo valet percipere ac intelligere, ſed ſolus unigenitus filius Dei hoc penetrat, & comprehendit.

Liber ſignatus S. Franciſcus.

38. Alcazar.

Decimò Alcazar contendit hunc librum eſſe reprobationem ſynagogæ, quæ annuntiata eſt, tamen priùs in priori parte, nimirum in quatuor primis ſigillis Dei fortitudine, beneficentia,æquitate,& ſapientia in Judæorum credentium prædeſtinatorum ſalute: Reprobationem verò vult in tribus ultimis contineri & in eis oſtendi maximam Dei potentiam, horribilem comminationem, & demum ſupplicium valdè rigidum in reproborum Judæorum repulſa, & damnatione.

39. Contra hanc ſententiam multa militant,quia in hoc libro continentur ea, quæ futura ſunt. Sic dicitur Joan. cap.4.n.1: *Oſtendam tibi quæ oportet fieri poſt hæc.* At juxta hanc ſententiam nihil futurorum in hoc libro continetur, quia reprobatio ſynagogæ jam erat facta, cùm hæc vidit Joannes, in ò omnibus manifeſta erat,& dicta expreſsè ab Apoſtolis Actor.13.n.46. *Ecce convertimur ad gentes, ſic enim nobis præcepit Dominus.* De quo frequenter Paulus facit mentionem in ſuis Epiſtolis,& Apocalypſis revelata eſt Joanni everſis Judæis,ac Jeroſolymâ jam exciſâ. Deinde quia dicitur, quod nemo inveniebatur qui poſſet aperire librum ac reſpicere illum: At reprobationem ſynagogæ prævidit Moyſes in Cantico, *Audite cœli* Et etiam Iſaias, Jeremias,ac alii Prophetæ,& ſcire hoc non eſt quid dignius Evangelii cognitione, de quo tale non dicitur.

Joan. 4.

Impugnatur prædicta ſententia.

Vera ſententia.

40. Pannon. Prado. Ribeira. Viegas. Cornel. Menoch. Ferrar.

Undecimò vera ac cõmunis ſententia quam tradunt Pannonius, Prado, Ribeira Pererius, Viegas,Cornelius,Menochius Ferrarius, quod hic liber ſit ipſemet Apocalypſis, Apocalypſeóſque myſteria,& oracula in Dei præſcientiâ providentia ac prædeſtinatione, ſeu præ definitione omnium rerum,agiturque in hoc libro de multis calamitatibus eventuris in orbe, ac de regno Antichriſti, de ejus perſecutione, de Eliæ,Enoch ac fidelium conſtantia, tandem de judicio finali ac felici ſtatu Beatorum.

Libri ergo iſtius tota materia eſt Apocalypſeos,non quoad illam partem,quæ præceſſit, & continet ſeptem Epiſtolas, ſed quoad illam partem,quæ deinceps ſequitur uſque ad finem. Et in hac conſideratione,

42\. Septem ſigilla hujus libri. Totus liber Apocalypſeos continet duas partes: In prima ſcilicet ab hoc capite uſque ad 10. proponuntur ſeptem ſigilla hujus libri, & ad uniuſcujuſque apertionem nova proponitur ac declaratur calamitas orbi. Sex prima ſigilla referuntur cap. ſequenti 6. At cap. 7. proponitur quædam appendix ad ſigilla, quia nempe in tot ac tantis adverſitatibus juſti ſint ſecuti, utpote ſignati à Deo, de cujus manu nemo eos rapiat: cap. 8. proponitur ſeptimum ſigillum uſque ad cap. 10. incluſivè. Et bene notat Ribeira, quod myſteria latentia ſub unoquoque ſigillo, ut ſub primo equum album, ſub ſecundo equum rufum, Joannes non legit in libro, ſed poſtquam unumquodque ſigillum ab Agno apertum eſt, illud Joannes vidit, & agnovit; at antequam quodlibet ſigillum eſſet apertum, & tales calamitates advenirent, nullus erat, qui talia poſſet, videre ac cognoſcere.

43\. Corn. Gloſſa. Quid ſit ſigillum. Pro majori explicatione hujus rei notandum quid ſit ſigillum. Cornelius exiſtimat Joanni repræſentatum fuiſſe hunc librum ut obvolutam membranam ſeptem funiculis colligatam, quorum unumquodque unum haberet ſigillum, quod erat reſerandum; ſed hoc eſt valdè materiale, ſicut illud Gloſſæ: *Scriptura ſigillatur, ut magis authentica reddatur.* Sigillum ergo in præſenti eſt quoddam Sacramentum ſub gravi difficultate involutum, & rectum; quod ſtatim ut eſt reſeratum nova lux, & ratio habetur ad illud intelligendum.

44\. Materia libri intus ſcripta. Secunda pars Apocalypſis eſt à cap. 1. uſque ad finem, in qua continetur materia ſcripta in hoc libro ſigillato, ſcilicet regnum Antichriſti, illius perſecutio robur, ac fortitudo Eliæ, ac cæterorum juſtorum, judicium finale, ac gloria Beatorum. Sæva, ac crudelis tyrannis, ac perſecutio Antichriſti, quæ in libro conſcripta erat, non potuit in eo legi ac videri, niſi priùs eſſent aperta ſigilla, ac propoſitæ calamitates ſub eis contentæ, quia ex Dei ordinatione tales calamitates fuerunt præviæ tanquam viam parantes ad illam magnam, & ſupremam calamitatem Antichriſti. Ac proinde poſtquam Joannes explicavit ſeptem ſigilla ac calamitates ſub eis contentas, dicitur ei cap. 10. n. 11. *Oportet te iterum prophetare gentibus.* Quia nimirùm myſteria contenta in libro de perſecutione Antichriſti, fortitudine Eliæ, & Henoch à cap. 11. & deinceps uſque in finem, debet prophetizare, conſcribere ac narrare.

45\. Cornel. Tandem hic liber dicitur ſcriptus *intus & foris*, quod ſic explicat Cornelius eo quod hic liber eſſet ad modum antiquarum membranarum, quæ involvebantur in volumen; & dicebatur liber ſcriptus intus & foris, cum ab utraque parte membranæ eſſent ſcriptæ, in interiori ſcilicet, & in exteriori. Sed hoc eſt valdè materiale, ſicut etiam illud, quod ait Alcazar librum eſſe ſcriptum intus & foris, eo quod pars exterior, interiori quaſi ex æquo reſponderet, ut in libris computuum (qui olim erant membranæ integræ ubi in folio uno ſcribebant rationem dati, in adverſo verò accepti, totum hoc eſt valdè materiale, & materiam libri confundit cum ſigillis. Alcazar.

46\. Quid ſit eſſe ſcriptum intus & foris. Dicimus ergo librum eſſe ſcriptum intus & foris, in eo enim ſcripta erant, quæ ſpectabant ad electos; & hæc eſt ſcriptio interior, & quæ ſpectant ad reprobos, eſt ſcriptio exterior. Secundo, in hoc libro ſcriptæ ſunt pugnæ, & ærumnæ prædeſtinatorum, & hoc eſt exterius, ſunt etiam in hoc ſcriptæ reſpondentes pugnis, & laboribus coronæ eorum, & etiam gloria ſanctorum, & hoc eſt interius. Et ſic liber poteſt dici dati & accepti, dato enim reſpondet acceptum, nimirum merito præmium.

Quæstio VI.

An hic liber ſit idem ac ille, quem vidit Ezechiel cap. 2.

Hic noſter liber alludit ad illum, quem vidit Ezechiel. 2. num. 9. *Et vidi & ecce manus miſſa ad me, in qua erat involutus liber, et expandit illum coram me: qui erat ſcriptus intus & foris, & ſcripta erant in eo lamentationes & carmen, & væ.* Ex Hebræo legitur: *Lamentationes & gemitus, & væ.* Cur ergo ex tribus ſcriptis, omnia ad luctum pertinent, vel ſaltem duo, & unicum ad lætitiam, ſcilicet carmen? ut manifeſtum ſit omnibus, quòd in hoc ſæculo plus impendendum lachrymis & gemitibus, quàm gaudio & lætitiæ, ita ut uni gaudio duplex triſtitia correſpondeat. D. Ambroſ. lib. 2, de Pœnit. cap. 2. *Cur, ait, erubeſcis tu flere, cum Deus etiam Prophetas juſſerit flere pro populo? Denique & Ezechiel juſſus eſt flere Hieruſalem, & accepit librum, in cujus capite ſcripta erant lamentatio, melos, & væ, duo triſtia, & unum delectabile, quoniam ille ſalvus erit in futuro, qui in hoc ſæculo plus fleverit.* 47. Ezech. 2. In hoc ſæculo plus dandum lachrymis quàm gaudio.

Secundò, liber ille Ezechielis idem eſt ac noſter liber, in illo Ezechielis ſcriptæ erant *lamentationes, carmen, & væ.* Et tamen dictum eſt Prophetæ, cap. 3. n. 1. *Et tu fili hominis comede volumen iſtud.* Tali enim alimento laborum ac lamentationum Deus ſuos juſtos alit, & ſuſtentat. Maximè ponderandum, quod tria dicuntur Prophetæ: Primò *lamentationes.* Secundò *carmen* quod eſt quid læ um, & prajucundum. Tertiò *væ*, dicit quid triſte, & pœnarum cumulum: Et hoc rectè explicat Cardinalis Hugo in cap 16. Joan. per lamentationes enim interpretatur terrores, ac metus pœnarum inferni, quos Deus immittit hominibus, ut eos ad meliorem frugem traducat at ipſi quærunt carmina ſuavia, ac delectabilia, ſed tunc Deus per ſupplicium gehennæ, illis infligit interdictionem dolentium ſcilicet, qui ergo memoriam ſuppliciorum inferni abjicit, & ad voluptates, ac delectationes intendit animum, dignus profectò eſt damnatione æterna, & ita poſt lamentationes, & carmen additur *væ.* Sic ait prædictus Cardinalis: *Hoc eſt quod dicitur Ezechiel. 2. quod in libro erant lamentationes, carmen, & væ, Dominus enim lamenta proponit, & nos ſequimur carmina, & mundi gaudia, & ideo concludit væ æternum.* 48. Ezech. 3. Hugo. Qui omittit memoriam inferni, in ſupplicium æternum cadit.

Tertiò, hic liber idem eſt ac ille, quem vidit Ezchiel. 1. ut tenet Vilalp. & ſaltem ſit alluſio ad illum, ut tradunt Prado in Ezech. & hic Ribeira, Alcazar, Cornelius, & alii. In libro Ezechielis inveniuntur ſcriptæ lamétationes, & carmen: ſacra Scriptura his duobus abſolvitur népe timore, quem immittit ex metu infernalium ſuppli- 49. Vilalpand. Prado. Ribeira. Alcazar. Cornel.

Tolerar da ſunt amara, ut dulcia guſtes in futuro.

ſuppliciorum, & lætitia quam generet ex ſpe cœleſtis patriæ. Sed cur lamentationes, & væ, & in medio carmen conſtituitur, cur duo triſtia, & lugubria, cùm unum tantùm proponatur delectabile? quia multa amara ſuſtinere hîc debemus, ut in cœli palatio Deo fruamur. Patronus adeſt D. Gregor. lib. 27. Moral. cap. 11. (*D. Greg.*) *Quid in libro hoc*, ait, *niſi divina eloquia ſignificatur, quæ nobis lacrymas, luctúsque præcipiunt: lamentationes in eo ſcripta referuntur, carmen verò, & væ continent, quia ſic de ſpe gaudium prædicant, ut in præſenti tantùm preſſuras, atque anguſtias indicent, carmen, & væ continent, quia ſi illic dulcia appetimus: priùs neceſſe eſt, ut hic amara toleremus.*

50\. *Pſalm. 23.* *Tertull.* *Chriſtus priùs amara, quàm dulcia guſtavit.*

Verba illa Pſalm. 23. num. 8. *Elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ*, rectè expendit Tertullian. lib. de corona militis, cap. 41. ponderans, quod Chriſtus poſt Reſurrectionem comederit favum mellis, Luc. 24. num. 41. ſic ait. *Favos poſt fella guſtavit, nec priùs enim Rex gloriæ à cœleſtibus ſalutatus eſt, quàm Rex Judæorum proſcriptus in cruce.* Tanquam ſi dicat: prius à Judæis repudiatur, quàm ab Angelis adoretur, priùs ſubit crucis acerbitatem, quàm regni obtineat majeſtatem, prius fel, & acetum guſtavit, quàm mellis dulcedine recrearetur.

51\. *Geneſ. 3.*

Cùm Deus adversùs ſerpentem ſententiam promulgaverit, ait illi: *Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ.* Geneſ. 3. num. 14. Cùm autem adverſùm hominem ſententiam profert, ait: *In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ.* Ibid. num. 17. Seu ut legit D. Ambroſius citandus pro laboribus *triſtitia*: ſerpens quidem, & homo dicitur terram ſeu ex terra manducaturus, ſed homo quidem in laboribus, ſeu in triſtitiis, non autem ſerpens. Cur homini labores, ſeu triſtitia imponuntur, non autem ſerpenti; Serpens erat extra viam in ſtatu damnationis omnino excluſus à cœlo, at homo erat in via ordinatus in cœleſtem patriam, ad quam aſpirabat, ideo illi labores, ac triſtia adjunguntur, ut ex illis ſcalam ac gradum faceret ad aſcendendum in æterna gaudia ac ſupremam felicitatem. D. Ambroſ. lib. de Paradiſo, cap. 15. *Adjectio iſta*, ait, *in laboribus; ſeu triſtitia diſcretionem facit. Diſcretio, quam vim habeat, conſidera. Bonum eſt mihi in triſtitia magis terram manducare, quàm in delectatione, nam triſtitia ſecundùm Deum ſalutem operatur.* 2. Corinth. 7. num. 10.

Triſtia ac labores gradum parant in celum. *D. Ambroſ.* *2. Cor. 7.*

Apoc. 5. n. 2. Et vidi Angelum fortem voce magna prædicantem, quis eſt dignus aperire librum, & ſolvere ſignacula ejus.

VERSIONES.

D. Hilar.	Vidi Angelum validum.
D. Cyprian.	Clamantem voce magna.
Syrus.	Quis dignus ſolvere ſigilla ejus.
Primaſius.	Septem ſignacula.

EXPOSITIO II.

52\. Ille qui Apocalypſim Joanni revelabat, hæc in ejus imaginatione fundebat ac depingebat. *Vidi*, nempe per viſionem imaginariam, *Angelum fortem*, validum nempe ac magnæ virtutis: *Voce magna prædicantem*, ſeu clamantem; voce magna & alta clamat Angelus, ut vehementiùs Joannis animum excitaret ac provocaret ad conſideranda myſteria manifeſtanda, & ut ardentiùs ſtimularetur ad agnoſcenda libri myſteria.

53\. *Qui eſt dignus aperire librum, & ſolvere ſignacula ejus?* Hic eſt *iſteron proteron*, priùs enim eſt ſolvere ſignacula, quàm librum aperire; aptius tamen dices, quod ſenſus eſt, quis eſt dignus aperire librum ſolvendo ſignacula ejus? aperire librum ſignaculis clauſum non eſt aliud quàm ipſa ſignacula ejus ſolvere. Rem moraliter ſic explicat Ansbertus. Hic liber Scriptura eſt de Chriſto Domino. Rectè ergo priùs dixit librum aperiendum quàm ſignacula ejus reſeranda, quia Chriſtus priùs Scripturam de ſe loquentem, in ſe complevit & adimplevit, quàm ſuis Diſcipulis aperiret ac manifeſtaret. *Ansbertus.*

QUÆSTIO VII.

Quiſnam eſſet iſte Angelus?

54\. Ait noſter Evangeliſta in præſenti; *Vidi Angelum fortem.* Sine dubio hic Angelus erat unus ex magnis ac primariis Angelis: hoc indicat illud additum *fortem*, erat magnæ & præclaræ virtutis, & cum hoc inſigniter dicatur de eo magnus & præclarus Angelus erat; & hæc eſt vera & communis ſententia; aliorum placita referamus. *Quis eſſet iſte Angelus juxta litteram.*

55\. Secundò, Alcazar exiſtimat, quod hîc fiat alluſio ad Oſeæ 14. n. 10. qui ait: *Quis ſapiens, & intelliget iſta? intelligens & ſciet hæc? quia rectæ viæ Domini, & juſti ambulabunt in eis, prævaricatores autem corruent in eis.* Apocalypſis enim continet vias Domini, quas qui ſequuntur, beantur; vias impiorum contrarias viis Domini, quas qui ſequuntur, damnantur. Et quod *Oſeas Angelus fortis vocetur* ait Alcazar *cohæret cum iis, quæ S. Epiph. in ejus vita ſcribit, ipſum ſcilicet ſuorum verborum vi, ingentem quercum in duodecim partes diviſiſſe.* At nulla ratio ſolida aſſignatur, ut Angelum hunc fortem transſmutemus in Oſeam. *Alcazar. Oſeæ. 14.*

56\. Tertiò, Dionyſ. Carthuſian. tenet hunc Angelum eſſe illum, qui hæc myſteria Apocalypſeos Joanni revelabat, & omnia hæc ſymbola de throno Dei, de viginti quatuor ſenioribus, ac quatuor animalibus, ac de libro ſignato, & Agno occiſo ejus imaginationi proponebat; ſed contra Angelus Apocalypſim revelans Joanni etiam ei revelavit, quod unus Angelus fortis clamaverit voce magna: ergo hic Angelus diſtinctus erat ab illo. *Dionyſ.*

57\. Quartò S. Antonius. 1. p. Hiſtor. tit. 6. cap. 1. & Lyranus exiſtimant hunc Angelum fuiſſe Gabrielem. Nam ut ait D. Hieron. l. 1. in Dan. cap. *S. Anton. Lyran. S. Hieron.*

cap. 8. *Gabriel in lingua noſtra vertitur fortitudo Dei, robuſtus Dei.* Ecce cur præcitati auctores dicunt, hunc Angelum fortem fuiſſe Gabrielem, quia mittebatur ad opus validum & forte, ſcilicet ut quæreret virum fortem, qui librum ſignatum ſummis myſteriis plenum reſeraret ac aperiret, quem nulli Angeli, vel homines reſerare poterant; ad opus magnum, validum & forte, fortis & validus miniſter deſtinatur à Deo.

Ad magna, & fortia fortis & magnus miniſter deſtinatur.

58. Joachim. Quintò Joachimus Abbas ſic ait: *Ego Angelum iſtum fortem, Joannem Baptiſtam fore puto; quia de hoc myſterio per ſe ipſum dicebat,* Luc. 3. Veniet fortior poſt me, cujus ego non ſum dignus, ut ſolvam corrigiam calceamentorum ejus: *ut enim in calceamento pes, ita in littera ſpiritualis intelligentia latet. Joannes enim fortis Angelus erat, quia Dei fortitudinem, præcurrere miſſus eſt, & tamen ad ſolvenda myſteria, imparem ſe eſſe fatetur, quia hoc Chriſto privilegium ſervabatur.* Angelus iſte fortis erat Joannes Baptiſta, qui venit præcurſum, & annuntiatum Dei fortitudinem, & ſicut in via ob ſuam eximiam humilitatem ſe reputabat indignum ſolvere corrigiam calceamentorum Chriſti, ſeu myſteria ejus humanitatis aperire ac ſolvere, ita etiam poſt mortem ſe indignum putat aperire & ſolvere librum myſteriorum ejus.

Luc. 3.

Joannes Baptiſta Angelus fortis convocans ad Chriſtum.

59. Syrus. *Angelum fortem prædicantem voce magna:* Seu *clamantem* voce magna, ut legit Syrus. Joannes in vita fuit *vox clamantis in deſerto*, omnes convocans ad Chriſtum cognoſcendum ac adorandum etiam poſt mortem voce magna clamat, ut omnes ad Chriſti myſteria agnoſcenda conveniant, mors abſtulit vitam Joanni, ſed vocis officium ac fervidæ charitatis non valuit interimere. Nam ut rectè, ait D. Chryſol. ſerm. 174. *Ego ſum, inquit Joannes, vox clamantis in deſerto: vox occidi non poteſt, ſed magis clamat anguſtiis corporis abſolutis.*

Baptiſta etiã poſt mortem fungitur ſuo officio. D. Chryſ.

60. D. Matth. 14. Scribit D. Matthæus 14. num. 1. *Audivit Herodes tetrarcha* famam Jeſu; & ait pueris ſuis: *Hic eſt Joannes Baptiſta, ipſe ſurrexit à mortuis, & virtutes operantur in eo.* Unde ſuſpicatur Herodes audiens famam miraculorum ac operum Chriſti, Joannem devicta morte ſurrexiſſe, Divus Chryſoſtomus homil 49. *Herodes adeo Joannem mortuum perhorruit, ut à minima formidine de reſurrectione philoſopharetur.* Herodes grandis Joannis inimicus, eum nempe decollavit, & inde ſic eum formidabat, ut adhuc eo mortuo vox Joannis in ejus auribus inſonaret, *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Et adhuc eo mortuo virtutes Joannis Herodem arguebant, & vitæ puritas licentioſum vivendi modum Herodis damnabat, & tanti Joannem exiſtimabat Herodes, ut ſibi perſuaderet, quod à morte vinci non poterat, ſed devicta morte ſurrexiſſe. Vide quæ dixi ſuprà c. 4. q. 1.

D. Cyrill.

Vox Joannis poſt mortem timetur.

QUÆSTIO VIII.

Quare iſte Angelus, qui convocabat ad aperiendum librum ſignatum, dicitur fortis, & robuſtus?

ISte Angelus dicitur in textu *fortis*, ſeu ut legit Divus Hilarius *validus* ſeu *robuſtus*; edidit enim vocem magnam, & validam: *Voce magna prædicantem*, qua omnes ad aperiendum ac videndum librum convocabat; & quia aperire librum erat quid valdè magnum ac ſublime, ideo Angelus qui ad hæc invitabat, dicitur fortis & validus: ad magna peragenda, magnus & ingens miniſter requiritur. 61. D. Hilar.

Moraliter tamen Rupertus ſic interpretatur in præſenti: *Angelus iſte fortis, ait, ita prædicans voce magna; ſanctorum antiquorum anhelans expectationem, magnúmque deſiderium ſignificat: de quibus Apoſtolus ad Hebræos enumeratis Patribus:* Juxta fidem, *inquit*, defuncti ſunt omnes iſti; non acceptis promiſſionibus, ſed à longè eas accipientes *& infrà.* Hi omnes, *inquit*, teſtimonio fidei probati, inventi non acceperunt promiſſionem, *nimirum expectatio illa à longè, iſtorum ſalutatio magnus erat, magni deſiderii clamor, qualem hic in iſta viſione ſignificari docuit, magna voce Angeli fortis fortiter prædicantis.* Et ita ſimiliter docent Gloſſa, Interlineal. & Ordinaria, Anſbertus, D. Ambroſius, Richardus, Victorinus, Albertus Magnus, & alii. Ad quid tam accuratè in præſenti notatur robur ac fortitudo iſtius miniſtri, quod clamaverit voce magna convocans ad apertionem libri, quod denotatur illius vehemens ac ardens effectus ad libri apertionem? inde citati Patres dicunt, quod iſte Angelus ſignificabat ardentia deſideria quibus olim antiqui Patres flagrabant ad Divini Verbi Incarnationem, cum à Deo promiſſionem accepiſſent de divina ſobole in mundo naſcitura, inde frequenter ſua deſideria jaculabantur in Deum, ipſum in mundo naſci præoptantes, & quamvis ex ipſis multi Deum Incarnatum non viderint, nec frui potuerint, tamen ut Deus nobis indicaret conceptam Patriarcharum in audendo fortitudinem, nobiléſque eorum animorum exceſſus, non quilibet ſpiritus, ſed validiſſimus Angelus eligitur ad hoc annuntiandum: tantum ponderis eſt procerum ingens auſus, ut ad illum evulgandum, magni proceres aſſumantur. 62. Rupert.

Hebr. 11. num. 13.

Interl. Gloſſ. Ord. Anſbert. D. Ambr.

Excelſi animi deſiderii multùm valet ac æſtimatur.

Poſt adoratum vitulum in deſerto cùm ad vindictam tanti criminis procederet Moyſes ait: *Si quis eſt Domini jungatur mihi: congregatique ſunt ad eum omnes filii Levi.* Exodi 32. n. 27 Et ſtatim ſubdit Textus quod eis dixerit Moyſes. *Ponat vir gladium ſuper femur ſuum, ite & redite de porta uſque ad portam, & occidat unuſquiſque fratrem, & amicum & proximum ſuum.* Et poſt inflictum ſupplicium & completam internecionem, occiſoribus iterum ait Moyſes: *Conſecraſtis manus veſtra hodie* 63. Exod. 32.

Domino unuſquiſque in filio, & in fratre ſuo, ut detur vobis benedictio Ecce jam ſuboritur grandis difficultas, quo pacto dicatur Levitas interfeciſſe filios, & fratres ſuos, cum expreſsè dicatur: *Congregati ſunt ad eum*, ſcilicet Moyſem, *omnes filii Levi.* Si omnes Levitæ convenerunt ad interficiendos idololatras, quomodo verum eſt quod interfecerunt fratres, & filios ſuos? Qui etiam Levitæ erant & ex eadem Tribu; etſi

Qui rem magnam aggreditur, etſi non ſequatur, laude dignus.

hi interfecti ſunt, non omnes Levitæ congregati ſunt ad Moyſem ad internecionem? Verum eſt quod Levitæ nullum ex ſua tribu occiderunt, quia tamen generoſum mentis ardorem ediderunt ut filios & fratres interimere decreverint, ſi eis obviam iviſſent; inclytæ audaciæ effectus nó ſucceſſit, quia tamen Deus eos tantum facinus animo concepiſſe conſpexit, cum eis quaſi ſtrenuos auſus perfecerint, loquitur? inde ait Moyſes. *Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino, unuſquiſque in filio & fratre ſuo.* Ideo benedictio eis impertienda, non minus cumularè, quàm ſi res tam præclara eſſet execu-

Caietan.

tioni mandata. Cajetan. *Et juxta hunc ſenſum, non reſtat, locus quæſtioni, quomodo verificetur quod Levitæ interfecerint fratres ſuos, cum Levitæ omnes junxerint ſe Moyſi, & fuerint interfectores. Non enim eſt ſenſus mandati, ut quiſque interficiat fratrem, ſed quod non habeat rationem fraternitatis in occurrentibus viris.*

64. Magnifica templi extructio Regis Davidi ab

Pſal. 131. Spiritu ſancto tribuitur, ut patet ex Pſal. 131. qui incipit num. 1. *Memento Domine David & omnis manſuetudinis ejus.* Deinde quaſi jam operoſa illa machina eſſet abſoluta, & conſummata, verſ. 18. decantatur *Surge Domine, in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ.* Cur ergo de Salomone, qui totum templum ampliſſimis ſumptibus à primis fundamentis conſtruxit, nulla hîc habetur mentio, ſed dumtaxat de Davide; qui nec illius primum lapidem poſuit? Cur ergo tanquam pro templo ædificato ac conſummato, Dei recordatio erga Davidem expoſtulatur, *Memento Domine David*? Certè ſublimis & magnæ domus Dei ædificandæ cogitatio, primùm Davidis animum ſubiit, ipſe expenſas tanto ſacrario exaggeravit, Salomonique imperium de ſacra æde erigenda impoſuit, ſimúlque totius operis mirum artificium in typo expreſſum, Divinique cultus rationem ac miniſtrorum ordinem, & diſpoſitionem tanquam in teſtamento reliquit, ut pa-

1. Par 28. ter ex 1. Paralip cap. 28. n. 10. Verum eſt quod Salomon totum opus inchoaverit, & perfecerit, & quod David nec primum lapidem jecerit, tamen illius generoſi animi impulſus de ædificando Dei templo, quamvis ad operis perfectionem non venerint, ſic divinis oculis placuerunt, ut anteferri meruerint aliorum executioni ac operis conſummationi, & ideo in Cantico de ſacræ domus molimine, Deus non meminit Salomonis, qui opus inchoavit & abſolvit, ſed David tantùm, qui tam nobiles ac

Nobiles auſus etiam non ſecuta remaximè remunerantur D. Chryſ.

animoſos animi conatus concepit. D Chryſoſt. ad præſentem locum. *Deinde eum quidem, qui eſt ædificaturus præterit, eum verò, qui eſt pollicitus in medium adducit; ut ſcias quantum bonum ſit rectus animus, & quomodo Deus ſemper conſueverit recto animi inſtituto, & bonæ voluntati mercedem conſtituere. Et ideo ejus potiùs meminit, quoniam ipſe eſt potiùs, qui ædificavit, quàm filius. Hic enim pollicitus eſt, ille, verò juſtus eſt. Vide maximam ejus animi alacritatem.*

Apoc. 5. n. 3. Et nemo poterat neque in cœlo, neque in terra, neque ſubtus terram aperire librum, nec reſpicere illum.

VERSIONES.

Syrus. Et nemo poterat neque in cœlo ſurſum, neque ſuper terram.

D. Cyprian. Nec quiſquam poterat, neque de cœlo, neque ſuper terram, neque ſub terra aperire librum, ſed neque proſpicere illum.

Aliqui Codices apud Ribeir. & Marianam. Nec reſpicere; nec legere illum.

EXPOSITIO III.

ET *nemo poterat.* Quia Pater 65.
nulli creaturæ integrè revelaverat, quæ ultimis temporibus futura erant; inde nullas *nec in cœlo*, inter ſanctos, *nec in terra*, inter mortales homines; *nec ſub terra*, inter eos, qui vita defuncti ſunt & detinentur in purgatorio, vel limbo, & hic eſt verus ſenſus. Lyran ait dictum *in cœlo* Lyran.
quantum ad Angelos, in terra quantùm ad homines, ſubtus terram quantùm ad Dæmones, in quibus remanſerunt naturalia integra. Beatus Dio- Dionyſ.
nyſius ait hoc etiam accipi poſſe de bonis Angelis, qui ad eas animas conſolandum deſcendunt, quæ purgatricibus flammis excipiuntur.

Qui poſſet aperire librum, neque reſpicere il- 56.
lum, id eſt, inſpicere, evolvere, legere, ſeu cognoſcere illa, quæ in libro continebantur: & hoc ſenſu dicitur, nec inſpicere illum, hoc ſenſu dicimus, non vidi Auguſt. id eſt, neſcio quid dicat Auguſt. in hac re. Aliqui Codices habent *nec legere*; quod non habet noſter Romanus emendatus, quamvis ſenſus idem ſit; idem enim eſt non videre ac non intelligere.

QUÆSTIO IX.

Quare nulla creatura inventa eſt, nec in cœlo, nec in terra, nec ſub terra, quæ poſſet librum aperire?

RAtio litteralis eſt, quia hîc liber ut 67.
ſuprà dixi quæſt. 5. eſt ipſamet Apocalypſis in qua continentur Dei diſpoſitiones, ordinationes ad divina judicia circa futuram

Judicia Dei inſcrutabilia.

futuram mundi gubernationem, & inde non mirum quod ſit obſignatus ſigillis ſeptem, ſeu innumeris ſigillis, & quod nulla creatura digna inveniatur, quæ valeat talem librum aperire, judicia enim Dei creaturis quamvis perfectiſſimis ſunt inſcrutabilia. Sic ait Andr. Cæſarienſ. *Per hæc manifeſtè oſtenditur, neque Angelos, nec homines in carne adhuc degentes, neque ſanctos corpore jam exutos, accuratum judiciorum Dei notitiam tenere, ſed ipſum ſolum Agnum.*

Andr. Cæſ.

68. Secundò, Multi graves Doctores tenent, quod hic liber eſt ſacra Scriptura, quia licet contineant multos libros, vetus ac Novum Teſtamentum, tamen rectè dicitur unus liber, ut ait Rupert hîc. *Quæ idcirco dicitur, & eſt unus liber, quia uno Spiritu eſt conſcripta, & unus verbi Dei theſaurus, & ſacrarium eſt.*

Rupert. *Sacra Scriptura uno Spiritu ſcripta.*

69. Sed quomodo dicitur quod nullus erat, nec in cœlo, nec in terra, nec ſubtus terram, qui poſſet hunc librum aperire; vis intellectus Angeli multum valet & penetrat; quomodo ergo nullus invenitur, qui hunc librum aperiat & ſolvat ſignacula ejus? Quia myſteria ſacræ Scripturæ ſic ſublimia & alta ſunt, ut nullus præter Chriſtum ea poſſit pandere & explanare. Divus Gregorius Magnus lib.4. Dialog. cap.42. *Hunc librum, ait, ſignatum ſeptem ſigillis, poſtmodum per Leonem de Tribu Juda dixit Ioannes aperiri, in quo ſcilicet libro, quid aliud, quàm ſacra Scriptura ſignatur, quam ſolus Redemptor noſter aperuit, qui homo factus, moriendo, reſurgendo, aſcendendo, cuncta myſteria, quæ in eo fuerant clauſa, patefecit? Nullus in terra, quia neque homo vivens in corpore, nullúſque ſubtus terram dignus inventus eſt, quia neque animæ corpore exutæ aperire nobis præter Dominum ſacri eloquii ſecrata potuerunt.* Vide quæ dixi quæſt. 1. hujus Capitis.

Solus Chriſtus Dominus potuit myſteria ſacra Scripturæ aperire. D. Greg.

70. Tertiò. Multi exiſtimant hunc librum eſſe Chriſtum Dominum ejuſque ſacra myſteria in libro contineri, ut retuli hoc cap. quæſ.2.& inde nullus eſt inventus, nec in cœlo: nec in terra, qui hunc librum poſſet aperire, illúmque reſpicere, hoc eſt ut interpretatur D. Paſchaſ. dandus quæſt ſequenti, comprehendere, ex quo ſolvitur incidens dubium, quia Prophetæ videntur quod hunc librum ſcilicet myſteria Chriſti, aperuiſſent, nam de eis multa dixerunt, cognoverunt ac populo annuntiarunt; faciliè ſolvitur dubium, quia licet Prophetæ aliqua de myſteriis Chriſti cognoverint, tamen ſolus Chriſtus illa exactè cognovit ac perfectè comprehendit. Deinde ſolus Chriſtus talia myſteria propria virtute aperuit & explanavit; at Prophetæ ex virtute ac meritis prævifis Chriſti veluti per anticipationem; ſicut Joan.7.n.39.dicitur. *Nondum enim erat Spiritus datus, quia Jeſus nondum erat glorificatus.* Et tamen Maria virgo ante mortem, & reſurrectionem filii ſui accepit Spiritum ſanctum, ei dictum eſt ab Angelo: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Et de Joanne *Spiritu ſancto replebitur ex utero matris ſuæ.* Et hoc fuit dependenter à meritis Chriſti prævifis & veluti per anticipationem, at abſolutè talis largitio non eſt data niſi poſt mortem & glorificationem Chriſti.

D. Paſchal.

Alta Chriſti myſteria ſolus ipſe nobis poteſt proponere & explanare. Ioan. 7.

71. Quartò, quid eſt quod apud Danielem 7. n. 10. libri aperiuntur abſque aliqua difficultate: *Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt.* Cùm ipſe Dominus ſedet in throno millia millium aſſiſtunt ei & miniſtrant, & forſitan ſtatim ab illis libri aperti ſeſe oſtendunt; at apud noſtrum Evangeliſtam libri ſic obſignatus eſt, ut nullus ex cœleſtibus ſpiritibus ad illum aperiendum ſeſe audeat intromittere, ſolus enim Agnus occiſus hoc valet præſtare. Cur ergo omnes Danielis libros aperiunt, Joannis verò librum unus ſolus Agnus Chriſtus Jeſus valet aperire? Liber iſte erat ſalutis humani generis, ut teſtatur Rupertus Abbas. *Nemo illorum, ait, poterat ſperare de ſemetipſo, quod tantum tamque divinum poſſet exequi ſalutis mundi negotium.* Cùm ergo Joannis liber ad ſalutem mundi ſpectaret, quam nullus alius, niſi ſolus Agnus occiſus, ſolúſque Jeſus Chriſtus exequi poterat ac mundo dare, inde ſolus ipſe librum aperit; Danielis autem libri attinebant ad judicium ac ſupplicium peccatorum, pro quo infligendo, opportunæ ac validiſſimæ ſunt etiam creaturæ; ſolus ejus ſalutem dat, creaturæ ad ſupplicium inſerviunt.

Dan. 7.

Rupert.

Solus Ieſus dat ſalutem, creaturæ ad ſupplicium inſerviunt.

72. De ſe ait meus Jeſus apud Iſaiam 63. n. 3. *Torcular calcavi ſolus, & de gentibus non fuit vir mecum.* Quod manifeſtè patet, ut obſervat D. Athanaſius, nam fugientibus Apoſtolis ipſe ſolus pro ſalute generis humani in mortem tendit, ſic ait Sanct. Pater quæſtione 10. *Eſt verò omnino ſolus. Nam ſolus ipſe Chriſtus pro nobis mortuus eſt, non Angelus, vel ſenex aliquis, ſed ipſe Chriſtus ſervavit nos. Petrus namque Chriſtum negavit, & ipſo Paſſionis tempore, cæteri quoque Apoſtoli dedere ſe in fugam.* Ecce dum de ſalute generis humani agitur Apoſtolos permittit à ſe fugere & ipſe ſolus ad crucem pergit. At dum de judicio agitur, damnatorúmque ſupplicio, nullum deeſſe patitur diſcipulum, ſed omnes ad ſe advocat. *Cum ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ ſedebitis & vos judicantes duodecim Tribus Iſraël.* Matth.19.num.23. Imò ut dicitur Sapient.5. n.21. *Pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos.* Ad puniendum quævis apta eſt creatura, & inde univerſæ aſſumuntur; ad ſalutem verò nulla valet creatura, & inde fugientibus Apoſtolis ſolus Jeſus crucem aſcendit, ut hominum ſalutem operetur: quam ſolus ipſe præſtare poteſt.

Iſai.63.

D. Athan.

Matth.19. Sap.5.

Ad puniendum univerſæ conveniunt creaturæ, ad ſalutem verò unus eſt ſolus Ieſus

73. Adducunt Phariſæi mulierem adulteram ad Chriſtum, & cùm ipſi ſtarent accuſantes, ait eis Jeſus. *Qui ſine peccato eſt veſtrum primus in illam lapidem mittat.* Et ſubdit Text. *Audientes, unus poſt unum exibant, incipientes à ſenioribus, & remanſit ſolus Ieſus, & mulier in medio ſtans.* Joann. 8. numero 9. Ubi legis judicium expectabatur ac pœna infligenda præſumebatur, multi inſtantes, accuſantes aderant, at cùm Jeſus loquitur ſolus ipſe permanet diſcedentibus omnibus, & cur ſolus Jeſus permanet ſolúſque relinquitur? quia jam non erat res judicii, ſed ſalutis, mulier enim libera & abſoluta dimittenda erat, etſi ad judicium & pœnam omnes homines conveniunt, ad ſalutem unus eſt ſolus Ieſus, quia ipſe ſolus eam præſtare valet. Divus Ambroſius lib.7. Epiſtola 58. *Denique deſcendentibus illis remanſit ſolus Ieſus, & mulier ſtans: donaturus peccatum, ſolus Ieſus remanet. Non enim legatus, neque nuntius, ſed ipſe Dominus ſalvum facit populum ſuum. Solus remanet, quia non poteſt hoc cuiquam hominum,*

Ioan.8.

Homines inſerviunt ad pœnam, ſolus Ieſus ad ſalutem.

D. Ambr.

hominum, cum Chriſto eſſe commune, ut peccata condonet.

QUÆSTIO X.

Quare dicitur, quod nullus poterat videre librum, nec reſpicere illum, cùm omnes qui erant in hoc conſiſtorio librum viderint, & ipſe Ioannes de ſe teſtetur, quòd librum viderit.

74. IOannes vidit librum; ut ipſe ait numero 1. hujus cap. *Vidi librum in dextera ſedentis.* Viderunt & librum ſine dubio quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores, qui erant in hoc conſiſtorio. Quod dupliciter poteſt explicari juxta litteram, nam licet omnes viderent volumen libri, tamen dicitur, quod nemo poterat librum videre, hoc eſt ipſum librum legere, cognoſcere ac intelligere quæ in eo erant ſcripta; vel etiam alio ſenſu, nemo poterat videre librum, id eſt ipſum aperire ac legere; quo ſenſu dicimus, non vidi Auguſtin. id eſt ejus libros non aperui, nec legi.

Ratio litteralis.

75. Secundò, Aliter explicat Divus Paſchaſius lib. 1. in Matth. *Profectò mihi videtur reſpicere hoc loco, pro comprehendere dixiſſe. Quis enim capiat quomodo incarnatus ſine ſemine Deus? Quomodò clauſo exierit oſtio? Quomodo Dominus gratiæ crucifigatur, cum ſolus homo moriatur? Et reliqua omnia, quæ de Chriſto ineffabiliter narrantur, ex æquo liquet, quia non ſolùm nemo Angelorum, vel hominum aperire, verum etiam nec reſpicere, ſicut in Dei filio completa ſunt omnia, quia etſi revelandam à longe Chriſti diſpenſationem prævidere poterant, non tamen ad liquidum, ut poſtea ſunt impleta, eorum quiſpiam potuit intueri.* Liber iſte erat Chriſtus, ejúſque ſacratiſſima vitæ myſteria; ait tamen Joannes, quòd nemo, nec in cœlo, nec in terra poterat hunc librum reſpicere & videre, cùm tamen ipſe Ioannes dicat de ſe, *vidi librum*, & quod etiam ſine dubio librum viderunt quatuor animalia ac ſeniores. At videre ſumitur hìc pro comprehendere, & licet Angeli in cœlo, & homines in terra aliquid cognoverint de Chriſto, nulla tamen creatura potuit totum penetrare, aut quidquam, quod in eo eſt comprehendere.

D. Paſchaſ.

Chriſti myſteria nulla creatura valet comprehendere.

76. Tertiò, Noſter Ioannes ait in præſenti, quod *nemo poterat neque in cœlo, neque in terra, nec ſubtus terra aperire librum, neque reſpicere illum.* Et tamen ipſe ait de ſe num. 1. *Vidi librum:* Quomodo ergo cohæret, quod in præſenti ipſe ait, quod nemo inveniebatur, nec in cœlo, nec in terra, qui poſſet videre ac reſpicere librum? Ioannes Evangeliſta tam ſublimis ac elevatus eſt cognitione, ut antecellat Angelos in cælo ac homines in terra, Patres in limbo, ac proinde quod nec Angelus in cœlo, nec homo potuit videre, ipſe valuit penetrare & inſpicere; & ideo de eo ſolùm dicitur: *Vidi librum*, cùm teſtificetur, quod nemo erat nec in cœlo, nec in terra, qui ipſum poſſet reſpicere. Vide quæ dixi ſuprà cap. 1. quæſtione 80. n. 685 686. & c. 4. q. 31. per totum n. 268. 269. 270. 271.

Ioannes Evangeliſta pluſquam Angelus, & homo.

Quid mirum quod Ioannes intelligentia ac cognitione volet ſuper omnes cùm propinquius pluſquã omnes acceſſerit ad fontem divinæ ſapientiæ, de ſe ipſo ait ille. *Erat ergo recumbẽs unus ex diſcipulis ejus in ſinu Ieſu* Ioannis 13. n. 23. Quod altius eſt expendendum de Cherubinis, qui ſunt Spiritus Angelici, maximè ſapientia pleni. Ait Regius Vates Pſal. 98. num. 1. *Qui ſedet ſuper Cherubim*, ſeu ut alii legunt, *qui eſt habitator*, ſeu *inhabitans ſuper Cherubim.* Ex quo juxta mentem Sanct. Patrum colligit Vaſquez 3. part. diſput. 104. num. 14. Cherubim eſſe *ſcabellum pedum Dei.* Et ut ait Sanctus Thomas Villanova in quodam ſermone de S. Ioanne Evangeliſta: *Non audet Baptiſta ſacrum Domini verticem contingere: Magdalena cum timore & tremore pedes tangit: Thomas niſi juſſus manum non mittit ad latus: Ioannes dilectus non juſſus, non petita venia, confidenter recumbit ſuper pectus Domini: Amor fecit hoc, eſt enim ſupra modum audax dilectio.* Cherubim præſtat ſcabellum pedum Domini, aliæ creaturæ ut Baptiſta, Magdalena, Thomas non audent niſi cum multa reverentia ac timore Dominum tangere; at noſter Evangeliſta non ſolùm confidenter Dominum tangit, ſed etiam ſupra ejus pectus reclinatur, quieſcit ac ſomnum capit, ita ut dicat Arnoldus Carnoten. tractatu de verb. Domini. *Diſcipulus, qui in cœna Domini cervical ſibi in pectore Magiſtri aptaverat* Et quantò magis fonte divinæ ſapientiæ ſe conjungit, tantò magis de ejus fluentibus potavit. Ut ait Sanct. Proculus, *ut elevatus ſuper omnem humanam creaturam*, *ad Divinitatis thronum accederet, ut de ipſo fonte feliciſſimè guſtaret.* Non tantùm tangens, ut alii, ſed ſuper eum reclinans, & dormiens. 77.

Ioan. 13.

Pſalm. 98

Alia lectio

Vaſquez.

Tho. Vill.

Ioannes omnes excellit ſcientia ac cognitione.

Arnold.

S. Proculi.

Apoc. 5 verſ. 4. Et ego flebam multum, quoniam nemo inventus eſt aperire librum, nec videre eum.

VERSIONES.

S. Cyprian. Quoniam nemo repertus eſſet, qui aperiret librum, aut videret eum.

Vatablus. Quod nemo dignus inventus eſſet aperire, & legere librum, nec videre eum.

Primaſius. Aperire librum, nec proſpicere.

EXPOSITIO IV.

EX omnibus circunſtantiis rectè exiſtimabat Ioannes contenta in libro eſſe ſcitu, & cognitione digniſſima, quorum cognitio utiliſſima erat mundo, & ideo maximè triſtatur, quia nullus inveniebatur, qui poſſet librum aperire; maximè enim triſtamur de carentia illorum, 78.

que

quæ plurimi facimus; plurimi autem non facit ſapiens niſi illa, quæ magna ſunt utilitate, vel dignitate.

QUÆSTIO XI.

Quare Joannes ob clauſum librum tam profuſis lachrymis deflebat.

79. *Joannes non ſe intromittit.* FLebat Joannes, quia nullus inveniebatur qui poſſet librum aperire, & quamvis ipſe eſſet diſcipulus Domini dilectus, non tam altè de ſe ſentiebat, ut huic ſe muneri parem eſſe crederet. *Liber enim hic*, ait, Andræas Cæſarienſ. *Angelorum captum excedit.* Solius Chriſti erat illum aperire.

80. *Magna multo labore acquirenda.* Flebat Joannes tanquam gemens & ſuſpirans, quia certò credebat magna, & alta ac ſcitu digna in libro contineri, & magna & ſublimia Deus valdè facit deſiderare ac poſtulare. Regnum Saülis, quod nec magnum, nec per multum tempus duraturum erat, ſtatim ei conceſſum eſt à Deo: At David regnum, quod valdè magnum ac diuturnum futurum erat, diſpoſuit Deus à Davide acquiri multo ac magno labore per varia rerum diſcrimina, unde & dicitur Proverb. 13. n. 11. *Subſtantia feſtina minuetur; quæ autem paulatim colligitur, manu multiplicatur.* Expende tria verba, *paulatim, colligitur, manu*, ſcilicet labore. *Prov. 13.*

81. *D. Bernard.* Secundò, D. Bernat. ſermone 1. de Reſurrect. *Chriſtus eſt liber*, ait; *quem Joannes in ſua Apocalypſi conſpexit, ſcriptus intus, & foris: foris Chriſti vulnera cernimus; ſed intus immenſi ejus erga nos amoris incendia contemplamur. Hunc docti, & indocti videant, hunc omnes legant.* Liber hic juxta multorum Patrum ſententiam Chriſtus eſt, inde meri ò Joannes in lachrymas prorumpit, quia niſi hic liber, ſcilicet Chriſtus Dominus aperiatur, legatur ac cognoſcatur, imiteturque à nobis, non eſt ſalus & vita; ſed mors ac interitus; ſalus enim noſtra à ſolo Jeſu eſt. *Sine Chriſto nec eſt ſalus, nec vita.*

82. *Rupert.* Tertiò. Rupertus Abbas; *Parum erat*, ait, *huic Sancto Joanni audiſſe vocem magnam fortis Angeli fortiter prædicantis, quis eſt dignus librum aperire*, &c. *Qua voce, vel qua prædicatione magnum antiquorum ſanctorum deſiderium ſignificabatur, niſi & unctio mentem ejus inungeret, ut in ipſo exceſſu præ dulcedine rerum, quas viderat, fleret, inque fletu Sanctorum illorum deſiderium experiretur, quàm flebile eſſet:* Angelus iſte fortiter clamans ſignificat deſiderium antiquorum Patrum, quo maximè tenebantur de adventu Chriſti; & ut ipſe præſolveret tot ac tanta ſignacula myſteriorum, quot de ipſo prædicta erant, ut ex multis Patribus retuli quæſt. 8 Sed cur Joannes inducitur flens, cum reſpectu illius nulla eſſet cauſa lachrymandi, cum ipſe Joãnes, jam præſente Chriſto frueretur? cur ergo ſic flet? Optimæ indolis eſt aliorum juſto deſiderio etiam repræſentato commoveri, & uſque ad lachrymas compati; cùm ergo Joanni eſſet repræſentatum illud vehemens deſiderium, quo antiqui Patres ante *Bona indolis eſt aliorum dolori compati.* Chriſti adventum tenebantur, ideo illorum anxietate commotus in lachrymas prorumpit dolens ſuper eorum antiquum deſiderium.

Quartò, Sanctus Anton. lib. 1. Hiſtor. tractatu 6. cap. 1 §. 4. *Oſtenditur*, ait, *Joannis deſiderium (nempe in ſuo fletu) de ſciendo Eccleſiæ futuro ſtatu.* Intellexit Joannes quod in illo libro continebantur inſigniores eventus Eccleſiæ, inde lachrymatur Joannes, quod nullus inveniatur, qui valeat librum aperire; ipſe enim præ ſua charitate multum diligebat Eccleſiam, inde multum commovebatur, ut ſciret ſtatum ejus, quiſquis enim maximè ſollicitus eſt de his, quæ multum diligit & vehementer exoptat ſcire quidquid ei eſt eventurum. *S Anton. Diligens vult ſcire eventus ſui dilecti.*

Quintò, Michaël Violæus, Abbas S. Euvert. *Suo nomine*, ait, *& ſuorum Joannes flebat, quod nemine aperiente librum, aut ſolvente ſignacula ejus, non potiturus ſibi videbatur ſperata gloria, tum quod ſui deferebantur, nec ad fidem vocabantur cujus fletus argumentum eſt; non modò duræ illorum in captivitatem ſervitutis, ſed etiam miſeræ in incredulitate cæcitatis.* Cur pro clauſo libro ſic in lachrymas perſolvitur Joannes? flebat tum ratione ſui ac etiam ratione ſuorum, quia ſciebat ac intelligebat in libro contineri ac oſtendi viam, per quam optatam gloriam aſſequeretur; ac etiam per eum ſui illuminarentur, & maximè flenda aliorum cæcitas, ex qua totalis perditio & ruina naſcitur. Et cum liber oſtendens viam ſalutis eſſet clauſus, inde multum lachrymatur Joannes. 84. *Mich. Viol. Aliorum cæcitas ac durities maximè deflenda.*

Sextò, Cænus Pannonius. *Locus effert*, ait, *pro qua re ſit lugendum, qua non pro ægritudinibus corporum, aut adverſis, morte parentum, aut liberorum, ſed pro veritatis ignoratione, pròque cæcitate noſtra: quocirca nihil tam deſiderant electi Dei, & dilecti, & pro nulla re tam lugent, dolent, ingemiſcunt, ſicut dum vident librum Dei minimè aperiri; proindeque ſuſpirant continue, precantur ut videant voluntatem Dei in libri ſcripti apertione.* Cur Joannes tam profuſis lachrymis fleret, ac à fletu ob libri apertionem non ſe temperet? Vehementi affectu deſiderabat Joannes ſcire ac penetrare contenta in libro, & adeo res magna eſt ſcire, ac ignorantiam deponere, ut illius cauſa præſtantiſſimum ingenium doleat, ingemiſcat, ac lugeat, maximéque tali ignorantia anxietur. 85. *Pannon. Ob veritatis cognitionem maximè flendum.*

Ignorantia valdè aliena eſt à præclaro ingenio; maximéque illius nobilitatem ac celſitudinè obnubilat ac obſcurat. Vult Chriſtus Dominus in ſignum ſuæ divinæ poteſtatis magnũ ſignum edere, ad Lazarum quatriduanum jam mortuũ accedit: *Et ut vidit eam*, ſcilicet Magdalenam, *plorantem infremuit ſpiritu, & turbavit ſe ipſum & dixit. Ubi poſuiſtis eum*, &c. Joan. 11. n. 33. Chriſtus Dominus optimè ſciebat, in quo loco Lazarus jacebat, ad quid inſcientiam vult in hoc oſtendere? Cùm diſponit ſummam potentiam oſtentare quatriduanum advocans in vitam. Inſcientia humilitatem, & abjectionem indicat; vitam defuncto concedere multam potentiam demonſtrat; quomodo ergo in uno & eodem opere hæc duo Dominus connectit? Expediebat ex ſupremo, & alto motivo, Dominum Lazarum reſſuſcitare, & ſimul divinitatem ſuam occultare & abſcondere; oſtendit ergo inſcientiam loci, in quo erat 86. *Joan. 11. Inſcientia nota obumbrat ſupremam dignitatem.*

erat Lazarus, quia ſic inſcientia àliena eſt à magnitudine, ut etiam in majori ſui oſtentatione eam valeat obtenebrare ac recondere. Divus

D. Hieron. Hieronymus de vera Circumciſione. Sic ait: *Judæis Deitatem celat in homine, & ſplendore divinitatis in tantæ operationis coruſcatione ignorantiam mortalitatis obducit, ut cùm poſſit in ſuſcitando Lazaro Deus adorari, homini in ſepulchri ignoratione vileſceret.* Dum Chriſtus Dominus oſtentat præclariſſimum Divinitatis ſignum advocans in vita quatriduanum, ignorantia ſepulchri ipſam Divinitatem abſcondit; tam efficax ac prævalens eſt una inſcientia, ut ipſam Divinitatem in ſui majori oſtentatione valeat celare ac recondere, ut reſſuſcitans mortuum, non Deus, ſed homo putetur, cùm de ſe ſepulchri ignorantiam evulget, & dicat.

87. Et meritò ſanè, quia nullum eſt majus ſignum ſummæ ac extremæ miſeriæ, quàm inſcientiæ nota; contra divitem avarum profert Deus ſententiam, quod omnibus ſuis bonis eſſet ſpoliandus: *Dixit autem illi Deus; ſtulte hac nocte animam tuam repetent à te, quæ autem*

Luc. 12. *paraſti, cujus erunt?* Lucæ 12. numero 20. Acutè ac ingenioſè quærit Divus Thomas, Deus optimè! agnoſcebas hunc miſerum omni ſupplicio eſſe digniſſimum, ob ſuarum vanitatum inflationem. Cur ergo indilatè vitâ non privatur? Nonne aptiùs videbatur, quod ſtatim eſſe ſupplicio mulctatus, quàm illi dicere hac nocte eſſe moriendum: Adverte quod Deus, eum ſtultum, ac neſcium appellat; ergo abſque mora duriſſimâ pœnâ afficitur, quamvis vita ſuperſtes ſit, nulla rigidior caſtigatio, quàm quod unus dicatur ac publicetur neſcius, ibi tamquam in compendio, omnis miſeria ac

Inſcientia nota Epilogus miſeriarum.

D. Thom. abjectio recapitulatur. Divus Thomas in Catena. *Audi*, ait, *tibi conveniens ſtultitiæ nomen, quod nullus tibi impoſuit hominum, ſed ipſe Deus*; qui omnia ſcit, & penetrat, in quo error, & fallacia nulla poteſt cadere; tibi nomen ſtulti impingit, in quo omne miſeriarum chaos recapitulatur.

Apoc.5.n 5. Et unus de ſenioribus dixit mihi, ne fleveris, ecce vicit leo de Tribu Juda, radix David, aperire librum, & ſolvere ſeptem ſignacula ejus.

VERSIONES.

Syrus. Ne fleto, ecce vincit leo ille, qui eſt de Tribu Juda, illa radix David, ille aperiet librum, & ſeptem ſigilla ejus.

Arabicus. De Tribu Juda, de radice David.

Vatablus. Qui eſt de Tribu Juda, ut aperiat librum, & ſolvat ſeptem ſignacula ejus.

EXPOSITIO V.

V*NUS de ſenioribus dixit mihi.* Qui iſte fuerit, omninò ignoratur. Lyranus exiſtimat extitiſſe S. Petrum, qui eſt Princeps, & Magiſter Apoſtolorum. Dionyſius Carthuſianus dicit Sanctum Matthæum, qui de Chriſto ſcribit: ſcribit *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra.* Sic etiam facilè dices eſſe quemlibet alium Apoſtolum; hæc enim potiùs important divinationem, quàm fundamentum ſolidum; ſicut etiam id quod ait Alcazar fuiſſe ſanctum Lucam, quod non ſubſiſtit; nam ſuperius cap. 4. diximus hos viginti quatuor ſeniores fuiſſe duodecim Apoſtolos, & duodecim Patres veteris Teſtamenti primiores. 88. Lyran. Carthuſ.

Ecce, rem grandem denotat. *Vicit.* Id eſt obtinuit, prævaluit, poténſque eſt ad aperiendum librum ſignatum: *Leo de Tribu Juda.* Leo ille nempe famoſus, & celebris, non ex ſylvis eductus, ſed ex Tribu Juda natus; cui in benedictione dictum eſt à Jacob, Geneſ. 49. *Catulus Leonis Juda.* Chriſtus hìc dicitur Leo per metaphoram ob ſuam fortitudinem: nam Chriſtus hic apparuit Ioanni in ſpecie Agni occiſi, ut liquet ex verſu ſequenti. *Radix David*: Stirps David ex illuſtri familia David. 89. Geneſ. 49.

QUÆSTIO XII.

Quare Chriſtus Dominus dicitur Leo?

IN limine quæſtionis ſuppono id quod notat Divus Iſidorus libro 2. Epiſtola 175. *Leo*, ait, *non modo vocatus eſt Chriſtus ſed etiam vir juſtus, & Diabolus, at non eadem ratione, non enim juxta rationes omnes exemplum uſurpatur, ſed juxta illam dumtaxat partem quæ inſtituto ſermoni conducit, ac quod reliquum eſt, jubetur valere; Chriſtus quippe ob regiam amplitudinem, atque invictum robur, hoc nomine appellatus eſt: ſed etiam vir juſtus, hic autem ob intrepidum animum ac nihil periculi metuentem*, Juſtus enim confidit ut Leo, Proverb. 29. numero 1. *Diabolus denique ob feritatem, cruoriſque ſorbendi aviditatem*, Circuit enim ut leo, quærens quem devoret. 1. Petr. 5. *Cum igitur ex uno animalia, varias imagines Scriptura ſacra exhibuerit, nec tamen propterea ſpeculationes confundamus verùm cuique, quod ipſi aptum eſt, tribuamus.* 90. D. Iſidorus. *In uno, & eodem animali ſacra Scriptura varias figuras exprimit.* Prov. 28. 1. Petr. 5.

Dicitur Chriſtus Dominus Leo de Tribu Juda: Primò, ut eſt communis ſententia quia ordinatus eſt ex Tribu Juda, cujus inſigne fuit leo. Illi enim benedicens Iacob Patriarcha ait, Gen. 49. à num. 8. *Juda te laudabunt fratres tui, manus tua in cervicibus inimicorum tuorum*: te laudabunt ob inſignem victoriam ac trophæum de tyrannide Diaboli, & ait *fratres tui* ſcilicet homines ut maximè obligati ac ſtricti tanto beneficio. *Manus tua in cervicibus inimicorum tuorum*; quia omnes gentes ſubjugandæ erant à Chriſto, quæ antea ei adverſabantur. *Catulus leonis Juda*, ut explicat Rupertus. Tu ô Chriſte, es Catulus leonis, id eſt filius Dei fortiſſimi, 91. Gen. 49. Rupert. *Chriſtus Dominus Leo de Tribu Iuda.*

cunctarúmque fortitudinum ac virtutum Principis, *Ad prædam fili aſcendiſti*; ut per mortem ſuam tartarum deprædaretur? *requieſcens accubuiſti, ut leo*, jacens in ſepulchro; *& quaſi leæna*; ejus nempe ſanctiſſima anima unita divinitati deſcendens ad inferos, eos expoliavit. *Quis*
D. Ambr. *ſuſcitabit eum* Hoc eſt ut explicat D. Ambroſ. lib. de Benedict. Patriarch. in Benedictione Juda Quis alius eum poterit ſuſcitare, niſi tantum Deus Pater? Illud autem de leæna aliter explicat
D. Eppanih D. Epiphan. hæreſ. 78. quia mater Chriſti eſt leæna; ſicut enim leæna ſemel tantùm parit, ita Beata Virgo. Sed hoc de leæna non exiſtimatur verum, & modò non erunt plures leones, quàm in creatione, & alias tota ſpecies leonina in uno individuo conſervabatur. Hæc dixi, ut videatur, quam aptè Chriſtus dicitur Leo de Tribu Juda; cætera, quæ in prædicta Prophetia Iacob continentur cum omni proprietate ac veritate explicant noſtri Commentatores de Chriſto D.

92. Secundò. Chriſtus dicitur Leo ob fortitudinem: *Leo fortiſſimus beſtiarum nullius pavebit occurſum.* Proverb. 30. num. 30. Inde ipſe maxi-
Prov. 30. mè ut victor decantatur, *Vicit leo.* Ad quod etiam alludens Iacob in citata prophetia, ait *Ad*
Habac. *prædam fili mi aſcendiſti.* & in cantic. Habac. 3. poſtquam dicitur: *Cornua*, ſeu clavi, *in manibus* ejus; ſtatim adjungitur ibi: *Abſcondita eſt fortitudo ejus*, n. 5 Et inde ſecuta eſt victoria & præda, qua mors & diabolus eſt victus, & cum morte ac diabolo ſimul peccatum, & infernus, unde ſe-
Chriſtus victor, & triumphator. quitur: *Ante faciem ejus ibit mors.* tanquam ducta in triumphum, una cum diabolo, unde dicitur: *Egredietur Diabolus ante pedes ejus.* Victa morte, & Diabolo Chriſtus ejus occupavit regnum, & principatum, qui erat univerſa terra, ac proinde ut victor, & Dominus, *ſtetit & menſus eſt terram.* Quod totum paucis nobis proponit Paulus Coloſſenſ. 2 n. 15. *Expolians*, ait, *prin-*
Coloſſ. 2. *cipatus, & poteſtates traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo.*

93. Hinc cum de aperiendo libro agitur Chriſtus decantatur victor; *Vicit leo de Tribu Juda* quia Chriſtus ut Leo fortiſſimus vicit, & ſuperavit
Chriſtus victor in omni genere. omnem principatum, poteſtatem ac difficultatem. Unde juxta mentem D. Bernard. Senenſis
D. Bernard. t. 3. in Quadrag. ſerm 47. Chriſtus dicitur victor abſolutè, quia in omni ordine ac genere victor ac triumphator extitit.

94. Tertiò, D. Epiphan. in Phyſiol. ait, *Catulus*
D. Epiphan. *Leonis Iuda.* Quod in Juda adumbrantur omnes homines, & inde dicitur catulus Leonis, qui naſcitur mortuus, & cæcus; & tertia die à patre leone in illum ſpirante, vitam ſimul ac viſum
Chriſtus ſua reſurrectione nos vivificavit. recipit. Sic Chriſtus gentes peccato mortuas, & in fide cæcas vivificavit & illuminavit, tertia die cum Reſurrectione ſua, quando ipſe ſurrexit à mortuis. At hoc de Leone etiam non exiſtimatur verum; niſi ipſe pro mortuo dormientem intelligat Leonem.

95. Quartò idem D. Epiphan. cit. loc. Leo, ait, ſua
D. Epiphan. cauda veſtigia obtigit, ne à venatoribus capia-
Chriſtus à noſtra cognitione abſconditus. tur, hinc Chriſtus dicitur Leo, quia miſſus à Patre, qui ſic ſuam Divinitatem cooperuit, dum ſeſe exinanivit deſcendens in Mariæ uterum, ut ejus Divinitas maneret occulta omnibus creaturis. Et ita ait Divus Thomas. *Chriſtus Leo*
S. Thom. *fuit in Incarnatione, qui & Deitatem humanitate operuit, ſicut cauda leo veſtigia, ne Diabo-*
Iſai. 45. *lus, vel Iudæi divinitatem agnoſcerent.* Iſaiæ 45 numero 25. *Verè Tu es Deus abſconditus.*

96. Quintò Chriſtus dicitur Leo ob regiam dignitatem: Leo rex eſt animalium omnium: ſic Chriſtus Rex eſt mundi, & princeps fidelium ac omnium Sanctorum: cum hac tamen ſuprema dignitate conſervavit ſummam humilitatem, pro qua egregiè facit, quia in citata Prophetia ait Iacob: *Catulus leonis Iuda accubuiſti ſicut leo.* *Chriſtus cũ ſua ſuprema poteſtate conjunxit ſummam humilitatem.* Cajet. Ioan. 13.
Cajet. ait quod juxta Hebræum habetur. *genuflexit, ſicut leo.* Cur inter prima elogia Iudæ decantatur, quod genuflectat, quia Chriſtus cum ſua altiſſima dignitate, profundiſſimam etiam humilitatem declaravit, cum genuflexo ſuorum diſcipulorum pedes lavit, ſicut verus leo generoſitatem ſuam in humilitate præmonſtrans.

97. Sextò Leo ſic dictus eſt ob vigiliam, nam leo ut natus eſt, mox oculos aperit, & Chriſtus ſtatim à conceptione oculos apertos habuit ad videndum Deum, viſione beatifica, & in Deo omnia futura. Septimo, Leo apertis oculis dormit; hinc leo ſymbolũ eſt vigilantiæ, ſic & Chriſtus, in mortis ſomno apertum habuit oculum tam divinitatis ſuæ, quã ſuæ animæ per viſionẽ beatificam ac ſcientiam infuſam, ut inſpiceret quæ circa ſuos erant ac etiã videret eos, qui in limbo detinebantur, ut inde ſuos captivos extraheret. *Chriſtus ſemper vigilans in ſuos.*

98. Octavò, Leo ſuo rugitu feras omnes exterret; hinc ait D. Hilar. in Pſal. 132. *Leo terrori eſt feris omnibus; & hic ſolus per confidentiam, & ſecuritatem dormit intrepidus, terror omnium vigilans eſt.* Hinc dicitur Chriſtus Leo, qui multo terrore affecit Diabolum, & ejus miniſtros in Reſurrectione: ex quo conjice quanto terrore afficiet, cùm evigilaverit ad judicium, quis poterit ferre tonitrunũ vocis ejus? *Ite maledicti in ignẽ æternũ.* *Chriſtus multam vigilantiam habet in ſuos.*

99. Nonò, Leo hoc habet ingenium, quod debellet ſibi repugnantes, & ſuis pedibus proſtratis nullum inferat damnum; hinc & Chriſtus leo nuncupatur, ipſe enim ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam, & benignitatem. *Chriſtus ſuperbos conterit, humilibus condonat.* Th. Angelic.
1. Petr. 7. Thomas Angelicus, *Chriſtus Leo*, ait, *in retributione æquitatis, hæc eſt enim leonis natura, quod humilianti ſe, & proſternenti ad pedes ſuos mitem ſe præbeat, ſtantem verò, & rebellantem proſternat, ſi ut facit Dominus.*

100. Decimò, Chriſtus Dominus dicitur Leo ob generoſitatem, maximè cum animo vitia peccatorum objurgavit, & reprendit, ut ab eo Concionatores diſcant qualiter in ſuo miniſterio ſe debeant habere, non tanquam timidi, ſed ut generoſi leones. D. Bern. Senenſ. in præſenti: *Fuit Chriſtus leo in prædicatione; quia audacter, & viriliter reprehendebat malorum vitia, & peccata.* Matth. 23. *Væ vobis Scribæ & Phariſæi.* Oſe. 11. n. 10. *Quaſi Leo rugiet, quia ipſe rugiet, & formidabunt filii magis.* Id eſt iniquitatis. *Chriſtus exemplar Concionatorum, ut reprehendant.* Matth 23. Oſe. 11.

101. Undecimò Non ſolùm dicitur Chriſtus leo, ſed etiam de Tribu Juda, radix David, ut denotaretur, quod verus homo erat, & ideò per crucem vicit ac triumphavit, & quia filius Juda erat, & verus homo, ideò pati & mori potuit. Rupertus, *Quia tali dictione rem, vel cauſam oratione tetigiſſet, unde leo ſit, & unde vincere potuit Chriſtus, namque unde de Tribu Iuda eſt, & ex ſemine David, non inde eſt, neque inde mortem vicit, aut reſurgere potuit, ſed inde homo eſt, & inde tanqnam Agnus mori, vel occidi potuit.* *Chriſtus ut homo mortuus eſt.* Rupert.

102. Duodecimò, Flenti Ioanni dicitur: *Vicit Leo de Tribu Iuda aperire librum.* Meritò addubitat M. Bacca tomo 2. in Evangelia lib. 7. cap 3. §. 2. Baeca,

quid

Quid habet leo cum libro? Antea in tota Apocalypſi non memoratur leo,ſed modo cùm aperiendus ſit liber. Antea dicitur Alpha & Omega principium & finis,filius hominis,qui habet romphæam acutam,& alia hujuſmodi: at cùm de apertione libri agitur,leo appellatur;aptius leo proponitur ad prædam quam ad librum. Per leonem denotatur ſumma efficacia Chriſti magiſterii,non enim partui,ſed linguæ debent leunculi, ut tradit D. Epiphanius in Phyſiol. quod perfectam parentis ſpeciem induant,nam leunculi naſcuntur tanquam quid informe,parentum linguâ perfectam leonis,formam obtinent: ſic homines,qui à natura infecta belluinis, brutíſque moribus deformes parturiuntur, Chriſti magiſterio & doctrinæ debemus, quod regiam naturam hominum induamus: Et aptiſſimè leonem refert Magiſter noſter Chriſtus,qui doctrinæ ſuæ beneficio informes, & belluinos ſuos catellos transfigurat in homines regios ac Dei Sacerdotes;ex quo cuncti magnum habemus documentum,quod debeamus non parentibus,ſed magiſtris,quorum diligentia reddimur viri perfecti ac juſti conſummati in omni doctrina, & ſanctitate.

D. Epiphan. *Chriſti magiſterio debemus, quod ex feraci natura reddamur filii juſtitiæ.*

103. Aperto cœlo oſtenditur Petro linteum quoddam,*in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cœli.* Et vox facta eſt ad Petrum,dicens:*Surge,occide,& manduca.* Actor. 10.n.13. Sed quomodo Principi Apoſtolorum parantur in cibum quadrupedia, & ſerpentia terræ, quæ ſunt ferocia ac indomita animalia veneno plena? quo pacto ipſe manducabit, quod eſt valde peſtiferum, & noxium naturæ? Petrus conſtitutus erat à Deo totius Eccleſiæ Paſtor,& Magiſter. Dicitur ergo ei,*Occide, & manduca*: beneficio nempe tui oris, ac gladio tuæ linguæ interfice eorum venenum, nequitiam ac malitiam, ut ita jam non ſint quod erant, ſed tuorum verborum efficaciâ ſic mundentur ac reformentur, ut jam tibi apti ac proportionari fiant in ſuave alimentum ac dulce pabulum, ut tibi ac toti Eccleſiæ inſerviant. Eleganter Divus Auguſtinus in Pſal.73. *Quid eſt macta,& manduca? Occide quod ſunt,fac quod es.* Occide eorum malitiam,& fac eos tibi tuo magiſterio proportionatum, & ſimile alimentum; ut jam non ſint, quod erant.

Actor. 10. *Bonus Magiſter venenoſos mores mutat in ſuaves, & bonos.* D. Auguſt.

104. Rom. 8. Roman.8 n.26.ait Paulus: *Similiter autem & ſpiritus adjuvat infirmitatem noſtram,nam quid oremus, ſicut oportet, neſcimus; ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Communis quæſtio quomodo ipſe Spiritus, cùm ſit verus Deus, dicatur quod oret, & gemat;cùm enim ipſe ſit ſupremus Dominus,non orat, ſed nos ipſum oramus, ut nobis det, & concedat id,quod optamus.Aliqui apud Toletum & Cornelium citato loco,dixerunt quod locus ſit exponendus de proprio noſtro ſpiritu. qui ex alta ratione ductus,ad perfectam orationem nos inducit; tamen D. Auguſtinus cum communi ſententia de Spiritu Sancto tertia Trinitatis Perſona Textum interpretatur, & optima ratione,nam ipſe eſt omnium magiſter, & Doctor: *Ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia.* Joan. 14. n. 26. Et cùm ſit verus Magiſter efficaciâ ſuæ illuſtrationis ac doctrinæ noſtram infirmitatem mutat in fortitudinem; noſtram inſcientiam, in veram ſapientiam ac ſcientiam, ut nos faciat rectè orare ac gerere; quod tam admirabiliter & altè præſtat,ut in ſe dicatur habere, quod in nobis operatur D. Auguſtinus. *Non ergo, ait, Spiritus Sanctus in ſemetipſo apud ſemetipſum in illa Trinitate,in illa beatitudine,in illa æternitate ſubſtantiæ gemit,ſed in nobis gemit, quia gemere nos facit.* Nec parva res eſt,quod nos docet Spiritus Sanctus gemere,cùm ſit verus Magiſter noſtram imbecillitatem reformat,& mutat in veram loquelam.

Joan. 14. *Verus Magiſter deſtruit inſcientiam, & format veram ſapientiam.* D. Aug.

QUÆSTIO XIII.

Quare Leo decantatur victor ad aperiendum librum; & tamen de facto non Leo, ſed Agnus tanquam occiſus librum aperit?

Joannes videns librum obſignatum maximè deſiderabat ſcire myſteria in ipſo contenta; qua de cauſa in multas lachrymas perſolvitur, dixitque ei unus ex ſenioribus, quod ne fleret. *Vicit leo de Tribu Juda, aperire librum, & ſolvere ſeptem ſignacula ejus.* Et tamen Joannes expandens oculos videt in throno Agnum tanquam occiſum: *qui venit & accepit de dextera ſedentis in throno librum*, illumque aperuit.Mira res, leo auditur ac promittitur librum reſeraturus; & tamen de facto Agnus aperit. Numquid viſus,vel auditus fallitur? Auditur leonem librum aperturum, & tamen obtutus non leonem, ſed Agnum videt librum aperientem? Victoria decantatur leoni, *Vicit leo*; Attamen rem victoriæ ejúſque materiam,non Leo,ſed Agnus perſolvit,qui accepit de dextera ſedentis librum, ipſúmque aperuit, Ecce difficultas quæſtionis. 105. *Difficultas quæſtionis.*

Reſpondeo,Primò ad quæſtionem,quod bene decantatur,*Vicit leo de Tribu Iuda*;cùm tamen Agnus viſus ſit aperire librum,in quo myſteria noſtræ Redemptionis continebatur; quia in eo reſplenduit ac enituit virtus Chriſti ut Leonis, quod ipſe eſſet mortuus tanquam Agnus; ac proinde cùm ipſe ut Agnus eſſet mortuus, mortémque ſibi aſſumpſit, ſuámque fecit, inde ipſe virtutem leonis oſtendit, ac ut leo vicit,& triumphavit cum tertia die glorioſè devicta morte reſurrexit.Rupertus Abbas. *Is, ait, qui per manſuetudinem,& patientiam in ſua paſſione Agnus erat,& ſicut Agnus coram tondente ſe obmuteſcens,non aperuit os ſuum: ipſe conſummata eadem paſſione,mox tanquam catulus leonis ad prædam aſcendens infernum ſpoliaverat,atque in ſepulchro requieſcens,& accumbens ut leo,quaſi leæna ipſam quoque mortem corporis,& in ſemetipſo, & in nobis tertio die magno rugitu, magnóque terræmotu contriverat.* Quia mortuus eſt tanquam Agnus,magno terræ motu ac rugitu tanquam leo, devicta morte tertia die reſurrexit ac librum, & aditum vitæ nobis aperuit. 106.

Rupertus. *Chriſtus mortuus ut Agnus, tanquam leo devicit ac reſurrexit.*

Secundò, Divus Bernardus ſermone primo de Paſchate: *Leonem, Ioannes audierat, & Agnum vidit; Agnus accepit librum, Agnus aperuit, & aperuit leo. Denique dignus eſt (ajunt ſeniores) Agnus, qui occiſus eſt accipere fortitudinem, non manſuetudinem amittere, ſed accipere fortitudinem,ut Agnus maneat,& leo fit.* Ioannes leonem victoriè audierat,& tamen Agnum vidit 107.

D. Bernard. *Manſuetudine omnium animos Chriſtus ſubjecit ac debellavit.*

librum aperientem. Tunc enim fuit leo fortis & ſimul ad vincendos,& devincendos animos, quando ut Agnus mitiſſimus apparuit, dum Agni manſuetudinem præ ſe tulit ac oſtentavit tunc validiſſimum robur,&incredibilem accepit& induit fortitudinem,qua univerſum mundum expugnavit ac ſubjecit. De hoc fortiſſimo Agno ait Habac. c.3. n. 4. *Cornua in manibus ejus,ibi abſcondita eſt fortitudo ejus.* Ad quæ verba ſic ait Drogo lib.de ſacra.Paſſionis: *Quæ autem fortitudo tua,niſi manſuetudo tua.* Manſuetudine Dominus omnia ad ſe traxit, & potentiſſimorum animorum ſubjecit ac devicit.

Habac. 3.
Drogo.

108. Tertiò, Joannes audit leonem victorem, & tamen in re victoriæ ac triumphi non vidit niſi Agnum occiſum. Leo ſimul & Agnus eſt Dominus, ut manſuetudo mites coronet ac exornet, & etiam rationabilis ejus ferocitas conterat inimicos ac indomitos refrænet,& coerceat, Pulchrè Richardus lib.2.in Apocal.c.3. *Leo per potentiam*, ait, *Agnus per manſuetudinem, Leo malos puniendo, Agnus bonos redimendo.* Utrumque Domini æque majeſtatem commendat, malos ſcilicet punire,& bonos teneritudine ac affabilitate fovere,& recreare. In medio fornacis apparet Deus ut innocentes pueros indemnes ſervet, Dan.3.nũ.92.&ſimul apparet lapis abſciſſus conterens ſtatuam; Dan.2.n.34 Deus dicitur lapis ille ſimul pueros ſervans ac ſtatuam evertẽs, æqualis majeſtatis laus eſt ſervare juſtos ac nocentiſſimos evertere. D. Irenæus, c.34. *Aliquando filius Dei viſus eſt,cum his, qui erant in camino,liberãs eos de igne; aliquãdo lapis abſciſſus ſine mãibus,& percutis tẽporalia regna.*

Magna principis gloria eſt malos punire, & innocentes fovere.
Richard.
Daniel. 2.
Daniel. 3.
D. Iren.

109. Quartò, Res valde mira: leo decantatur victor, *vicit Leo*: at Agnus apparet in throno. *Et ecce in medio throni,& quatuor animalium,& in medio ſeniorum Agnum ſtantem.* Leo cernitur in pugna ac campo, *vicit Leo.* At Agnus ſe exhibet in throno: non vice verſa res ſe habet. Agnus in campo, leo in throno. O præclarum cunctis Regibus documentum, ut in bello ſe habeant tanquã feroces leones ad prædam? At in throno, & regali majeſtate, ſic mites humiles ac blandi, tanquam Agni; non verò è contra Agni in bello,& rigidi ac fortes leones in throno. Richardus Victor. *Redemptor*, ait, *eſt leo per potentiam majeſtatis: Agnus per manſuetudinem; leo fortitudine. Agnus pietate, leo in promiſſione,ut ſpes infirma ſe roboret: Agnus exhibitione,ne pavida conſcientia formidaret, quem videlicet Agnum vidit in medio throni.* In throno non terret torvitate ſupercilii leonina, ſed agnina allicit manſuetudine; at in campo non ut in bellis Agnus dejicitur,ſed ut leo fortiſſimus roboratur. De lucta Jacobi cum Angelo ait Oſeas,c.12.num.3. *In fortitudine ſua directus eſt cum Angelo,& invaluit ad Angelum, & confortatus eſt, flevit,& rogavit eum.* Res mira, ſi vicit,quomodo rogat? ſimul eodem tempore victor& rogator eſt,fortitudine eminet in lucta, precibus ac ſubjectione in palma ac victoria, ut in faſtigio ſe exhibeat humilem,in certamine fortem. D. Hil.5.de Trinit. *Hanc*, ait, *cujus benedictionem rogas, complexu tuo validior elidis: aliud enim, quam agis, ſentis.*

Rex ſit fortis in bello, mitis in throno.
Richard.
Oſeas. 12.
D. Hilar.

110. Quintò,vivum leonem ac victorem contemplatur Ioannes,&tamen Agnum occiſum aſpicit, librum aperientem,& negotium victoriæ agentem, cur ergo in re victoriæ ac triumphi non leo exultans, ſed Agnus occiſus cernitur? ut inde fiat manifeſtum, quod nulla victoria, nullúſque triumphus Dei venit,niſi per bellũ, & mortem carnis ejúſque affectibus inflictam; alienum enim eſt à vero,quod ejus intendat vitæ perfectionem,cum amore Dei,& carni,ejuſquæ cupiditatibus ſe totum tradat; ab his longè abeſt qui Dei amicitiam cum perfectione quærit. Paul.Oroſ lib.de libero arbitrio. *Agnus Dei*, ait, *Filius Dei,ut accipiat librum de manu Patris, profert ſtigmata Paſſionis,non indicans perpetratam niſi in morte, & reſurrectione victoriam, & an maritus meus venire ſibi poſſe perfectionẽ vitæ immaculatæ manducanti, hibenti, dormientique confirmat.* Unde Paul. dicebat ad Galat.2.n.20. *Crucifixus ſum cruci,vivo autem jam non ego,ſed vivit in me Chriſtus.* Ex quo ait D.Cyrill.Alexandrin. *Mundanæ namque converſationis mors Evangelica vita origo ac fundamentum eſt.*

Tunc quis verè perfectionem ac religionem tenet, cum bellum carni & ſanguini indicit.
Oroſ.
Gal. 2.
Cyr. Alex.

111. Sextò,Leo faſtu & applauſu victor ac triunphator omniã more publicatur;&tamẽ Agnus tanquam occiſus librum reſerat: Leo & Agnus eſt Chriſtus D. cur ergo ipſemet ut leo triumphis ac exuviis hoſtilibus coronatur, Agnus verò non triumphis reſplẽdet, ſed inflictis vulneribus tanquam occiſus cernitur? Quænam hujus rei ratio? ſanè ad noſtram eruditionem aptiſſima, nam idem leo & Agnus,ut inde deprehendas,quomodo potẽtia ſe tueatur,inopia verò maximè calamitati ſubjecit; dum leo palma, & corona illæſus triumphat; dum Agnus verò inflictis plagis laceratus patitur, & tanquam mortuus jacet. Richard.de S.Vict.p.2.in Apoc l.2 c.3. *Magna eſt differentia*; ait, *inter leonem& Agnum: Leo eſt magnus; Agnus eſt parvus.* Leo cum oſtentet potentiam, nullam ſuſtinet plagam; at Agnus parvus, & humilis plagis ſubjicitur, & doloribus ac morte affligitur. Erat homo ſpiritu immundo in monumento, neq; catenis jam quiſquam poterat eum ligare. Marc. 5.n.2. At Petrus tenebatur in carcere; *Inter duos milites vinctus catenis duabus.* Act.12. n.6. Ille immundus,& nequitia plenus à nullo ligari poterat? Petrus verò purus & mundus, in quo tot dona gratiæ perfulgebant, vinctus habetur: ille multam potentiam oſtentabat,tanquam princeps hujus mundi; Petrus verò ut pauper modeſtus,& humilis attendebatur: inde in fortem, & potentem nullus audet manum mittere, maximè verò in eum pauperem, modeſtum, & humilem.

Potens ſua potentia ſe tuetur, humilis ſua humilitate dejicitur.
Richard.
Marc. 5.
Actor. 12.

112. Septimò, Victoria decantatur Chriſto D. ut leoni: *Vicit Leo.* Et tamen aperiens librum apparet potius ut Agnus, quàm Leo. Aperienti libro orationes ac petitiones ſanctorum erant offerendæ, *habentes phialas aureas, quæ ſunt orationes ſanctorum.* Ne ergo aliquis obſecrans accedere formidaret,ſed ut magnam ſpem ac fiduciam concipiat; ideò ut Agnum occiſum ſe oſtentat, habentem oculos ſeptem,ut petentiũ neceſſitates videat;& cornua ſeptem ad omnia iſtius acceſſus impedimenta removenda, & ut magis facilis ſit acceſſus, non ſe præbet ſedentem,ſed ut ſtantem,quod notavit Ansbert. lib. 3 in Apocal. *Sedere enim regnantis & judicantis eſt: ſtare autem conſolantis & adjuvantis.*

Chriſtus valde promptus ad noſtras preces ſuſcipiendas.
Ansbert.

113. Octavò, Agnus in præſenti oſtenditur librum aperiens qui antea leo dicebatur triumphaturus in libri reſeratione, etſi de facto Agnus tanquam occiſus librum reſerat; cur

promitti

Patientia triumphat de omni fortitudine ac poteſtate.

promittitur leo aperturus? Magno dictamine ſanè hoc eſt dictum, ut inde ſiat evidens, quàm ad triumphos ac victorias conducat agnina manſuetudo, & patientia; ab agni patientia provenit leonina fortitudo, quæ omni victoria de hoſtibus glorioſa reſplendet. Rupert. l.4. in Apoc. *Qui agnus eſt*, ait, *innocenter moriendo, Leo quoque factus eſt mente fortiter evincendo.*

Rupert.

114. Cœlum & terram ac elementorum fortitudines, Moyſes & Aaron ad convincendum Pharaonem convocaverunt, novem horribilium plagarum machinas in tyrannum contorſerant, & nihilominus tyrannus perſiſtebat ut populum captivum retineret. Quid tunc Deus ordinavit? ait Moyſi; *Tollat unuſquiſque Agnum per familias, & domos ſuas, &c.* Exod. 12. n. 3. Cujus ſanguine ſuper luminaria oſtium tingenda erant; quod facto ſic immutatum eſt cor Pharaonis, ut nocte illa dimitteret populum cum omni ſua ſubſtantia; *& urgebant Ægyptii populum exire de terra velociter.* Ibid. n. 33. Res ſanè mira, triumphum, quem non reportavêrunt manus Moyſis armatæ ferocitate leonina ſanguinis; grandinis, fulminis ac multarū aliarum plagarum, eum reportavit unus Agnus ſanguine fuſo, & ſic ſanè contigit, ut id quod una fortitudo leonina non obtinet, una agnina patientia tenet, & aſſequitur. Plus triumphat de hoſtibus unus agnuſculus omnia patientia ſuſtinens, quàm mundani tyranni fortitudine ſuarum machinarum Rupertus lib. 2. in Joannem. *Per immolationem*, ait, *Agni Pharao quondam ſuperatus eſt, & Iſraëlitarum ſervitus ſoluta eſt, quod per manum Moyſi & Aaron, plagis immiſſis perfici non poterat; ſic per Paſſionem Chriſti, princeps tenebrarum Diabolus victus eſt.*

Exod. 12.

Patientia omnia vincit & ſubjicit.

Rupert.

115. Matth. 10. Ait Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis: *Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio luporum.* Matth. 10. n. 16. Et cur oves ad lupos mittuntur? An ut vorentur ac perdantur à lupis? Abſit, ſed ut lupos vincant, ſubjiciant, ac de eis triumphent. Sicut enim proprium eſt ovium à lupis pati, ſic ipſa ovina patientia certiſſima victoria eſt de lupis. D. Chryſoſtom. homil. 34 in Matth. *Erubeſcant, igitur*, ait, *qui contra facientes quaſi lupi adverſarios proſequuntur, cùm videant innumeros lupos ab ovibus vinci, pauciſſimis. Et certè quouſque ſumus oves facilè hoſtes vincimus: cum verò in naturam luporum tranſimus, tunc ſuperamus; tunc enim nullum nobis à Paſtore patrocinium adeſt, qui non lupos, ſed oves paſcit.*

D. Chryſ. *Mitis patientia de omnibus triumphat.*

QUÆSTIO XIV.

Quare cum de aperiendo libro agitur, Chriſtus Dominus dicitur Radix David?

116. Iſai. 11. TOta difficultas eſt, quomodo Chriſtus Dominus dicitur Radix Davidis ſicut Iſai. 11. n. 10. *In illa die radix Jeſſe, qui ſtat in ſignum populorum ipſum gentes deprecabuntur.* Quomodo ergo Chriſtus Dominus radix David eſſe potuit, qui ex Davide tanquam ex radice traxit originem, ex quo videtur Davidem potiùs radicem Chriſti, quàm Chriſtum radicem Davidis appellari debuiſſe. Unde dicitur citato c. 11. Iſai. n. 1. *Egredietur virga de radice Jeſſe.* Hoc eſt Meſſias Chriſtus Dominus ex Jeſſe, ſive Iſai. patre Davidis tanquam ex radice orietur. Quomodo ergo Chriſtus hic dicitur radix David, eſt tota quæſtio.

Difficultas quæſtionis.

117. Andræas; Rupert. Primò, Reſpondent Andræas & Rupertus, & aſtruunt quod Chriſtus dicitur Radix David quoad Divinitatem, nam licèt ſecundùm humanitatem, & qua homo, natus ſit ex ſemine David, tamen qua Deus, creator ac auctor eſt David. Secundò, Aretas, & Ansbertus aſſerunt, quod ſecundum humanitatem, David fuit ſemen, & origo ex qua natus eſt Chriſtus, qui eſt quaſi radix germinans omnes fideles, omnem gratiam, & gloriam. Quod ſic explicat Thomas Anglicus; Chriſtus dicitur Radix David, *quia multò antequam naſceretur in terris, ut præviſus, miniſtrabat gloriam, & cætera dona Patribus antiquis, ſicut radix humorem, & nutrimentum miniſtrat trunco ac ramis.*

Th. Angl.

118. Alb. Magn. Tertiò Albertus Magnus ait quod Chriſtus D. dicitur Radix David; nam ſicut radix à terra habet humorem vitæ, non propagatione ac ſemine; ſed quia ab ipſa recipit materiam; ſic Chriſtus D. licèt è Davide ſit ſecūdùm carnem, non tamen carnali propagatione ac virili ſemine, ſed quia ab eo habet acceptā naturam humanam, licet mirabili ac extraordinario modo.

119. Ribeira, Alcazar, Cornel. Quartò, Ribeira, Alcazar, & Cornelius inquiunt quod Chriſtus D. quamvis videatur ut ramus ac ſtirps procedens ex familia Davidis, tamen dicitur Radix David, quia ipſa familia Davidis jam penè ſucciſa extincta humi depreſſa, & in radice tantùm ſub terra, quaſi deliteſcens, tunc Chriſtus ſubpullulans, & ex ea prognatus hanc regiam David familiam, ejúſque regnum non temporale, ſed ſpirituale reſtituit, imò longè amplius, & glorioſius, quàm fuerat ſub Davide, effecit. Unde dicitur Iſai. 53. n. 1. *Aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti.* Virgultū, & terra ſitiens oſtendunt ſummam rerum temporalium pauperratem, & inopiam; Aſcenſus tamen coram Deo indicat ſummam gratiam ac ſpirituales opes.

Iſai. 53.

120. *Vera ſententia.* Duo hîc maximè ſunt explicanda; primò cur Chriſtus dicitur radix David. Secundò, quare peculiariter hoc loco dicitur radix? Dico ergo, quod ſi Chriſtus ſumatur præcisè prout eſt ſtirps ac ſoboles David, ſic non eſt radix, ſed ramus; ſi verò conſideretur qua Davidis filius, in quo ejus ſoboles, proſapia ac regnum, ei promiſſum, ut in æternum duraturum, fuit reparandum, ſic Chriſtus eſt radix David, qua ex Davide ſecundùm carnem exiſtens pullulavit David ſobolem novam à Deo promiſſam illuſtriſſimo ac ſpirituali modo, ut ei dictum eſt Pſal. 88. n. 38. *Et ſedes ejus ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum.* Luc. 1. n. 32. Dixit Angelus, *Dabit illi Dominus Deus ſedem Patris ejus.* Proíndéque radix hæc prior eſt aliquid David, majus quid in ſe habet, & majus quid producit, quàm per ſe potuit producere David. Radix ergo David novæ ejus proſapiæ, novique regni in æternum duraturi.

Radix nova generationis ac regni. Pſalm. 88. Luc. 1.

121. Hoc novum regnum, & hanc novam generationem protulit hæc radix David, dum tanquam Leo de Tribu Juda, Diabolū principem tenebrarum harum vincit; & de ipſo triumphavit. Additur, *Radix David aperire librum.*

Ut radix Davidis nova proſapia aperit librū.

Nam in magno hoc libro multa continebantur, quæ ſpectabant ad regnum, & novam generationem David, ideo Chriſtus ut radix David novæ proſapiæ, ſuo quaſi jure, aperire debet librum non utique ſibi, quia qua Deus, unà cum Patre & Spiritu ſancto illum ſcripſit, & condidit, & quà homo, omnia jam legerat à principio ſuæ conceptionis: aperit ergo nobis, dum nobis communicat ſuam illuſtrationem, & aperit ſenſum ut aperuit Apoſtolis, ut Scripturas intelligamus.

122. Hæc dixi ſecundùm ſenſum litteralem, moraliter dicam etiam, quomodo Chriſtus dicitur radix: radix intimè adhæret terræ, & ſub terra deliteſcit, itaut quid terreſtre cenſeatur, quomodo ergo Chriſtus, qui non ut Adam de terra terreſtris, ſed de cœlo cœleſtis nuncupatur; Radix dum ſepulta jacet, vincit viriditate foliorum, aſpectu florum, & tandem ubertate copioſa fructuum: Sepultus erat Chriſtus, & veluti minimus infrà omnes, ſed radicis jacentis inſtar prævalebat, ferebat folia, fructus, & flores, præter ſpem, & humanam opinionem, virebat in ipſo, & per ipſum florebat, & efficiebatur reſurrectio mortuorum quos ut elevaret, ac exaltaret, voluit deprimi ac jacere tanquam radix in ſepulchro. Sanctus Ambroſius libro de Inſtit. Virg. c. 21. *Chriſtus primus, & noviſſimus*, ait, *primus quia per ipſum omnia; noviſſimus quia per ipſum reſurrectio; deſcendit enim, & projecit ſe, ut caderet infra omnes ſe faciens, ut omnes jacentes relevaret.*

Chriſtus ſepultus, & infra omnes, elevat.

D. Ambroſ.

123. Ad quod ſpectat eleganter D. Gaudent. ſermone 10. ubi de Chriſto ſepulto, ſic ait: *impleto ſexto die omni opere Paſſionis, die ſeptimo, id eſt die ſabbati requievit ſepultus; ſed quoniã Dei operoſa quies eſt, ipſa in omnes otioſa eſſe non potuit, nam corpore in ſepulchro depoſito, divinitas cum anima hominis ad inferna deſcendens vocavit de locis ſuis animas ſanctorum.* Sepelitur Chriſtus & tanquam vera radix in terra abſconditur, nunquid in ea latuit otioſus? minimè, ſed tunc maximum & copioſum fructum produxit educens animas ſanctorum ex inferiori loco, & producens eas in cœleſtem patriam ac æternam felicitatem.

Gaudent.

A Chriſto ſepulto prodit ſalus, & vita.

124. Pulchrè ad hunc ſenſum explicat D. Epiph. verba illa Pſal. 23. num. 7. *Attollite portas Principes veſtras*, ac ſi à ſepulto Domino poteſtatibus infernorum dictum ſit quod portas attollant, & comminuant; ſed ad quid? *Introibit Rex gloriæ.* Sed ut Rex gloriæ ingrediatur, neceſſe eſt ut portæ infernorum aperiantur ac auferantur; clauſis portis optimè ipſe poterat introire: ſicut & clauſis januis ingreſſus eſt ad diſcipulos. Ad quid ergo dicitur, tollite portas? Optimè ſanè; quia à Domino ſepulto, & in terra abſcondito portæ mortis ac condemnationis ſunt ablatæ, deſtructæ ac comminutæ; & aditus ad vitam ac ſalutem eſt apertus & oſtenſus. Nam ab eo ſic in terra abſcondito vita prodiit, & mors eſt deſtructa. D. Epiphan. *Non quaſi Dominus*, ait, *qui hic præſto eſt clauſis januis, ſi vellet ingredi, non queat, verum, quia nobis fugitivis ſervis æternarum portarum ſublationem, comminutionem imperare mavult, quàm per ſe ipſum eas aperire.* Nota quod Dominus ſepultus ad portas inferi potiùs vult comminutionem imperare, quam eas aperire; quia omninò, ab eo ablatæ, & deſtructæ ſunt.

D. Epiphan.

A Domino ſepulto deſtruitur mors.

Joan. 21.

Epiphan.

Apoc. 4. n. 6. Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio ſeniorum, Agnum ſtantem tanquam occiſum habentem cornua, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem Spiritus Dei, miſſi in omnem terram.

VERSIONES.

Syrus. Et vidi in medio illorum ſeniorum, Agnum ſtantem tanquam mactatum

Corn. ex Gr. Agnum ſtantem tanquam jugulatum, vel immotum

Aliqui. Codices Græci. Quæ ſunt iri in medio Presbyterorum.

D. Cyprian. Miſſi per orbem terrarum.

EXPOSITIO VI.

Et vidi. Prius utique non viderat: nam ſi prius vidiſſet, ſine dubio dixiſſet ſupra, cum totum hunc conſenſum deſcribit; nam cùm cætera ibi commemoraſſet, etiam de Agno faceret mentionem; hæc autem viſio eſt typica, & tunc res videntur, cùm ſignificantur. *Et ecce in medio throni, & quatuor animalium.* Non quod Agnus eſſet in ſella ſedentis, ſed inter ipſum, & animalia, nam ſtatim verſ. 7. dicitur. *Et venit, & accepit de dextera ſedentis in throno librum.* Ergo non erat in ſella ſedentis. 125.

Agnum ſtantem, ſcilicet Chriſtum Dominum, qui antea ob fortitudinem dictus eſt Leo; nunc verò ob manſuetudinem ac immolationem. *Agnum ſtantem tanquam occiſum.* Benè dicitur tanquam occiſus, non planè occiſus, quia jam revixerat qui enim occiſus eſt, non ſtat, ſed jacet; ideò ait, ſtantem tanquam qui antea occiſus eſſet; quaſi dicat aliquando occiſum, nunc autem vivum. 126.

Habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem; & ſtatim ſe explicat, *qui ſunt ſeptem ſpiritus miſſi in omnem terram.* Septem ergo cornua, & ſeptem oculi ſunt ſeptem primarii Angeli, de quibus Joannes egit cap. 1. verſ. 4. Et hi dicuntur cornua, quia ſunt fortiſſimi ad ventilandos ac deſtruendos Dæmones, ad tuendámque Eccleſiam, mirabiliáque perpetranda; & etiam oculi vocantur, quia ſunt vigilantiſſimi ad agnoſcendam ac explendam Dei voluntatem, ad hominúmque ſalutem procurandam. 127.

Quæstio XV.

Quare Chriſtus Dominus dicitur Agnus, & agitur de laudabili more Eccleſiæ exprimendi Dominum ſub forma Agni, & etiam de Agnis cereis.

128. IN medio throni, & quatuor animalium, ac ſeniorum apparet Agnus, de quo loco ait ipſemet Chriſtus Dominus, *ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Matth. 18. num. 20. & hunc locum potius elegit quam alium, ut indicaret ſe velut eſſe cor in medio Eccleſiæ, illi vitam præbens, & quia hic locus eſt eximii honoris apud omnes, qui ab omnibus Chriſto exhibendus eſt; & quia etiam ipſe non eſt perſonarum acceptor: Deinde etiam addere liceat; ideò Chriſtum in medio throni, & animalium, ac ſeniorum eſſe, ut manifeſtetur eſſe eorum firmamentum, eos ſuſtinens, ne commoveantur. Richardus Victorin. *Agnum videt Joannes*, ait, *in medio throni, & quatuor animalium & ſeniorum, quia Chriſtus eſt firmamentum, & ſuſtentamentum omnium electorum ſuorum, omnes ad eum velut in medio poſitum intendunt, & ab ipſo pariter, etſi non æqualiter dona gratiæ ſpiritualis accipiũt.*

Matth. 18.

Chriſtus ſuorum firmamentum. Richard.

129. Quæſtio principaliter inquirit, cur Chriſtus Dominus, qui paulò ante dictus eſt Leo. *Leo vicit de Tribu Juda*; nunc dicitur Agnus, Leo ob fortitudinem, Agnus ob manſuetudinẽ. Jer. 11, *Ego quaſi Agnus manſuetus, qui portatur ad victimam.* Et Iſai. 16. n. 1. *Emitte Agnum Domine dominatorem terræ.* Non dicit Leonem dominatorem, ſed Agnum, quia manſuetudo maximè inſervit ad dominandum. Dicitur etiam Agnus ob ſimplicitatem ac innocentiam, & quia Chriſtus venit ut immolaretur in reconciliationem generis humani, & quia Agnus maximè audit, & recognoſcit vocem matris, inde Chriſtus dicitur Agnus, quia vocem ſuæ ſacratiſſimæ Matris maximè exaudit, & ad preces ejus pro noſtra ſalute inclinatur. Quas rationes, & alias latè dedi tomo 1. in Evang. lib 3. cap. 5. quæſt. 2. num 5. 6. 7. & 8. ibi vide dicta.

Chriſtus cur ſub Agni figura repræſentatur. Jerem. 12. Iſai. 16.

Manſuetudo maximè inſervit ad dominationem.

130. Et eodem loco q 4. latè explicavi cur Joan. Baptiſta Chriſtum ſæpè appellat. *Agnum Dei.* Joan. 1. n. 28. & n. 35. Tamen à noſtro Evangeliſta frequentiſſimè Agnus tantum dicitur, ut hoc loco. *Vidi Agnum ſtantem*, & 6. n. 1. *Et vide quod aperuiſſet Agnus unum de ſeptem ſigillis*, & c. 14. n. 1. *Ecce Agnus ſtabat ſupra montem Sion.* In Apocalypſi apparebat Agnus in monte Sion, in throno ac majeſtate; at à Baptiſta oſtendebatur tollens peccata mundi, & ideò tunc appellatur Agnus; multo magis patefit ac declaratur Divinitas, dum hominum peccata abluit ac abſtergit, quam dum in throno ac ſede majeſtatis dominatur, & regnat: quæ latiùs vide citato loco, & alia huc ſpectantia.

Quare Chriſtus in Apocalypſi dicitur Agnus tantum; Præcurſor Agnus Dei.

De Agnis Cereis.

131. Chriſtum Dominum ſub Agni figura à Prophetis prædictum, à Joanne Baptiſta digito oſtenſum, à noſtro Joanne Evangeliſta in throno viſum, de quo ait S. Petrus Apoſtolus, nos eſſe redemptos *pretioſo ſanguine, quaſi Agni immaculati Chriſti*, in ſua Canonica, cap. 1. n. 19. Hinc ſemper fuit conſuetudo depingendi Chriſtum ſub Agni ſpecie, de quo ait 6. Synodus habita in Trullo. Can. 82. *Ut per ipſum*, ſcilicet Agnum, *verbi Dei humiliationem mente comprehendentes, ad memoriam quoque ejus in carne converſationis, ejúſque Paſſionis, & ſalutaris mortis ducamus, ejúſque quæ ex eo facta eſt mundi redemptionis.* Ex quo Eccleſia Latina Romana ſemper hunc uſum retinuit, licet Græci adverſarentur ob calumnias Iconoclaſtarum, qui dicebant Chriſtum ſolùm eſſe pingendum ſub figura humana.

1. Petr. 1.

Repræſentatio Chriſti ſub Agni figura multum utilis. 6. Synodus.

Ut ergo antiqua conſuetudo Eccleſiæ Romanæ, tot oraculis Prophetarum, ac teſtimonio Præcurſoris, & Apoſtolorum comprobata eſſet in uſu, ac Chriſtus ſub Agni figura in omnium eſſet memoria, & cum ex cera deſumpta à ſacris templis multa fierent miracula, ut conſtat ex quadam particula ceræ delata à templo S. Martini; quæ magnum oppreſſit incendium, ut ex D. Paulino refert Gregor. Taurinenſ. de miraculis S. Martini, & quia peculiariter cera accepta ex cereo Paſchali, ſacro chryſmate delibuta ac benedictione ſanctificata; Deus multa mirabilia operaretur, inde uſu Eccleſiæ conſuevit fieri quædam ceræ particulæ benedictæ à Summo Pontifice, in quibus eſſet impreſſa imago Agni: Chriſti typum præ ſe ferentis, quæ *Agnus Dei* dicuntur, quas recenter baptizati ferrent ad collum, nam ſuis infantibus Gentiles bullas quaſdam ad avertendas faſcinationes ſuſpenſas imponebãt, in quibus, ut teſtatur Macrobius, imago cordis erat impreſſa, ut ita ſcirent infantes ſe eſſe homines ſi corde præſtarent, ſuperſtitione in religionem mutata: ex ſacris ceris bullas confici conſuetudo Chriſtiana habuit, quas Agni Chriſtum præ ſe ferentis imagine inſignitas, geniti in Collo geſtarent ut ita Chriſti Agni imagine diſcerent ejus exemplo eſſe mites, humiles, ac puros corde. Ita Baronius tom. 1. Anno Chriſti 58. Petri 14. §. *At verò hæc.* 132.

Greg. Taur.

Origo Agnus Dei. Macrob.

Baronius.

133. Eum ergo morem in Eccleſia Romana antiquiſſimum laudat Gelaſius Papa jam ante mille annos, ut teſtatur Baronius ad annum 692. & inde Dominica in Albis, hoc eſt in octava Paſchæ intra civitatem Romanam dantur Agni cerei ab Archidiacono in Eccleſia poſt Miſſam, & communionem populi, ut teſtatur Vaſquez de Adoratione lib. 2. cap. 2. & à perſonis fide dignis accepi.

Conſuetudo Romana. Gelaſ. Papa.

Vaſquez.

134. De utilitate, quam fideles ex illis capere poſſunt teſtatur Durandus in Rationali Divinorũ officiorum lib. 6. c 79. & alii, qui dicunt Agnos cereos auctoritate Pontificia ſacros vim habere contra fulgura, fulmina, grandinem, incendia, & tempeſtates ventorum, vel imbrium, unde pro magnis reliquiis tres Agnus Dei miſit Urban. V. ad Gregorium Imperatorem, cum his verſibus, quos refert. Quaranta, verb. *Agnus Dei.*

Durand. *Quanta utilitas ex uſu Agnus Dei.*

Balſamus, & munda cera, cum Chryſmatis unda.
Conficiunt Agnum, quod munus do tibi magnum,
Fonte velut natum per myſtica ſanctificatum
Fulgura deſurſum pellit, & omne malignum

Peccatum frangit, ut Chriſti ſanguis, & angit.
Prægnans ſervatur ſimul & partus liberatur.
Munera defert dignis, virtutem deſtruit ignis.
Portatus munde de fluentibus eripit unda.
Morte repentina ſervat, Satanæque ruina.
Si quis honoret eum, retinet ſuper hoſte trophæum,
Parſque minor tantum, tota valet integra, quantùm.
Agnus Dei miſerere mei;
Qui crimina tollis, miſerere nobis.

Quæstio XVI.

Quare Joannes videt in throno Agnum ſtantem tanquam occiſum, cùm repugnans videatur, quod ſtet, & ſit occiſus.

135. *Cur Agnus ſtabat.* Gloſſa Richard. Videt Joannes in throno *Agnum ſtantem.* Stabat ipſe Agnus. Primò, ait Gloſſa, quia Chriſtus reſurrexit ad vitam perennem, & immortalem. Secundò, Richardus *ſtantem*, tanquam paratum ad perficiendum opus redemptionis à ſe inchoatum. Tertiò, *ſtantem*, ait Pannonius ad judicandum. (Pannon.) Quartò, *ſtantem*, ad ſuis opitulãdum, ait Ansbert. Hugo. (Ansbert. Hugo. D. Aug.) Quintò *ſtantem*, ait S. Auguſt. in quæſt. novi Teſtamenti q. 88. Chriſtus ſtat coram throno Dei quaſi advocatus noſter pro nobis interpellans, ut avertat iram, & indignationem Dei à nobis. In cujus rei figuram Moyſes ſtetit medius inter Deum, & populum in confractione, & avertit iram Dei à populo, ut dicitur Pſalm. 105. n. 23. (Pſalm. 105.) Et dixit *ut diſperderet eos ſi non Moyſes electus ejus ſtetiſſet in confractione in conſpectu ejus, ut averteret iram ejus, ne diſperderet eos.* Hic verus Moyſes, verúſque noſter mediator, in quo Pater ſibi complacuit, veruſque Dux populi noſtri ſtetit in confractione corporis ſui, ſeu ut clariùs dicam, vitæ ſuæ, quam pro nobis effudit. Unde dicitur tanquam occiſus, ſtans autem ut occiſus in confractione avertit ab univerſo populo iram Dei, & placavit Deum iratum, & nobis reconciliatum fecit.

136. Alcazar. Quare non audiendus eſt Alcazar, qui ait, ſtantem, id eſt jacentem, nam Agni occiſi jacere ſolent, non ſtare; tamen contrarium prorſus voluit dicere Joannes, & ſignificatio genuina verbi *ſtare* aliud ſuadet, & quamvis Agni materiales occiſi jaceant; hoc tamen eſt mirabile in noſtro Agno, quòd cùm habeat repræſentationẽ occiſi, ſtet, ut ſtatim hæc quæſt. explicabo.

137. *Circa corpus Chriſti fuerunt variæ hæreſes.* Quæſtio tamen principaliter inquirit, cur Joannes ait, quod viderit Agnum ſtantem tanquam occiſum, & non abſolutè occiſum? Nam hoc Joannis teſtimonio abuſi ſunt multi hæretici ad probandum Chriſtum Dominum non fuiſſe verè mortuum, ſiquidem à Joanne tanquam occiſus ſolùm videtur. Quæ hæreſis ex variis capitibus ortum habuit. Quidam dicebãt non habuiſſe verum corpus, ſed phantaſticum, & apparens, in quo errore fuerunt Manichæi, Priſcillianiſtæ. Alii ex eo quod credebant habuiſſe corpus cœleſte, atque impaſſibile, ut Valentinus, cui adhæſerunt Gnoſtici. Alii verò quia putaverunt habuiſſe corpus Divinum conſubſtantiale Divinitati, ut Apollinarius, qui omnes fuerint in tanto errore, & ignorantia, ut contra eos argumentatur Viegas hîc; quia neſcierunt quod ſæpè hæ particulæ, *tanquam*, *quaſi* in ſacris litteris non ſimilitudinem, ſed veritatem rei ſignificant; deinde illa particula *tanquam*, hîc ex intentione Joannis aliud indicat, ut ſtatim dicam. Ad quæſtionem.

Reſpondent primò Aretas, Ansbertus, Haymo, & alii ob breve tempus illius mortis, & celeritatem reſurrectionis; unde ait Joachimus Abbas; Agnum tanquam occiſum quia mors eum tenere non poterat, *& ideo mors non eſt dicenda, ſed quaſi mors, non veritas mortis, ſed tranſitus ex hoc mundo ad Patrem.* 138. (Aretas. Anbert. Haymo. Joachim.) Secundò, Ansbertus, quia licet Chriſtus regnet in cœlo vita perenni, dicitur tamen tanquam Agnus occiſus, quia quotidie in ſuis occiſus cernitur, dum per perſecutionem, aut mortificationem ſe ipſos Deo immolant. (Ansbert.) Sic ait ille: *Toties idem Agnus quaſi occiditur, quoties membra ejus, quæ nos ſumus, aut ſponte à præſentis vitæ deſideriis mortificant; aut à pravis hominibus perſecutiones tolerant; ut paſſiones capitis in ſua carne adimpleant.* (*Chriſtus patitur in ſuis membris.*) Tertiò, Andræas Cæſarienſis, Pannonius, Viegas, Cornelius dicunt, quod dicitur Agnus tanquam occiſus, quia retinebat ſuas cicatrices ac inſignia vulnerum ſuæ occiſionis. (Andr. Cæſ. Pannon. Viegas. Corne.)

Mea tamen ſententia eſt quod Agnus iſte in realitate vivus erat, nam dicitur ſtans, hoc eſt ſuis pedibus nitebatur, & venit & accepit de dextera ſedentis in throno librum, & illum aperuit, quæ omnia ſunt actiones viventis. 139. (*Vera ſententia.*) Et dicitur tanquam occiſus, repræſentatione nempe, ut denotaretur ratio formalis, ob quam Agnus erat in tanta gloria, throno nempe inter ſedentem in throno ac ſeniores, & quatuor animalia, & ſolus ipſe inventus eſt dignus aperire librum, quem nemo nec in cœlo, nec in terra potuit aperire, quia ipſe nempe occiſus eſt, (*Vivus realiter repræſentatione mortuus.*) *Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam.* Luc. 24. num. 26. (Luc. 61.) & Agnus ut occiſus inter quatuor animalia hoc eſt quatuor Evangeliſtas, quia omne Evangelium Chriſtum mortuum reſpicit, & quia ipſi à morte Chriſti illuminati ſunt, ut ait D. Auguſt. ſerm. 204. de tempore. (D. Aug.) *Mors Chriſti illuminatio noſtra.* Et erat inter viginti quatuor ſeniores, qui ſignificabant omnes ſanctos, qui omnes per mortem Chriſti adducti ſunt in gloria Hebr. 2. num. 10. (Hebr. 2.) *Decebat eum, propter quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eorum per paſſionẽ conſummare.*

140. Et antequam ab his diſcedam; nota, quod Agnus apparet in throno non purpura, ſceptro ac regali corona inſignitus, ſed ut occiſus; tunc enim thronus oſtenditur valde auguſtus: & magnificus, cùm Agnus pro ſuorum ſalute oſtenditur mortuus & occiſus, ac vitam effundens. Et pro majori rei confirmatione, nota, quod veluti quædam repugnãtia videtur latere in dictis Joannis, ait quod *vidi Agnum ſtantem, tanquam occiſum.* (*Chriſtus mortuus ſibi, vivus nobis.*) Nam ſi Agnus ſtabat, mortem non repræſentabat; nam ſtare viventis ac benè valentis eſt, & inde ſi occiſus, ſtare non poterat. Negat ergo occiſum, ſi ſtantem affirmat; aut ſtantem denegat, ſi occiſum dicit. O mirus amoris affectus! Agnus mortuus apparet ſibi

ſibi vivus,nobis mortuus,ut pro ſuorum ſalute vitam daret.Vivus verò ut ſuis in eorum laboribus,ac neceſſitatibus opitularetur : ac patronus adeſſet ; & inde ſtans erat in eorum auxilium.

141. *Chriſtus in Euchariſtia realiter vivus, repræſentatione mortuus.*

Myſticè tamen rem explicat Aureolus,& Lyranus de Euchariſtico Sacram. dicitur Agnus ſtans, quia Chriſtus reſurrexit ad immortalem vitam,Rom.6.n.9.*Chriſtus reſurgens ex mortuis mors illi ultra non dominabitur.* Cur ergo non dicitur abſolutè vivus,ſed tanquam occiſus?alludit hæc viſio ad Euchariſtiã, in qua Chriſtus repræſẽtatur ut Agnus occiſus.*Mortem Domini annunciabitis donec veniat.*Lyranus,*Tanquam*

Lyran.

occiſus, ait,*quia quotidie in Eccleſia immoratur, non ſecundùm carnem, quia reſurrexit ad vitam immortalem, ſed ſecundùm effectum,& repræſentationem, quia per oblationem Euchariſtiæ communicatur effectus ſuæ Paſſionis.Ipſa eſt enim ſimilitudo repræſentativa ipſius, ſicut imago Petri nominatur Petrus, eadem ratione Euchariſtia Agnus immolatus, & ad hoc deſignandum, non dicitur hic Agnus occiſus ſimpliciter, ſed tanquam occiſus.* Similiter Aureolus, & alii.

Aureolus. 142. Gregor.

De hoc divino Sacramento ait D.Gregorius Dialog.lib. 4. *In ſe ipſo immortaliter vivens pro nobis iterum in hoc myſterio ſacræ oblationis immolatur.*Cùm Chriſtus in ſe æternaliter vivat, in hoc Sacramẽto habet mortis repræſentationẽ.Ait Regius Vates Pſal.18.n.5.*In Sole poſuit tabernaculum ſuum.*D.Chryſoſt in Pſal.14.ait : *Tabernaculum dicitur corpus Chriſti*: Per Solem ſacram Euchariſtiam,ſeu ſpecies ſacramentales paſſim Recentiores intelligunt.Sed cur hoc divinum Euchariſticum ſacramentum continens in ſe corpus Chriſti dicitur Sol; quænam proportio inter utrumque eſt.Ait Eccleſiaſtes,1.n.

Pſalm. 18. D. Chryſ. Eccleſiaſt.

*Sol oritur, & occidit.*Sol non diverſo tempore, ſed eodem momento apud nos eſt in occaſu,ac umbra mortis, & ſimul in alio hæmiſpherio cum magno vitæ fulgore lucet & apparet, ſimulque conjungit mortis ſepulchrum cum vitæ ſplendore.D. Zeno ſerm.3 de Paſch.de Sole

Zeno. *Chriſtus in Euchariſtia etſi immortalis, repræſentatione mortuus.*

ſic ait. *Idem ſibi ſucceſſor,idemque deceſſor, longæva ſemper ætate novellus.* Cùm ergo Sol in umbra mortis ſit apud nos, & ſimul in vitæ ſplendore apud Antipodas, connectens mortis exitum cum vitæ exortu;inde Divinus Sponſus ſtigma ſui amoris declarans in ſacra Euchariſtia indicat occaſum & ortum ; occaſum mortis repræſentatione; ortum verò in perenni & immortali vita, quæ ſemper eſt veluti in ſuo ortu, nam veluti ſemper incipit, & nunquam finitur ac terminatur.

Quæstio XVII.

Quare Agnus cornua ſeptem, & ſeptem oculos, nec plures, nec pauciores habebat?

143. Alcazar.

HÆc cornua conſiderat Alcazar in modum coronæ, quæ caput undique ambiebant, eodémque modo ſeptem oculos, totidem cornibus ſupponit æquali intervallo diſtributos,& ad quid tot cornua in Agno mortuo apparent? Quia omnem vim ſuam ac fortitudinem præcipuè in morte & cruce exercuit ac oſtendit,ut cecinit Habacuc. 3. num.4. *Cornua in manibus ejus ibi abſcondita eſt fortitudo ejus.* Qui locus ad cornua crucis communiter pertinet, in qua Chriſtus oſtendens ſuam virtutem, Dæmones ac adverſarios ſuperavit.Euſebius libro 6.præparat.Evang.cap.15.*Cornua in manibus ejus, regni ejus inſignia ſignificat, quibus cornibus inviſibilibus adverſantes poteſtates repellens, & victas obtinens abegit.* Quid ergo cornua ſignificent inquirit quæſtio.

Habac. 3. *Chriſtus in morte oſtendit ſuam fortitudinem.* Euſebius.

144. Viegas.

Primò,in ſeptem cornibus, ait Viegas,eminentia poteſtatis, in ſeptem oculis multiplex, per ſeptem Spiritus Sancti dona, illuminatio, & providentia, qua Eccleſiam adminiſtrat, accipienda eſt. Numerus namque ſeptenarius univerſitatis,ac perfectionis ſymbolum eſt, & ideò in hoc ſeptenario numero perpetuitas durationis deſignatur, quia omne tempus per numerum ſeptenarium denotatur, ait D. Bernardinus in præſenti.

D. Bernard.

145. D. Paſchaſ. Anſbertus Beda. Rupert.

Secundò.D. Paſchaſius lib.1.in Matthæum, Anſbertus Beda,Rupertus,&alii,ad ſeptem dona Spiritus Sãcti referunt hæc ſeptem cornua, & etiam ſeptem oculos,quæ dicuntur oculi ob gratiam,& vim illuminandi,quam habent; dicuntur verò cornua ob excellentiam fortitudini, & potentiæ quam continent, & certè hæc duo elegantia Spiritus Sancti ſymbola ſunt,per quæ commendatur excellentia illius donorum.

146. D. Ambroſ. Joachim. Dionyſ. Emendatus.

Tertiò,Ambroſius,non multum aptè per ſeptem cornua accipit ſeptem mundi ætates ab Adam uſque ad finem mundi ſive ſanctos qui in illis floruerunt,& florebunt.Quartò,& etiam non multum aptè Joachimus intelligit ſeptem Angelos Eccleſiarum, de quibus ſuprà dictum eſt capite 2.& 3.Quintò; Dionyſius verò vult intelligi omnia regna, & imperia mundi, quæ ſunt in manu ac poteſtate Chriſti.Sextò, Henricus Harphius Emendatus,lib.1.ſuæ Theologiæ, capite 14. Per ſeptem cornua intelligit ſeptem virtutes contra ſeptem peccata,ſcilicet humilitas contra ſuperbiam; paupertas contra avaritiam ; patientia contra iram, fortitudo contra acediam, &c.

147. Alcazar.

Septimò, Alcazar perſiſtit in ſua ſententia de ſeptem dotibus Divinæ providentiæ, ac ſi ſenſus ſit, Deus Pater communicavit Chriſto homini has ſuas ſeptem dotes, eumque conſtituit totius mundi Monarcham,& univerſalem Rectorem ; tamen cùm Joannes explicet ſeptem oculos, ſeptem cornua, eſſe ſeptem Spiritus miſſos in omnem terram; hi ſeptem Spiritus non benè adaptantur ſeptem dotibus. His ſententiis omiſſis ut minus probabilioribus, duæ ſuperſunt, quæ mihi ſatis probabiles ac veræ videntur.

148. *Septem Eccleſiæ Sacramenta.*

Prima ſententia,& mihi multùm probabilis, ſeptem cornua; ac ſeptem oculos refert ad ſeptem Eccleſiæ ſacramenta;nam hîc oſtenditur Agnus, ut ſummè potens ac rector,& gubernator totius Eccleſiæ : ſeptem cornua ſunt ſeptem ſacramenta;regnum Agni conſtat,viget, munitur,ac corroboratur,adverſarios ſuos ventilat,ac diſpergit, hiſque ejus Spiritus datur ac propagatur.Baptiſmo fundatur; chriſmate firmatur ; pœnitentiâ adminiſtratur, & ſanatur ; Euchariſtiâ nutritur, & adoleſcit; matrimonio propagatur;Ordine gubernatur; Extrema Un-

ctione

ctione roboratur. Et frequenter regni firmamentum, ac ſtabilimentum in Scriptura per cornu ſignificatur initiaturus Dominus regnū Iſraëliticum in Davide dixit Samuëli. *Imple cornu tuum oleo & veni, ut mittam te ad Iſai Bethlehemitem; providi in filiis ejus mihi Regem.* 1. Reg. 16. n. 1. *Sumpſitque Sadoc Sacerdos cornu olei de tabernaculo, & unxit Salomonem.* 3. Reg. 1. n. 39. Et hic dicuntur Spiritus miſſi in omnem terram: *In omnem terram exivit ſonus eorum.* Ac proinde virtus ſacramentorum Divini Spiritus; dicuntur etiam ſacramenta oculi, quia his providit Chriſtus ſuæ Eccleſiæ ſecundùm omnem ſtatum, conditionem ac neceſſitatem, & ideò ſeptem tantum ſunt ſacramenta nec plura, nec pauciora; quia ſeptem tantùm ſunt neceſſaria ad convenientem Eccleſiæ militantis ſtatum ac ſalutem animarum, ut docent Theologi cum Divo Thoma 3. p. q 65. art. 1.

1. Reg. 16.
3. Reg. 1.

149. Communis tamen ſententia, quæ etiam mihi placet, & tradunt Ribeira, Pereira, Cornelius, Tyrinus, & M. Celada in Judith c. 13. v. 11. n. 116. qui omnes per ſeptem cornua, & ſeptem oculos interpretantur ſeptem Spiritus, ut ipſe Joannes ſtatim ſe explicat, ſcilicet ſeptem primarios Angelos totius Eccleſiæ, ac mundi præſides, de quibus agitur c. 1. n. 4. & c. 4. n. 5 Hi appellantur cornua utpote fortiſſimi, ac validiſſimi ad profligandos noſtros adverſarios dæmones, ad tuendam Eccleſiam, & ad tutelam juſtorum, ac impiorum vindictam. Vocantur etiam oculi, quia valdè vigilantiſſimi ac perſpicaciſſimi ſunt ad Dei voluntatem agnoſcendam & implendam, ad Eccleſiæ, ac omnium bonum ſolicitandum.

Ribeira, Pereira. Cornelius. Tyrinus. Celada.

150. Antequam ad alia progrediamur; nunc liceat exclamare, ô infinita Dei bonitas, quam facilè accedere poſſumus ad Principem noſtrum, qui eſt mitiſſimus Agnus, qui ſtans tanquam occiſus expectat noſtra poſtulata! & quàm ſecuri eſſe debemus de ejus potentia, qui habet cornua ſeptem ad noſtrum tutamen! & quàm ſecuri de ejus ſapientia ac providentia; qui habet oculos ſeptem nec ſolùm ipſe habet, ſed habet quoque in adminiſtris ſuis Spiritibus, quos perpetuò mittit in omnem terrā, ut nos cuſtodiant, tueātur ac defendant! Unuſquiſque noſtrum duobus manibus ſe tuetur; noſter verò princeps ſeptem cornibus, ſeptē nempe ſpiritibus nos protegit, ac pro nobis pugnat; unuſquiſque noſtrū duobus oculis ſe cuſtodit, ac princeps noſter nos circumſpicit, ac cuſtodit ſeptem; qui ſunt ſeptē primates Spiritus miſſi in omnem terram.

Plus Deus vigilat, & tuetur homines quàm ipſi ſuper ſemetipſos.

151. Angeli ergo ſunt Spiritus miſſi in omnem terram; ut nos cuſtodiant, ac ſuper nos invigilent. In hoc ſenſu explicat D. Hilarius, quod David aures, & oculos Deo tribuat. Pſalm. 129. n. 2. *Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.* Et Pſalm. 36. n. 6. *Oculi Domini ſuper juſtos.* Deus immaterialis eſt, & merus Spiritus, nec habet aures, nec oculos; qui ergo ſunt iſti oculi? Sunt Angeli ſancti, qui ita ſunt veloces ad noſtra poſtulata audienda, ut nos tuentur, ut ſint veluti aures; & ita ſunt perſpicaces ſuper nos, ut veluti meri oculi videantur. Philo Hebræus libro de ſomniis. *Sunt quædam, ait, puriſſima, & optimæ omnium miniſtræ omnipotentis, tanquam magni Regis aures, & oculi, audientes, videntéſque omnia; quos Genios Philoſophi, Angelos vocant ſacra literæ, &c.*

S. Hilar. Pſal. 129.
Pſalm. 33.
Angeli dicuntur aures, & oculi Dei, pro noſtra ſalute.
Philo.

152. Poſt grande peccatum adorationis vituli conflati, ait Deus Moyſi, *loquere filiis Iſrael, populus duræ cervicis es, ſemel aſcendam in medio tui, & delebo te. Jam nunc depone ornatum tuum, ut ſciam quid faciam tibi.* Exod. 34. n. 5 Per ornatum legit Cajetan. ex Græco *arma.* Hugo Victorinus *primum tabernaculum* interpretatur. quinam eſt hic ornatus, quænam hæc arma, vel tabernaculum, quod Deus mandat Iſraëlitis deponere, ut eos deleat? D. Anſelmus Laudunenſis Angelorum cuſtodiam interpretatur, & ſic ait, *Depone ornatū tuum, &c. Manifeſtam Dei præſentiā quæ illi populo per Angelum apparebat, ornatum ejus intelligit. Ut ſciam, inquit, quid faciam tibi, id eſt ſcire faciam te quantum mali perpetraveris, quo Angelica viſitatione privaberis.* Ut Deus durè & acerbè valeat caſtigare populum ob idololatriæ grande peccatum, mandat ei deponere ornatum ſuum, arma ſua, tabernaculúmque ſuum, ſcilicet Angelorū cuſtodiam, qua ſe ob tantum ſcelus privaverat; quia ipſa Angelorū cuſtodia maximè in omni caſu ſe exornabat, ipſaque tanquam armis propugnabat adversùs hoſtes viſibiles & inviſibiles, & ipſa tanquam tabernaculo ſe protegebat in omni periculo, ac contrarietate.

Exod. 34. Cajet. Hug. Victor.
D. Anſelm.
Angelorum cuſtodia; noſtra arma, & protectio.

153. Dæmoniaco muto illo ſanato blaſphemâ linguâ obmurmurant Phariſæi, quos Chriſtus Dominus efficaciter refutat dicens; *Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum in pace ſunt omnia quæ poſſidet. Si autem fortior illo ſuperveniens vicerit eum univerſa arma ejus auferet, in quibus confidebat, & ſpolia ejus diſtribuet.* Luc. 11. n. 22. Principabatur Diabolus in toto mundo, venit Chriſtus ipſo fortior ac potentior, eum vicit ac ſuperavit, univerſáque arma ejus, ſcilicet miniſtros iniquos ac depravatos, ac falſos, & pernicioſos magiſtros errorum diſſeminatores anferet, & diſſipabit; *Et ſpolia ejus diſtribuet.* Spolia ea dicuntur, quæ antea erant ſub devicti poteſtate, ſpolia, peccatores nempe, quæ antea erant ſub Diaboli poteſtate, ab eo auferet Dominus ac diſtribuet, ut explicat Hugo per varios gradus dignitatis ſcilicet Pontifices, Prælatos, Doctores; ſeu per varios gradus gratiæ & gloriæ; ſed quónam medio ac miniſterio hæc adimplet Dominus? Explicat D. Baſil apud Catenam, ibi, *Diſtribuit ſpolia*, ait, *exhibens fideles cuſtodias Angelorum ad hominum ſalutem.* Per Angelorum cuſtodiam deſtruit Dominus arma Diaboli, ejúſque perverſam malitiam, ac iniquos miniſtros, noſque promovet ad omne bonum, deſtructis univerſis armis ſuis; in quibus confidebat.

Luc. 11.
Hugo. D. Baſilius.
Per miniſterium Angelorum arma, & ſpolia diaboli deſtruuntur.

Apoc. 5. *n.* 7. Et Venit, & accepit de dextera ſedentis in throno librum.

VERSIONES.

Syrus. Ut venit, & accepit librū de dextera ejus, qui ſedebat in throno.

Arabicus. Is veniens accepit.

S. Cyprian. Et accepit de dextera Dei ſedentis.

EXPOSI

EXPOSITIO VII.

154. ET venit, ſcilicet Agnus, qui apparebat ſtans tanquam occiſus; & venit ad thronum nempe Dei, in quo antea non erat: *Et accepit.* Cùm hic Agnus non ſit verus & realis, ſed ſymbolicus exhibens ſe Ioanni in viſione, accepit quidem librum non manibus, ſed pedibus, qui Agno vice manuum ſunt; & ſic frequenter vidimus animalia pedibus efficere ea, quæ nos manibus præſtamus: *De dextera ſedentis in throno*, ſcilicet Dei, prout communis eſt toti Trinitati; vel *de dextera ſedentis* nempe Patris: *Librum*, ut eum aperiret, & in eo legeret, ac nobis manifeſtaret, quæ circa ſtatum ſuæ Eccleſiæ, ac electos ſuos futura erant.

QUÆSTIO XVIII.

Quare Agnus accedens ad thronum Dei non de ſiniſtra ejus accipit gloriam, & divitias; ſed tantum de dextera librum mortis, & Paſſionis ſuæ?

155. *Verus Rex habet thronum, non ut ſedeat, ſed ut ſuos tueatur.* IN hac viſione vidit Joannes quod Agnus accederet ad thronum Dei ſedentis, & quod accepiſſet librum, illùmque aperuiſſet, ut quæ omnia non fiebant revera, nec re ipſa gerebantur, ſed tantum ſymbolicè in viſione, Angelus revelans Apocalypſim Ioanni. Hæc ſymbola in ejus phantaſia pingebat, ut ſibi videretur clarè intueri thronum, quatuor animalia, ſeniores, & Agnum accedentem, qui librum accepit; & ex meritis ſuis aperuit. Acceſſit Agnus ad thronum, non ut purpura ac coronâ fulgeret, ſed ut librum mortis & Paſſionis aperiret, eámque adimpleret. O Magne Rex & Princeps, qui venit ad thronum non ut ſedeat, ac ut purpura & corona reſplendeat, ſed ut pro ſuis vitam ac ſanguinem profundat?

156. *Qui moritur mundo ad Deum venit, & ab eo exaltatur.* Venit Agnus, *& accepit de dextera ſedentis.* Stabant in hoc conſenſu viginti quatuor ſeniores, quatuor animalia, & Agnus ſtans tanquam occiſus Cur ergo ſolus Agnus ſic ſupereminet, ut ipſe ſolus ad thronum accedat, librum accipiat, & aperiat? ſolus Agnus apparebat ut occiſus? *Vidi Agnum ſtantem tanquam occiſum* ut denotetur quod ille, qui mundo moritur ac occiditur, valeat ad Deum accedere, magnáque gloria ac victoria, ab eo ſublimari ac extolli Paul. Oroſ. Paul Oroſ. lib. de libero arbitr. *Agnus Dei*, ait, *filius Dei, ut accipiat librum, de manu Patris, profert ſtemmata Paſſionis, non judicans perpetratam niſi in morte, & reſurrectione victoriam.*

157. *Difficultas quæſtionis.* Quæſtio tota eſt, quare in præſenti Ioannes dicat quod Divinus Agnus, *venit & accepit de dextera ſedentis in throno librum.* Sedens in throno eſt Deus Pater, de quo Sapiens, Prov. 3. Prov. 3. n. 16. ait, *In ſiniſtra ejus divitiæ & gloria, &c.* de quo Moyſes Deuter. 33. n. 2. ſcribit, *In dextera* Deut. 33. *ejus ignea lex.* Tamen Divinus Agnus cum haberet in oculis, quid Pater in manu dextera, quod in ſiniſtra contineret, librum expetit, & librum excipit. Ad quæſtionem præclare reſpondet Rupertus lib. 4. in Apocal. Rupertus. *Cùm in dextera ſedentis ignea ſit lex, quæ eſt iſte liber, in ſiniſtra verò illius divitiæ & gloria, valde notandum eſt, quia veniens Chriſtus in hunc mundum, nihil divitiarum, aut gloriæ de ſiniſtra; ſed tantummodo librum, ſive igneam legem, accepit de dextera. Bonum exemplum cunctis præbens, & credentibus in ſe, nihil divitiarum, aut gloriæ voluit, aut quæſivit in hoc mundo, tantummodò meditari in lege Domini die ac nocte, tantummodò librum de dextera dignatus eſt accipere, intendens aperire illum, & ſolvere ſignacula ejus.* Quæ verba altiùs per varias conſiderationes ſunt examinanda.

158. *Chriſtus contemnit temporalia, & feſtinat ad ſpiritualia.* Primò, cur ergo cœleſtis Agnus nihil de ſiniſtra præſumpſit, ſed ſolùm librum de dextera accipit, cur non ad divitias & gloriam, quæ erant in ſiniſtra feſtinat, ſed tantum in librum legis? *Nihil divitiarum, aut gloriæ voluit, aut quæſivit in hoc mundo, tantum meditari in lege Domini.* Temporalia bona ſiniſtra manus continebat, inde ad ſola ſpiritualia dexteræ Agnus feſtinabat; temporalia contemnenda, & ſola ſpiritualia æſtimanda: pro qua re maximè facit metus ille Pharaonis; formidabat ille maximè ſibi, & regno ſui Ægypti à captivo populo Iſraëlita, & quid timebat? Ipſe explicat ſatrapis ſuis; Timeo ne populus ille in nos rebellet, *Expugnatiſque nobis egrediatur de terra.* Exod. 1. Exod. 1. numero 10. O præclarus timor à gente ſancta? Timebat Rex vafer poſt univerſi Ægypti expugnationẽ Iſraëlitarum ab Ægypto egreſſum, Rupertus. Ubi ut acutè, & pulchrè ait Rupertus, *Non addit expugnatis nobis egredietur de terra.* Unde talis cogitatio, qui terram, regnúmque aliquod expugnant, ibi figit tentoria, ibi ſedet, labores *Iuſtus quærit ſpiritualia, & contemnit temporalia.* manuum ſuarum manducaturus. Sic univerſi, qui regna expugnarunt, illis manſerunt laute regnantes. Cur ergo non timet Pharao, quod captivi & peregrini homines, expugnata terra Ægypti ibi incolæ, & domini facti maneant; Talis erat Dei populus, & tanta ſuperioris promiſſionis, ut de illo non poſſit ſuſpicari, quod remaneret inexpugnata terra, ſed mille bellis, mille periculis, largo ſanguine, terram deſpiceret, de illáque egrederetur, & in aliam ſuperiorem tranſiret.

159. *Potius ſit in mente obligatio officii; quàm majeſtas.* Secundò, ad citata Ruperti verba. Non ad divitias, & gloriam, quæ in ſiniſtra manu erant quas dignitatis majeſtas exoptabat, ſed ad præceptum, quod Redemptoris munus exquirebat, & in libro in dextera erat ſcriptum, pervolat Chriſtus, ut ita potius muneri ſibi commiſſo, quàm dignitatis celſitudini ſatisfaciat, Vide tomum 1. in Evang. lib. 1. cap. 1. quæſt. 8. num. 21. & cap. 2. q. 9. n. 24.

160. Rupert. *Scientia de libris Scripturæ placet Deo.* Tertiò, ait citatus Rupertus. *Veniens Chriſtus in hunc mundum, nihil divitiarum ac gloriæ de ſiniſtra, ſed tantummodò librum, ſive legem accepit de dextera.* Non ad divitias, ſed ad librum cœleſtis Agnus extendit manum; ut magnum nobis fieret documentum legum ſacrarum codices majoribus excolendis valde utiles eſſe. Sola enim ſacra volumina nos valent deducere in præſtantiorem, ac cœleſtem eruditionem. Nam Scriptura ſancta eſt quædam viva epiſtola Dei nos erudiens, & illuſtrans. Sic ait S. Gregorius D. Greg. libro 4. cap. 84. Epiſt. 40. *Quid enim Scriptura ſancta,*

D Chryſ. *ſancta*, ait, *niſi quædam epiſtola omnipotentis Dei ad creaturam ſuam.* Et Divus Chryſoſtomus homilia 2. in Geneſim ait. *Quaſi longè abſentibus litteras mittit conciliaturus ſibi naturam univerſam hominum.*

Scriptura epiſtola miſſa à Deo.

161 Ex quo maximè debemus verſari ac occupari in ſtudio ſacrarum literarum, in libriſque ſacris evolvendis, ac habendis præ manibus, ad quos nos pro noſtra eruditione Chriſtus Dominus ſuo exemplo exhortatur, Nam Lucæ 4. numero 16. *Traditus eſt illi liber Iſaiæ Prophetæ.* De ſacroque textus diſputat Dominus Magiſter, Matth. 12. numero 29. *Erratis neſcientes Scripturas.* Et de ſacris libris eſt illud, cap 21. numero 24. *Nunquam legiſtis in Scripturis*, & ſæpè alibi.

Luc 4. *Diſputatio de ſacris literis utiliſsima.* Matth 22.

162 Daniel. 1. De Daniele ac ſociis ſuis ait ſacer textus Daniel 2. numero 37. *Pueris dedit Deus ſcientiam & diſciplinam, in omni libro, & ſapientiam.* Et adhuc tamen Daniel Ieremiam tenebat manibus, & quæ inibi erant Dei oracula, meditabatur, rimabatur labore aſſiduo; ait ipſe cap. 9. numero 2. *Ego Daniel intellexi, in libris numerum annorum, de quo factus eſt ſermo ad Ieremiam.* Mirabitur ſanè quis, cur tantus Vates à Deo maximè illuminatus evolvat Codices ſcholæ propheticæ; ſi à ſupremo lumine tantóque erat illuſtratus, cur adhuc ſic prælegit Ieremiam Prophetam? Ut nobis ſit in exemplum & documentum, quod quamvis quis multum ſciat de ſacris literis, adhuc maximè eſt ei incumbendum in ſtudio, ut plus ſapiat, & penetret, cùm inextinguibile ſit lumen illius. Lyranus ibi. *Sed per hoc quod Daniel ſit perfectus ſtudebat libris Ieremiæ, oſtenditur quod Epiſcopus quantuncumque literatus, debet ſtudere libris ſacræ Scripturæ.*

Maximè ſtudendum in ſacris libris. Lyran

163 Pſalm. 136. Tam præclara eſt lectio ſacræ Scripturæ, ut ad ejus comparationem omnia prophana ſcripta evaneſcant, & diſpareant. Dicebat Pſalmographus 136. numero 9. *Abſorpti ſunt juxta petram judices eorum.* Quinam judices ſunt iſti, qui abſorbentur, & diſparent juxta petram? & quæ petra iſta, quæ ſic omnes antiquos judices peremit ac conſumpſit? Petra iſta Chriſtus eſt ad cujus intuitum, omnes judices, ſapientes nempe antiqui, ut Philoſophi, ac Rhetores cum omnibus ſuis dogmatibus, ac doctrinis contemnendi ſunt, omnium ſapientum placita abſorbentur; ſi ponantur juxta ea, quæ ex ore Dei ſacra Pagina. Docet Pulchrè divus Auguſtinus ibi. *Quid eſt, abſorpti ſunt juxta petram? Petra autem erat Chriſtus. Abſorpti ſunt juxta petram. Juxta, id eſt. comparati judices magni, potentes, docti. Iſti dicuntur judices eorum tanquam judicantes de moribus & ſententiam proferentes. Dixit hoc Ariſtoteles. Adjunge illum petræ, & abſorptus eſt. Dixit hoc Pythagoras, dixit hoc Plato. Adjunge illos petræ, compara auctoritati Evangelicæ. Ergo abſorpti juxta petram judices eorum.*

Omnis prophana doctrina comparata cum ſacra doctrina evaneſcit. D. Aug.

Quæstio XIX.

Quare non exprimitur, ſed tantùm ſupponitur, quod Divinus Agnus aperiens librum, illius doctrinam nos docuit & illuminavit?

164 Ammonius. Accepit Divinus agnus è dextera Dei ſedentis librum, ut explicat Ammonius in Catena Græca, quia Chriſtus Dominus in primo inſtanti ſuæ conceptionis à Patre accepit omnem cognitionem futurorum, ut ipſe dixit Ioan. 7. n. 16. *Mea doctrina non eſt mea, ſed ejus qui miſit me Patris.*

Ioan. 7.

165 Accepit Divinus Agnus librum, ſolvit ejus ſignacula, illúſque doctrinam nos docet, illáque nos illuminat; ut hìc omnes Interpretes advertunt; & maximè notandum, quod in hoc conſeſſu aderant ſeniores, & Chriſtus Dominus ſub juvenili ac puerili ſpecie; Agni nempe, & tamen nullus ex ſenioribus audet extendere manum ad librum, illúmque aperire, nulluſque ſe offert ad illius ſacramenta propalanda, ſed omnes prompto animo expectant, ut à juvenculo inſtruantur ac illuminentur: ut hoc magnum nobis ſit documentum, quod nullus etiam ſenili ætate confiſus audeat manum levare ad ea quæ non capit, ſed prompto ac ſubmiſſo animo ſit præparatus in magnis edoceri ab illo, qui potens ſit illa explanare, ſive puer ſive adoleſcens, ſive ſenex provectus ætate exiſtat, ut ex D. Ambr. tom. 4. in Evang. c. 1. q. 8. n. 44.

Nullus ætate confiſus ſe intromittat ad ea, quæ non capit.

166 Quæſtio tamen principaliter inquirit, cur Ioannes, ait quod cœleſtis Agnus aperuit librum, cur ultra non progreditur, ſed ſolùm ſiſtit in libri apertione? Cur non explicat, quod Agnus aperiens librum, illius ſacramenta agnoverit, contentáque in libro alios docuit, eáque aliis communicavit? Rectè tamen hoc ſupponitur, quia idem fuit, quod Agnus aperiret ſibi librum, ut talem cognitionem ut homo à Deo Patre acciperet, ac ut aliis communicaret; non enim ſatis eſt aliquid ſcire niſi & tuæ ſcientiæ alios participes facias. Hoc vult dicere Albertus Magnus in præſenti: *Accepit in quantum homo librum, id eſt Scripturam ad ſciendum, & aliis aperiendum.*

Non ſatis eſſe aliquid ſcire, niſi & aliis illud communices. Alb. Magn.

167 Matth. 24. De extremo die judicii ait Chriſtus D. Matth. 24. num. 36. *De die autem illa & hora nemo ſcit, neque Angeli cœlorum, niſi ſolus Pater.* Sed ut alii ut D. Marcus 13. num. 31. *Neque Angeli in cœlo, neque filius, niſi ſolus Pater.* Parens & manifeſtum eſt omnibus, quod Ieſus verus Dei filius, verúſque vivorum ac mortuorum judex, evidenter ſciat diem, horam ac articulum finalis diei, cur ergo modò dicitur, quod ſcientia talis diei neque ſit in Angelis, neque in filio, ut exprimit Divus Marcus, ſed quod ſolùm eam Pater teneat? Si filius optimè illum diem agnoſcit, qua conſequentia hujuſmodi ſcientia de eo negatur? Solus Pater ita illum diem ſcit ut illius ſcientiam filio dicat, & communicet; filius autè ſic illam accipit à Patre, ut nulli alteri eam communicet; & inde merito affirmatur, quod talis agnitio in eo non ſit, à quo in alios non derivatur

Marc. 13. *Scientia quæ non communicatur, nulla cenſetur.*

derivatur, nec eis communicatur. Ingenioſè
D. Auguſt. D. Auguſt. lib. 83. quæſt. ſic ait q. 60. cap. 4. *Bene accipitur*, ait, *quod dictum eſt ſolùm Patrem ſcire, ſecundùm prædictum modum ſciendi, quia facit filium ſcire, filius autem neſcire dicitur, quia non facit ſcire hominem.* Ubi ſcientia non effunditur in alios, non eſſe judicatur, & quantùm quis ſibi ſoli ſciverit, inde meritò putatur ignorare, cum ſapientia ex communicatione ſolùm cenſeatur, agnoſcatur, & veneretur.

168. Sapientia, quæ foras non prodit, ac egreditur, vix talis æſtimatur; ac quod ſit, vix cenſetur. Ait Eccleſiaſt. 41. n. 17. Sapientia enim abſcondita, & theſaurus inviſus: quæ utilitas in utriſque ac ſi dicat, nulla, ut explicant Lyran. Hugo, & alii. Theſaurus abſconditus nulli eſt utilis, ſic & ſapientia abſcondita, & in animo retenta nulli proficit, nec ad alicujus utilitatem inſervit. Ex quo eleganter Hildebertus Cœnomanenſis Epiſcopus admonet magiſtrum, ut ſapientiam ſuam evulget, ac manifeſtet Epiſt. 1. ſic ait. *Denique ſapientia abſcondita, & theſaurus inviſus, quæ utilitas in utriſque? Aurum melius diſperſum rutilat, quàm ſignatum. Nihil à vilibus tophis gemmæ differunt niſi in medium deducantur. Scientia quoque diſtributa ſuſcipit incrementum; & avarum dedignata poſſeſſorem, niſi publicetur, elabitur. Noli ergo claudere rivos doctrinæ tuæ, ſed juxta Salomonem*; Deriventur fontes tui foras, & aquas tuas in plateis divide. Proverb. 5. num. 6.

Eccl. 41. Lyran. Hugo. Sapientia quæ non communicatur inutilis. Hildebert. Proverb. 5.

Apoc. 5. v. 8. Et cùm aperuiſſet librum; quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram Agno; habentes ſinguli cytharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum.

VERSIONES.

Syrus. Et cùm accepiſſet librum, illa quatuor animalia, & illi viginti quatuor, habentes unuſquiſque ex illis cytharam, & phialas aureas, plenas ſuffituum, quæ ſunt preces Sanctorum.

D. Auguſt. Primaſius, D. Cyprian. Procidunt ſe coràm Agno, Proſtraverunt ſe ante Agnum, habentes aureas cytharas, & phialas aureas plenas odoramentis Sanctorum.

Arabic. Venerunt animalia, &c. plenas incenſo aromatico, quæ ſunt orationes Sanctorum.

Vatablus. Prædicationes Sanctorum

EXPOSITIO VIII.

Cum aperuiſſet librum. Liber iſte aperiri non potuit, niſi ſigillis reſeratis; illa autem non dicuntur reſerata, niſi inferius à cap. 6. quomodo ergo hîc dicitur librum aperuiſſe, multi dicunt hoc eſſe prolepſin, ſive per anticipationem dictum; ſed hoc non ſtat, nam hîc narratur, quod ſeniores dederint laudem Deo pro libro aperto. Alcazar ait librum ſæpius ab Agno fuiſſe apertum. Ferrarius ponit duas libri apertiones. Una eſt quantùm ad myſteria vitæ Agni, alia quantùm ad futura, ſed hic liber eſt Apocalypſis, qui totus agit de futuris eventibus. 169.

Alcazar. Ferrar.

Dicendum eſt enim cum Recentioribus, *cùm aperuiſſet*, non ſignificare actum conſummatum, ſed ſolùm inchoatum, nam ſenſim librum aperuit; cùm ergo cœpiſſet primum ſigillum aperire, quamvis ſi ſigillata adhuc non reſeraſſet tunc ſeniores prorumpunt in laudes ex primo ſigillo, ac ſi totum opus eſſet conſummatum, inferunt. Nam cùm viderunt ſeniores Agnum mittere manum ad librum, ſtatim librum apertum eſſe judicarunt, ſic unus ex eis dixit Joanni. *Vicit Leo de tribu Juda aperire librum.* Et pro hac re maximè facit, quia multi ex Græco pro *aperuiſſet* legunt *accepiſſet*. 170.

Quatuor animalia, &c. ceciderunt coram Agno. Agnoſcentes, & venerantes ejus poteſtatem, & excellentiam; & juſtè illi eſſe datam profitentes: *Habentes ſinguli*; tam ſcilicet ſeniores, quàm animalia, ut eſt probabile; de quo quæſt. 21. tenebant cytharas ſiniſtra, quas dextera pulſabant, quo ſymbolo adumbratur perpetuum Beatorum gaudium, & jubilæum, ac continua Dei laudatio uno conſono ore, ac animo. *Et phialas aureas*, Alludit ad illas, quæ erant in Salomonico altari thimiamatis, in quo olim perpetuus Deo ſuffitus offerebatur, & quæ in præſenti eſſent hæc odoramenta, ſtatim explicat, *quæ ſunt orationes Sanctorum.* De quo infrà. 171.

Quæstio XX.

Quare quatuor animalia, & ſeniores non antea, ſed poſt apertum librum adorant agnum?

Valde mirum eſt, quandiu liber erat clauſus, nec animalia, nec ſeniores cadunt coram Agno, ſed poſtquam liber eſt apertus, quia ex apertione ipſius libri, maximè magnitudo, præſtantia, & ſublimitas Agni, illiúſque amor, ac ſollicitudo in Eccleſiam declarata eſt, ex cognitione naſci ſolet affectus tam adorationis, quàm gratiarum actionis ac laudis. Bene ergo præmittitur Agnum aperuiſſe librum, & tunc ſecuram adorationem animalium, & ſeniorum ac magnificam doxologiam. 172.

Ex cognitione naſcitur affectus adorationis.

Secundò, ſumma veneratione recolunt animalia 173.

Quæ ex Dei voluntate eveniunt ſive proſpera ſive adverſa debemus venerari.

malia ac ſeniores, quod libri ſignacula ſolverit Agnus, & cur poſt libri aperturam dicuntur hi coram Agno cecidiſſe? liber iſte liber erat Apocalypſeos, ut ſuprà dixi q. 5. In quo multa erant Dei decreta circa futurum ſtatum Eccleſiæ. In quo continebantur multa proſpera ac adverſa, multæque felicitates ac adverſitates, & perſecutiones ipſius Eccleſiæ ac juſtorum; inde meritò animalia & ſeniores, cùm hic liber aperitur ab Agno; procidunt, quia omnia ſive proſpera, ſive adverſa, quæ ex Dei voluntate cognoſcimus obvenire, maximè, debemus venerari, & multa ſubmiſſione recolere cum gratiarum actione. Pannonius Cœlius. *Idem aperuit, & hoc decretum Dei, librum ſcilicet Apocalypſis, in cujus gratiam, & animalia ipſa, & ſeniores procidere; quia ſancti prædicatores, & omnes dignitates, poteſtatéſque, ſubinde gratias Deo, & Chriſto agere debent, orationúmque ſuaviſſima odoramenta offerre, quia Dei decreto quidquid Eccleſiæ eveniat, fieri nerint, cui imprimis cura eſt de ipſa Eccleſia.*

Pannon.

174. Tertiò quid eſt, quod ſeniores habentes cytharas in manibus cadunt Agnum adorantes Quomodo-nam pulſare poſſunt inſtrumentum muſicum facie verſus terram inclinata? Per cytharæ pulſationem carnis mortificatio, ac tolerantia Paſſionis denotatur; meritò ergo tunc coram Agno cadunt, humiliter confitentes eorum tolerantiam, ac Paſſionem ex adjutorio Agni proveniſſe, cui omnia ſua referunt ac tribuunt, Ambroſ. Ansbertus. *Quid eſt animalia,* ait, *& ſeniores cum cytharis ante Agnum, niſi quiquid membra patiuntur pro capite per humilem, ac piam confeſſionem capiti tribuere, ſine quo nihil poſſunt membra perficere.*

Omnia, quæ meritoriè patimur à Chriſto venerari.

Ansbertus.

175. Quartò, ſi omnes vehementiſſimè exoptabant librum aperiri, cur libro aperto curioſitate non moventur ad legenda ſcripta in libro, ſed ſtatim omnes cadunt coram Agno? In libro juxta multorum ſententiam quæſt. 2. ſupra ſcripta erat redemptio generis humani, unde merito ſe proſternunt coram Agno tanquam confitentes ſe Chriſto ſoli ſuam juſtificationem, ac redemptionem debere Richard. de S. Victor. *Cognito redemptionis humanæ Sacramento ceciderunt coram Agno, humiliando ſe, illum exaltando, per ipſum ſe juſtificari humiliter agnoſcentes, ipſumque eſſe ſolum per quem cœleſte bonum tribuitur tali ſigno confitentes.*

Debemus confiteri nos per Chriſtum redemptos.

Richard.

176. Quintò, ſeniores ſedebant in conſiſtorio ſuper ſedilia ſua: ac cùm liber apertus eſt in quo myſterium noſtræ redemptionis continebatur, quo modo Chriſtus paſſus, & crucifixus eſt, ſtatim quatuor animalia, omnes nempe Prædicatores ac Doctores, & viginti quatuor ſeniores, omnes nempe ſancti tam novi, quàm veteris teſtamenti ſurgunt, & procidunt ante Agnum, ad pedes ejus mittentes coronas ſuas. Et cur non procident; cum in libro appareat Chriſtus, mortuus, & crucifixus; quis enim non procumbet, ac humiliabitur, & à ſe omnem dignitatem deponet, videns Chriſtum pro nobis paſſum, & mortuum. D. Thomas. *Procidunt coram Agno tanquam occiſo dicit, quia ex conſideratione Agni pro nobis paſſi, oritur affectio humilitatis.*

Ex conſideratione Chriſti paſſi & crucifixi quilibet humilietur.

D. Thom.

177. Sextò, quid eſt quod viginti quatuor ſeniores, cum ſedentes ſtarent ſuper ſedilia ſua, cum tamen liber aperitur, in quo mors, & Paſſio Chriſti manifeſtabatur, ſtatim *ceciderunt coram Agno* Arabicus. *Proſtraverunt ſe ſe.* Quid eſt quod quando cœleſtes cives Deo adſtant, reverentes ipſius majeſtatem erecto pectore ac cultu, ſubmiſſo tamen animo ſe habent? At vero cum accedunt ad Agnum tanquam occiſum Chriſtum ſcilicet mortuum, & paſſum repræſentantem: tunc non ſtant, ſed ſe ſe proſternunt cadentes in facies ſuas; ut dicitur hoc capite verſ. 14. Primaſius. *Proſternũt ſe ſe ante Agnum in quo paſſio Chriſti figuratur.* Tam altum, & ſupremum eſt myſterium mortis, ac paſſionis Chriſti quod ſeniores eum adorant Deum, ejuſque ſupremam Divinitatem recolunt. Stant erecto pectore; tanquam illam imminentem celſitudinem contemplantes; at verò cum vident librum apertum mortis Chriſti, Agnumque occiſum Chriſtum ſcilicet paſſum ſe converunt, magnitudine tanti myſterii ſic obſtupeſcunt ac admirantur, ut in eum non valeant aſpicere, nec magnitudinem tanti Sacramenti ſuſtinere ſed corruentes ſe ſe proſternunt, in facies cadunt: vel quia ibi exprimebatur Chriſtus in Sacramento altaris, in quo eſt repræſentatione mortuus, & tantum Sacramentum venerantes, plus reverentiæ ei ibi exhibent quàm ipſimet in cœleſti palatio inter majeſtatis thronos regnanti.

Arabicus.

Primaſius.

Ad præſentiam Chriſti paſſi obſtupeſcunt cœleſtes ſpiritus

Chriſtus in Euchariſtia ſummè venerandus.

Septimò: *Ceciderunt coram Agno, habentes ſinguli cytharas, phialas aureas plenas odoramentorum; & cantabant Canticum novum dicentes* Senes multa amoris ſigna oſtendunt, magnoſque ſpargunt odores, & nova componunt carmina, ac dulciter modulantur; unde tam vehementis amoris flammas ebibunt, quas tantis jubilis, tantis Canticis, tantiſque odoramentis, ac muſicis inſtrumentis manifeſtare compelluntur? Nota illud. *Ceciderunt coram Agno.* Et ubi ad pedes ſe ſe Agni dimittunt, neceſſe erat, ut in immenſum divini amoris incendium excreſceret; pabulum divini amoris humilitas eſt, ipſa enim eſt materia, in quia incenditur flamma divini amoris. D. Ambroſ. in præſenti. *Quantum ſe per humilitatem dejiciunt, tanto amplius in amore ejus exardeſcunt, quia humilitas, quæ fit in conſpectu Dei; nutrit amorem Dei.* 178.

Humilitas Dei amorem nutrit, & excreſcere facit.

D. Ambr.

At Iſaias. 62. num. *Propter Sion non tacebo, & propter Jeruſalem non quieſcam, donec egrediatur ut ſplendor juſtus ejus, & ſalvator ejus ut lampas accendatur.* Maximè exoptat Propheta fieri in mundo illud magnum opus prædeſtinatum ante ſæcula promiſſum ab origine mundi, ab ipſiuſque ejus exordio vehementiſſimè deſideratum. in quo filius Dei veniens in mundum noſtra carne ſuſcepta. *Semetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens: & habitu inventus ut homo,* Ex Philipp. 2. n. 7. De hac ergo ſuprema exinanitione, ac abjectione, qua humiliavit ſemetipſũ factus obediens uſque ad mortem. Loquens Iſaias ait. *Salvator ut lampas accendatur.* Ex ipſa exinanitione, ac abjectione tanquam ex cineribus, ac aptiſſima materia, ardens flamma amoris increvit, & magnum augmentum ſuſcepit, ut tanquam lampas, ac lucerna accenſa reſplendeſceret, ac inardeſceret. Idem ergo fuit, quod Dominus ſe exinaniret, & demitteret ac quod charitas ſalvatoris; ut lampas accendere 179.

Iſai. 62.

Philip. 2.

Charitatis pabulum humilitas.

accenderetur; ſuiſque magnam flammam emitteret; & quanto ſynagoga humiliatione crucis voluit hanc flammam extinguere, tantò magis
D. Chryſol. creſcere, & augeri fecit. D. Chryſolog. ſerm. 164. *Synagoga occidit Chriſtum, ſi vel ſic amorem furibunda valeret extinguere, ſed ex morte totum reſurrexit in Eccleſiæ conjugium Chriſtus, ut probaret charitatem morte non ſuperari, ſed creſcere.*

180. Rom. 8. Extollens Paulus ſummam charitatem Æterni Parentis ait, Rom. 8. numero 32. *Proprio filio non pepercit, ſed pro nobis tradidit illum.* Tam alta fuit etiam Abrahami charitas, ut ſupremæ Dei Charitatis imitatrix exiſteret, ſed unde charitas iſtius ad tam altum culmen valuit evolare? Ipſe in conſpectu Dei ſic ſe humiliavit, ut uſque ad cineris favillas ſe dejiceret.
Geneſ. 18. Dixit Abrahamus Geneſ. 18. num. 27. *Loquar ad Dominum meum, cùm ſim pulvis & cinis.*
Ex humilitate charitas prodit, ac creſcit. Vir juſtus uſque ad cineres ſe dejecit, & ex ipſis cineribus tantam flammam charitatis excitavit, ut æterni luminis charitatem imitari
D. Laur. Juſt. videretur. Ad hoc tendit D. Laurent. Juſtinian de charitate cap. 3 ſic loquens: *Ignis in pulverem redigit illud, idem facit charitas, loquar ad Dominum meum, ait Abrahamus, cum ſim pulvis & cinis.* Ecce charitatis ignis neſcit creſcere & inardeſcere niſi ex humilitatis cineribus & abjectionibus.

Quæstio XXI.

Quare ſinguli dum cadunt ante Agnum habent cytharas? & quod per ipſas ſignificetur?

181. OMnes habent cytharas & phialas non ſolùm viginti quatuor ſeniores; ſed etiam animalia; nam licet particula *ſinguli* cùm ſit generis maſculini, videatur ſolùm referri ad ſeniores, tamen per analogen in genere maſculino, intelligitur etiam neutrum, ac proinde ad animalia etiam extenditur.

182. Rupert. *Poſt Agni Paſsionem magna illi ab omnibus adoratio.* Primò, notandum eſt ex Ruperto in præſenti quod antequam agnus librum aperuiſſet, id eſt antequam per Paſſionem ſuam adimpleſſet veritatem Scripturarum, præter paucos; hoc eſt præter tres Magos ab oriente venientes; & præter illum illuminatum à nativitate cæcum, ferè nullus invenitur procidendo adoraſſe Agnum; at poſtquam librum aperuit, id eſt, per mortem, & Paſſionem ſuam, obedientiam conſummavit, omne genu ante eum curvatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.
Philip. 2. Pſalm. 71. Philip. 2. Quod etiam prædixit Regius Vates Pſal. 71. n. 9. *Coram illo procident Æthyopes & inimici ejus terram lingent; id eſt, qui ante inimici erant in ſignum perfectæ adorationis terram ipſam lambent.* Sic citatus Rupertus.

183. Viegas. Secundò, notandum ex Viega; mirum ſanè fuit, ait, leonem, vitulum, & aquilam citharam pulſaſſe: quod ſummam Chriſti gratiam declarat, quæ ferocia ingenia, & ſuapte naturâ barbara, atque ad fidei diſciplinam parum idonea condocefecit atque erudivit, ut cum viginti quatuor ſenioribus poſſint cytharam in manu ſumere, Deique laudes decantare. Simile prodigium commemoratum habemus Iſai. 11. Iſai. 11.
n. 6. ubi puer parvulus, id eſt Meſſias inſtar Paſtoris recturus dicitur gregem quendam, ex Agnis, hœdis, vitulis, ovibus, lupis, pardis, leonibus, &c.

Ad quæſtionem reſpondeo primò & eſt genuina, litteralis interpretatio. Hæc magnifica ac ſublimis adoratio, ac laus fit cum cytharis, & phialis ad oſtendendam magnitudinem beneficii nobis facti per Agnum in apertione hujus libri; ad magnitudinem autem tantæ adorationis, laudis, & gratiarum actionis ſpectat, ut fiat non ſolùm corde & voce. Sed muſicis quoque inſtrumentis, & ſuffitibus, ſive odoramentis, quo etiam denotatur ingens jubilus, lætitia ac gaudium in adoratione ac laude Dei, ex quo edocta Eccleſia ſancta his Deo celebrat ſua ſolemnia. 184. *Magnifica & ſublimis adoratio.*

Quid ſimul in his ſenioribus ac animalibus 185.
ſignificent ſimul cytharæ & phialæ, dicam commodius quæſt. ſequenti; nunc de cytharis ac eorum myſtica ſignificatione nobis hîc peculiariter eſt ſermo. Primò Richard. de Sanct. Richard.
Victore. *Cytharæ, ait, quæ pulſibus manuum ſuaviter ſonant, apte opera bona figurant; quæ ſuis effectibus quaſi quibuſdam ſonis, proximos ad cœleſtem patriam excitant, & invitant.* Deum Chriſtum Agnum laudant, & adorant ob apertum librum ſignatum, cytharas pulſant. Et cur hujuſmodi inſtrumentis utuntur? Cytharæ manu ac digitis tanguntur, indéque bona opera deſignant, & ſimul ſuâ harmoniâ alios excitant & provocant; inde cum Deum laudant ſeniores ob tantum beneficium acceptum pulſant, verè enim tunc Deum laudamus, ac alios ad ejus gloriam provocamus, cum bonis operibus proximos ædificamus ac in oculis eorum præſtamus. *Tunc Deum laudamus cum bonis operibus proximos ædificamus.*

Secundò, cur ergo omnes ſeniores habent cytharas; cur aliis inſtrumentis non utuntur, quia in multarum vocum ac cythararum concentu innuitur admirabilis Beatorum charitas & concordia, nam ex illo concordi comunique conſenſu, maximè Chriſti gloria ac Dei Patris emicat ac ſplendeſcit, cùm omnes beati unanimi conſenſu ad Dei gloriam & honorem conveniant. Guill. Pariſ. lib. 2. de univerſ p. 2. Guill. Pariſ.
ſic ait. *Os cujuſcumque glorificati hominis erit, ſicut cythararum, chordarum innumerarum, & erit ſonoritas ex ore unjuſcujuſque glorificati concentus vocum, ſive ſonorum innumerabilium mira, & inexcogitabili nobis hîc ſuavitate ſibi invicem conſonantium.* Sic & ait Pannonius ſignifi- Pannon.
cari hîc ſpiritualem harmoniam ex variarum virtutum conſonantia reſultantem, per quam Sancti ſemper Deum laudant; ſenſus in corpore ait Cornelius, ſunt quaſi chordæ in cythara Cornel.
compoſiti; cytharœdus eſt mens ſapiens, quæ cum illis imperat, diſcernit animus quid abſonum, quid conſonum ſit. 186. *Summa Beatorum concordia, & conſonantia.*

Tertiò, Viegas, & alii per cytharas intelligunt 187.
Prædicationem verbi Dei, ipſoſque ejus præ- Viegas.
cones, qui ſe ſuáque verba dimittunt ac ſub mittunt ad pedes Agni ad quem omnia ſua dirigunt; de quibus myſticè loquitur Iſaias. 16. n. 11. *Venter meus ad Moab quaſi cythara ſonabit.* Iſai. 16. *Concionator inſtar cytharæ virtutibus reſonet.*

D. Hieron.

In quem locum rectè notavit D Hieronymus, concionatorem debere omni virtutum genere præfulgere, *Quomodo*, ait *cithara non emittit ſonum compoſitum, ſi vel una chorda rupta fuerit; ſic ſpiritualis venter Prophetæ, una in eo virtutum chorda defuerit, non poterit melos dulce reſonare.* Hinc Clemens Alexandrin. in exhortatione ad Gent. ait, Chriſtum fuiſſe novum quendam cytharœdum, qui nova concentus ſuavitate tam per ſe, quàm per ſuos concionatores omnia ad ſe traxit, velut de Orphæo Græci fabulantur.

Clem Alex.

188. Primaſ. Beda. Rupert. Ansbert. Hugo.

Quartò, Primaſius, Beda, Rupertus, Ansbertus, Hugo Cardinalis, & Gloſſa ordinaria, qui per hujuſmodi cytharas carnis mortificationem intelligunt ſeniores, ut Agni ſtipatores & aſſeclæ, crucem, inſigne ejus geſtant, ejuſque Paſſionis, & mortificationem tenent. In cythara enim lignum & chorda, per lignum deſignatur crux Chriſti, per chordas caro juſtorum, ſecundùm diverſa membra ut fiant plures chordæ quæ extenduntur in ligno, quando ad imitationem crucis auſteritate paſſionum Chriſto configuramur. Ad Galatas 5. num. 24. *Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis ſuis.* Secundò, quia ut ait D. Gregor. lib. 3. Moral, cap. 3. *Chorda cithara ſi minus tenditur, ſonat; ſi amplius raucum ſonat.* Sic & mortificatio non benè ſonat apud Deum, ſi remiſſa, vel nimia ſit: debet ergo eſſe recta ratione, quæ eſt cytharœdus, gubernata. Unde ait D. Auguſt. in illud Pſalm. 42. num. 4. *Confitebor tibi in cythara Deus. Sicut autem ex inferiori parte ſonat cythara, ita mortificatio inferioris animæ vires, & carnem domando perſonare eas facit & Deum laudare.* Tertiò, ut notavit Ansbertus, ſicut in cythara aliæ chordæ fortiùs, aliæ leniùs tenduntur; etſi diſſimiliter extenſæ non diſſimilem concentum efficiunt; ſic diverſa Chriſti membra quamvis majorem, vel minorem ſuſtineant mortificationem, unam tamen concordem Dei laudem reſonant. Quartò, quomodo per cytharam, quæ lætum ac jucundum ſonum efficit, denotatur mortificatio ac pœnitentia: quia hæc ut rectè notavit Richardus tract. 1. de exterminatione mali cap. 3, non fit cum amaritudine, ſed cum lætitia ac gaudio. Quintò, ut notat Thomas Anglicus non ſolùm dicitur, quod habeant cytharas, ſed addito termino; *ſinguli.* Et cum magno myſterio exprimuntur ſinguli, quia unuſquiſque debet ſua propria mortificatione, ac pœnitentia Deum laudare ac glorificare.

Mortificatio tenenda.

Galat. 5. *Pœnitentia ne ſit nimia, vel remiſſa.*

D. Greg.

Pſalm. 41.

Ansbert.

Richard. *Mortificatio ſit cum lætitia & gaudio.*

Thom. Ang. *Propitia pœnitentia Deũ laudat.*

189. *Mortificatio præcedit in hac vita ad gloriam.*

Quintò, valde mirum, quod omnes habet cytharas, cur etiam, aliqui ex eis non tenent organum; vel lyram, ſed omnes cytharas pulſant: Inter omnia muſica inſtrumenta cythara, penna tangitur ac ſonat, qui ergo in Dei gloria ac beatitudine vult jubilo ac lætitia jucundari ac exultari, neceſſe eſt ut prius manus plenas habeat pœnarum ac preſſurarum, ut inde repleatur anima ejus torrente divinæ voluptatis.

190. Ansbert.

Sextò, Ansbertus. In cithara etiam accipi poteſt crux Chriſti, & ipſe Chriſtus in ea extenſus, qui ſæpiùs ſacris literis Dei cythara dicitur. *Exurge Pſalterium & cythara.* Pſal. 56. n. 9. & Pſalm. 107 n. 3. In cruce ergo Chriſtus ſuam cytharam pulſans à genere humano abegit Dæmonem, ſicut à Saule David, Imò & ſemper præſentanea ſit hæc cythara ad abigendos à cordibus noſtris dæmones. Ad ſimilitudinem Chriſti cytharæ Deo gratiſſimi fuerunt Martyres maximè in eculeo extenſi. Similitudine Chriſti paſſi Agnum tamquam occiſum adorant, & celebrant ſeniores; nil gratiùs divino Agno nulla ei major celebritas, quàm dum Paſſionis ipſius imitationem habeamus.

Pſalm. 56. Pſalm. 57.

Chriſtus crucifixus ac crux ejus cytharâ ad abigendos dæmones.

Septimò, omnes habent cytharas, & cur non potiùs aliqui ex eis organum, vel lyram; adorabant Agnum occiſum ob apertum librum, in quo ejus Paſſio & mors continebatur, & inde *cantabant canticum novum*; qui erat mortis & Paſſionis Chriſti, ut infrà dicam verſ. ſequenti, & inde omnes cantantes ac recolentes Paſſionem Chriſti habent cytharas, quia inter omnia inſtrumenta muſica vox cytharæ acutior, ac penetrabilior cæteris eſt: ſic inter omnia arcana fidei noſtræ myſteriũ Paſſionis Chriſti acutiùs & efficaciùs penetrat, & transfigit noſtra corda ab ea in ſui admirationem ac cõtemplationẽ rapit. 191.

Inter omnia myſteria Paſſio Chriſti vehementiſſimè penetrat corda.

Octavò, omnes iſti ſeniores erant reges, & habebant in capitibus coronas, ut patet ſuprà cap. 4. n. 4. Cur ergo omnes tenet cytharas in manibus, aptius videbantur quod haberent lanceas, vel gladios ad pugnam; quænam convenientia inter cytharam & coronam? Gladius terribilis, & formidinem incutit; cythara verò ſuavis, & dulcis animos allicit, ac attrahit. Habeant ergo Reges potiùs in manu cytharas, quam gladios, ut ſuos magis devincant amore, & benevolentia, quàm eos terrore ac pavore concutiant; amor, quo firmatur regnum, benevolentiâ reconciliatur, odium verò, quo Reſpublica cadit, terrore ac formidine gignitur. 192.

Rex magis benevolentia quàm terrore ſuos ſibi reconciliat.

Fecit Rex Salomon thronum valde amplum & magnificum admirabilis architecturæ, qui ad ſui aſcenſum habebat ſex gradus, *& duodecim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus hinc atque inde.* 3. Reg. 10. n. 20. proidéque ſex gradus qui præſtabant aſcenſum, ex una & altera parte ſex leunculos habebant, & ut refertur 2. Paralip. cap. 9. num. 18. *Duo altrinſecus brachiola*: quæ ſedilis latera circuibant, tanquam patula, & aperta ut animum & cor Regis tenerent, & quomodo hæc duo conveniunt in uno, & eodem throno, leones nempe & brachiola extenſa ac aperta; nam unum dicit timorem, alterum ſummam innuit clementiam, & benignitatem, & quod maximè notandum, quod ex omnibus totius orbis regibus ſolus Salomon ſuum thronum tali diſpoſitione fabricavit, ita ut dicatur de eo; *Non eſt factum tale opus in univerſis regnis.* Cur nullus alius Rex etiam potentiſſimus talem ſibi ſimilem ſedem paravit? Cur hoc tantùm eſt reſervatum Salomoni? Salomon idem valet, ac *Rex pacificus*, nam ut de eo teſtatur Joſephus, *erat lenis ac ſuavis ingenii.* Inde ergo in gradibus, per quos aſcendit ad thronum ponuntur leones; juxta verò cor ac viſcera brachiola extenſa; Rex enim pacificus, & clemens iram ac furorem leonis pedibus conculcat, at verò in corde, & animo brachia patula, & extenſa habet ut omnes clementer excipiat, amplexetur, & recreet. 193.

3. Reg. 10. 2. Paralip.

Ioſephus.

A rege furor conculcandus & benignitas amplectenda.

Valdè celebres ſunt illi duo fratres Jacob, & Eſaü: Jacob paſcebat oves, Eſaü autem feras venabatur: *Factus eſt Eſaü vir ignarus venandi.* 194.

Gen. 25. Geneſ. 25. n. 27. Uterque parenti offert cibum; ſed Jacob benedictione cœleſti ditatur; à Patréque Rex ac Princeps inauguratus *Serviant tibi populi, & adorent te tribus, eſto Dominus fratrum tuorum, & incurventur ante te filii matris tuæ.* Gen. 27. Geneſ. 27. num. 29. Valde ſanè mirabile; nonne magis glorioſum eſt homini, non magis aptum ad regnum, ad ipſum patrocinandum ac *Rex à Deo datus non rigore, ſed benignitate regit.* defendendum ille, qui expeditè arcu & ſagittis utitur, feráſque ſolertè capit, occiſaſque Deo parenti libat, quam qui objecto gramine baculo oves trahit? Cur ergo qui feras domuit ſagittis, repellitur, & ille eligitur qui baculo ex paſcua agnos pavit? Rex ille & datus à Deo, qui non arcu & ſagittis percutit, ferit, ac mactat, ſed ille qui levi paſtoris baculo regit & gubernat, & magis placuerunt victimæ paucæ tenera manſuetudine oblatæ, quàm multæ dura, & aſpera feritate peremptæ ac ſtrangu-
D. Ambr. latæ. D. Ambroſ. lib. de Jacob, cap 1. *Vicit*, ait, *manſuetudo duritiem, dum alter venatu aſpero prædam quærit agreſtem, hic teneræ manſuetudinis, atque pietatis pio patri dulces epulas miniſtravit.* Vide multa de hac re in noſtris quinque tomis in Evangelia.

Quæstio XXII.

Quare omnes ſeniores in manibus non ſolùm habent cytharas, ſed etiam phyalas aureas; & quid ſignificent?

195. Phialæ hîc videntur à Joanne, & ſit alluſio ad eas quæ erant in templo Salomonis ante altare incenſi. 3. Reg. 7. num. 50. & 1. Paral. 28. num. 17. & 2. Paral. 4. num. 8. (3. Reg. 7. 1. Paral. 28. 2. Paral. 4.) Harum phialarum multitudo, materiæque excellentia apertè colligitur ex lib. 1. Eſdræ cap. 1. num. 9. (1. Eſdr. 1.) ubi numerantur phialæ, quæ in templo fuerunt ſcilicet triginta aureæ, & mille argenteæ. Phialæ autem hîc ſymbolicè accipiuntur, revera enim tales non ſunt in cœlo, non illis Sancti indigent, ut Deo offerant orationes Sanctorum; quid ergo per eas intelligatur videndum eſt.

196. Advertendum eſt quod dicitur in textu. Habentes ſinguli cytharas, & phialas aureas. Juxta Pannon, & alios, (Pannon.) illud *aureas* refert tam ad phialas, quàm ad cytharas, ac proinde utræque aureæ erant, ad quæſtionem quid per has cytharas intelligatur, variæ ſunt ſententiæ:

197. Prima, & magis germana, ac conſona literæ eſt, quam tradunt Rupertus, Beda, Richard. de Sancto Victore, Hugo, Dionyſius Carthuſianus, Gloſſa Interlinealis, (Rupero. Beda. Richard. Hugo. Carthuſ. Interlin.) phialas aureas eſſe corda Sanctorum charitate (quæ auro aſſimilatur) pretioſa ac fulgentia, quæ plenæ ſunt odoramentorum, quæ ut explicat ipſe Joannes, *Vera ſententia.* ſunt orationes Sanctorum. Nam ſicut phiala, ſeu vas continet odorem, qui effunditur, ſic corda juſtorum, orationes, ac meditationes Sanctorum, quas coram Deo offendunt. Sed alias etiam ſententias proferamus.

198. Pannon. Secundò, Pannonius per phialas, Sanctos

etiam interpretatur, & ait. *Sicut enim phialæ in parte infima anguſtiores ſunt, in ſuprema verò latiores, ita ſancti in parte inferiori, id eſt, in carne ſeſe coanguſtant, & comprimunt, ne terrena concupiſcant: in ſuperiori autem, id eſt, ſecundùm ſpiritum, ſe pro viribus dilatant, appetendo cœleſtia juxta Pſal.* 118 *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum.* (Pſal. 118. *Sancti ad terrena anguſti, ad cœleſtia dilatati.*)

199. Ard. Cæſ. Tertiò, Andreas Cæſar. ait quod cytharæ ſignificant concinnam, ſuavémque Dei laudem, quam Sancti canunt Deo; thymiama denotat ſacrificium, quod fideles per caſtimoniam, & morum integritatem Deo offerunt: phialæ ſunt piæ caſtæque cogitationes, ex quibus hoc thymiama caſtæ piæque cogitationis exhalat, ex bona, caſtáque cogitatione bona opera emanant. Quartò, Ansbertus ait: (Ansbert.) ipſam charitatem phialarum nomine accipi, quæ plenæ ſunt odoramentorum, id eſt orationum, quia non ſolùm pro amicis, ſed etiam pro inimicis orat; hoc eſt enim eſſe plenam & perfectam. (*Perfecta charitas pro amicis, & inimicis orat.*)

200. Alcazar. Quintò, Alcazar, cùm hanc Agni adorationem referat ad ſacrificium Miſſæ, & per viginti quatuor ſeniores intelligat Sacerdotes, phialas accipit pro Calicibus, quibus in ſacrificio Miſſæ utuntur Sacerdotes; (*Calices, & miniſteria Sacerdotum intelligit.*) & quia tota hæc adoratio ſeniorum ad gratiarum actionem ordinatur Agno exhibita, quia librum aperuit adimplendo myſterium noſtræ redemptionis: qua nos redemit ſanguine ſuo, ut dicetur infra verſ. 9. inde & Sacerdotes in ſacrificio Miſſæ gratias agunt Deo pro beneficio redemptionis, idcircò Euchariſtia dicitur, id eſt gratiarum actio. At hæc ut ait Cornelius à Lapide magis ſunt myſtica & allegorica, quàm literalia, nec hîc Joannes exhibet Sacerdotes ac eorum miniſterium, ſed tantum beneficium impenſum in apertione libri.

201. Pannon. Sextò, Pannonius: *Conſidera, ait, omnes dicuntur habere cytharas, & phialas, nec unam ſine altera, quia nec ſpiritualis harmonia ſine oratione, nec oratio vera ſine harmonia, hoc eſt cordis concentu, jubi óque ſuaviſſimo.* Non ſolùm in manibus habent cytharas, ſed etiam phialas aureas plenas odoramentis: nonne ſat erat quod in manibus tenerent cytharas, ad quid ultra phialas? Quia non ſat erat exteriùs Dei laudes decantare, niſi ipſum cor interiùs, plenam ſit odoramentorum, id eſt orationum ferventium, ſuaviſſimi odoris cum multis jaculatoriis ad Deum, cùm multa meditatione, ac contemplatione cœleſtium myſteriorum; (*Laus externa Dei ſit conjuncta cum interiori.*) non ſat eſt Deum ore laudare, ut multi faciunt in Eccleſia, ſi cor eorum alienum eſt à Deo.

202. Septimò, dicuntur ſeniores habere cytharas & phialas, & ſanè alta diſpoſitione, cythara præmittitur, & tunc ponitur phiala, quia mortificatio, quam cythara denotat, ut dixi ſuperiori quæſt. debet præcedere orationem; (*Ante orationem mortificatio præcedat.*) qua phiala ſignificatur, ut ita fiat Deo gratiſſima, & ſuaviſſima harmonia. Cantic. 4. numer. 6. (Cant. 4.) ait anima ſancta, *Vadam ad montem myrrhæ, & collem thuris.* Priùs promittit aſcenſum ad myrrham amaram mortificationis, ut inde pertranſeat ad ſuave thus orationis; non verò è contra dixit, ſicut Cantic. 5. num. 1. *Meſſui myrrham meam cum aromatibus meis.* (Cant. 5.) Quia nimirum utrumque jungendum, ita ut præ-

mittatur mortificationis myrrha, & inde ſequantur orationis aromata, & virgula illa fumi. Cantic. 3. n. 5. *Quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & univerſi pulveris pigmentarii.* Aromata orationis non aſcenderunt niſi ex mortificatione, virtutibúſque compoſita. Et Exod. 30. numer. 36. thymiama illud ſacrum fieri jubetur ex aromatibus contus, & in tenuiſſimum pulverem redactis; antequam illud thymiama in tabernaculo poneretur, priùs præcedebat contuſio ac comminutio, & tunc ſuaviſſimus odor exhalabatur. Et Chriſtus D. crucifixus priùs ſuſtinuit dolores crucis, & poſtea pro inimicis exoravit, ut in præſenti notavit Cardinalis Hugo, *Congruè poſt*, ait, *Cythara phialæ ponuntur, quia priùs Dominus paſſus eſt, & ſua Paſſione taliter oſtendit latitudinem charitatis, dans pro ſuis crucifixoribus dixit; Pater ne ſtatuas illis hoc peccatum, quia neſciunt quid faciunt.*

Cantic. 5. — Exod. 30. — Luc. 23. — Hugo.

103. Octavò dicuntur ſeniores habere in manibus cytharas, & phialas; ſed cur cytharæ cum phialis conjunguntur? Quid phialæ cum inſtrumentis muſicis; Cytharæ cum manibus pulſantur, bona denotant opera, quæ ſuo exemplo, ſplendore ac fama, quaſi ſuavibus ac vehementibus ſonis proximos ad Dei amorem excitant: phialæ autem, ut ipſe Joannes explicat, orationes ſunt Sanctorum: Meritò ergo utrumque conjungitur, ſterilis enim eſt oratio, quæ bonis non innititur operibus. Et oratio ſine his expers eſt alarum, quibus ad Deum valeat evolare, Daniel. 9. num. 3. cum coram Deo preces ſuas fundit, ait cap 9. num. 3. *Poſui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare, & deprecari in jejunio, ſacco, & cinere.* Et cur Propheta ad orationem adjungit inediam, ſaccum, & cinerem, niſi quia credebat his tanquam alis orationem adjuvari? Theodoret. orat. 9. in Daniel *Jejunio enim, ſacco, & cinere quaſi alis inſtructas preces Deo offerebat.*

Vis, & efficacia orationis meritis adjuvatur. — Dan. 9. — Theodor.

204. Ad Dominum ait Regius Vates Pſalm. 118. numer. 167 *Cuſtodivit anima mea teſtimonia tua, & dilexit ea vehementer. Servavi mandata tua, & teſtimonia tua.* Et ſtatim ſubjungit *Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo.* Ad quid antequam dicat Propheta, quod oratio ejus à Deo exaudiatur, ad ipſúmque appropinquet, de ſe teſtatur quod Domini mandata ſervaverit, ac cuſtodierit, ac ſi ipſa oratio, ac cuſtodia legum haberet vires, & alas, ut ad Deum appropinquaret? Ipſa enim virtutum præſidiis munita, tanquam alarum remigiis in ſublime promovetur. D. Ambroſ. ſerm 22. in eundem Pſalm. *Volare facit orationem bona vita, & dat alas precibus ſpirituales, quibus ſanctorum ad Deum evehatur oratio.*

Pſalm. 118. — *Probata virtus dat alas orationi.* — D. Ambroſ.

105. Poſtulabat Eliſæus ab Elia ſpiritum duplicem, & ſi ipſe habebat ſimplicem, quomodo duplicem poterat præſtare? Ait tamen ei Elias, *Si videris me quando tollar à te, erit tibi quod petiſti.* 4. Reg. 2. numer. 10. Quomodo ipſe quod non habet, promittit? In Eliæ poteſtate ſimplex eſt ſpiritus, non duplex; unde ergo promittit duplicem ſpiritum? ait ipſe, *Si videris me, quando tollar à te.* Ac ſi dicat, ſi poſtulationibus tuis addas vigilias, comitatum ac ſollicitudinem, qua deſcendentem comiteris, certò habebis quod petis, cùm poſtulatio tua ex bonis operibus adjunctis vim habeat ad optata aſſequenda D. Ambroſ. ſerm. 87. *De Eliſei meritis quid dicamus? dum à Patre plus exigit, quàm habebat, facit cum meritis ſuis plus præſtare quàm poterat.* Ecce quantùm poteſt oratio meritis communita, ipſa in ſe habet poteſtatem efficiendi donum quod petit, & quod non erat in poteſtate datoris, id fecit eſſe meritum juſti poſtulantis.

4. Reg. 2. — *Oratio adjuncta meritis multam vim habet.* — D. Ambr.

QUÆSTIO XXIII.

Quare oratio dicitur odor, ſeu odoramentum?

IN limine quæſtionis notandum eſt, quod illi ſancti ſeniores in ſuaviſſimos orationum odores non profundantur; quando liber clauſus extabat, ſed poſtquàm eſt apertus: cùm hujuſmodi preces potiùs videatur offerendas eſſe, quando liber obſeratus erat, ut illis Agnus ad aperiendum moveretur. Deinde Joannes flebat, quia nullus dignus inveniebatur qui librum reſeraret, & ſeniores ut potè amici Joannis, pro illius exoptatis debebant multum exorare. Tamen alta Dei diſpoſitione ordinatur ut hujuſmodi preces non fiant, niſi poſtquam volumen eſt explicitum ac denudatum. In codice illo, ut ſupra diximus quæſt. 2. juxta multorum placita, ſcriptum erat negotium redemptionis humanæ & præceptum moriendi Chriſto impoſitum à Patre. Alta Dei ſapientia ſic diſpoſitum eſt, ut non cùm liber erat obſignatus, ſed poſtquam, ſolutus, orationes fierent. Aperire enim librum ad Redemptoris munus ſpectabat; pro his autem quæ ſui muneris ſunt, non paritur Chriſtus; ut aliorum orationes interveniant, ſeu anticipatè ad illas volumen ſolvit; & poſtea orationes fiunt, quæ tunc potiùs gratificationes, ac gratiarum actiones erant, quàm preces. Ad quod reſpicit Primaſius hîc: *Aperto libro*, ait, *orationes ſanctorum gratiarum actiones ſunt, gratulantium pro mundi ſalute.* Ad quæſtionem, quare oratio dicatur odor, ſeu odoramentum. 106.

Ubi adeſt officii ratio preces non requiruntur.

Primò, & communis eſt ſolutio; quia orato inſtar thuris ſurſum aſcendit Hinc ait pſalmiſta 140. numero 2. *Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo*: ait in conſpectu tuo, & non hominum ut eſt hypocritarum, ut ibi tantùm oratione mea placeam, & non hominibus: & ad quid ultra addit, ſicut incenſum; ſeu odoramentum? quia hoc terram deſpiciens ſurſum fertur, ſic oratio bene placita Deo, non terrena quærit, ſed tantùm ad cœleſtia dirigitur ac ordinatur. In eodem Pſalmo, D. Bruno Carthuſian. *Additur*, ait, *ſicut incenſum, quaſi dicat, ita oro; dirigatur oratio mea in conſpectu tuo, ut ſit incenſum, ſic ſcilicet ad cœleſtia bona intentione intendens, ſicut fumus incenſi ad ſuperiora tendit.* Quod optimè confirmatur ex illo Cantic 3. numero 6. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum; ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris univerſi* 107.

Pſalm. 140. — *Oratio non terrena; ſed cœleſtia intendat.* — D. Bruno. — Cant. 3.

D. Greg. verſi pulveris pigmentarii. D. Gregor. homil. 22. in Ezechiel. *Fumus, ait, ex aromatibus compunctio eſt orationis concepta ex virtutibus amoris; quæ tamen oratio virgula fumi dicitur, quia dum ſola poſtulat ſecreta, progreditur, ut ad terrena petenda minimè inflectatur.*

208. Secundò, Quia odoramentum maximè eſt perjucundum ac delectat, ſic orationes ſanctorum Deum maximè oblectant & delectant, *Deus delectatur oratione.* Hinc de ſacrificio ac orationibus Noë dicitur Geneſ. 8 n. 21. *Odoratus eſt Dominus odorem ſuavitatis, & ait, nequaquam ultra maledicam terræ.* Geneſ. 8. Rupertus. Rupertus ait: *Si pium eſt cor, ait, contritione ejus delectatur ſuavis Dominus, pluſquam homo corporali quantumvis ſuavi odore mulcetur.* Et ſic ait D. Chryſoſt. homil. 13. in cap 6. Matth. D. Chryſ. *Sicut thymiama benè confectum delectat hominem odorantem: ſic oratio juſti ſuavis eſt ante Deum.*

209. Tertiò. *Seniores ceciderunt coram Agno habentes phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum.* *Oratio ſit humilis, & cum fervore charitatis.* Ad quid ſeniores oraturi procidunt ac humiliantur coram Agno? quia oratio debet fieri cum multa reverentia ac humilitate: & meritò ipſa oratio cum odoramentis comparatur; ſicut enim odoramentum, verbi gratia, thus ut odorem ſuum emittat, neceſſe eſt ut ad ignem applicetur; ſic oratio, ut ad Deum accedat, debet eſſe ignita ac ex igne charitatis procedere. Sic dicebat Regius Vates, *In meditatione mea exardeſcit ignis.* Pſalm. 34. n. 4. Pſalm. 34. D. Bernard. D. Bernard. Senenſ. tom. 4 Dominic. 5 poſt. Paſcha. cap. 5. *Debet homo, ait, orare devotè, & ferventer, de tali oratione.* Ecclef. 50. Eccleſ. 50. num. 9. *Myſticè ſcriptum eſt, quaſi ignis effulgens, & thus ardens in igne, quia coram Deo, & Angelis odorem ſpargit, Apocalypſ. 5. habentes phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum.*

210. Albert. Quartò, Albertus Magnus ſic ait. *Bene comparatur oratio odori, quia ſicut odor, in aëre circumquaque diffunditur, ſic orationes ſanctorum ad omnes ſe extendunt.* Odoramentũ, quod ſua vem ſpirat odorem commune eſt omnibus, & neminem excludit, ſed ſuave ac delectabile eſt bonis & malis, *Oratio etiam ſit pro inimicis.* inde bona oratio odoramento comparatur, quia ut Deo ſit grata non ſolùm ad amicos, ſed etiam inimicos extendi debeat: unde cùm Deus apud ſe ipſum orationem gratiſſimam ac efficaciſſimam commendare velit, ait: *Si ſteterit Moyſes, & Samuël coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum.* Scilicet ad delendum eum, Jerem. 15. Jerem. 15. num. 1. Et cur hos potiùs nominat, quàm alios? Quæſtionem proponit, & ſolvit D. Gregor. D. Gregor Magn. homil. 27. in Evang *Quid eſt, ait, quod Moyſes, & Samuël cæteris paribus poſtulatione præferuntur? niſi quod hi duo tantummodo in cuncta veteris teſtamenti ſerie, etiam pro inimicis ſuis leguntur exoraſſe. Unus à populo lapidibus impetitur, & tamen pro lapidatoribus ſuis Dominum deprecatur. Alter ex principatu ejicitur, & tamen petitur, ut exoraret, fatetúrque dicens: abſit à me hoc peccatum, quominus ceſſem orare pro vobis.*

211. Quintò, ut thus fœtorem ita oratio peccatum abigit, Dei iram mitigat, hoſtes proſternit, & Dæmones in fugam convertit. Progrediens David contra Gigantem, ait ei: *Ego venio ad te in nomine Domini exercituum.* 1. Reg. 17. 1. Reg. 17. num. 45. Priùs ſcilicet humiliter implorat, ut interpretatur D. Chryſoſtom. homil. 3. de David, & Saüle. D. Chryſ. *Hæc*, ſcilicet oratio, ait; *Barbarum illum, & alienigenam proſtravit;* eo quod *priuſquam mitteret lapides, cum precationis robore fuerat aggreſſus, neque enim vulgari more projecit lapidem: ſed potius dixerat: Tu venis ad me in Diis tuis: Ego autem venio ad te in nomine Domini Sabaoth: hæc vox lapidem manu direxit in Goliath, hæc pavorem incuſſit Barbaro, hæc hoſtis confidentiam fregit.* *Oratio hoſtes dejicit, dæmones fugat.* Et poſt pauca alia hujus orationis commemorat miracula. *Quid miraris, ait, ſi vox juſti furorem mitigat, & hos dejicit, cùm impios quoque ſpiritus expellat? loquebantur tantùm Apoſtoli, & fugiebant adverſariæ poteſtates.* Matth. 17. Ubi non loquitur de quacumque Apoſtolorum voce, ſed de illa quam Chriſtus appellavit Dæmoniorum expultricem. Matth. 17. n. 21. nempe orationem.

212. Sextò, Senes coram Agno proſternuntur, & nihil vacuum ſe habere oſtendunt, ſed phialas tenent plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorũ; oratio enim Deo placere non poteſt, niſi de operum plenitudine, inde meritò oratio odor dicitur, quod acutè expendit D. Chryſoſtom. in Imperfecto homil. 18. in Matth. D. Cryſ. *Illa oratio eſt efficax, quæ non eſt bono opere vacua.* *Oratio, ait, quaſi odor ſuavitatis eſt operis boni. Sicut ergo res aliqua ſine odore poteſt eſſe, odor autem ſine re aliqua eſſe non poteſt: & ſic opus ſine oratione, aliquid eſt, oratio autem ſine opere bono nihil eſt.* Nunquam odor datur; niſi ex aliqua re proveniat, nec oratio grata oculis omnipotentis conſiſtit, niſi quæ de bonorum operum muneribus aſcendit.

213. Docebat David 1. Reg. 26. num. 19. *Odoretur ſacrificium;* 1. Reg. 26. Cajet. ex Hebræo legit Cajetan. *Dominus odorabit munera.* Semper enim Dominus inter orationis odores ad munera reſpicit, ac ſi nihil ſit oratio quæ de nullo opere bono prodit. *Oratio provenit à bono opere.* Eleganti exemplo rem explicat Paladius ſect. 8. de orationibus; Palad. quæ fiunt ſine bonorum operum fructu, dicens: *Orationes enim ſpirituales, quæ non habent viam honeſtam, & temperatam ſimul æquitatem, ſunt ſpicæ, quæ à vento intereunt: quæ habent quidem figuram, ſed ab eis ereptum eſt alimentum.*

214. Pſalm. 27. Hos monet David. Pſalm. 27. num. 1. *Afferte Domino filii Dei: afferte Domino filios arietum. Afferte Domino gloriam nominis ejus: adorate Dominum in atrio ſancto ejus.* Cùm ad Dei atria adoraturi ac oraturi vocamur; maximè notandum quod duplicatis vocibus monemur, ut *Deum adoraturus, opere bono vacuus non veniat* munera afferamus, ut ſcilicet fructum aliquem omnipotenti Deo exhibeamus; & cur tam vehementer munus exigitur ab eo, qui Patrem D. Chryſol. oraturus accedit? nam qui vacuus venit, inde ſe Deo ingratum oſtendit, & prorſus beneficiis recipiendis indignum, D. Petrus Chryſologus ſerm. 10. *Ingratus eſt Patri, ait, qui auctorem vitæ ſuis non obſequiis placat, non devincit cultu, muneribus non honorat.*

Quæstio XXIV.

Vtrum in cœlo futura ſint inſtrumenta muſica?

215. *Ratio difficultatis.* Cornel. ANſam quæſtioni præbent verba illa text. de ſenioribus, ſinguli habentes cytharas; per cytharas benè notat Cornelius per Synecdochen intelligi omnia alia inſtrumenta muſica, organa, tibias, lyras, &c. Tota quæſtio eſt, an in cœlo Empyreo Beatorum futura ſint hujuſmodi inſtrumenta.

216. Ferrar. Et communis ſententia eſt affirmativa, ut hîc tenet Ferrarius, nam in cœlo erimus cum noſtris corporibus, ut jam modò eſt ibi Chriſtus Dominus in corpore ac ſacratiſſima Virgo Maria, etiam Sancti, qui Domino reſurgente ſurrexerunt, ut poſtulat ſtatus illorum Sanctorum, ſolemnitas tantæ feſtivitatis ac favor doni ac beneficii, ut dixi tom. 5. in Evang lib. 8. c. 19. q. 7. n. 61.

217. *Reſolutio quæſtionis.* Cùm ergo in cœlo futura ſint corpora, profectò habebunt illum ſtatum & modum, qui non dedecent tantam civitatem & curiam. Muſica autem, & vocalis Dei laus ac gratiarum actio, non eſt indecens nec loco, nec ſtatui, & pro hac ſententia vident ſtare communis Sanctorum ſenſus. S. Anſelm. in Elucidario.
D. Anſelm. *O qualis*, ait, *voluptas auditus illorum, quibus inceſſanter ſonant harmonia cœlorum, & concentus Angelorum dulciſona organa omnium Sanctorum.*
D. Auguſt. Sanct. Auguſt. in medit. cap. 24. *Felix ego*, ait, *& verè in perpetuum felix, ſi poſt reſurrectionem hujus corpuſculi audire meruero illa Cantica cœleſtis melodiæ, quæ cantantur ad laudem regis æterni ab illis ſupernæ patriæ civibus.* Et cap. 26. *Novas*, ait, *ſemper harmonias vox melodia concrepat, & in jubilum pulſata, mulcent aures organa, qui ſunt victores dant regi præconia.* De qua re ſimiliter alii ſancti ſcribunt. Et ſuffragantur ſanctorum hiſtoriæ. Sic Beatiſſima Magdalena è ſua ſpelunca elevabatur ſepties in die ad audienda Paradiſi cantica. Et ſic
Apoc. 15. dicitur infra Apoc. 15. num. 3. *Quod Beati habebant cytharas, & cantabant canticum Moyſis*
Greg. Val. *ſervi Dei.* Et de hac Sanctorum hymnodia, & canticis in patria, multa refert Gregorius Valentini. lib. de hymnodia Sanct. Patrum. ad finem operis in Hymnis S. Franc. Hymn. 32. pag. 105. lit. C.

218. *Objectio 1.* 1. Cor. 2. Oppones, quia ut dicitur 1. Corinth. 2. n. 9. *Nec oculus vidit, nec auris audivit nec in cor hominis aſcendit; quæ præparavit Deus diligentibus ſe.* Illa enim ſublimis muſica; illa altiſona ſymphonia tantùm noſtram hujus vitæ ſuperet, ut ſimile quid hîc non ſit auditum. Et ibi ſine externa voce; & ſine externo inſtrumentorum ſono eſt quæque alia muſica nobis verè, & inenarrabilis.

217. *Objectio 2.* Oppones ſecundò, quis fabricabit illa inſtrumenta; & unde illorum materia erit? Reſpondeo, quod Beati habent quæ volunt, & velle & habere pene illis unum eſt, quia volentibus præſto adeſt divina omnipotentia, quæ eis præſtat quidquid volunt. Nihil enim inordinatum volunt, niſi tantùm id, quod Deo placeat, volunt. Nec plus eis laborandum eſt, ut habeant, quàm ut velint ac proinde velle, & habere unum penè, & idem eis ſit; proindeque in cœlo, nec voces, nec inſtrumentorum deerit harmonia longè ſuaviſſima ſuper omnem hujus ſæculi.

Apoc. 5. n. 9. Et cantabant canticum novum dicentes: Dignus es Domine accipere librum, & aperire ſignacula ejus, quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione.

Num. 10. Et feciſti nos Deo noſtro regnum, & Sacerdotes, & regnabimus ſuper terram.

VERSIONES.

Syrus. n. 6.	Et canunt canticum novum, &c. aperire ſignacula.
Arias.	Propterea quod mactatus es.
D. Cyprian.	Cantaverunt canticum novum, &c. eruiſti nos Deo ſanguine tuo.
Vatablus.	Emiſti nos Deo per ſanguinem tuum.
Syrus. n. 19.	Et feciſti nos Deo reges & Sacerdotes, & regnant ſuper terram.
Arabicus. Arias.	Regnabunt ſuper terram.
Oecumen.	Regnabimus in terra.

EXPOSITIO IX.

ET *cantabant canticum novum.* Id eſt valde mirabile, & inuſitatum nunquam antea tale auditum, ut erant myſteria vitæ ac paſſionis Chriſti; valde enim novum fuit, filium Dei hominem fieri, & mortem crucis ſubire. *Dignus es Domine.* Digniſſimus ab omnibus judicaris, ut librum aperias, illius ſignacula ſolvas. *Quoniam occiſus es.* Illa particula *quoniam*; indicat cauſam meritoriam, quia Chriſtus ob mortem & Paſſionem ſuam, meruit tantam poteſtatem, ut nobis revelaret & aperiret arcana futura circa ſtatum ſuæ Eccleſiæ, quam poteſtatem habuit à primo ſuæ conceptionis inſtanti, aliquando à Deo datur præmium intuitu meriti ſubſecuti: ut docent Theologi. 220. *Chriſtus per paſſionem ſuam meruit revelare Apocalypſim.*

Et

221. *Et redemiſti nos* Deo. Seu ut habet Arabicus, *Emiſti nos Deo*. Ut dicitur cap. 14. *Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno.* Quare redimere in præſenti, non propriè ſignificat aliquem in libertatem aſſerere, ſed ſoluto pretio ſibi emere, & comparare, ut Dei poſſeſſio eſſemus. *Ex omnibus, & lingua.* Id eſt ut ex omnibus ſingulariter eſſemus à te electi.

222. *Et feciſti nos Deo noſtro regnum*: ſeu ut alii Codices habent reges, id eſt conſtituiſti nos univerſales principes Eccleſiæ, quia tam ſacra, quàm prophana, quàm Eccleſiaſtica, quàm politica curemus, & adminiſtremus ſuper terram. Unde nos, qui viſi ſumus à mundo ac poteſtatibus opprimi, regnabimus ſuper terram, & inde nobis tanquam orbis rectoribus maximè expedit ſcire quæcumque Eccleſiæ militanti, & reliquo univerſo populo uſque ad finem mundi obventura ſunt.

QUÆSTIO XXV.

Circa hoc Canticum novum, ejuſque methodum, variæ difficultates reſolvuntur.

Redemptio noſtra præferenda omnibus beneficiis.

223. PRima difficultas, cur hîc ſeniores primi decantant; & verſu 12. introducuntur multa millia Angelorum, qui divinas laudes intonabant; cur Angeli utpote digniores in natura non ſunt primi in præconiis; nonne ipſi à Deo creati immediatè ab ipſo gratiam juſtificantem formalem acceperunt? Ita quidem verum eſt; tamen homines antecedunt, & priùs extollunt redemptionem, qua à Chriſto liberati ſunt; tantæ enim dignitatis eſt redemptio noſtra, tamque excellens beneficium, ut omnibus aliis præferatur. Adeſt Patronus Rupertus. *Soli homines ſunt*, ait *qui primi inter Angelos, & ante creaturam primum in iſto Cantico perhibent teſtimonium, dicendo, quoniam occiſus es, & redemiſti nos.* (Rupert.)

Canticum novum.

224. Secunda difficultas, cur Canticum dicatur novum. Primò ratione materiæ, quæ erat Verbi Divini Incarnatio. Et ſic dicitur Jerem. 31. num. 22. *Novum fecit Dominus.* (Jerem. 31.) Erátque etiam Chriſti ejuſque myſteria, paſſio, mors, redemptio ac fructus inde ſecutus, ut oſtendunt verba ſequentia. *Quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo, &c.* Secundò, dicitur novum, quia cantores ſcilicet quatuor animalia ac ſeniores, id eſt Apoſtoli, & Patriarchæ renovati erant, non tantùm per gratiam, ſed etiam per gloriam ad ſtatum præſentem, quem habebant. *Excellentiſſimum Canticum.* Tertiò, dicitur novum, quia alias nunquam antea ſic fuit cantatum, quia licet à prophetis redemptio Chriſti Domini jam alias fuerit cantata, & prædicta ut futura; non ſic tamen cantata eſt, tanquam de facto ac in præſenti exhibita. Quartò, apud Hebræos novum dicitur, quod eſt præcipuum, & excellentiſſimum, hoc autem canticum continet magnam, & excellentiſſimam innovationem ac glorificationem tam Agni, quàm ſponſæ ejus Eccleſiæ, & Sanctorum lætitiam ac gloriam, & in hoc ſenſu dicitur Pſalm. 149. num. 1. *Cantate Domino Canticum novum.* Et ita explicant hunc Pſalmum D. Auguſt. ibi & Noſter Incognitus, & Gilbert Abbas ſerm. 4. inter eos, quos addidit D. Bernad. in Cantic. (Pſalm. 149. D. Aug. D. Incogn. Gilbert.)

225. Quintò, Novum dicitur ob jucunditatem ac lætitiam; quam ingerebat; Canticum erat de morte ac paſſione Chriſti, & Joannes hæc ſcripſit in Inſula Pathmos multis elapſis annis poſt Chriſti mortem, quomodo ergo canticum novum ſi jam perantiquum extabat? tanta aviditate, jucunditate ac amore, & reverentia iterum, atque iterum imò millies abſque faſtidio repetebatur ac ſi in qualibet vice eſſet novum, & nunquam antea auditum. Citat. Gilbert. *Verè novum*, ait, *cujus neſcit antiquitatem materia, faſtidium gratia quæ ſemper eſt in amore recens, uſu recentior.* Deinde quia cantilena ſuaviter modulata, cùm valdè grata, & plauſibilis ſit, dicitur tam ſuavis ac ſonora ac ſi eſſet nova; Paſſio Chriſti, etſi perantiqua tamen dum recitatur ac commoratur, tam præjucunda paternis auribus, ut inde canticum novum dicitur, ut dixi tom. 5. in Evangel. lib. 8. cap. 1. quæſt. 2.

Mors Chriſti multo affectu recolenda. Gilbert. *Repetere paſſionem Chriſti valde gratum æterno parenti.*

226. Ex hoc intelligitur quomodo Chriſtus Dominus Joan. 13. n. 34. dixit: *Mandatum novum do vobis ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos.* (Joan. 13.) Mandatum dilectionis, licèt fuerit antiquum, utpote legis naturæ, tamen à Chriſto dictum, & factum eſt novum, quia primum ac præcipuum eſt novi teſtamenti, & à Chriſto verbis & exemplis maximè commendatum, & explicatiùs, arctiùs ac firmiùs; quàm antea fuerat traditum, novóque ſpiritu promulgatum, novóque ſpiritu adimplendum, ut multò amore, multáque amicitia inter ſe diſcipuli obſtricti ſint, de qua in eodem ſermone cœnæ dixit Chriſtus Dominus. *Ut ſint unum, ſicut tu Pater in me, & ego in te,* ut latè explicavi tom. 5. in Evang. l. 7. c. 9. q. 2.

Charitas primum, & ſummum Dei mandatum.

Dignus es Domine.

227. Tertia difficultas, in exordio Cantici Dominum dicunt, ut ſervos ejus eſſe fateantur. Coronas tanquam reges ab eo acceptas habent in capite, & tamen primum decantant, quod ſervi illius ſint, ac ſi magis glorientur, quod ſervi illius habeantur, quàm quod Reges exiſtant. Thomas Anglicus ſic ait: *Dicens Dignus es Domine, Dominum vocant, quia ſervos ſe agnoſcunt, propter emptionem. 1. Corinth. 6. Non eſtis veſtri, empti enim eſtis pretio magno, unde ſerviendum eſt ei. Coloſſ. 3. Domino Chriſto ſervire.*

Servos Chriſti dici ſumma dignitas. 1. Cor. 6. Coloſſ. 3.

Quoniam occiſus es.

228. Quarta difficultas: Prima prærogativa, & laus, quæ Agno dicitur, & decantatur, eſt dignitas & meritum aperiendi librum, & ſolvendi ejus ſignacula; Chriſtus enim Dominus ex merito ſuæ Paſſionis ac Redemptionis habuit, quod ſuæ Eccleſiæ manifeſtet hanc Apocal: ſicut ex merito ſuæ Paſſionis habuit glorificationē ſui corporis, & exaltationem ſui numinis in exordio. Ergo cantica extollunt, & celebrant

eas

ea, quæ habuit ex merito ſuæ Paſſionis ac ea quæ nobis promeruit per mortem ſuam; non verò decantant ea quæ habuit ex natura divina, quod ſit unigenitus Dei Patris ei coæternus ac conſubſtantialis, ſed quod morte ſua nos redemerit, ac ſi inſigniter ac peculiariter glorietur de his, quæ habet ex meritis, & hæc maximè velit publicari ac manifeſtari. Rupertus. *Idem eſt* ait, *ac ſi dicant dignus ac potens eſt, ſenſum legentibus aperire, & intelligentiam Scripturarum dare? unde hæc tibi Domine dignitas? Quoniam occiſus es, inquiunt, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo: niſi occiſus fuiſſes, nequaquam librum aperire potuiſſes, quoniam ergo occiſus es in eo ipſo aperuiſti librum, & impleſti veritatem*
229. *Scripturarum.*

Maxime Chriſtus vult cognoſci per ea, quæ habet ex meritis. Rupertus.

Deinde non naturam Divinam, ſed mortem ejus celebrant; *quoniam occiſus es, & redemiſti nos in ſanguine tuo.* Quia ſignum ac nota optimi Regis eſt non majeſtatem oſtentare, ſed pro ſuorum ſalute vitam ac ſanguinem dare, his enim maximè probatur ac declaratur amor. D. Chyſoſtom. ſerm. 6. de Paſſione Domini. *Adverſis probatur amor, affectio penſatur periculis, pœnis examinatur dilectio, morte perfecta charitas innuitur.*

Optimi Regis nota, pro ſuis vitam dare. D. Chryſ.

Redemiſti nos.

230. *Chriſtus ab innumeris miſeriis nos liberavit.* Pſalm. 129. Arabic.

Quinta difficultas, à quibus nos Chriſtus redemit. Valdè ineffabile eſt dicere à quot ac quantis miſeriis, & calamitatibus nos Chriſtus redemerit ac liberaverit. Unde Regius Vates Pſalm 129. num 7. exprimere non valens, à quot nos Chriſtus redemerit, ſolum ait, *& copioſa apud eum redemptio.* Arabicus: *Ab eo liberationes multæ*, id eſt innumeræ, quæ aperiri ac dici non poſſunt, nec numerari valent.

Deo.

231. *Per Chriſtum facti ſumus filii Dei.* Richard.

Sexta difficultas: Non ſolùm dixit, quod nos redemit, ſed addidit *Deo*, ut ita innuat quanta obligatione ſimus aſtricti, quod cum filii Diaboli eſſemus per peccatum, facti ſumus per Chriſti paſſionem, & redemptionem filii Dei, Richard. de S. Victore: *Dignus*, ait, *quia ſolus à peccato alienus occiſus es, & redemiſti nos, non te, quia ſine peccato extitiſti; Deo ut ſimus Dei, qui prius eramus Diaboli.*

Ex omni tribu, & lingua, & populo & natione.

232. *Per Chriſtum liberati ſumus ab omni miſeria.* D. Bern.

Septima difficultas, cur hæc quatuor enumerat, ut omnes nempe comprehenderet; qui per quatuor mundi partes erant diſperſi: Myſticè rem explicat D. Bernard. tom. 1. ſerm. 6. poſt Dominic. Olivarum. *Similiter*, ait, *intellige juxta myſticum intellectum in his quatuor vocabulis quadruplicem corruptionem, à qua Chriſtus humanum genus charitate ſua redemit; prima eſt naturæ; ſecunda eſt ſermonis, tertia eſt operis, quarta eſt originis. Prima enim corruptio eſt naturæ, quam operatur peccatum, & culpa: natura nempe rationalis in tribus conſiſtit ſcilicet in ratione, voluntate, & facultate. Idea igitur Chriſtus* ex omni tribu redemit *qui ex hac triplici corruptione naturæ ſcilicet, rationis, voluntatis, & facultatis, ſuos miſericorditer liberavit. Secunda eſt corruptio ſermonis*, quæ per linguam ſignificatur. *Tertia eſt corruptio operis*; quæ per populum denotatur: *Populus enim animæ ejus opera ſunt. Quarta eſt corruptio originis*, quæ intelligitur per nationem. *Chriſtus ergo ex omni tribu, lingua, populo, & natione, redemit, qui ex omni corruptione naturæ, verbi, operum, & originis ſuos per ſanctiſſimam Paſſionem, & mortem liberare dignatus eſt.*

Secundò. Non dicitur; Redemiſti omnem tribum, linguam, populum, &c. ſed *redemiſti nos ex omni tribu, & lingua, &c.* ut inſigne beneficium erga eos denotaretur, quod ipſi pauci eſſent electi, ex omnibus gentibus ac mundi nationibus; & beneficium quantò magis eſt peculiare ac ſingulare; tantò magis æſtimandum, gratificandum ac ſumma veneratione recolendum ut dixi tom. 4. cap. 8. quæſt. 2. num. 11. in Evang. 233.

Beneficium quò magis ſingulare, eo magis gratum.

Tertiò. Rupertus lib. 3. in Apocalypſim ſic ait. *Ex hoc homines, multum à ſemetipſis diſſentiunt, quod multarum tribuum diſſonantium linguarum, diſſimilium populorum, & diverſarum ſunt nationum, porro ex hoc adeo diſſentiunt, quod à Diabolo capti, diverſorum tenentur irretiti laqueis errorum: ſed tu redemiſti nos Deo ut faceres Dei filios, ut filios Dei, qui erant diſperſi, congregares in unum.* Referunt gratias quod eos Chriſtus redemerit ac unierit Deo ex omni tribu, lingua, populo, &c. ſola enim virtus Jeſu potuit efficere, ut tot ac tam diverſis morem gereret, ut tot ac tam diſtinctis populis ac nationibus eſſet gratus, ut ſic omnes in unum congregaret, ac traheret, ut fieret unus populus, una gens, unuſque animus in omnibus, unúmque Dei regnum ex univerſis conſtans. 234. Rupert.

De Ieſus ſpiritu venit quod multis placeat.

Ait Iſaias cap. 53. num. 11. juxta Septuaginta lectionem. *Vult Dominus auferre laborem animæ ejus, oſtendere ei lumen, & formare intelligentia, juſtificare juſtum bene ſervientem multis.* Quis eſt iſte juſtus ſic juſtificatus, & ſapiens qui bene ſerviat multis? Non alius niſi Dominus Jeſus Chriſtus, de cujus ſolo ſpiritu venire poteſt, quod gratum ſervitium multis exhibeatur, & quod bene complaceat multis, ut diverſitas nationum trahatur, & in unum conveniant. Noſter D. Cyrillus Alexandrin. tom. 1. lib. 5. in Iſaïam cap 53. ait: *Juſtus autem bene ſerviens multis, non alius quiſquam intelligi poteſt præter Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.* 235. Iſai 53. Septuag.

Obſequium à Jeſu omnibus gratum.

Ait Regius Vates Pſal. 44. n. 6. *Sagittæ tuæ acutæ*; ſeu ut alii ex Græco legunt, *potentiſſimæ* Et exinde infert: *Populi ſub te cadent.* Quænam ſagittæ ſunt iſtæ tam acutæ ac potentiſſimæ. ſunt ne inſtrumenta mortis, quæ interimunt, & vitam auferunt? Minimè. Sunt amoris monumenta mei Jeſu erga nos, de quo Iſaïas 49. num 3. *Poſuit me ſicut ſagittam electam.* Et unde fieri potuit, quod amoris affectus ſic ſauciaret multos, & diverſos populos inter ſe moribus, & vitâ contrarios, ut in unum convenirent? unus Jeſus eſt in hac re, de cujus ſpiritu afflatur, quod diverſorum & multiplicium hominum animis ſe valeat inſinuare, ita ut multis placeat, & grata obſequia eis præbeat, eóſque amore ſauciatos in unum trahat, & congreget. 236. Pſalm. 44. Iſai. 49.

Orige

Origen.

Origenes tom. in Ioan. *Qui aſpiciet tam multos, qui divino amore vulnerati ſunt: ſagittam, quæ vulneravit animos tam multorum in Dei amore, non aliquod aliud eſſe inveniet, niſi eum, qui dixit.* poſuit me ſicut ſagittam electam.

Quæstio XXVI.

Quare cùm ſe redemptos profiteantur, etiam ſe reges dicunt, & applaudant.

237. IN limine quæſtionis notandum quod multa Græca, & Syriaca exemplaria, & latina habent: *Regnabunt ſuper terram*; non autem regnabimus, & cur de prima perſona regnabimus ad tertiam tranſeunt, & dicunt, regnabunt: Beati illi ſpiritus ſic vanitatem, ac jactantiam fugiunt, ut non ſibi, ſed aliis regnum, ac dominatum tribuant; ut ſubtiliter ponderavit Rupertus. *Notandum*, ait, *quod de prima perſona tranſeunt ad tertiam. Religioſa valde tranſitio eſt hæc; declinans etiam in ſono vocis vanè gloriantium ſimilitudinem. Et enim cùm veraciter dicere poſſent, & regnabimus ſuper terram, magis humiliter dicere placuit, & regnabunt ſuper terram.*

Oſtentatio etiam in verbis fugienda.

Rupertus.

238. D. Anſelm. Ad quæſtionem. Reſpondet primò D. Anſelm. Epiſtol. 2. ad Hugonem. *Tanta erit* ait, *dilectio inter Deum, & eos qui ibi erunt, & inter ſe ipſos, ut omnes invicem diligant ſicut ſe ipſos, & propter hoc, nullus ibi volet niſi quod Deus, & quod volet unus, vel omnes hoc ipſum quod volet Deus. Quapropter quidquid unuſquiſque volet, hoc erit, & de ipſo, & de omnibus aliis, & de tota creatura, & de ipſo Deo: & ſic ſinguli erunt perfecti reges, quia quod ſinguli volent hoc erit, & omnes ſimul cum Deo unus Rex, & quaſi unus homo, quia omnes unum volent, & quod volent, erit.* Quid eſt quod ſancti, qui de ſe ipſis valde humillimè ſentiunt, ſe reges eſſe dicunt. *Feciſti nos Deo noſtro regnum.* Syriacus *Feciſti nos Deo reges.* Sic beati ſunt uniti voluntate inter ſe, & ſimul cum Deo, ut unuſquiſque nihil aliud velit, niſi quod omnes volunt, & quod Deus vult, & Deus id vult, quod ipſi volunt, & inde *& omnes ſimul cum Deo unus Rex, & quaſi unus homo, quia omnes unum volent.*

Qui idem voluerit ac Deus rex cenſebitur.

239. Richard. Secundò. Richardus de Sanct. Victore. *Feciſti nos Deo noſtro regnum ut Deus regnet ſuper nos per gratiam, ſuper quos Diabolus regnabat per culpam: ſacerdos, ut qui noſmetipſos prius obtulimus diabolo, deinceps offeramus Deo, & regnabimus ſuper terram, id eſt quicquid terrenum & malum in nobis eſt, ſubjiciemus.* Nonne ſatis erat dicere: *Feciſti nos Deo regnum*: vel ut alii habent *reges*: ad quid additur *ſuper terram.* Nam talis particula minuere videtur eorum auctoritatem, & dominium, tamen alto conſilio additum eſt *ſuper terram*, quia ille verè regnat, qui quicquid terrenum eſt ſibi ſubjicit, ubique dominatur. Ad quod etiam reſpicit Rupertus hic: *Super terram; quia ſancti*, ait, *conditione in terra ſunt, ſed vita, & converſatione ſuper terram, & ſuper terrena membra tenent principatum.*

Ille verò regnat, qui quicquid terrenum eſt ſibi ſubjicit.

240. Tertiò. Valde mirum eſt, quod antea dixerunt. *Redemiſti nos*: ergo cùm eſſent redempti potiùs ſe ſervos nominare debebant, quàm reges, & non quomodocumque, ſed ſuper terram? Dicunt enim regnabimus ſuper terram. Cur ergo depoſito hoc titulo regio non ſe prædicant Dei ſervos? Cùm dicunt ſe reges; ſervorum Dei nomen non fugiunt, imò de eo gloriantur, qui enim Deo ſervit, ille verè liber, & Rex, ac in terreſtria habet dominatum, Eleganter Philo Hebr. lib. de Cherub. *Servire Deo, ait, maxima eſt gloriatio, non modo libertate major, ſed & divitiis, & principatu, & omnibus rebus, quas mortales admiramur, pretioſis.* Cum Philo cohæret D. Ambroſ. lib. 8. in Lucam ad illa verba Chriſti Domini. *Regnum Dei intra vos eſt.* Luc. 17. num. 21. rectè monet ut quicumque regnum aſpirat, ſit ſervus. *Servus*, inquit, *in Domino, ea enim parte, quam participamus ſervitute participamur, & regno.* Et quàm liber ſit ſervus Dei, & quantum principatum habeat, explicat ipſe Philo lib. quod omnis probus liber eſt. *Revera ſolus liber eſt, qui ſolùm Deum ſequitur, imò ut equidem ſentio, imperium habet in terreſtria, tanquam immortalis, ſummique Regis mortalis vicarius.*

Qui Deo ſervit, liber, & rex eſt.

Philo. D. Ambr. Luc. 17. Philo.

241. Quartò. Seſe manifeſtat Regaliſſimus thronus, in quo Princeps cœli, & terræ ſedebat, quem circumſtant viginti quatuor ſeniores, aureis coronis ornati, & hi projiciebant coronas ante thronum, & dicebant. *Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creaſti omnia.* Apocal. 4. num. 11. At verò nunc in præſenti, cùm Agnus appareret juxta thronum tanquam occiſus. *Viginti quatuor ſeniores ociderunt coram Agno, &c. Et cantabant Canticum novum dicentes: Dignus es Domine accipere librum*, &c. Et addunt; *& feciſti nos Deo noſtro regnum*; ſeu ut alii habent reges; & Sacerdotes, *& regnabimus ſuper terram.* Agno referunt, quod facti ſint reges; ſedenti autem in throno ſolùm decantant: *Quia creaſti omnia.* Et cur creationem tribuunt ſedenti in throno, regalem vero dignitatem Agno. Nonne ſedens in throno, & Agnus idem erat? Erat quidem, ſed per ſeſſionem in throno oſtendebatur id quod ex Patre Filius Dei habebat; per Agni autem ſpeciem & figuram, ſola manifeſtabantur quæ ex utero matris veniebant. Inde meritò coronas, & regnum Agno referunt, quas ſine gratia, & matris Mariæ ſollicitudine minimè habere poterant, ex merito Mariæ provenit quod regali dignitate præfulgeamus. Ad quod reſpicit Divus Baſilius Seleucus orat. de Verb. Incarn. *Quæ lingua, ait, adeo eſt diſerta, & ſonora, quæ Virginem illam pro dignitate decantare queat. Per eam enim illuſtribus bonis ditati ſumus. Ex ipſa námque flos Ieſſe exortus eſt genúſque noſtrum gloria, & honore coronatum eſt.*

Apoc. 4.

Alia lectio.

Corona Iuſtorum ac regia dignitas Mariæ adſcribenda.

D. Baſil. Sle.

242. Primaſius. Quintò. Primaſius de Chriſto loquens ait; *Ipſe verò in ea (ſcilicet Eccleſia) accipit, quod dedit; ipſe coronatur in ea, quam coronat.* Valde mirum, quod coronam, quam Chriſtus dat, accipit, & corona qua coronat, coronatur ipſe, nam dum dat coronam benemeritis, coronatur ipſa, nulla illuſtrior corona principi, ac

Deus dicitur regnare regnantibus bonis.

regi,

regi ,quam meritis conſpicuè condecorare , ac nobilitare , & extollere.

243. 1. Par. 29. Dicitur Paralip 1. cap. 29. n. 22. *Unxerunt ſecundò Salomonem Filium David; unxerunt autem eum Domino.* Et cur non dicitur quod ipſe unctus,& deſtinatus eſt in regem tantum,ſed inſuper additur *Domino.* Explicet Abulenſ. ibidem quæſt. 25. *Quaſi ad utilitatem Dei.* Carthuſ. *Ad honorem Dei* Et quomodo unctio Salomonis eſt in honorem,ac utilitatem Dei,quia virum tam ſapientem,pacificum,ac bene meritum deſtinare in regem,decus , ac honor ſummi Principis, ac ipſius Dei.

Abulenſ. Carthuſ. *Electio boni Regis dicitur in honorem & utilitatem Dei.*

244. Cant. 4. Cantic. 4. verſ. 8. dicitur. *Veni de Libano ſponſa mea : Veni coronaberis de Capite Amana, de vertice Sanir , & Hermon de cubilibus Leonum , &c.* Sermo eſt de Eccleſia ſancta, quæ de tribus illis montibus , in quibus leones , & feræ indomitæ habitant , coronatur; quinam ſint iſti montes , qui tantæ Eccleſiæ conficiunt coronam , Reges , ac Principes ſunt , ut volunt Divus Gregorius,Beda , & Caſſiodor. quia dum illi ad fidem converſi multis laboribus , perſecutionibus premuntur , magna pœnitentia , ac carnis caſtigatione exercentur , quibus ipſi juſti coronantur , ac triumphant , quia etiam eorum corona , trophæo , ipſa Eccleſia , quæ tales filios peperit , coronatur , ac triumphat. D. Greg. Papa. *Per capita montium , qui hîc nominantur , reges intelligens , ac Imperatores : hiſce omnibus coronari , inquit , Eccleſiam ; quia dum exemplo ſuo omnia , quæ mundi ſunt , vilia eſſe demonſtrat , illos etiam ad pœnitentiam inclinat, & ſibi ipſi pro eorum inquiſitione coronam in cœleſtibus parat.*

Gregor. Beda. Caſſiod.

245. Mortuo impio rege Ozia ſucceſſit ejus filius Ioathan , qui fecit rectum in conſpectu Domini : Ecce tibi Deus Iſaiæ confeſtim ſpecie magnificè regnantis apparet. *Anno quo mortuus eſt Rex Ozias , vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum , & elevatum.* Iſai. 6. n 1. tanta Dei majeſtas ſe oſtentat , cum regnat impius Ozias (& ideo ejus mors pernotatur) ſed cum pius Ioathan ſucceſſit in regnum ; Ac ſi non videatur Deus regnare , cùm regnat impietas,ſed cùm probitas , ac rectitudo dominatur , tunc ſolium majeſtatis ipſius manifeſtatur ad cit. locum. *Super ſolium excelſum , & elevatum , ut habitum regnantis oſtenderet. Et infra ex quo animadvertimus regnante in nobis leproſo rege , nos Dominum in ſua majeſtate regnantem videre non poſſe.* Ex quo ſequitur quod impietas occultat Dei ſolium , quod illum pietas manifeſtat.

Iſai. 6. *Regnante pio Rege Dei ſolium manifeſtatur.* D.Hieron.

Apoc. 5. n. 11. Et vidi , & audivi vocem Angelorum multorum in circuitu throni , & animalium , & ſeniorum , & erat numerus eorum millia millium.

Num. 12, Dicentium voce magna , Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt , accipere virtutem , & Divinitatem , & ſapientiam , & fortitudinem , & honorem , & gloriam , & benedictionem.

VERSIONES.

Syrus n. 11. Vidi tanquam vocem circum thronum , & numerus eorum myrias myriadum , & chilias chiliadum.

Arabicus. Tunc aſpexi , & audivi voces Angelorum , &c. erat autem numerus ſummæ eorum myriades myriadum , millia millium.

Aliqui Codices Græc. Decem millia,decem millium , & millia millium.

Syrus n. 12. Dignus eſt ille mactatus accipere robur , & divitias.

D. Auguſt. Accipere poteſtatem, & divitias.

Pagninus. Potentiam , & divitias , & ſapientiam.

EXPOSITIO X.

VIDI , *& audivi vocem Angelorum multorum.* Ac ſi dicat. *Vidi,* Angelos innumerabiles , & audivi eorum voces , una conſona voce. *Vocem Angelorum multorum.* Non dixit voces , ſed vocem ; ſic beati ſunt concordes ore , & animo ut non multæ voces , ſed una videatur in eis ineſſe vox. *In circuitu throni* ſcilicet Dei , ut promptiſſimi ad divina mandata exequenda , *& animalium , & ſeniorum* , ut eos nempe honorarent , & magnitudinem gloriæ eorum declararent , oſtendentes ſe cuſtodes Eccleſiæ , qui Prælatorum , ac ſubditorum curam haberent. *Et erat numerus eorum millia millium.* Ac ſi dicat,multi, & innumerabiles. Alludit ad illud. Iob. 25. n. 3. *Nunquid eſt numerus militum ejus.* Et ad illud Daniel. 7. n. 10. *Millia millium miniſtrabant ei* , &c. 246. Iob. 25. Dan. 7.

Dicentium voce magna:quia indicatur ingens animi affectus. *Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt*: Scilicet pro ſalute mundi. *Accipere virtutem , & divinitatem.* Ab omni nempe creatura accipere laudem , gloriam , & honorem , ſuæ virtutis , divinitatis , &c. Ac proinde ut omnium ore ſua virtus , Divinitas , ac ſapientia publicetur,ac manifeſtetur , in omniúmque ore habeatur. 247.

Multi codices habent pro Deitate divitias, nam Deitas valde dives , & affluens eſt omni ſapientia , bonitate , juſtitia , omnibúſque gratiis , attributis , perfectionibus omnìque bono; ſic ait Paul. Rom. 10. num. 12. *Dives in omnibus,qui invocant illum.* Ad Eph. 2. n. 4. *Deus autem Dives eſt in miſericordia.* Rom. 1. n. 33. *O Altitudo divitiarum ſapientiæ , & ſcientiæ Dei* 248. Rom. 10. Ephes. 1. Rom. 1.

QUÆST

Quæstio XXVII.

Quare tanta voce Angelorum multorum, acclamatur Agnus dignus ad accipiendam virtutem, Divinitatem, &c.

D. Thom. Lyran. Suarius. Pereira.

249. IN limine quæſtionis notandum eſt cùm D. Thoma 3. p. q. 19. art. 3. Lyrano, Suario, Pereira, hac Agno dari ſeptem elogia. Primò, virtutem. Secundò, divinitatem. Tertiò, ſapientiam. Quartò fortitudinem. Quintò, honorem. Sextò, gloriam; & Septimò benedictionem pro numero ſeptem ſigillorum, quæ continent ſeptem illuſtriores Divinæ Providentiæ effectus. Sicut, & infra ſimilis ſeptuplex doxologia, eidem offertur pro ſeptem plagis, à quibus ſuos Agnus liberavit.

Summa laus omnium habere ſuffragia ad dignitatem. *Cant. 5.* *Matth. 21.*

250. Multa millia Angelorum una voce clamant, quòd dignus ſit Agnus accipere virtutem, & divinitatem, & ſapientiam, &c. ſed ad quid attribuunt Dei filio virtutem, divinitatem, ſapientiam; &c. cùm hæc omnia ex ſe habeat & ſi hæc omnia ex ſe habeat; tamen multa millia Angelorum clamant, quod dignus ſit inter omnes hæc habere? Summa laus eſt ſic hæreditariam dignitatem poſſidere, ut ad illam etiam omnium obtineat ſuffragia, & quod omnium calculo eligatur, & omnium judicio id poſſideat, quamvis naturaliter ei debeatur. Hinc de noſtro ſupremo Principe canit ſponſa. Cantic. 5. n. 10. *Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus* cur non dicitur hæres inter millia, ut rebelles Agricolæ dixerunt. Matth. 21. n. 38. *Hic eſt hæres.* Hoc ei eſt ſummum decus, quo & ſi hæres, tamen omnium calculo, omnium acclamatione electus videatur.

Vaſquez. *Chriſtus per mortem meruit principatum.* *Iſai. 9.* *Gloſſa Ord.*

251. Secundò, Cùm dicunt, *Agnus, qui occiſus eſt*, illud, dignus, meritum tanquam cauſam denotat, ut bene probat Vaſq. tom. 1. in 3. part. diſp. 79. cap. 1. Nam quamvis ratione ſolius unionis rectè diceretur Chriſtus, hac nominis claritate dignus, at verò cùm notanter ſubjicitur, *qui occiſus eſt*, apertiſſimè ſignificatur, hujus dignitatis cauſam mortem fuiſſe, proinde enim fuit, ac ſi diceretur, ideo dignus eſt tantæ dignitatis, ac principatus, quoniam occiſus eſt. Sic ait Iſaias 8. n. 6. *Factus eſt principatus ejus ſuper humerum ejus.* Ex quibus verbis Chriſti meritum ſic eruit Gloſſa Ordinaria. *Dum duceretur ad patibulum,* ait, *portavit crucem in qua meruit principatum.*

Angeli licet à Chriſto non ſint redempti, multi beneficiis ab eo ſunt glorificati. *Rupert.* *Coloſſ. 12.*

252. Tertiò, Supra in hoc capite num. 9. quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores decantabant Agno, *quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo* At verò modo Angeli cum Agno deferunt laudes, non addunt, Redemiſti nos? Quia ab eo nequaquam redempti, ſed ut gratiſſimi; propter alia ab eo accepta beneficia eum innumeris laudibus efferunt! Rupertus. *Ad eorum*, ait, *multitudinem pertinet huic Agno perhibere teſtimonium; quia videlicet & ſi non per ipſum redempti ſunt, quia non perierunt. Attamen per divinitatem ejus conditi ſunt, & per ſanguinem ejus nobis conciliati ſunt*; juxta illud ad Coloſſenſ. 1. num. 16 *Quoniam in ipſo condita ſunt univerſa in cœlis, & in terra, viſibilia, & inviſibilia, ſive throni, ſive dominationes, ſive principatus, ſive poteſtates*, &c.

Joachium. *Dent gentes Gloriam Chriſto quam Judæi denegarunt.*

253. Quartò, *Dignus eſt Agnus accipere virtutem & divinitatem, & ſapientiam*, &c. Ubi Joachimus Abbas ſic ait: *Aperto libro multitudo Chriſtianorum innumera ad Chriſti laudem converſa eſt, ut plene ab electis accipiat, quod apud perfidos Judæos amiſiſſe videbatur.* Gloriam, quam Judæi Chriſto denegarunt, multitudo gentium ei defert, ac decantat.

Hugo. *Noſtra ſalus ſuper omnia gratiſſima Chriſto Domino.* *Imperfect.*

254. Quintò, Decantant. *Dignus eſt Agnus accipere virtutem, Divinitatem*, &c. Non intrinſecè, ſed extrinſecè in manifeſtatione ac publicatione univerſa, ut ita glorificetur ab omnibus & dicunt. *Accipere virtutem,* hoc eſt ut explicat Cardinalis Hugo, *Contra noſtrum vitium, & debilitatem.* Ut nos ab omni peccato redimeret, ac mundaret, ex quo grande dubium inſurgit. Quomodo Sancti Angeli ac ſeniores decantant, ac laudibus extollunt in Chriſto Domino prius virtutem contra noſtrum peccatum, quàm Divinitatem illius, nam in illa ſanctiſſima humanitate, prius unio hypoſtatica conſideranda eſt à quâ omnis ejus excellentia reſultavit; Divinitas, eſt quid valdè glorioſum, ac magnificentiſſimum Chriſto Domino, id eſt ejus humanitati; virtus verò ad deſtruendum peccatum, valdè ſalutifera toti humano generi, ideò hæc primò celebratur tanquam quid valdè gratum, ac jucundum Chriſto Domino; ex quo eleganter Imperfectus homil. 53. in Matth. *Vis ſcire*, ait, *quantum diligat Jeſus fideles ſuos; conſidera quid paſſus eſt pro eis; ſi enim magis quàm gloriam ſuam illos amavit, quaſi homo moriens propter nos; quid mirum, ſi majore dilectione tenebatur ſanctorum, quos relinquebat in terra, quàm dilectione gloriæ, quam habebat in cœlis.*

Anſbert. *Illud quod Chriſtus dat ſuis, dicitur quod ipſe habeat.* *Anſbert.*

255. Sextò, Meritò dubitant Auctores quomodo dicitur quod Agnus dignus ſit accipere virtutem, Divinitatem, ſapientiam, &c Cùm hæc omnia ille habeat à primò inſtanti ſuæ conceptionis, in quo divinitas naturæ humanæ hypoſtaticè eſt unita, difficultatem rectè ſolvit Anſbertus lib. 3. in Apocal. quod ſermo ſit hîc de Chriſto Domino prout eſt una perſona myſtica cum ſua Eccleſia, ac proinde dona ſuæ virtutis, divinitatis, ac ſapientiæ quæ ipſe ſua morte, Eccleſiæ, ac fidelibus dedit & communicavit, ſua alta ſapientia diſponit, ut publica, & alta voce cives cœleſtes clament, & decantent, quod ipſe accipiat, & habeat, quæ nobis largiri, ac concedere dignatus eſt. Anſbert. loco cit. *Quia verò*, ait, *Chriſtus, & Eccleſia una ſunt perſona, poſſunt hæc quadam ratione ad ipſam referri. Dicatur ergo. Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt, recipere virtutem, & divinitatem, &c. ac ſi diceretur in membris ſuis. Cùm enim ipſe ſit Dei virtus ac Dei ſapientia, in corpore ſuo (quod nos ſumus) accepit*, quod in ſe ipſo poſſidet, de illo ſcriptum legimus.

Affectus diligendi in Chriſto videtur excedere ipſum amorem.

256. Septimò, Decantant ſeniores. *Accipere virtutem, divinitatem, & ſapientiam*, &c. Et cur inter tot præclara Agni attributa, ejus charitatem non celebrant, decantant ejus Divinitatem, qua tanta excellentia pro nobis humilis factus eſt; decantant ejus virtutem, ſubintelligentes juſtitiam, qua ſatisfecit, ſapientiam, qua omnia miro modo ordinavit: fortitudinem, qua innumera tormenta ſuſtinuit;

gloriam,& honorem,qui inde ei provenit : ac benedictionem omnium donorum,quæ ex ejus morte hominibus impenſa eſt:Cur ergo etiam ejus charitatem non celebrant , cùm ex ea tot miri exceſſus,ac affectus pullulaverint? alta ſanè conſideratione cives cœleſtes in ſuo Cantico charitatem prætermittunt. Chriſtus tempore mortis in omnibus ſuis virtutum magnalibus juſtitiæ, fortitudinis, ac ſapientiæ maximè ſibi complacuit. At eximius ejus amoris affectus comparatione facta cum ſuo vehementi deſiderio homines diligendi quodammodo videbatur tanto deſiderio non coæquari. Inde omnes aliæ virtutum eminentiæ decantantur,charitas tamen in Cantico prætermittitur cum quodammodo, ac ſecundùm noſtrum dicendi modum , vehementi deſiderio homines diligendi non proportionaretur.

257. Octavò , Decantant ſeniores. *Dignus eſt Agnus accipere virtutem , & divinitatem , & ſapientiam, &c.* Ubi ſapientia præponitur fortitudini,utpote illius fundamentum,ac ſtabilimentum principale ex quo Athalaricus Rex Præfectum Prætorianum extollens apud Caſſiodor.lib.8.Variar. 25. poſt aliquas enumeratas ejus virtutes, ait ; *Verum his aliquid majus adjiciens primordia regni noſtri, & armis juvit. & litteris ; Nam dum curæ lectorum regias cogitationes inceſſerent, ſubitò à literarum penetralibus ejectus , par ſuis majoribus Ducatum præſtitit intrepidus.*

Sapientia munit , & firmat regna. Caſſiod.

258. Decantat Iſaias cap. 4.n. 8. *Antequam ſciat puer vocare Patrem ſuum, & matrem ſuam auferetur fortitudo Damaſci.& ſpolia Samariæ coram Rege Aſſyriorum.* Seu ut legunt Septuaginta, ultima verba *Accipiet fortitudinem Damaſci,& ſpolia Samariæ.* Quæ prophetia intelligitur adimpleta, cùm Jeſus parvulus adduxit ſtella duce tres Magos ex Damaſco , id eſt ex Oriente , cùm ſuis opibus , & gazis de ſpoliis Samariæ, id eſt idololatriæ , cui in primis dedita erat Samaria, ad ſuas cunas , & præſepe , ſed in tribus hominibus Jeſu ſubjectis , qualis fortitudo eripiebatur tyranno ? Quid habebant hi tres homines, ut in eis omnis fortitudo adverſatiorum ablata cenſeatur. Erant hi tres Magi,id eſt ſapientes,quos qui à parte ſua tenet , optimo jure creditur tenere maximam regni fortitudinem D. Chryſ. homil. 2. in Matth. inter opera Imperfecti.*Ideo autem ſunt dicti virtus Damaſci , quia virtus uniuſcujuſque Provinciæ ſunt ſapientes ipſius.* Sapientes enim validiſſimi Reipublicæ muri ſunt, quibus , & tota reſpublica munitur , ac cuſtoditur.

Iſai. 8. Septuag. Matth. 2. *Sapientes , fortiſsimi muri reipublicæ.* D. Chryſ.

259. Benedicens Moyſes omnes Tribus Iſraël ad Gad ait.Deuteron.33.num.20. *Benedictus in latitudine Gad, quaſi leo requievit, cœpitque brachium, & verticem. Et vidit principatum ſuum, quod in parte ſua Doctor eſt repoſitus.* Maximè decantatur, & extollitur Gad fortitudo; quod ita validiſſimus ſit, ut fiat veluti Leo, qui uno ictu ſimul poſſit percutere brachium cum Capite hoſtis,&ſuum principatum maximè ſtabilire,ac confirmare,ſed unde illi tantum robur. *Quod in parte ſua Doctor repoſitus eſt.* Nempe quod Moyſis corpus in terræ ſuæ ſorte ſepultum ſit;ut interpretantur Lyranus,Hugo,Abulenſis, Lorinus,& alii. Ex cineribus ergo unius ſapientiſſimi Doctoris in ſua ditione depoſiti , tantum inde robur hauſit, ut fieret Leo fortiſſimus, ut ſimul uno ictu percuteret caput hominis cum brachio.

Deut. 33. Lyran. Hugo. Abulenſ. Lorin. *Doctoris cadaver corroborat principatum.*

Apoc.5.n.13. Et omnem creaturam,quæ in cœlo eſt , & ſuper terram , & ſub terra , & quæ ſunt in mari , & quæ in eo omnes audivi dicentes : ſedenti in throno & Agno benedictio , & honor, & gloria, & poteſtas , in ſæcula ſæculorum.

Num.14. Et quatuor animalia dicebant Amen , & viginti quatuor ſeniores ceciderunt in facies ſuas,& adoraverunt viventem in ſæcula ſæculorum.

VERSIONES.

Syrus. Et audivit eum,qui ſedet ſuper thronum dicentem , Agno detur benedictio.

Tertull. ad uxor. c. 1. Agno ſit honor,gloria,claritas, dignitas, poteſtas. nunc &|in ſæcula ſæculorum Amen.

Arabicus. Quòdque in manibus eſt, ipſius eſt, ſedenti benedictio , & veneratio , & robur.

Vatabl. Pagn. Gloria.& imperium.

Syrus.n. 14. Et illi ſeniores ceciderunt, & adoraverunt.

Oecumen. Et prociderunt in facies ſuas.

Arabicus. Et ſenes proſtrati adoraverunt.

EXPOSITIO XI.

Et *omnem creaturam.* Dictum eſt ſupra , quod Joannes audiviſſet quatuor animalia , viginti quatuor ſeniores , & millia millium Angelorum reſerato libro ſedenti in throno , & Agno laudem referre. Nunc verò ſcribitur cæteras omnes creaturas eaſdem laudes intonaſſe. *Et quæ in cœlo eſt.* Ut ſunt omnes ſancti , Sol , Luna Stellæ. *Et ſuper terram* ; omnia animata , & inanimata. *Et ſub terra* ; ut animæ in Purgatorio detentæ , ut inquiunt Suar. Ribeira , & alii, & etiam quæ ſunt in limbo , ac in Inferno; ut Dæmones ac damnati, ut inquiunt Divus Gregorius Dialog.4.Rupert, & alii. *In nomine Jeſu omne genu flectatur cœleſtium , terreſtrium, & infernorum.* Coguntur enim Dæmones Chriſtum, ac Deum pro Domino ſuo agnoſcere , & revereri. 260

D. Greg. Rupert.

Et

261. *Et quæ ſunt in mari.* Nempe piſces, margaritæ, & gemmæ. *Et qui in ea.* Claſſibus ſuis navigant. *Omnes audivi dicentes Deo* & Agno laudes, idque voce cuique propria: nam etiam in irrationabilibus, & inanimatis: ipſe propriæ perfectionis à Deo acceptæ oſtentatio, ut divinæ ſapientiæ, potentiæ, bonitatis clariſſima nar-
Philo. ratio, confeſſio, & laudatio. ut ait Philo lib. de Plantati. Noë. Similiter creaturæ irrarionales
Dan. 3. dicuntur Deum laudare. Daniel. 3. num. 59. & Pſalm. 148. n. 3.

Et quatuor animalia dicebant Amen. Vox eſt apud Hebræos precantis, & affirmantis, ac ſi dicatur; Certè ita eſt, vel dignum eſt, ut talis laudis confeſſio detur Deo, & Agno, *& viginti quatuor ſeniores ceciderunt in facies ſuas*, Agnoſcentes, & ſupplices venerantes Dei majeſtatem *Et adoraverunt viventem in ſæcula ſæculorum.* Deum nempe ſempiternum, qui eſſentialiter eſt vita, in cujus comparatione nullum aliud vivens dicitur, qui ab aliis vitæ puritate, felicitate, plenitudine diſtat in infinitum.

QUÆSTIO XXVIII.

Quare eadem glorificatio, quæ datur ſedenti in throno, decantatur etiam Agno ob librum reſeratum?

263. OMnes creaturæ dicebant, *ſedenti in throno, & Agno benedictio & honor, & gloria, & poteſtas in ſæcula ſæculorum.* Deo, & Agno impenditur benedictio dum multa ſe-
D. Thom. dulitate perpetuæ poſteritati, ac æternitati conſulitur; honor ut definitur à Divo Thoma 2. 2. q. 103. art. 1. & 2. eſt teſtificatio excellentiæ alicujus. Omnes enim creaturæ ſua perfectione, ac natura teſtificant Dei excellentiam. Gloria ei datur, dum illius juſſa perficiunt; poteſtas verò, ſive robur, & imperium, dum ad illius nutum, vel ſubſiſtunt, vel deficiunt. Ad quæſtionem.

264. Et primò unde fieri potuit ut alta confeſſione tanta gloria daretur ab omni creatura ſedenti ſuper throno, ac Agno; & meritò ſanè idem honor prædicatur exhibendus ſedenti ſuper throno, ac Agno; eademque poteſtas, ſeu im-
Dignus imperio cenſetur qui pro aliis vitam dat. perium, ut alii legunt, ei decantatur. Nónne homines ipſe redemit? Ne mireris ergo creaturas etiam irrationales prædicaſſe Agnum imperio dignum, qui enim pro aliquibus redimendis vitam profundit, dignus etiam eſt aliorum
Richard. dominio Favet Richardus Victorinus. *Non ſolùm dignus eſt ſalvator virtute, & quæ ſupra dicta ſunt accipere per laudem, & gratiarum actionem, ſed omnem creaturam per poteſtatem.* Cum ſit ſalvator pro nobis vitam ſuam dans, dignus ſit accipere gratiarum actionem, & omnem poteſtatem.

265. Secundò; Viginti quatuor ſeniores Deum
Apoc. 4. adorant dicentes cap. 4. num. 11. *Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata ſunt.* At verò Agno decantant viginti quatuor ſeniores, quatuor animalia, & millia millium Angelorum dicentes voce magna. *Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, & Divinitatem, & ſapientiam.* Et ſtatim ſubditur: *& omnem creaturam, quæ in cœlo eſt, & ſuper terram, & quæ ſunt in mari, &c.* ut in præſenti habetur. Apertè hic ſermo refertur ad humanitatem, ut notant communiter Patres Andr. Cæſar. Andr. Cæſ.
Aretas, Primaſius, Ansbertus, & alii; & manifeſtè patet ex verbis. *Qui occiſus eſt.* In humanita- Aretas. Primaſius. Ansbertus.
te Dominus paſſus & mortem ſuſtinuit; ex quo grande inſurgit dubium. Cur dum Chriſtus Dominus celebratur laudibus, ratione Divinitatis, cujus imperio cuncta creata ſunt; viginti quatuor ſeniores gloriam, & honorem Deo decantant; at dum Agnus occiſus ob humanitatem, in qua ſupportavit mortem, & paſſionem, acclamatur, non ſolùm aſtant ſeniores, & millia millium Angelorum, ſed etiam omnis creatura, quæ eſt in cœlo, & in terra, & ſub terra, ac in mari fauſtis acclamationibus Domini excellentias intonant? *In magno pretio eſt dignitas, quæ labore, ac ſanguine comparatur.* Agnus occiſus multis opprobriis, & flagellis, & clavis, lancea, cruce, ac morte hanc ſibi gloriam comparavit, & honor, ac majeſtas, quæ tanto ſtetit ſanguine, & ſudore in magna æſtimatione, ac pretio habetur, & inde Dominus maximè gaudet eam magnis acclamationibus ſublimari, ac decantari. Gloſſa Ordinaria. *Quantò plures, tanto* Gloſſa.
major atteſtatio, & majus gaudium.

266. Tertiò *Omnes audivi dicentes ſedenti in throno, & Agno benedictio, & honor, & gloria.* Cur inter hanc laudum decantationem, primùm Deo datur benedictio. Creaturæ in exordio ſuæ creationis benedictionem à Deo acceperunt, per quam accepta fœcunditate propagationis uſque ad hanc diem in ſua ſpecie multiplicatæ ſunt, & deinde multiplicabuntur uſque in finem ſæculi: Ecce cur in præconiis creaturarum primùm eſt benedictio, quia per cujus benedictionem ſubſiſtimus, ac perſeveramus in vita, ei primùm benedicere, ac in ſempiternum vivere debemus, & acceptam benedictionem à Deo referamus, ipſum benedicentes. Ruper- *Per cujus benedictionem ſubſiſtimus ei debemus benedicere*
tus: *Sunt quædam creaturæ*, ait, *quæ non ſolum* Rupert.
præcepto ejus in natura ſunt, ſed etiam benedictione ejus in ſuæ ſucceſſionis poſteritate ſubſiſtunt, ſcilicet omnis creatura vivens, atque motabilis, quam prædixerunt. Aquilæ in ſpecies ſuas, & omne valatile ſecundum genus ſuum. Geneſ. 1. Vidit Geneſ. 1.
Deus quod eſſet bonum, benedixitque eis: dicens creſcite, & multiplicamini & replete terram. *Rectè ergo primam benedictionis vocem emittunt ei, per cujus ſubſiſtunt benedictionem*; benedictione accepta fœcundatur creatura, prima vox ejus ſit, Deum benedicere.

267. Quartò, occiſo Agno fortitudinem; virtutem, & gloriam, ſupremam poteſtatem, ac imperium decantant, non ſolùm ſeniores, & quatuor animalia, ſed etiam omnis creatura, quæ eſt in cœlo, ſuper terram, & ſub terra; & unde Agno tam ſuperexcelſa Dominatio? Leo dicitur Rex inter animalia, cujus fortitudini, omnia ſe ſubjectant inter animantia. At verò Agno non ſolùm animalia, ſed univerſæ creaturæ, quæ ſunt in cælo, & quæ ſuper terram, quæ ſub terra, valdè promptè, ac gratulantur & ſubjiciuntur; unde Agno tanta vis, ut omnes creaturas trahat in ſui regni dominationem? Agnus valdè innocens eſt, ac ſimpliciſſimus abſque ullo duplicitatis dolo, & ſimplicitas, ac innocentia inter omnes virtu- *Simplicitas valdè apta ad regnum, & ipſum munit.*

tes maximè apta eſt ad regnum, ipsúmque munit, ac firmat. D. Irenæus, lib.4. hunc Apocalypſ. locum ſic ad noſtrum intentum expendit. *Non alius poterat*, ait, *aperire librum paternum, nec videre eum, niſi Agnus, qui occiſus eſt: qui omnia verbo fecit, & ſapientia adornavit, accipiens omnium poteſtatem, quando Verbum caro factum eſt; ut quemadmodum in cœlis principatum habuit Verbum Dei, ſic & in terra haberet principatum, quoniam homo juſtus, qui peccatum non fecit, nec dolus inventus eſt in ore ejus.* Expende illa verba, *In terra habere principatum, qui peccatum non fecit, nec dolus inventus eſt in ore ejus.*

D. Irenæus.

268. Matth. 10.

Ait Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Matth. 11.n.16 Cur Dominus conjungit ſerpentinam prudentiam cum ſimplicitate columbæ; loquebatur Dominus cum ſuis Apoſtolis, quos Principes orbis conſtituebat, & inde eis ſic commendabat ſerpentinam prudentiam, ut tortuoſos ſinus; ac latebras ſerpentis caverent, illiúſque, verſipellem malitiam fugerent. candidiſſimamque ſimplicitatem columbæ tenerent, ut ita aptiſſimi totius orbis Principes conſtituerentur. Tertull. lib. adverſ. Valent ſic fatur. *Abſcondat itaque*, ait, *ſe ſerpens, quantum poteſt, totámque prudentiam in latebrarum ambagibus torqueat, altè habitet, in cæca detrudatur, per anfractus ſeriem ſuam evolvat, tortuosè procedat, nec ſemel totus, lucifuga beſtia. Noſtra columba domus ſimplex, etiam in editis, & apertis & ad lucem.* Optima Principis commendatio, ut ſic ſimpliciter, ac candidè procedat, ut nihil habeat in duplicitate, ſed univerſa in candore manifeſto.

Simplices, & candidi ad regnum deſtinantur. Tertul.

266. Benedicens Moyſes tribus Iſraël, veniens ad Levi, ait ei juxta lectionem Septuaginta apud D. Ambroſ. citand. *Date Levi viros ejus Date Levi manifeſtos ejus, date Levi ſortem ſuffragii ejus.* Deuteron. 33. n.8. Cur inter omnes Tribus pro ſingulari encomio Levi decantatur, quod viri ejus manifeſti erunt, cùm ſors ſuffragii ei datur? Singulariter inter omnes tribus datum eſt Levi ſacerdotale miniſterium; imò ſuprema & alta Pontificia dignitas, ideo pro benedictione ei aſſignatur, quod viri ejus ſint manifeſti. Qui in alto dignitatis vertice præſunt, cor habeant patens, & manifeſtum in ſimplicitate, & non reconditum, ac occultatum cum dolo ac fallacia Pro quo accipe D Ambr. lib. 1. Officior. cap. ultimo. *Illi ergo* ait, *viri ejus, & manifeſti ejus, qui nihil in corde doli habeant nihil fraudis occultent.*

Deuter. 33. *Pontifex habeat cor patens ſimplicitate, & non abſconditum in dolo.*

D. Ambr.

QUÆSTIO XXIX.

Quare quatuor animalia, ac ſeniores cadunt in facies ſuas, cùm divinas laudes proſequuntur?

270. Apoc. 4.

VT patet ex cap. 4. num. 11. Seniores mittentes coronas ſuas, adorabant viventem in ſæcula ſæculorum, dicentes, *quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata ſunt.* Nunc verò cum Agno occiſo. *Viginti quatuor ſeniores ceciderunt in facies ſuas.* Supremæ Dei majeſtati ſupremus cultus debitus eſt; & maximè cùm oſtentat creationis opus, quod ita eſt proprium Dei, ut juxta D. Thomam, nulla pura creatura poſſit ad hoc ſumi tanquam inſtrumentum, tunc ſeniores ſolùm Deum adorant, at verò Agnum tanquam occiſum non ſolùm adorant; ſed ante ipſum procidunt in facies ſuas. Cur ergo profundior cultus exhibetur ante Agnum tanquam occiſum, quam ante ipſum divinum numen cuncta è nihilo producentem? Deus cùm creat oſtendit ſupremam ſuam majeſtatem, ac potentiam, & inde ſeniores Deum adorant, qui cuncta creavit; At Agnus tanquam occiſus indicabat Chriſtum in ſacramento Altaris, in quo ipſe eſt repræſentatione mortuus, inde ſeniores cadunt in facies ſuas, altiori, & profundiori cultu ipſum tunc proſequentes, inter omnia ſacra myſteria Chriſtus in Euchariſtia maximè venerandus, ac honorandus eſt à nobis, in ea enim omnes divitias ſui amoris in nos profundit.

D. Thom.

Euchariſtia ſuper omnia divina myſteria veneranda.

171. Ad quæſtionem. Ab actu laudis proceditur ad actum venerationis, ac adorationis, imò hîc datur optimus, ac feliciſſimus circulus. Incipiunt quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores Canticum Agni; ſuccedunt Angeli, ſequuntur omnes creaturæ; & ipſæ cantantes; tum reditur ad quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores, illa dicentia Amen: iſti proſternentes ſe, adorant ſedentem in throno, & Agnum.

Feliciſſimus circulus.

172. Richard.

Richardus Victorinus; *Ceciderunt in facies ſuas*, ait, *quia univerſi Eccleſiæ judices, dum divinam majeſtatem audiunt omnibus creaturis eminere ac ſummis ſpiritibus prædicabilem, & laudabilem eſſe, nequaquam de Prælatione ſua debent ſuperbire, ſed ſemetipſos humiliare, & dignum creatori, ac Redemptori Deo venerationis cultum impendere.* Viginti quatuor ſeniores ſedebant in ſedilibus ſuis, cùm tamen audiunt Dei potentiam, ac majeſtatem prædicari ab univerſis creaturis, procumbunt, & proſtrati adorant Principes, ac judices univerſi, cùm audiunt Dei majeſtatem prædicari, omnem faſtum deponere, & humiliari tenentur.

Principes audita Dei majeſtate humilientur.

273. Sed ad quid ſeniores & animalia dant Deo benedictionem, gloriam, honorem, & poteſtatem; fruſtra enim hoc dictum videtur, nam licèt hæc non dicantur, nec optentur, nec inde ei erit minor, laus, gloria, & poteſtas, non enim ex his aliquod augmentum ei creſcit; ſeniores tamen, ac animalia inceſſanter hæc decantat, ſpeciali amore eum proſequebantur propter beneficia tum creationis, tum etiam redemptionis ei impenſa, & quos verè diligimus, quantùm in nobis eſt maximè optamus, ut potentiſſimi, ac omni gloria, & benedictione inſigniti ſint. Divus Thomas. *Hoc dicitur*, ait, *ad ejus magnitudinem, non ut per hoc ſit ei major poteſtas, ſicut nec noſtra benedictio, vel laus ei dat aliquid, ſed ut oſtendatur eſſe potentiſſimus, & quia digniſſimè convenit ei poteſtas: hoc autem oſtenditur per modum optantis, propter vim, & devotionem amoris, qui vult Deo, & dirigit Deo, omne quod ad excellentiam pertinet, & in hoc congratulatur: hoc ergo dicimus ex amoris devotione propter divinæ magnificentiæ magnificationem.*

Quos diligimus, maximè optamus plenos eſſe benedictione, & potentia.

D. Thom.

274. Ex his quæ ſeniores decantant Deo, habemus

Cornel.

bemus obſcuram quandam ſpeciem ejus cœleſtis vitæ quæ igitur in Paradiſo, ut cum multa pietate hìc notat Cornelius, & aliqui actus jam hìc incipiunt in hac mortalitate, qui illam vitam adumbrant; Primus eſt cognitionis, qua Deum cognoſcimus immenſum Oceanum omnium perfectionum; Secundus eſt reverentiæ, & devotionis; Tertius eſt amoris concupiſcentiæ, quo eum ut auctorem omnis noſtri boni diligimus. Quartus eſt amoris amicitiæ, quo eum amamus ut ſummè amabilem; & in ſe continentem omnem virtute, & honeſtatem, hinc naſcitur Quintus actus gaudii, & complacentiæ de ejus bono; & Sextus congratulationis: & tandem Septimus jubili, quo jubilat, & exultat in illo mens, juxta illud: *Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum.*

Aliqui actus vitæ, qui adumbrant cœleſtes.

Pſal. 83.

275. Hinc Anna Samuelis mater ipſo nato decantat *Exultavit cor meum in Domino*. 1. Reg. 2. n. 1. exultavit, id eſt extra ſe ſaltando, quod ſignificat ingentem lætitiam ex divino dono; quæ intus ſe non capiat, ſed foras erumpat, unde Chriſtus de Abrahamo ait: *Exultavit ut videret diem meum.* Ioan. 8. n. 10.

Ingens lætitia ſpiritualis.

1. Reg 2.

Ioan 8.

276. Hinc David ait Domino Pſalm. 29. num. 12. *Conciſiſti ſaccum meum, & circundediſti me lætitia.* Et quænam eſt hæc lætitia, ad cujus receptionem, neceſſe fuit ſaccum, ſeu corpus illius concidere? lætitia erat ſpiritualis à Deo communicata, quæ tanta erat ut non poſſet teneri à parte illius interiori, ſed etiam tota pars exterior in orbem lætitia perfundebatur; nam licet Deus triſtitiam parcè admodum propinet juxta illud. *Potum dabis in lachrymis in menſura* Pſalmo. 79. n. 6. Hoc eſt tenuiter, ut explicat Cardinalis Hugo ſicut & illud Ezech. 4. num. 11. *Aquam in menſura bibes.* Hoc eſt in parcitate; tamen lætitiam tam affluenter communicat, ut ſe in corda non contineat, ſed in corpus redundet, ad quod reſpicit Divus Cyprianus Epiſt. ad Donatum, *Non*, ait, *in capeſcendo munere cæleſti, menſura ulla, vel modus eſt: profluens largiter ſpiritus, nullis finibus premitur: nec coërcentibus clauſtris intra certa metarum ſpatia refrænatur. Manat jugiter, exuberat affluenter.*

Pſalm. 29.

Deus triſtitiam parcè, gaudia affluenter communicat.

Pſalm. 79.

Hugo.

Ezech. 4.

D. Cypri.

277. Tanta eſt Dei lætitia, quæ diffunditur in juſtos, ut ad eam ſuſtinendam neceſſe ſit à Deo armari; & roborari. Huc ſpectat illud Sapient. 4. num. 17. *Videbunt finem ſapientis, & non intelligat, quod cogitaverit de illo Deus, & quare munierit illum.* Non intelligunt, quare munierit Deus ſapientem è vita diſcedentem, quia non noverunt magnitudinem, & immenſitatem gloriæ, ad quam migrat, quam ut ſuſtineat, roboratur à Deo, & valdè munitur Huc ſpectat Divus Nazianzenus in Apologia, ubi appellat felices hominum animos, à corpore excuſſos ad cœleſtem patriam remeantes: ſic ait; *quos ſpiritus armat in gloriam.* Pulchrè innuens munus Divini ſpiritus erga beandos homines, nimirum, qui illos armat, ut immenſum gloriæ pondus valeant ſuſtinere.

Sap. 4.

Iuſti corroborantur à Deo, ut tantum gaudii pondus ſuſtineant.

D. Naz.

CAPUT SEXTUM.

IN hoc ſexto Capite ſex ſigilla Libri hujus Apocalypſeos aperiuntur, In apertione primorum quatuor ſigillorum evocatur Ioannes à quatuor animalibus per ordinem, & ex his primis quatuor exeunt equi cum ſuis ſeſſoribus In aliis verò nulla de equis fit mentio, & hoc ſanè ex magno myſterio in quinto ſigillo apparent ſanctorum Martyrum animæ vindictam ſuorum ſanguinum poſtulantes. In ſexto ſigillo cœli luminaria obtenebrantur, ac ab ipſo cœlo ſtellæ cadunt.

Apoc.6. n. 1. Et vidi quòd aperuiſſet Agnus unum de ſeptem ſigillis, & audivi unum de quatuor animalibus dicens, tanquam vocem tonitrui, Veni, & vide.

VERSIONES.

Arabicus. Vidi, quod aperuiſſet Agnus unum ex ſeptem libri ſigillis.
Vatablus. Cùm aperuiſſet.
Marianna. Audivi primum de quatuor animalibus.

EXPOSITIO I.

1. ET vidi, *quod aperuiſſet Agnus unum de ſeptem ſigillis.* Tùm dicitur cap. antecedenti num. 8. quod Agnus aperuiſſet librum, intelligitur per anticipationem dictum. Non enim apertus eſt liber, donec ſigilla aperta ſunt; & in apertione libri, ac ſigillorum ſemper Chriſtus dicitur Agnus, eo quod immolatus ſit pro nobis in modum Agni; & propter hanc immolalationem meruit Chriſtus exaltari, & omnibus dominari, ac librum aperire.

Chriſtus quia mortuus exaltatus eſt à Patre.

2. *Et audivi unum*, ſcilicet primum de quatuor animalibus, Leonem nempe, ut patet cap 4. num.7. *Tanquam vocem tonitrui*, magnam ſcilicet, ac terribilem, qualis fuit vox Evangeliſtarum, ac Apoſtolorum Dei, de quibus dicitur in Pſalmo 18. *In omnem terram exivit ſonus eorum.* Vox clamavit, ac dixit. *Veni, & vide.* Leo oſtendit hanc primam viſionem, in qua Chriſtus Dominus inducitur ut ſeſſor, & eques, ac omnium Rex, & Dominus. De quo q. 3. in principio.

Apoc. 4.

Pſalm. 1.

QUÆSTIO I.

Quodnam eſſet hoc primum animal Ioannem vocans, tanquam voce tonitrui?

QUOdnam ſic hoc primum animal, varia ſunt placita Doctorum juxta varias expoſitiones, de quatuor animalibus, ut retuli cap.4.n.25. ubi cum communi ſententia reſolvi eſſe quatuor Evangeliſtas, ac proinde primum animal eſt Leo, qui S. Matth. Evangeliſtam denotat. 3.

Primum animal Leo

4. *objectio.*

Oppones. Si in his quatuor animalibus accipiuntur quatuor Evangeliſtæ, quomodo dici poteſt, quod quartum animal dicat *Veni, & vide*, quomodo intelligi poteſt, quod ipſe ſemetipſum vocet, maximè cùm nondum eſſet Evangeliſta, cùm hæc ſcribebat, nam poſt Apocalypſim ſcriptam, & regreſſum ab inſula Pathmos ſuum Evangelium ſcripſit.

5. *Solutio.*

Reſpondendum eſt, quod ea, quæ Ioannes hìc videbat non erant res exiſtentes à parte rei, ſed ſolùm ad futurorum ſignificationem, menti ejus objiciebantur, ac repræſentabantur, proindéque potuit Ioannes ſemetipſum referre, ſibiquemetipſi loqui, ut ſpiritu veniret, & quæ futura erant in Eccleſia etiam circa ſeipſum videret, & cognoſceret: Sæpè enim contigit, ut nobiſmetipſis loquamur, ac noſmetipſos ad magna exhortemur.

6. Hæc autem vox dicitur ut tonitrui, *Audivi tanquam vocem tonitrui.* Tum ob ſui magnitudinem, qua maximè inſonuit, & ita explicat D. Hieron illud Pſal.76. n. 19. *Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt: vox tonitrui tui in rota.* Sicut & Divus Baſilius illud Pſal.28.num.3. *Vox Domini ſuper aquas: Deus majeſtatis intonuit.* Sed cur hæc vox potius refert tonitruum, quam ſuavem aliquam cantilenam? Vox hæc perſonabat fidei myſteria, ſacræ Scripturæ veritatem, & hæc non patiuntur in Angelo detineri, ſed in manifeſtum, & publicum prodeunt. Rup. hic. *Auditur,* ait,

D. Hieron. Pſalm. 79. D. Baſil. Pſalm. 28.

Veritas Evangelica perſonat in toto orbe.

Rupert.

ait, vox *tonitrui, quia videlicet, non ſicut probroſa vanitas, ſuſurrat in angulis, ſed palam omni mundo prædicari amat plenitudo partus virginalis, ita ut merito comparetur tonantibus cœlis.*

7. Secundò, vox hæc veritatis Evangelicæ, ac doctrinæ ſacræ Scripturæ, inſonuit, ut tonitruum, quia non ſolùm in manifeſto maximè inſonuit, ſed etiam magnum errorem in omnium animos ingerit. Unde Chriſtus Dominus de ſe ait. *Sicut fulgur exit ab Oriente, & paret uſque in Occidentem; ita erit, & adventus Filii Dei.* Matth. 14. num. 27. quod Origenes homil. 30. in Matth. explicat, quia Chriſtus Dominus luce ſuæ doctrinæ totum orbem illuminat; ſed tamen ulterius inquiro, quam ob cauſam hujus veritatis lux, non jam cum Solis, Lunæ, & Stellarum luce, ſed cum luce fulguris comparatur? Credo equidem, quia ſicut fulgur non ſolùm illuminat oculos, ſed etiam animos perterret; imò, & corpora, in quæ incidit, abſumit; ita planè vox fidei ac Scripturæ, non ſolùm ſplendorem ingerit, ſed etiam terrorem, & in eorum animos, in quos verè pertranſit, quidquid terrenum eſt, conſumit, & perimit.

Matth. 24. Origen.

Fidei, ac Scripturæ fulgur ſplendorem, ac errorem ingerit.

8. Tertiò, Ioachimus Abbas profundè inquirit, quare cùm primum ſigillum aperitur ab Agno vox ad inſtar tonitrui auditur cùm nihil ita timore concutiat, quàm tonitruum? ſic explicat citatus Abbas, quia Dominus tempore ſuæ reſurrectionis, cùm primum reſeravit ſigillum, tunc Leo de tribu Juda magno terræmotu, tanquam tonitruo totum orbem perterruit, & maximè Judæos, qui eum crucifixerunt. Sic ait citatus Abbas. *In apertione ergo primi ſigilli primum animalium quatuor, ac ſi vocem tonitrui dedit, quia prædicantibus Apoſtolis, cum cæteris Chriſti diſcipulis reſurrectionem Dominicam, terribilis quidem ſonus factus eſt in orbem terrarum.*

Chriſti reſurrectio maximè perterruit Iudæos.

Ioach. Abb.

9. Quartò, & quod etiam maximè inquirit quæſtio. Vox hæc loquens Ioannis; ait ei: *Veni & vide.* Ad quid ei ait veni; jam enim ipſe mente ſublevatus erat in cœlum; dictum eſt enim ei cap. 4. n. 1. *Aſcendit hûc* Deinde ad quid ei dicitur prius veni, & poſtea vide. Quia ad hoc ut videamus, ac intelligamus Chriſti Domini myſteria, neceſſe eſt ut priùs veniamus, non greſſu corporis, ſed mentis ac fidei; ita ut quantò altiora ſunt myſteria agnoſcenda, tantò magis debemus mente in cœlum evolare, & in hac re nullo modo gradu eſt ſiſtendum. Rupertus, *Oportet eum*, ait, *qui talium dictorum nempe miraculorum, ſibi ſignaculum ſolvi, id eſt intelligentiam, aperiri cupit, priùs habeat meritum fidei, ſequitur ergo veni & vide, hoc eſt primùm crede, & ſic demum intellige.*

Maximè elevanda eſt mens, ut ſuperna myſteria intelligantur.

Rupert.

10. Quintò, Richardus de S. Victore. *Quæ in hoc loco*, ait, *ſpiritualiter Sancto Ioanni oſtenduntur, ad eligendorum, & convertendorum perſonam ſpiritualiter referuntur: ipſis enim in his verbis dicitur, ut per converſionem veniat, & per fidem videant gratiam regenerationis primitivæ Eccleſiæ collatam, quam ignorant, & gratiam per Baptiſmum ſuſcipiendo, & Eccleſiam imitando ad vitam pergant.* Vocatur Ioannes ut veniat ſpiritu, & ut videat ſuperna myſteria; an ad beatitudinem conſequendam ſufficit ſolùm videre ipſa alta myſteria, nequaquam ſanè; quando ergo ei dicitur tantum, ut veniat, & videat; non intenditur ſolùm, ut tantum in viſione conquieſcat, ſed etiam ut id quod viderit imitatione adimpleat. *Et Eccleſiam imitando ad vitam pergant.*

Richard.

Quod fide Percipimus, opere & imitatione adimpleamus.

Ad Eccleſiam, ſeu animam juſti ait Deus; *Audi filia, vide, & inclina aurem tuam: & obliviſcere populum tuum, & donum patris tui.* Pſ. 44. n. 11. tria ei commendantur; primò, ut erudiat, ſecundò ut videat; tertiò ut oblivionem habeat de populo ſuo, ac de domo patris ſui; nonne ſat erat audire, & videre myſteria fidei, ad quid ultra tanta oblivio ei commendatur; quia non ſat eſt audire, ac videre myſteria fidei, ſed ultra neceſſe eſt, ut quis habeat oblivionem de antiqua ſua pravitate, ac ſobole, ut ita cum omni puritate, ac ſinceritate teneat, ſequatur ac imitetur ipſa ſuperna fidei myſteria. Sic ſubdit citatus D. Paſchaſ. Obliviſcere populum tuum, & domum patris tui; *Ut ita*, ait, *floreatis mente, virtutibus, & fructificetis opere, ita ut fructus veſter maneat in retributione.* 11.

Pſalm. 44.

Ille perfecte fide agnoſcit myſteria divina, qui illa imitatur

D. Paſchaſ.

Superna diſpoſitione nomen Epiphaniæ impoſitum eſt illi myſterio, quando puer Jeſus Magis adorandus apparuit? eſt enim Epiphania idem quod apparitio. Sed cur dicitur Ieſus tunc apparuiſſe, & non potiùs cùm natus viſus fuit in ſtabulo; ait D. Ambroſ. ſerm. 19. *Tunc primùm ſignis, atque miraculis credentium cordibus Deus Chriſtus illuxit, & in tenebroſas conſcientias, hominum, fidei ſplendor advenit; cùm igitur Deus ubique ſit, & univerſa poſſideat; nam etſi priùs natus ex Virgine oculis carnalibus videbatur, tamen non apparebat, quoniam virtutem ejus adhuc fidei acies ignorabat.* Et ſi quando natus eſt puer Ieſus, tunc primùm apparuit, ac viſus eſt ab hominibus, tamen ſuperna diſpoſitione tunc ſimpliciter dicitur apparuiſſe, quod per fidei aciem ejus virtus manifeſtata eſt, ut tres Magi deponentes regale faſtigium, ad ejus pedes ſe ſe humiliter proſtraverunt, ejus ſacram abjectionem imitantes, ut ad ejus exemplum, contemnerent divitias theſaurorum ſuorum, quos ad ejus faſtigia liberaliſſimè ſubmiſerunt. 12.

Matth. 2.

D. Ambr.

Tunc Ieſus verè videtur, & agnoſcitur, quando imitatur.

Apoc. 6. n. 2. Et vidi, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum, habebat arcum, & data eſt ei corona, & exivit vincens, ut vinceret.

VERSIONES.

Syrus. Et fuit equus albus, & qui ſedet ſuper eum.

Primaſius. Qui ſedebat ſuper eum habebat ſagittam, exiit ut vinceret, & victor exiit.

Aretas. Exivit vincens, & ut vinceret.

Arabicus. Et qui ſedebat ei, habebat arcum, &c & tum quidem prodiit, ad vincendum, & vicit.

Arias. Sedens ſuper illum habens arcum.

EXPOSITIO II.

13. ET ecce equus albus. Ex quatuor primis libri ſignati ſigillis, quatuor prodeunt equi; primus eſt albus, & ſunt Apoſtoli, aliique Prædicatores Evangelici, per quos Chriſtus totum mundum debellavit, ac ſubjecit, Seſſor eſt Chriſtus Dominus, cujus frænum Prædicatores Evangelici ſuſcipiunt, eò ſuum curſum dirigentes, quò eos ſeſſor invitat. *Habebat arcum*, Arcus Chriſti eſt ſacra Scriptura, cujus quot ſunt verba ac ſententiæ, tot ſunt ſagittæ acutæ, vulnerantes quoſdam ad vitam, quoſdam autem; qui illi reſiſtunt ad mortem.

14. *Et data eſt illi corona*; utique aurea, ex omni lapide pretioſo in ſignum regni ac victoriæ ſuæ, ut inde præmietur bonos ac juſtos. *Exivit, vincens, ut vinceret.* Græcus. Græcè. *Exivit vincens, & ut vinceret*, id eſt exiens jam tum vincebat, ac in poſterum victurus, ac debellaturus erat hoſtes ſuos.

QUÆSTIO II.

Quare ex primis quatuor ſigillis prodeunt quatuor equi, & quid ipſi ſignificent?

15. *Quid ſunt ſeptem ſigilla.* DE ſeptem ſigillis, jam ſuprà egi cap. 5. quæſtione.... Septem ergo ſigilla myſteriorum, ac Sacramentorem univerſitatem ſignificant, nam ſigillum eſt tanquam ſymbolum, ſeu arcanum, quod ſub ſe aliquid tegit, & involvit. Sunt autem ſeptem pro univerſitate Sacramentorum, & ideo hic numerus valdè frequenter ſumitur in toto hoc libro. Unde ſupra ſeptem ſtellæ, ſeptem candelabra, ſeptem lampades ardentes ante thronum Dei; ſeptem Spiritus miſſi in omnem terram, ſeptem cornua Agni, ſeptem tubæ, ſeptem phialæ.

Quid verò hujuſmodi quatuor equi, ejuſque ſeſſores ſignificent, tot ſunt ſententiæ, quot capita, & valdè prolixum eſſet ſingulas referre, quod multa ex parte præſtabo, dum de unaquaque particulariter fuerit ſermo; nunc verò de eis ſimul ſumptis agimus.

16. D. Ambr. Ansbert. Aretas. Arias. Primò, Ambroſius, Ansbertus, Aretas, Arias exiſtimant omnes hos quatuor equos eundem habere ſeſſorem, ſcilicet Chriſtum Dominum, ad hominúmque ſalutem, & redemptionem, ejuſque victoriam pertinere: dicúntque in equo albo exprimi Chriſtum Dominum in Euchariſtico arcano ſub albedine illarum ſpecierum; In equo rufo ſignificari ipſummet, prout totus igne charitatis ſuccenſus degebat in hac vita; In nigro denotari ejus poteſtatem judiciariam, in cujus ſignum ſol obſcurabitur; In pallido verò ejus ſacratiſſimam mortem innui.

18. Ticonius. Primaſ. Beda. Tamen quod equi, ac ſeſſores diverſa habeant ſignificata conſtans eſt Doctorum ſententia. Ita Ticonius, Primaſius, Beda, Haymo, Lyran. Thomas, Ioachimus, Aureolus, Pannon. Viegas, Ribeira, Pererius, Cornelius, & alii & hoc patet ex multis ſignis, & notis eorum, quæ non poſſunt bene adaptari ad Chriſtum Dominum qui eſt Princeps pacis, ſiquidem tales ſeſſores habent gladios ad ſeminandas, diſcordias, & bella, ut homines ſe invicem interficiant gladio, fame, morte, & beſtiis terræ. Haymo. Lyran. Ioachim. Aureolus.

19. Victorin. Secundò, Victorinus, Per equum album, ait ſignificari Evangelii Prædicationem, quæ mundum ſubegit ſibi, & Chriſto; per tres reliquos accipit bella, fames, & prædictas in Evangelio. Hæc tamen ſententia non aptè explicat rem, & myſteria hujus libri.

20. Alcazar. Tertiò, Alcazar Notat. 1. exiſtimat per quatuor prima ſigilla, ſeu per quatuor equos diverſi coloris ſignificari magno myſterio admirabilem providentiam, quam oſtendit Deus in ſalute Judæorum, qui in Chriſtum crediderunt, tribus autem poſtremis ſigillis ſignificari infelicitatem, & pœnas Judæorum, qui Chriſto non crediderunt, & rebelles extiterunt.

21. *Impugnatur prædicta ſententia.* At huic ſententiæ multa graviter incommodant Primò, quia liber Apocalipſeos eſt liber propheticus; at prædicta ſententia Prophetias transfert in hiſtoriam, & faciendum, in factum, quod in Propheta ſatis grave eſt. Ait Alcazar quatuor prima ſigilla, ſeu quatuor primos equos denotare has quatuor divinæ providentiæ perfectiones, ſcilicet virtutem, beneficentiam, æquitatem, & ſapientiam. Virtus cum equo albo, & rectore bene componitur, at beneficentia cum equo rufo, & ſuo magna gladio tollentem pacem de terra, non bene cohæret; ſicut nec ſapientia cohæret cum equo pallido, cui inſidet mors, quem ſequitur infernus, cui datur poteſtas, ut interficiat omnes gladio, fame, peſte, ac beſtiis terræ.

22. Aureolus. Viegas. Quartò, Aureolus, & Viegas ſect. 2. cùm teneant per equum denotari imperium, ut ſtatim dicam, exiſtimant per hos quatuor equos denotari imperium Romanum, ſub diverſis tamen Imperatoribus. Per equum album dicunt ſignificari imperium C. Caligulæ, qui Chriſti Evangelium non implevit, imò in Judæos Chriſti hoſtes maximè deſæviit; Herodem cum uxore ac Pilatum, & alios ſeverè punivit, ut teſtatur Nicephorus lib. 2. Hiſtor. Eccleſ. cap. 9. Nicephor. Secundus equus rufus denotat Neronis imperium, qui habet gladium magnum, fuit enim crudeliſſimus Tertius equus ſignificat imperium Titi, qui Hieroſolymam obſedit, atque fame, & gladio vaſtavit. Quartus equus pallidus præfigurat Domitiani imperium, qui ſua perſecutione ingentem metum, & pallorem tum ſenatoribus, tum omnibus Chriſtianis intulit. Quintum ſigillum proferens animas interfectorum exprimit imperium Traiani, Adriani, Antonini, & cæterorum uſque ad Diocletianum, talibus enim temporibus multi fuerunt Martyres. Sextum ſigillum ſignificat acerbiſſimam perſecutionem Eccleſiæ ſub Diocletiano, in qua ſol, id eſt Chriſtus viſus eſt obſcurari; ſicut Luna, id eſt Eccleſia facta eſt rubea; & Stellæ, id eſt multi Prælati, à vera fide, id eſt cœlo exciderunt. Septimum ſigillum, de quo à c. 8. denotat magnam Eccleſiæ conſolationem, & pacem, ac lætitiam ſub Conſtantino magno.

23. *Impugnatur prædicta ſententia.* Hæc ſententia magnas patitur difficultates. Primò, quia ſtatum futurum Eccleſiæ à Chriſto uſque ad Conſtantinum tantùm explicat, & à Conſtantino ad Antichriſtum ſaltat, cùm inter

utrumque

utrumque multa, & mira contigerint. Secundò, quatuor tantùm equos vidi Joannes, perſecutiones autem Eccleſiæ decem fuerunt, ſcilicet Neronis, Domitiani, Trajani, Antonini, Severi, Maximini, Decii, Valeriani, Aureliani, Diocletiani; ergo oportuit decem equos videre. Tertiò, hæc interpretatio ſub quinto ſigillo complectitur ſex perſecutiones, quæ fuerunt à Trajano uſque ad Diocletianum; aliis verò ſigillis, ſingulas tantum perſecutiones attribuit, cùm tamen illa Trajani, & ſequentes æquè acres, imò acriores fuerint, ut præcedentes. Quartò, hæc ſententia ait quod in ſexto ſigillo ſub Diocletiano nempe quod Sol, ſcilicet Chriſtus in Eccleſia obſcuratus eſt, Luna ſcilicet Eccleſia ſuorum ſanguine facta eſt rubra, &c. Cur ergo hoc ſolùm dicitur de perſecutione Diocletiani, & non de aliis. Cùm ſaltem æquè crudeles fuerint.

Decem perſecutiones.

24. Joachim. Firmianus. Pannon. Perer. Cornelius. Menoch. Tirinus.

Quinta ſententia, quam tenent Joachimus, Seraphinus, Firmianus, Pannonius, Pererius Cornelius, Menochius, & Tirinus, ait, quod in primo ſigillo inducitur Chriſtus Dominus, quaſi ſedens ſub equo albo, qui cum tribus ſequentibus equis, & equitibus ſcilicet rubro, nigro, pallido ſucceſſivè certabit, & quaſi duellum inibit: ſingulóſque tandem proſternet, & debellabit, nimirum Gentiles, quos ſignificat equus rufus: Hæreticos, quos ſignificat equus niger; Turcas; & Sarracenos, quos ſignificat equus pallidus. Hanc ſuam ſententiam ipſe Cornelius confirmat, quia equus Symbolum eſt imperii, ut patet ex Virgil. 1. Æneid Fodientibus fundamentum murorum Carthaginis oblatum eſt caput equi quod portendebat fore urbem Imperii caput. Item ex Suetonio c. 61. Imperium portendit Iulio Cæſari equus humanis prope pedibus in ejus domo natus, ut Aruſpices reſponderunt, in cujus confirmationem adducit ex Pererio citando.

25. *Impugnatur prædicta ſententia.*

At contra hanc ſententiam facit primò, quia conjicit omnes Martyres in unum tempus, omnes hæreticos in unum tempus, & intendit Martyres, & hæreticos, Turcas, ſibi ſucceſſivè ſuccedere, quorum contrarium docet res ipſa, & experientia. Nunquid deſitio hæreticorum fuit inchoatio Sarracenorum, & Turcarum? Poſt exortos Sarracenos multi fuerunt hæretici, multique prodierunt Hereſiarchæ. Deinde cur maximè mors appropriatur Sarracenis, nunquid ipſi plures trucidarunt quàm Nero, Domitianus, Diocletianus, ac aliæ mundi peſtes, quibus maximè convenit mortis ſymbolum. Tandem imperium Turcarum non tenet quatuor terræ partes; ſupra quas quartus ſeſſor habet poteſtatem.

26. Gagnæus. Sà. Beda.

Sexta ſententia, quam tradunt Gagnæus, Sà, & ex aliqua parte Beda, Andr. Cæſar Aretas, affirmat, quod *equus albus*, ſint Apoſtoli, ac fideles primitivæ Eccleſiæ, ſeſſor verò eſt Chriſtus, exiens victor de morte ac Diabolo. Contra Victores fideles in Chriſto exivit alius *equus rufus*, nempe Romani Imperatores, quia à Nerone uſq; ad Conſtantinum multum Martyrum ſanguinem effuderunt. Tunc exivit tertius *equus niger*. Cernens Diabolus nihil ſe Martyrum perſecutione promovere, ſed uno occiſo multa millia repullulare, novos Eccleſiæ hoſtes ſuſcitavit hæreticos, qui rectè per equum nigrum notantur, nam ipſi rejecto vero fidei lumine in tenebris ambulant. Cùm ergo cerneret antiquus hoſtis hæreticorum verſutias, ac perfidias nihil proficere, novos hoſtes ſuſcitavit; & exivit *equus pallidus*: Cœtus ſcilicet hypocritarum, & fallacium fratrum: qui exterminant facies ſuas, ut appareant hominibus jejunantes; & valdè palliato colore verſantur in orbe.

27. *Impugnatur.*

Hæc ſententia eaſdem patitur difficultates ac ſuperiores; præcipuè id quod dicit de equo rufo, ſcilicet Imperio Romano à Nerone uſque ad Conſtantinum, ut dixi impugnando quartam ſententiam. Deinde non benè intelligitur cur potius hypocritis tribuantur mors, ac infernus quàm hæreticis, aliiſque tyrannis, qui principatum tenuerunt ſuper quatuor partes terræ.

28. *Aliud eſt in ſigillis, aliud in libro.*

Ad explicandum id, quod ſentio: præſuppono id quod eſt commune apud omnes: in hoc libro ſignato duo eſſe conſideranda; primò ſigilla libri. Secundò, Materia in ipſo contenta. Sigilla libri, quæ ſunt tanquam ſchema, ac apparatus ipſius libri, proponuntur, & explicantur ad hoc caput 6. uſque ad cap. 11. Tractatus, ſeu materia contenta in corpore libri, quæ eſt de ſæva Antichriſti perſecutione, proponitur, & explicatur à capite 12. & deinceps. Præſuppono ſecundò, quod equus ſignum & emblema eſt imperii ac dominationis; ut jam dixi, & multis babet Pierius Valerianus lib. 4. Hieroglyp. tum ob ſuam generoſitatem, & virtutem bellicam, tum etiam ob velocem curſum.

29. *Sententia Auctoris.*

Dico ergo quod Joannes in hoc libro annũtiat ea, quæ pertinent ad univerſalem ſtatũ totius mũndi: & præcipuè Eccleſiæ ac proinde; quæ hîc proponuntur, non ſunt concludẽda in vita; vel altera gente, in uno vel altero ſæculo, ſed complectuntur omnes gentes, omnia penè ſæcula exorto Evangelio, & in mundum uſque ad ſublatum de medio Antichriſtum; & ideò

30. *Quatuor univerſales principatus.*

Per hos quatuor equos, ejuſque ſeſſores ſignificãtur quatuor univerſales principatus, ſeu poteſtates, quæ à Chriſto Domino uſque ad finem perdurabunt. In primo ſigillo principatus Evangelicus, & apparet Chriſtus Dominus qui *exiit vincens ut vinceret*. Vincens per ſe ipſum Diabolum, & mortem, & vincet perpetuò per ſuos miniſtros Apoſtolicos, & ſedet ſuper equũ album, qui ſunt omnes Apoſtoli, ac Prædicatores Evangelici, albi ob candorem ſuæ eximiæ puritatis ac ſanctitatis. In ſecundo ſigillo ſæcularis principatus; & prodit *equus rufus*. In quo notantur omnes Principes ſeculares: ſive Imperatores, ſive Reges, ſive alii Dynaſtæ, non unius vel alterius ſæculi; ſed qui per omnia tempora à Chriſto uſque ad finem mundi erunt, per omnes Orbis nationes, & præcipuè intelliguntur, qui adverſarii ſteterunt Chriſtiani nominis. Sequitur tertium ſigillum, & eſt principatus Eccleſiaſticus, & apparet *equus niger*. Nam niger color obſcurat, & excæcat viſum, & ſic olim judices,, cùm ad judicandum procederent, oculos obvelatos habebant, ne reſpicerent perſonas hominum, ne judicarent ſecundùm affectum amoris, vel odii, ſed tantum ſecundum merita, & ideò ſeſſor in præſenti portas ſtateram in manu, de quo latiùs ſuo loco.

31. Sequitur quartus equus pallidus, ſcilicet principatus, ac poteſtas infernalis, ſeu furiarum gehennæ cum Paganiſmo, Judaïſmo, Hæreſi, ſeu Apoſtaſia, & multis aliis vitiis tanquam cum exercitibus armatis pugnat adverſùs San-

ctos

ctos & juſtos, eos interficiens gladio, fame & peſte, ac beſtiis terræ, ejus ſeſſor, eſt mors ſpiritualis multa paleata militia degens per quatuor orbis partes,

32. *Duo felices duo infauſti.* Ecce iſti ſunt quatuor equi, quatuor ſcilicet principatus, Evangelicus, ſæcularis, Eccleſiaſticus, & infernalis, ex his quatuor equis duo ſunt fauſti primus & tertius; duo infauſti ſecundus, & quartus, duo ſalutares, duo pernicioſi de quibus multa infrà dicam ſecundùm ſuas circunſtantias, de unoquoque peculiariter fuerit ſermo.

33. Per hos quatuor equos dùm ſuis ſeſſoribus ſignificatur univerſus mundi curſus à Chriſto uſque ad finem mundi; ideo ex quatuor primis ſigillis quatuor tantùm prodeunt equi, ſequitur ſigillum quintum in quo apparent animæ per tot ſæcula expoſtulantes vindictam pro ſuo ſanguine. Deinde aperitur ſextum ſigillum, in quo videntur ea, quæ ad finem mundi ſpectant. Septimum ſigillum continet multa bella cum mundo, diabolo, ac externis hoſtibus Eccleſiæ, multáſque plagas à Deo inflictas, ob tam gravia delicta.

Quæstio III.

Quare primum animal aperit primum ſigillum, ex quo prodit equus albus, & quid ipſe equus ſignificet?

34. *Cur Leo aperit primum ſigillum.* Hoc primum ſigillum aperit primum animal, quod ut patet ex cap. 4. num. 7. eſt Leo, & attribuitur. D. Marco. Ribeira hoc refert ad ea, quæ facta ſunt cùm Sanctus Marcus in Leone ſignificatus Evangelium ſcribebat, ſed quæ ſint iſta, non apparet, nec quæ connexionem habeant cum equo albo. Alcazar *Vox Evangelii exterret omnes ſectas.* juxta ſuam ſententiam relatam ſuperiori quæſt. accommodat primo ſpiritui divinæ providẽtiæ quem dicit eſſe virtutem, ſeu fortitudinem, ſed hic non eſt ſermo de virtute Dei, ſed de virtute Evangelii exeuntis in mundum. Et ideo genuinè dicimus quod ſicut Leo ſua voce cæteras feras exterret; Ita vox Evangelii exterret omnes ſectas, eáſque tantum perterrefactas beſtias compulit in ſpeluncas; ut factum vidimus in idololatria, quæ jam eſt exterminata ad ultimas orbis partes; ac de multis aliis hæreſibus, quæ feruntur exortæ, & benè hîc Leo tribuitur. D. Marco, qui in fine ſui Evangelii habet illud Domini. *Euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ.* c. ultimo n. 15. quod per modum imperii fuit dictum, ut vox Evangelii tanquam vox Leonis in toto orbe inſonaret. Marc. 16.

35. Rupert. Ribeira. Ex primo hoc ſigillo prodit equus albus, per quem Rupert & Ribeira interpretantur copus Chriſti, purum, & innocens ſine ulla labe peccati, & pro hac ſententia videntur ſtare D. Ambroſ. in illud Pſalm. 40. *Magnificavit*, ad hunc ſenſum explicat illud Apocal. 19. *Vidi cœlum apertum, & ecce equus albus.* Et Origen. hom. 2. in Cantica in illud *Equitatui meo.* Et. D. Hieron. in illud Iſai 66. *& annuntiabunt gloriam meam.* Alcazar Annot. 3. ait. *colorem album ſpectare debere ad ſalutarem captivitatem intellectus*: *rufum ad ſtrenuam mentis audaciam.* Sed captivitas melius ſignificatur per nigrum, quàm per album; ſicut & ardor mentis potius per rubeum. *Chriſti corpus.* D. Ambr. Origen. D. Hieron. Alcazar.

Communis ergo reſolutio eſt; per equum album denotari Apoſtolos, prædicatoréſque Evãgelicos, quorum ſeſſor eſt Chriſtus Dominus à quibus portatur per totum orbem, de his omnibus dictum eſt Habac. 3. n. 8. *Qui aſcendis ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſalvatio.* In ſe portant Chriſtum ejuſque ſalutarem doctrinam, & inde plures ſalvant; cui etiam conſonat illud Orig. hom. 2. in illud Cant. *Equitatui meo, in curribus Pharaonis aſſimilavi te*, &c. *Beatæ ſunt illæ animæ, quæ dorſum ſuum curvaverunt, ut ſuſcipiant Verbum Dei, & fræna ejus patiuntur, ut quocumque ille voluerit, flectat eos, & agat habens præceptorum ſuorum.* Dominus ergo qui ambulat ſuper pennas ventorum, qui ſedet ſuper Cherubim & Seraphim, ſuper hos equos ſedet, & ambulat; qui tanto honore ſunt digni, cùm Chriſtum prædicent, & annuntient. 36. Habac. 3. Origen. *Variæ proprietates equi*

Symbolo autem equi multis de cauſis optimè quadrat prædicatoris munus, ut ex Alberto Magno, & aliis ſic in præſenti colligo. Primò, quia ſunt valdè fortes, generoſi, & impavidi. Job. 39. n. 19. *Nunquid præbebis equo fortitudinem.* Secundò habet validum hinnitum, qui collo ejus cohiberi non valet. Ibidem Job Tertiò, quia valdè obedientes, & ad omnem equitantis nutum mobiles. Quartò calcarium ſenſum facilè perſentientes. Quintò fræni patientes Sextò pro hoſpitate, ac gloria equitis pugnaces. Septimò ad curſum, ac pugnam acres, & veloces [leviores pardis equi ejus, & velociores lupis veſpertinis] Habac. 1. n. 8. 37. Albert. Iob. 39. *Variæ proprietates equi.* Habac. 1.

Sic & Prædicator ſit fortis, & generoſus, hinnitum, id eſt vocem Prædicationis extollat, ut à nullo alligari valeat, obediens ſit divinis mandatis, ad nutum ſupernæ inſpirationis moveatur, patiens ſit in omni labore. Pſalm. 91. n. 16. *Bene patientes erunt, ut annuntient* & veloces tanquam columbæ non quærunt propriam gloriam, ſed ejus qui miſit eos. 38. *Evangelii Prædicatores Chriſti equi.* Pſalm. 91.

Hi autem equi omnes albi ſunt, quorum ſeſſor eſt Dominus, ſed quomodo hic in equo albo cùm apud Zachariam in equo ſanguineo ſe ſe oſtentat, cap. 1. num. 8. *Ecce vir aſcendens ſuper equum rufum, & ipſe ſtabat inter myrteta quæ erant in profundo, & poſt eum equi rufi*, &c. Cur qui albedine gaudet, albiſque ſtolis donat domeſticos ſuos, modò totus rubeus, & ſanguineus, ſanguinolentiſque ſociis ſtipatus apparet? Veniebat Dominus modò captivum populum apud Babylonicos conſolaturus, captivitatis dolor, & afflictio nulla ex parte poterat melius levari ac mitigari, quàm præpoſito, & adorato effuſo ſalvatoris ſanguine; pro quo favet D. Hieron. dicens. *Qui nunc captivo populo rufus oſtenditur, in Apocalypſi in candidis veſtibus, & in candido equo ſedere deſcribitur.* Quæ captivitas quis dolor, quæ mors non ſuſtineatur, ubi Jeſus ob oculos ponitur ſanguine madidus? Ubi Jeſu commilitones videntur tincti ſanguine? Jeſus equum rufum aſcendit, poſt Jeſum que rufi plurimi. Poſt Jeſum aſcendentem ſuper equum rufum, neceſſum jam erat ſimiles equos apparari, non enim poterant deficere innumeri Martyres, qui velint ſimiliter equitare. Sanguis Jeſus effuſus vehemens aculeus eſt, ut & nos ſimiliter 39. Zach. 1. D. Hieron. *Labor & ſudor à Jeſu ſuſceptus, à nobis avide amplectendus.*

D. Cypr. ſimiliter ſanguinem effundamus. D. Cyprianus ad Martyrem ſic fatur, *Si juſtus es, & Deo credis, quid pro eo ſanguinem fundere metuis; quem pro te toties paſſum eſſe cognoſcis? In Iſaia ſectus, in Abel occiſus, in Iſaac immolatus, in Joſeph venundatus, in homine crucifixus.* Ad mitigandos labores ſuorum in captivitate, in equo rubro apparet ad oſtendendam puritatem ſuorum prædicatorum, in equo albo ſe ſe oſtentat; variis equis utitur, prout res, & occaſio poſtulat.

40. *Puritas, ac innocentia Prædicatorũ.* Equi ergo albi hîc apparent pro indicando candore innocentiæ, puritatis, & ſanctimoniæ, ac ſinceritatis Apoſtolorum, ac prædicatorum

Richard. Evangelii. Richard. Victorin. *Equus albus*, ait, *eſt primitivorum electorum numerus ab omnibus pariter peccatis in unda baptiſmatis purificatus. Et donis ſpiritualibus ſuper nivem dealbatus, qui Chriſtum in primitivis recenter natis Prædicatoribus ſeſſorem habuit, & eum ad mittenda jacula Prædicationis per mundum circumtulit.* De hac

2. Cor. 2. puritate, ac ſinceritate Prædicatorum Apoſtolicorum loquens Paulus ait 2. Cor. 2. n. 17. *Non enim ſumus ſicut plurimi adulterantes Verbum Dei: ſed ex ſinceritate: ſed ſicut ex Deo ſic coram in Chriſto loquimur.*

41. Deinde tales equi, ſeu Prædicatores, ſunt albi, quia portant læta, fauſta ac jucunda, pacis,

Iſai. 52. & ſalutis. Iſai. 52. num. 7. *Quam pulchri ſuper montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem: annuntiantis bonum, prædicantis ſalutem*, &c. Album, ſignum eſt pacis, ſalutis, felicitatis, ac etiam victoriæ, quæ obtinenda erat, & ideo

Præla ut ſuam juſtitiam, ac ſinceritatem manifeſtat. *exivit vincens, ut vinceret.* Quod ſatis notum eſt; pacem ergo ac ſalutem; quam geſtabant in corde ac ore, externis ſignis, externóque apparatu indicabant, ac demonſtrabant; de ſe dice-

Job. 29. D. Thom. bat Job. 29. n. 14. *Juſtitia indutus ſum, & veſtivi me ſicut veſtimento.* Quæ ſic explicat D. Thom. *In omnibus proceſſionibus meis juſtitia apparuit* In omnibus ejus actionibus, ac operibus valdè teſtata, ac manifeſtata erat rectitudo, ac ſinceritas animi illius; quocumque enim ipſe ſe verteret, ejus rectitudo, ac animi candor manifeſtabatur.

42. De ſupremo, creaturarum Principe ſcilicet

Sap. 5. Filio Dei dicitur Sapient. 5. num. 19 *Induet pro thorace juſtitiam; & accipiet pro galea, judicium certum.* Et cur juſtitia, ac judicium ſummi Principis comparatur cum thorace ac galea? ſicut thorax, ſicut lorica, ut ex evidentia, ac experientia conſtat, protegit pectus, & cor à ſagitta, ac lancea irruente, ſic cum tanta evidentia juſtitia cordis ejus expellebat omnes effectus amoris, ac odii, & ſicut galea caput tuetur ab ictu omnis gladii, ſic integrum judicium mentem ejus illæſam ſervabat, ab omni corruptionis

Sipontinus. vulnere; & cum multa emphaſi dicitur *judicium certum.* Nam *certum*: teſte Sipontino, derivatur à cerno, quod ſignificat videre, tam integrum, & illibatum erat judicium ejus, ut nul-

Carthuſ. lus auderet aliquid contradicere, aut muſſitare. Carthuſian. *Tam evidenter*, ait, *juſtum exercebit judicium, quod nullus poterit reclamare, omnéſque*

Juſtitia, ac ſinceritas Principis in omnium oculis pateat. *ſcient rectiſſimum illud eſſe.* Ex quo nobis fit documentum, quod ut veſtes, quibus Princeps ornatur, evidentiſſimè omnium oculis expoſitæ ſunt; nec ullus eſt, qui de eorum dubitet, ſeu coloribus, ſeu pretiis; ſic mentis ſinceritas, & puritas in Principe in omnium eluceat oculis, ne quid dubium in illis oſtendatur.

Veniunt omnes tribus ad Davidem, ut eum 43.
conſtituant Regem, à quibus ille quærit, an veniant pacificè; vel in dolo; pro omnibus loquitur Amaſai, & ait ſacer textus Paral. 1. cap 12. 1. Paral. 12.
num. 18. *Spiritus verò induit Amaſai Principem inter triginta, & ait: tui ſumus ô David* Maximè ponderandus eſt iſte novus modus loquendi: *Spiritus Domini induit Amaſai Principem.* Communis phraſis Scripturæ eſt, quod *Juſtitia Principis appareat ut, veſtimentum ejus.*
Spiritus Domini irruat, aut veniat in aliquem aut fiat in illum ſcilicet Prophetam; cur ergo ſimili modo non dicitur veniſſe in Amaſai, ſed ſcribitur, eum induiſſe? Amaſai Princeps erat inter triginta, proindéque ſic interna animi ejus ſinceritas, ac juſtitia à Divino ſpiritu proveniens debuit exteriùs manifeſtari, ut illa videretur undique circundatus, ac ornatus, ut veſtes componunt, ac exornant, ut de illius integritate nullus dubitandi eſſet locus.

Quæstio IV.

Quare Chriſtus ſedens ſuper equum album portat arcum in manu?

Hic ſe offert, ait Pannon. *Magnum myſterium, portant illi Chriſtum. Et ipſe Chriſtus judicis jacula mittit per eos, illi enim ſunt, per quos divulgavit judicium ſuum, mittens jacula ſua per eoſdem.* Viri Apoſtolici ſignificati in equo albo, Chriſtum portant, & annuntiant, per eóſque terrores, ac jacula judicii mittit, ut fugiamus à facie arcus, ac liberentur dilecti ejus. 44. Pannon.

Quidnam ſignificet iſte arcus eſt tota quæſtio. Viegas interpretatur pro ſupplicio, quo uſus eſt in ſubditos Cajus Caligula Imperator. Sed quid Caligula ignaviſſimus, & turpiſſimus homo poteſt habere cum tam inclyto ſeſſore. Alcazar inſiſtens in ſua ſententia de virtutibus divinæ providentiæ, ait, quod ſeſſor in equo albo, ſit fides, arcus verò vis, ac efficacia ipſius fidei, quæ hominum corda vulnerat. 45. Viegas. Alcazar.

Communis ſententia eſt, quod ſeſſor iſte in præſenti ſit Chriſtus Dominus, ideo in hac conſideratione inquirendum eſt quid ſit iſte arcus, de quo hic ſit mentio, cùm nulla de ſagittis fiat, & valdè diverſimodè Text. loquitur de arcu, ac corona, nam corona dicitur ei data, non ſic verò arcus; ſed quod illum habebat in manu. 46.

Primò, Alphonſus Paleot cap. 15. ſacræ Syndonis exiſtimat hunc arcum in manibus Chriſti eſſe ejus crucem; de qua ait Habach. *Cornua in manibus ejus*, Sic ait cit. Auctor. *Ex hoc arcu contortum illud fuit ſpiculum, quod quò magis intentum eſt, eo validiore cum ictu antiqui Goliæ frontem percuſſit.* Per Crucem Chriſtus devicit, ac debellavit mundum, & Principem tenebrarum, & ideo hic ſeſſor geſtat coronam in capite in ſignum victoriæ, quia Chriſtus per crucem vincit, & triumphat. 47. Paleot. Habac. 3. *Chriſtus per crucem vincit, & triumphat.*

Secunda ſententia, & ſatis communis; quam tenent Ansbertus, Beda, & alii citandi; tenet quod arcu ſignificetur, ſacra Scriptura, ex qua tot prodeunt ſagittarum jacula, quot ſunt teſtamentorum eloquia, iſtis enim ſagittis ab arcu Dei emiſſis terrena corda transfiguntur, ut 48. Ansbert. Beda.

ſæculi

ſæculi cupiditatibus moriantur,& inde Deo vivant.Unde D Gregorius lib.19.Moral.cap.28. contendit in chorda hujus arcus teſtamentum novum, in cornu verò vetus ſignificari;ſed cur vetus in cornu, novum in chorda ſignificatur; & non potius è contra? dum chorda trahitur, cornu curvatur& flectitur,ſic in hoc arcu Scripturarum per teſtamentum novum rigor, ac duritia, veteris flexa, ac edomita eſt, ſic ait S. Greg. cit. *Ad ejus nempe ſacri eloquii ſpiritualia,& blanda præcepta illius literæ,ſe rigor inclinat, quia teſtamentum novum dum quaſi quodam bonæ operationis brachio trahitur, in teſtamento veteris ſeveritatis jura flectuntur, nec indecenter dicimus chordam teſtamento novo congruere,quod de Incarnatione Dominica eſt certum extitiſſe*: Quaſi ergo chorda trahitur,& cornua curvantur, quia dum in teſtamento novo Incarnatio mediatoris agnoſcitur, ad ſpiritualem intelligentiam rigor teſtamenti veteris inclinatur.

Duritiis veteris teſtamenti in novo emollitur. D. Gregor.

49\. Haymo. *Chriſtus vulnerat ut ſanet.*

Quod aliter etiam explicat Haymo. *Per arcum duo ſignificantur teſtamenta: ex quibus procedunt tot ſagittæ, quot ſunt divina eloquia,ſagittis enim interficiunt homines,ex his ſagittis divinarum Scripturarum interficiuntur reprobi ut moriantur peccato,& vivant Deo.* Si iſte magnus Princeps venit in equo albo in ſignum pacis & ut pacem denuntiaret quomodo portat arcum, & ſagittas in manibus, quibus homines interficiantur; portat arcum, & ſagittas ſacri eloquii non ut homines moriantur peccato, ſed ut ſanentur & vivant Deo, ſic enim vulnerat peccatores ſagittis verbi ſui, non ut eos confodiat, ſed ut ad vitam revocet.

50\. *Verbum eloquii ſacri transfigit corde fidelium.* Primaſ. Pſalm. 44. Victor.

Tertia ſententia aſſeverat arcum,& ſagittam eſſe Prædicationem Divini Verbi, quæ ſolet transfigere, ac verberare corda hominum. Ita Primaſius Epiſcopus. *Sagittam mittere dicitur,* ait,*quæ Prædicatione Verbi Dei aptiùs comparatur, quæ hominum interiora transfixa poſſint fidei fructum ſibi afferre. Hinc legimus.* Pſalm.24.n. 7. *Sagittæ tuæ acutæ potentiſſimæ, populi ſub te cadent*; S.Victor.Martyr. *Poſtquam,* ait, *aſcendit in cœlos Dominus, & aperuit univerſa, miſit Spiritum ſuum, cujus verba Prædicationis tanquam ſagittæ ad corda hominum pertingentes ut vinceret incredulitatem.*

51\. *Prædicatur quod dicit ore, compleat opere.* S. Anton. S. Anton. Paduan.

Dices.Si arcus eſt Symbolum Prædicationis Verbi Dei, cur apparet in manu,& non potiùs in ore,ut ſe manifeſtavit ille gladius, cap.1.ut inſinuetur quod concionator exerceat opere id, quod ore prædicat S.Anton.1.p.hiſtor.tract.6. cap.1. *Qui ſedebat ſuper eum,* ait, *ſcilicet Chriſtus habebat arcum in manu,id eſt: verbum Prædicationis in manu, ſcilicet operationis, quia cœpit Jeſus facere & docere: & ſic etiam Apoſtoli quod prædicabant verbo, exemplo ſervabant.* Ex quo infert D. Antonius Paduan. in Apocalypſ. *Quod hodie Prædicatores non vincunt, quia arcum, id eſt Scripturam non portant in manibus, id eſt in operibus, ſed in ore.* Vide multa in Indice, verbo Prædicator.

52\. *Arcus myſteria vitæ Chriſti, quæ noſtra corda transfigunt.* Habac. 3.

Quarta ſententia,quam tenet Ferrarius affirmat,quod iſti arcus ſint præcipua myſteria vitæ Chriſti,ſcilicet ejus Incarnatio, cujus duo cornua,ſive capita ſunt divina, & humana natura ad invicem una eadémq; chorda perſonæ verbi copulata. Paſſio quoque Chriſti arcus fuit cùm Chriſtus ſcilicet in cruce fixus manibus, quaſi utrumque arcus cornu tenuit,de quo Habac. *Cornua in manibus ejus.* Demum arcus eſt reſurrectio juxta illud ejuſdem Prophetæ. *Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum.* Cum ergo omnis vis & energia Prædicationis Chriſtianæ proveniat, à myſterio Incarnationis Chriſti, Paſſionis, & reſurrectionis, quæ nimirum vim habent,& aptæ ſunt jaculari ſagittas fidei pœnitentiæ, & amoris,ideo arcus ſunt.Et hæ omnes ſententiæ ſuam habent probabilitatem.

53\. *Vox Dei valde efficax ad convertendos homines.*

Dico ergo quod hic arcus in præſenti ſignificat vim,ac efficaciam eloquii divini,quod ex ſe mittit ſagittas acutas fidei,amoris Dei, pœnitentiæ peccatorum, ac mundi contemptus. Omnes prædictæ ſententiæ ad hunc ſcopum tendunt; nam crux Chriſti prædicata, myſteria ejus vitæ, ac verba Scripturæ annuntiata per vocem Prædicatoris talem vim habent ad has ſagittas mittendas, & ideo quamvis corona gloriæ dicatur ei data à Patre, qui eum ſublimavit in gloria, non ſic verò hic arcus, ſeu efficacia eloquii,quia hanc habet ex ſe,cùm ſit verus Deus,& homo; & non fuit neceſſarium exprimere ſagittas,quia hic arcus,ſeu efficacia Verbi Divini has ſecum involvit, & ſupponit. *Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani.* Pſalm.28.n.8. Homines olim erant valdè ſuperbi, & elati, ut leones, tigres, ac lupi rapaces. *Has omnes immaniſſimas feras ipſe cœleſtis cantus in manſuetos homines transformavit.* Ait Clemens Alexandrinus in exhortatione ad gentes. Pſalm. 28. Clem. Alex.

54\. Ad perſuadendam adorationem ſuæ ſtatuæ, ingentem multitudinem muſicorum,ac inſtrumentorum congregavit Nabuchodonoſor Rex. *In hora, qua audieritis ſonitum tubæ,& fiſtulæ,& cytharæ, Sambucæ, & pſalterii, & ſymphoniæ,& univerſi generis muſicorum cadentes adorate ſtatuam auream.* Daniel,3.n.5 quorum omnium vox erat ut Nabuchodonoſorem tanquam Deum extollerent,& celebrarent; At in fornace ignis una tantùm erat trium puerorum vox, quæ Deum benedicebat. Unde ſic loquitur Theodoret.orat.3 *Optimam ſuam Symphoniam, & admirabilem hymnorum cantum concentui illi, qui ſtatuæ adhibebatur apponunt.* Ecce hinc circa ſtatuam auream univerſi erant chori, tota muſices harmonia,& dulciſſima modulamina; illinc verò in fornace ardenti tantùm tres pueri contemptibiles Deum laudantes,&tamen Rex ſuperbiſſimus ab his tribus devincitur,ut contẽpta ſtatua,obſtupefactus è ſolio ſuo ſurgens, & exclamet *Benedictus Deus Sidrach, videlicet Miſach,& Abdenago.* Daniel.3.n.95. unde illa vox trium puerorum tam efficax extitit, ut tantùm prævaleret? Vox illa puerorum, vox erat Dei & ideo potentior ſuper omnes voces univerſi generis muſicorum, ac inſtrumentorum tubæ& fiſtulæ,& citharæ.Tam potens eſt una vox Dei ut etiam valeret in corde ſuperbiſſimi hominis inſinuare, & ingerere humilitatem contra voces omnium muſicorum, ac inſtrumentorum, quæ elationem,ac vanitatem ei perſuadebant;ut hac depulſa ad abjectionem ſe ſe demitteret coram Deo cit.Theodoret. *Talis fuit,*ait, *hic Sanctorũ hymnus,ut cum agreſtẽ & immitem pertuliſſet Regem, obſtupefactus è throno regio ſurrexit atque ultro currere feſtinavit.*

Dan. 3. *Una vox Deum ſonans ſuper voces hominum omnium.* Theodor.

55\. Pſalm. 28. D. Baſil.

Decantat Regius Vates. Pſalm.28.n 9. *Vox Domini præparãtis cervos,& revelabit condenſa.* Seu ut legit D. Baſilius. *Vox Domini præparans*

&

& abſolvens cervos. Ac ſi ea ſit divinæ linguæ vis,cui nulla vincula, nullumque poſſit reſiſtere ligamen,Omnia abſolvit,omnéſque difficultates rumpit.*& revelavit condenſa.*Seu ut legit Divus Auguſtinus *Condenſa ſylvarum.*Quamvis cervo ſis velocior,& expeditior ad ſagittas fugiendas, etſi undique te rupes,ac montium cacumina teneant; etſi ex omni parte denſiſſimæ ſe offerant ſylvæ, quæ te invictum morari faciant; ſi tamen Dei vox tuis perſonet in auribus ; ſtatim vincula rumpuntur, ſylvæ præciduntur, omnibuſque aſſumptis impedimentis, te difficultatibus ſuperiorem,& cœlis viciniorem facit , ad hoc reſpicit Gillibertus Abbas ſerm.14.in Cantica. *Vox Domini,*ait,*vox intimæ inſpirationis mentis,auribus ſuaviter illapſa; Illa eſt utique, quæ cervos hujuſcemodi præparat ; quæ revelat condenſa ; nam ſi qua condenſa ſunt, & crebris ſcandalorum,quaſi ſpinarum aculeis obſita , illis condenſa non ſunt , quorum Dominus perficit pedes quaſi cervorum , qui nullo injuriarum obice tardari poſſunt.*

D. Auguſt. *Nulla induſtria, aut jus valet reſiſtere divino Verbo.*

Gillibertus.

QUÆSTIO V.

Quare tantùm huic ſeſſori in equo albo datur corona ?

56. Viegas. Viegas quamvis hunc equum album , ac equitem de Imperio Romano à Caligula interpretetur , coronam tamen hanc ad Chriſtum refert , an conſequenter ad ſua dicta,ipſe videat? Ribeira verò ad coronam, qua coronatus eſt aſcendens in cœlum , juxta illud Pſal.8. *Gloria & honore coronaſti eum.* Alcazar verò contendit coronam , pro victoria accipi, ſic ait , eſt certiſſima phraſis quâ victoria appellari ſolet corona.At nihil cogit,ut confundamus coronam cum victoria , cùm propriè corona non ſit victoria , ſed fructus ; & præmium victoriæ , & non ipſa victoria.

Ribeira. Pſalm. 8. Alcazar.

57. *Corona honor exhibitus à Patre.* Cùm tamen juxta communem ſententiam teneamus hunc ſeſſorem in equo albo eſſe Chriſtum Dominum , dicimus ergo quòd,iſta corona,gloria & honor,eſt ei exhibitus à Patre pro ſalute, redemptione,ac converſione totius mundi; nam cùm per Paſſionem , & mortem , diabolum debellaſſet apud Patrem coronatus eſt gloria,& honore ob diabolum ex toto orbe profligatum , & ob mundum ad Patrem converſum, & adductum, juxta illud Joan. 12.n. 31. *Nunc judicium eſt mundi, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras* ; & iterum ; *& ego ſi exaltatus fuero à terra , omnia traham ad me ipſum* : De hac corona gloriæ loquitur Paulus Hebr. 2. n. 9. *Videmus Jeſum propter Paſſionem mortis, gloria & honore coronatum.*

Joan. 12. Hebr. 2.

58. Et cùm dicat textus. *Data eſt ei corona & exivit vincens ut vinceret* , poteſt referri quod quando exivit à Patre , & venit in mundum per Virginis uterum , tunc jam diabolum vincebat juxta illud Habacuc. 3. n. 5. *Ante faciem ejus ibit mors,& egredietur Diabolus ante pedes ejus.* Et tunc id , quod proximè faciendum ita certum erat fore,ac ſi jam penitus eſſet factum, & corona Paſſionis exaltatum;at verò ſi referatur ad Reſurrectionem, qui tunc triumphavit de morte, ac Diabolo , dicitur quod adhuc vincet per ſuos Apoſtolos , ac Prædicatores Evangelicos ; de quæſt. ſeq.

Habacuc. 3.

59. Secundò, hanc coronam explicat Rupertus, quòd maximè inſervit ad moralem ſenſum,ait ipſe. *Deus eſt illi corona, id eſt ſancta in duodecim Apoſtolis Eccleſia primitiva:*unde eſt illud Pſal. 20. *Poſuiſti in capite ejus coronam de lapide pretioſo.*Hoc eſt in initio Prædicationis ejus chorū Apoſtolorum,qui utique ſecundùm fidem lapides vivi,lapides ſunt pretioſi.*Tu pater illi dediſti.*Et illud Zach.6.n.11 *Sumes aurum,& argentum,& facies coronas,& pones in capite Jeſu filii Joſedech.* Quia nimirum per ſingulas virtutes electorum ſuorum Dominus coronatur,imò in illis coronatis ſalvator coronam accipit ; quia ipſius eſt opus omnium Sanctorum corona.Dicitur in text.*data eſt illi corona;*ſi corona gloriæ denotatur,hanc ipſe ab inſtanti ſuæ conceptionis habet,cùm tunc fuerit cōprehenſor,quænā corona eſt hæc quæ data eſt ei?Eſt chorus Sanctorū primitivæ Eccleſiæ;qui tanti meriti ſunt, ut in coronam, Regis Regum,& Domini Dominantium aſſumpti fuerint, ita ut ipſis eorūque meritis Dominus coronari videatur, *Per ſingulas virtutes electorū ſuorum Dominus coronatur imò illis coronatis ſalvator coronam accipit.* Vide ſuprà c.5 q.26.n. 142. 143 144. & 145.

Rupertus. Pſalm. 20. Zachar 6. *Sancti corona ſunt Chriſti , eorumque meritis coronatur ipſe.*

60. Hìc dubitabis, quænā ſit hæc corona qua iſte magnus Princeps eſt coronandus?Eſt ne Ducalis, an Regia, an Imperialis, an Pontificia, an triumphantium;Cùm vincens exeat ut vincat, nulla ſanè nominat, quia multiplici diademate coronatus apparuit, quod explicat D. Bernard. Senenſ. *Invenies,*ait, *Chriſtū quadruplici coronā coronatum, prima eſt carnea , qua coronatus fuit ab utero. Et hæc corona contexta fuit de puriſſimis ſanguinibus Virginis. Secunda eſt ſpinea , qua coronatus fuit à Noverca Synagoga in patibulo; & hæc contexta fuit peccatorum noſtrorum aculeis? Tertia fuit gemea,qua coronatus fuit in Reſurrectionis triumpho, & hæc contexta fuit ex dotibus pretioſiſſimis ſui corporis glorioſi. Quarta eſt aurea , qua coronatus fuit in mundo propter converſionē fidelium;& hæc contexta eſt ex liliis Virginum , & roſis Martyrum, & ex violis hominum.*

D. Bernard. *Chriſtus multiplici corona redimitur.*

61. Aretas. Primaſius. Anſbertus. Quartò & directè ad quæſtionem.Cur huic tantum ſeſſori data ſit corona. Aretas , Primaſius,& Ansbertus tenent quod omnes iſti quatuor ſeſſores Chriſtum Dominum ſecundùm varia myſteria præfigurabant;in equo rufo denotabatur ipſe degens in hac vita totus igne charitatis inflammatus.In nigro exprimebatur ejus poteſtas judiciaria,in cujus ſignum Sol obſcurabitur;in equo verò pallido ejus ſacratiſſima mors innuebatur. In equo autem albo exprimebatur ipſe in Euchariſtico Sacramēto ſub albedine illarū ſpecierum. Cur ergo inter alta, & ſublimia myſteria ſolùm in divino pane data eſt ei corona?In Sacramento Altaris ſplendi-
62. *Chriſtus in Euchariſtia triumphat ut in ſummo opere.* de triumphat Chriſtus tanquam in apice , ac vertice omniū ſuorum miraculorum,&operum & inde regio diademate inſignitur, ac coronatur in ipſo,regiáque corona redimitus apparet.

Quintò,varios equorum ſeſſores aſpexit noſter Joannes,nullum tamen decoratum triumphali palma,nec bellica nobilitatū corona niſi hunc tantùm in equo albo.Et cur præ aliis hic tantùm corona donatur , & exuviis hoſtilibus redimitur; Albus color puritatis indicat nitorem. In ipſo equo albo, ut jam dixit, & notat

Lyran. *Puritas, & caſtitas ſignum regiæ dignitatis.* Lyranus *Per equum album*, ait, *intelligitur cœtus Apoſtolorum dealbatus ſanctitate vitæ*: Et cùm Chriſtus D. ipſamet puritas, caſtitas, ac ſanctitas oſtentat puritatem, ac caſtitatem non ſolùm in ſe, ſed etiam in ſuis miniſtris; tunc inſignitus apparet regia corona; quæ propriè nota eſt puritatis, ac caſtitatis, eamque concionatur, ac ſequitur. Decantat Regius Vates, Pſalm. 44. Pſalm. 44. num. 10. *Aſtitit Regina à dextris tuis.* Et unde hæc nobilis ſponſa tantam habuit dignitatem, ut regina diceretur, ut in optimo loco ſederet à dextris ſponſi; Luculenter explicat D. Ambroſ. D. Ambroſ. ibidem. *Adverte*, ait, *quantum tibi Spiritus ſanctus detulerit regnum; vel quia ſponſa eſt regis æterni; vel quia invictum animum gerens ab illecebris voluptatum, non captiva haberis, ſed quaſi regina dominaris.* Rectè Regina cum omni appetitui dominetur, & nulli ſubjiciens inſerviat.

63. Cœleſtes benedictiones imprecatur Jacob dilectiſſimo filio ſuo Joſeph, dicens: *Fiant in capite Joſeph, & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos*, Gen. 49. Hebræus. Geneſ. 49. num. 26. Juxta Hebræum transferri poteſt. In capite coronati. Cur benedictio capitis coronati datur potius Joſeph, quàm Judæ, cùm in tribu Juda extiterit regalis dignitas, & Joſeph ut ſervus venundatus eſt in Ægyptum, & ibi tanquam captivus detentus *Ubi caſtitas, ibi regiæ dignitas.* eſt in vinculis, & deinde poſtquam aſſumptus eſt à Pharaone, ei ut inferior, & ſervus miniſtrabat, quia etſi in Ægypto Pharaoni ſerviebat, tamen velut rex magnus coronatus vitiis imperabat, & nulli cupiditati inſerviebat, & inde meritò caput ejus regali diademate imminebat D. Ambr. D. Ambr. l. b. de Joſeph. c. 4. ait, *Joſephum in ſervitute dominari, Pharaonem in libertate ſervire*: & proinde, *beatiorem fuiſſe Joſeph ſervitutem, quàm Pharaonis regnum.*

64. Chriſtus D. Maximè reſplenduit in omni virtute, & ſanctitate, quas Nazariatus ſtatus deſignabat: inter quas valdè præcipua erat caſtitas, ut ex D. Chryſoſtom. D. Damaſceno, ac aliis dixi tom lib. 1. cap. 9. quæſt. 10. n. 35. de Pſal. 131. Chriſto D. Cantat David Pſalm. 131. num. 18. *Super ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.* Hebraic. Hebraicus legit, *Nazariatus meus.* D. Hieron. D. Hieronymus, *efflorebit corona mea.* Idem eſt ergo Nazariatus, ac corona. Et meritò ſanè quia ubi caſtitas, ac puritas invenitur, ibi corona fulget, & reſplendet.

Quæstio VI.

Quare de hoc illuſtriſſimo ſeſſore in equo dicitur; exivit vincens ut vinceret?

65. *Inſidens dubius.* Maximè notandum, in primo equo *exivit*, quod in hoc primo, & ſecundo ponitur, non verò in tertio, & quarto. Nam illis duobus primis peculiariter conſiderandus eſt progreſſus, locorum variatio cum magna velocitate, ac alacritate. De primo quidem, qui erat exiturus in totum orbem, juxta illud: *In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* In ſecundo quia progreſſio regni, ac imperii maximè dilatanda erat per varias gentes ac regna; quæ progreſſio tanto impetu; & conatu non cernitur in tertio, & quarto equo.

Dicitur *exivit vincens ut vinceret* Quid equus albus ſignificabat, album enim denotabat lætum, & feſtivum futurum prælium, & in fine victoriam aſſequendam Chriſtus D. *exivit vincens* principem tenebrarum, quem ejecit foras, *ut vinceret.* Quod ſignificat Evangelii perpetuum victoriarum curſum uſque ad finem mundi; nam ab exordio Evangelii uſque ad finem mundi vincit per Apoſtolos, Prædicatoreſque Apoſtolicos continuò ſubjicientes gentes Evangelio & perpetuò vincet per ſuos miniſtros qui ſuis documentis expellunt vitia, & peccata à cordibus hominum, ut eos ad Dei amicitiam reducant; vincet perpetuò per ſuos fideles; dum Dei gratia à ſuis cordibus tentamenta Diaboli, mundi, & carnis abjiciunt. Et illud *exivit vincens, ut vinceret.* Videtur ſignificare ſenſim ab una victoria ad alteram progreſſum, idque abſque interpellatione, & continuo victoriarum progreſſu, & incremento. 66. *Genuina interpretatio.*

67. Ad mores tamen aliqua proferamus. Maximè iſte modus loquendi eſt expendendus. *Exivit vincens ut vinceret*, non vincimus, ut vincamus, ſed velut pace fruamur, velut ſpolia ab hoſtibus detrahamus, at verò hic magnus princeps non vincebat ut quieſceret, & ut ſecurus potiretur ſpoliis partæ victoriæ, ſed poſt unam victoriam, ad aliam ſeſe parabat, ac nova certamina, & congreſſiones inſtaurabat, ut novam ſemper acquireret victoriam, & nunquam à belli ſudore ceſſaret, ita ut non putaret ſe viciſſe, niſi modò haberet, quod vinceret, & una victoria in re virtutis progreſſus ſit ad aliam. In Conſtantino extollebat incertus Auctor illud Paneg. dicens: *Quiſnam iſte tam continuus ardor? Quæ divinitas perpetuo vigens motu omnium rerum intervalla ſunt, ceſſat terra, navalibus dicuntur interdum flumina ſiſtere, & ipſe dies noctibus acquieſcit. Tu Conſtantine ſolus infatigabilis, bellis bella, continuas victorias victoriis cumulas, quaſi præterita ſint obliterata, ſi deſinas non putas, te viciſſe niſi vincas.* In facinoribus virtutum non quieſcendum, ſed ultra progrediendum. *In facinoribus virtutū non quieſcendum ſed progrediendum.* Paneg. Conſtant.

68. *Chriſtus non quieſcit, ſed maximè intendit omnium ſalutem.* Secundò, valde mirum, quod hic magnus Rex auctor, & amator pacis, qui, & nomine pacifici gloriatur tot, ac tanta bella excitet. Cur obtenta priori victoria arma non deponit? cur tam glorioſo triumpho potius, arcum non frangit, ſagittas ex eo nunquam emiſſurus? Nonne ipſe pugnavit ſagittis Prædicationis ſuæ; & Judæos convertendo, & deinde gentiles? Et ut rectè non ſolùm vincit ſemel, ſed adhuc exit ut vincat, neſcit enim in unius ſalute quieſcere, ſed omnium exoptat, & inquirit vitam. Et ita exponunt multi antiqui Auctores. *Exivit vincens, ſeu victor de Judæis ex parte converſis, ut vinceret gentiles, eos ad fidem convertendo.*

69. Rupert. Tertiò, ut explicat Rupertus. Exivit anno ſuo incipiente trigeſimo à Baptiſmo in deſertum, ad quod ductus eſt à Spiritu, & cùm jejunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus poſtea eſuriit, Matth. 4. Matth. 4. & in tribus tentationibus tentatorem vicit, ſed ſi eum ibi ſuperavit, dicatur quod *exivit vincens*, ad quid ergo ultra ſubjungitur *ut vinceret.* Magno ſanè

ſpiritu.

Chriſtus vicit ſuas tentationes, ut & nos vincere faciat. ſpiritu. Homo olim tentatus victus fuit: voluit ergo Chriſtus vincere, ut fractis diaboli viribus homo etiam vinceret, & victor evaderet: Citatus Abbas, *Exivit vincens*, ait, *ad hoc ut vinceret, id eſt ob hoc ſuas tentationes vicit, ut noſtras, in quibus victi fueramus, tentationes ſuperaret.*
Hebr. 2. Pro quo multum facit id quod ait Apoſtolus Hebr. 2. num. 18. *In eis enim, in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, potens eſt, & eis qui tentantur, auxiliari.* Voluit tentari, & omnia tentamenta ſua, ut ad noſtra mala vincenda tota properaret intentione charitatis; ut cum ſuo auxiljo noſtras tentationes nos vinceremus. Ad hoc fortè tendit Haymo, *exiit vincens*
Haymo. *Diabolum primum in ſe ipſo ut vinceret illum deinceps in manibus ſuis.*

70. Hugo. Quartò, Hugo Victorinus libro 3. Miſcellan. titulo 29. *Hæc tria vitia, ſuperbia, luxuria, hypocriſis, ſunt tres equi Apocalypſis, rufus, niger, pallidus: rufus portat ſeſſorem ſuum ſpiritum ſcilicet hominis ad bella, lites, ac iras. Niger ad luxuriam, crapulam, ebrietatem; pallidus ad hypocriſim, & ſimulationem. Rufus per loca dura, & aſpera, niger per immunda, & fœtida; pallidus per ardua & excelſa. Equus albus eſt innocentia: ſu-*
Innocens omnium victor. *per hunc qui aſcendit erit vincens ut vincat.* Quatuor ſunt equi, & totidem illorum ſeſſores, & ſolùm de eo qui erat in equo albo decantatur *exivit vincens ut vinceret*; & cur hoc dicitur de hoc ſeſſore; & non de aliis. Equus albus innocentiam denotat, ſicut & ejus ſeſſor, illius cultorem; alii autem tres equi, rufus, niger & pallidus, & diverſa vitia, in quibus eorum ſeſſores ſopiti demergebantur; ecce c cur equi albi ſeſſor *Exivit vincens ut vinceret*; qui enim vincens eſt moribus, omnium victor evadet, omniumque trophæa reportabit.

71. *Animoſitas Principis victoriæ ſignum.* Quintò. Illud *exivit vincens* denotat multam animi generoſitatem, ac valentiam, qua hic magnus princeps exiit in bello vincens, ut ex tanta animoſitate rectè inferatur, quod in futurum vincet omnes adverſarios; qua etiam ratione dum aliquem egregia, alacritate, & minaci vultu ad leges militatis diſciplinæ optimæ compoſitum palæſtram ingredi videmus, cum magno plauſu dicimu s, hic triumphator erit, & victor evadet, animi animoſitas, ac robur, magnum victoriæ index, ut valeas hoſtes devincere, ac proſternere: ſic magnum Conſtantinum in pugna adverſus Maxentium, quaſi de periculo tutum, & de victoria certum ex prima irruptione in hoſtes facit. Nazarius in
Nazarius. Panegyric. ad Conſtantinum, *Invadis*, ait, *primus arcum, ſolus irrumpis, obumbrant euntem telorum irritus, ſonet electibus umbo.*

72. Cùm Moyſes poſtularet à Deo principem, ac ducem populi, qui poſſet deſtruere innumeras Barbarorum gentes, eorúmque armatos exercitus debellare, ut ita introduceret populum in terram Promiſſionis; ait Deus Moyſi. *Tolle Joſue filium Nun, virum in quo eſt Spiritus, & pone manum tuam ſuper eum.* Num 27. num. 18. ideò à
Num. 27. Deo deſignatur in Principé, ac ducem populi; quia dicitur In eo Spiritũ eſſe, ſed cum Scriptura loquatur abſolutè, quid intelligitur nomine Spiritus, quo ipſe optatur ad imperium, non omnium eadem eſt ſententia; alii alia dicunt in
Græcus. præſenti, tamen cùm Græcus legat. *Tolle Joſuë filium Nun, virum, qui habet Spiritum in ſe ipſo.* Apertè per hunc Spiritum animoſitaté intelli-

go, qua quis poſthabito quovis diſcrimine ſe ſe contra inimicos pro Deo, & virtute oſtendit, quo ſpiritu maximè prædìtus fuit Joſuë, dum adversùs decẽ exploratores, qui multis propoſitis difficultatibus pro obtinẽda terra promiſſionis concitaverunt populum contra Moyſen, & Deum; ipſe tamẽ Joſuë ſciſſis veſtibus multo robore ſe ſe eis opponit, ut patet Num. 14. n. 9. affirmans omnia eſſe prompta, & facilia, dicens: *Nolite rebelles eſſe contra Dominũ: neque timeatis populum terræ hujus, quia ſicut panem ita eos poſſumus devorare.* Et qui multa generoſitate pollet, ut adverſariorum inſtructas acies contemnat, eorúmque vires, ac arma non timet, valde aptus conſiſtit, ut adverſarios deſtruat, ac debellet, de eiſque glorioſè, ac magnificè triumphet. Hac præclara animoſitate Jovinianus ille Imperium ſibi à Deo impetravit. Ait enim Theodoretus lib. 4. Hiſtoriarum cap. 1. *Exercitus in unum congregatus Jovinianum poſtulat Imperatorem, qui neque dux, neque ex eorum numero fuerat. Tamen corpore robuſtus fuit animóque excelſo: quin etiam in bello gerendo ſolebat, & in acrioribus certaminibus primas ferre. Porrò contra impietatem liberè loquebatur, tyranni potentiam contemnebat, animi propenſione conſervandis Martyribus conjungebatur.* *Generoſitas contra adverſarios ad Principatum promovet.* Num. 14. Theodoret.

Opportunè clamat David, *à timore inimici eripe animam meam.* Pſalm. 63 n. 1. Nónne breviùs dixiſſet: Eripe ab inimico animam meam? dixiſſet, ſed alio ſenſu, qui Davidicæ generoſitati non congrueret. Benè ergo non ait, eripe ab inimico; ſed à timore inimici, ſi enim eſſet liber à timore inimici ſe liberum ab inimico judicabat, qui inimicum jam magna ex parte devictum habebat, illius erat triumphator. Plus ſæpè nos premit, ac conturbat timor inimici, quàm illius gladius, & robur, unde valdè prudenter ait Seneca Epiſtola. 13. *Plura ſunt, quæ nos terrent, quàm premunt, & ſæpius opinione, quàm re laboramus.* 73. Pſalm. 63. Seneca.

Apoc. 6. n. 3. Et cùm aperuiſſet ſigillum ſecundum: audivi ſecundum animal dicens, veni, & vide.

Num. 4. Et exivit alius equus rufus, & qui ſedebat ſuper eum, datum eſt ei, ut ſumeret pacem de terra, & ut invicem ſe interficiant, & datus eſt ei gladius magnus.

VERSIONES.

Arabic. n. 4. Aſpexit, & ecce equus ex igneo rufus, & inſidenti ſuper illum, datum eſt, ut tolleret ſecuritatem, & pacem, ut hominum alii alios trucident.

Victor. Ecce alius equus roſeus.

Syrus. Datum eſt ei auferre pa-

 cem

cem de terra, & ut ſe mutuò mactent.

Arias. Alii alios ſe mactent.

Tygurina. Inſidianti huic datum, ut tolleret pacem de terra.

EXPOSITIO III.

74. Et cùm aperuiſſet, ſcilicet Agnus, *ſecundum ſigillum*, quod in illo apparebat in ordine, *audivi ſecundum animal*, nimirum vitulum, ut patet ex capite 4. num-

Apoc. 4. 7. & tribuitur Divo Lucæ, dicens, *veni & vide*, quia ad agnoſcenda divina myſteria ſemper magis, ac magis aſcendendum eſt ſpiritu, veni ergo & vide, ut intelligas tanta myſteria.

75. *Et exivit alius equus rufus*, ſcilicet poteſtas ſæcularis, omnium Regum, ac Imperatorum, non unius, aut alterius ſæculi, ſed omnium penè ſæculorum, ac omnium nationum. Equus ergo rufus, ſunt omnes Gentiles, Barbari, Scythæ, Mauri, Sarraceni, quibus Deus dedit bellicam virtutem ad occupanda terrena regna, *& qui ſedebat ſuper illum.* Seſſor hujus equi conflatur ex Imperatoribus, Regibus, ac Ducibus talium nationum; ut magis explicabo infrà q. 8.

76. *Et datum eſt ei, ut ſumeret pacem de terra*; ſcilicet è propria ambitione, ac cupiditate Deo permittente, & Diabolo ſuggerente datum eſt ei, ut per multa bella, ac diſſenſiones tolleret pacem de terra, & ut invicem ſe interficiant. Ex ablata pace diſcordia inſurgente, Principes terræ ſe invicem interficient; non quod Martyres adversùs eos inſurgant, ſed in pœnam ſuorum delictorum, ipſi contra ſe bellabunt, & ſe invicem interficient. Datus eſt ei gladius magnus; id eſt magna nocendi poteſtas permiſſa plurimos interficiendi.

QUÆSTIO VII.

Quare ſecundum animal ſcilicet vitulus vocat Joannem ut veniat, & videat contenta in ſecundo ſigillo?

77. *Si bona prævideantur, & etiam mala, ut caveantur.* Aperto ſecundo ſigillo ſecundum animal vocat Joannem dicens, *veni & vide.* Sicut & aperto primo ſigillo primum animal ipſum vocavit, cùm tamen valde diſſimilis ſit cauſa in utroque eventu; nam in primo ſigillo valde felicia denuntiabantur, nam apparebat ſeſſor in equo albo, & exivit vincens, ut vinceret, & data eſt ei corona; at in hoc ſecundo erat ſeſſor in equo rufo, & ſanguineo, cui datum eſt tollere pacem de terra, gladio juſtos perſequi, imò & interficere. Non mirum tamen quod in utroque caſu eadem fiat adhortatio, quia ſicut læta prævidentur, ut pro eis lætemur, & gratias agamus, ſic etiam mala, & funeſta prævidenda, ut ab

Primaſius. eis fugiamus. Favet Primaſius. *Illud eſſe, puto*, ait, *nempe cur eadem ſunt exhortationis verba in utroque loco, quod ſicut de bono lætitiam pro Eccleſiæ victoria pollicetur, ſic de malo cautelam denuntiet ex præſcientia futurorum.* Primum animal cùm eſſet quid valdè magnum aperit jucunda in primo ſigillo; ſecundum animal, cùm etiam eſſet quid valde magnum aperit funeſta in ſecundo ſigillo, ſicut enim ad magnitudinem ſpectat dicere læta, ſic etiam triſtia, & infauſta.

Ad quæſtionem cur ſecundum animal ſcilicet vitulus oſtendit hoc ſecundum ſigillum, ex quo prodit equus rufus, qui principatus; ſeu poteſtates omnium penè ſæculorum denotabat, ut jam dixi in expoſitione, de quo latius quæſtione ſequenti. 78. *Status quæſtionis.*

Reſpondet primò Ferrarius, Leones, quod legerim, non pugnant de principatu cum leonibus; at vituli, & tauri pugnant cum tauris, & acriter quidem, ut oſtendit Virgilius in Georg. & cùm in colore rubeo oſtenderentur multæ contentiones de principatu, ac poteſtate, ideò vitulus tale oſtendit ſigillum. 79. Ferrarius. Virgilius.

Secundò, vitulus ſignificat exercitum Principum præ ſua ambitione aliena invadens, & deſtruens, ideò ſub nomine vituli deſignatur exercitus Romanus Jeruſalem deſtruens Iſai. 27. n. 10. *Ibi paſcetur vitulus, & ibi accubabit, & conſumet ſummitates ejus.* Inde vitulus oſtendit ſigillum Principum ſæcularium, qui invicem ſe invadentes multis bellis ob ambitionem ſe ſe deſtruunt, & conſumunt. 80. Iſai. 27.

Tertiò, vitulus jugum, ac ſervitutem denotat, ad ſerviendum homini natus eſt, inde merito ipſe oſtendit ſigillum Regum, ac Principum. Nam principatus, & dominatio quædam ſervitus eſt. Sic dixit Rex Antigonus inſoleſcenti filio. *An ignoras, ô fili, regnum noſtrum, non eſſe aliud, niſi ſplendidam ſervitutem.* Sic ait nobilis Centurio Chriſto Domino Matth. 8 n. 9. *Ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus.* D. Auguſt. ſerm. 6. de verbis Domini ſic explicat. *Ego homo ſum ſub poteſtate jubendi.* Cùm ſit potens, inde ſub poteſtate eſt, & Rex regendi poteſtatem portat tanquam onus ſub humeris. 81. *Principatus quadam ſervitus eſt.* Matth. 8. D. Auguſt.

Non omittam hìc referre ſententiam Andreæ Cæſarienſis c. 14. *Aretæ, qui dicit. Secundum animal vitulum dici exiſtimo, hoc autem ſacroſanctas Martyrum hoſtias deſignat.* Secundum animal nempe vitulus, vocat Joannem ut veniat, & videat, quia vitulus maximè erat deſtinatus ad ſacrificium, ideò ipſe oſtendit contenta in hoc ſigillo, in quo Martyrum immolationes denotabantur per perſecutiones tyrannorum; & ideò equus eſt rufus, & ſedenti ſuper eum datur gladius magnus ad interfectionem Sanctorum. 82.

Dicet fortè aliquis noſtri temporis ſortem dolendam quod Martyres ſanguine effuſo pro Chriſtiana Religione non inveniantur, cùm tyranni non ſint, præcipuè in Europa, qui in nos fideles exerceant ſuam immanitatem. At gladius iſte magnus adverſarii non ſolùm intelligo illum ad effundendum ſanguinem, ſed etiam ad multas perſecutiones, ærumnas, ac tentationes in ſervos Dei. Nam, ut ait Apoſtolus 2. Timoth. 3. numero 12. *Omnes qui pie volunt vivere in Chriſto Jeſu perſecutionem patientur.* Ubi perpende vocem omnes cum Divo Ambroſio ſermone 20. in Pſalm. 118. dicenti. *Omnes dixit, nullum excipit; quis enim exceptus eſſe poteſt, cùm ipſe Dominus perſecutionum tormenta* 83. *Et ſi tyranni deſint, perſecutio, ac tentationes non deſunt.* 2. Tim. 3. D. Ambr.

D. Auguſt. *Diabolus in quantum ſævit, tentamenta contra nos armat.*

menta toleraverit. Omnes qui laudabiliter agunt, hoſtilia odia inimici in eum paranrur, nam ut præclarè dixit D. Auguſt. in Pſal. 117. *Non enim quia Diabolus modo per Reges non ſævit, ideò non Chriſtiani perſecutionem patiuntur, ſi mortuus eſt Diabolus, mortuæ ſunt perſecutiones, ſi autem ille adverſarius noſter vivit, unde non tentationes ſuggerit? Unde non ſævit? Unde minas, & ſcandala procurat.*

84\. D. Auguſt. Cant. 7. *Chriſtianus in Eccleſia habet multa certamina contra diabolum.*

Unde perbellè ipſe Divus Auguſtinus ſermone 32 de Sanctis. *Tota vita Chriſtiani nominis ſi ſecundum Evangelium vivat, crux eſt, ac Martyrium,* De ſua dilecta cantat Sponſus. *Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum.* Ubi ſermo eſt de Eccleſia, & rectè dicitur Sulamitis, quod idem valet, ac pacifica; inde tamen repugnantia videtur latere in dictis, ſi Eccleſia eſt in tranquilla, ac quieta pace, ad quid in ea armata caſtra? Ubi ſumma pax viget, ibi minimè exercitus deſiderantur? Optimè tamen omnia cohærent. In ſumma Eccleſiæ pace quotidiana bella, & perpetuæ pugnæ latent, nam ut virtus ſibi conſiſtere, ac ſubſiſtere poſſit, ipſa fortis bellatrix arduo, ac pugnaci ingenio indeſinenter debet certamina meditari cum adverſario; ut illius inſultus, ac tentationes valeat repercutere. Divus Auguſtinus ſermone 250. de tempore. *Nemo dicat, ait, quod temporibus iſtis Martyrum certamina eſſe non poſſunt: habet enim pax noſtra Martyres ſuos: nam iracundiam mitigare, libidinem fugere, juſtitiam cuſtodire, avaritiam contemnere ſuperbiam humiliare, magna pars martyrii eſt.*

D. Auguſt.

Quæstio VIII.

Quod equus rufus, ejúſve ſeſſor ſignificent?

85\. Hic equus rufus, & duo ſequentes ſicut differunt colore à primo, ſic & officio, & ſignificatione, de quo videndum eſt id quod dixi quæſtione 2. Tamen hîc aliquid addamus maximè peculiariter ad intentum.

86\. Ribeira. Primò, Ribeira, ait quod rufus color ſine dubio bella, & cædes indicat. Et paulò poſt ſubdit: *Significat ergo equus rufus perſecutores Eccleſiæ, juxta omnium ferè ſententiam, qui inſtigante diabolo, ſimul ut Apoſtoli vincere cœperunt, ſtatim in Prædicatores Evangelii, & in creſcentem gentem Chriſtianorum, rabie maxima irruerunt ut profectus Evangelii impedirent.* Hæc tamen ſententia non ſubſiſtit, quia quamvis verè ſit dictum, Rufus color bella & cædes indicat; non eſt tamen verum quod directè ſignificet perſecutores Eccleſiæ, ut demonſtrant ſequentia verba textus; *ut invicem interficiant.* Eccleſiæ enim perſecutoribus non eſt mutua pugna inter ſe, nec ſancti contra eos, nec eos interficiunt.

87\. Alcazar. Secundò, Alcazar vult *in ſecundo equo ſignificari divinam beneficentiam.* Et iterum in Commentatio ait. *Per hujus equi ſeſſorem ſignificari audaciam primorum Chriſtianorum in ſua fide promulganda.* At hæc omnia pugnant cum textu, qui potius oſtendit iram, & rigorem: quæ enim beneficentia Divina, vel audacia Chriſtiam tollere pacem de terra, & invicem ſe interficere? talia enim beneficentia divina, & audacia Chriſtiana expellunt à nobis; & non inducunt.

Tertiò multi Doctores ut Anſbertus, Aretas, ut retuli quæſtione ſecunda in prima ſententia cum per hos quatuor ſeſſores horum quatuor equorum intelligant Chriſtum Dominum, & in equo rufo prout ipſe erat inflammatus igne charitatis, quomodo hæc tamen poſſunt ſtare cum eo quod dicitur, *datum eſt eo tollere pacem de terra.* Cùm Chriſtus ſit Rex pacificus dans pacem, & relinquens pacem inter ſuos? Dicitur ergo tollere pacem de terra, quia Chriſtus concordiam iniquorum ad malum ubique diſcindit. Sic ait Aretas. *Sedenti ſuper equum rufum, datus eſt gladius magnus, ut invicem homines ſe occiderent: hoc eſt ut tollerent, ac amputarent concordiam ad malum eorum, qui erant in terra, ſi quidem concordia inter ipſos erat.* Nam ſicut divinæ bonitatis eſt dare pacem, & concordiam inter bonos, ita etiam divinæ bonitatis eſt tollere pacem, & concordiam inter malos, ne confœderati omnia deſtruant. Hæc ſententia licet poſſit inſervire ad mores, non tamen ad rigorem literæ, ut dixi citata quæſtione ſecunda.

88\. Anſbertus. Aretas.

Aretas. *Sicut divinæ bonitatis eſt firmare pacē inter bonos, ita tollere inter malos.*

Quartò, Haymo. *Equus rufus, ait, eſt corpus Diaboli multa multitudo reproborum omnium, quæ oppoſita eſt equo albo electorum. Hæc rufa eſt, quia animarum cæde cruenta. Hujus ſeſſor eſt Diabolus cujus gladius eſt prava cupiditatum ſuggeſtio.* In qua etiam ſententia eſt Joachimus Abbas docens, quod ſeſſor in equo rufo ſit Imperator Romanus, & Diabolus, ſic ait ipſe. *In ſeſſore iſto Romani Imperatores intelligendi ſunt, ut tamen in eiſdem Imperatoribus, intelligatur Diabolus operari, qui tam ipſos, quam cæteros principes cohortatar ad pugnam.* Tam miſer eſt impius, ut pro diabolo ſumatur, ut Romanus Imperator pro cacodæmone. At hæc ſententia non eſt ad literam, nec omnes reprobi particulares ſcilicet homines, nec ſanguine madent, nec laborant tollere pacem, & ſe ipſos interficere.

89\. Haymo. Ioachim. *Sic miſer impius, ut pro Diabolo ſumatur.*

Quintò, Cornelius à Lapide adducens Andræam Cæſarienſem, & alios: ait, *Sicut per primum equum album, primus Apoſtolicus Eccleſiæ ſtatus ſignificatur: ita per equum rufum ſignificatur ſecundus proximè primo ſuccedens Martyrum ſtatus.* Et ſtatim ſubdit. *Equus ergo rufus ſignificat populum paganum, putà gentiles, & infideles Eccleſiæ perſecutores, atque adeò ipſas decem cruentas Chriſtianorum perſecutiones, quæ fuerunt à Nerone uſque ad Conſtantinum per annos ducentos quinquaginta.* Hæc tamen videntur involvere repugnantiam; nam ſi in equo rufo denotantur Martyres, quomodo perſecutores Eccleſiæ. Deinde, quia de Martyribus eſt quintum ſigillum; ergo, de eiſdem non poteſt eſſe hoc ſecundum.

90\. Cornelius. Andr. Cæſ.

Literalis, ac vera ſententia eſt, quod equus rufus ſunt omnes barbaræ nationes nomini Chriſtiano contrariæ, ut ſunt Gothi, Alani, Scytæ, Mauri, Sarraceni, Turcæ, Japonitæ, & aliæ feræ, ac ſanguinolentæ nationes, quæ contra Chriſti nomen conſpiraverunt, multum ſanguinem Chriſti militum effundentes, & 91. *Vera ſententia.*

ideo in equo rufo configurantur. Seſſor hujus equi componitur ex Imperatoribus, Regibus, Ducibus talium nationum, ſicut ipſæ ſimul ſumptæ denotantur in equo rufo. Talis ſeſſor extitit Nero, Diocletianus, Attila Torila, Genſericus, Alaricus; Julianus Apoſtata, & aliæ hujuſmodi peſtes, qui ſuis bellis ſumpſerunt pacem de terra; & tales perſecutores Eccleſiæ intelliguntur, non hujus, vel illius nationis, ſed omnium penè nationum; non hujus, vel illius ſæculi, ſed omnium penè ſæculorum. Et ideo dicitur quod iſte equus exivit tanquam curſum agens per omnes partes orbis, ac per omnia ſæcula. Ducor in hanc expoſitionem, quia hic Joanni repræſentatur ſtatus Eccleſiæ abſolutè, non in una tantùm parte orbis, nec in uno ſæculo tantùm, ſed uſque in finem; ergo omnes perſecutores Eccleſiæ qualibet parte, & qualibet in natione, hîc præfigurantur.

92. *Reges crudeles in eos, qui eorum imperio adverſari poſſunt.* Et dicitur in textu, *datum eſt, ut invicem ſe interficiant.* Hujuſmodi Imperatores, ac Reges, ac tales tyranni maximè ſe cruentant ſanguine pro ſuo Imperio dilatando, ac conſervando; Principes enim valde crudeles ſunt cum his, qui poſſunt ſuo adverſari Imperio. Audiens Herodes à Magis Chriſtum natum, turbatus eſt, & doloſè ait illis: *Ite & interrogate diligenter de puero: & cùm inveneritis, renunciate mihi, ut & ego veniens adorem eum.* Matth. 2. D. Paſchaſ. Matth. 2. n. 8. Eleganter D. Paſchaſ. ibi: *Mortem*, ait, *Filio Dei inferre parat, ne à ſuo Regno deturbetur.*

93. Iudic. 9. Spurius Gedeonis filius Abimelech regnum ſibi ambivit, & ait ad Sichimitas, Judic. 9. n. 2. *Quid vobis eſt melius, ut dominentur veſtri ſeptuaginta viri filii omnes Jeroboal, an ut dominetur veſtri unus vir? Simúlque conſiderate, quia os veſtrum, & caro veſtra ſum.* Hæc dicebat ad viros Sichem, quid inde ſequitur, ſubdit textus num. 5. *Et venit in domum patris ſui, in Ephrata, & occidit fratres ſuos filios Jeroboal ſeptuaginta.* Nihil medium fuit, & ubi in Abimeleche amor principatus apparuit, ſimul in eo horrendiſſima fratricidia fuerunt, cùm regnum affectaret, nec carni, aut ſanguini pepercit, ſed omnes fratres ſuos ſimul interfecit, ut ſolus ipſe in regno conſiſteret. *Homo nullum exhorret facinus pro conſervando regno.* D. Baſilius homil. 22. citatus *Abimelech homicida ille ſpurius Gedeonis filius, qui Septuaginta ex germanis illius filiis occidit, aſtutum hoc ad regni conſervationem invenit ratum.* Nullum exhorruit facinus, quod ſibi conducere exiſtimat ad conſervandum regnum.

94. Ioan. 8. De ambitionis patre loquens Chriſtus D. ait: *Ille homicida erat ab initio.* Joan. 8. num. 44. & quomodo Diabolus homicida fuit ab initio? Si prima vox conſideretur, nullum homicidium ſonat, nihil quod ad ſanguinis effuſionem ſpectet dicit, ſolùm de primo ejus peccato ſcribitur; Iſa. 14. Iſa. 14. num. 13. *Dicebas in corde tuo: In cœlum conſcendam ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo.* In omnibus his nec umbra homicidii invenitur: ſolùm inventio ibi agitatas aſcenſiones in corde ipſius; *Regni ambitio homicidia meditatur.* in quo ergo fundata eſt ibi homicidii ſuſpicio? Erat ille princeps hujus mundi, Joan. 12. num. 31. Et ne ejiceretur à ſuo principatu, ſeu ut illum conſervaret aſcenſiones in corde ſuo meditabatur, & altiſſimi ſimilitudinem ambiebat, & inde homicidia machinabatur, & omnem Chriſti filii Dei tragœdiam fundabat; ut pereunte filio Dei ſolus in throno, ac ſuo principatu quietus conſiſteret ipſe. Pulchrè Rupert. lib 8. in Joan. ait: *Et revera mors, ut contra filium Dei, qui ſolus ſimilitudo patris eſt, ſuperbo tumeſcens odio dixit in corde ſuo: ſimilis ero Altiſſimo quoniam odium illud per manus Judæorum homicidio conſummandum erat, jam tunc in conſpectu Patris, & ipſius, qui hæc loquebatur, filii homicida erat.* Rupert. Cùm eſſet princeps pro conſervando ſuo principatu, homicidium, ac mortem Dei meditabatur, & pro ampliatione ſui ſtatus, ſolium Dei arripere intendebat.

Quæstio IX.

Quare huic ſeſſori datur gladius magnus.

Dicitur in textu de hoc ſeſſore, *Datum eſt ei ut ſumeret pacem de terra, & ut invicem ſe interficiant, datus eſt ei gladius magnus.* 95. Rupertus hunc locum interpretatur de Judæis, quibus datum eſt, ut tollerent pacem de terra, ſeu auctorem pacis, Chriſtum D. quem interfecerunt. Rupertus. *Ablata parte ſequitur ſanguinis effuſio.* Tamen cùm hic liber Apocalypſis ſit Propheticus, non agit de re præterita, ſed de futura; ut de communis ſententia nomine pacis hîc intelligit concordiam, & quietudinem, & recto ordine utitur Evangeliſta, *ut ſumeret pacem, & invicem ſe interficiant.* Ablata pace ſequitur ſanguinis effuſio, & communis interitus, ut notavit hîc D. Thom. D. Thom. *Primò, oſtenditur*, ait, *poteſtatis permiſſio; in his verbis, datum eſt ei in hoc, tum ad concordiam tollendam, tum quantum ad vitam extinguendam.*

96. *Qualis gladius.* Cùm dicatur in textu datus eſt gladius, à quo datus ſit, jam explicavi in expoſitione, reſtat nunc videre, qualiſnam ſit iſte gladius. Ambroſius Anſbertus, exiſtimat hunc gladium duplicem eſſe, quo adverſarius generis humani pugnat contra filios Eccleſiæ; unum nempe, ſpiritualem, alterum corporalem eſſe; ſpiritualem quo animas in æternam damnationem præcipites trahit, dum ſcilicet ſuggerit malam perſuaſionem, iniquam deceptionem, hoſtile odium, impudicam luxuriam, malam locutionem juxta illud Pſal. 63. *Lingua eorum gladius acutus.* Alterum gladium corporalem eſſe, inquit Anſbertus. Cùm per membra ſua variis tormentis proſequitur juſtos. Anſbert. Pſalm. 63.

97. Datus eſt ergo gladius magnus ſedenti ſuper equum rufum, inquiunt Andræas Cæſarienſ. & Aretas, ut animas martyrum immolaret in ſacrificium, & ideo ſecundum animal ſcilicet vitulus, maximè conſecratus ad ſacrificium vocat Joannem ad hæc videnda. Unde citatus Andræas hæc verba *datus eſt ei gladius magnus*, componit cum illis Chriſti D. *Non veni pacem mittere, ſed gladium.* Andræas. Aretas.

Matth.

Matth. 10. *Martyres gratiſſima victima Deo.* Proverb. 9. Matth. 10.n. 34. Sic ait ipſe. *Huc pertinet illud Chriſti, nempe veni mittere gladium, per quem Martyrum hoſtiæ mactatæ; & in cœleſti ara oblatæ ſunt.* Pro quo facit egregiè illa Eccleſiæ deſcriptio à Salomone conſtructa. Proverb.9. num.1. Ubi Chriſtum Patris ſapientiā Martyres tanquam victimas ſibi gratiſſimas myſtico ritu immolantem introducit, ita ibi. *Sapientia ædificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, immolavit victimas ſuas, miſcuit vinum propoſuit menſam ſuam.* Pro immolavit victimas ſuas legit Tertullianus in ſcorpiaco, *Sophia jugulavit filios ſuos.* De Martyrum necibus omnino intelligens; quos ipſa ſapientia ut victimas propoſuit ad immolationem; ad cujus guſtum ſic explicat D. Auguſt. lib.16.de civit. Dei, cap. 20. *Hic certè cognoſcimus,* ait, *Dei ſapientiam, hoc eſt Verbum Patris æternum in utero virginali domum ſibi ædificaſſe, corpus humanum, & huic tanquam membra Eccleſiam ſubjunxiſſe, Martyrum victorias immolaſſe, menſam in vino, & panibus præparaſſe.* Ex eo quod propoſuit eos in victimas, ad immolandum, inde præparavit eis menſam cæleſtis beatitudinis ut illa æterna felicitate in perpetuum delectarentur. *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Pſalm. 35. num. 9.

Tertul.

Pſal. 35.

98. Dices. Dicitur in Textu. *Datum eſt ei ut ſumeret pacem de terra, & ut invicem ſe interficiant, datus eſt ei gladius magnus.* Ergo gladius magnus videtur datus ad hoc ut ſumant pacem de terra, & ut invicem ſe interficiant, & non ad Martyrum ſanguinem effundendum.

99. *Cum pace vivimus, ablata pace morimur.* Reſpondeo quod ex eo quod Tyranni occidunt juſtos, & per Martyrium eos tollunt de mundo, inde ab eo ſumunt, & tollunt pacem, quia juſtus pax, & quietudo eſt orbis; Deinde dicitur *ut invicem ſe interficiant.* Non quod Martyres, adverſus eos pugnaverint, à quibus infeſtabantur, ſed quod ipſi infideles inſtigante Diabolo ad bella, diſcordias, ac mortes provocentur, & benè dicitur, ut ſumeret pacem, quia cum pace eſt vita ſecura, oblata verò pace mors, & interfectio certa; & benè dicitur ut invicem ſe interficiant, quia dum iniquus perſequitur, & occidit juſtum, ſe ipſum perſequitur, & ſemetipſum occidit. Malum quod in ſanctos parat, in ipſum retorquetur, ut patet in accuſatoribus. Daniel.cap.6.num.24. Et in ſenibus accuſantibus Suſannam. Dan.13.num.61. Juſto Dei judicio non alia pœna pereunt, niſi illa quam cogitaverunt adverſus Sanctos Dei. Ut adimpleretur illud quod dicitur in Pſal 56. num. 7. *Foderunt ante faciem meam foveam, & inciderunt in eam.*

Malum, quod impius parat in juſtum, in ipſum retorquetur. Dan. 6. Dan. 13. Pſalm. 56.

100. Et non ſolùm dicitur datus gladius, ſed etiam additur gladius magnus; nónne ſufficiebat dicere datum gladium, ad quid additur magnus cùm multa ſanè emphaſi. Valde enim magnus extitit gladius perſecutionis tyrannorum in Chriſtianos tum ex magno numero martyrum, ita ut à Nerone uſque ad Conſtantinum minuſve, per trecentos annos Romæ dumtaxat martyrio coronata ſint pluſquàm ducenta millia martyrum: tum ex immanitate ſuppliciorum, quæ ipſi Barbari invenerunt, & in his ultimis temporibus multa impiè adinvenit crudelis Elizabeth Regina Angliæ, quæ in quodam libro per varias figuras depicta vidit; Tum etiam quia hujuſmodi perſecutionis gladius per omnes partes orbis ſeſe diffudit, de qua latè agit Euſebius lib.8. Eccleſiaſt. Hiſtoriæ; & etiam gladius magnus; quia non ſolùm minores Eccleſiæ, ſed etiam illius majores, & primates occidit. Richard.de S.Victor. *Verè magnus,* ait, *quia non tantum minores, & univerſali Eccleſiæ minus utiles, ſed majores, & univerſalitatis fidelium ſuſtentatores & gubernatores, ut Apoſtolos, & excellentiſſimos Doctores interfecit*

Gladius magnus multipliciter. *Roma magno numero martyrum ditata eſt.* Euſebius. Richard.

101. Tum etiam quintò & ultimò, gladius magnus; quia à magna ambitione, ac cupiditate uniuſcujuſque Regis, ac Principis movebatur, ut alios occideret, eorum regna invaderet, & occuparet, ut ipſe ſolus Rex, ac Princeps haberetur, regio honore ac diademate reſplendeſcens. Dicebat Ezechiel.21.num.9. *Gladius, gladius exacutus eſt, & limatus: ut cædat victimas, exacutus eſt, ut ſplendeat, limatus eſt.* Alta conſideratione duo notat Propheta in hoc gladio, acumen, ſcilicet & ſplendorem; & ad quid tremendi gladii ſplendor notatur? Si perterrefacere populos intendebat; maximè perterrefaceret, acutiſſimum imminentem jam gladium prædicare; cur & illius ſplendorem adjunxit? Ad maximè ſanè crudelitatis exaggerationem multum facit, quòd gladius cum ſplendoris ambitu eſſet exacutus; cùm enim quis ſplendoris ambitione tangitur, ut ſuper alios ſplendeat, ſtatim illius gladius ad omne crudelitatis genus maximè exacutus ac limatus eſt; Hæc eſt notiſſima ambitionis ars, ut proprium ſplendorem, totius mundi ruina, & ſanguine, amet comparare. Petrus Damianus libro 1. Epiſtol. 20. Ad ambitioſum quemdam, ſic loquitur: *Cur autem,* ait, *duo hic iſte gladius habebat, hoc eſt; ut limatus ſit, & acutus? ſicut exponit; ut cædat,* inquit, *victimas, exacutus eſt; ut ſplendeat, limatus eſt. Nonne in te videntur iſta congruere, qui videlicet, ut ſolus valeas dignitate ſplendeſcere totum regnum laboras in prælium, velut occiſionis victimas, congregare?*

Ezech. 21. *Ambitioſus pro ſuo ſplendore, omnes intendit opprimere.* Damian.

102. De ſuperbiſſimo Nabuchodonoſore ait Jeremias 50. numero 23. *Quomodo confractus eſt, & contritus malleus univerſæ terræ?* Et unde iſte Rex à ſacro textu malleus adamantinus univerſi generis humani eſt appellatus? Quid in eo apparet, ut tali nomine dicatur? Scribitur de eo Judith. 2. numero 2. *Cogitationem ſuam in eo eſſe ut omnem terram ſubjugaret imperio,* & cùm tantum ſibi vellet arrogare, ut omnem terram ſub ſuo teneret imperio, omnes volebat tenere, ac contundere, proindéque coronam ſuam, tanquam malleum genus humanum conterentem fabricabat. Nota eſt hiſtoria Stiliconis, qui totius orbis ſanguine, Honorium Imperatorem ab imperio deturbare conabatur, ut illud filio ſuo traderet, de quo ait Oroſius lib 7.cap.38. *Qui, ut unum puerum purpura indueret totius humani generis ſanguinem dedit.*

Jerem. 50. Judith. 2. Oroſ.

103. Abſalon naturæ immemor ut imperium occuparet, gladio & lancea turpe parricidium machinabatur 2. Reg.15. à n. 20. de qua re D. Chryſoſtom. In Pſalm.7. ad initium ita diſſerit: *Abſalon erat adeo crudelis, & immitis, & bellua potius quàm homo, ut ipſis naturæ inſultaret legibus. Nam & ſi nolebat Davidem revereri*

2. Reg. 15. D. Chryſ. *Amor principatus omne jus contemnit.*

revereri, ut patrem; ſaltem revereri oportebat ut ſenem: quod ſi canos n gligebat, certe ut benefactorem: quod ſi nec quidem, ut eum certè, qui nullam fecerat injuriam: ſed amor principatus hanc omnem ejecit reverentiam, & ut homo feræ eſſet, effecit. Ambitio principatus omne jus contemnit ſive patris, ſive ſenis, ſive benefactoris, ſive non criminatoris.

Apoc. 6. n. 5. Et cùm aperuiſſet ſigillum tertium, audivi tertium animal dicens: Veni, & vide: & ecce equus niger, & qui ſedebat ſuper eum, habebat ſtateram in manu ſua,

Num. 6. Et audivi tanquam vocem in medio quatuor animalium, dicentium: bilibris tritici denario; & tres bilibres hordei denario, & vinum, & oleum ne læſeris.

VERSIONES.

Syrus n. 5. Et cùm aperuiſſet ſigillum illud tertium: veni, & vide.

Pagninus. Veni, & vide, & ecce equus.

Arabicus. Et vidi, aſpexique; & ecce equus niger, & in manu ſedentis ſuper eum ſtatera.

Syrus. n. 6. Audivi vocem in medio quatuor illorum animalium, dicentem: chænix tritici denario; & tres chænices hordei denario; & oleo, ac vino ne nocens.

Andr. Cæſ. Bilibris tritici denario uno; & tres bilibres hordei denario uno.

Arabicus. Menſura tritici denario, & tres menſuræ hordei denario; vinum, & oleum ne corrumpantur.

EXPOSITIO IV.

104. E*T cùm aperuiſſet*; ſcilicet Agnus, *tertium ſigillum*, *audivi tertium animal*, quod formam hominis habebat, ſuprà, cap. 4. num. 7. & D. Matthæo

Apoc. 4. adſcribitur, *Ecce equus niger.* Hic ponitur principatus Eccleſiaſticus. Equus niger ſignificat omnem multitudinem Eccleſiaſticam, ac etiam omnium fidelium, quatenus ſcilicet ſuſtinet; & ſuſtinebit talem poteſtatem; ſeſſor dignitate, & ſuperioritate Eccleſiaſtica, ſive Pontificali, ſive Cardinali, ſive Epiſcopali, ſive regulari: *& habebat ſtateram in manu ſua*, id eſt jus canonicum ſive exactam libram juſtitiæ, quæ cuncta diſponit; & ideo præfiguratur in equo nigro; nam niger color obſcurat viſum, ne reſpiciat perſonam hominum, de quo multa. quæſt. 11.

Principatus Eccleſiaſticus.

105. *Græc.* *Et audivi tanquam vocem*; dixit, tanquam, quoniam non erat vox; ſed vocis ſimilitudo objecta menti Apoſtoli, *in medio quatuor animalium dicentium*, cùm ait, dicentium, indicat, vocem eſſe animalium nam ſi vox eſſet ſedentis in throno, vel agni, ſingulari termino, & non plurali uteretur.

Bilibris tritici denario: Bilibris, ſive Græcè *chænix*, eſt menſura aridorum, quam frumento plenam, unus homo quotidie ſumere poteſt; & inde vocatur cibus diurnus. Denarius autem eſt merces, ſeu ſtipendium unius diei. 106.
Et tres bilibres hordei denario; quia hordeum triplo vilius eſſe debet tritico; ideo denarius, quod æquivalet ad unam menſuram tritici, eſt ſufficiens ad triplicem hordei: & quia triticum eſt melius hordeo, & eſt cibus nobilium; Hordeum eſt quid deterius, & eſt cibus pauperum, hac metaphora admonent Evangelia ſeſſorem in equo nigro, utpote Prælatum Eccleſiaſticum, ut primis, & benemeritis in Eccleſia det ſuam mercedem, & ſuſtentationem, & etiam præbeat illam minoribus, pauperibus nempè ſuas eleemoſynas. *Vinum & oleum ne læſeris*: Secundò eum admonet, ut ſic teneat ſtateram, & juſtitiam ſervet, ut reſpiciat charitatem, & pietatem, quæ per vinum, & oleum ſignificantur, de quibus dicam infrà, quæſt. 12. & 13.

QUÆSTIO X.

Quare tertium animal vocat Ioannem ad videnda contenta in tertio ſigillo?

TErtium animal, eſt illud, de quo cap. 4. numer. 7. dicitur: *Et tertium animal habens faciem quaſi hominis.* Et eſt Sanct Matth. qui Joannem ad videndum vocat, & optimè conſonat cum re ſignificata; & homo homines vocat, cùm de humana adminiſtratione, ac regimine Prophetia pertractat; & cùm præcipua pars hominis ſit ratio, homo rectus potius agit ratione, quàm affectu, quod maximè exoptatur in regimine, & peculiariter Eccleſiaſtico, de quo hîc agitur. 107.

In regimine oſtendatur ratio, & non affectus.

Secundò, D. Matthæus eſt, qui Joannem vocat ipſe de Chriſto homine maximè agit, & generationem humanam ipſe narrat, ſecundùm quam Rex, & Paſtor univerſalis eſt, quem ſuperiores, ac Prælati Eccleſiaſtici, qui ejus vices tenent, utpote ejus vicarii, debent in omnibus ſequi ab illóque non degenerare. Tertiò, quia D. Matthæus totum ſermonem Domini in monte, in ſuo Evangelio cap. 5. 6. & 7. nobis deſcripſit, 108.

Matth. 5. Ad Chriſti omnis noſtra vita eſt conformanda, & componenda.

deſcripſit, ad cujus doctrinam omnes Prælati debent ſuam gubernationem, & viam conformare. In ipſo ſermone optimæ,& excellentiſſimæ nobis traduntur leges, & inde omnium canonum, & regularium ſanctionum ſalutaris eſt ſcaturigo: *Doctrina enim hujus altiſſimi ſermonis*; ſcilicet in monte,*informatio eſt totius vi-
D. Paſchaſ. *tæ Chriſtianæ*, ait D. Paſchaſius.

109. Prov. 8. De ſe ait ipſa ſapientia Increata Chriſti, Proverb. 8.n.15. *Per me Reges regnant, & legum conditores juſta decernunt.* Quæ ultima verba ſic referunt Septuaginta: *Dynaſtæ ſcribunt juſtitiam*; ex quo loco colligit D. Thomas 1.2.q.93.art.3.omnem legem Regum, ac Principum à lege Divina; hæc enim idem eſt cum ſapientia æterna; & ut ipſemet ait art.1. Sicut Dei ſapientia quatenus per eam cuncta ſunt creata, rationem habet exemplaris, vel artis, vel ideæ; Ita eadem ſapientia Dei cuncta movens ad debitum finem, habet rationem legis, ſecundùm quod eſt directiva omnium actionum, & motionum.

Septuag. *Omnis lex humana à divina derivatur.* D. Thom.

110. Ezech. 1. In illa mirabili Ezechielis quadriga, valde altiſſima erat rotarum diſpoſitio, nam præterquam quod una rota haberet quatuor facies, & eſſet rota in medio rotæ, additur ulteriùs, fuiſſe *aſpectus rotarum & opus earum,quaſi viſio maris.* Ubi D.Gregorius per rotas unam in altera incluſas, vetus teſtamentum intelligit, novúmque in veteri contentum, ſed cur ſacra Scriptura, viſio maris appellatur? Sic reſpondet Sanctus Gregorius: *Rectè ſacra eloquia viſioni maris ſimilia narrantur; quia in eis, magna ſunt volumina ſententiarum, cumuli ſenſuum.* Sed hoc ſuppoſito mihi inde inſurgit dubium, quia Eccleſiaſtes ait cap. 1. numero 7. *Ad locum,unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant*; omnia flumina à mari exeunt; quænam flumina ſunt hæc, quæ ab hoc Scripturarum pelago exeunt. Inquirit rectè Rich. de S. Victore. Sine dubio ſunt omnes nempe rationes rectè agendi, leges bene gubernandi, ac diſciplinæ rectè, & ſanctè vivendi, quæ ab hoc magno oceano hauriunt ſalutarem aquam, ut univerſam terram juſtitia, ac ſanctitate valeant fœcundare. Richardus: *Ad hoc mari magno divinæ ſcripturæ flumina exeunt noſtræ eruditionis, ac ſanctæ diſciplinæ, ut animus fœcundetur in lege, ac voluntate Dei, benè agendo, & operando.*

D. Gregor. D. Greg. Eccleſ.

Quæstio XI.

Quid ſit equus niger, & quid ſignificet; & quis ejus ſeſſor?

111. *Status Eccleſiaſticus permanens.* Non dicitur de hoc equo, ſicut de præcedenti, exivit; quia caput ſtatus Eccleſiaſtici, quem hic equus ſignificat,maximè fixum, & conſtantem habet ſitum in uno loco, Roma nempe. Quæſtio inquirit, quid ſignificet hic equus niger; circa quod variæ ſunt ſententiæ,pro quo videnda eſt q. 2.& breviter hîc ſententias attingam.

112. Aureol. Lyran. Prima ſententia eſt Aureoli, qui in equo nigro intelligit Titum Imperatorem,qui Hieroſolymam vaſtavit, & gentem Judæorum ex magna parte excidit. Hunc volunt, tenere libram divinæ juſtitiæ, & vindictæ contra Judæos; ob inexpiabile mortis Chriſti nefandum ſcelus. Sed contra, quæ æqualitas eſſe potuit? nam omnes omnino pœnas, quæ Judæis infligi potuerant, facinoris illius immanitas longæ ſuperavit. Deinde vaſtatio Hieroſolymæ jam præterierat annis 25 cùm hæc vidit, & ſcripſit & Joannes, eratque toto orbe vulgatiſſima, & notiſſima, & ideo non erat obſcurè notanda. 113.

Secundò, Haymo vult, equum rufum ſignificare multitudinem reproborum propter crudelitatem; hunc nigrum eandem innuere, ob fœditatem vitiorum; ſed hoc parum firmum eſt, quia vult duo ſigilla idem habere ſignificatum in prophetia tam preſſa, & tantorum myſteriorum. Haymo.

Tertiò, Alcazar exiſtimat, ſeſſorem hujus equi nigri, eſſe voluntariam paupertatem, & indigentiam Chriſtianorum primitivæ Eccleſiæ; huic ponit in manu ſtateram, qua non triticum, ſed cujuſque neceſſitatem ponderat, ſed hoc non benè, quia voluntaria paupertas maximè avertit mentem à ponderatione neceſſitatis, illique quocumque modo ſatisfacere ſine ponderatione contenta eſt; & ſatis multa difficultate cætera, quæ hîc dicuntur, *Oleum & vinum ne læſeris*, accommodat Alcazar ad ſuum intentum. 114. Alcazar.

Quartò, Thomas Anglicus, Joachimus, Gagnæus, Pererius, Ribeira, Cornelius, Joannes de la Haye, & alii dicunt, in equo nigro ſignificari hæreticos, qui in nigris errorum tenebris verſantur, quorum pedes veloces ſunt ad effundendam malitiam; & ait Cornelius: *unde è diametro primo equo albo,cui Chriſtus inſidet, opponitur hujus equiſeſſor diabolus, vel ipſe Hæreſiarcha, v.g. Arius; Habet ſtateram, id eſt, ſacram Scripturam, ad quam omnia vult librare, & examinare, non in mente, ſed in manu,quaſi ad libitum verſatilem, flexibilem, ut eam ad errores ſuos, prout libuerit, torqueat,& inflectat.* Præter id quod dicitur de colore nigro, alia non habent fundamentum in Scriptura; ſtatera ponitur in manu, & non in mente,& eſt ſymbolum juſtitiæ,non verò ſacræ Scripturæ, & nulla verba text. indicant, hîc eſſe ſermonem de ſtatera doloſa, ut accommodatio fiat ad Hæreticos; imò verba text. indicant, tam exactam, & rigoroſam eſſe juſtitiam, ut neceſſe fuerit, admoneri à quatuor animalibus de charitate, & miſericordia: *Vinum & oleum ne læſeris.* Ac ſi diceretur, juſtitiam charitate, & miſericordia leniendam eſſe; ad quid enim admonendi ſunt hæretici de charitate, ac miſericordia? cùm potius admonendi eſſent de fide, veritate,humilitate,ac obedientia Eccleſiæ. 115. S. Thom. Joachim. Gagn. Perer. Ribeira. Cornel. La Haye.

Dico in hac difficultate, quod in hoc ſigillo propheticè annuntiantur principatus, poteſtas, ac regnum Eccleſiaſticum. Hanc ſententiam tenet Ferrarius,& loquimur de ipſo regno Eccleſiaſtico,non ſecundùm partem interiorem, & merè ſpiritualem; ſed ſecundùm partem externam,& politicam, prout ordinatur ad regimen,& gubernationem juſtitiæ, in quo intelliguntur omnes Prælati Eccleſiaſtici à ſummo Pontifice, uſque ad minimum prælatum Eccle- 116. Ferrar. *Principatus Eccleſiaſticus.*

Eccleſiaſticum ac etiam Religioſorum, ab exordio ipſius Eccleſiæ uſque ad finem, equus ergo, eſt omnis Eccleſiaſtica multitudo, & etiam Chriſtianorum, prout ſuſtinet, ac ſuſtentat talem poteſtatem: ſeſſor verò componitur ex omnibus Prælatis, ac ſuperioribus Eccleſiaſticis.

Judex non revereatur perſonas. Thren. 4. Pſal. 17. Nah. 1.

117. Principatus Eccleſiaſticus in equo nigro annuntiatur, ad oſtendendam integritatem, & inviolabile jus juſtitiæ. Nam niger color obſcurat, & obtenebrat oculos, ne videant, ut patet in nocte obſcura. *Quomodo obſcuratum eſt aurum optimum.* Thren. 4. num. 1. Alii legunt: *denigratum eſt*; verus Prælatus, verus Judex debet habere oculos obſcuratos, & obtenebratos; in cujus rei exemplo dicitur de Deo veniente ad judicium: *Caligo ſub pedibus ejus*, nempe denſa eſt, & obſcurata caligo. Pſalm. 17. num. 50. Ex quo etiam ſenſu dicitur Nahum 1. num. 3. *Dominus in tempeſtate, & turbine via ejus; & nebulæ pulvis pedum ejus*: hac ratione, cùm olim judices ad judicandum accedebant oculos obvelatos aſportabant, ne attenderent, ad perſonas hominum, nec judicarent ſecundùm affectum amoris, vel odii, ſed ut merita exigebant.

Cant. 1. D. Nyſſen. D. Gregor. Caſſiod. Phili Carp. Orgilitan. Redu. Richard.

118. Secundò, eo ſenſu Eccleſiaſticus principatus repræſentatur in equo nigro, ac comæ capitis ſponſi dicuntur *nigræ ſicut corvus*. Cant. 5. num. 11. quod ut explicant, D. Grego. Nyſſ. D. Gregor Papa, Caſſiodorus, Philo Carpat. Juſtus Orgilitan. Beda Richard. de S. Victore, qui omnes per comas Chriſti intelligunt Apoſtolos, juſtos, & electos, ut explicat cit. Richard. *Nigredo bonorum, quod peccatores ſe reputant, & peccatorum ſuorum verecundiam in vultu portant: deſpectionem quippe eligunt; contemptum æquanimiter ferunt; vilia opera, & ſordidum habitum appetunt: ſcientes in hac humilitate pretioſum Chriſti theſaurum latere. Hæc eſt nigredo bonorum, in qua ſe corvis aſſimilant.* Sic & boni, ac recti Prælati Eccleſiæ equo nigro comparantur; equo ob velocem curſum, quem habent ad luſtranda ſua loca; nigredini verò, quia quamvis ad altum dignitatis apicem evehantur; non tamen inde ſuperbeſcunt, ſed de ſe humilia ſentiunt, & judicant, ſeque omnibus inferioribus minores reputant.

Prælatus in dignitate de ſe humiliter ſentiat.

Prælatus ſic agat de rigore legis, ut ſuis neceſſaria provideat.

119. Seſſor habet ſtateram in manu, hoc eſt, jus canonicum, & religioſum, ut omnia cum recto pondere, ac menſura agat, & diſponat; & ne nimis ſit rigidus, ideo omnia quatuor animalia, id eſt, omnia quatuor Evangelia; in communi clamant: *Bilibris tritici denario*, id eſt, portio conveniens unius diei; *& tres bilibres hordei denario*; quia hordeum minus valet tritico; ne ergo Prælati, ac ſuperiores toti ſint in condendo, ac obſervando, & propugnando rigore legis; recordentur etiam, officii ſui eſſe, paſcere ſubditos, eiſque tanquam patres, & Paſtores, alimenta præbere, tam animæ, quam corporis; eis debitam portionem uniuſcujuſque die miniſtrare, majoribus portionem de tritico, minoribus verò, ut pauperibus de hordeo; & ne tantùm credant Prælati, munus ſuum implere, ſi ſtateram tantùm legis manu teneant, ſciant, ſciant, de ipſo rigore legis minuere, & ad pietatem condeſcendere; & ideò huic ſeſſori cum ſtatera in manu, clamant quatuor animalia, ſeu Evangelia, *Vinum, & oleum ne læſeris*, id eſt, ne offendat, ac tranſgrediatur charitatem ac pietatem.

120. Hæc ſententia ſic explicata ex multis mihi videtur, & veritatis punctum attingere; & Primò, quia ſic enucleata benè conſonant cum verbis ſacri ænigmatis, nec quidquam violentum, aut quidquam repugnans dicitur. Secundò, quia Eccleſiaſticus principatus maximè ſpectat ad univerſalem curſum totius mundi, ad Chriſtianam rempublicam, ſicut alii principatus, qui in aliis equis deſignantur. Tertiò, quia hîc equus nihil deſignat infauſtum, nam ſtatera præcisè ſumpta nullius infauſti eſt ſymbolum, & quando ad hoc ſumitur, eſt cum additamento doli, ut in alio Propheta. Quartò, quia omnia quatuor animalia inſigniter huic equiti familiaria ſe oſtendunt, quod minimè cum aliis equitibus faciunt; & quænam ratio eſt, cur quatuor animalia magis attendant ad hunc equum, ejuſque ſeſſorem, quàm ad alios, ſecundum, ſcilicet. & tertium, ſi æque, ac illi infauſtus eſt, & bella, clades, ruinas, ut illi, denuntiat? Quintò, Ipſamet admonitio à quatuor animalibus facta; *Vinum, & oleum ne læſeris* indicat, hunc equitem non dicere bella, & mortes, ut ſecundus, & quartus deſignare videntur; ſed quid valde familiare, ac domeſticum, ſpectans ad regimen, ac ſuſtentationem, & annonam ſubditorum.

Prælatus temperet rigorem legis cum ſuavitate & alimento ſubditorum.

121. Ex quo nota, quod, hic ſeſſor, etſi habeat ſtateram in manu una, in altera minimè habet gladium, ſed aliam veluti paratam, ut cibos diſtribuat in ſubditos, ut admonetur à voce clamante: *Bilibris tritici denario*; hoc eſt, debita portio diurna; quia ſi Prælatus una manu tenet rigorem legis, ut eam impleat; alia diffundat ſuavitatem ad mitigandum ipſum rigorem.

Pſalm. 103.

122. Ad congregationem aquarum, in quibus, ut eſt valde ſolemne apud expoſitores, denotantur principes, ac populi, clamat David, Pſalm. 103. n. 25. *Hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus.* Non otioſè manus attribuuntur mari, ſed ut illis vivant, & perſeverent, quos in rerum natura alit ipſum, ſed quænam ſunt manus, & brachia maris? ſine dubio flumina, per quæ dulces aquas miniſtrat; ſi enim mare habet ſal quo pungit, & reſtringit, habet etiam manus, & brachia, per quæ dulcedinem aquarum effundit; ſic & Præſules, ſi habent ſal, rigorem nempe legis, quo reſtringant, & pungant; habeant etiam dulcedinem cum alimonia, ut rigorem legis valeant mitigare, & ſubditos recreare; ad quod reſpicit Theophylus Antiochenus lib. 2. ad Aureolum: *Cæterum*, ait, *mundus comparatur, veriſſima ratione mari; quemadmodum mare; ni ſubinde ſentiret, & experiretur fontium, fluminúmque, fœcundum fluxum, & alimentum caperet ex ſalſugine ſua, ejuſque dulcibus aquis diluta, jamdudum intercediſſet: ſi mundus non haberet leges, & prophetas manentes, & ſcaturientes dulcedinem, miſericordiam, juſtitiam; & doctrinam ſanctorum Dei præceptorum, propter peccatum, & malitiam, quæ duo in eo petenter, & copioſe regnant, certe jamdudum interiiſſet.*

Multiplici bonitate, ac alimonia rigor legis temperandus eſt. Theophyl.

123. De anima ſancta decantatur: *Vulneraſti cor meum, ſoror mea, ſponſa, vulneraſti cor meum in uno oculorum tuorum, in uno crine colli tui. Quàm pulchra ſunt mammæ tuæ!* Cantic. 4. num.

Cant. 4.

num. 9. & 10. Laudaverat ſponſam in uno oculo, in uno crine colli, ſeu ut legit D. Gregor. Nyſſenus, *in uno torque colli*; at cùm ad mammas ventum eſt, non unam, ſed duas laudat, ac requirit. Si in uno oculo, in uno torque placet, cur duo ubera, ſeu mammæ exoptantur? Nam ſi uno oculo erat invigilans ſuper gregem, & uno torque colli ſui ipſum gregem aſtrinxerat, & ligaverat; duas tamen habebat mammas, ut lactis dulcedine ipſum alimentaret, ac recrearet, tam in bonis temporalibus, quam ſpiritualibus ad quod tendit Gilibert. Abbas ſerm. 31. in Cant. *His uberibus geminis abundare debet, qui doctoris, & Patris in Eccleſia locum occupat; his mammis à dextris, & à ſiniſtris, ut qui ei commiſſi ſunt, potenter à lacte, & ſatientur ab uberibus conſolationis. Harum alteram reputa ſiniſtram, alteram dextram; ſiniſtram temporalibus ſubſidiis, dexteram ſpirituali conſolatione.* Debet bonus Prælatus, mammillis abundare, maximè pro providendis ſubditis, ut auſteritatem legis multiplici dulcedine lenire videatur; & nota quod lex dicitur torques colli Prælati; quia jugum, quod imponit ſuper collum ſubditi, debet in ſuo aſportare.

D. Nyſſen.

Prælatus, ſi habet vigorē legis provideat multipliciter ſubditis neceſſaria.

Gillibert.

Quæstio XII.

Quare ſeſſor in equo nigro portet ſtateram, & quod ſignificet?

124. Auctores relati in quarta ſententia ſuperiori quæſt. tenent, hunc equitem in equo nigro, eſſe hæreſiarcham, vel ejus præceptorem diabolum, & hic habet in manu ſua ſtateram, ſcilicet, ſacram Scripturam, ad quam vult omnia examinare, vel librare, & non in mente, ſed in manu habet, quaſi ad libitum verſatilem, ut eam ad errores ſuos, prout libuerit, torqueat, & inflectat; quod vitium maximè pungit D. Paulin. in Fœlice Orgelitano Epiſcopo lib. 2. adversùs eam, & ideo Divinus ſponſus, ut expendit Aponius lib. 2. in Cantica, maximè exoptat, ut ſua dilecta paſceret greges ſuos juxta tabernacula paſtorum; Cantic. 2. num. 7. id eſt, juxta doctrinam Sanctorum Patrum, ac Doctorum Eccleſiæ, ut ab illis iniquis magiſtris fugeret, & declinaret; Valdè tamen inuſitatum eſt, ſacram Scripturam per ſtateram ſignificari, & quod ab Hæreticis inclinetur in hanc, & illam partem, melius alio inſtrumento, lancea, vel gladio, poterat denotari.

Hæretici pravo ſenſu Scripturam ad ſuos errores detorquent.

D. Paulin.

Aponius.

Cant. 1.

Impugnatur dicta ſententia.

125. Secundò, Ticonius, Primaſius, Beda, tertii ſigilli myſterium de falſis fratribus, & præcipuè de hypocritis, interpretantur, qui ſub doloſa ſanctitatis imagine & falſæ pietatis obtentu, vel ſibi lucrum, & honorem captant, vel etiam aliis ſpiritualem perniciem, exitiúmque comportant: cur tamen in manu ſua ſtateram habere dicuntur, cùm æquitatis, qua omnino deſtruantur, & juſtitiæ ſit Symbolum? quia hypocritæ ſimulantes magnum juſtitiæ zelum, aliorum dicta, & facta examinant, & inveſtigant, velut ad trutinam perfectæ juſtitiæ; & quidquid convenit juſto judici, etiam iſti veri tranſgreſſores, & callidi ſimulatores juſtitiæ, ſibi arrogant, & uſurpant; ſic ait Primaſius: *Habebat, ait, ſtateram in manu ſua, quâ menſura ſimulari ſignificatur examinis; per quam ſingulorum merita perpendunt: quicquid enim juſto congruit judici, & tranſgreſſores uſurpans: inde eſt illud.* Iſai. 14. *Ponam thronum meum ad Aquilonem.* Iſai. 14.

Ticon. Primaſ. Beda.

Hypocritæ ſimulantes juſtitiæ zelum, alio rum opera examinant.

126. Velut explicat Ticonius: *Ideo ſtateram, ait, habebat in manu ſua, quia dum ſe fingunt mali, juſtitiæ librum tenere, ſic plerumque decipiunt.* Seſſor ergo iſte ſtateram tenens in manu, hypocritæ exprimit perſonam; intendit, ſe plenum juſtitiæ reputari qua tamen omninò vacuus eſt; ſed nunc quæro nónne primo ſeſſori datus fuit arcus, ſecundò gladius magnus, ut adverſarios interficerent? cur ergo huic equiti, non datur arcus, quo ſagittet in occulto rectos corde? vel cur enſe deſtituitur ad alios trucidandos? Equi nigri ſeſſor talibus armis non indiget; quocumque enim gladio quibuſque talis nocentior, ac crudelior eſt ſimulata juſtitia, ac ficta ſanctitas.

Simulata juſtitia omnibus armis nocentior. Ticon.

127. Tertiò, Haymo: *Statera perverſa ejus ſuaſio intelligitur quia vitam multorum mercari quærit, ut ſuam eſuriem ſaturare queat; & ut poſſit hoc facere; prius eis, quibus temporalia promittat, alimentum verbi Dei ſubtrahit, qua necatos in corpus ſuum aſſumens, famem malitiæ ſuæ augeat, potiuſquam depellat: Dat vilia quæ am, & temporalia, ut auferat pretioſa, & æterna: ſicut Adæ dedit pomum, & totum per illum in filiis ſuis accepit modum.* Ad modum mercatoris ſe habet diabolus, mercatores ſtatera utuntur, ut quæ ſibi placeant mercentur, & ut penſent, quæ dant, quæ accipiunt: Ita diabolus, ut peſſimus mercator, habens in manu ſua ſtateram doloſam, ut dicitur Oſeæ 12. n. 6. præbens, ſecum commercium habentibus vilia, ut auferat pretioſa: præbens temporalia, ut adimat æterna, & hæc ſuos obcæcat, ut apud hos plus valeant temporalia, quàm æterna, ut ait Gloſſa moralis: *Nam judicat ad ponderandum multum temporalia, & modicum æterna:* hic ergo optimè adaptatur illud Pſalm. 61. num. 10. *Mendaces filii hominum in ſtateris.*

Haymo.

Diabolus ſic obcæcat, ut plus ponderis videantur temporalia quàm æterna.

Oſe. 12.

Gl. moral.

Pſalm. 61.

128. Dico juxta ſuperiori q. dicta, quod hic ſeſſor in equo nigro ſit Prælatus Eccleſiaſticus, habet ſtateram in manu in ſignum totius juſtitiæ, & obſervationis juxta canonicas, Eccleſiaſticas ac regulares leges, ſecundùm quas cuncta tenetur agere, & diſponere. Proindéque ſtatera hæc ſignificat jus canonicum, & regulare, ſecundùm quod cuncta trutinare debet, ut cuncta fiant pondere, & menſura, non ſolùm quæ ſunt fidei, ſed etiam quæ ſunt morum, & ad politicam Chriſtianam ſpectant: ac proinde ſtatera juſtè unicuique reddendum eſt jus ſuum, juxta pondera, & merita, quæ ſolùm ſunt attendenda, & non ad perſonas, ac alia æterna.

Prælatus per pondus & menſuram cuncta gubernet.

129. Hoc diſcant Eccleſiaſtici à ſupremo noſtro capite Chriſto Dei Filio, cujus ad nos advenientes hoc ſignum poſuit Iſaias 11. n. 3. *Non ſecundum viſionem oculorum judicabit.* Et quæ magis certa forma judicandi poteſt eſſe, quam ex his quæ homo videt? quomodo ergo ait Propheta; *ſecundum viſionem oculorum judicabit*: Quæ verba ſic leguntur à D. Cyrillo Alexand. *Non ex opinione judicabit, neque ex ſermone arguet.* Et quid eſt, non judicare, ſecundùm

Iſai. 11.

Non perſonæ ſed merita reſpiciantur.

cundùm viſionem oculorum, nec ex opinione; id eſt, non judicare ſecundùm externam apparentiam perſonæ, nobilitatis, divitiarum, eorum, qui judicio conveniunt, ſed tantùm attendere ad ea, quæ intrinſecus latent, pondere ſcilicet, & menſura cauſæ & meritorum; hoc eſt proprium ſignum Divini judicis, qui juxta naturæ ſuæ excellentiam, qua cuncta penetrat, judicium efformat, nullum reſpectum perſonarum ſervans. Noſter D. Cyrill. Alexand. ibi *Non ex opinione*, ait, *judicabit, neque ex ſermone arguit. Digna res Deo, ſummâque natura conſentanea. Etenim non ex opinione homines intueri, ſed rectum, & immotum in re quaque, & omnino irreprehenſibile exercere judicium, non ne omnium rerum Reginam naturam decet, &c.* Expende illud, *digna res Deo.* (D. Cyr. Al.)

130. Pſalm. 103. Totus in admirationem raptus exclamat David, Pſalm. 103. num. 4. *Qui facis Angelos tuos ſpiritus: & miniſtros tuos ignem urentem.* Angeli quando non fuerunt ſpiritus, ut totus admirabundus ſit David, quid nunc quaſi denuò fiunt ſpiritus? non loquitur Propheta, ut eſt communis vox interpretum, de Angelis cœleſtibus, ſed de terrenis Angelis, ſcilicet Doctoribus, ac Paſtoribus Eccleſiæ Dei; in quibus non ceſſat mirari, quod cùm carnei ac ſanguinei ſint, ita in regimine ſui gregis aptentur, ut omnino incorporei, an inſanguinei, & merè ſpiritus videantur; unde inſtat cœleſtium ſpirituum nulli propriæ rei proſpiciunt, ſed tantum ad Dei, ejuſque legis nutum attendunt, & ita ſupra omnes naturæ vices ſuperiores evadunt, ut zelus Dei, ac officii tanquam ignis comburat, ac extinguat, quidquid terreni pulveris in eis eſt: ad hoc reſpicit D. Chryſoſtom. homil. 2. de laudibus D. Pauli, eius Prælaturam commendans: *Paulus*, ait, *in terra gradiens, ſic ſe agebat in cunctis, quaſi Angelorum ſocietate frueretur. Nam paſſibili adhuc colligatus corpori, illarum perfectione gaudebat tantiſque fragilitatibus ſubditus, in nullo infernis ſupernis virtutibus apparere, certabat. Nam, & tanquam pennatus totum docendo pervolavit orbem: & velut incorporeus, labores omnes, periculáque contempſit.*

Prælatus ſit veluti ſpiritus, carens carne, & ſanguine.

D. Chryſ.

Quæstio XIII.

Quare Bilibris tritici, & hordei denario proponuntur?

131. EMedio quatuor animalium auditur vox; quia non unum tantùm hoc dicit, ſed omnia quatuor Evangelia indicunt: *Bilibris tritici denario*, &c. Latinum nomen. *bilibris* eſt, id eſt, bis, ſeu duplex libra: Græcè verò *chœnix*, & eſt menſura aridorum, quam frumento plenam, unus homo quotidie ſumere poteſt; ideóque vocari ſolet cibarius diurnus; Hinc communi parœmia dicitur: *Chœnici ne inſideas*, id eſt, cùm unius diei victum paraveris, ne quieſcas, ſed labora, & plus quære.

Quid eſt bilibris.

132. Alcazar. Ribeira. Quantæ verò quantitatis eſſet bilibris, ſeu chœnix, variæ ſunt ſententiæ, de quo videndus eſt Alcazar, nota 7. Ribeira, hìc num. 19. tamen Attica, & communis, ut hìc habet Cornelius ex Alciato, & aliis cum Alciato, continebat viginti ſeptem uncias; ſive etiam ut habet Galenus apud eoſdem, Cotylas tres: Cotylæ autem tres capiunt viginti uncias aquæ, frumenti verò vulgaris uncias viginti quatuor, quæ efficiunt bilibrem: & juxta hanc rationem; una libra habet duodecim uncias. Cornelius. Alciat. Galen.

133. Denarius autem, qua voce Latina in Græco uſus eſt noſter Evangeliſta; à numero dictus eſt, & ſi ſit Atticus, decem aſſibus æquivalet, quod correſpondet duobus regalibus ſimplicibus Hiſpanicis; & erat pretium diurni laboris; operariorum diurna merces erat denarius. Bilibris, ſive bis libra tritici, vendebatur uno denario; & tres bilibres hordei uno denario; hordeum enim triplo vilius eſſe ſolet tritico. *Quid ſit denarius.*

134. Ad quæſtionem ergo, Ribeira, Pererius, Cornelius, & Joannes de la Haye, cùm per hunc ſeſſorem in equo nigro intelligant diabolum, vel hæreſiarcham, dicunt, ſtateram in manu eſſe falſam intelligentiam Scripturæ, quam ipſe malè inclinat, in hanc, & illam partem; & benè dicitur: *bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario.* In ſacra Scriptura eſt teſtamentum novum, & vetus; triticum ſignificat teſtamentum novum, ſeu Evangelium, in quo granum frumenti Chriſtus pro nobis mortuus eſt; & benè bilibris nomine ſignificatur, quia fide, ac dilectionis præcepto conſtat Evangelium; Tres autem bilibres hordei, quod eſt aſperius, vetus teſtamentum ſignificant, & benè trilibres dicuntur, quia ex legalibus, hiſtoricis, propheticis conſtat: Denarius autem cùm perfectus numerus ſit, perfectionem fidei formatæ ſignificat; quo denario veræ fidei formatæ comparatur perfecta intelligentia Scripturarum, tam novi, quàm veteris teſtamenti; cùm ergo à ſeſſore in equo nigro magna inducatur fames, ac penuria Divini verbi, rectæque intelligentiæ novi, & veteris teſtamenti, unico tamen denario, ac merito perfectæ fidei comparari poteſt. Ribeira. Perer. Corn. La Haye. *Teſtamentum novum, & vetus.*

155. Hæc quamvis per aliqualem accommodationem ſint dicta, tamen multum repugnant cùm his, quæ dixi ſuprà, quæſt. 11. ubi monſtravi, hunc ſeſſorem non eſſe diabolum vel hæreſiarcham: minùs verò aptè loquitur Alcazar, qui vult hæc eſſe dicta ob voluntariam paupertatem, in qua vivendum eſt, non cum abundantia, & ſatietate, ſed parcè, cibo ſufficienti ad vitam. At de voluntaria paupertate hìc non agitur, in hoc ſigillo; nam de ea jam fuit apertum in Evangelio, cùm Chriſtus prædicavit voluntariam paupertatem, & maximè ad praxim deducta eſt, cum in die Pentecoſtes Spiritum ſanctum miſit in Apoſtolos. Viegas ſect. 3. perſiſtens in ſua ſententia de deſtructione Hieroſolymæ: Hæc *Bilibris tritici denario*, &c. accommodat ad vile pretium venditionis Judæorum; ſed deſtructio Hieroſolymæ jam multis annis præceſſerat, quando Joannes hæc ſcribebat, & liber iſte eſt propheticus de futuro eventu Eccleſiæ uſque ad finem. *Impugnatur ſententia.* Alcazar. Viegas.

136. Maximè tamen ad quæſtionem cur triticum & hordeum eodem denario ad emptionē proponuntur? Nam & Primò per triticum perfectiores intelliguntur, qui ſine palea fiunt Deo ſuavis cibus, tribulationis igne excoctus; per hordeum autem non adeo perfecti deſignantur, in *Perfectiores, & qui non ſunt tantæ perfectionis, Chriſti ſanguine redempti.*

in quibus eſt aliqua imperfectionis palea; quomodo ergo eodem concluduntur denario, cùm ſint diſpares? Triticum enim multum in bonitate, ac valore ſuperat hordeum. Rectè tamen, & in bilibri tritici, & in tribus bilibribus hordei unicus eſt denarius: quia non ſolum perfecti, ſed etiam qui minoris ſunt perfectionis, eodem ſanguine Chriſti ſunt redempti. Unde D. Anſelm, *Laudis* ſic ait: *Denario, id eſt, unico pretio ſanguinis.* Et Thomas Anglicus: *Chriſti ſanguinis denarius, quia pretium eſt hominis empti, ſive denarius rei venalis.*

D. Anſelm. Thom. Ang.

137. Secundò, cur hordeum, ſicut & triticum, ponderatur in ſtatera? Per triticum intelligit D. Ambroſ. illuſtria Sanctorum opera; per hordeum verò minoris pretii, ac momenti facta. Ecce cur utrumque in libra ponitur! Ecce cur utrique denarius reſpondet; omnia à Deo ponderantur ut nec magnum, nec parvum ſine mercede maneat. D. Bernard. *In tritico, & hordeo ponitur denarius, quia majoribus, & minoribus idē præmium eſſentiale, eſt commune: Deus enim omnia, ſive magna, ſive parva, ponderat, tanquam, in ſtatera, ad proportionatam remunerationem*, ait Daniel. 5. n. 47. Babylonico Regi apud D. Chryſoſt. in Pſalm. 95. *Libravit Dominus regnum tuum*, &c. Expende illud, *libravit*, ac ſi diceretur, per libras, & uncias, & ſemi-uncias, ponderavit, ut juxta pondus, & menſuram ſive parvam, ſive magnam, ſit & conveniens remuneratio.

Nihil ſive magnum ſive parvum, ſine debita mercede manet. D. Bernard. Dan. 5. D. Chryſ.

138. Juxta noſtram ſententiam dicimus, quod rectè quatuor animalia, ſeu Evangelia in communi admonent hunc ſeſſorem in equo nigro; & dicunt bilibrem tritici dandam eſſe denario; & tres bilibres hordei dandas eſſe denario: diſtinctio tritici, & hordei, & menſurarum dicit diſtinctionem in rebus ſignificatis: ſimilitudo denarii dicit & ſimilitudinem meritorum: denarius enim merces eſt unius diei juxta parabolam de operariis vineæ. Et inde ſignificat merita, & dignitatem operariorum; triticum eſt quid melius hordeo, & eſt cibus nobilium; Hordeum eſt quid deterius, & eſt cibus pauperum. Quatuor ergo Evangelia admonent hunc ſeſſorem, ſeu Prælatum Eccleſiaſticum, qui habet ſtateram in manu ut pro ratione meritorum diſtribuat bona Eccleſiæ; magis dignis det majora præmia, bilibris tritici, pro denario, id eſt, meritis. Et minus dignis det majora præmia, ſcilicet tres bilibres hordei, pro denario ſcilicet meritorum: ut ita in diſtributione ſervetur proportio cum meritis.

Prælatus diſtribuat bona pro ratione meritorum.

139. Secundò, in hoc etiam rectè admonent quatuor animalia, ſeu Evangelia; Prælatum Eccleſiaſticum qui habet ſtateram in manu, ne totus ſit deditus rigori legis, & pro condendis ordinationibus, ſed etiam ſuis provideat de alimonia, ac convenienti ſuſtentatione, ut primis, ac majoribus *Bilibris tritici*, id eſt, bis, ſeu duplex libra tritici, quæ eſt conveniens portio pro alimonia unius diei, & etiam minoribus, & pauperibus provideat, *tres bilibres hordei*, hoc eſt, de inferiori cibo, & ſubſtantia, & rectè pro majoribus dicitur *bilibris tritici*; nam in vita perfecta duplex datur via, una in contemplatione; altera in actione; una in vita contemplativa, altera in activa; & quoad minores, ac inferiores, *Tres bilibres hordei*, id eſt, ſex libræ, nam in remuneratione juſtorum; ſex pauperum ſpecies Chriſtus numerat: Primò, *Eſurivi, & dediſtis mihi manducare.* Secundò, *Sitivi, & dediſtis mihi bibere.* Tertiò, *Hoſpes eram, & collegiſtis me*: Quartò, *Nudus, & cooperuiſtis me.* Quintò, *Infirmus, & viſitaſtis me.* Sextò, *In carcere eram, & veniſtis ad me.* Matth. 25. n. 35.

Prælatus ſuis provideat de alimonia neceſſaria. Matth. 25.

140. Ille autem eſt aptus ad regimen, qui eſt fructiferus, ſuiſque providet in neceſſariis, non verò qui eſt infructiferus, & vacuus debita providentia. In regiminis regni auſpicium vidit Joſeph, ut fratribus ſuis, ait: *Putabam, nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare, veſtróſque manipulos adorare manipulum meum.* Geneſ. 37. n. 7. Ecce manipulus Joſeph conſurgit, & ſtat, quem fratrum manipuli adorant; & unus manipulus Joſeph ſic ſe ſuper fratres extulit, ut ab eis deberet adorari, in magnum jam regni auſpicium? Quænam cauſa, ut alii qui erant majores natu, unum ex minimis fratribus adorarent? Joſeph ſua ſolertia, ac induſtria, frumento abundabat, quando fratres frumenti expertes erant: Ille fructuoſiſſimus erat in ſuſtentandis Ægyptiis, & omnibus aliis; fratres verò totaliter ſteriles, & vacui: Meritò ergo principatus defertur ad manipulum plenum, non ad vacuos & ſteriles, coguntur fructuoſum adorare, cum tantùm ille, qui aliis ſcit providere, ad clavum regni dignus ſit. D. Auguſtin. ſerm. 81. de tempore: *Vidit Beatus Ioſeph ſomnium, ait, quaſi ſtantem ſe in agro cum fratribus ſuis, & manipulos alligantem, & fratrum manipulos adorare manipulum ſuum. Hoc in Joſeph tunc impletum eſt, quando eum in Ægypto adorarunt fratres ſui: & non incongruè coacti ſunt ſteriles manipuli, fructuoſum manipulum adorare.*

Geneſ. 37. *Prælaturæ dignitas deferenda eſt frugiferis hominibus.* D. Aug.

141. Valdè celebris eſt Apologus, qui proverbialiter circumferebatur apud antiquos Iſraëlitas, ut contendunt expoſitores cum Lyrano, Abulenſ. de quo dicitur Judic. 9. n. 8. *Dixerunt ligna, ut ungerent ſuper ſe regem. Dixerunt olivæ, Impera nobis... Dixerunt ligna ad arborem ficum veni, ſuper nos accipe regnum... locutáque ſunt ligna ad vitem: veni, & impera nobis.. Dixerúntque omnia ligna ad Rhamnum, veni & impera ſuper nos.* Ligna erant, quæ comitia celebrant pro eligendo ſibi rege, cur ergo ex his comitiis non tendunt ad viridantem laurum, altiſſimamque cedrum, ac frondoſam ulmum; ſed his prætermiſſis, ad olivam; ficum, & vitem contendunt, eis principatum offerentes; Inſenſibilia ligna nihil ſpectant prius in ſua electione, quàm quod frugiferæ arbores habeant regnum, infrugiferæque frugiferis ſint ſubjectæ; etiam ratione ex Patribus manifeſtum, & ſanctum eſt; regnum non niſi fructuoſis deferendum eſſe; ut inde colligas, quàm inſenſibiliores lignis ſint, qui infrugiferos amant in principatu videri, & ne gradum facientes pro frugiferis; præficiendis, ad ſolos rhamnos, ſcilicet ſteriles ſpinoſóſque contendunt.

Lyran. Abul. Iudic. 9. *Ad principatum ſolum aſſumatur qui ſit frugiferus.*

Quæstio XIV.

Quare divina vox auditur, nec pro tritico, vel hordeo, ſed pro vino, & oleo; ne quid mali patiantur?

142. CLamavit Divina vox pro tritico, & hordeo: *Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario*, ut nempe, pro ratione meritorum, ac convenientia neceſſitatum, diſtribuerentur: tamen vox ipſa cœleſtis non auditur pro conſervatione ipſius tritici, & hordei; ſed pro vino, & oleo, ne quid mali patiantur, *Vinum, & oleum ne læſeris.* Et cur magis voluit, oleum, & vinum immunia eſſe, ac libera ab omni calamitate, quàm triticum, vel hordeum. Ad quæſtionem.

Difficultas quæſtionis.

143. Reſpondeo primò, ſatis nota eſt parabolâ illa Luc. 10.n.33. quod Samaritanus ille invenit hominem in via ſemi mortuum, à latronibus percuſſum, & vulneratum: miſericordia tamen motus, ad illum acceſſit, vulneráque ejus alligavit, infundens oleum & vinum; non ergo mirum, ſi nunc diſtrictè clamat, nec nocumentum inferatur vino, & oleo; ex quo enim hæc inſervierunt ad fovenda & curanda egeni miſeri vulnera, inde valdè munimen ſalutis ſunt aſſecuta, ut ad illa nullum accedat malum. Andræas Cæſarienſ. *Quando verò*, ait, *ne vinum quidem, aut oleum lædatur, jubetur, ne per turbam Chriſti medicina evertatur, aut per fraudem, & impoſturam infirmetur, ſeriò injungitur, ut quæ illos ſanare ſit idonea, qui in latrones inciderunt.* Quæ favent percuſſis, & vulneratis egenis, meritò ab omni malo cœlitus liberaa cuſtodiunt.

Luc. 10. *Quæ egenis favent, cuſtodita ſunt ab omni malo.* Andr.

144. Secundò; ſeſſor iſte inſidens equo nigro; ſtateram doloſam portat in manu, ut ſuis fraudibus, & dolo fideles circumveniat; quomodò ergo, ab hoc univerſali malo præcipitur ſervare illæſum vinum & oleum? Quænam hujus rei cauſa? Vino intelliguntur Doctores, qui vitioſos, ac peccatores graviter reprehendunt; oleo autem, qui infirmos, ac debiles conſolationibus recreant: Ecce cur, licet permittatur Diabolo, multos erroribus inficere, eoſque innumeris malis afficere; tamen hoc ei attentara prohibetur erga eos, qui pietati, ac ſaluti proximorum incumbunt Richard. de S. Victor. *Vinum*, ait, *ſunt perfecti Doctores, malè viventes mordaciter, & acriter increpantes: oleum ſunt æquè perfecti Doctores, puſillamines dulciter, & ſuaviter conſolantes. Interdicitur ergo ſeſſori equi nigri, Diabolo videlicet, hæreticorum dominatori; ne vinum, & oleum lædat, id eſt, ne perfectos Doctores, malos arguentes, pios conſolantes, hæretica pravitate corrumpere præſumat.*

Qui pio operi, ac ſaluti proximorum incumbit, liber eſt ab omni malo. Richard.

145. Tertiò licet vinum, & oleum ſint nobis utiliſſima ac gratiſſima, tamen triticum hæc duo maximè ſuperat, nam ſine pane vitam ducere non poſſumus, niſi cum multa miſeria, ac calamitate, & facilè à vino, & oleo abſtinere poſſumus; Quomodo ergo diſtrictè præcipit Deus, ne vinum, & oleum lædantur? Reſpondet D. Bernardinus: *Vinum, & oleum lædit*, ait, *qui vetus teſtamentum, & novum malè exponit: ideo ergo hæreticis, qui ſignificantur per equum nigrum, convenienter dicitur, vinum, & oleum ne læſeris, id eſt, ſacræ Scripturæ intelligentiam ne depraves.* Vinum eſt legis auſteritas, oleum Evangelii ſuavitas; illud pungit, ſed hoc ungit; illud inebriat, iſtud ſanat; cum ergo vino, & oleo novum, & vetus teſtamentum intelligatur, cujus veræ intelligentiæ Deus ſic eſt zeloſus, ut maximè vetat, ac prohibeat, à quopiam depravari, ac malè interpretari, intacta vult eſſe in ſuo legitimo, ac vero ſenſu. 146.

D. Bernard. *Deus maximè prohibet, ne novũ, ac vetus teſtamentum depravetur*

Quartò, maximè ad vitæ conſervationem neceſſaria ſunt triticum, & vinum; cur ergo hæc duo non conjunguntur, & mandatur ne vinum, & triticum lædantur, cùm hæc maximè neceſſaria ſint ad vitam? cur ergo vino oleum addere voluit, cùm ita neceſſarium non ſit? Vinum, cùm acrimoniam quandam habeat, ſeveritatem, & rigorem denotat: oleum autem, cùm ſit guſtu ſuave, lenitatem: Ecce cur vinum ab oleo non disjungitur, ſed utrumque connectitur; quia Prælatus in aliis corripiendis debet ſeveritatem cum lenitate commiſcere, & utrumque ſemper illæſum ſervare. Andræas Cæſarienſ. *Ut nos*, ait, *Deum optimum maximum, animarúmque noſtrarum medicum experiamur, fratribúſque noſtris errantibus benignos, clementeſque nos exhibere ſtudeamus, objurgationis vinum commiſerationis oleo miſcentes, ut nimia ſeveritate, quod Apoſtolus damnat id quod claudum, mutilúmve erat, diſtorqueamus verius, quàm ſanemus.* 147.

Severitas cũ lenitate miſcẽda, ut Deo placeamus. Andr. Cæſ.

Quintò D.Thom. *Ne læſeris per tentationem quantum ad animam, vinum adhibe, eos qui reficiuntur ſanguine, ſignando per vinum in ſacramenti præceptione.* Gloſſa, ait, per vinum intelligitur ſacramentum Euchariſtiæ, per oleum verò; quod ponitur in multis ſacramentis, cætera ſacramenta; qui Eccleſiæ ſacramentis muniuntur, cuſtoditi ſunt ab omni malo.

D. Thom. Gloſſ. Moral. *Sacramentis cuſtoditur homo ab omni malo.*

Sextò, cur ab illa univerſali clade, ac devaſtatione vinum, & oleum illæſa ſerventur? Ad 148.
hujus dubii ſolutionem recole illud Apologum propoſitum, Judic. 9.n.8 *Iverunt ligna, ut ungerent ſuper ſe regem, dixerúntque olivæ, impera nobis, quæ reſpondit: nunquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & dii utuntur, & homines, & venire, ut inter ligna promovear? Dixerúntque ligna ad arborem ficum, veni, & ſuper nos regnum accipe: quæ reſpondit eis, nunquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructúſque ſuaviſſimos, & ire, ut inter cætera ligna promovear? Locuta ſunt ligna ad vitem: veni, & impera nobis, quæ reſpondit eis: nunquid deſerere poſſum vinum meum, quod lætificat Deum, & homines?* Perpende, ut rectè notat M. Didac. Baeça tom. 2. in Evang. lib 6. cap. 3. § 37. Quod oliva, & vitis primò in fructibus ſuis, Dei meminerint; ficus verò ſola Deum oblita, de dulcedine tantùm ſuorum fructuum recordatur: Ecce cur oleum, & vinum non læduntur, ſed potius eorum fœcunditas, & benedictio indicitur; utpotè, quæ fructus ſuos imprimis Deo dicaverit; at è contra, quæ Dei non meminit, & fructus ſuos ſibi ſervat, maledictione mulctatur; Ecce cur ficus maledictionem accepit à Chriſto, & omninò arida facta eſt; quia in fructibus ſuis Dei immemor fuit. Hæc ferè omnia moraliter ſunt dicta.

Iudic. 8. *Qui fructus ſuos Deo dedicat, benedicitur.*

Septimò, & genuinè ad literam reſpondeo: 149.
quòd

quòd cùm quatuor animalia, ſeu Evangelia, clamant ad hunc equitem: *Vinum, & oleum ne læſeris*; Intelligendum eſt de vino charitatis, ac oleo miſericordiæ: nam illa non poſſunt intelligi juxta literam; nam in iſto equo, & equite, nihil omnino materiale apparet; quo poſſit vinum, & oleum lædi; unde ſine cauſa ei diceretur; *Vinum, & oleum ne læſeris*. Magis hoc videtur, fuiſſe dicendum præcedenti equiti, qui gladium habebat in manu; deinde iſta prophetia, quæ eſt pro omnibus ſæculis futuris, non eſt coarctanda ad aliquam annonæ inopiam; ergo de charitate; & miſericordia eſt exponendus locus: Admonetur ergo Prælatus Eccleſiaſticus, ut in ſuo regimine, ſive Eccleſiaſtico, ſive regulari; ſic habeat ſtateram in manu, ut charitati, ac pietati non offendat, ſed ut minoribus provideat juxta uniuſcujuſque exigentiam, & neceſſitatem.

Prælatus nec ſic deditus ſit juſtitiæ, ne charitatem lædat.

150. Filii Job, tanquam à tanto parente benè inſtructi, magno charitatis nexu inter ſe copulabantur, ideò ſimul faciebant convivia, & inde illa funebris declamatio in domo primogeniti facta: *Filiis tuis, & filiabus tuis comedentibus, & bibentibus in domo fratris ſui primogeniti.* Job 1. num. 18. Maximè expendendum, quod frater ſenior, ac primogenitus convivium aliis fratribus minoribus pararet, ut eos cibo, & potu recrearet. Et cur hoc, tanquam maxima ponderatione dignum in domo fratris majoris notatur? Olymp. in Catena ſic ait. *Convivium verò exornat, cum illius extructorem, fratrem natu majorem fuiſſe confirmat.* Expende illud convivium exornat, maximum enim ornamentum, ac decus eſt, quando majores, ac potentiores invigilant, & provident in minorum, ac inferiorum neceſſitatibus, ut eos convenienti cibo, & potu paſcant.

Iob. 1. *Superiores provideant neceſſaria inferioribus.*

Olymp.

151. Hæc charitas magis innoteſcit, dum pro majori uniuſcujuſque egeſtate, neceſſaria providentur. Abrahamus in Convalle Mambre ſedebat in oſtio tabernaculi, in ipſo fervore diei; Geneſ. 18. num. 1. Et ut eſt communis, ac conſtans Patrum, ac interpretum ſententia, erat ibi invigilans, ac expectans, an aliquis advena, & peregrinus præteriiſſet, ut eum hoſpitio recrearet; & erat Abrahamus in Mambre, & erat illuſtris convallis, juxta populoſam civitatem Hebron, Geneſ. 13. num. 48. Si pauperes, & egenos hoſpitio recipere volebat Abrahamus, cur eos è propinqua civitate non convocat, & ad ſe invitat, ſed tantum advenas, & peregrinos quærit? & non in alio tempore, ſed in ipſo meridiano fervore diei? Abrahamus ut benè divina charitate erat inſtructus, non quoſcumque pauperes tantùm quærit, ſed eos maximè qui multùm egeſtate opprimuntur: ut ſunt externi, & advenæ, & hos non quolibet tempore, ſed eo potiſſimum, quando temporis calamitas, & ardoris ſolis inclementia nimium vexat, & affligit, & tunc eos expectabatur, ut hoſpitio, ac menſa ſuſcipiat, & ut à tanta temporis injuria ſublevarentur; D. Chryſ. *Hoc valde*, ait, *auget hoſpitalitatem, & virtutem juſti*; *in meridie hoc faciebat*; *meritò*; *quoniam ſciebat quod quibus eſt itineris neceſſitas, eo tempore maximè indigent cura, proinde tempus hoc, ut idoneum elegit*; *ſedens eos, qui prætaribant*; *venabatur.*

Gen. 18.

Gen. 13.

Vbi major eſt neceſſitas, ibi magis ſubveniendum.

D. Chryſ.

152. Multa, & magna fecerat Joſeph Ægyptiis, apúdque illos regnum, & magnum nomen accepit; dum tamen ejus facinora recenſentur. Geneſ. 49. n. 14. *Sedit in forti arcus ejus, diſſoluta ſunt vincula brachiorum, & manuum illius, per manus potentis Jacob: inde Paſtor egreſſus eſt, lapis Iſraël, Deus patris tui erit adjutor tuus.* Ac ſi dicatur, ex eo quod ipſe Dei virtute, à vinculis eſt abſolutus, & à carcere liberatus inde ſolùm Ægyptum cum multis hominibus, ſua vigilantia, & mirabili prudentia à fame exemit. Tamen non dicitur paſtor Ægypti, ſed Iſraëlis decantatur; frumenta dabantur Ægyptiis, cùm eſſent in ſolo ſuo, & in domo ſua; At filiis Iſraël miniſtrabantur, cùm eſſent extranei; & advenæ, ac ignoti in Ægypto; & hi cùm ſint in alieno loco, maximè ſolent neceſſitate, ac inopia vexari; & hos alere, ac eis ſubvenire, maximè exornat, ac nobilitat Paſtoris munus. Theodoret. q. 96. in Geneſ. *Eſca ſuis egentibus exhibita, illum in glorioſum Iraëlis Paſtoris titulum evexit.*

Gen. 49.

Maximè egentibus dare eſcam nobilitat Paſtoris munus.

Theodr.

Apoc. 6. n. 7. Et cùm aperuiſſet ſigillum quartum, audivi vocem quarti animalis, dicentis: veni, & vide

Num. 8. Et ecce equus pallidus: & qui ſedebat ſuper eum, nomen illi mors, & infernus ſequebatur eum: & data eſt illi poteſtas, ſuper quatuor partes terræ, interficere gladio, fame & morte, & beſtiis terræ.

VERSIONES.

Vatabl. n. 7. Vocem dicentem.

Sir. Arab. num. 8. Vidi, & ecce equus viridis, infernus ſequitur poſt eum: & data eſt illi poteſtas ſuper quartam partem terræ ad occidendum gladio, morte, & fame, & ab animali vivente in terra.

Arias. Infernus ſequebatur cum ea, &c. interficere ſub gladio, ſub fame, ſub morte.

EXPOSITIO V.

153. AUDITA voce quarti animalis, id eſt, Aquilæ ſuprà, cap. 4. numero 7. Ecce jam apparet quartus, & ultimus principatus, ac potentatus militiæ infernalis: *Ecce equus pallidus*, cœtus nempe iniquorum, ac peſſimorum hominum, fallacium fratrum & hære-

Apoc. 4.

hæreticorum qui multa palliata malitia per orbem verſantur, *& qui ſedebat ſuper eum nomen illi mors.* Princeps nempe tenebrarum, Diabolus ſic appellatur; invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum, *& infernus ſequebatur eum*; id eſt cæterorum dæmonum, ac damnatorũ turba. *Et data eſt illis poteſtas*; Divina permiſſione; *Super quatuor partes terræ*, id eſt, ſuper omnem terram; mundumque univerſum, *Interficere gladio*, ſive ferri, ſive linguæ detractionis, *fame*, ſive materialis, ſive audiendi verbum Dei; *beſtiis terræ*, id eſt, brutis, & ratione carentibus carnis concupiſcentia *& morte*; id eſt, quolibet alio nocendi, ac perimendi genere.

Quæstio XV.

Quare Aquila quartum animal, vocat Ioannem ad videndum contenta in quarto ſigillo?

154. HOc quartum animal ſine dubio eſt ipſemet Joannes, non ut in propria perſona, ſed ut aquila, ac ut tenens locum quarti animalis; ſed quid habet hic aquila, ſeu Evangelium Joannis, cum hoc quarto ſigillo, ſeu equo? eſt quæſtio præſens.

155. *Ad malitiam pallia tam agnoſcendam neceſſaria perſpicacia.* Reſpondeo. Primò, quia ad agnoſcendam malitiam iniquorum, ac peſſimorum hominum, qui colore palliato veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, neceſſarium eſt acumen, ac perſpicacia Aquilæ. Secundò, Aquila eſt Symbolum contemplativorum; qui in iſto ſigillo denuntiantur graviſſimæ dæmonum tentationes, ac perſecutiones, mortes, & calamitates, quæ frequenter miniſterio iniquorum hominum excitantur; via autem hujuſmodi mala fugiendi, ac evitandi, eſt; dum quis tanquam aquila à terra ſe extollit, & ad cœleſtia conſcendit cogitatione, & oratione. Unde Dominus Luc. 21. n. 36. *Vigilate itaque omni tempore orantes, ut digni habeamini, fugere iſta omnia, quæ futura ſunt*; ex quo eleganter dixit D. Chryſoſtomus, hom. 22. ad Populum: *Nullus unquam vigilans læſus eſt*: Ecce cur Aquila admonet iſto equo illúmque oſtendit.

Luc. 21.

D. Chryſ. *Vigilia evitatur malum imminens.*

156. Furebant rabidiſſimi venti, & fluctus feri, maris intumeſcentis navim invadunt in qua Jeſu dormiebat; diſcipuli magno timore correpti dormientem excitant: *Diſcipuli ejus ſuſcitaverunt eum, dicentes: Domine, ſalve nos, perimus.* Matth. 8. n. 25. Cur magis ad navis gubernacula non currunt, & magiſtrum dormientem ſinunt; etſi ad ejus divinam virtutem confugiunt, ut à periculo liberentur, ad quid eum excitantà ſomno? nam eum verum Deum eſſe credebant, ac proinde etiam credebant quod ipſe tam vigilans, quàm dormiens, omnia videbat, & eorum preces audiebat; ad quid ergo eum à ſomno ſuſcitant? Elegantiſſimè D. Baſil. Seleuc. orat. 22. illorum verba ſic proponit ad Dominum dicentium: *Oſtende te vigilantem & pelagus reverebitur.* Nulla res citius malis incurrentibus ocurrit, quàm vigilans oculus; & ideo primò ante omnia *eum ſuſcitaverunt* pro certo habentes, ab ejus vigilia omnia mala propulſanda eſſe; Nullum timetur malum, ubi vigilia intervenit.

Matth. 8.

Vigiliâ fugiunt omnia pericula, & mala.

D. Baſil. Sel.

Ut Joſue civitatem inimicam Iericho devaſtaret, interfectiſque omnibus à viro uſque ad mulierẽ, ab infante uſque ad ſenem, omniáque ſub ſua poteſtate redigeret, vociferantis populi vox inſonuit; & illicò hoſtiles muri corruerunt; ſic ait Text. Joſue 6. n. 20. *Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, poſtquam in aures multitudinis vox ſonitúſque increpuit, muri illico corruerunt.* Quid habuit hæc vox populi, ut eſſet tam fortis, ac valida, ut ejus ſonitu hoſtiles muri corruerint? Unde tali voci tanta virtus? Cathuſ. ibi, ait: *Clamabant non irrationabiliter, & confusè, ſed devotè ad Dominum, eum laudando, & invocando.* Et ubi una vox inſonuit, Deum invocans, & deprecans, non mirum, quod hoſtiles muri corruant, & omnia arma adverſaria devicta habeantur. 157.

Ioſue 6.

Cathuſ. *Oratio inimicorum arma devincit.*

Qui in vigiliis eſt, non multum hoſtes timeat; ſecùs verò qui ſe ſomno tradit eum Chriſtum ſecum tenere non valeat; cuſtodibus ſepulchri dicebant perfidi Judæi: *Dicite, quia diſcipuli ejus, nocte venerunt & furati ſunt eum, nobis dormientibus.* Matth. 28. Ubi pulchrè Drogo Hoſtienſis lib. de ſacram. Paſſion. *O mendaces, verum dixiſtis: ſed mentita eſt iniquitas ſibi; dormientes enim Chriſtum cuſtodire non poſſunt.* Mentiuntur cum dicunt, quod ipſis dormientibus, diſcipuli furati ſunt eum; ipſa tamen iniquitas contra ſe dat teſtimonium; quia dormientes Chriſtum cuſtodire non poterant; nam Chriſtus qui vigilia tenetur, ſomno perditur; nam ipſe ſomnus parat occaſionem, ut hoſtis ingrediatur, & optima quæque vaſa ejus diripiat. 158.

Matth. 28. Drogo.

Dormitare facit Chriſtum perdere.

Quæstio XVI.

Quidnam ſignificet equus pallidus juxta literam?

VAriæ ſunt ſententiæ in hac re; & Primò Aureolus, Lyranus, Viegas in iſto equo pallido perſecutionem Domitiani intelligunt, Ribeira Trajani, Andræas Cæſarienſ. Diocletiani. 159.

Aureol. Lyran. Viegas. Ribeira. Andræas.

At hæ ſententiæ non ſubſiſtunt; nam nulla ſunt verba in hoc ſigillo, quæ magis ſignificent perſecutionẽ, ſive Domitiani, ſive Trajani, ſive Diocletiani, quàm alias ſeptem; cum ad minimum decem fuerunt generales perſecutiones à Nerone, qui primã excitavit, uſque ad Conſtantinum, ſub quo Eccleſia cœpit, habere pacem. Deinde cur magis Domitianus dicitur mors, quàm Nero, Trajanus, vel Decius, ſeu Antonin. aut Diocletian. ſeu alii perſecutores Eccleſiæ? & cur iſtam magis mortem ſequitur infernus? 160.

Prædicta ſententia impugnantur.

Secundò, Joachimus Abbas, Seraphin, Firmius, Cornel. Eſthius, Menoch. & alii contendunt, hunc equum ſignificare Mahometum, ipſiuſq; ſectatores Agarenos, Mauros, & Turcas; Mortem verò eſſe ipſum Mahometũ. Hæc ſentẽtia ex multis non placet, & primò ut cõtra illã objicit Ribeira cur quartũ animal potiùs excitat Joannẽ ad hæc videnda, quàm ad ulia contenta in aliis ſigillis? Deinde cur Mahometus eſt magis 161.

Ioachim. Firm. Cornelius. Eſthius. Menoch.

Impugnatur etiam hæc ſententia.

magis mors, quàm alii Eccleſiæ tyranni, illiúſque perſecutores ? & cur hîc potius ſequatur infernus, quàm in aliis adverſariis ? Tandem hîc non bene conveniunt illa verba : *data eſt illi poteſtas ſuper quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, morte, &c.*

162. Anglic. Dionyſ. Gagn.

Tertiò, Thom. Anglic. Dionyſ. Gagnæus, & alii explicant hunc equum de Hypocritis, Rufum de mundo, nigrum de Dæmone. Hypocritæ pallent, exterminantes facies ſuas, ut videantur hominibus jejunantes: interficiunt homines gladio ſuæ linguæ, eos in varios errores inducentes; occidunt verò fame ac penuria veritatis? Hæc ſi dicantur moraliter, bene ſe habent; malè verò ſecundùm literam; Nam ſi duo alii equi, ſunt mundus, & Dæmon; cur hic non dicitur caro, ut tres hoſtes Chriſti, mundus, dæmon, caro ut equo albo opponantur? Deinde cur hîc magis eſt mors, & infernus, quàm in aliis?

Impugnatur etiam iſta ſententia.

163. Alcazar.

Quartò, Alcazar ſuæ inhærens ſententiæ, de partibus divinæ providentiæ, quas in his equis intelligit, hunc equum accommodat quartæ ab ipſo traditæ divinæ providentiæ proprietati, nimirum ſapientiæ, quæ valde difficiliter hîc elucet; Quænam magis ſpecialis Dei ſapientia hîc effulget; quàm in quacumq; alia re? & quænam magis ſpecialis ſapientia, quod homines moriantur, & quod mortui tradantur ſepulturæ, de quibus ipſe intelligit hunc equum & illum ſequentem infernum? Nonne hoc fuit ab orbe condito? & non minus apud infideles, quàm apud fideles? & cur hoc magis ſpectet ad Judæos, ad Chriſtum converſos quàm ad non converſos, vel ad alias gentes? & ſanè in hoc ſigillo nullum eſt verbum, quod magis oſtendat divinam ſapientiam, quàm divinam juſtitiam, vel ſecuritatem.

Refellitur hæc ſententia.

164.

Noſtra ergo ſententia eſt, quod hîc quatuor equi ſignificant univerſalem mundi curſum, per quos mundus portatur, & eſt venturus ad finem. Primus, & albus, eſt ſtatus, & quaſi ætas ipſius Evangelii: Secundus rufus, eſt ſtatus, & quaſi ætas, qua invaluerunt, & floruerunt Barbari Tyranni, & principes ſæculares: Tertius, & niger ob integritatem juſtitiæ, eſt Eccleſiaſticus principatus, in quo eſt Papatus, ac omnis Eccleſiaſtica dignitas; Quartus, & pallidus, eſt cœtus omnium hominum peſſimorum ac iniquorum, & hæreticorum, qui multa palliata malitia, verſantur in orbe; ſeſſor eſt diabolus, per quem mors introivit in mundum, & ut princeps prodit comitatus magno exercitu, multiſque ſatellitibus; exercitus eſt infernus; ſcilicet aliorum dæmonum, & damnatorum. Satellites ſunt primò bella, & diſſidia in gladio. Secundò penuriæ alimenti, ac etiam divini verbi, quæ ſpectant ad famem. Tertiò Peſtilentiæ, morbi; & alii nocendi modi, & pertinent ad mortem. Tandem quartus ſatellites hujus mali equitis; & ſunt multa mala hominum, quæ proveniunt ex feris, & venenatis aliiſque beſtiis; fructu, & ſata lædentibus; & etiam ex brutis, venenatiſque moribus.

Vera ſententia.

165. Ezech. 14.

Et hæc ex magna iracundia permittuntur à Deo in homines, ut minatur Hieruſalem, Ezechiel. 14. n. 21. *Si quatuor judicia mea peſſima, gladium, & famem, & beſtias malas, & peſtilentiam* (quam hic Joannes dicit mortem) *immiſero in Hieruſalem, ut interficiam de ea hominem, & pecus.* Et ideo ſuprà dixi contra Alcazar, quod hæc potius ſpectant ad ſeveritatem, quàm ſapientiam.

QUÆSTIO XVII.

Moralis intelligentia hujus equi pallidi.

166.

SEnſum literalem jam explicavimus, ad moralem accedamus, & primò in equo iſto pallido figurantur rerum terrenarum nimii amatores, quibus inſidet diabolus; & pallidi ſunt ex nimia anxietate acquirendi timore acquiſita perdendi; ſed quomodo dicitur, quod infernus ſequitur non ſolùm equitem, ſed etiam equum, & meritò, ſanè, nam iſti rerum amatores hanc ebibunt ab inferno conditionem, quod ſicut infernus nunquam dicit, ſufficit? ſic etiam illi nulla abundantia, dicunt, ſufficit. Haymo: *Sicut infernus, nunquam dicit, ſufficit; ſed ſemper ad recipiendas animas ſinum laxat; ita iſti mentem dilatant ad ambienda terrena; nec tantum acquirere poſſunt, quantum cupiunt.*

Amatores terrenarum rerum ſimiles inferno. Haymo.

167.

Secundò Rupert. lib. 3. in Exod. c. 10. notat, in antecedenti equite equi nigri, cui dictum eſt, bilibri tritici denario, magnam ſignificari famem ac penuriam, non ſolùm annonæ temporalis, ſed etiam panis Euchariſtici. Ecce cur, ſtatim ſequitur equus pallidus, cujus ſeſſor nomen habet mortis, quem ſequitur infernus, & poteſtate data interficiendi omnes gladio, fame, morte, & beſtiis terræ. Ecce quanta mala proveniunt ex ſacræ Euchariſtiæ fame; pallor prætendit famem, & ægritudinem, & ſtatim ſequitur mors, non ſolùm animæ, ſed etiam corporis; nam ſine hoc divino cibo vires corporis tabeſcunt; id quod expreſsè B. Apoſt. Paulus 1. Corint. 11. n. 30. de hoc altiſſimo myſterio agens: *Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.* Inſuper in eum irruit omnis infernalis caterva; & hoc non in una regione, ſed in univerſa terra; & hoc non cum uno mortis genere, ſed univerſa malorum congerie: fame, gladio, ac beſtiis terræ; omnia enim malorum genera irruunt in eum, qui à ſacra Euchariſtia cum contemptu recedit; & eam non frequentat. Rupert. citat. ſic ait: *Qui & hujus panis ſempiternam patiens inediam, & ſemper eſt pallidus, & mors illum ſequitur.*

Euchariſtiæ penuria, omnia mala veniunt. 1. Cor. 11. Rupert.

168.

Tertiò valde mirum, quod mors, ut homines perdat gladio, fame, morte, ac beſtiis terræ paret in equo pallido. Valde celebris eſt hiſtoria Heliodori; qui mandato Antiochi ingreſſus eſt Hieroſolymam, ut aurum in templo aſſervatum raperet; cùm autem jam accederet, ut illud raperet; *Apparuit autem illis equus terribilem habens ſeſſorem, optimis operimentis adornatus: iſque cum impetu Heliodoro priores calces eliſit; qui autem ei ſedebat videbatur arma habere aurea,* 2. Machab. 3. n. 25. Ecce equus aureus ſeſe objicit Heliodoro, ut hominem interficiat. At verò nunc ad homines interficiendos gladio, morte, fame, ac omni peſtilentiæ genere, equus pallidus apparet; cur ergo ab Heliodoro mortem inferendam, equus aureus prodiit Hic verò pallidus exiit? Deum offendi per aurum de templo auferendum, meritò equus aureus, at vindex divinæ juſtitiæ aggreditur, ut illum perdat; Iniquis, verò ac peſſimis homi-

1. Mach 3. *Qualia arma ſumit peccator contra Deum, talia in eum Deus inſtituit.*

nibus Deum offendentibus multa verſutia ac palliata malitia, equus pallidus objicitur, ut eos omnis plaga opprimat ac interficiat; ut enim eſt inſtructa peccatorum acies contra Deum, & Deus ſuas copias armat, ut illis diſſipentur, ac perdantur.

169. Richard. Th. Angl. Quartò Richardus cum Thoma Anglico, & aliis, de Hypocritis interpretatur; ſic ait cit. Richard. *Poſtquam hoſtis antiquus intellexit, nec principum perſecutionem, nec hæreticorum pravitatem, ad exercendam malitiam ſuam, ſibi proficere poſſe, ſed magis nocere: quia ſancta Eccleſia mater, quantò magis adverſis atteritur, tantò magis virtutibus roboratur: ſtatim falſos fratres in Hypocriſi ambulantes ſubintroduxit, & per hos hoſtes domeſticos ſecretiùs, & familiariùs tentavit turbare.* Contra equum album, in quo Chriſtus ſedebat, exiit in campum adverſarius generis humani, & primò armavit equum rufum, ſcilicet multitudinem tyrannorum, ac barbarorum, qui multo effuſo ſanguine perſecuti ſunt Eccleſiam: deinde ordinavit alium equum nigrum, multitudinem nempe hæreticorum, nigra, & atra nocte ſuorum errorum; videns antiquus hoſtis, quod his ad ſuam nequitiam conſequendam nihil proficiebat, ad ultimum, & efficaciſſimum remedium confugit; hunc equum pallidum, ac macilentum excitavit ſcilicet Hipocriſim, pro certo habens quod hoc medio poterat univerſum genus humanum atterere, & conſumere; nam hypocritæ ſimulato, ac pallido colore, exteriùs virtutes adnotari intentant; quibus interius deſtituti ſunt; ſeſſor illius eſt mors, inſignis nempe aliquis Hypocrita, quem ſequitur infernus, totam ſuam venenoſam malitiam per eum in mundum diffundens, & hoc ut omnes interficiat gladio, fame, morte, ac beſtiis terræ, ſeu turpibus vitiis. Hypocriſis enim, ſecum annexam habet omnem ruinam, mortem ac deſolationem.

Hypocriſis efficaciſſimũ medium ad ruinam, & perditionem.

170. Loquens Chriſtus D. de ultimis temporibus, ac malis ſub illis ſævientibus, ait: *Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, uſque modo; neque fiet.* Matth. 24. n. 21. Cujus tribulationis magnitudinem præclarè explicat Iavenius in ſuo illuſtri opere in Evangel. ſerm 1. & ſic ait: *Erit major preſſura, quam numquam fuerit in mundo, major quàm tyrannorum, & hæreticorum fideles perſequentium & quam hypocritarũ: & hac erit perſecutio Antichriſti*: Ad tria genera reducit fidelium perſecutio, quæ nempe fuerunt excitatæ à tyrannis & hæreticis, & quæ excitatæ ſunt ab hypocritis; Tales excitabuntur ab Antichriſto, quæ ſine dubio erunt ſuper omnes perſecutiones; ſed ex illis tribus perſecutionibus, quæ ſunt à tyrannis, Hæreticis, & Hypocritis, quænam proximior eſt perſecutioni Antichriſti? illa nimirum, quæ eſt ab hypocritis; ab eis enim vincuntur, quæ à Neron. Domitian. Caligula, & feraciſſimis hæreticis commotæ ſunt. Siquidem non Nero, non Domitian. ac hæreticalis furor exitiales exiſtunt populo Dei; ut eſt exitialis hypocrita, qui ſub religionis prætextu machinatur perditionem populo Dei; ac veluti cum uno hypocrita jam Antichriſtus advertere videatur, ipſum adumbrare pro comperto ſit.

Matth 24. Iaven.

Hypocrita maximè exitialis univerſo mundo.

171. Job. 1. Graviſſima, & valde vehemens fuit illa tempeſtas ad Iobi tentationem excitata; de qua dicitur c. 1. n. 19. *Ventus vehemens irruit à regione deſerti, concuſſit quatuor angulos domus.* Cur prius commoventur, ac concutiuntur à tempeſtate quatuor domûs anguli? Cur non prius ipſa furioſa tempeſtas invehitur in medium domûs, portas, vel feneſtras? cur ſic anguli concutioni patent? Origen. in Catena Græca elegantem invenit rationem: *Eo verò, quod quatuor domus angulos ventus contigit diſce, in angulis platearum hypocritas ad orandum conſiſtere.* Pro bona intelligentia, revoca in mentem, id quod Chriſtus D. dixit, Matth 6. n. 5. *Non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in Synagogis, & in angulis platearum ſtantes orare, ut videantur.* Ex quo ingenioſè Origen. deduxit, cur furibunda tempeſtas domus angulos ſtatim deturbaverit; erat apud angulos ſedes hypocritarum, qui, ex eorum præſentia maximè fœdati, ac contaminati erant, & ubi tale erat contagium, taliſque ſedes hypocritarum; ibi aditus apertus erat ſævienti tempeſtati, ac concuſſioni, ut omnia devaſtata, magna ruina in pulverem, ac cinerem redigerentur.

Origen.

Matth. 6.

QUÆSTIO XVIII.

Quiſnam ſit iſte ſeſſor in equo pallido, ſeu viridi, ut legitur è Syriaco?

Expreſſe dicitur in text. *Ecce Equus pallidus, & qui ſedebat ſuper illum, nomen illi mors*; & inde in equo pallido verſatur; mors enim pallidos facit homines; hinc Horatius cecinit *Pallida mors æquo pulſat pede, &c.* Sed cur mors ſuper equum inſedit; an ob ſui debilitatem, qua pedibus nequit ſtare? Minimè, ſed ob curſus vehementem celeritatem, qua non ſolùm homines inſequitur, ſed frequentiſſimè præcurrit. Mors in ſacra Scriptura modo dicitur fur, modo pyrata. Suprà Apocal. 3. n. 3. *Veniam ad te, tanquam fur: & neſcies, qua hora veniam ad te.* Iobi verò 9. n. 26. *Dies mei*, ait, *pertranſierunt, quaſi naves poma portantes*; ſeu ut eſt in Hebræo: *Quaſi naves pyratæ*; Sed quid habet mors cum fure, eum pyrata; multum ſanè, nam ſicut ille in terra, hic in mari ſuas rapinas exercent, ſic mors in omnibus locis in homines ſtrages debacchatur; deinde ulterius: ſicut fur, ac pyrata è latebris, ac inſidiis erumpunt, & frequentiſſimè præcurrunt, ac curſum antevertunt, & mille excurſus, ac recurſus ſimulant, ut repente in tranſeuntes incautos invehantur; ita mors ſæpiſſimè incatutos & providos, & veluti dormientes deprædatur, & in ruinam trahit juxta illud Apoſt. 1. Theſſ. 5. n. 2. & 3. *Dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet. Cùm enim dixerint: pax, ſecuritas: tunc repentinus eis ſuperveniet interitus.*

172.

Mors velociter, & inopinatè venit.

Apoc. 3.

Iob. 3. Hebr.

Theſſ. 5.

173. Secundò, nomine mortis, frequenter Diabolus intelligitur: proindeque ſeſſor hujus equi erit Diabolus, per cujus invidiam mors introivit in mundum; indéque ipſe, mors per antonomaſiam dicitur, Pſal 48. n. 15. ubi nos legimus. *mors depaſcet eos*: alii legunt. *Diabolus paſcet eis.* Pro quo recogita, quid de ipſo referat D. Matth. 8. n. 28 Cum Chriſtus D. veniſſet trans fretum in regionem Geraſenorum: *Occurrerunt ei duo habentes Dæmonia, de monumentis exeuntes*: Non domi habitabant, ſed in monumentis & cur diabolus eorum poſſeſſor, ſuos ad monumenta trahit; cur alia ſpecioſa habitacula eis non permittit? cur homines vivos, in monumentis, quæ mortuis

Pſal. 48.

Matth. 8.

Diabolus mors, illiúſque amator.

mortuis ſunt deputata, detinet? Sic enim ille, ut mors mortiſque amator, ut vivos homines tanquam mortuos, jam ſepeliat. D. Petr. Chryſolog. ſerm. 16. *In monumentis*, ait, *ſedem faciunt auctores mortis: auctor mortis, mortis incubat manſiones.* Deinde ſubdit: *Attendite, quæ ſævitia, quis furor, quæ rabies dæmonum erga genus humanum? quamvis breve tempus hominum ferre non poſſint contenti non ſunt fœtore, quibus tota voluptas eſt, homines interire.*

174. Tertiò, & jam maximè ad quæſt. in titulo propoſitam. Ubi nos habemus in noſtra vulgata: *Ecce equus pallidus.* Syriacus, Tertullian. lib. de Judic. cap 20 legunt: *Ecce equus viridis*, & cauſa eſt: quia Verbum Græcum ſignificat & viridem colorem herbarum, & marceſcentem pallorem. Et tamen moraliter, quid eſt, quod mors ſedet ſuper equum pallidum, & viridem; Si idem eſt ſeſſor, cur tam varios colore equos aſcendit? Quia eadem mors iniquis eſt luctuoſa, triſtis & macilenta: Juſtis autem læta, jucunda, & viriditatem gratiſſimam præ ſe ferens, id eſt, ſpem gaudiorum cœleſtium. D. Ambr. per hunc ſeſſorem in equo pallido Chriſtum Dominum interpretatur; & ſic ait: *Seſſor hujus equi Dominus eſt: nam ſicut vita eſt omnium electorum, qui bus quotidie vitam æternam largitur; ita mors dici poteſt reproborum, quos quotidie pro ſceleribus ſuis tradet morti perpetuæ.*

Syriacus. Rupert.

Mors improbis luctuoſa; bonis ſancta. D. Ambroſ.

175. Quartò, Tertullianus proximè citatus: *Ubi introierit animam ſermo Dei, & invenerit maculas ruboris, & viroris, extrahet ſtatim, & abjiciet foras ſenſus mortiferos, & cruentos: nam Apocalypſis viridi equo mortem, rufo autem Præliatorem impoſuit.* Valdè mirum, quod inter hos equos, rufum, & pallidum, ſeu viridem, connectit Tertullianus; Rufus hominem ſanguinolentum, ac præliantem denotat, Viridis verò luxuriantem laſciviam indicat. Et inde bene utrumque equum conjunxit Tertullianus, ut innueret, maximum eſſe nexum luxuriæ, & crudelitatis; & qui uno tali crimine inficitur, ut utrumque ſubeat, neceſſe eſt. Hinc pulchrè Antiqui Venerem cum Marte copularunt; quia illa incontinentiæ, hic verò præeſt bello; imò non aliam ob cauſam Vulcanus eandem Venerem duxit uxorem; quia Vulcanus, omne genus armorum ex ferro fabricabat; qui enim Venerem colit, arma arripit, ad ſanguinem violenter effundendum.

Tertull.

Luxuria, & crudelitas connectuntur.

176. Quartò. *Ecce equus pallidus.* Syrus legit, *Ecce equus viridis.* Quod mors equo pallido inequitet, non miror; pallida enim mors ab effectu; pallidos enim reddit homines; ſed quod ſuper equum viridem aſcendat, valdè mirum: Nonne adoleſcentes, & juvenes viridi colore gaudent, propter ſpem vitæ in plures annos protrahendæ? Inde non parcit ergo mors: In equo viridi conſpicitur, neſcit enim adoleſcentibus, aut potentibus parcere. [Ait ſapiens Eccleſiaſtes cap. 12. num. 1. *Memento creatoris tui in diebus juventutis tuæ.* Cur ſolius meminit juventutis? An memoria creatoris in diebus ſenectutis deponenda? abſit; ſolius juventutis meminit; quia multi confiſi in ætate ſua juvenili, multis vitiis implentur, mortem ſibi in longinquo cogitantes; & tamen ipſi præmaturè moriuntur; nam mors ita aliquàndo prævolat, ut alias ſæpè ætates antevertat; in quas proinde ſi memoria creatoris differatur, prorſus auferetur.

Syrus.

Mors adoleſcentibus non parcit.

Eccleſ. 9.

Valdè feſtinè cecinit divinus Sponſus: *Flores apparuerunt in terra noſtra*, & ut notat D. Greg. Papa homil. 16. flores apparuerunt, non fructus, & quod immediatè ſubjungitur: *Tempus amputationis advenit.* Cantic. 2. num. 12. ſeu ut legunt Origenes, Theodoretus, & alii: *Tempus ſectionis.* Cur apparitio florum cum eorum ſectione connectitur? quia multis in vita humana floſculi vix apparent, cùm jam diſparent; & erumpere geſtientes, ſubito amputantur; & quod magis proh dolor eſt, qui flores juventutis fuerant, non verò fructus. 177.

D. Greg. Origen.

Erumpens juventus vere rumpitur.

Ad Babylonem clamat Iſaias 47. num. 1. dicens: *Deſcende, ſede in pulvere, Virgo filia Babylon, ſede in terra.* Viginem, & filiam appellat, ait Divus Hieronym. *Quia virgunculam, ac puellam ſe eſſe, jactabat* Et nihilominus in pulvere ſedere jubetur, & in terra; ut in virginea, ac puellari ætate quamvis maximè immatura, tamen mors ſæpè invehitur; & ideò ne multum confidat de ſua ætate, in pulvere, ac terra ſedeat, ut moritura. Procopius revelatus in Gloſſa: *Virginem*, ait, *magnitudine virium, tanquam ipſo ætatis flore tumidam, & elatam appellavit, quam è ſublimi deſcendere imperat.* In deſerto olim Deus, inquit David. Pſalm. 77. num. 31. *occidit pingues eorum; & electos Iraël impedivit*; ſeu ut legi poteſt ex Hebræo: *& juvenes*, ſeu *robuſtos Iſraël* impedivit, hoc eſt proſtravit, & obtruncavit; ac ſi in juniores, ac pinguiores aliquando prior, ac vehementior mors ingrediatur. 178.

Iſai. 47. D. Hieron.

Mor ſæpè capit juvenes.

Gloſſa. Pſalm. 77. Hebræus.

QUÆSTIO XIX.

Expenduntur ſatellites hujus equitis, ſcilicet, infernus, gladius, fames mors, & beſtiæ terræ.

Dicitur in textu, quod hunc equitem, ſequuntur infernus, gladius, & dicitur, quod infernus ſequatur; rationem literalem jam dedi in expoſitione; moralem tantum inquiro. Cum infernus non præcedit eum, nobiles equites non ſolùm ſubſequentes ſervos, ſed etiam præcedentes habent; præcedat ergo eum infernus, tanquam viam paraturus, & non ſubſequatur à tergo. Sanè & in hoc agnoſcitur reprobus, qui nequaquam memor inferni, ſolùm poſt tergum eum habet, ut in multa & varia crimina præcipitetur. Divus Bernard. *Poſſumus dicere*, ait, *quod hypocritæ habent gloriam ante oculos, & nunquam pœnas inferni, ſed poſt tergum.* 179.

Impii memoriam inferni habent poſt tergum.

D. Bern.

Secundò, quomodo dicitur: *Sequitur eum infernus?* Infernus immobilis, & firmus eſt in locis ſubterraneis; quomodo ergo quocumque iſte equitans pergebat, eum infernus ſequebatur? non ſequebatur ipſe locus ſubterraneus inferni, ſed damnati, qui ſunt in eo, à quibus omnimòinſeparabilis eſt ipſa pœna inferni, quæ ſemper eos ſequitur, quocumque tendant, ut explicat Cardinalis Hugo: *Hoc dicitur*, ait, *quia diabolus, ubicumque eſt, ſuam gehennam ſecum habet: unde & hominibus, pœna ſua commotus, per quæ eos ad ſe trahat, opera ſuggerit.* Unde Gloſſa ſuper illud Jacobi 3. numero ſexto. 180.

Hugo.

Gloſſa.

Ll 4 lingua

Lingua inflammat, totam nativitatis noſtræ inflammata à gehenna: Sic ait: *Gehenna diabolus eſt, per quem facta eſt gehenna: ſicut gehenna ſemper ardet, ſic diabolus, ubicumque ſit, vel in aëre, vel in terra, ſecum fert tormenta ſuarum pœnarum; & hac pœna commotus vitiorum flammam ſuggerit hominibus.* Cùm ergo diabolus ſit gehenna, quocumque ipſe ſe vertit, gehennam ſecum portat.

Diabolus ubicumque ſit, ſecum fert ſuam gehennam.

181. *Terrenus homo quatuor partibus irã Dei provocat.*

Tertiò, dicitur, quod huic equiti data eſt poteſtas in quatuor partes terræ, per quod ad litteram intelligitur univerſa terra, quæ quatuor habet partes D. verò Bernard. Senenſ. tomo 3. ſermone 3. de merito inſpirationum capite 2. ait; quod nomine terræ, intelligitur hic homo, qui quatuor habet partes, una eſt conſcientia peccatoris, terrena præeligens. Secunda conſenſus voluntatis, terrena diligens. Tertia corpus exequens. Quarta anima peccatoris infatuata, non contradicens; his enim quatuor partibus homo iram Dei provocat, & propterea in eas mittit

D. Bernard. Deus gladium, citat. D. Bernardus *Diabolus poteſtatem habet infligendi propter peccata his quatuor, plagas, ſcilicet, interficere gladio, fame, morte, & beſtiis.*

182. *Multiplici mortis genere peccator interimitur.*

Quartò, dicitur: *Interficere eos gladio, fame, morte.* Si dicatur interficere *gladio*, cur additur, & *morte*? Qui gladio perit, neceſſariò moritur, & per gladium interfectio mors eſt; ad quid ergo ſimul ponitur, interficere gladio, & morte? Et ſi dicitur morte; cur non exprimitur genus mortis? mortem in communi, & non in particulari ponit, quia tot ſunt genera mortis ob noſtra peccata, ut non poſſint explicari, ac exprimi.

Rupert. Rupertus Abbas: *Nomen generale, ſcilicet mors hic poſitum eſt, multos continens, vel ſignificans mortium modos, quicumque eſſe, vel excogitari poterunt, præter gladii, famis, & beſtiarum multarum mortes.*

183. Sapient. 5. *Omnia armantur contra peccatorem.* Nazianz.

Rectè teſtatur Sapiens, quod Deus *armabit creaturam ad ultionem inimicorum ſuorum*: Sapientiæ 5. num. 28. Omnis creatura armatur à Deo contra peccatorem: nec mirum, quod peccatores in tot ſupplica, ac mala deveniant; nequit enim peccator, ſine his pœnis vitam agere. Pulchrè D. Nazianzenus homines peccatores vocat architectos, fabróſque iniquitatum, & pœnarum ſuarum. Oration. in Sanct. Baptiſmo: *Crede*, ait, *nullam mali eſſentiam eſſe, nec principium; .. ſed nos peſtiferúmque ſpiritum, fabros ejus, & architectos eſſe.* Architecti, fabrive, ut operam dent arti ſuæ, neceſſe habent, ingentes trabes volvere, & ſibilis ſæpè gemere, ac premi: ſic peccatores, dum ſe tradunt peccatis, fabri ſunt, architecti ſunt, ingentia moventes pondera laborum ac tribulationum contra ſe.

184. Luc. 15.

Deum ad divinum tribunal ſiſtit ille Prodigus. Luc. 15. num. 18. dum Patri clamans ait: *Pater, peccavi in cœlum, & coram te.* Cur meminit, ſe peccaſſe in cœlum? Cur non contentus eſt, dicere, peccavi coram te, ut dicebat ille alter

Pſalm. 50. *Omnes commoventur, & conſpirantur contra peccatorem.*

magnus pœnitens. Pſalm. 50 *Tibi ſoli peccavi*? Equidem dum ſiſtit tribunali divino, non ſolùm Deum iratum meminit, ſed totos cœli exercitus in ſe armatos veretur; nam etſi cœli lumina benignè in nos vitam habent; tamen in peccatorem omnia armantur; ſuam affluentiam denegant, ut famem excitent, novas exhalationes commovent, ut peſtilentiam inferant; & venenatas beſtias terræ furibundas exagitant in hominem, ut undique omnibus prematur. *Cùm peccaret contra Deum cœli, totos cœli exercitus contra ſe timebat*, ut loquitur D. Auguſt. lib. 2. D. Auguſt. quæſtionum Evangelic. cap. 33.

Interfecto Abele, magno timore concutitur 185. Caïn; ei enim dictum eſt: *Vagus, & profugus eris ſuper terram.* Geneſ. 4 num. 12. Græcus habet: *Gemens, & tremens.* Et ſi vis ſcire, quantus eſſet iſte tremor Caïn, audi Albinum quæſt. 83. *Vmbram etiam commotæ arbuſculæ formidabat.* Unde viro robuſto, & forti tantus timor? in occiſione fratris peccavit ille in Deum; & inde tantum timorem hauſit, ut ita omnia cœleſtia, ac terreſtria timeret, ut etiam ab umbra folij unius arbuſculæ paveret; & totus conturbatus tremeret, & tantus tremor fuit cauſa Caïn, ut placet Ruperto lib. 4. in Geneſ. cap. 10. ut civitatem ædificaret; ſic ait ipſe: *Quia fratrem ſuum occiderat: ob hoc omnibus odioſus erat, vagus, & profugus; idcirco civitatẽ, qua ſe tueretur, ædificavit.* Tamen ibi mortem non fugit, ſed eam ibi convenit. Gen 4. num. 23. Geneſ. 4.

Albinus. *Peccator à minimare timet ſibi multum.* Rupertus.

Apoc. 6. n. 9. Et cùm aperuiſſet ſigillum quintum, vidi ſubtus altare animas interfectorum propter Verbum Dei, & propter teſtimonium, quod habebant.

VERSIONES.

Arabicus, & Syrus. Vidi ſub altare animas eorum, qui mactati erant propter Verbum Dei; & propter teſtimonium Agni.

Pagninus. Cùm aperuiſſent ſigillum quintum.

D. Aug ſerm. 12. de Sanctis. Vidi ſub ara Dei animas occiſorum.

Aliqui Apud Vatabl. Tigur. Vidi animas ſignatorum.

D. Cyprian. Propter Verbum Dei, & propter Martyrium quod habetur.

EXPOSITIO VI.

C*UM aperuiſſet ſigillum quintum.* Explicato jam univerſali mundi curſu ab exordio ipſius Evangelii uſque in finem mũdi, in ipſis quatuor equis explicantur etiam, quæ ibi involvuntur, & conſecuta ſunt: inter quæ præcipuum, ac graviſſimum eſt negotium Martyrum, à quo multa arcana dependent divinæ voluntatis permittentis tot, & tanta tormenta ſuis electis: *Vidi*, non vocatur hîc Joannes, ut veniat, ut in quatuor antecedentibus ſigillis; quod partim pertinet ad miram, ac artificialem elegantiam, ac varietatem hujus libri, intentam à divina ſapientia; partim quia hic jam non agitur

185. *Quare Ioannes non vocatur.*

agitur de univerſali mundi curſu, ut in præcedentibus, ſed de aliquibus magis particularibus, utpote de Martyribus.

187. *Subtus altare animas interfectorum.* Cœlum conſtitutum eſt ad modum cujuſdam templi, in quo Deus reſidet, & ſummè veneratur; in templo autem præcipua, & excellentior pars eſt altare; ad denotandum ergo, quod ſanctis Martyribus data ſit præcipua ſedes in cœlo, & valde vicina Chriſto, ideò dicuntur eſſe ſubtus altare, ſeu infrà altare, quæ metaphora deſumitur ex eo, quod corpora Martyrum in terris collocabantur ſub altari, ab exordio naſcentis Eccleſiæ, ut pote excellentiſſimo, & valde honorifico, loco. *Propter Verbum Dei.* Quia patenter, ac conſtanter Chriſtum prædicabant; *Et propter teſtimonium, quod habebant.* Quia omnes teſtificabantur, ſe eſſe Chriſtianos, & omnes fidei veritatem, ac innocentiam tuebantur.

QUÆSTIO XX.

Quidnam ſit hoc altare, ſubtus quod Sancti Martyres clamant ſecundùm literam?

188. Tertull. PRimo Tertullianus libro de anima ad finem exiſtimat, hunc animarum locum, eſſe paradiſum terreſtrem; ubi ſunt Elias, & Henoch. Secundò, Victorinus vult eſſe loca quædam ſubterranea amœnitate plena, & campis Elyſiis ſimilia. Tertiò, Origenes libro ſecundo Periar. exiſtimat, animas poſt mortem primùm duci ad quædam terrena loca, ubi defœcatæ, & multùm edoctæ ſunt; inde poſtea ducuntur ad loca aërea, ex quibus magis adhuc inſtructæ adducuntur in cœlum ad Chriſtum, ubi plenam omnium ſcientiam adipiſcuntur. Quartò, Divus Bernardus in feſto omnium Sanctorum cenſet animas mox à morte rapi ſuprà cœlum, ibique vident, & fruuntur humanitate Chriſti; divinitatem tamen non vident, niſi poſtquam acceperint ſtolam ſecundam, & conſummatam, beatitudinem, poſt diem judicii. Itaque altare, ut humanitas Chriſti, ſub ejus conſpectu clamant pro viſione divinitatis: ſed Sanctus Pater benigne eſt interpretandus quod tales beati non fruantur integra beatitudine hominis, ſiquidem carent gloria corporis.

Victor. Origen. D.Bernard.

189. Nam de fide eſt certum, animas planè à peccatis expurgatas, ſtatim à morte videre Deum, eſſéque beatas, ita definit Concilium Florentinum, Tridentinum, Benedictus ſecundus, Innocentius tertius in Decretalibus de hac re editis; & hoc apertè ſignificat Joannes, cùm ait, has animas habere ſtolas albas; & eſſe ante Dei thronum; eique ſervire die, ac nocte, cap. 7. ſeq num. 15.

Benedict. 2. Innoc. 3.

190. Ioachim. His ſententiis relictis, ſecundùm Orthodoxam doctrinam, aliæ ſunt ſententiæ; & Primò, Joachimus Abbas hoc altare, putat eſſe Eccleſiam Romanam, ſub cujus fide, & obedientia, quinta ætate, multi Mahometani interfecti ſunt. Secundò Dyonyſius tenet, animas eſſe ſub altari; hoc eſt, eas eſſe in ſecuriſſima Dei tutela, juxta illud Sap. 3. *Juſtorum animæ in manu Dei ſunt.* Tertiò, Ansbertus, Haymo, Richardus Ribeira, Gagnæus, Eſthius Sà, per altare accipiunt Chriſtum, Chriſtíque curam in cujus honorem, per quem, & pro quo, & ſuper quo immolati ſunt Martyres, & ſub cujus protectione jam beatè vivunt.

Dionyſ. Sap. 3. Ansbert. Haymo. Richard. Ribeira. Gagnæus. Eſthius. Sà.

191. Quartò, graves Auctores, ut Cornelius, & non diſplicet Viegas, putant, hìc alludi ad duplex altare, ad altare holocauſtorum, quod erat in atrio; & ad altare Thymiamatis, quod erat in ſancto; quaſi in illo primo, ut victimæ, immolati Martyres; ſub ſecundo tanquam pretioſum thymiama conſtituti ſint in gratum odorem ſuavitatis, Deo.

Cornel. Viegas.

192. Quintò, Menochius, & alii dicunt, hic alludi ad antiquum, & communem uſum totius Eccleſiæ, quia ex antiquo more, & Sanctione Felicis Papæ primi, corpora Martyrum ſolebant ſepeliri ſub altari, ut docent Divus Auguſtinus ſermone 11. de Sanctis; D. Anſelmus, Richard. & alii: quia etiam Martyres, inſtar holocauſti, erant immolati Deo ſuper altare hoc; inde ſub eo pariter ſepeliebantur. Id fiebat primò, ut loco tam ſacro corpora Martyrum honorificarentur, ut docet D. Ambroſius inventis reliquiis S. Gervaſii, & Prothaſii Epiſtola 54. Secundò, ut ſepulchra Martyrum, orantibus ad altare eſſent continuum excitamentum devotionis, & virtutis, ac fortitudinis, quam imitarentur. Tertiò, ut etiam Martyres eorum preces apud Deum offerrent, & adjuvarent; Hinc frequenter altare dicebatur ſepulchrum Martyris, memoria Martyris Martyrium ſive confeſſio, ſeu teſtimonium; nam Martyr Græcè idem eſt, ac latiſſimè confeſſio, ſeu teſtis; Hinc jure determinatum, ut altaria non conſecrarentur, niſi in eo poſitis reliquiis alicujus Martyris, vel Sancti; inde ſacerdotes accedentes ad altare dicunt: *Oramus te, Domine, per merita Sanctorum tuorum quorum reliquiæ hic ſunt.* Videndus de hac re Baronius die ſexta Julii ad Martyrologium in commentariis.

Menoch. Fel. 1. Papa. D. Aug. D. Anſelm. Richard. *Martyres ſepulti ſubtus Altare.* D. Ambroſ. Baron.

193. Dico tamen, quod in præſenti altare accipiendum eſt pro loco, ac parte cœli eximiâ. Cœlum enim conſtituitur, velut templum, in quo Deus reſidet, juxta illud Pſalm. 10. numero 15. *Dominus in Templo ſancto ſuo: Dominus in cœlo ſedes ejus.* Et infrà cap. 7. numero 15. de Beatis ait Joannes: *Sunt ante thronum Dei, & ſervient ei die ac nocte in Templo ejus.* Altare autem eſt præcipua, & excellentiſſima pars templi, in quo Deus reſidet; ad ſignificandum ergo datum eſſe in cœlo ſanctis Martyribus præcipuum locum, & maximè propinquũ Deo; inde dicuntur, eorum animas eſſe ſubtus altare, in quo Dei thronus eſt. Secundò ſicut omnia, quæ altaris ſunt, multam requirunt apud nos venerationem, nobis inſerviunt ad propitiationem erga Deum, ita & Sancti multam venerationem à nobis merentur, & ſunt nobis ad propitiationem; maximè enim debemus colere Sanctos, ut ad altare Dei ſpectantes; & recurrere ad ipſos pro interceſſione, ut recurrimus ad Dei altare. Tertiò, Chriſtus Dominus, tanquam ſuprema victima in oculis Æterni Parentis, veluti ſuper altare oblatus eſt pro omnium ſalute; Sancti Martyres, tanquam victimæ, oblati ſunt Deo; ſed ut quid inferiùs Chriſto; ideò ſubtus altare apparent, in quo eſt Chriſtus, ſub cujus umbra vivunt,

Pſalm. 10. Apoc 7. *Altare ponitur veluti præcipua pars cœli.*

vivunt & regnant; Hoc expreſsè docent Hay-
Haymo. mo: *Ipſæ animæ*, ait, *ſubtus altare ſunt, quia per omnia capiti ſuo coæquari non poſſunt; quia ipſe eſt Deus; illi homines: ille Dominus, iſti ſervi, qui illi non per omnia coæquantur.* D. Ambr. Epiſt. 54.
S. Ambr. *Ille ſuper altare qui pro omnibus paſſus eſt, iſti ſub altari qui illius redempti ſunt Paſſione.* D.
D. Bernard. Bern. Senenſ. ſerm. 12. de Martyrio, & perſecutione juſtorum, art. 3. cap. 2. inquit: *Vidit Joannes ſubtus altare animas interfectorum: ſicut tota congregatio Sanctorum dignè dicitur Templum Dei, ſic meritò altare dicitur humanitas Chriſti; quæ cæteris ſanctis in cœlo celſior: altare enim ab altitudine nominatur; animæ quippe omnium electorum ſub hoc altari ſunt, quantum ad meritum, & gloriæ præmium; quia hoc ipſo uno homine inferiores ſunt.*

QUÆSTIO XXI.

In ſenſu morali explicatur altare, ſubtus quo animæ Sanctorum apparent.

194. *Apoc. 1.* ET primò, valdè mirum, quod animæ Sanctorum ſubtus altare clamantes appareant; cùm ipſe Joan. cap. 21. num. 22. de civitate Dei dicat: *Templum non vidi in ea.* Si non eſt ibi templum, nec etiam altare; quomodo ergo ſancti clamant ſubtus altare? ubi ſunt voces ac orationes Sanctorum, ibi eſt templum, & altare; nam ipſæ orationes, tanquam gratiſſimum thymiama poſitum in altari ſuaviſſimum odorem exhalant Deo; & ideò citato Apocalypſeos loco dicitur, quod æternæ fœlicitatis templum ſit agnus; quia ipſe aſcendit in cœlum, ut pro nobis oraret, & interpellaret ad Patrem. Sic ad c. 14 Matth. 23. ait D. Anſelm.

Orationes Sanctorum ſuaviſſimum odoramentũ Deo.

D. Anſelm. *Aſcendit orare, quia ivit ad Patrem, pro nobis interpellare: non enim in manu facta ſancta introivit, in exemplaria Sanctorum, ſed in ipſum cœlum ut appareat nunc vultus Dei pro nobis.* Verè ergo templum, & altare, à quo tam fervidè orationes pro nobis ad Patrem diriguntur.

195. Secundò, clamant ſancti ſubtus, ubi Martyrum corpora ſepulta erant, ut conſtitutum fuit ex decreto Felicis Papæ, ut dixi ſuperiori quæſtione, & rectè quidem; quia quotidie ibi mors Domini celebratur; de quo pulchrè
D. Auguſt. ait D. Auguſt. ſerm. 11. *Ut qui propter mortem ejus mortui fuerant, ſub ſacramenti ejus myſterio requieſcerent, & illis occiſis tumultus conſtituatur ubi occiſionis Dominicæ commemoratio celebratur: & quos cum Chriſto unius Paſſionis cauſa devinxerat; ejus etiam loci religio copularet: legimus, plures juſtorum Abrahæ ſinu refoveri, & alios amœnitate Paradiſi lætari, ſed honorabilius Martyres Chriſti requieſcunt, ubi hoſtia Chriſtus eſt, & Sacerdos.* Pro magna excellentia datum fuit olim juſtis, ut in ſinu Abrahæ collocarentur; & alii, ut Patenti Eliæ & Enoch; ut jucunditate terreſtris paradiſi gauderent, juxta multorum ſententiam: at ſanctis Martyribus illuſtrior, & nobilior deputatur locus, ut ſub altari requieſcant, ubi Chriſtus eſt victima, & Sacerdos: *Quo cum Chriſto unius Paſſionis cauſa devinxerat, ejus loci religio copularet.* Et rectè quidem, ut religio, ac cultus loci conjungeretur in eis, qui in charitate Paſſionis uniti fuerant: nam Chriſtus ob charitatem in nos mortuus eſt, ſancti verò Martyres ob charitatem in Chriſtum.

Martyres, quos charitas conjungit cum Chriſto, tiam Religio copulat

196. D. Aug. Tertiò, Divus Auguſtinus citato ſerm. 11. de Sanctis, *Sub ara Dei*, ait, *vidi animas occiſorum: quid reverentius? quid honorabilius dici poteſt, quàm ſub illa ara requieſcere, in qua ſacrificium celebretur? In qua offeratur hoſtia; in qua Dominus eſt Sacerdos, ſicut ſcriptum eſt: Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm Ordinem Melchiſedech. Rectè ſub altari juſtorum animæ requieſcunt, quia ſuper altare corpus Domini offertur.* Sub altari apparent animæ Sanctorum Martyrum & ibi requieſcere dicunt, dictum eſt illis requieſcunt, & cur potius ſub altari, quàm in qualibet alia parte? In altari, ut docet D. Auguſt. repræſentatur corpus Domini, quod ibi in eo offertur: & ideò animæ interfectorum ibi requieſcunt: quia vera quies animi datur, ubi Euchariſtia reperitur: multis laboribus premebantur, ac jactabantur ſancti Martyres: tamen ad ſacram Euchariſtiam, ut ad fictam ſtationem confugiebant: quos docemur ut dum nos multis vexamur, ad Euchariſtiam, ut ad tutiſſimum portum confugere debeamus.

Noſtra quies in ſacra Euchariſtia.

197. D. Auguſt. Quartò ad citata verba D. Auguſt. *Rectè ſub altari juſtorum animæ requieſcunt: quia ſuper altare corpus Domini offertur.* Cùm corpus Domini ſuper altare offeratur: inde conſequenter Martyrum animæ ibi apparent, & aſtant: tanto enim affectu feruntur in ſacram Euchariſtiam, ut cùm eam jam recipere non valeant, ſaltem ibi inveniri, & aſtare volunt cum altari, in quo diſpenſatur, ac diſtribuitur.

Sancti tanto affectu feruntur ad Euchariſtiam, ut etiam poſt mortem cum illa velint eſſe.

198. Quintò, ſub altari ſtant ſancti Martyres: *Et clamant, uſquequò ſanctus, & verus non judicas, & vindicas ſanguinem noſtrum de his, qui ſunt in terra? & dictum eſt illis, ut requieſcerent, adhuc tempus modicum.* Stant ſubtus altare: & ab altari auditur hæc vox: adhuc *modicum tempus*, ut ſuſtineant: ab altari procedit vox tantæ præſentiæ, ac ſubſtinentiæ. Nam in altari ſumma divinæ fortitudinis, ac potentiæ eſt juſtificatio, & oſtentatio, ut colligitur ex cap. 33. num. 10. Geneſ. 33. *Erecto ibi altari, invocavit ſuper illud fortiſſimum Deum Iſraël.* Cùm enim ibi denotetur illud admirabile ſacrificium ſanguinis Chriſti, benigniſſimè effuſi pro nobis, etiam manifeſtatur, ac declaratur ſumma Dei fortitudo, ac potentia in ſufferendis tam patienter hominum peccatis: inde etiam alta providentia animæ interfectorum ſubtus altare conſtituuntur, ut ab alta Dei fortitudine, ac patientia, quæ in altari denotatur, diſcant & ipſæ fortitudinem, & patientiam in ſuſtinendo modicum tempus, quo ad uſque regnum peccati evertetur, & impii omninò extinguantur. D. Cyprianus libro de bono patientiæ, poſt allatum hunc Apocalypſis locum, ſic ait: *Expectare nos jubet Dominus, & futuræ ultionis diem forti patientia ſuſtinere.* D. Cypr.

A fortitudine Dei diſcamus aliorum ſufferre peccata.

199. Exod. 9. Per Moyſem ait Deus Pharaoni Exod. 9. numero 15. *Nunc extendens manum percutiam te, & populum tuum peſte, peribiſq; de terra. Idcirco autem poſui te, ut oſtendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra.* Implicita involvuntur in dictis: & ideò magna explicatione indigent: nam peſte, ac morte Deus minatur Pharaoni, & populo ejus: cùm tamen-

nec

nec ipſe, nec populus ejus ſtatim, nec poſt modum per te perierint : pro quo faciunt ſubſequentia verba: *Idcirco autem poſui te*: ſeu ut habent Septuaginta: *Conſervavi te* : ſeu ut Chaldæus habet, *ſuſtinui te*, quæ verba indicant, non ſtatim de medio tollendum, ſed peculiari ratione conſervandum, ac ſuſtinendum. Quomodo ergo ait Deus : *Nunc percutiam te, populúmque tuum peſte : peribiſque de terra.* Senſus ergo eſt ; potuiſſem quidem, te uno ſpiritu extinguere, quin ſecundo ictu opus foret : de induſtria tamen, te ſervare, ac ſuſtinere volui, minutis ictibus paulatim feriens, ut validum toti orbi fortitudinis ſpecimen exhibeam: ſed nónne erat major fortitudinis oſtentatio, uno ſtatim ſpiritu Regem, Regnúmque delere, & in nihilum redigere ? Minimè, ſanè nulla major fortitudinis demonſtratio, quàm ſcire, diſſimulare, procraſtinare, ac patienter ſuſtinere, & non ſtatim omnes vires explicare : pro quo facit lectio Hebræa ad citatum locum, ſic legens: *Etquidem, ſi voluiſſem, potuiſſem te internmere peſte, qua occidi pecora tua : veruntamen ideò te ſtare feci : ut oſtendam in te fortitudinem meam.*

Septuag. Chaldaïc. — *Summa Dei fortitudo declaratur in ſufferendo aliorum peccata.* — Hebraïcus.

200. Cùm populus maximè rebellaret contra Moyſen, & Aaron, ita ut eos vellet lapidare, iratus Dominus multas minas torquet in populum, dicens ad Moyſen : *Feriam igitur eos peſtilentia, atque conſumam.* Num. 14. num. 12. Moyſes verò maximè Dominum demulcere, ac placare intendebat, dicens ibid. num. 17. *Magnificetur ergo fortitudo Domini, ſicut juraſti, dicens : Dominus patiens, & multæ miſericordiæ, auferens iniquitatem, & ſcelera, nullúmque innoxium derelinquens, &c.* & ſubdit : *Dimitte, obſecro, peccatum populi hujus, ſecundùm magnitudinem miſericordiæ tuæ.* Dum Moyſes expoſtulat à Deo miſericordiam pro populo, ait: *Magnificetur fortitudo Domini.* Non ait, oſtendatur, innoteſcat fortitudo Domini, ſed magnificetur, ſeu, ut habent Septuaginta, *exaltetur*. Ac ſi indulgentiâ populo exhibitâ maximè ſublimari, ac exaltari videatur divina fortitudo : Pharaonem cum ſuo exercitu ſuffocavit Deus in medio maris rubri, ut populum Iſraël duceret in terram promiſſionis Amalech, & aliis multis Regibus deſtructis, de quo loquens Moyſes in ſuo Cantico ait : *Portaſti eum in fortitudine tua ad habitaculum ſecretum tuum.* Exod. 15. num. 13. Dum Deus deſtruxit mirabiliter potentiſſimos Reges, ſimúlque eorum ingentes copias, ſolùm decantatur, quod Deus duxerit populum ſuum, declarans, & oſtendens ſuam fortitudinem : non verò cum pro dimittenda noxia populi deprecatur, alta voce clamatur, ut magnificetur fortitudo ejus, ac ſi in indulgentia impenſa, & in una ſufferentia iniquitatis populi, majorem ſui oſtentationem faciat divina fortitudo, quàm in magnis exercitibus adverſariorum extinctis, & peremptis, cum magna multitudine prodigiorum, & mirabilium. Pro quo eleganter ad illa verba Pauli Rom. 9. n. 17. *In hoc ipſum excitavi te, ut oſtendam in te virtutem meam.* Sic ait Oecumen. *Potentia Dei longanimitas, adeóque maxima potentia ejus.*

Num. 14. — Septuag. — Exod. 15. — *Summa Dei fortitudo in ſufferendis, & dimittendis peccatis.* — Oecumen.

Quæstio XXII.

Quare cùm in cœlo ſint innumeri exercitus Spirituum, ſolùm animæ Martyrum videntur ſubtus altare clamare ?

Dicitur in textu. *Vidi ſubtus altare animas interfectorum.* Martyrum nempe ; 201.
ſed quorum ſanè ? an eorum ſolùm, qui ſub tormentis, gladio, & igne immaculatas animas Deo conſecrarunt ? non ſic exiſtimat Anſbertus; ſed etiam eorum, qui patienter, & propter Dei Verbum, ærumnas, contumelias, & opprobria pertulerunt. Sic ait citatus Author. *Nullus fidelium dubitat, duo eſſe Martyrii genera, unum in aperto, alterum in occulto: mori etenim in carne, Martyrium eſt in publico ; ferre verò contumeliam; probra, irriſiones, Martyrium eſt in occulto. Quod etiam apertiſſimè Dominus declarat, qui duobus Zebedæi filiis, id eſt, Jacobo, & Ioanni, loquitur, dicens: calicem quidem meum bibetis: quid enim per calicem, niſi tormentum Paſſionis exprimitur? & certè cuncti novimus Ioannem ab Herode decollatum, Iacobum verò in pace defunctum* : Sed uterque calicem bibit ; quia unus horum aperto, alter verò occulto Martyrio coronati ſunt.

Anſbert. — *Duplex martyrium, unum per mortem alterum per ærumnas.*

202. Secundò, maximè conſiderandus eſt ordo, ac diſpoſitio ſacri textus : nam poſt equos ſanguinolentos, nigros, & pallidos ; eóque eorum equites ſanguinolentos, nigros, & pallidos, armis inſtructos, omnia depopulantes, ac devaſtantes; ſervóſque Dei multis modis perſequentes ; & tunc apparent martyres in præcelſo loco, ſub altari Dei, gloria, & honore coronati, ac cœleſti beatitudine pleni : & meritò quidem, ut denotetur, quod poſt ærumnas, ac anguſtias, ſuis Deus impendet magnum præmium, & multam conſolationem. D. Anſelmus : *Oſtenſis tribulationibus, ne iſti deficiant, oſtendit eis conſolationem egregiam, ſcilicet, coronam, & gloriam, quam recipient hi, qui in patientia tribulari non recuſant.*

Poſt tribulationes Deus dat conſolationem. — D. Anſelm.

203. Tertiò, in ſupremo illo Paradiſi palatio: in triumphanti illa Eccleſia, plurimi ſunt Principes, & Magnates ; & tamen Ioannes teſtatur, quod ſolùm hîc viderit animas interfectorum pro Chriſto; multæ aliorum ſpirituum erant ibi copiæ : nonne millia millium miniſtrabant ei ? verum quidem eſt ; ſed illi tantùm præ oculis habentur, propinquiores, ac chariores Deo reperiebantur, qui multis laboribus preſſi, ac vexati, interfecti ſunt ; huic cogitationi anſam præbuit Tertullianus libro de anima, ubi de infernis, agens, ſic ait: *Ioanni in ſpiritu paradiſi regio revelata, quæ ſubjicitur altari, nullas alias animas, apud ſe, præter Martrum, oſtendit; Quid nullis romphæa paradiſi janitrix ſedit, niſi qui in Chriſto deceſſerint; agnoſce differentiam ſi crucem tuam tollas, & ſequaris Deum, ut ipſe præcipit, tota paradiſi clavis, ſanguis tuus eſt.* Illi enim apud Deum chariores, & in majori æſtimatione ſunt, qui multis tormentis, & perſecutionibus propter Deum glorioſè agonem ſuum compleve-

Illi magis amici Dei habentur, qui majoribus laboribus ſunt vexati. — Tertull.

Canti c. 8. runt; de ſe teſtatur anima ſancta: *Ego murus,& ubera mea turris.* Cant.8. n.10.Muris,& turribus ſe comparat,in muros,ac turres,aëreæ igneſcunt machinæ; phœbia jaculantur fulmina;& omne ferreum artificium in illas jacitur;nihilque in eis apparet,quod bellicum non ſi;quod habet anima ſummè dilecta à Rege pacifico: *Vinea fuit Pacifico meo*,cum tot machinis,& inſtrumentis bellis? ut inde ſcias , cur ſummè dilecta quanto magis tormentis , ac perſecutionibus oppreſſa,ac vexata:tanto magis illa chariſſima,& amica;hæc enim amicitia talibus tormentis negotiatur.

204. Quartò,valdè mirum,quod nunc videat Ioannes animas interfectorum ſub altari:nam ſupra noſter Joannes,c.4.n.4.vidit,quod: *In circuitu ſedis Dei,ſedilia viginti quatuor:& ſuper thronos viginti quatuor ſeniores ſedentes , circumamicti veſtimentis albis ,& in capitibus eorum coronæ aureæ* , Juxta Gloſſam,& alios, iſti vigniti quatuor ſeniores,ſunt Eccleſiæ Doctores,ac Confeſſores,ut ſeu vult Alcazar,ſignificant Præsbyteros,ut retulit cit.cap 4.q.13.ex quo inſurgit grande dubium, quomodo Martyres apparent ſubtus altare; Confeſſores verò jugta ſedem Dei,ſedentes in thronis cum coronis aureis in capitibus?Cùm maximè notum ſit apud omnes, quod major , & excellentior eſt gloria Martyrum,quam Confeſſorum : nam illi pro Chriſto vitam ſuam dederunt *Et nemo majorem charitatem habet,quàm ponere animam ſuam pro amicis ſuis* Quomodo ergo compatitur,quod Confeſſores ſint redimiti coronis aureis , non ſic verò Martyres?Confeſſores ſedent ſupra thronos,Martyribus verò nullum aſſignatur ſedile: ſed apparent ſubtus altare? Martyres vindictam poſtulabant:*Vindica ſanguinem noſtrum?* Et qui vindictam exquirit, & affectat, quodammodo videtur , quod nec locus , nec honor ei conveniat,ſed tanquam occultatus,& abſconditus ſub altari latet. Pro quo facit Titus Boſtrenſis apud B bliot.tom.4.*procul à Religioſis indignatio , procul à magnanimis cupiditas ultionis.*

Apoc. 4.

Gloſſa.

Alcazar.

Nec honos nec auctoritas ei , qui vindictum affectat.

Tit. Boſtr.

205. Compone modo Davidem cum Davide diverſis occaſionibus:nam cùm ipſe fugeret à facie Abſalon , egreſſus Semei maledicebat Regem : *Egredere,egredere vir ſanguinum vir Belial.* Tunc indignatus Abiſai,voluit currere,ad eum interficiendum?ſubdit text.*& ait Rex quid mihi,& vobis eſt , filii Sarviæ?* 2. Reg.16 n.10. eúmque cohibet à tali interfectione.Poſtea vero appropinquaverunt dies David,ut moreretur, præcipitque filio ſuo Salomoni,dicens inter cætera: *Habet quoque apud te Semei filium Gera, qui maledixit mihi maledictione peſſima:Vir ſapiens es, ut ſcias, quæ facies ei , deducéſque canos ejus cum ſanguine ad inferos.Dormivit igitur David cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in civitate David* 3 Reg. c.2.n.8.9 & 10.Cur ego,quando avertit Abiſai,ne confodiat Semei; Rex ſemel, & iterum,David nominatur?quando verò vindictam mandat filio ſuo,ut ille morte puniatur: *deduces canos ejus cum ſanguine ad inferos*:Nunquam tamen Rex dicitur,ſed tantùm ſimpliciter David nomen habet ? cùm ejus animus eſt placatus , plenus indulgen ia, nullum ultionis motum habens;regio nomine inſignitur,Rexque nuncupatur. At verò cum vindictam animo concipit , eámque filio commendat, tanquam à regali faſtigio diſcedens, omiſſis Regis nomine David tantùm ſcribitur:cùm parcit non David,ſed Rex appellatur:cùm verò vindictam intendit , non Rex , ſed David dicitur.

2. Reg. 16.

3. Reg. 2.

Apoc. 6. n. 10. Et clamabant voce magna , dicentes, uſquequò Domine , ſanctus, & verus, non judicas,& non vindicas ſanguinem noſtrum , de his , qui habitant in terra ?

Num. 11. Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ: & dictum eſt illis , ut requieſcerent adhuc modicum tempus , donec compleantur conſervi eorum , & fratres eorum, qui interficiendi ſunt ſicut & illi.

VERSIONES.

Arabic.c 10. Hi verò clamabant datis vocibus , & dicebant : Vſquequo ſanctè verax, &c.

Syrus. Vſque quando ille tu Domine , ille ſanctè , ille Verè judicas , & non ulciſceris.

Pagn. Vatabl. Qui es ſanctus,& verax

Syrus n. 11. Et data eſt unicuique ex illis ſtola alba ; & dictum ut quieſcerent , adhuc tempus exiguum.

Arabicus. Et datæ ſunt ſingulis eorum veſtes albæ , lucidæ ; & dictum eſt eis , ut ſuſtinerent , ac requieſcerent id temporis , ut perficeretur numerus ſociorum , & fratrum ſuorum, & eorum , qui trucidandi ſunt.

Tyg. And. Cæſ Adhuc puſillũ temporis.

Arias. Et datum eſt illis , ut requieſcerent,donec compleantur ſevi eorum, & fratres eorum,futuri tumulati,ſicut & illi.

S. *Cyprian.* Donec compleretur numerus conſervorum , & fratrum eorum, quique poſtea occidendi erant exemplo eorum.

EXPO

EXPOSITIO VII.

CLAMABANT *voce magna*, cùm ſcriptum ſit Pſal. 10. n. 3. *Deſi-*
206. *derium cordis eorum audivit auris tua*, quia ipſa deſideria voces ſunt; & quo majora, ſanctiora, ac veriora, majori voce clamare dicuntur; *Uſquequò Domine, Sanctus & verus.* Sanctus & verus pro ſancte, & vere, primus caſus pro quinto, more Attico; & valde appoſitè erant Deo his duobus epithetis. Tu ergo, qui es ipſamet ſanctitas, & veritas, fons, ac origo totius ſanctitatis; proindeque omnes iniquos, & ſceleratos perdere, & punire debes. Tu ergo, qui es verus in tuis promiſſis, tuo ſupremo decreto conſtitutum eſt, reddere *unicuique, juxta opera ſua.* Pſal. 61. n. 13. da ergo & tuis Martyribus, & tyrannis, juxta opera eorum.

207. *Non judicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum.* Duo hic petunt SS. Martyres, judicium, & excutionem judicii. Judicium pertinet ad cauſæ cognitionem; ſecundum continet cauſæ executionem; petunt ergo SS. Martyres injuriarum, & perſecutionum punitionem, & condemnationem, non ex vindicta tantum, ſed ex charitate, ut qui ex ipſis perſecutionibus ſunt prædeſtinati, citius veniant ad ſalutem: & qui reprobi, & deſtinati ſunt æternis ſuppliciis, citiùs è medio tollantur, ne plus noceant aliis, & majora ſibi concernent ſupplicia, *de his, qui habitant in terra*, quorum cor, ac voluntas tota demerſa eſt in terra.

208. *Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ*; id eſt, unicuiq; data eſt una ſtola alba; ſtola autẽ ſymbolũ eſt gloriæ. *Stolam gloriæ indues eum* Eccl. 6. n. 32. ſignificatur ergo, quod SS. Martyribus data ſit gloria ſuarum animarum; & ideo dicit, quo modo unuſquiſque accipit unam ſtolam, gloriã ſcilicet animæ; nam in reſurrectione, quilibet habebit duas ſtolas; adhibita tunc gloria corporis.

209. *Dictum eſt illis, ut requieſcerent*, jam antea quieſcebant per poſſeſſionem gloriæ, quam jam adepti erant; ac proinde quieſcere hîc, idem eſt, ac quod ſuſtinerent expectando, *adhuc modicum tempus*, uſque nempe ad diem judicii; & modicũ tempus reſpectivè ad æternitatem, *donec compleatur conſervi eorũ.* Donec expleatur numerus futurorum Martyrum, nam certè ſi regnũ peccati evertatur, & impii è medio tollantur, jam nulli erunt Martyres; quis enim eos cruciabit, & occidet? Numerus autem electorum certus, & determinatus eſt, qui omninò expleri oportet.

QUÆSTIO XXIII.

Quare SS Martyres clamantes, hic potiùs Deum, ſanctum, & juſtum dicunt, quàm omnipotentem; vel immenſum, vel quocumque alio nomine.

210. *Clamor animarum, eſt eorum deſiderium.* Dicitur in text. quod animæ ſanctorum Martyrum ab altari clamabant voce magna, & quomodo poſſunt clamare, cùm animæ ſint ſpirituales, indéque nullas emittere poſſunt voces? Deinde, ut jam dixi in expoſitione ex Pſalmiſta: Auris Domini eſt in preces juſtorum; & ut ibi explicavi, idem eſt hoc loco clamor. D. Greg. Origen. Magn. 2. Mor. c. 6. Sic hunc locum expendit: *Magnus eorum clamor*, ait, *magnum eſt deſiderium: tantò enim minus quiſque clamat, quantò minus deſiderat; & tanto majorem vocem in aures incircumſcripti Spiritus exprimit, quantò ſe in ejus deſiderium plenius fundit: animarum igitur verba, ipſa ſunt deſideria.* D. Greg.

Et dicunt: *Domine, Sanctus, & juſtus*; non tantùm appellativè, ut ſe dicunt Principes, ac Reges hujus ſæculi, qui aliquando ſe appellant juſtos, & veros; At Deus eſt juſtus, & verus per eſſentiam; quia eſt fons totius ſanctitatis; ac veritatis. Quæſtio ergo præſens eſt, cur potius dicunt ſanctum & verum, quàm æternum, immenſum, & omnipotentem. 211.

Rectè reſpondet Rupert. Lib 4. in Apoc. l. 4. *Pulchrè, ait, nimis compellatur omnibus iſtis, ut per ipſa commoveatur*; Maximè intendunt Martyres Deum adducere, ut eorum deſideria compleat, iniquos, & malos puniendo, & ipſorum Martyrum corpora glorificando, ideò valdè aptè, ac appoſitè Deum dicunt ſanctũ & verum, ut his nominibus maximè cõmoveatur ad hæc. Contraria ſe pati non ſolent; ſanctitas maximè contraria eſt iniquitati, ac ſceleri; Veritas autem maximè oppoſita falſitati ac infidelitati; cùm ergo Deus ſanctus, debet punire ſceleſtos, ac perdere iniquos; & cùm ſit verus, tenetur adimplere promiſſa, & conſtituta in ſuis decretis, quod eſt; *Reddes unicuique juxta opera ſua.* Pſalm 61. Martyribus, & tyrannis, juxta eorum merita; Martyribus gloriam corporis debitam tyrannis conſtitutam pœnam, & punitionem. Non enim Deus habet nomina vacua, ſed maximè eorum ſignificata adimplet. Ex quo eleganter ait Chryſoſt. hom. 31. ad Rom. *Multarum ſiquidem rerum monumenta, ſunt nomina.* Præclara morum diſciplina, nomina ſunt, magnũmque pignus ad illuſtrè agendum. Rupertus. *Ex his nominibus urgent Martyres Deum ad vindictam.* Pſalm. 61. D. Chryſ.

Cum Abrahamus peregrinatus eſſet in Geraris; ac diceret, Saram eſſe ſororem ſuam tunc Abimelech rex terræ illius, eam tulit in domum ſuam; & ait text. Gen. 20. n. 3. *Venit autem Deus ad Abimelech per ſomnium nocte, & ait illi: En morieris, propter mulierem, quam tuliſti, habet enim virum*, Morieris ſi nunc ſciens uxorem, eam non reddas. Notandum maximè eſt, quod tibi noſtra vulgata habet, *Venit Deus ad Abimelech.* In Hebraïco eſt: *Venit Judex.* Et cur Deus hîc nomen judicis ſibi aſſumit? quia veniebat, ut vices Judicis ageret ad puniendum; nempe hominem qui uxorem habebat ablatam à viro ſuo; Ideo rectè nunc judex dicitur; quia judicem adimplere cogitur, qui ex nomine urgetur ad officium. Cajet. Aptè: *Judex nominatur Deus, apparens nunc ad juſtitiam exercendam.* 213. Geneſ. 20. Hebræor. *Deus ex nomine excitatur ad juſtitiam exercendam.* Cajet.

Orbe condito, & Adamo procreato, cùm Deus ad adornãdum hortulis Pardiſum ultimò procederet *Produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu & ad veſcendũ ſuave* Gen. 2. n. 9. In productione aliarum rerum tantum dicitur Deus; *dixit Deus: fiat lux*; *dixit Deus, fiat firmamentum*; *dixit Deus: fiant duo luminaria*, &c. ut habetur Gen. 1. Cur ergo, cũ ad producendas arbores, & plantas devenit, non ſolũ dicitur Deus, ſed etiam Dominus Deus? voluit Deus, in tali molimine multiplicare beneficentiam, ut plantæ inſervirent viſui, & guſtui; *Pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuave* voluit & multiplicare nomen, ut ex duplici nomẽclatura 214. Geneſ. 2. Geneſ. 1. *Deus ex duplici nomenclatura ad maius beneficium incitatur.*

moveretur Deus ad duplicem benignitatem; quaſi Deus, jam cognomento Dominus, otioſè nomen cuperet, ſi quid operis non abjiceret. D. Athanaſ. Sinaita l. 7. Hexamet. *Poſtquam nomen duplicavit opificis, conduplicavit & facta opera non pauca in illis faciens additamenta*; ut nempe dupliciter inſerviunt viſui, & guſtui.

Sinaita.

215. Ab Abrahamo Hebræo vocati ſunt ejus filii Hebræi, ut tenent Euſeb. l. 11. de Præpar. c. 4. D. Chryſhom. 83. in Gen. Orig. hom. 19. in Num. Theod. q 60. in Gen. nã Abrahamus dictus eſt Hebræus: *Unus qui, evaſerat, nuntiavit Abrahamo Hebræo*, id eſt, tranſitori. Gen. 14. n. 13. Inde ergo, Dei providentia, nepotes non Abrahamides, non Jacobiti, dicti ſunt, ſed Hebræi; id eſt, tranſitores, ut ex ſuo nomine admonerentur, quod tranſeundum erat ex hóc ſæculo ad aliud ſuperius, & cœleſte. Sic ait, cit. Euſeb. *Ipſa gentis appellatione, tranſire à terrenis ad cœleſtia, & ad creatoris cognitionem migrare, admonentur.*

Euſeb. D. Chryſ. Origen. Theod. Gen. 14.

Ex nomine tranſmigrandum à terrenis.

Quæstio XXIV.

Quo affectu, quàve intentione ſancti Martyres clamant ad Deum, judica, & vindica ſanguinem noſtrum.

216. Alcazar. Primò vult, ſanctos Martyres petere vindictam contra Judæos Chriſtianorum primitivæ Eccleſiæ interfectores, ac hæc vindicta, & excidium Jeroſolymitanum per Titum filium & Veſpaſianum patrem jam ferè p. 25. facta erant, & præterierant; quomodo ergo animæ ſanctæ id, quod jam factum erat, ut facturum optant? deinde hoc refert Alcazar ad ſolùm interfectos per Judæos, cùm referendum ſit ad omnes Martyres, cùm in omnibus ſit eadem ratio; omnes enim optant diem Judicii, ut gloria corporis eis detur; & tyrannis debita pœna ſupplicii; & ideò eis dicitur, ut quieſcant, quoad uſque compleatur numerus conſervorum, ſcilicet omnium electorum; quo adimpleto, erit dies Judicii.

Alcazar.

Rejicitur hoc opinio.

217. Cornel. à Lapide, Menoch & alii dicunt, quod juxta Hebræum, ac Græcum, vindicare, ſignificat, liberare; ſic vidua illa ait Judic Luc. 18. n. 3. *Vindica*, id eſt, *libera me de adverſario meo*. Modũ autem, quo petunt liberari, explicat Cornel. Primò, petunt, ut Deus eorũ ſanguinem injuſtè effuſum, & corpora injuſtè occiſa, quæ adhuc in hac injuſta occiſione, & morte manent, & detinentur; ſibi reſtituat. Secundò, ut Deus liberet Eccleſiam, ac fideles à perſecutorum tyrannide.

Cornelius. Menoch. Luc. 18.

218. At hæc ſententia non placet; nam vindicare ſanguinem fuſum alicujus, non eſt, illum liberare; nec eſt de ſimili illud de Vidua Luc. 18. Nam ex contextu forma loquendi eſt diverſa; nam vindica me de adverſario meo, propriè denotat liberationem, cùm adhuc multa reſtarent, quæ poterant inferri ab adverſario, à quibus poterat vidua liberari; At fuſó ſanguine Martyrum, nihil erat, quod poterat liberari de manibus tyrannorum; & illi jam nihil amplius poterant facere, ac in integrum Martyribus reſtitui: completum eſt illud Chriſti D. Luc. 12. n. 2. *Nolite terreri ab his, qui occidunt corpus, & poſt hæc non habent amplius quid faciant.*

Rejicitur etiam hæc ſententia.

Luc. 12.

Simpliciter dico, quod ſancti Martyres directè, ac primariò petunt à Deo ſuarum injuriarum, ac perſecutionum punitionem, ac condẽnationem, ſimulcum præmio ſua morte ſuiſque ærumnis, pro gloria, ac fide Dei commerito. Ita D. Aug. Beda, Primaſ. Anſbert. Haymo cit. p. ſeq ſequuntur communiter recentiores. Rib. Joan. de la Haye, & Ferr. Malum enim, nõ eſt optare, & poſcere vindictã malorum per Dei manum, ejuſque Judicium exercendã. Sic dicitur. Gen. 4. *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Sicut enim malum non eſt ſed bonum, per tale judicium à Deo talem vindictam conſtitui, & executione mãdari; ergo nec etiam, illud optare. Nihil glorioſius Deo, quàm ſuam poteſtatẽ & Judicium exercere in tyrannos, perſecutores bonorum, divinum Imperium, ac poteſtatẽ negligentes, ac irridentes, ſic maximè conſentaneum eſt juſtis, tale judicium, & poteſtatem explorare pro Dei gloria, ut ejus imperium, ac poteſtas ab omnibus timeatur, ac revereatur. 219.

Vera ſententia. D. Auguſt. Beda. Primaſ. Anſbertus. Ribeira. La Haye. Ferrar. Gen. 4.

Unde dicitur Pſal. 67. n. 11. *Lætabitur juſtus, cùm viderit vindictam: manus ſuas lavabit in ſanguine peccatorum.* Hinc hanc vindictam poſtulant à Deo Pſal. 78. n. 10. *Ultio ſanguinis ſervorum tuorum*; Caſſiodorus legit: *Vindica ſanguinem ſervorum tuorum.* Arabicus: *Vindica ſanguines ſervorum effuſos.* Nam ſecundum rectam rationem, iniquo ac iniquitati non minus debita eſt punitio, ac juſto, & virtuti retributio: ergo utrumque expeti poteſt; quod quidem intenditur ex zelo juſtitiæ, non verò ex livore malevolentiæ: Malevolentia non reſpicit debitum, ſed ſatisfactionem odii, & paſſionis expletionem, quod malum eſt, & non datur in ſanctis Martyribus; non enim ex tali affectu vindictam, & punitionem depoſcunt, ut jam dixi; & latiùs explicabo quæſt. ſequenti. 220.

Pſalm. 67. Arabic. Caſſiod. Pſalm. 78.

Petere vindictam ex malevolentia malum, ex zelo juſtitia bonum.

Clamant ſancti Martyres: *Uſquequo, Domine, non judicas, non vindicas ſanguinẽ noſtrum?* Ecce ut clamant animæ interfectorum, & vindictam poſtulant de ſanguinis ſui effuſione; ſicut & Abel, ut teſtatur Divinum numen. Gen. 4. *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Nec aliud ſcit clamare hominum effuſus ſanguis quàm vindictam, ſive in terra ſit, ſive in ipſo cœleſti ſacrario; unus eſt Chriſti ſanguis, qui quocumque fuſus appareat, veniam, & miſericordiam clamat; & ideo de ſanguine Chriſti ait Apoſt. ad Hebr. 12. n. 24. *Melius loquentem quàm Abel.* De quo audiendus eſt Rupert. l. 3. in Gen. poſt adductum citatum Apoſtoli locum ſic ait: *Nam ſanguis ille*, ſcilicet Abel, *unius tantùm hominis nefarium ſcelus accuſabat: hic verò* id eſt, Chriſti, *pro omnibus interpellat, & univerſorum peccata excuſat; ipſos quoque, qui fuderant illum, ad pœnitentiam invitat.* 221.

Gen. 4.

Sanguis Martyrum poſtulat vindictã, Chriſti verò veniam.

Hebr. Rupert.

Crudeles illi agricolæ, videntes Domini ſui filium univerſalem omnium bonorum hæredem, *ejecerunt eum extra vineam, & occiderunt.* Matth. 21. n. 39. Magno ſanè myſterio ordinatum eſt, ut non intra ipſam vineam, hoc eſt nõ intra ipſam civitatem Hieroſolymam, ſed extra illam occiderũt Jeſum. Et cur non intra ipſam civitatem occiditur Jeſus, ſed extra illam? Ideo ſanè ſic proviſum fuit à Deo, ne meus Jeſus intra illam civitatem, nequitia plenam, interficeretur; ne ſi ſanguis ejus ibi deflueret, veniam clamaret, & obtineret, ut imminentem illius deſolationem, ac debitam pœnam declinaret, ac effugeret. 222.

Matth. 21.

effugeret. D.Chryſ.in Imperfect. homil.40. in Matth. *Ejecerunt eum extra vineam,deeſt,extra civitatem Hieruſalem ; & Judæi ſuo conſilio ejecernt eum ; & Deus ſuo conſilio ejici eum ordinavit.* *Sãguis Christi, ubi apparet, miſericordiam clamat.* *Iſti cogitabant, ne virtus reſurrectionis ejus, civitatem ſcelerum ſalvaret*, ut, Divinum conſilium de excidio Hieroſolymitano adimpleretur ordinavit Deus, ne Jeſus interficeretur in illa civitate;ne virtus tanti ſanguinis effuſi civitatem ſalvaret, ac cuſtodiret ab omni malo ; ubicumque enim ſanguis ille ſanctiſſimus apparet;ſimul & apparet reſurrectionis virtus, & omnium ſcelerum extinctio.

223. Exod. 29. *Sanguis Christi mundat, & ſalutem præparat.* Mandavit Deus in arietum immolatione ? *Fundéſque ſanguinem per altare per circuitum*, Exod.29.n. 20. Sanguis iſte ſanguinem Chriſti præfigurabat, qui in illius victimæ ſanguine adumbratur,&funditur ſuper altare in circuitu; quia ſanguis Chriſti in altari poſitus, ex omni parte miſericordiam,ac indulgentiam poſtulat: ſed quomodo ſanguis Chriſti de altari miſericordiam poſtulat, cùm animæ interfectorum propter Verbum Dei; hic ſub altari vindictam, ac punitionem clament ? Vide quantùm diſtat unus ſanguis ab altero ; ſanguis Martyrum de altari vindictam clamat;ſanguis Chriſti de altari miſericordiam ſolicitat; D. Ambr. D.Ambroſ.Epiſtol.ad Simplician. *Quod verò*,ait,*ad altare effunditſanguinem, intelligere licèt oblationem mundi, remiſſionem omnium peccatorum. Etenim ſanguinem illum ad altare, quaſi hoſtiam, effudit,eſt multorum exhaurienda peccata.* Ubicumque ille diviniſſimus ſanguis effunditur; omnia mundat;ſalutem præparat, & indulgentiam impetrat.

Quæstio XXV.

Vtrùm ſancti Martyres vindictam poſtulantes,agant contra charitatem, ac præceptum diligendi inimicos ?

224. *Difficultas quæſtionis* CLamant ſancti Martyres : *Vſquequò, Domine, non judicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum de iis, qui habitant in terra ?* Quod ex ardenti juſtitiæ zelo petant judicium de ſuis injuſtè perſecutoribus, à Deo oppreſſorum judices benè ſe res habet ; At verò quod vindictam,& acerbam ultionem poſtulent,forſitan non decenter fieri videbitur ; Martyres in terris, velut inſenſibili patientia, ſuſtinuerunt atroces cruciatus,præceptum Domini adimplentes : *Diligite inimicos veſtros ; orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos* : Matth. 5. Matth.5. n.44.nunc verò in cœlo,quaſi moræ impatientes,per acerbam vindictam adverſus ſuos perſecutores expoſcunt. Tantæne animis cœleſtibus iræ, & zelus vindictæ concitator.

225. Ferrarius. Ferrarius hic q.1.ait, quod præceptum diligendi inimicos, non eſt pro beatis in patria; nam qui eſt in termino,ac fine,jam non movetur ad ipſum finem ; *Sancti apud Deū regnantes,non ſunt ſubjecti præcepto.* at præceptum dilectionis inimicorum datur,ut perfecta charitas acquiratur;Atqui, beati jam ſunt in perfecta, & conſummata charitate;ergo tale præceptum non eſt pro ipſis beatis;non facit autem contra præceptum,qui non habet præceptum Quamvis hæc admittantur ex ſuperabundantia ; difficultas ſemper viget ; quia voluntas beatorum,cum ſic perfectè fundata in charitate, debet omnibus intendere bonum,& nulli nocumentum.Unde. 226.

Reſpondet primò, D. Greg.l.2.Moral cap.6. *Quomodo dicuntur*,ait, *vindictam deſiderare, qui & voluntatem Dei, certum eſt,& ea, quæ futura ſunt, non quod quidquam deſiderent,quod ab ejus voluntate, quem cernunt, diſcordat ; ſed quò Deo mente ardentiùs inhærent, eò etiam de ipſo accipiunt, ut ab ipſo petant, quod ipſam facere velle noverunt. Diſcordarent ergo à voluntate conditoris ſi quæ eum velle vident,non peterent.* D. Greg. *Sancti in cœlo petendi voluntatem à Deo accipiunt.* Ita etiam Beda.Haymo, Ansbertus, & alii, Voluntas beatorum maximè unita,& conformis eſt cum voluntate Divina; cùm ergo ipſi videant, Deum velle eorum perſecutionibus,ac tyrannis vindictam,ac punitionem;à qua voluntate nequeunt beati diſcreparet; unde etiam idem ipſi volunt, & cupiunt,ut talis voluntas Dei impleatur, & tali impletione gaudent.

Confirmatur, quia ſi Sancti in terris,ut Stephanus,pro ſuis perſecutoribus orabant, ex eo 227. *Erga quos debemus habere charitatem.* erant,quia non cognoſcebant eos determinatè, ut reprobos ; & ut tales poterant habere erga eos charitatem, ut pro illis orarent, ſaltem in generali ; at verò ſi quis cognoſcitur determinatè,ut reprobus,non debemus in eum uti charitate,ac pro illo orare.Unde Samuël reprehenſus eſt à Deo : *Vſquequò tu luges Saül, cum ego projecerim eum ?* Reg. 16.n.1. cùm ergo Beati in patria viderent,in Divina voluntate affectum juſtitiæ, ac vindictæ erga eorum perſecutores; inde etiam ipſi talem habent affectum.

Hæc ſententia D.Greg. ac aliorum PP. mihi videtur valde conformis ad literam. 228. *Explicatur & proponitur vera ſententia.* Voces Beatorum, ſunt eorum deſideria,ut ſupra explicavi q. 23. in limine, Animæ juſtorum, quæ apud Deum ſunt in ſua beatitudine cùm in Dei voluntate videant decretum abſolutum,& efficax infligendi pœnam in ipſorum perſecutores,inde beati erga eos non exercent actum charitatis ; ſed talem juſtitiæ affectum,cùm videatur,Deum id velle;namChr.D. præcipit diligere inimicos, non propter ipſos inimicos ſed propter Deum ut oſtendunt illa verba. Matth.5 n.45. *Diligite inimicos veſtros,&c. ut ſitis filii Patris veſtri, qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos.* Matth. 5. Cùm autem in propoſito caſu,imitatio Dei, ac conformitas cum ejus voluntate aliud poſtulet, inde Beati Deum imitantes erga ſuos perſecutores non habent actum charitatis, ſed affectum juſtitiæ, cùm abſolutè videant talem affectum in Deo.

Secundò,D Aug.ſerm.11.de ſanct. *Petunt autem*,ait,*vindictam de inimicis,duobus modis,& hoc* 229. D. Auguſt. *cauſa charitatis, ut ſcilicet qui ad vitam æternam prædeſtinati ſunt, convertantur à malo ad bonum: qui verò præſciente Deo, damnandi ſunt, moriantur, & peccare deſiſtant, ut per hoc minorem pœnam in inferno habeant ; ubi unuſquiſque ſecundum qualitatem operum, ſuſtinebit magnitudinem pœnarum.* Hæc Martyrum poſtulatio à charitate provenit, ſed diverſo modo erga reprobos, & erga prædeſtinatos, ſeu emendandos ; erga reprobos, ut minorem habeant in inferno pœnam ; erga emendandos, ut ſuſcipiant novam vivendi rationem, & à malo reſipiſcant. *Ex motivo charitatis ſancti poſtulant vindictam.*

Tertiò addit Sanct.Doct.citat : *Sancti petunt* 230. *de reprobis vindictam ; quia optant venire extre-* D. Auguſt. *mum diem judicii, & reſurrectionem ſuorum cor-*

porum

D. Greg. D Bernard. *Deſiderant Beatig orium ſuorum corporum.*

porum præſtolantur. Item D. Greg. l. 2. Moral. c. 4. & D Bernard. apud Tilman. *Dicunt,* ait, *vindica ſanguinem ſanctorum tuorum , qui effuſus eſt : non tanquam vindictæ cupidi , nec de propriæ ultionis zelo ; ſed ex deſiderio reſurrectionis , & glorificationis corporum horum , quam uſque in diem Judicii differendam eſſe, non dubitant.* Ac ſi doceant Patres, quòd indirectè tantùm petunt, & deſiderant Martyres vindictam quatenus in eo quod deſiderant, includitur vindicta, nimirum in extremo judicio ab ipſis optato, quod non poteſt eſſe ſine vindicta, & punitione malorum.

231. Moraliter. Tanta erit gloria corporum beatorum, ut ipſa palamà damnatiſſimis interfectoribus ſpectata, & cognita, ſit erga ipſos interfectores magnum tormentum, quo ſuper modum torquebuntur ; ut etiamſi infernali comburantur gehenna tali gloria inſpecta, emphaticè dicatur ultio, ac pœna, quam ſancti de ſuis perſecutoribus gloriosè ſument, ut tali gloria inſpecta , maximè torqueantur eorum perſecutores.

232. D. Auguſt. Quartò D. Auguſt. l. 1. de ſerm Dom. in monte. c 42. ſic ait: *Illud in Apocalypſi legimus, Martyres orare , ut vindicentur. Sed hinc non oportet moveri. Quis enim audeat affirmare, utrùm contra ipſos poſt homines an contra regnum peccati petierint ? nam ipſa & juſtitiæ , & miſericordiæ vindicta Martyrum ut evertatur regnum peccati, quo regnante, ſancti perpeſſi ſunt: deſtruitur autem partim correctione, partim damnatione perſeverantiũ in peccato.* Quid ſancti à Deo ſupremo omnium judice expectarent , ni ſi juſtitiæ formam , ac ideam totius Judicii ; Nimirum dum ſuos perſecutores , tot criminum reos , coram divino tribunali ſiſtunt , non ipſos delinquentes , ſed regnum peccati deſtrui expoſcunt , quod fit *partim correctione, partim dominatione.* Sceleri, ac crimini iraſcuntur; parcunt verò ſceleroſo; dum vindictam ambiunt de commiſſa offenſa , correctionem, ac emendationem poſtulant ; offenſori ignoſcunt , dum homines , ac peccatores deſtrui , non intendunt , ſed ut *peccati regnum evertatur.* Non petunt punitionem (in naturam , ſed in regnum peccati) quod omnino everti volunt.

Dei judicio, non homines peccatores. ſed peccati regnum deſtruendum.

233. Pſalm. 2. Pſalmo 2. Introducitur Æternus Parens loquens cum Filio ſuo IeſuChriſto: *Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te. Poſtula à me , & dabo tibi gentes , hæreditatem tuam , & poſſeſſionem tuam , terminos terræ* ; ſeu ut alii legunt ; *uſque ad terminos terræ,* & ſubdit n. 8. *Reges eos in virga ferrea ; & tanquam vas figuli confringes eos, & nunc Reges intelligite, erudimini, qui judicatis terram.* Magnum , & altum documentum hîc datur ; nam Reges terræ, ac Judices convocantur, ut ex illo eruditionem, ac diſciplinam accipiant: *Reges intelligite, erudimini, qui judicatis terram* ; & quænam hæc tam alta eruditio? Ipſos populos, & gentes, *Reges in virga ferrea , & tanquam vas figuli confringes eos.* Vas teſtaceum virga ferrea percuſſum , irreparabiliter perit, ac deſtruitur ruina, ut jam ad nihilum valeat ultra ; Quomodo ergo fieri poteſt , ut Æternus Pater, cujus natura eſt ſumma bonitas, det Filio ſuo gentes in hæreditatem , & poſſeſſionem , ut eas diſperdat , deſtruat , ac confringat , tanquam vas figuli percuſſum virga ferrea ? Et quomodo fieri poteſt , ut Dei filius, æterna ſapientia , accipiat gentes in hæreditatem, ac poſſeſſionem ſuam, & regnum ſuum, ad eas deſtruendas , ac diſſipandas ; præcipuè cum regnum ejus ſit in æternum; *cujus non erit finis?* Luc. 1. Perpende : in ipſis genribus , quæ datæ ſunt Filio Dei in poſſeſſionem , & regnum, duo eſſe conſideranda, vitium idololatriæ, quod in eis regnabat ; & eſſe humanum, ſeu naturam humanam , quæ in eis erat , Chriſtus veniens in mundum accepit gentes , in hæreditatem , & regnum ſuum , ut in efficacia ſuorum verborum, tanquam virga ferra, confringeret vitium idololatriæ , tanquam vas figuli ; nam Chriſto apparente ; tunc idololatria deſtructa eſt, juxta illud Prophetæ; *tunc auferentur Idola Ægypti.* Ac Chriſtus accepit gentes in hæreditatem ſuam , ut ſecundùm eſſe humanum ordinaret, & ſublevaret in regnum æternum , cujus non erit finis. Vitium deſtruxit , naturam mundavit , ac purificavit. Patres Græci in Catena. Sic doctè dubitavit: *Quis dat hæreditatem, ut conteratur ab hærede?* Reſpondent: *Intelligamus contritionẽ, quam Chriſtus operatur, ut id, quod in nobis materiale, ac terreſtre eſt, à paſſionibus, ac malitiæ proprietatibus reſcindit ; quia etiam hoc de gentibus dictum, alio ſenſu non incongruum erit intelligere. Rexit enim illos potenti regno ſuo; atque contrivit, ut ipſos per regenerationem reformaret.* Expende illud: *Ut id, quod in nobis materiale , ac terreſtre eſt , &c.*

Luc. 1. *Virga ferrea vitium frangit ; homines ſublevat.*

Patres Gr.

234. Rom. 12. Benedic. Ait Paul. Rom. 12. n. 18. *Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus pacem habentes,* ſeu ut habet Benedict. Juſtinian. in ſua gloſſa : *Pacem & amicitiam habentes* : Et tamen ipſe Apoſt. 1. Corinth. 5. n. 9. ait , *Ne commiſceamini fornicariis.* Et iterum n. 11. & 15. *Qui frater nominatur, eſt fornicator, aut avarus, aut idolis ſerviens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax : cum ejuſmodi, nec cibum ſumere* id eſt , ut explicat D. Ambroſius: [Evitate eos , nec cum eis habeatis amicitiam, converſationem , & commercium.] Nunquid Apoſtolus ſibi contrarius eſt; dum ad Romanos dicit, habere amicitiam, & pacem abſolutè cum omnibus; nunc verò ſcribit, cum rapacibus, maledicis, ebrioſis non habere commercium , nec amicitiam. Apoſtolus maximè ſibi cohæret, docet enim, cum homine habere pacem, & amicitiam; at verò à vitio, & turpitudine, ſi inveniantur in homine, omninò fugiendum, nullúmque cum eo habendum commercium, & amicitiam. Theophylact. ad cit. locum Roman. *Igitur,* ait, *quod tui officii eſt , facias ; nec cuipiam occaſiones præbeas bellorum, vel tumultuum , ſin pietatem debellari , impugnarique conſpexeris , fortiter conſiſte pro veritate dimicans ; non homini quidem infenſus , ſed impietati : Illum ipſum miſerans, ipſámque duntaxat impugnans.* Ultima verba maximè conſiderata ad rem noſtram.

1. Cor. 5.

D. Ambroſ.

Habenda eſt pax cum homine , vitium verò fugiendum.

Theop.

Quæstio XXVI.

Quare ſanctis Martyribus , cum jam appareant in gloria , dicitur , eis dari ſtolas albas.

235. Quantum diſtat divina conditio ab hominum natura , homines vix dant quid quam , præter verba ; & ſi quid dant , multa præmittunt verba. Deus factis antevertit verba , & plus donat quàm petatur , Sancti Martyres in præſenti ſtolas non petunt; &

Deus plus dat , quàm ab eo petitur.

& tamen præter id quod petunt, ſtolas albas accipiunt; & ante omne Dei reſponſum eas accipiunt.

236. Certum eſt in præſenti, ſtolas albas non accipi in ſenſu materiali, nam ſtolæ materialiter ſumptæ, veſtes ſunt, quibus Spiritus veſtiri non poteſt, quales animæ Sanctorum ſunt: erat enim ſtola mulieris non vulgaris, plebeiæ, ſed nobilis & honeſtæ, uſque ad imos pedes demiſſa, ſic canit Horat. lib. 1. ſerm. Satyra 2.

Ad talos Stola demiſſa, & circundata palla.

237. *Quid in Scriptura ſignificet ſtola.*

Ex quo apud antiquos mulier illuſtris, & primarai ſtolata vocabatur; togata verò plebeia, & inferioris notæ.

In Scriptura ſtola non tantùm dicitur de mulieribus, ſed etiam de viris; & ſignificat veſtem honorificam, & glorioſam: nam Gen. 42. n. 42. Pharao veſtivit Joſeph ſtola byſſina. 1. Paral. 15. n. 27. David erat indutus ſtola byſſina. Mardochæus Eſther, 6. n. 11. ab Amā indutus fuit ſtola, & equo impoſitus, juſſu Regis Aſſueri, volentis Mardochæum honorare; ex quo in ſenſu ſpirituali, & metaphorico, ſtola alba ſymbolum eſt gloriæ & felicitatis æternæ; & patet ex cap. ſeq. n. 13. & 14 gentibus ſtantibus coram throno Dei dantur palmæ, & ſtolæ. De ſapientia dicitur Eccleſ. 6 n. 30. *Erunt tibi torques illius in ſtolam gloriæ*, & n. 31. *Stolam gloriæ indues eam.* Et Iſai. 6. n. 1. de Chriſto D. dicitur *Iſte formoſus in ſtola ſua.* Et ita docet D. Greg. in Pſ. 4. Pœnit. verſ. 10. D. Auguſt. ſerm. 11. de ſanctis. Beda D. Anſelm. Richard. Haymo, Ansbertus, & alii communiter.

Gen. 14.
1. Par. 15.
Eſther. 15.
Apoc. 7.
Eccl. 7.
Iſai. 63.
D. Gregor.
D. Auguſt.
Beda.
D. Anſelm.
Richard.

238. D. Bernard. Andr. Cæſ.

Quid ergo ſtola ſignificet in præſenti, inquirit præſens quæſtio? D. Bern. ſerm. 3. in feſto omnium Sanctorum Andræas Cæſar. & alii per has ſtolas albas intelligunt puritatem, quietem, & ſpem veram, & certam beatitudinis.

239. D. Auguſt. D. Greg. Richard. Beda. D. Bern. Timan.

Simpliciter tamen tenendum eſt cum D. Auguſt. citato, & D. Gregorio, Richardo, Beda, & etiam D. Bernardo apud Tilman. hoc loco; ſtolam albam hîc denotare ipſam gloriam, & beatitudinem animæ, proindeque lumen gloriæ, viſionem, ac fruitionem Dei; & conſequenter humanitatis Chriſti, & Virginis Mariæ Sanctorumque Angelorum, ac Beatorum omnium. Hæc enim gloria, veluti ſtola alba, animam à corpore ſeparatam veſtit, condecorat, & exornat. Alba eſt, quia lucida, & ſplendida; & etiam quia album, ſymbolum eſt innocentiæ, & puritatis Martyrum; quibus in præmiū donata eſt, ſicut Joſeph eductus de carcere, nobili ſtola veſtitur ut dignè appareat in aula Regia? ſic Sanctorum animæ eductæ de corporis carcere, ſplendidiſſima ſtola exornantur, ut dignè appareant in palatio ad Dei conſortium.

Stola ſignificat gloriam.

240. *Stolæ dicuntur ſingulæ.*

Et notanter apponitur illa particula, *ſingula*, ad ſignificandum, unicuique dari ſuam ſtolam accommodatam ipſi, ipſiúſque magnitudini meritorum; & ad denotandum aliam eſſe ſtolam, quæ differtur in aliud tempus pro corporibus Martyrum, quæ nunc non datur, ſed dabitur, cùm completi fuerint conſervi eorum, & fratres, & fiet judicium.

241. Quæſtio tamen principaliter inquirit, quare cùm Martyrum animæ appareant nunc in gloria, tamen dicitur, eis dari ſtolas albas? Interfectorum animæ collocantur ſub altari, ut jam exiſtentes in Paradiſo, & cùm jam ſint proprio ſanguine laureatæ, ad quid novis ſtolis albis veſtiuntur? quid glorioſius, quàm de proprio ſanguine, mira fortitudine effuſo, rubentes ſibi veſtes, ac coronas attexere? Et ſi non datæ ſunt ſtolæ albæ quomodo beatitudinē ſunt ingreſſæ; ad cujus ingreſſum videbantur ſufficere ſtolæ lavatæ ſanguine? Ad quid ergo dantur ſtolæ albæ? Rupertus hic: *Notandum* ait, *quod non dictum ſit tantummodo: datæ ſunt illis ſtolæ, ſed ſtolæ albæ: nam ſtolas quidem habebant; id eſt, illam, propter quam interfecti fuerant, verbi Dei, ſive teſtimonii juſtitiam; ſed illæ ſtolæ nondum albæ erant.* Rubentibus jam ſtolis ex proprio ſanguine fulgebant ſancti Martyres; tamen ſtolis albis induuntur; quia non ſolùm apparent in beatitudine, ſed etiam quia ſub altari; quia ut ait D. Auguſtin. ſerm. 11. de ſanct. *Rectè ſub altari juſtorum animæ requieſcunt, quia ſuper altare corpus Domini offertur:* De quo egi quæſt. 21. In beatitudine jam erant cum ſtolis, proprio ſanguine rubentibus; tamen dicitur donari eis ſtolas albas; quia prope altare erant: ut inde inferas, quàm eximiam puritatem acceſſus ad Euchariſtiam requirat, ut animæ Sanctorū in gloria conſecratæ, albis induantur, novis, ſi fas eſt dicere, candoribus exornantur: non augentur in cœlo merita, nec veſtimenta mutantur; ſed hoc dictum, ad noſtram eruditionem, ideò enim ſacra Scriptura his ſymbolis utitur, ut nos viatores inſtruamur, quanta puritas neceſſaria ſit ad ſacram Euchariſtiam conveniendum, ita ut ad illum acceſſum, magis, ac magis ſit cor purificandum; & magis, ac magis ſit mundandum.

Rupert.
D. Auguſt.
Omnis puritas ac ſanctitas, pauca ad acceſſum Euchariſtiæ.

242. Hebr. 13.

Recipit Abrahamus tres Angelos hoſpitio, ut habet Paulus. Hebr. 13. num. 2. quos ipſe ex geſtu, modo, converſatione, ac verbis Angelos eſſe cognovit: ait tamen eis; *Ne tranſeas ſervum tuum, ſed afferam pauxillum aquæ, ut laventur pedes veſtri.* Gen. 18. n. 4. Si Angelos cognoverat, ad quid offert aquam ad abluendos pedes quid habet ablutio cum Angelis, qui ſunt meri Spiritus? paraverat eis Abrahamus convivium: *Feſtinavit in tabernaculum ad Sara, dixitque ei: Accelera, tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcinericios panes: ipſa verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum.* Gen. 18. n. 6. & 7. In quo vitulo tenerrimo ſuper mēſam, Chriſtus D. in Sacramēto Euchariſtiæ præfigurabatur, ut docet Ambr. lib. 1. de Abraham, c. 6 & alii PP. ac communiter Recentiores, inde optimè ait Abraham. *Afferam pauxillum aquæ, ut laventur pedes veſtri*, Angeli etſi puriſſimi ſpiritus; ut ad Euchariſtiæ menſā cōveniant, oportet ut abluantur; nā in Angelis ſuis reperit pravitatem, ut inde tu habeas magnam diſciplinā quali pectore eam debeas ſumere: nā ſi puritas Angelica, ut ad typum hujus Sacramenti accedat; magis ac magis, ut ita dicā, debet mundari, ac purificari; quātò magis tu, qui non figurā, ſed ipſūmet Sacramentum ſumis, & intra te recipis.

Gen. 18.
D. Ambr.
Communitaturus puritatem Angelicam tranſcendat.

243. Poſt finitam cœnam legalem, ac uſualem, ut ſatis explicavi, tom. 5. in Evang cap. 5. expoſit. 2. n. 97. ſurgit Chriſtus à cœna: *Et cœpit lavare pedes diſcipulorum.* Joan. 13. num. 4. Ad quid Chriſtus ſuorum diſcipulorum pedes lavat, Communiter dicitur, ut explicavi citato loco. tom. 5. lib. 7. c. 5. q. 26. quia volebat Dominus, ſacram Euchariſtiam inſtituere, & ſuis Apoſtolis miniſtrare; atqui omnes ipſi Apoſtoli, uno excepto Juda, erant in gratia, ſancti, ac

Joan. 13. ac pueri, ut colligitur ex ipſis verbis Chriſti Joan. 13. n. 10. *Et vos mundi eſtis ſed non omnes; ſciebat enim, quiſnam eſſet, qui traderet eum: propterea dixit; non eſtis mundi omnes.* Si ergo omnes erant in gratia, & omnes erant ſancti; excepto Juda, ad quid eorum pedes lavantur? Tanta mundities, ac puritas requiritur ad hoc cœleſte convivium, ut etiam, ipſa ſanctitas, ac puritas Apoſtolica videbatur exigua; & quod magis, ac magis purificari, ac ſanctificari debeat; magna erat ſanctitas Petri, magna puritas Joannis, magna innocentia Jacobi, magna integritas Andreæ, Thomæ, Simonis, & aliorum; tamen ut divini pabuli participes fierent, judicavit Æterna Sapientia Chriſti Dom. quod magis ac magis debebant lavari, mundari, ac purificari.

Puritas Apoſtolica, ex qua ad ſacram Euchariſtiam.

Quæstio XXVII.

Quare animabus Sanctorum Martyrum dicitur, ut requieſcant, & expectent modicum tempus, ſecundum ſenſum literalem?

144. Modicum tempus dicitur totum hoc ſpatium temporis uſque ad finem mundi, ac diem judicii; nam omne tempus hujus ſæculi breve, ac modicum eſt, per reſpectum, ad æternitatem. Pſalm. 89. numero 4. *Et mille anni; ante oculos tuos, tanquam dies heſterna, quæ præteriit.* Vel modicum, quia tantùm eſt gaudium, ac oblectamentum beatorum in viſione Dei, ut omne tempus eis videatur ita breve, ut momentum, & inſtans, Cœlius Pannon. *Quia breve eſt, ait, omne tempus vitæ beatis inſtans, & momentum, ob delectationem ſummam, quæ in Deo eſt.* Cum animæ Martyrum eſſent in beatitudine; in hac conſideratione omne tempus eis erat modicum.

Tanta eſt oblectatio beatorum, ut omne tempus videatur inſtant.

145. Quæſtio inquirit; quomodo dicitur ſanctis animabus, ut *requieſcant*? Ipſi poſtulabant vindictam de ſuo ſanguine; *Uſquequo non vindicas ſanguinem noſtrum?* Datæ ſunt eis ſtolæ albæ, & dictum eſt eis; ut requieſcant; ipſa nempe data eſt ſtola beatitudinis, viſionis, ac fruitionis Dei; una enim quæque res acquieſcit in ſuo centro, ac fine conſecuto; centrum, ac finis animæ noſtræ eſt ipſa viſio Dei, in qua maximè conquieſcit anima, ut in ſummo bono clarè viſo & mirificè deguſtato, in quo eſt omnis oblectatio; delectatio, ac jucunditas, de quo dicitur Pſ. 4. *In pace in idipſũ dormiã, & requieſcã.*

Quieſcunt animæ beatitudine.

Pſalm. 4.

146. Alcazar. Unde non audiendus eſt Alcazar explicans; ut requieſcant à viſione vindictæ de Judæis; nam hîc non agitur de ipſa vindicta, quæ jam præceſſerat per Romanos; ſed ut requieſcant in viſione Dei, ac pace operatiſſima, Unde primario eſt, ut quiete beatitudinis perfruantur, & illa ſunt contenti; Secundariò verò dicitur, donec completo numero Martyrum accipiant, ut explicat Rupertus, ſecundam ſtolam; beatitudinem ſcilicet ſuorum corporum, quàm optant Beati, non ſolùm appetitu innato, ſed etiam licito; & ut etiam ipſorum hoſtes accipiant commeritam punitionem. Et hoc benè colligitur ex text. quia primario dicitur ut requieſcant; ſecundariò verò innuitur eorum expectatio: *Donec compleantur ſervi eorum.* Et quamvis beati optent ſuorum corporum gloriam, non tamen inde aliquam inquietudinem patiuntur; quia eorum affectus maximè conformatur cum voluntate divina.

Beati quamvis corporum appetãt glorificationem, nullam inquietudinem habent.

147. D. Auguſt. Tandem rem hanc ſic explicat Magn. Aug. ſerm 11. de Sanct. *Tali modo*, ait, *loquitur Deus omnipotens ſanctis, velut quilibet Paterfamilias habens multos filios, ſingulîſque de agro revertentibus, & rogantibus, ut cibum ſibi tribuat; reſpondet. Refectio quidẽ veſtra parata eſt; ſed expectate fratres veſtros, ut cùm in unum poſiti fueritis, omnes in commune comedatis.* Stola alba eſt beatitudo animæ, quæ datur beatis in patria; qui adhuc magnis precibus flagitant ſecundam ſtolam, beatitudinem ſcilicet corporum; & tamen dicitur illis ut requieſcant modicum, donec compleantur conſervi eorum: cur tamen eorum corporum beatitudo differtur uſquequò numerus eorum compleatur? In hoc ſe habet Deus, tanquam Paterfamilias, multos habens filios; non ſinit eorum quoſdam menſis accumbere, donec omnes conveniant, ut ex omni filiorum, ac conſanguineorum aſpectu gaudium in ſingulis augmentatum capiat? ſic etiam Deus, qui animabus beatorum felicitatem contulit; corporibus tamen dare diſtulit, uſque in ultimum diem Judicii, quando omnium ſimul beatorum corporibus donabit; ut ex omnium aſpectu in ſingulis gaudium creſcat.

Gloria data omnibus electis, gaudium ſingulis eſt.

Quæstio XXVIII.

Quare cum Deus citò exaudiat orationes juſtorum; tamen ſanctis Martyribus clamantibus dicitur, ut requieſcant, & expectent modicum; quod moraliter xependitur?

148. Clamant ſancti voce magna: *Uſquequò Domine, non judicas; & non vindicas ſanguinem noſtrum?* Dictúmque eſt illis: *ut requieſcerent adhuc modicum tempus.* Ad quid clamat, ſi tempus erat immaturum, & improportionatum, ut exaudirentur? Clamant, ut ſuam ſolicitudinem manifeſtent, ſed bonus Judex differt uſque ad conveniens tempus; ô magna energia clamoris Juſtorum tam efficax: ut eorum vox, ac oratio, ut quodammodo Deum cogat tempus anteverrere, & ultionem anticipare: & ideò ſi res petita, ultio expetita, tantiſper differenda ſit, neceſſarium veluti eſt, ut clamores reprimantur, ac requieſcant; nam ſi clament; quidquid petierint, impetrabunt: ſe ſe parat Pharao contra populum Iſraëliticum ſua poteſtate, ſuis miniſtris, ſuiſque exercitibus, ac equitibus armatis: Perſuadebat ſibi Barbarus Rex quod nullum auxilium poſſet prævalere contra eum, clamant Iſraëlitæ ad Deum, qui ait: *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto; & clamorem ejus audivi, deſcendi, ut liberem eum.* Exod. 3. num. 7. Qui clamores ſic prævalue Exod. 3.

Clamor juſtorum tam efficax, ut veluti Deum cogat.

præcvaluerunt,ut totam potentiam Regis,exercitúmque ejus deſtruerent, ac ſubmergerent, ut rectè Lyppomanus ibi: *Clamat in cœlum pauperum oppreſſio, & à Deo diſſimulari non poteſt.* Quæ vera maximè expendenda ſunt ad intentum.

Lypoman.

249. Secundò dicitur Sanctis martyribus, ut requieſcant *adhuc modicum tempus.* Ubinam eſt magna Dei liberalitas,ac magnificentia, quando ſingulis illorum animalibus dederint ſingulas ſtolas, & modicum juſſerit ſuſtinere? An domeſtici mulieris fortis meliorem ſortem adepti ſunt, quam Dei domeſtici? Illi enim Proverb. 31. num.21 *Veſtiti ſunt duplicibus.* Quomodo ergo unicuique ſervorum Dei una tantùm datur ſtola? ſingulis ſervorum Dei, ac domeſticis ejus, ſingulæ tantùm dantur ſtolæ: tamen eis dicitur, quod adhuc modicum tempus ſuſtineant, ſi velint duplicibus exornari: duplicata bona longam patientiam, ac ſufferentiam requirunt; D. Bernard. ſerm 3.in feſto omnium Sanctorum: *Acceperunt jam ſingulas ſtolas,ſed non veſtientur duplicibus,donec veſtiamur & nos.* Expectent ergo modicum ipſi ſpiritus, domeſtici Dei, ut in regeneratione duplicibus illuſtrati appareant; de quo ait.Iſai.61. numero 7. *In terra duplicia poſſidebunt.* Job poſt amiſſa omnia ſua bona, ſedebat in ſterquilinio; longa patientia, ac expectatione ſuſtinens; Quid inde factum eſt? ut omnia ſua duplicata reciperet: *Et addidit Dominus omnia, quæcunque fuerant Job, duplicia.* Job. 42. numero 10.

Deus differt, & multiplicat beneficia. Prov. 31. D. Bernard. Iſai 61. *Suſtinens longa patientia, multiplicat beneficia.*

250. Quod optimè confirmat illud, quod ſcribit D. Matth. 1. num. 3. *Judas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar*; Una Thamar in tota generatione, duplici prole inſignita ſcribitur; illa enim una fuit, quæ multa patientia longã ſuſtinuit viduitatem; nam juxta legem antiquam debebatur Thamar ſecundus filius Judæ in maritum, poſt primum mortuum; ei dixit ſocer ejus, quod tantiſper vidua ſederet in domo Patris ſui; donec creſceret ejus maritus: *Eſto vidua in domo patris tui; donec creſcat Sela filius meus.* Geneſ.38. num.11. Quod cùm illa feciſſet,& videret ſocerum promiſſi oblitum; ſedit diu expectans; & quantò magis expectabat, tantò feſtinantiùs diſponebatur, & ibat ad duplicata munera.D.Chryſoſtomus inCatena: *Et videns, Judam,*ait,*non velle implere promiſſa, manſuete tulit; non eligens aliorum conjugia; ſed amans viduitatem, & tempus congruum expectans: feſtinabat enim, ut filios procrearet ex ſocero.*

Matth. 1. Geneſ. 38. *Qui cum multa patientia ſuffert, dona multiplicat.* D.Chryſol.

251. Tertiò, Divus Gregorius lib.2.Moral.cap.4. ſic hunc locum expendit: *Reſpondere eis,(* ſcilicet animabus) *eſt,ut collectionem fratrum expectare debeant,eorum mentibus libenter expectandi moras infundere,ut cùm carnis reſurrectionem appetant, etiam colligendorum fratrum augmento gratulentur.* Luculentius Divus Bernardus ſermone 3. in feſto omnium Sanctorum: *Anima ſancta quas Deus propria inſignivit imagine, te deſiderant; quas redemit proprio ſanguine,ut expectant: & ipſarum ſine te lætitia compleri,perfici gloria,conſummari beatitudo,non poteſt.* Dictũ illis animabus ſanctorum Martyrum, ut requieſcant,donec compleantur cõſervi eorum; illæ ſanctæ animæ tam vehementer aliorum juſtorum deſiderant conſortium, ac beatitudinem, ac facilè ſuſtineant dilationem gloriæ ſuorum corporum, cùm tamen fratrum ſuorum conſortio perfruatur; tanta enim juſti charitate,ac amore uniuntur inter ſe, ut bene patiantur animæ beatæ gloriam ſuorum corporum differri,dummodo & alii glorificentur; nam etſi in via, multa charitate inter ſe connecterentur,multò fortiùs,& altiùs hæc in patria manet,&perſeverat.Præclarè pergit Divus Bernardus citat. *Adeo ſiquidem,*ait, *viget in eis deſiderium hoc naturale, ut nec dum tota earum affectio liberè pergat in Deum, ſed contrahatur quodammodo, & rugam faciat, dum inclinatur deſiderio ſui; ſine macula enim ſunt,ſed non ſine ruga.* Cum multa elegantia, ac exaggeratione loquitur Sanct. & ejus ſententias ſingulatim expendere, refugit mens, ne venuſtati earum aliquid detraham.

D. Gregor. D. Bernard. *Beati prò charitate: aliorum glorificationem deſiderant.* D. Bern.

252. Iacebat mendicus Lazarus ad januam divitis Avari, vulneribus plenus: *Factum eſt autem, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ.* Luc. 16. num.22. Valdè mirum,mendicus Lazaru morbis, doloribus, rerumque inopia, ac penuria maximè vexatus, cùm defunctus eſt,aſportatur in ſinum Abrahæ; cur non potiùs dicitur, aſportari in cœlum, in limbum;vel potiùs,ut ſederet cum Abrahamo, ſeu ut eſſet juxta illum,Divus Chryſoſtomus: *Aſportatur,*ait, *non juxta Abraham, ſed in ſinum Abrahæ, ut illum palparet, ut illum refocillaret, ut illum quaſi clementiſſimus teneret in ſinu ſuo, & recrearet.* Hac phraſi utitur Scriptura, in ſinum Abrahæ, ut denotaretur, quod ab eo excipiebatur paterna beneficentia, multaque benignitate,ac benevolentia recreabatur. Sed cur hæc teneritudo non impenditur potius ab Iſaac,& Jacob,in illorúmque ſinum dicitur aſportari, ſed tantùm in ſinum Abrahæ? Abrahamus,cùm in vivis eſſet,peregrinos,pauperes,& oppreſſos ſub tentorio ſuo excipiebat; Hinc etiam in cæleſti beatitudine fungitur ſuo diſpenſatoris officio, eximiam beneficentiam, ac benevolentiam largè exhibens; parum ſe Abrahamus reputaret beatum, ſi in ipſa ſuperna curia,hoſpitalitatis non fungatur officio.Divus Chryſologus ſerm.121.*Et revera,* ait, *parum ſe Abrahamus beatum credidit in ipſa ſuperna gloria,ſi ab hoſpitalitatis ceſſaret officio.*

Luc. 16. D. Chryſ. *Affectus charitatis juſtorum, qui fuit in via manet in patria.* D. Chryſ.

253. Cùm Rex Joram injuſtè, ac iniquè ageret contra legem Dei: *Allatæ ſunt ei literæ ab Elia Propheta; in quibus ſcriptum erat: Hæc dixit Dominus Deus David Patris tui; quoniam non ambulaſti in viis Joſaphat patris tui, & in viis Aſa Regis Juda, & fornicari feciſti Judam; & habitatores Jeruſalem: Ecce Dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo, & filiis,* &c. 2. Paralip.21.num.12.& 13.Literæ hæ allatæ ſunt à magno Parente Elia; poſt raptum ejus ex certo loco, in quo conſtitutus fuit à Deo, miniſterio Angelorum,ut ex traditione Rabbinorum, docent ibi Lyranus; Malueda lib. 9. cap.2.Gaſpar Sanchez in 4.Reg. cap.2.numero 25.Si Elias tranſlatus erat jã ex hoc ſæculo, cur potius ipſe mittit literas ad Jorã,quàm ad Abrahã,Iſaac,& Jacob;qui capita populi erãt? vel cur non etiam ad Davidem, qui Princeps Regum erat Sanctus Elias extitit magnus Dei zelator, dum eſſet in ſæculo, qui reges,ut Achab, & Ochoſiam frequenter arguit, &

2. Par. 21.

reprehendit: eiſque ob eorum peccata, multa mala denunciavit; ut dicitur Eccleſiaſt 48.n.6. *Qui dejeciſti reges ad perniciem:* Inde ipſe: tranſlatus ab hoc ſæculo,&in altero Dei providentia conſtitutus, ſpiritum non admiſit,ſed eundem fervorem zeli retinet, reges increpat, & objurgat,eiſque mala futura pronuntiat. Gloſſa moralis: *Elias fuit magnus Zelator legis divinæ per litteras ipſius contra Ioram ſcriptas ſignificantur Scripturæ veteris, ac Novi Teſtamenti, quæ clamant contra malitiam Apoſtatæ religionis, & fidei.*

254. Et contra verò ſpiritus nequam perſeverat in damnatis ad ſuam nequitiam; cùm ille dives avarus eſſet in tormentis, Abraham rogabat; *Rogo te, pater, mitte Lazarum in domum Patris mei; habeo enim quinque fratres, ut teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum; & ait illi Abraham: habent Moyſem, & Prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non, Pater Abraham: ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos.* Luc.16. num.28. Vita exceſſerat, & in tormentis erat; & adhuc affectus erga fratres ſuos retinebat; Amor terrenus, & carnalis, qui in eo viguit, dum viveret, adhuc poſt mortem retinebatur, & tanto conatu, ac affectu, quod cum Abrahamus jubeat, quieſceret ab illa ſolicitudine, oſtendens, abundanter proviſum eſſe pro fratribus ſuis, ne in infernum venirent, adhuc ille inſtat, & replicat: *Non, Pater Abraham.* Sic tam vehementer carnali affectui adhærebat; cùm ſolitus eſſet, ut omnia ei ex votis venirent, omniaque ei obtemperarent. Divus Gregorius Niſſenus lib. de Anima, & reſurrectione: *Deus autem,* ait, *tanquam viſco cuidam carnali vitæ, etiam poſt mortem, adhuc adhæreret; adhuc ei curæ caro, & ſanguis erat.* Expende illud: *tanquam viſco cuidam.*

Luc. 16. *Affectus carnalis poſt mortem adhæret avaro, ut viſcum.*

Nyſſen.

Apoc.6.n.12. Et vidi, cùm aperuiſſet ſigillum ſextum; & ecce terræmotus magnus factus eſt, & ſol factus eſt niger, tanquam ſaccus cilicinus; & luna facta eſt tota ſicut ſanguis.

Num. 13. Et ſtellæ de cœlo ceciderunt ſuper terram, ſicut ficus emittit groſſos ſuos, cùm à vento magno movetur.

VERSIONES.

Syrus. Et cùm aperuiſſet illud ſigillum ſextum, & ſanguis multus factus eſt, & ſol factus eſt niger, ſicut ſaccus pilorum.

Arabicus. Factus eſt niger, tanquam cilicium ſetoſum.

D.Cyprian. *D. Proſper.* Et luna tota ſanguinea facta eſt.

Syryac. 13. Et cometæ ceciderunt.

Aretas. Et ſtellæ cœli ceciderunt.

Tertullian. adverſ. Hermagen. cap. 34. Et ſtellæ quidem de cœlo ruent, ſicut fici arbor, quæ valido commota vento acerba ſua amittit.

Arabicus. Tanquam ficus, quæ labuntur, ſtante vento rapido.

S. Proſper. Et modo quo ficus amittit acerbos fructus ſuos, cùm vento valido agitatur.

EXPOSITIO VIII.

Et vidi, cum aperuiſſet ſigillum ſextum. Hoc ſigillum pertinet ad univerſale mundi curriculum; in finem ipſius mundi curſus continet, & quæ ad ipſum finem pertinent, explicat. Deſcribuntur ſigna extremi judicii: & *Ecce terra motus magnus factus eſt.* Iſte terræ motus erat totius orbis, non verò unius, vel alterius tantùm Provinciæ, ut alii ordinarii terræ motus. *Sol factus eſt niger.* Non ex aliqua immutatione nubium facta in medio, ſcilicet aëre, ſed ex mutatione facta in ipſo corpore Solis, & Lunæ; ait Chriſtus. Luc.21. *Erunt ſigna in Sole, & Luna:* ergo in ipſiſmet fiet mutatio, *Tanquam ſaccus cilicinus,* qui niger eſt ex nigris pilis, & ſetis contextus. *Et Luna tota facta eſt, ſicut ſanguis.* Ita enim fieri ſolet, cùm defectu luminis Sol obſcuratur. 255.

Luc. 21.

Et Stellæ de cœlo ceciderunt: per Stellas multi interpretantur cometas; ſeu ut veriùs explicavi tom. 4. in Evangel. cap, 50. quæſtione 6. numero 42. Stellæ cœli obſcurabuntur, ut videantur hominibus, è cœlo cecidiſſe. *Sicut ficus emittit groſſos ſuos.* Tum comparatione explicat groſſos ſuos, nempe jam maturos; *emittit,* ſeu amittit, ſeu abjicit. Cùm ergo hi groſſi non ad maturitatem perveniunt, facillimè ventis agitati in terram decutiuntur, qua comparatione utitur Iſai.34. num.4 De quo ibi D. Hieronymus. 256.

QUÆSTIO XXIX.

Quænam ſit materia, ac ſubjectum hujus ſigilli?

PRimo Aretas hæc refert ad prodigia facta in morte Chriſti; tunc enim, Sol, & Luna obſcurata ſunt; & concuſſa eſt terra magno terræ motu. Secundò Ambr. Rupertus hæc referunt ad Judæorum reprobationem, & excidium per Titum; ſicut quæ ſequuntur, ad lætiſſimam vocationem gentium, quod lætè explicat Pereira. Ad hanc ſententiam accedit Alcazar, qui hoc ſexto ſigillo exiſtimat ſignificari minas horribiles, quibus 257.

Aretas.

Ambroſ. Rupert.

quibus Deus voluit præmonere Judæos ante excidium.

158. At utraque hæc ſententia minimè placet: nam prodigia in morte Chriſti jam præterita erant: ſicut etiam præteritum erat excidium Hieroſolymitanum, cum minis, quæ ipſum præceſſerunt. Liber autem Apocalypſis eſt liber propheticus de futuris; deinde in hoc ſenſu non poteſt accommodari, quod dicetur verſ. 15 de regibus, principibus, & tribunis. Qui enim fuerant Reges terræ, & Principes; qui ſive propter prodigia in morte Chriſti, ſive propter ſigna excidii Hieroſolymitani, ſive propter ipſum excidium, abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in petris montium? & quis ex illa gente agnovit, ea ſe pati ob Agnum offenſum, quem lupum ſemper crediderunt?

Refutantur ſuperiores ſententiæ.

159. *Aureol. Lyran.* Tertia ſententia eſt Aureoli, & Lyrani, qui hæc explicant de perſecutione Diocletiani, quæ fuit immaniſſima; & quamvis hæc expoſitio rem explicet de futuris, nullam habet probabilitatem, nec nullam penè ex verbis ſacri textus verificationem in ea etiam valdè latè, ac moraliſſimè.

160. *Vera ſententia.* Quarta, & communis cæterorum Doctorum ſententia eſt, quod hæc pertinent ad prodigia circa diem judicii; quod ex eo perſuadetur, quia in ea omnia conveniunt cum divina prophetia prædicta à Chriſto Domino Matth 24. à numero 15. Nam hîc dicitur: *Sed factus eſt niger*: Illic: *Sed obſcurabitur*; hîc: *Luna facta eſt ſicut ſanguis.* Illic: *Luna non dabit lumen ſuum*; hîc: *Stellæ de cœlo cadent*; hîc & illic; deinde hîc dicitur: *Cœlum receſſit ſicut liber involutus.* Illic: *Virtutes cœlorum commovebuntur*; hîc: *montes cadite ſuper nos*; ſic & illic. Luc. 23. num. 3.

Matth. 24.
Luc. 29.

161. Et valdè recto ordine omnia ſe habent; nam ſupra poſita ſunt curricula quatuor equorum, quibus ad finem mundi eſt deveniendum; & tunc introducitur clamor ſanctorum Martyrum vindictam expoſtulantium; & ſtatim proponuntur hæc prodigia, quæ ex parte oſtendunt illam ultionem de iis, qui ſunt in terra, quam martyres poſtulabant.

Quæstio XXX.

De tempore, quo hujuſmodi judicii ſigna evenient.

162. *Sex ſigna ante judicium.* Sex ſigna univerſalis judicii hîc apparent in hoc ſigillo. Primò terræ motus magnus: Secundò Sol niger: Tertiò Luna ut ſanguis: Quartò Stellæ cadentes: Quintò receſſus totius cœli ambitus, veluti liber involutus: Sextò montium, ac inſularum commotio magna. Quæſtio præſens inquirit; an hæc ſigna ſucceſſivè evenient, ac de tempore quo contingent?

163. *Prima ſententia. D. Chryſ. D Hieron, Euſeb. Matth. 24.* Primam ſententiam tenent graviſſimi Patres D. Chryſoſtomus, Divus Hieronymus in c. 24. Matth. & etiam Euſebius Emiſſen. qui omnes docent hæc prodigia fore poſt generalem reſurrectionem in ipſo Domini adventu; fundantur in eo, quia Matth. 24. num. 29. poſt commemorata iſta ſigna immediatè ſubdit Dominus; *Et tunc apparebit ſignum filii hominis in cœlo; & tunc plangent omnes tribus terræ; nam videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli.* At hæc ſententia communiter diſplicet omnibus aliis Doctoribus; nam illa ſigna facta ſunt à Deo, ut homines reſipiſcant, & pœnitentiam agant; ita monet Chryſoſt. citato loco num. 33. *Et vos cùm videritis hæc omnia, ſcitote, quia prope eſt in januis.* *D. Chryſ.*

Secunda ſententia, quam tenent aliqui Auctores affirmat, quod hæc prodigia facienda ſunt ante Antichriſtum. Probatur, quia in mundo poſt Antichriſtum erit ſumma pax, & quies; ergo portenta, quæ hîc annuntiantur, erunt antea; Conſequentia eſt clara; Antecedens probatur; quia Matth. 24. num 38. & Luc. 17. num. 26. Ubi Chriſtus expreſſe prædicit, ſuum adventum fore ſubito & inſperatum hominibus, ſicut in diebus Noë, *Ante diluvium erant homines comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes*: Ergo tunc ante judicium non erunt hæc ſigna; nam quando hæc evenient, dicitur: *areſcentibus hominibus præ timore*; homines ſub his ſignis erunt in multo timore, & tremore, & non in gaudio. Confirmatur; quia de extremo illo die ait Chriſtus. Luc. 21. n. 35. *Superveniet in vos repentina dies illa, tanquam laqueus, ſuperveniet in omnes, qui ſedent ſuper faciem univerſæ terræ.* 164. *Secunda ſententia.* *Matth. 24. Luc. 17.* *Luc. 21.*

Tertia ſententia eſt, quod hæc ſigna futura ſint, non ante, ſed poſt Antichriſtum demortuum; Ita Suar. tom. 2. ad. 3. part. quæſtione 59. diſp. 56. ſect. 3. & alii, nam poſtquam Chriſtus Dominus egit de abominatione Antichriſti, ſubdit immediatè hæc ſigna, & ait Matth 24. num. 29. *Statim poſt tribulationem dierum illorū Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum.* Ribeira hîc; hæc ſigna inceptura poſt tribulationem dierum illorum; non abſolutam omninò, & terminatam, ſed inchoatam tribulationem illam. 165. *Tertia ſententia. Suar.* *Matth. 24.* *Ribera.*

Quarta ultima, ac vera ſententia affirmat, hæc ſigna ante Antichriſtum inchoanda, complenda tamen poſt Antichriſtum, & tunc futura plura, & majora. Ita, Cornelius, & etiam Ferrarius, & alii: & probatur Primò, quia Joannes hæc ſigna ponit in ſexto ſigillo, quod jam pertinet ad Antichriſtum; deinde quia hoc eſt valdè ſolemne divinæ providentiæ, ut ad maximas clades multa det ſigna: ſic diluvium per centum annos voluit denuntiari à Noë; & per quadraginta dies antecedentes ad diluvium, *Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & Cataractæ cœli apertæ ſunt.* Geneſ. 7. num. 11. Vaſtationem Hieroſolymæ, & aliarum Judeæ urbium futuram per Chaldæos, per multas annorum decadas, prænuntiari fecit à Prophetis; Iſaia, Jeremia, Oſee, Joële: & aliis. Ultimam ſub Tito ipſe Dominus multò ante prædixit, & dedit multa ſigna in ipſo per plures annos, ad eam indicandam; ergo ad cladem orbis idem erit inſtitutum. 166. *Vera ſententia. Cornelius. Ferrarius.* *Geneſ. 7. Ante magnas clades Deus dat multa ſigna.*

Sicque multa ſigna erunt ante orbis excidium; Antequam adveniat Antichriſtus, inundabit in orbe impietas, ac iniquitas; idcóque tunc aliqua ſigna erunt, verbi gratia, inſoliti terræ motus, maris fremitus, & Eclypſes Solis, & Lunæ, ut homines pertimeſcant, & reſipiſcant; ex quibus conſequenter fames, bella, & peſtilentiæ pullulabunt, ut prædixit Chriſtus Dominus 167.

Luc. 21. *Ante Antichriſtum multa ſigna.* Dominus Luc. 21. num. 9. Superveniet iniquitatis Antichriſtus, qui erit caput omnis malitiæ & impietatis; ideo Deus in ejus aſſeclas acriora vibrabit ſupplicia, præcipitans eos in tartara, & valdè rigidè in cæteros impios deſæviet Dominus; eiſque extrema mala, inter ea plenam Solis, Lunæ, & Stellarum obſcuritatem inducet; de quibus dicitur: *erunt ſigna in Sole & Luna*, &c.

268. Poſt ergo hanc ſtragem, ac plagas à Deo emiſſas in impios, ac aſſeclas Antichriſti, Deus aliquod indulget tempus quietis, & pacis in orbe, quo Chriſtiani in perſecutione Antichriſti lapſi, & Judæi, aliæque gentes reſpirare, ut reconciliari Chriſto valeant, & inde juſtificati ad ſalutem præparentur, quo tempore mundani homines, tanquam pueri, amota virga, ad iniquitatem ſuam redibunt, bibentes, comedentes, nubentes, & plantantes vineas, ac exultantes lætitia, & gaudio, ut in diebus Noë, & tunc repentè veniet finis mundi, ac dies Domini; *Dies Iudicii inopinatus.* Dan. 12. Unde ait Daniel. 12. num. 12. *Beatus, qui expectat, & pervenit uſque ad dies mille trecentos quinque.* Qui vivet poſt tempora, & mortem Antichriſti ſive vivat poſt Antichriſtum hos Malveda. 1335. ut explicat Malveda lib. 11. de Antichriſto cap 29. Sive ſupra dies Antichriſti, qui erunt Lyranus. Carthuſ. Perer. 1290. ut patet, Daniel 12 num. 11. vivet adhuc 45. qui efficiunt 1335. ut expendunt Lyran. Carthuſian. Perer. Cornel.

QUÆSTIO XXXI.

Quare Deus tot, ac tanta ſigna dabit in Sole, Luna, Stellis, ante diem judicii?

269. *Signa myſticè exponantur.* De his ſignis latè egi tom. 4. in Evangel. cap. 50. per integras novem quæſtiones priores, quæ ibi ſunt videnda; & quamvis hæc ſigna contingent, ut ſonant, in Sole, Luna, Stellis; tamen multi cum Divo Auguſtino hæc myſticè, ac moraliter intelligunt; Sol, ſcilicet fidei, obſcurabitur in multis; Luna ſcilicet Eccleſiæ facies, tota erit plena ſanguine effuſo ex crudeli perſecutione Antichriſti; Stellæ de cœlo cadent, multi nempe viri magnæ fidei, eximiique Prælati, ac Paſtores, magnique Doctores, à fide cadent; proindeque cœlum Doctrinæ Eccleſiaſticæ, veluti involutum, recedere videbitur.

270. Et maximè notandum, quod non ſolùm dicitur; Sol obſcurabitur, ſeu factus eſt niger; *ſed factus eſt niger, ſicut ſaccus cilicinus*; ad quid tam horribilis ſpecies Solis? eſt ne peccatoribus ad ſalutem, an ad exitum? D. Anton. D. Anton. Ulyſſippon. ſermone 6. adventus; Hunc Solem myſticè Chriſtum interpretatur: *Iſte Sol*, ait, *factus eſt niger, ſicut ſaccus cilicinus ſacco, enim noſtræ humanitatis cooperuit lucem divinitatis*; Pſalm. 68. *ſic canit Pſalmiſta: Poſuit veſtimentum cilicium.* *Chriſtus ſub habitu pœnitentiæ ſe objicit, ut homines ad pœnitentiam alliciat.* Pſalm. 68. num. 12. Sed ad quid talis habitus cum Chriſto, qui eſt ſupremus Dominus, omnino impeccabilis, & expers pœnitentiæ? ut pergit citatus Pater; *hac veſte non Deus, ſed reus, non creator, ſed peccator meritò debet indui; pœnitentis, non peccata dimittentis, eſt veſtimentum.* Infinitus Sol juſtitiæ objicitur hominibus ſub pœnitentis habitu, ut peccatore ad pœnitentiam moveat, à futuráque calamitas te pœnitentes liberet, ut ipſi aſpicientes in Sole indumentum pœnitentiæ, ad eandem, & ipſi accurrant.

Quod pulchrè citatus Divus Antonius explicat cùm Deus vidiſſet, hominum mala maximè inundari ſuper faciem terræ: *Pœnituit eum quod hominem feciſſet in terra. Et tactus dolore cordis intrinſecus; delebo, inquit, hominem, quem creavi.* 271. Geneſ. 6. Geneſ. 6. num. 6. quid habet dolor, quid pœnitentia de homine creato, cum Deo Optimo Maximo, qui eſt in ſummo gaudio, & jucunditate; qui & omnino immutabilis eſt, in quem nec viciſſitudinis obumbratio cadit? quid ergo cum eo dolor, quid pœnitentia de homine facto? ſic eleganter reſpondet Sanctus Pater: *Multum quidem per omnem modum peccatori neceſſarium*; pœnitet me, feciſſe hominem; *id eſt, pœna tenet me pro homine.* Maximè neceſſaria erat homini pœnitentia, ac dolor de ſuis peccatis; potentiſſimus ergo Deus ſub ſpecie pœnitentis, ac ſub imagine doloris, introducitur propter multitudinem peccatorum hominum, ut inde ipſi homines alliciantur ad pœnitentiam, propter ſua peccata; ſeſe oſtentat divinus Sol indutus cilicio, ut peccator Deum, ſeu Jeſum, ſpecie pœnitentis indutum aſpiciens, currat & ipſe ad pœnitentiam. *Deus cum imagine pœnitentia, ut homines pœnitentes faciat.*

Cùm Jacob pergeret in Meſopotamiam, & nox eum teneret, dormivit ipſe ſuper faciem terræ, ſub capite ſuo ſupponens lapidem: *vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum, & Dominum innixum ſcalæ* Geneſ. 28. num. 12. Ipſa cœleſtis ſcala, tanquam in humeris dormientis, imponebatur; & Dominus in ſuperiori ſcalæ faſtigio præſentatur. Surgit Jacob, magno crucis pondere defatigatus; & exclamat: *Quàm terribilis eſt locus iſte?* Unde locus plenus gloria, ac majeſtate, terribilis apparet? ſcala illa ſignum crucis præfigurabat, ut docent Divus Auguſtinus ſermone 49. de tempore; D. Maxim homil de cruce. Et cur Jacobo crucis onus tam terribile videtur? Crux tanquam imponebatur humeris ejus, cùm Dominus in throno, ac gloria appareret, ab onere omnino exemptus. Appoſitè Chaldæus ſic legit præfata verba: *Quàm terribilis eſt locus iſte; non eſt locus communis.* Cùm locus non eſt communis Domino, ac ſervo, terribilis eſt, nam ſimul crux Prælati, ac ſubditi debet humeris inhærere; ſi Dominus mecum eundem locum obtineat, eidem ponderi humeros adjicit; onus, ſeu locus ſuavis erit, & non terribilis. Huc advoco, quod eleganter dixit Ferrandus Diacon. ad Regem tomo 9. Bibl. *Dux ſapiens, ait, illuc debet ire, quò cupit ducere ſubditos. Ideo enim dicitur dux, quia ducit; & ſe ipſum ſeducit, ſi per viam regiam putat; poſſe ambulare, quos ad foveam, non præbendo exemplum, perducit; Tu ergo eſto ſignifer doctrinæ ſanctiſſimæ, erige trophæum virtutis intuendum jugiter cæteris; tu imitandus appare.* 272. Geneſ. 28. D. Auguſt. D. Maxim. *Si onus non eſt commune, difficiliter ſubditus Prælato obedit.* Ferran. Diac.

Secundò, Reſpondeo ad quæſtionem, & eſt communis ſolutio. Ecce tibi Deus in januis eſt; ecce tibi Deus ſe accingit, ut veniat ad judicium, ut appareat hominum iniquitatum ultor, Quid tunc creaturæ mundi? Quid tunc Sol, quid Stellæ 273. *Ab inſenſibili creatura docetur homo, facere pœnitentiam.*

Stellæ facient? quid aliud clamabunt, & oſtendent, tibi muta cœli ſigna, niſi pœnitentiæ documenta? nihil aliud per ſe ferunt cœli lumina, niſi cilicia ſanguinis effuſiones, humi cubationes, ut etiam ab irrationabili, ac inſenſibili creatura doceatur peccator, per ſatisfactionem pœnitentiæ, fugere à ventura ira.

274. Prænuntiat Noë diluvium per ſpatium centum annorum cui non dabatur fides: jam verò appropinquante diluvio, ait ſacer textus: *De animantibus quoque mundis, & immundis, & de volucribus, & ex omni, quod movetur ſuper terram, duo, & duo ingreſſa ſunt ad Noë in arcam.* Geneſ. 7. num. 8. Quæ animantia, ut eſt communis vox interpretum, ingreſſa ſunt ad arcam nemine cogente, ac impellente, ſed ipſa per ſemetipſa veniebant ad vocem, ad juſſum Noë: ut videre eſt apud Abulenſem, Lyranum, Pereiram, & alios. Sed cur ſic factum? antequam aquæ diluvii inundarent, ipſa bruta animantia ultro conveniebant ad arcam, in eamque ſe recipiebant; ut quot erant animantia, quæ ad arcam concurrebant, tot eſſent Prædicatores, ac monitores, viam peccatoribus oſtẽdentes, qua poterant fugere à ventura ira, Si nimirum à Noë, ejus vocem, ac imperium, & ad arcam ſe reciperent, in qua refugium habere poterant: quæ omnia miſeri pro obſtinata duritie contemnebant. Divus Baſilius Seleuc. oratione 5. *Interea bruta diverſi generis, ait, videbant illi, ad Noëmum concurrentia; nec eorum, bruta videndo, ratio detorquebatur in melius: volatilium turmas, ut ad commune quoddam hoſpitium, & receptaculum, devolantes; rémque adeò miram deſpiciebant; contrà tumultu, ac trepidatione complebantur omnia.* Et maximè dignè periere, qui inſenſibili creatura inſenſibiliores ſunt, & brutaliores brutis.

Abulenſ. Lyran. Pereira

Bruta animalia docent homines, fugere à ventura ira.

D. Baſil.

275. Cùm jam aquæ diluvii ceſſaſſent, Noë aperiens feneſtram arcæ, *miſit corvum, qui egrediebatur, & non revertebatur.* Geneſ 6. At verò ad Parentem Eliam corvi deferebant panem, & carnes, veſpere, & mane; Reg. 17 n. 6. Quare ergo ad Eliam corvus, & corvus toties venit, qui ſemel à Noë miſſus, nunquam amplius ad eum eſt reverſus? Inde ſanè, quia ad Noëmum non eſt regreſſus, inde toties Eliam repetit; priſtinam ingratitudinem caſtigans, & emendans, recompenſat cum Elia; de ſua antiqua negligentia ſatisfactionem præbens; quod eleganter attigit. Sedulius lib. 1. Paſch. cap. 13. *Nunc, ait, Eliæ corvus bonus, ac fidus, qui Noë quondam malus, ac perfidus, in terris abluit culpam, in aquarum inundatione contractam.* Diſce, ô homo pro tuis culpis Deo ſatisfactionem dare, quando & ipſe corvus, rationis expers, contendit priſtinos errores emendare; omnis ergo creatura prædicat homini pœnitentiam, & ut à ventura ira Dei fugiat.

Geneſ. 8.

3. Reg. 17.

Sedulius.

Corvus intendit ſuos errores emendare.

Apoc. 6. n. 14. Et cœlum receſſit, ſicut liber involutus: & omnis mons; & inſulæ de locis ſuis motæ ſunt.

Num. 15. Et Reges terræ, & Principes, & tribuni, & divites, & fortes, & omnis ſervus, & liber abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in petris montium.

VERSIONES.

Syriac. n. 14. Et cœli ſeparati ſunt, ſicut liber involutus, & omnes montes, & inſulæ, è locis ſuis motæ ſunt.

Pagn. Vatabl. Sicut liber, qui circumvolvitur.

Arabicus. Cœlum involvetur, quaſi charta.

Primaſius. Sicut liber, cùm evolvitur.

Arabic. n. 23. Et Reges terræ, & regni onus ſuſtinentes, & potentes, & omnes, qui ſuper ejus ſuperficie ſunt; tum ſervi, tum ingenui fugerunt, & abſconderunt ſe.

Syrus. Et Reges terræ, & magnates, & duces millenorum, & divites fortes, abdiderunt ipſi.

D. Cyprian. Maximi quique.
S. Proſper.

Oecumen. Reges Dynaſtæ abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in cavernis montium.

EXPOSITIO IX.

COELUM *receſſit, ſicut liber involutus.* Sic explicant Sanctus Thomas, Suar. lib de ſuperſtit. cap. 11. Cœlum recedet, non motu locali, ſed ab oculis hominum; ſicut recedere ſolet liber involutus; quia literæ in eo contentæ, jam legi non poſſunt. Nam Luna ſanguinolenta, Sole nigro facto, Stellis obtenebratis, jam homines, ac Aſtrologi non habent, quid valeant cognoſcere, ac conjecturare de cœli luminibus. 276.

S. Thom. Suar.

Et omnis mons, & inſulæ de locis ſuis motæ ſunt; Nunc explicat Joannes in ſpecie, quod ſuprà num. 12. dixerat in genere. *Terræ motus magnus factus eſt.* Nunc ait quòd omnis mons, & inſulæ de locis ſuis movebuntur, propriè ut ſonat intelligendum eſt, quod fiet ad maximum horrorem, & confuſionem hominum; & ſæpè viſæ ſunt inſulæ, ac montes terrifico motu commoveri, non tamen tam terribiliter, ut modò fiet. 277.

Terribilis motus.

Et Reges terræ, & Principes. Multum hic explicatur vehemens, ac maximus timor, ac perturbatio impiorum hominum illius temporis, ita 278.

ita ut ſummi magnates, Principes, ac Reges, gubernatores, magni, & parvi, fortes, ac debiles, tam magno, & acerbo metu trepidabunt, ut mori potius eligant, quam imminentia mala experiri; & ideò *abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in petris montium*, ut ita latitantes; cogitent fugere à ventura Dei ira; ſed fruſtra, & incaſſum introibunt, ut dicitur Iſai 2. n 21. *Et egredietur ſciſſuras petrarum, & in cavernas ſaxorum, à facie formidinis Domini, & à gloria majeſtatis ejus, cùm ſurrexit percutere terram.*

Iſai 2.

Quæstio XXXII.

Quare cùm Dominus dicatur extendere cœlum, ſicut pellem, nunc verò dicitur, quod cœlum receſſit, ſicut liber involutus?

279. D. Thom Lyranus. Suar. Germanam rationem jam dedi in expoſitione, juxta Divum Thomam, Lyran. Suar. lib. 1. de ſuperſtit. cap. 11. *Cœlum receſſit*, ait text. noſter, *ſicut liber involutus*. Et Iſai. 34. num. 4 *Complicabantur, ſicut liber cœli*. At Pſalm. 103. num. 3. dicit de Deo: *Extendens cœlum, ſicut pellem*. Quod complicatur, non extenditur; quomodo ergo dicitur hîc, quod recedit cœlum, ſicut liber, quia jam ultra Aſtrologi non exercebunt ſuam Aſtronomiam, nec jam divinare audebunt futuros rerum eventus; ſicut involuto libro, ejus ſententiæ videri non poſſunt, ſic obſcuratis cœli luminibus, nihil ex eis cognoſci, ac conjecturari poterit.

Iſai. 34. Pſal 103.

280. Secundò meritò cœlum hîc cum libro comparatur, nam ſicut extenſo libro, videntur ea, quæ in eo ſcripta ſunt; ſic in cœlo maximè elucet Dei ſcientia, & cognitio, elegantibus characteribus deſcripta. In hoc ſenſu explicant multi illud Pſalm. citati: *Extendens cœlum, ſicut pellem*. Id eſt, tanquam membranum quoddam, in quo Dei noritia eſt deſcripta: ad hunc ſenſum accipit Divus Chryſoſtomus homil. 9 ad Populum Antioch. illud Pſalm. 18. num. 1. *Cœli enarrant gloriam Dei*: Sic ait Sanct. Doct. *Quomodò enarrant? per ipſum aſpectum. Tacet cœlum, ſed ipſius aſpectus vocem tuba clariorem emittit, per oculos non per aures nos docent: In hunc pariter librum, & idiota, & ſapiens intueri poterunt, quod idem propheta intuens dixit*. Pſal. 18. num. 13. *Non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum, id eſt, non eſt gens, neque lingua, quæ hanc vocem, intelligere non poſſit.* Quæ expoſitio eſt genuina; & ex Hebræo transferri poteſt: *Non ſunt loquelæ, neque ſermones, quibus*, id eſt, *à quibus non audiuntur voces cœlorum.*

Pſal. 103. *Cœlum nobis dat, & clamat Dei cognitionem.* D. Chryſ.

Pſalm 18.

Hebr.

281. D. Auguſt. Pſalm. 8. Tertiò, *cœlum receſſit*; ſeu ut habet Iſaias: *Complicabuntur*, ſicut liber cœli D. Auguſtinus multis in locis lib. 13. cap. 15 & in Pſalm. 8. ad illa verba num. 4. *Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum*: Et Pſalm 103. *Extendens cœlum, ſicut pellem*: per cœlos Scripturas intelligit, quas, operante Spiritu Sancto Prophetæ ſcripſerunt. Unde Sanctus Pater cœlos libros nominat; & inde dictum exiſtimat: *Extendens cœlum ſicut pellem*. Extenditur charta membranea, ut legatur: ita & extenditur ſacra Scriptura, ut legatur, & aperiantur ſacra myſteria in ea contenta; tanquam fulgentiſſima ſydera in cœlo conſtituta: Hoc autem, cœlum, ſcilicet ſacra Scriptura, tanquam liber involutus receſſit à Judæis, ait Rupertus Abbas: quibus ob ſuam perfidiam clauſa eſt ſacra Scriptura, ut eam non intelligant, ac proinde fidelibus cœlum ſacræ Scripturæ eſt extenſum: infidelibus, ut Judæis, receſſit, & clauſum, ſicut liber involutus. Rupertus: *Cœlum receſſit*, ait, *quia videlicet ſenſus illorum coanguſtati ſunt, & diſparuit ab illis; imò non data eſt illis, propter inopiam cordis, ſpiritualis ſacræ legis intelligentia: quomodo receſſit? ſicut liber involutus, inquit, pulchrè ſatis innuit, quod per cœlum recedens intelligi voluerit. qui receſſum illum libro involuto ſimilavit; ac ſi diceretur, quia involuta & clauſa eſt illis omnis Scriptura divina, & cœleſtis: nobis autem, ad quos venit, recedens ab illis reſeratus eſt, & apertus eſt.*

Pſalm. 103.

Rupert. *Scriptura ſacra clauſa Judæis, aperta fidelibus.*

Quartò, Divus Auguſtinus lib. 5. de Geneſ. ad literam cap. 20. hanc aſſignat rationem: *Deus*, ait, *ſæcula, quæ cùm primum condita ſunt, tanquam implicita ediderat, ſuccedentibus temporibus, explicat, extendens cœlum, ſicut pellem; id eſt, per cœlorum motus, ac viciſſitudines temporum, mundum involutum paulatim evolvit, eductis ſcilicet aliis, & aliis e capacitate ſpecierum individuis, aliis & aliis effectibus è cauſarum ſuarum ſinibus, ac præſertim è cœli ſoliſque motu, & influxu.* Cùm ergo ab hoc motu, & ab hac providentiæ ſuæ explicatione ceſſat, ac individua, & effectus inde manantes tollit, vel ſuſpendit, ut faciet in die judicii; inde dicitur, ſuæ providentiæ librum, cœlúmque recedere, ac complicati; quoad effectus nempe.

282. D. Auguſt. *Cœlum recedit ab influxu; inde dicitur, recedere.*

Quintò, cœlorum nomine deſignari poterit Religioſus ut explicat Sanct. Bonavent. lib. de Eccleſiaſtica Hierarch. part. 4. cap. 4. Ubi multis explicat, quod cœlorum nomine, intelligatur ſanctitas Religioſorum. Primò, propter remotiſſimam elongationem ab amore ſæculorum. Secundò, propter cœleſtis munditiæ imitationem. Tertiò, propter ordinatam voluntariæ obedientiæ continuationem; & ob multas alias rationes, quas latè Sanctus Doctor explicat; ſi ergo cœlo deuotatur Religioſus, quid eſt, quod in ultimis diebus, receſſit, ſicut liber involutus? Tanta perſecutio excitabitur ab Antichriſto, ejúſque miniſtris adverſus Religioſos, ut fortiſſimos Chriſti Milites, ut vix tunc appareant, & recedere videantur; vehementer eos delere, intentabit Antichriſtus, & ad mortem rapere. Non longè eſt ab hac conſideratione Joachimus Abbas; dum verba text. *Et omnis mons de loco ſuo motus eſt*: Sic explicat: *Montes in hoc loco Monaſteria deſignant; movebuntur autem montes de locis ſuis; quia ef fugatis conventibus Monachorum; aut deſtruntur penitus, ut non ſint, aut uti ſuis legibus non ſinentur.*

283. D. Bonav.

Religio veluti cœlum.

Joachim. *Sic Religioſi perſequentur ab Antichriſto quod vix appareant.*

Sextò, cur in ſexto ſigillo apparent quod cœlum receſſerit à loco ſuo; ſeu ut habet Syrus: *Cœli ſeparati ſunt?* Quis unquam talia audivit cœlum à loco ſuo recedere, & à ſe invicem ſeparari? Non mirum, ſermo eſt de- 284.

noviſſimo

noviſſimo die judicii,in quo tanta erit iræ Dei, ac vindictæ magnitudo , ut quaſi cœlum eam ferre non valens,in fugam , ac receſſum ſe dare videatur. A qua conſideratione non longè eſt Forerius in cap 34. Iſai. cùm ait , *Obſervationem luminarium cœleſtium notant hæc ; quæ nihil aliud, quàm ſuperam triſtitiam, & rerum adverſariarum quandam inundationem eſſe , atque hoc eſt , quod Evangeliſtæ dicunt , ſolem obſcurandum , & lunam retracturam lumen , & ſtellas de cœlo ruituras ; & Ioan. in Apocalyſ. Cœlum receſſurum.*

Forer. *Tanta erit ira Dei judicis , ut cœlum ferre non potens , fugere videatur.*

285\. In hoc ſenſu explicant multi illud Apocalypſis 20.num. 11. *Vidi thronum magnum candidum , & ſedentem ſuper eum , à cujus conſpectu fugit cœlum* : Fugit cœlum , non à conſpectu throni ; ſed à conſpectu ſedentis in ipſo throno , præ irâ , ac furore quem veniens ad judicandum oſtendebat. Ad cujus guſtum explicat Ianſenius in ſua concordia illud,quod Chriſtus Dominus dicit de Judicio ; *Virtutes cælorum movebuntur.* Luc. 21.num.26.Per virtutes cœlorum , intelligit omnia ſydera , quæ à facie Dei judicantis, maximè præ timore commovebuntur , à ſuis locis agitabuntur. Unde Regius Vates Pſalm.75.num.9. *De cœlo auditum feciſti judicium:terra tremuit, & quievit* : Ingenti quidem tremore afficitur terra ,dum audit ſonum judicii , ut etiam præ timore non audeat,etiam mutire ; ſed omninò quieſcit , ac ſi fugere videatur.

Apoc. 20. *Ab ira judicii aſtra , & terra fugere videntur.*

Ianſen.

Luc. 21.

Pſalam.75.

286\. Et quis non timeat vocem Dei judicantis ; illiúſque horrendum tribunal,quando una vox Dei imperantis minaci affectu , valeat impios vehementer caſtigare , ac torquere ? Reprobi illi ſpiritus nullum flagellum in manu Jeſu viderant ; ſolùm ejus minaces voces excipiebant ; & clamant , *Quid nobis , & tibi Ieſu fili Dei ? veniſti ante tempus , torquere nos* Matth.8. numero.20. & Luc. 8. num.32.Nullum ſupplicium in eos infligebat Dominus ; & tamen à ſolo ejus conſpectu , minacique voce magnum tormentum profectum ſe experiri fatentur miſeri. Ut notat Divus Baſilius Seleucus oration. 23. *Nondum* , ait , *eos in judicium trahebat : nondum tribunalis terrorem oſtendebat : nondum judicii flammam accendebat : ſed minis tantum effrænes impetus refrænabat : & mali tanta vis erat.* Sola minacis judicis vox accipiebatur , ſolùm venturi mali ſonitus timebat ; & de ſe ſonitu ſolo inſolens tormentum miſeros conficiebat ; pro quo accipe dictum Amos capite 2. numero ſecundo : *& mittam ignem Moab : & devorabit ædes Carioth : & morietur in ſonitu Moab.* Tantus erit horror ; tantàque flamma jam appropinquans , ut ejus ſonitus audientibus mortem inferat , & extremam cladem.

Quæstio XXXIII.

Quare hic tam exactè exprimitur , quod Reges terræ , Principes , magni & parvi fugient abſcondentes ſe in ſpeluncis ?

287\. Senſus literalis , jam factus eſt in expoſitione ; non potuit facer textus ad ſignificandum perturbationem , ac timorem hominum illius temporis , quid melius , quàm id , quod in præſenti proponit, quod ſcilicet omnes magnates , ac poteſtates ſæculi , ut Reges , Principes , tribuni , divites,ac fortes ; tantam anxietatem , ac perturbationem patientur , ut ad ſpeluncas ſeſe latitantes recipiant , hic autem timor omnibus erit communis ; non ſolùm tenebit,& apprehendet potentatus;ſed etiam minores,& parvos , ut ſervos , ſed moraliter quid dicamus.

Ingens judicii timor.

288\. Primò . Haymo , per Reges intelligit viros maximè virtute præſtantes , qui ſemetipſos ſciunt regere ; per Principes etiam intelligit eos , qui ſunt minoris virtutis , qui ſuper ſuos appetitus principantur , per tribunos interpretatur eos , qui prævalent contra vitia carnis , ac tentamenta dæmonis ; fortes dicit , non robuſtos corpore , ſed virtute animi. Si ergo hîc intelliguntur homines juſti , fundati in charitate ; & charitas foras mittit timorem ; quomodo iſti ſic correpti erunt tremore; ut ad ſpeluncas , ac petras montium confugiant ? Per montes intelliguntur Angeli , ac viri valdè illuſtres , ac eminentes ſanctitate. Pſalm.75. numero 5. *Illuminatus tu mirabiliter à montibus æternis.* Iſai.38.numero 14Tam tremendum erit judicium futurum Domini , ut etiam juſti ad obtinendam miſericordiam , ad ſanctorum,ac beatorum ſpirituum interceſſionem confugiant ; ſic ait Haymo: *Illi omnes,ultima perſecutione deprehenſi,fugient, & abſcondent ſe in ſpeluncis , & petris montium , id eſt , ſuffragia ſanctorum hominum;& Angelorum expectent; ad hos montes noviſſima perſecutione comprehenſos,hortatur fugere Dominus,*Matth.24.num.16. *Dicens ; tunc , qui in Iudæa ſunt , fugiant ad montes.*

Haymo.

Pſalm.75. Iſai. 75. *Ad patrocinia ſanctorũ confugiendum eſt.* Haymo.

Matth. 24.

289\. Secundò , Quamvis Reges ac Principes in malam partem aliqui accipiant ; tamen multi in bonam interpretantur , eſt Haymo proximè citatus , & Ioachimus citandus ; & ſic Gagnæus rem explicat ; per Reges , & Principes , fideles majoris dignitatis intelligit ? fortes in fide , divites bonis operibus , ſervos Juſtitiâ liberos à peccato. Si ergo iſti ſunt viri ſanctitate illuſtres , & à peccato liberi , cur ſic latitantes ſe recipiunt ad cavernas montium ; cùm non habeant peccatum , quod facit homines timidos ? non mirandum tamen , quod etſi ſanctiſſimi , ad ſpeluncas ſic fugiant , ſic timeant ad Dei judicium , ut quilibet parum fidat de ſua juſtitia ac virtute ; quod obſervat Divus Cæſarius Arel. ad illa verba Matth.25.n.9. *Ne fortè non ſufficiat nobis* ,

Haymo, Ioachim. Gagn. *Viri ſancti parum fidunt de ſua juſtitia, ad Dei judicium.*

Matth. 15. *bis, & vobis, ite potius ad vendentes.* Sic ait Sanctus Pater: *Tantus terror, & tanta exinanitio erit in die judicii, ut etiam illi, qui oleum miſericordiæ ſe intelligunt abundantius præparaſſe; metuant, ne eis poſſit, ad omnia peccata remittenda ſufficere.*

D. Cæſar.

290. Tertiò Quomodo magni Reges, fortiſſimi Principes, in tanta preſſura, in petris montium refugium quærunt? cur non potius ſubditos ſuos comparant, & exercitus armant, & ad prælia convocant? Per has montium cavernas intelligit Joachimus Abbas, Monaſteria ac cubicula Monachorum, in eis enim, in ſuis laboribus, ac moleſtiis, potentes ſæculi refugium inveniunt; ſic ait Præfatus Abbas: *Poſſumus per ſpeluncas, accipere ſecreta, quæ reſiduarunt, Monachorum cubicula; per petras verò montium, ſpirituales viros, fidei everſione robuſtos, ad eos confugiunt multi pœnitentiam accepturi.*

Multi timore agitati ad Monaſteria fugiunt.

Ioachim.

291. Quartò, Aretas per Reges, & principes, intelligit Satanam, qui Princeps hujus mundi eſt dictus; per ſervos, & liberos, minores Dæmones interpretatur; & cur ſe abſcondunt in ſpeluncis; & montes deprecantur, ut ſupra ipſos cadant? intentant, ſic occultati fugere à ventura ira. Citat. Epiſcop. Cæſarienſ. *Topicè dictum eſt, quod ſtudeant, incitare montes potentes, ut ſuper ſe cadant; quò occultentur; deſignant enim, quod ſugere cupiant ſupplicium, quod ſuper ipſos inducetur à Chriſto.* Hoc autem non ſic eſt intelligendum, quod hic per aëra degentes ante judicium pœna inferni non afficiantur; à primo inſtanti, quo à cœlo ceciderunt, tormentis vexantur; ſed dicitur, timere eos ſupplicium, quod in ipſos à Chriſto infligendum eſt; quia ab eo loco excluduntur, ex quo valeant, tentationes, ac moleſtias inferre hominibus; quod graviſſimum erga eos eſt tormentum; ut teſtatur Divus Thomas in cap. 8. Matth. *Magnum tormentum reputant Dæmones, quod non poſſint hominibus nocere; ſed ſi eſſent in inferno, non poſſent ita nocere; & ita tormentum magnum eſt, intrare in infernum.*

Aretas.

Dæmones timent judiciũ finale, quia poſt illud durius cruciabuntur.

D. Thom.

292. Tanto impetu, ac conatu fertur diabolus ad tentandum, quod potius eliget, omnino perire, ac non eſſe, quàm non tentare, ac non nocere. Valdè nota eſt hiſtoria Tobiæ, qui cùm eſſet juxta fluvium Tygrin, *Ecce piſcis immanis exivit, ad devorandum eum.* Tobiæ 6. num. 2. Piſcis, dum exit ab aqua, omnino perit quomodo ergo piſcis iſte audet, ſe erigere, & caput levare extra aquam, in quo erat ejus mors, & certus interitus? Hic piſcis, Auctore Beda, Symbolum erat Diaboli, ab ejuſque ingenio movebatur, qui tam avidus erat ad prædam, quod elegit, extra proprium elementum cum magno vitæ ſuæ diſcrimine erumpere, ut Tobiam apprehenderet, & in fluvium demergeret aptius judicans perire, quàm in hominem non ſævire; Hoc Diaboli ingenium notavit D. Hieronym. ad illa verba Iſai. 9 nům. 5 *Veſtimentum mixtum ſanguine, erit in combuſtionem, & cibus ignis.* Ubi de Dæmone loquens ait; *Quibus ſi optio detur, magis eligent perire, quàm prædam perdere.*

Tob. 6. *Vult diabolus, potius perire, quàm non ſævire, ac tentare.*

D. Hieron. Iſai. 9.

293. Nullum gravius tormentum diabolo, quàm non tentare. Conveniunt Theologi in 4. ſent. d. 45. &c. par. quæſtione 64. artic 4. Multos dæmones in medio aëre inter cœlum, & terram cruciari; Tamen in quæſtionem ſtatim vertitur, cur talis locus illis ſit aſſignatus ad ſupplicium, qui potius in imis terræ viſceribus obruendi videbantur? Variæ ſunt Theologorum rationes; illa tamen maximè ad rem præſentem, ut diabolus conſtitutus inter juſtos, qui jam triumphant in patria; & etiam inter eos qui adhuc in via peregrinantur, utroſúmque invidia torqueatur; maxime cùm ſuis tentationibus non valeat ſuperare, ac opprimere. Divus Bernardus ſermone 54. in Cantic. *Diabolus, ait, in pœnam ſuam; locum in aere medium inter cœlum, & terram ſortitus eſt, ut videat, invideat, ipſa invidia torqueatur.* Et paulò poſt Conſiderans diabolum, tanquam Montes Gelboë, omni rore deſtitutos, cùm reliqui in circuitu montes cœleſtibus imbribus fœcundentur: *Quam miſer, ait, cum ſuſpicit cœlos, in quibus innumeros montes intuetur, divina claritate fulgentes! Quàm miſer, cum reſpicit terram, montes quamplurimos de populo acquiſitionis habentem? cum quanto putamus dolore aſpiciat illos cupidiſſimus gloriæ, iſtos in circuitu ſuo tam glorioſos montes; cùm ſuos è regione incluſos, tenebroſos, bonis omnibus infœcundos deſpiciat.* Divus Bernardus hæc ſcribit ad invidiam Dæmonis? Ego verò refero ad magnum illius tormentum cùm non valeat tentare eos, qui ſunt in cœlo, utpote tentationis expertes; nec tentamenta ejus aliquid proficiunt contra juſtos in terris, ſi à gratia Chriſti protegantur, ac corroborentur.

magnum tormentum diabolo non tentare.

D. Bern.

Apoc. 6. n. 16. Et dicunt montibus, & petris; cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira Agni.

Num. 17. Quoniam venit dies magnus iræ ipſorum: & quis poterit ſtare?

VERSIONES.

Arabic. n. 16. Abſcondite nos à facie ejus, qui ſedet ſuper thronum.

Oecumen. Occultate nos.

D. Cyprian. A conſpectu ſedentis ſuper

S. Proſper. thronum.

Syriac n. 17. Dies magnus ille iræ

Arabicus. Magnus illis dies ipſius; & quis eſt, qui poſſit conſiſtere.

D. Cyprian. Quoniam venit dies internecionis.

Oecumen. Et quis poteſt, ſalvus fieri.

EXPO

EXPOSITIO X.

AT *dicunt montibus, & petris: cadite ſuper nos*: Fit hìc alluſio ad illa verba Chriſti D. Luc. 21.
294. num. 30. *Tunc incipient, dicere montibus, cadite ſuper nos.* Quod indicat magnam afflictionem, ac tribulationem illorum hominum. *Abſcondite nos à facie ſedentis*, id eſt, Dei omni potentis quem etiam infideles recognoſcent; nam tot, tantiſque calamitatibus vexati, ex relatione juſtorum, qui talia futura prædixerunt, agnoſcent in proximo magnam venturam iram. *Et ab ira Agni*; ſcilicet Chriſti Domini iram Deo attribuunt, non in quantùm eſt paſſio, & turbatio mentis, ſed in quantùm zelus puniendi, & oſtendendi, & rigorem juſtitiæ.

295. *Quoniam venit dies magnus iræ ipſorum*; ſcilicet ſedentis ſuper thronum, & Agni, vindicis peccatorum; *dies magnus* dicitur more Scripturæ, quo Deus aliquid magnum, ac mirabile facit; *Et qui pote. it?* In conſpectu tanti furoris, & iræ. Si verò ad tempora Antichriſti hoc referas, explicabis: quòd quis poterit ſtare firmus, & conſtans in fide, tempore tantæ adverſitatis? erit enim tunc tribulatio, qualis nunquam fuit nullus ſanè, niſi fuerit gratia Dei præventus, & munitus.

QUÆSTIO XXXIV.

Quare extremo judicio tantum ſit mentio de Æterno Parente, ac ejus unigenito filio Chriſto Jeſu; nulla verò eſt mentio de Spiritu ſancto?

296. *Cur non dicunt: abſcondite nos à facie Spiritus ſancti?*

CLamant infelices illis, & dicunt *montibus & petris: cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum*, id eſt, Æterni patris; *& ab ira Agni*; nempe Chriſti, cur etiam non dicunt abſcondite nos à facie Spiritus ſancti? cur ſicut Pater, & Filius, etiam Spiritus ſanctus; ſedens judicaturus non apparet?

297. Macrob. 6. Obſervavit Maldonat. Macrob. 16. num. ad illa verba: *Dominus quidem Jeſus, poſtquam locutus eſt, eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à*
Maldonat. *dextris Dei.* Ait ipſe Maldonatus: Animadverto autem in ſacris literis nunquam Spiritum ſanctum, ſed ſolùm, Patrem, & Filium dici ſedere. Quod ſedere, ut dixi, gubernare ſit; & non Spiritus ſanctus, ſed Pater, & Filius dicuntur gubernare; gubernare, inquam extrinſecus; nam in-
Amor neſcit quieſcere. trinſecus quidem animas hominum regere, Spiritus ſancti proprium eſt His verò addo; quod Patri tribuitur potentia, Filio ſapientia; & hinc ſedere dicuntur, pro noſtro documento quod circumſpecto, ac quieto animo, cuncta agunt, & diſponunt; & ideo olim judices, non niſi ſedentes, ſententiam proferebant; At Spiritus ſanctus eſt amore, qui neſcit ſedere, ac quieſcere, ſed proprium ejus eſt, inceſſanter operari. Vidi ſuprà cap. 4. quæſt 32. n. 283. & tom. 1. in Evangel. lib. 1. cap. 6. 1. n. 9

Ad noſtram tamen quæſtionem ut patet ex noſtro text. In extremo judicio ſolùm fit mentio de Æterno Parente, ac magno Chriſto Domino, nulla verò Spiritus ſancti: Tanto rigore exercebitur ultimum judicium adversùs impios, ut nulla erga eos Dei amoris umbra appaitura videatur. Ait Regius Vates. Pſalm. 75. num. 8. *Tu terribilis es: & quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua.* Ubi de extremo judicio eſt ſermo, ut patet ſequenti verſione: *De cœlo auditum feciſti judicium.* Quod etiam notavit Caſſiodorus Illud tamen maximè eſt: *ex tunc ira tua.* Et ipſo judicio finali oſtenſa, & declarata eſt ira Dei: nónne hæc maximè manifeſtata eſt in ſubmerſione totius mundi? Nonne hæc manifeſtata eſt, quando Dominus pluit ſuper Sodomam, & Gomorrham ignem, & ſulphur? Nónne hæc manifeſtata eſt, immiſſa peſtilentia in Iſraël, in qua per medium diem ceciderunt Septuaginta millia virorum? Cur ergo ait: *Ex tunc in judicio ira tua?* Vult dicere; quod ſæpè, Deus iræ, ac juſtitiæ ſpecimen dedit; ſed ex tunc in tantùm ſe ipſum excedet, ut dicere quaſi valeamus; *Ex tunc ira tua*: quaſi ad tunc non oſtenderit Deus ita iram ſuam. Nam antea iram manifeſtavit, commixtam tamen miſericordia, ut in univerſali diluvio generis humani, octo animæ ſalvæ factæ ſunt 1. Petr. 3. n. 4. In univerſali incendio civitatum Sodomæ, Loth cum familia ſua liberatus eſt, & ob ejus preces Segor ſalvata eſt. Geneſ. 19. num. 23. Quod etiam viſum eſt in illa magna peſtilentia Iſraël; nam cùm eſſet deſignata in tres dies, Dominus ob ſuam miſericordiam ad medium diem abbreviavit 2. Reg. cap. 24. num. 16. Ait in extremo judicio, nil pietatis, ac miſericordiæ apparebit; ſed undique furor, ac indignatio; & ideo per Antonomaſiam dies iræ, ac furoris Domini dicitur. Caſſiodorus: *Ex tunc dicit*, ait, *tempore judicii, qui etiam dies iræ, & furoris dicitur.*

298. *In extremo judicio nullum miſericordiæ ſignũ apparebit.* — Pſalm. 75. — 1. Petr. 3. — Geneſ. 19. — 2. Reg. 24. — Caſſiod.

De hoc extremo die agens Iſaias 13. num. 9. 299.
ait: *Ecce dies Domini veniet, crudelis, & indignationis plenus; & iræ, furoriſque.* Cur crudelem Iſai. 13.
diem domini dicit Propheta, à quo crudelitas, & ſævitia abeſt? cur indignationis, & furoris plenum, qui nihil niſi cum ſumma æquitate operatur. Cur tot Epitheta exaggerationis iræ Dei proponuntur? ut denotetur, quod tam terribilis futura ſit illa dies, ut nullo modo poſſit, ſatis exprimi. Divus Ælredus ſermone 9. in cap. 13. Iſaiæ: *Commemorantur hìc*, ait, *quatuor quaſi manifeſta ſanè illius futuræ calamitatis indicia; crudelitas, indignatio, ira, & furor; crudelitas eſt, quando ira modum excedit: indignatio, quando perſona alicujus, qui facit injuriam, certa aliqua vilitas innoteſcit: ira ſolet apparere in voce, vel vultu: furor in actibus. Dies itaque illa, crudelis erit, quia in ea maxima crudelitatis ſpecies apparebit, quando elementa ignis calore ſolventur; Plenus erit indignationis; quando divina majeſtas, & hominis innoteſcet infirmitas, manifeſtúmque erit omnibus, quomodo adverſus tantam poteſtatem, tanta ſævierit infirmitas. Erit plenus iræ: quando vox illa terribilis audietur: Diſcedite à me maligni in ignem æternum: quam profectò ſententiam. . . . Judicis furorem ſequitur tribulatio: quando euntibus illis in combuſtionem æternam, nulla erit effugiendi facultas & nulla ſpes evadendi.*

Dies judicii ita terribilis, ut exprimi non valeat. — S. Ælredus.

300. Maximè in rem noſtram expende illud : *Dies indignationis plenus , & iræ furoriſque*;quod plenum eſt,non dat locum alteri rei ; ſic ille deſerit plenus indignationis, iræ,& furoris,ut nullus detur locus miſericordiæ;ac pietatis. Vide ſupra cap.1.q.48.n.369.

In illa die nullus locus pietati datur.

QUÆSTIO XXXV.

Quare miſeri homines non dicunt montibus, & cavernis : abſcondite nos à ſententia, ac pœna infligenda ; ſed à facie Dei irati ?

301. AIt Text. *Dicunt montibus ; cadite ſuper nos , & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum , & ab ira agni.* O quam terribilis erit aſpectus , ac facies Dei irati pro quo optimè advertit D. Petrus Chryſologus ſerm.33. quod Ionas cap.1 n.Et iterum n. 01. Non ait fugio Deum ; ſed *à facie Dei ego fugio* ac ſi ipſa facies Dei irati magis timenda ſit , quàm ejus ſententia, ejuſque omnipotentia , à qua innumerabilia ſupplicia,ac tormenta infligi poſſunt.

D. Chryſ. Ioan. 1. *Facies Dei irati maximè timenda.*

302. Divus Ambroſius in commentar. ad hæc noſtra verba : *Montibus : cadite ſuper nos,& abſcondite nos,&c.* Sic. ait , *Scientes, poſt mortem ſe inferni pœnas eſſe paſſuros.cupiebant,ut montibus, ſub quibus deliteſcebant , opprimerentur , & abſconderentur à facie Dei , & à facie Chriſti ejus.* Verba illa text. *Montibus : cadite ſuper nos :* à miſeris reprobis dicta intelligunt ; æternis ſuppliciis mancipatis;qui ſic detractant,in conſpectum Dei irati venire , ut eligant potius,in tenebroſis inferni cavernis ſepeliri;& ideo exoptant,à montibus opprimi,quo eventu concludendi erant in inferno. Ecce quanta pœna eſt, videre faciem Dei irati , reſpectu æterni ignis; leves ei fiant æternæ flammæ,comparatione facta cum dolore , à conſpectu Dei irati proveniente.

D. Ambroſ. *Duriſſimum tormentum damnatis facies Dei judicatur.*

303. Valde diverſimodè ad Dei conſpectum ſe habent juſti,& Damnati in extremo judicio ; De juſtis loquens Divus Paulus,ait,1.ad Theſſal.4. num.16. *Deinde nos , qui vivimus , qui relinquimur , ſimul rapientur cum illis in nubibus , obviam Chriſto in aëra.* Juſti rapiuntur cum Chriſto in nubibus,At miſeri reprobi,audita damnationis ſententia , ait Text. Matth.25.n.46.*Ibunt hi in ſupplicium æternum.* Ponderandum maximè ad rem præſentem illud *Ibunt.*Ibunt quidem damnati ad pœnam æternam;non rapientur,non vi compellentur,ſed tanquam ſponte ibunt pedibus ſuis , Quis reus ultrò vadit ad ſupplicium, & non violenter rapitur?ad delicias currit animus, à pœnis verò fugit. Quid eſt , quod juſti rapiuntur in nubibus obviam Chriſto?Damnati verò ſponte ad infernalem ignem pedibus ſuis vadunt ? Juſti rapiuntur in nubibus obviam Chriſto;tanquam optimi ſervi , qui ad apparatum exeunt obviam regi ingredienti , ut explicant Divus Chryſoſtomus,Theodoretus,Theophylactus, & alii;hîc poſtulat Chriſti majeſtas, amorem eorum in Chriſtum,eorúmque affectus ad ejus præſentiam ; & inde amor addit alas. At reprobi ibunt , tanquam ſponte , ad ſupplicium æternum,ut fugiant à facie Dei irati, Ipſe enim judicis vultus , Agnique facies, minitans ira,fulgurans ignes , fulminans incendia , ipſis feralibus flammis acrior,acerbior apparebit,ita ut ipſi potius eligant , tartarea tormenta,quàm talem præſentiam ferre. Ne dicas , quod D. Matth.citato loco ait: *Ibunt hi*,ſcilicet damnati. *in ſupplicium æternum; juſti autem in vitam æternam.* Reſpondeo,quod juſti valdè ſponte ibunt in vitam æternam , ut Dei præſentia fruantur; Damnati etiam aliqualiter ſponte ibunt in ſupplicium æternum , ut à facie Dei irati fugiant.

1. Theſſ. D. Chryſ. Theod. Theoph. *Terribilior damnatis Chriſti vultus , iratus quàm gehennalis flāma.* D.Matt.25.

Ait Regius Vates Pſalm 37.num.4. *Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ.* Acutè ponderavit Origenes, non ait,non eſt ſanitas ab ira tua;*ſed à facie iræ tuæ*,Et cur à facie &,non potius ab ipſa ira ? ſic conſpectus Dei irati totum hominem conturbat,ac terret,ut jam non relinquatur locus alteri plagæ infligendæ ; ſic enim conſpectus Dei irati hominem concutit , torquet, & angit , ut jam ſecundæ plagæ negetur locus;quæ enim alia plaga poteſt æſtimari, ubi irati Dei facies cernitur ? Origenes homil.1.in Pſalm. 37. *Potuit dicere , ab ira tua , ſed nunc ait , à facie iræ tuæ. Quoniam quidem ſola facies iræ tuæ , id eſt conſideratio ipſa indignationis , ita me perterruit & convertit , ut iræ tuæ jam in me locus eſſe non debeat.* Ipſa conſideratio divinæ faciei iratæ , ut jam nihil acerbius valeat homo pati. 304.

Pſalm. 37. *Facies Dei irati maximè torquet, & conturbat hominem.* Origen.

Ad hoc ſpectat id , quod teſtatur Zacharias 305.
cap.12.num.10.*Et aſpicient ad me,quem confixerunt ; & planctu plangent.* Quæ verba multi, & graviſſimi Auctores ad extremum diem judicii referunt,ut Lyran.Ianſen. & alii ; maximè notandum ; *aſpicient ad me , & plangent planctu,* Repetitè dicitur ad majorem exaggerationem; & non plangent ob ſententiam prolatam à Judice : *Ite in ignem æternum* : ſed quia aſpicient eum : Rupert lib 5. ibi : *Planctus,ait , alterius magnitudo , quantumcumque fuerit , nihil erit ad magnitudinem planctus futuri ; quando ille, quam confixerunt, aſpiciendus apparebit.* Equidem intolerabilis dolor& confuſio erit,quod captivus, & abjectus veniat in conſpectum tantæ majeſtatis à te ingratiſſimè deſpectæ , & læſæ. Vide ſuprà cap.14.n. 627.

Zachar. 12. *A facie Dei irati planctus magnus.* Rupertus.

CAPUT SEPTIMUM.

HOC caput, pars eſt ſuperioris capitis, ſimulque ſigilli ſexti, & veluti præambulum ad ſigillum ſeptimum; oſtensóque pro iniquis infeliciſſimo exitu, cum ipſo mundo, quem diligunt, & inde oſtenditur auguſtiſſimus exitus Juſtorum; ſignanturque ipſi, ne plagis impiorum involvantur, duodecim nempe millia ex ſingulis tribubus Iſraël; poſt hæc videt Ioannes innumeram turbam ex omnibus gentibus, ſtantem ante Dei thronum, cum ſtolis albis, & palmis, Deum laudantem, eique gratias referentem.

Apoc.7.n. 1. Et poſt hæc vidi quatuor Angelos, ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent ſuper terram, neque ſuper mare, neque in ullam arborem.

VERSIONES.

Arabicus. Stantes in quatuor angulis terræ, qui tenuerunt quatuor ventos terræ, ne flaret ventus ſuper terram, neque in mare, neque ſuper ullam arborem.

Syrus. Ut non flaret ventus, neque ſupra arbores.

EXPOSITIO I.

POST *hæc* Poſt horrenda nempe illa, quæ viſa ſunt, aperto ſexto ſigillo, in fine ſuperioris cap. ſigna nempe in Sole, Luna, & Stellis, ac in terra, quæ prætendebant impiis extremis ſupplicia. Vidi, ait Joannes, in eodem ſigillo ea etiam quæ ſpectant ad juſtos, ac proinde: *Vidi quatuor Angelos*, bonos, & Dei miniſtros. *Stantes ſuper quatuor angulos terræ.* Seu Extremitates, ſeu plagas orbis. *Tenentes quatuor ventos terræ*; ſtabant Angeli; tanquam præſides ventorum, & tenebant, ſeu cohibebant Eurum ab Oriente, Zephyrum ab Occidente, Auſtrum à Meridie, Aquilonem à Septentrione, ſub quibus etiam alii intermedii venti intelliguntur; & continebant, ac coërcebant ventos, ut decretum erat, ne vehementiori impetu flarent, & tempeſtates moverent, priuſquam electi ſignarentur, ut à talibus cladibus per ventos procreandis ſubtraherentur; ut olim in Ægypto ſubtractæ ſunt domus Hebræorum ſignatæ ſanguine Agni. *Exod.12.*

QUÆSTIO I.

Quinam ſint iſti quatuor Angeli?

PRimò, Aureolus, & Lyranus, tenent, quod iſti quatuor Angeli, ſint quatuor Tyranni, tempore Conſtantini regnantes; ſcilicet Maximianus in Oriente; Severus in Italia, Licinus in Ægypto, Maxentius Romæ, qui tenuerunt ventos, id eſt, Doctores, ac Prædicatores, ne fidei doctrinam ſuper terram diſſeminarent; & de hæc ſententia iterum erit ſermo quæſt. 3. & hac ſententia, quamvis ad mores poſſit ſubſtineri, in eo quod regna, ac imperia mundi comparat ventis: quia regna mundi facilè, ac brevi tranſeunt, & tanquam venti nullum poſt ſe veſtigium relinquunt. Tamen ſecundùm litteram, non eſt vera: nam ſine ullo exemplo Scriptura nomen Angeli tyrannis accommodat. 2. *Aureol. Lyran.* *Viegas.* *Regna mundi brevi tranſeunt.*

Secundò, Ambroſius, Primaſius, Beda, Anſelmus & Ansbertus, accomodant quatuor Angelos Romano imperio, quod tenebat quatuor ventos, id eſt quatuor mundi plagis imperabat, Orienti, Occidenti, Septentrioni, & Auſtro, & revera quatuor partes orbis per quatuor Cardinales ventos deſignantur. Ezechiel. 37. numero 9. dicitur: *A quatuor ventis veniat ſpiritus:* Et Domin. Matth. 24. numero 31. *Et mittet Angelos ſuos, qui congregabunt electos ejus à quatuor ventis* Sed contra hanc interpretationem facit: quia Angeli tenentes quatuor ventos, erant quatuor: Imperium autem Romanum, erat unum. *Romanum imperium.* *Ezech. 37.* *Matth. 24.*

4. Primaſ. Anſbertus. Anſelm. Tertiò, Primaſius, Anſbertus, & Anſelm. per quatuor Angelos intelligunt quatuor præcipua mundi Regna, quæ cum Chriſtus venit in mundum, tenebant ventos, ac totius orbis partes ſcilicet pacem, lætitiam opes, & commoda orbis; quia ſuis rapinis & cædibus homines divexabant; ſed nunquam in Scripturâ talia regna Angeli appellantur; nec illis quadrat, quæ in hac prophetia ſunt.

5. Alcazar. Quartò. Alcazar conſtituit hos quatuor Angelos, quaſi velut quatuor Æolos, qui ut ventorum Domini, eos carceribus, vinculiſque coërcent; frementeſque frænant, ú nve laxant pro ſua libertate, ut de Æolo 2. Æneidos fingit Virgilius, Vigil. Alcazar tamen revera, intendit communem ſententiam, de qua ſtatim.

6. Mali Angeli. Communis, & vera ſententia, per hos quatuor Angelos, verè & propriè intelligit Angelos, ut miniſtros Divinæ juſtitiæ. Controverſia tamen eſt an iſti Angeli ſint boni, vel mali? Richard. Joachim. Thom Aug. Viegas. Gang. Delrio. Malos Angelos eſſe, tenent Richardus, Joachim Abbas, Thomas Anglicus, Viegas, Gagnæus, & Martin. Delrio 2. de Magia quæſt. 11. citans Clementem lib. 4. recog. Auguſtinus lib. 3. contra Jul. Hieron. lib 7. in Jovian. & alii. Iſti enim Angeli videntur eſſe de illis, de quibus in Pſalm. 77. Pſalm 77. num. 49 eſt ſermo: *Immiſſos per Angelos malos.*

7. Dæmones invigilant ad devorandum. Et in hac ſententia quoad mores à qua ſunt notanda. Primò, ait: *Vidi quatuor Angelos ſtantes.* Dæmones ceciderunt de cœlo, quomodo ſtat; Vigilant nempe, ut nos præcipites in ruinam trahant. Richard. Richardus: *Univerſi Dæmones ſtantes, & quos in latitudine mundi devorare poſſunt, conſiderantes.* Secundò, dicitur in Text. *Te ente quatuor angulos*, ſeu omnes quatuor orbis partes; quia non in una parte ſed in omnibus, inferre nocumentum, contendunt. Thom. Thomas Anglicus *quia in omnibus partibus nocere ſtudent.* Tertiò dicitur: *tenentes angulos.* Apud angulos ſunt ſordes, & ſterquilinia. Hugo. Dæmones tentant impuros. Cardinalis Hugo: *Dæmones ſtant ſuper quatuor angulos terræ, in angulis ſolent ſordes confluere*; ac ſi dicat: Dæmones tentant homines terrenos, quos plenos ſpurcitia, ac immunditia tenent. Quartò, dicitur: *Tenentes quatuor ventos.* Nituntur Dæmones, impedire quatuor Evangelia, ſeu Verbi Divini Prædicatores; quorum doctrina terra recreatur, vivificatur, fœcundatur, ac à ſe noxas, & iniquas errorum exhalationes rejicit & exſufflat. Joachim. Richardus, Joachimus Abbas: *Quia Dæmones, ne verbum ſacri Evangelii malis, vel bonis prædicetur, laborant.* Quintò, dicitur in text. *Ne ſtarent ſuper terram, neque ſuper mare, neque in ullam arborem.* Cohibitione ventorum denotatur ingens malorum univerſalitas tempore Antichriſti. Aretas: *Ventorum prohibitio manifeſte deſignat debiti ordinis ſolutionem, & malorum inevitabilitatem.*

8. Boni Angeli. Andr. Cæſ. Ribeira. Cornelius. La Haye. D. Bernard. D. Auguſt. Contraria ſententia, quod iſti quatuor Angeli ſint boni, mihi videtur vera, & certa. Eam tenent Andræas Cæſarienſ. Ribeira, Pererius, Cornelius, Joannes de la Haye, Divus Bernardus, & alii; nam Deus valdè frequenter juſtitiam, & punitionem exercet, per Angelos bonos, ut docet Divus Auguſtinus lib. 9. de Civitate Dei, cap. 5. *Sancti Angeli*, ait *ſine ira puniunt; quot accipiunt æterna Dei lege puniendos*, & patet in multis; per bonos Angelos Deus ſubvertit Sodomam. Nam Abrahamus illos adoravit. Geneſ. 18. num. 2. Loth. ut ſanctos Angelos allocutus eſt; *Quæſo Domine mi, quia invenit ſervus tuus gratiam coram te, & magnificaſti miſericordiam tuam, quam feciſti mihi.* Geneſ. 19. num. 19 Per bonum Angelum Deus percuſſit Iſraë peſtilentia, ſicque dicitur: *Angelus Domini* 2. Reg. 24 n. 16. per bonum Angelum Deus interfecit exercitum Sennacherib 4 Reg. 19. 35. per bonum Domini Angelum minatur Daniel. 13. num. 55 mortem impudicis ſenibus; unde notant R beira, & Cornel. quod quando Dæmones, dicuntur Angeli, ſemper aliquid additur, quo oſtenditur, ſermonem eſſe de malis, ut illud Pſalmi: *immiſſiones per Angelos malos.* Geneſ. 18. Geneſ. 19. 2. Reg. 24. Dan. 13.

9. Angeli boni probantur ex ipſo text. Deinde ex ipſo context. bene colligitur, quod ſint Angeli boni; nam Angelus, qui habebat ſignum Dei vivi, ſine dubio bonus Angelus erat, ad eos tanquam ſocios loquitur: *Quoad uſque ſignemus ſervos Dei noſtri in frontibus eorum.* Non dixit: *ſignem*, ſed ait, *ſignemus* nos omnes, & poſtea ſabdit: *ſervos Dei noſtri.* Non dixit abſolutè, *Dei* vel *Dei mei*, ut dixiſſet, ſi compellaſſet Angelos à ſua ſocietate alienos. Erant ergo iſti Angeli boni, miniſtri divinæ juſtitiæ; imò & Archangeli totius orbis principates, quibus univerſalis terræ cura commiſſa erat; & ideo ſtabant ad quatuor angulos orbis.

10. Viegas. Objectio. Objicit Viegas; Angelus, qui habuit ſignum Dei vivi, erat bonus Angelus, & clamavit: *nolite nocere terræ & mari.* Ex quo conficitur, quatuor Angelos iſtos, non ex Dei præcepto, & imperio, ſed etiam præter ejus voluntatem & imperium, ac permiſſionem ventos laxare in commune damnum, intendiſſe. Quod ſi Angeli boni forent, nequaquam favere potuiſſent. Solutio. Reſpondeo, quod ſæpè unus Angelus bonus reſiſtit alteri, & aliqua intentat, quandiu divina voluntas non eſt ei manifeſtata, ſic Angelus cuſtos Perſarum reſtitit Gabriel, dum ei non erat aperta divina voluntas circa libertatem populi. Dan. 10. n. 13 ut ib docent interpretes. Dan. 10. Unde quando dicitur in text. *Ne ſtarent*, intelligitur donec Dei voluntate cognita, Angeli laxarent eos ad flandum.

11. D. Bernard. Iſti Angeli boni adſtant ſuper quatuor angulos; quia ut ait Divus Bernard. Senenſ. ſerm. 1. de inſpirationibus art. 1. cap. 2. tom. 3: Quadruplex eſt eorum cura circa humanam mentem. Primò, eam illuminare in Dei lege; Secundò, Incendere in ejus amore. Tertiò, habilem reddere, & adjuvare ad omnem motum bonum; Quartò, eam cuſtodire, ne à flatu venti diabolici decipiatur. Angelus invigilat, ut nos ab omni tentatione cuſtodiat. Non ſuper aliam partem ſtant Angeli; ſed ſuper angulos. Item Divus Bernardus Senenſ. tom. 2. ſerm 8 c. 3. *Stant ſuper angulos*, ait, *quia officium habent refrænandi quaſcumque malas affectiones, à quibus mala conſurgit tentatio, ad præcipitandum homines ad peccandum* In angulis tenduntur, ac parantur inſidiæ. Prove. b 7. num. 21. *Nunc juxta angulos inſidians*: ex angulo pomarii machinantur ſenes inſidias in ſanctam Suſannam. Daniel. 13. num. 58. Inde Angeli ſtant ad angulum, ut ab eo, omne noxium, ac nocivum homini ejiciant, ipſumque ab omni malo cuſtodiant, & liberent. Prov. 7. Dan. 13.

Satis

12. Satis nota eſt parabola illa de homine, qui incidit in latrones deſcendens ab Hieruſalem in Hiericho, *cùmque latrones deſpoliaverunt, & plagis impoſitis, abierunt, ſemivivo relicto*: Venerunt ſacerdos, & levita; illum prætereunt, nullam opem ei ferentes? Samaritanus autem iter faciens, videns eum, miſericordia motus eſt; ponens eum ſuper jumentum, duxit in ſtabulum, & curam illius egit: *& altera die protulit duos denarios; & dedit ſtabulario, & ait, curam illius habe.* Luc. 10. num. 35. Communis eſt ſententia D Auguſt. D. Ambroſ. Bedæ, Euſebii, & aliorum, ut retuli, tom. 1 Evang. cap. 21 q. 10. n. 69. quod Samaritanus ille, Chriſtus D. erat. Stabularius autem, Angelus cuſtos eſt Eccleſiæ, ut multi Patres docent. Origen. homil. 39. in Lucam. Curam illius habe: *Cùm vellet* ait, *Samaritanus, nunc proficiſci, de probata pecunia ſua tulit duos denarios, & donat ſtabulario, ſeu Angelo Eccleſiæ, cui præcipit, ut diligenter curet illum, & ad ſanitatem uſque perducat.* Ex quo grandis inſurgit difficultas, nomine Samaritani intelligitur Chriſtus D. qui apud Joannem non renuit Samaritanum appellari; ſtabularius eſt Angelus; ut homo ſuam ſanitatem recuperet, Dominus eum tradit Angelo; nonne Dominus valdè faciliter poterat, eum per ſe ſanare, ad quid eum committit Angelo? ut nobis manifeſtaretur, quantùm valet cura, ac ſolicitudo Angeli erga nos; quia ut homo ad integram ſanitatem veniret, ac ut omne peccati, ſeu tentationis vulnus à ſe depelleret, ſub Angeli tutela committitur. Sub qua omne malum propulſabatur, integra ſalus recuperabatur; ſed quid eſt, quod ſtabulario, ſeu Angelo dedit duos denarios? Ingens nempe gaudium, ac lætitiam, quam de noſtra ſalute habet; ſic enim in noſtra ſanitate Angelus lætitia, & gaudio perfunditur; ac ſi in hoc magnam reciperet mercedem & præmium.

Luc. 10. | D. Auguſt. | D. Ambr. | Beda. | Origen.

Angelus maximè ſolicitus de noſtra ſalute, in qua gaudet.

13. Poſtquam populus peccavit in adoratione vituli: Ait Deus Moyſi: *Mittam Præcurſorem tui Angelum, ut ejiciam Chananæum, & Amorrhæum, & Hethæum &c. & intres in terram fluentem lacte, & melle; non enim aſcendam tecum; quia populus duræ cervicis es, ne fortè diſperdam te in via.* Exod. 33. n. 2. & 3. Committit Dominus Angelo populum ſuum, ut eum ducat per viam, & à facie ejus ejiciat inimicos, cúmque introducat in terram fluentem lac & mel; ſi hoc concedit populo, cur eum per ſe non ducit, cùm ipſe ſit totus natura pius, clemens, & beneficus; cur ergo ei denegat ſuam præſentiam? ait: *Ne forte diſperdam te in via.* Nonne etiam Angelus diſperdere eos poteſt? cur ergo, Domine, magis à te, quàm ab Angelo times? Adverte, quod ſi in Deo eſt Patris lenitudo, ſic etiam in eo eſt Judicis ſeveritas, quam Angelus non habet: ecce cur ducatum populi vult potius committere Angelo: ſcit enim optimè, quod quidquid ab Angelo mediatur, hominibus eſt ſalutare; tum ut eos cuſtodiat, tum etiam, ut inimicos à facie eorum diſperdat, eorúmque inſidias, ac machinas diſſolvat, Tritem. in Comment. ad c. 7. Regula S. Benedicti, de Angelo nobis propitio ſic loquitur: *Unuſquiſque hominum, ait, habet Angelum ad cuſtodiam ſibi deputatum, mediante quo apertum producitur, ſine ſuffocatione; in vita conſervatur ſine moleſtatione; & tandem finem imponit homini ſua ſedula viſitatione; cùm ſimus ergo homines fragiles, & mortales, ex magna pietate ſua Deus omnipotens unicuique noſtrum jugiter ad cuſtodiam, unum deputavit Angelorum: qui nos cuſtodiat, foveat, protegat, & liberet.* Vide ſuprà cap. 3. q. 16. n. 137. 138. & 139.

Exod. 33.

Noſtra ſalus ſub tutela Angeli valde ſecura.

Tritem.

QUÆSTIO II.

Quare Angeli cohibent ventos, ne flarent ſuper terram, & mare? & quid nomine ventorum ſignificatur?

QUatuor ſunt venti Cardinales terræ, qui à quatuor orbis partibus exeunt, ab Oriente, Occidente, & à Septentrione, ac Meridie. A nautis verò alii multi hinc & hinc adduntur. Cur ergo dicitur, quod Angeli tenebant ventos, eſt quæſt. præſens? 14.

Cornelius in præſenti, ait, quod unus Angelus præſidet Orientali vento, alius Occidentali, & ſic de aliis ventis; & addit: *Dicimus, hos ventos, eorum motus, & agros non tam à vapore, aliâve cauſa naturali, quam difficile eſt reddere; Unde in ea laborat Ariſtoteles, & omnes Phyſici; quàm ab Angelis concitari, agi, ac dirigi: Deus enim per Angelos regit ac moderatur orbem, ſicut Dominus per aurigam regit, moderatur equos, & currum.* Hæc ille. Quamvis benè agnoſcimus, multa per Angelos miniſtrari à Deo; non tamen exiſtimamus; res phyſicas ſublunares Deum reliquiſſe, ſine cauſis ſui ordinis. Si enim cæteræ res naturales ſuas habent cauſas naturales, utique etiam & venti; & ideò dicitur in Pſal. 134. n. 7. *Qui profert ventum de theſauris ſuis*; hoc eſt, de rebus valde occultis. Nec videtur decens, ut Angeli ad quoſcumque ventorum flatus ſe demittant; & ut ſtatim dicam: hîc ſimpliciter non intelliguntur venti materiales. 15. Cornelius. Pſalm. 134.

Secundò, Ribeira contendit, plagam non conſiſtere, in emiſſione ventorum, ſed in eorum retentione; ait enim: tenere autem ventos, ne flarent in terram, & mare, nihil eſt aliud quàm velle perdere omnia, quæ ſunt in terra, & in mari: quæ ſi venti penitus cohibeantur, citò interire neceſſe eſt: Nam omnia terræ animalia vento foventur, & conſervantur; eo ſubtracto, præfocantur; plantæ vento nutriuntur; & vegetant, & per eum imbribus irrigantur, atque ita ſine vento, calore cœli conſumerentur, & nihil terra produceret; piſces ſimiliter interirent; & omnes qui eſſent in mari, quoniam enavigare non poſſent. Ita ille: Sed contrà, quia plaga non erat poſita in retentione ventorum, ſed in jam parata emiſſione; ut oſtendunt ſequentia verba Angeli: *Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoad uſque ſignemus ſervos Dei noſtri in frontibus eorum.* Angeli tenebant ventos; ergo in hac retentione nocumentum non erat poſitum; quia nondum nocebant mari & terræ: quod nocumentum fieret, ſi ipſos ventos emitterent, & laxarent. 16. Ribeira. *Impugnatur.*

Et ita communiter tenent omnes, ut Cornel. Alcazar, Ferrarius, & alii, quod ex verbis text. benè colligatur; nocumentum eſſe poſitum in emiſſione ventorum; non verò in cohibitione: 17. Cornel. Alcazar. Ferrarius.

quia, ut ait, citat. Cornelius; quamvis malitia, & compreſſio ventorum damnum aliquod inferat, ad ipſum tamen lentum eſt, remiſſum, & languidum: multò tamen vehementius, & horribilius damnum inferunt venti, ſi ſubitò omnes eorum laxentur habenæ, & irruant; tunc domus, templa, turres, & arbores proſternentur.

18. Alcazar. Tertiò, minùs aptè loquitur Alcazar, exiſtimans, hos ventos pertinere ad ſeptimum ſigillum, ſeptémque plagas contentas in ſeptimo ſigillo, putat, ex vi tempeſtatis horum ventorum excitari; ſed hoc nullo modo tenendum eſt: *Impugnatur.* Nulla eſt ratio, cur hujuſmodi plagæ hîc anticipentur, & toties referantur, ac repetantur; neque dicuntur de ipſo ſeptimo ſigillo, poſſunt benè accommodari huic vi ventorum ut cap. 9. num. 1. Apertura Abyſſi & num. 14. de miſſione Angelorum in fluvium Euphratem: quòd verò Alcazar ait, per has plagas intrepretari ignorantiam, concupiſcentiam, & iram Judæis à Deo inflictas, hoc valdè myſticum, & non litterale eſt.

19. Pro exacta intelligentia hujus quæſtionis: & germana intelligentia hujus Prophetiæ, Oportet advertere; quod ſuperiori capite revelatus fuit Joanni univerſalis mundi curſus uſque ad judicium: quo appropinquante, multæ erunt impiorum ruinæ, quorum finis in ſexto ſigillo, non obſcurè adnotatur; Reſtabat aperire, quid futurum erat de electis, in talibus, ac ſimilibus cladibus: hanc dubitationem tollere voluit divina bonitas, oſtendens, innumeros eſſe ſalvandos ex omnibus gentibus, ac etiam ex genere Judæorum, maximè ſæviente tempeſtate perſecutionis Antichriſti, de qua agitur in ſexto ſigillo, ad quod pertinent ea, quæ hîc referuntur ac narrantur, & ideò ad tale tempus ſpectant.

20. *Reſolutio quæſtionis. Venti denotant tentationes, & perſecutiones.* Dicunt ergo, per ventos in præſenti, quod non ſolùm denotantur ventorum procellæ, quæ ab aëris immutatione proveniunt, ut in hominibus multas calamitates producunt, ſed etiam denotantur diſſidia, bella, perſecutiones tyrannorum, tribulationéſque ab eis emiſſæ in juſtos. Daniel. 7. Et ſic in hoc ſenſu apud Danielem 7. n. 2. accipiuntur quatuor venti, quos Propheta vidit pugnantes in mari, & adjunguntur quatuor beſtiis, quæ ſunt quatuor Monarchiæ, ad ſignificandum illarum diſſidia, bella, ac contrarietates; nam venti, cum ſint validi, vehementes, deſignant perſecutiones, & tribulationes in Scriptura, & in hoc ſenſu accipiuntur. Ecclef. 43. Eccleſiaſt. 43. num. 22. hoc denotat acutus frigidus Aquilo.

21. *Vera & germana interpretatio.* Senſus ergo eſt, quod Deus, ut immiſſurus innumeras calamitates in mundum, quas ſecum involvunt & denotant præpoſita ſigilla; tamen electi ſic ſunt complectendi divino favore, ut ab illis omnibus cuſtodiantur, ſive ſint ex gente Judæorum, ſive ex multitudine gentium: Hoc autem intelligitur de hominibus electis uſque ad finem mundi, & electi erunt immunes ab omni malo, ſcilicet ſpirituali, & ſalutis; non verò temporali. Primò, quia hæc dat Deus bonis & malis, præcipuè quando ſunt univerſalia; ſecundò; quia per hujuſmodi mala, vult Deus, ſuos electos probari, tanquam aurum in fornace.

22. Angeli, ut notat Ferrarius, tenebant ventos, *Ne flarent ſuper terram, neque ſuper mare, neque in ullam arborem.* Ferrarius. In quo notatur triplex genus calamitatum: *Triplex calamitas.* Unum, quod attingit terram, & hoc illud eſt, quod creatur in mundo, per malos Eccleſiæ præſides. Secundum eſt, quod attingit mare, & eſt illud, quod creatur per malos principes, & poteſtates ſæculi; ſæculum præſens per mare ſignificatur. Tertium eſt quod attingit arbores, & tangit hunc vel illum hominem, homines arboribus comparantur; & hoc eſt, quod fit malum, à particularibus hominibus.

23. *Tribulationes juſtorum breviter tranſeunt, & in felicitates reſolvuntur.* Ex toto hoc diſcurſu, & Prophetico Schemate habemus, quod perſecutiones, tentationes, ac tribulationes, quæ veniunt in juſtos, ventis comparantur: & meritò ſanè; quia omnes perſecutiones, ac tribulationes, quæ juſto veniunt, facilè tanquam ventus pertranſeunt. Omniſque ſæva tempeſtas ventorum tribulationum, quæ in juſtum irruit, ſtatim tranſit, eique fit quieta, ac ſecura tranquillitas: Clamat anima ſancta: *Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluent Aromata illius.* Cant. 4. n. 16. Cant. 4. Poſtulat primò Aquilonem ventum frigidum, & tempeſtuoſum, deinde & ſimul Auſtrum, qui eſt ventus lenis, ſuavis, & recreans; exinde in hortulo ſuo fluent aromata; nónne videntur maximè ſibi contrarii hujuſmodi venti? quomodo ſimul utrumque deſiderat? Sciebat optimè, quod ex frigore, gelu, ac tempeſtate tribulationum, quas ſecum aſportat Aquilo inde venit ſecuritas, ac dulcedo, & tranquillitas; quas parturit Auſter, ut aromata omnium virtutum, inde in ipſa fluant. Aponius, Aponius. *frigus*, ait, *Aquilonis, & calor Auſtri, efficiunt temperatum aërem Paradiſo, quo poſſint commixto frigore tribulationis, cum calore ſecuritatis animarum, Paradiſi fluere aromata.* Ex ipſo rigore Aquilonis cum Auſtro fit commixtio, ex qua reſultat juſta ſecuritas, & tranquillitas.

24. Adeſt in monte Horeb ad oſtium ſpeluncæ Sanctus Parens Elias: *Et ecce ſpiritus grandis, & fortis, ſubvertens montes, & convertens petras:* 3. Reg. 19 n. 11. 3. Reg. 19. Septuag. poſt illum Spiritum grandem, ſeu *ventum*; ut legunt Septuaginta. *Tribulationes juſtorum in felicitate terminantur.* *Poſt ſpiritum commotio, ſeu terræmotus, & poſt commotionem ignis.* Et tandem ultimò: *Poſt ignem ſibilus auræ tenuis*; Et tunc aſtat, & adveniat Dominus. Ecce ſic res contingunt juſtos; primò, excitatus ventus grandis, & fortis perſecutionum tanquam intendens ſubvertere montes, & conterere petras: deinde magnus inſtar terræ motus: ac ſi velit, cum terra cuncta abſorbere, tandem ignis præſtatur, veluti ad comburendum, hæc tam ſæva, & dira tempeſtas finitur, ac terminatur in ſibilo auræ tenuis, quo animus maximè recreatur, ac fovetur, adepto ſummo bono, Domini nempe præſentia. Gloſſa Morali. Gloſſa Mor. *Poſt tranſitum prædictorum adeſt ſuavitas Spiritus ſancti, per ſibilum tenuem, vel dulcem ſignificata.*

25. De ſuis calamitatibus ait Sanctus Job. 30. num. 12. Job. 30. *Ad dexteram Orientis calamitates meæ ſurrexerunt.* *Perſecutiones Job ad dexteram.* Nulla unquam fuit acerbior tribulatio, quàm illa, quæ Sanctum Job apprehendit, ſanè illum ingens dolor, intolerabilis fœtor, hoſtium deprædationes, amicorum mordacia verba vehementer eum percuſſerunt, & ſuper omnia ille validiſſimus ventus, qui uno impetu concutiens angulos domus, ſimul ſeptem chariſſima

tiſſima pignora aripuit, & eripuit, ac omnibus illis parentem orbatum relinquens. Quomodo ergo tam acerbus, ac crudelis ventus, tibi eſt à dextera? ac ab oriente; *Ad dexteram Orientis calamitates meæ ſurrexerunt?* Sanè nihil adverſi, nihil doloris, accidit viro juſto; quod illi ex dextera non veniat; cùm eum ducat ad Chriſti dexteram. Gillibert. Eleganter Gillibert. Abbas, ſerm. 28. in Cantic. *Iure ventus ille*, ait, *ad dexteram venit, cui nihil ei quæſivit, ſiniſtrum inferre: quin etiam coronæ gloriæ viro juſto comportavit augmentum, quando virtus probata enituit, & quando provocata excrevit.*

Apoc. 7. n. 2. Et vidi Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei vivi, & clamavit voce magna quatuor Angelis, quibus datum eſt, nocere terræ, & mari.

VERSIONES.

Syrus. Et aſcendit ab ortu ſolis, habens ſigillum Dei vivi.

Alia litera apud D. Th. Deſcendentem ab ortu ſolis.

Pagninus. Habentem ſigillum Dei viventis.

Arabicus. Habentem annulum Dei, &c. Dicebatque quatuor Angelis, quibus præceptum fuerat, vaſtare terram, & mare.

D. Auguſt. Quibus datum eſt, lædere terram, & mare.

EXPOSITIO II.

26. Et *vidi alterum Angelum*: Id eſt, præter quatuor Angelos ſupra dictos, *vidi*, ait Joannes, *alterum Angelum*; variè varii de hoc Angelo ſentiunt, cum communi, & probabiliori ſententia dicimus; verè & propriè fuiſſe Angelum unum ex præcipuis, ac primatibus, ſcilicet Archangelis: *Aſcendentem ab ortu ſolis*; Deſcenderat nàmque Angelus in terram, ut hominum ſaluti invigilaret: & tunc aſcendere viſus eſt Joanni: ab ortu ſolis: quia cum ſole quaſi oriri, & in Horizontem, in qua erat noſter Propheta, aſcendere videbatur. Alii exponunt, *ab ortu ſolis*, quia veniebat læta, & proſpera nunciare: tum etiam quia novam lætitiam, & quaſi lucem afferebat. *Angelus afferebat novā lucem.*

27. Græcus. *Habentem ſignum Dei vivi.* Græcus habet: *Sigillum*, quo ſigna rebus imprimuntur. Videtur autem, hoc ſignum fuiſſe crucis, ut infrà latiùs dicam, quæſt. 9. *Dei vivi*, ſeu ut alii legunt, *viventis*, quod dictum eſt ad diſtinctionem veri Dei: à falſis Diis, qui mortui, inefficaces, ac impotentes ſunt: vel ſic dictum eſt ab affectu: quia Deus miſit hunc Angelum ſuum, ad vivificandos ſervos ſuos, ad ſervandóſque eos à communi reproborum interitu. *Et clamavit voce magna*; quod index eſt magni affectûs ſalutis hominum.

QUÆSTIO III.

Circa hunc Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, tres ponuntur ſententiæ.

Variæ ſunt in hac re ſententiæ, ex quibus multæ magna indigent explicatione: & primò Alcazar exiſtimat, hunc Angelum eſſe Spiritum ſanctum, qui ſignat ſe ipſo, ſuáque gratia, eóſque ab omni nocumento incolumes, immunes, ac liberos ſervat. Aut potius ait, hunc Angelum eſſe ipſam Spiritus ſancti gratiam. Hæc enim formaliter fideles, & ſanctos ſignat: Hæc ſententia eſt valdè ſingularis, & non benè in ea aptantur ea, quæ de hoc Angelo habente ſignum Dei vivi dicuntur. 28. Alcazar. *Impugnatur.*

Conſtantinus Magnus.

Secundò: alii, ut Aureolus, Lyranus, & multum probabile exiſtimat Viegas hîc, ſect. 3. & 4. Per hunc Angelum interpretantur Conſtantinum Magnum, qui quatuor Tyrannos regnantes, ſcilicet Maxentium Romæ, Maximianum in Oriente, Severum in Italia, Licinium in Ægypto, Evangelii prædicationem impedientes profligavit: Ex quo in Eccleſia, magna pax, lætitia, & propagatio facta eſt. Hic enim habuit ſignum Dei vivi, id eſt, ſignum crucis, quod de cœlo pugnaturo, contrà Maxentium, tanquam victoriæ omen, datum eſt, cum hac inſcriptione: *In hoc ſigno vinces*, ut tradunt Euſebius lib. 1. de vita Conſtantini. Nicephorus lib. 7. cap. 29. Unde tunc multi baptizati: & in ipſo baptiſmo à Sacerdotibus ſigno crucis ſignabantur. 29. Aureol. Lyran. Viegas. Euſeb. Nicephor.

Tamen hæc ſententia non ſubſiſtit: quia hæc quæ hîc ſcribuntur, pertinent ad ſextum ſigillum, in quo agitur de Antichriſto. Deinde illa: *Centum quadraginta quatuor millia ſignata, ex Iſraël; ex tribu Juda duodecim millia ſignata, ex tribu Levi, duodecim millia ſignata, &c.* Nec benè, nec cum fundamento aptantur ad tempus Conſtantini: nec etiam illa turba magna ex omnibus nationibus, populis, & linguis, Tempore Conſtantini tam univerſalis gentium converſio, non facta eſt ad Chriſtum, ita ut turba magna conſiſteret: quam nemo numerare poterat. 30. *Impugnatur prædicta ſententia.*

Chriſtus Dominus.

Hunc Angelum Chriſtum D. exiſtimant Divus Ambroſ. Anſbertus, Primaſius, Haymon. D. Anſelm. Richard. Beda, & alii. Nam Chriſtus ab Iſaïa cap. 9. num. 6. juxta Septuaginta, vocatur *Magni Conſilii Angelus*, & à Zacharia 6. n. 12. *Vir oriens*: ut teſtatur Ioan. 6. n. 27. *Nunc Pater ſignavit* 31. D. Ambr. Anſbertus, Primaſius, Haymon. D. Anſelm.

ſignavit Deus. Dicitur Angelus, non natura,ſed officio, miſſus eſt à Patre, ut nos reconciliaret ipſi Deo.

31. D. Thom. Dicitur ſol aſcendens,*ab ortu ſolis*, D. Thomas, *ab ortu ſolis, id eſt, è nativitate ſui ipſius, qui eſt ſol juſtitiæ illuminatis omnes, qui illuminari quærunt.* Malach. ultimo: *Orietur nobis ſol juſtitiæ.* Sicut ſol matutinus, flores,arbores, & prata, quæ quaſi noſtis velo erant abſcondita,& deformata, ſua luce illuſtrat,aperit, & condecorat. Sic Chriſtus ſol juſtitiæ naſcens mentes noſtras tenebris infidelitatis involutas; ac luto peccatorum difformes, ſua gratiæ luce perfundens,pulcherrimas, ac gratiſſima efficit.

Malach. *Chriſtus naſcens illuminavit mentes.*

Asbertus. Hæc verba ad Chriſti reſurrectionem refert Ansbertus, quæ ſplendore ſuæ lucis totum orbem illuminavit:*Aſcenſus ipſius*,ait Ansbertus, *ab ortu ſolis ille intelligitur, qui ab ipſa reſurrectione,quâ tanquàm novus ſol emicuit,totum mundum complendo, creſcendo replevit: unde Evangelica doctrina orbem illuſtravit.* Vel tertiò hic Angelus, ſeu Chriſtus Dominus dicitur aſcendere,non ab occaſu,non meridie,ſed ab ortu ſolis;quod eſt, læta, & proſpera nuntiare, quod Character Chriſti Domini eſt.Aretas: *Divinum Angelum*,ait: *ab ortu ſolis, & non ab occaſu,& heſpero, venire, præclarum facinus deſignare videtur, ac beneficium.*

Chriſtus reſurgens illuminavit mundum.

Aretas. *Chriſti character proſpera nuntiat.*

33. *In eo, quòd deſcendit, aſcendit.* Dicitur hic Angelus,Chriſtus D. ut notat D. Bernardin.in præſenti, aſcendere: *Aſcendentem ab ortu ſolis.*Sicut & paſſim apud Prophetas,ut Iſaïam; Aſcendit ſuper nubem levem, cùm ipſe de ſinu patris deſcendit ad nos in uterum Virginis,ſed in eo, quod deſcendit, ſuper omnem creaturam, & principatum aſcendit.

34. *Opera Chriſti monſtrabāt, eum eſſe filium Dei.* D. Ambr. *Habentem ſignum Dei vivi* Chriſtus namque, ut ait S. Ambroſ. habuit in ſemetipſo ſubſtantiale ſignum Dei vivi,ſuam nempe divinitatem; ſed in quo cognoſcebatur tale ſignum Dei vivi eſſe in ipſo? ſanè ex ſuis operibus;ſic ait Sanct. Doctor. *Quia ea opera,quæ geſſit, demonſtrabant, eum unicum eſſe filium Dei: ſicut ipſe dicit.*Ioan. 5 n.36.*Opera,quæ ego facio,ipſa teſtimonium perhibent de me.*

Ioan.5.

35. *Clamavit voce magna quatuor Angelis.* Chriſtus ſua admirabili virtute ſic compreſſit,ac refrænavit omnes tyrannos curſum Evangelicæ Prædicationis impedientes, ut viſus quodammodo fuerit,illis imperiosè clamaſſe,ne Apoſtolorum flatum coërcerent; ſed ſinerent Evangelii præcones, liberè in ſuis regnis fidem, ac religionem ſuis prædicare.

36. Moraliter tamen; cur iſte divinus Angelus parumper non expectavit, quouſque mala illa terræ, ac mari evenirent, & ab illis calamitatibus comprehenderentur? Chriſti charitas talia non permittit; ſed alea voce clamat: *Nocere nocere terræ ac mari.* Nam inſignia Chriſti charitatis prius in nobis declarantur quàm ærumnæ proſiliant; non fert Dei charitas, homines præveniri à calamitatibus, ſed prius in nos ejus beneficia deſcendunt, & amoris teſtimonia viſuntur; quod jam in ipſo exordio mundi notavit Tertullian.lib. 2. in Marc. quod licet mala velociter ad nos veniant, velocior eſt tamen Divina bonitas. Sic ait: *Statim mulier in doloribus parere, & viro ſervire damnatur; ſed quæ antea, ſine ulla contriſtatione, per benedictionem incrementum generis audierat: Creſcite, & multiplicamini; ſed quæ in adjutorium maſculo non in ſervitium fuerat deſtinata; ſtatim & terra maledicitur, ſed antea benedicta: ſtatim tribuli, & ſpinæ; ſed antè fœnum, & herbæ, & arbores fructuoſæ: ſtatim ſudor, & labor panis, ſed ante ex omni ligno victus immunis, & alimenta ſecura:exinde homo ad terram, ſed antea de terra: Exinde ad mortem, ſed ante ad vitam:ita prior Dei bonitas ſecundùm naturam: ſeveritas poſterior ſecundùm cauſam.* Quid elegantius? ſemper primas tenet divina bonitas. Inde Pſalm.20. n. 4. Canit David: *Prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis.* Antea benedictio, quàm maledictio;antea dulcia amore pocula, quàm amaræ potiones. Pſalm.20.

Prius amoris ſigna Ieſu, quam calamitas.

Tertull.

Quæstio IV.

Sanctus Seraphicus Franciſcus, hic Angelus aſcendens ab ortu ſolis cum ſigno Dei vivi, juxta graves Auctores.

Hunc Angelum ab ortu ſolis cum ſigno Dei vivi, Sanctum eſſe Franciſcum, aſſeclaſque ſuos,venerabiles Patres Franciſcanos, affirmat Divus Bonaventura in prologo vitæ Seraphici Patris: *Hunc Dei nuntium*, ait, *ſervum Dei fuiſſe Franciſcum, indubitabili fide colligimus: ſi culmen in eo eximiæ ſanctitatis advertimus: quia inter homines vivens, imitator fuit puritatis Angelicæ.* Cùm magis Sanct. Doctor dicat, *indubitabili fide:* id ipſum eidem D. Bonavent. certò fuiſſe revelatum,ſcribit.D.Bern.tom.2,ſerm 60 in principio, idque affirmant Leo X. Pontifex,& alii,quorum verba, ac ſententias refert Sedulius in elogiis S. Franciſci,& Antonius Daca lib.de ſtigmatibus. Quæ ſententia,ut multum probabilis,altiùs eſt explicanda. 37.

D. Franciſcus hic Angelus ab ortu ſolis cum ſigno Dei vivi

D. Bonav.

D. Bernard. Leo X. Sedulius. Daca.

Ait Joannes: *Vidi Angelum*: ſi de Sancto Franciſco eſt ſermo, dicendum erat: *Vidi hominem.* At Seraphicus Pater, natura homo,puritate,ſanctitate,integritate morum, Angelus. Sic ait Sanct. Bonavent. *Inter homines vivens, imitator fuit puritatis Angelicæ:* Pro quo audiendus eſt Epiſcopus Ianuenſis Iacob de Voragine ſerm.2.de S. Franciſc.*Erat ille*,ait, *homo Angelicus*, quod probat ipſe ex his, quæ dicuntur.Pſalm.103,.num.4.*Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros, ignem urentem.* Quatuor, ait,in Angelis viſuntur: Obedientiæ promptitudo: ideò dicit, Angelos ſuos, id eſt, nuntios ſuos:magna puritas: ideò ſubdit: Spiritus:magna humilitas: ideò dicit, miniſtros ſuos: fervens charitas: ideò dicit:ignem urentem: *Propter iſta Franciſcus*,ait, *Angelo aſſimilatur*,quod ipſe latè proſequitur: enituit in prompta obedientia, in reparanda Eccleſia,in puritate: laboravit diabolus, in cor Franciſci ſuggeſtionem immundam immittere,ſed per carnis mortificationem omnia vicit: enituit humilitate: qua ſe infrà omnes minimum reputabat, ideò meruit à Deo exaltari virtute, ſanctitate,fama, ac devotione omnium fidelium: enituit ferventi amore, quo Chriſtum ſupra omnia dilexit,ita ut totus eſſet configuratus cum Chriſto. 38.

S. Franciſcus fuit homo Angelicus.

Iacob. de Vorag.

Pſalm.103.

Unde

Volaterra. Unde ait Volaterranus lib. 21. Antropol. *Franciſcus conſervatoris noſtri per omnia ferè typum geſſit.* Et D. Bonavent. in legend. Franciſ. c. 14. D. Bonav. *O verè Chriſtianiſſimum*, ait, *virum, qui & vivens Chriſto viventi, mortuus mortuo perfecta eſſe ſtuduit imitatione conformis, & expreſſa promeruit ſimilitudine decorari.*

39. S. Franciſcus ſol exortus in mundo. Iacob de Volag. Eccl. 4. *Aſcendentem*, ait Ioannes, *ab ortu ſolis*. Divinus Franciſcus, cum ſua illuſtriſſima familia Franciſcana, extitit novus ſol exortus in mundo, citat. Epiſcopus Ianuenſ. eodem ſerm. *B. Franciſcus eſt ille, de quo dicitur*, Eccleſiaſt. 43. num. 4. *Tripliciter ſol exurens montes, radios igneos exſufflans.* Triplici radio Franciſcus mundum illuminavit, radio doctrinæ, cæcos in ſuis erroribus; radio exemplorum, tepidos in virtute; D. Bonav. radio miraculorum, obſtinatos in vitiis, & peccatis, ita ut ſua præſentia omnes in cœlum traheret. D. Bonavent. 4 p. in legenda minorit. *Seraphicus Pater*, ait, *alterius ſæculi homo ipſum intuentibus videbatur; quippe qui mente, ac facie in cœlum ſemper intentus, omnes ſurſum trahere conaretur.*

40. S. Franciſcus portat ſignum Dei vivi. Cant. 8. *Habentem ſignum Dei vivi.* In corpore ſuo ſacris ſtigmatibus. Ab anima ſancta poſtulat ſponſus: *Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum; ut ſignaculum ſuper brachium tuum.* Cantic. 8. num. 6. Hoc eſt: O Sponſa ſpeciem, & formam in corde tuo, ac brachio tuo, ut mens tua de me tantùm cogitet, brachium tuum nihil aliud operetur, niſi quod mens tua de me retinet; Guillelm. Guillelmus, *Pone me*, ait, *ut ſignaculum imprimere mihi intus, me jugiter cogitando, imprimere mihi foris; propter me ſtrenuè operando, ut pia cordis interna cogitatio in externam brachii operationem emanet.* Plus eſt in Franciſco, quàm optatur in anima ſancta. Optabat Divus ſponſus, ut ipſius ſponſa haberet ſui ipſius imaginem impreſſam in corde, ac brachio, ſeu manibus; at Chriſtus D. ſui imaginem in dilectiſſimo ſuo Franciſco, non ſolùm imprimit in corde, & manibus, ſed & pedibus; quia mens Franciſci ſolum Deum cogitabat, & hoc manus ejus operabantur, & pedes ejus ad illius tantùm obſequium movebantur, ac greſſus ejus dirigebantur, omnes ejus actiones in Deum maximè ordinabantur.

41. Vehementiſſimè Chriſtus dilexit Franciſcum. Ex quo patet, quàm vehementiſſimè Chriſtus eum dilexiſſet, cùm illius ſtigmata in eo eſſent impreſſa: nam propria vulnera cùm in alieno corpore videntur, maximum amorem ſolicitant, & reconciliant. Vehementiſſimo amoris vulnere erga Chriſtum transfixum erat cor S. latronis, ut inter Phariſaïca agmina, in quorum ſocietate Petrus negavit, ipſe generoſo affectu, cum in cruce penderet, pro Chriſti Luc. 24. innocentia ſtabat: *Hic nihil mali geſſit.* Luc. 23. num. 41. Sed unde illi tantus amor, tantáque B. Maxim. charitas in Ieſum? Eleganter D. Maxim. hom. 7. *Scivit*, ait, *quod illa in corpore Chriſti vulnera, non eſſent Chriſti vulnera, ſed latronis; atque adeo plus amare cœpit, poſtquam in corpore ejus ſua vulnera recognovit.* Ardentiſſimo amore Sanctus latro æſtuabat in Chriſtum crucifixum, plagatum; cognoſcebat enim, quod illa vulnera in corpore Chriſti, non eſſent tantùm Chriſti vulnera, ſed potiùs ipſiuſmet latronis; & ab ipſomet latrone inflicta; & cùm vidiſſet propria vulnera alieno in corpore, inde maximè ejus amore fervebat in eum. *Tunc plus amare cœpit, poſtquam in corpore ejus ſua vulnera recognovit.* O quàm ardentiſſimo amore Chriſtus Franciſcum diligeret, cùm in ejus corpore propria ſua vulnera recognoſceret, quæ non erant tantùm Franciſci, ſed potius ipſiuſmet Chriſti.

QUÆSTIO V.

Magnus Parens Helias, hic Angelus apparens in ortu ſolis, cum ſigno Dei vivi, juxta graves Authores?

42. HUnc Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, cum ſigno Dei vivi, eſſe ſanctiſſimum Parentem Eliam, tenet ſanctus Victorinus Pictavienſis in Bibliotheca tom. 3. & ſic ſcribit: Victor. Pictavienſ. *Cum Ioannes ait: Vidi alterum Angelum aſcendentem ab oriente, ſolum Eliam Prophetam dicit, qui anticipaturus eſt tempora Antichriſti, ad reſtituendas Eccleſias, & ſtabiliendas magna, & intolerabili perſecutione.* Eandem ſententiam Gagnæus, & plauſibilem dicitur Cornelius à Lapide; & revera ſententia eſt multum plauſibilis, multùmque probabilis. Expende verba Victorin. *Anticipaturus tempore Antichriſti.* Præ ſua multa charitate Elias anticipaturus eſt malum, antequam advenit; in quo videtur imitari divinam conditionem, ut dixi ſuprà hoc cap. q. 3. n. 36. & hæc ſententia ex eo fit multum probabilis; quia hæc quæ hic ſcribit Ioannes, pertinent ad ſextum ſigillum, de quo dictum eſt in fine ſuperioris capitis, quod ſigillum pertinet ad tempus Antichiſti, in quo venturus eſt Elias.

43. Gagnæus. Gagnæus ſic explicat hanc ſententiam; hunc Angelum ſignificare Eliam aſſeritur, & benè ab ortu ſolis aſcendentem; quia à Deo mittendus eſt, & ſole juſtitiæ Chriſto dicente Malachiæ 4. n. 2. Malach. 4. *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini, magnus, & horribilis; & convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne forte veniam, & percutiam terram.* Benè ergo, cùm præmiſiſſet Ioannes in viſione ventos, quatuor Angelos, quibus datum, & permiſſum eſt, nocere terræ, mari, & arboribus, ut pii ſerventur, quibus illi nihil nocituri ſunt; dicit Joannes, ſe in ſpiritu alterum Angelum, ſcilicet Eliam, vidiſſe: *Habentem ſignum Dei vivi.* Symbolum ſcilicet fidei, ac charitatis, qui clamaturus eſt voce magna, & Angelos pernicioſos, ac miniſtros Antichriſti inhibiturus, ne permiſſa ſibi Poteſtate abutantur, ut cuique noceant impedientes ne verbum Dei prædicetur; nolite ergo nocere terræ & mari; *quoad uſque ſignemus ſervos Dei, noſtri in frontibus eorum.* Donec eis Verbum Dei prædicaverimus, ne unà cum pravis malè afficiantur à vobis boni, & pii. Hoc tamen altiùs examinandum.

44. Elias puritate Angelus. D. Chryſ. Ait noſter Ioannes: *Vidi Angelum aſcendentem.* Si iſte Angelus eſt Elias, cur non ait: vidi hominem, ſed Angelum? Elias puritate, ac ſanctitate Angelus eſt; Angelicam vitam agens in terris D. Chryſoſt. citatus in catena aurea ad cap. 4. Luc. num. 25. *Elias terreſtris Angelus, homo celeſtis.* Deinde ait noſter Ioannes: *Vidi aſcendentem*, non dicitur, venit miſſus eſt; ſed dicitur

Eccleſ. 48. 4 Reg. 4. dicitur aſcendens; ſemper Elias aſcendit: *Surrexit Elias Propheta.* Eccleſ. 48. *Aſcendit Elias in cœlum.* 4 Reg. 2. ſemper Elias aſcendit de una virtute in aliam, de una magnitudine in alteram; de una excellentia in aliam majorem.

45. *Elias veluti ſol fulgentiſſimus.* D. Chryſ. Eccleſ. 48. *Angelum aſcendentem ab ortu ſolis.* Elias apparuit in mundo, veluti ſol fulgentiſſimus; irradians, & illuminans, Idiomate Græco Elias idem eſt, ac ſol, ut notat D. Chryſoſtom. ſerm. de aſcenſione Eliæ tom. 1. & Eccleſiaſt 48 n. 1. dicitur: *Surrexit Elias Propheta, quaſi ignis*; ex Cornelius. Græco legi poteſt, ut teſtatur ibi Cornelius: *Surrexit Elias, tanquam ſplendor.* Ipſe enim extitit totius mundi fulgentiſſimus ſplendor; ad Palatius. citata verba: ſurrexit Elias quaſi ignis; Palatius, *Ignis illuminat, & calefacit; Elias ſua vita, ſua doctrina, ac exemplo totum orbem illuminavit, & omnium corda in amore Domini inflammavit.*

46. *Aſpectus Eliæ diſſipat errorum tenebras.* *Ab ortu ſolis.* Hic magnus ſol Elias, tanquam in ortu apparet: nam ſol materialis, ubi primum gyrat ad noſtrum Orizontem, ſtatim noctium tenebræ diſſipantur, & tunc lux effulget. Meritò ergo Elias, ſecundùm Græcos ſol dicitur, quia cùm ipſe apparet, ſtatim errorum tenebræ fugantur, & vera lux reſplendet; quia omnes ſua doctrina illuminantur, & inde, ac ſancta religione inſtruuntur. Cherubini ſtipantes cur-Ezech. 1. rum gloriæ Dei, fuerunt ignei; Ezech. 1. n. 13. *Aſpectus eorum, quaſi carbonum ignis ardentium & quaſi aſpectus lampadarum.* Cùm hujuſmodi Cherubini eſſent ignei, inde factum eſt quod D. Greg. eorum aſpectus, quaſi lampadarum erat D. Gregor. hom. 5. in Ezech. *Lampades*, ait, *magno flammarum lumine reſplendent, & diffuſas circumquaque tenebras effugant.* Quæ ſunt Dei, ubi apparent aſpectus eorum, quaſi lampadarum, quæ maximè reſplendent, & tenebras circumquaque diffuſas expellunt. Alta providentia veluti ad ſimilitudinem currus Dei, Elias cum fertur in cœ-4. Reg. 2. lum: *Ecce currus igneus, & equi ignei* 4. Reg. 2. 12. & cùm currus, & equi eſſent ignei, aſpectu eorum, quaſi aſpectus lampadarum, quæ magno flammarum lumine reſplendent. & undequaque tenebras expellunt; ubi adeſt Elias, ubi apparet Elias, per participationem à Deo, ibi aſpectus ignis, ac lampadarum, quæ maximè coruſcant, & tenebras undequaque diffuſas diſſipant, & expellunt.

47. *Præſentia Eliæ ſanctitatem oſtendebat.* *Signum Dei vivi*; quod nempe erit in Elia; ejus fides, zelus, juſtitia & ſanctitas, quæ apertè ſigna Dei vivi in eo monſtrabant; ipſamet præſentia Eliæ, veſtitus, & habitus, ejus geſtus, ac diſpoſitio corporis, Dei ſigna in eo declarabant: Ad mulierem viduam venit Elias, petitque ab ea buccellam panis; quæ ait ei: *Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem.* 3. 3. Reg 17. Reg 17. n. 1. in quibus verbis mulier eum, ut verum Dei ſervum, ac prophetam recognoſcit, ac veneratur. Mulier nunquam antea viderat Eliam; nec cum eo allocuta fuerat; ſed tantummodò audivit ab eo, ut in ſumma egeſtate peteret panem; unde ergo accipit notitiam, ipſum eſſe Prophetam? Quam difficultatem attingit D. Baſilius. Seleuc. D. Baſilius Seleuc. orat. 11. vivit Dominus Deus tuus: *Tanquam prophetam honoris, quem mendicum vides? unde in Prophetæ notitiam veniſti?* Geſtus viri ac præſentia virtutem, ac juſtitiam Philip. Ab. Dei in eo manifeſtabant. Philippus Abbas epiſtol. 7. ſic ait *Præſentia hominis Dei latentem virtutem in animo indicabat*, Etiamſi Elias taceret ejus præſentia ſignum, ac index Dei virtutis erat in eo.

Velut ſicut D. Ambroſ. datus ſuprà quæſt. 3. 48. explicat de Chriſto D. quod ejus virtutes, & opera, ſigna erant Dei in eo; ſic ad ejus imitationem dicimus, quod virtutes, opera, miracula quibus faciet Elias, ignem de cœlo venire, erunt manifeſta ſigna in eo. Et ita miracula, magnalia, ac mirabilia, propria Eliæ reputabantur, ut Abulenſ. *Olim miracula, ac magnalia Eliæ tribuebantur.* affirmat Abulenſ. 4. Reg. 2. q. 25. Quod *Hebræi quandocumque videbant aliquem virum facientem miracula, putabant, eum eſſe Eliam. Unde quæſierunt à Ioanne; an ipſe eſſet Elias?* Et quid mirum, quod mirabilia reputarentur propria Eliæ. Cùm Simeon Metaphraſtes ſerm. de Elia, eum dicat, *virum ſanctiſſimum, & divinum, quia à Deo accepit omnia maxima.*

Clamavit voce magna quatuor Angelis, &c. 49. *nolite nocere terræ, & mari, quouſque ſignemus ſervos Dei noſtri in frontibus eorum*: Poteſtate imperioſa, quam habet claudendi cœlum, & percutiendi terram omni plaga. Apocalypſ. 11. Apocal 11. num. 6. & 7. clamat ad quatuor Angelos, ut ſiſtant, & omnem congeriem malorum non emittunt in terram, quoſque ſervi Dei deſignentur in frontibus eorum, nam tempore Antichriſti, veri ſervi Dei, erunt ſignati vero, & reali ſigno, quod multi exiſtimant, eſſe crucem, de quo dicam infra quæſt. 9. Hæc autem conſignatio fiet ope, ac miniſterio Eliæ. De hoc magno Parente multa dicam infrà ad cap. 11.

Quæstio VI.

Hic Angelus apparens in ortu ſolis cum ſigno Dei vivi, verè, & propriè Angelus, & unus ex primariis.

Viſio hæc facta ſancto Ioanni extitit imaginaria, & ſymbolica, ad aliquid oſten- 50. *Hæc ſpectant ad tempora Antichriſti.* dendum; nam cùm ait: *Vidi quatuor Angelos, tenentes quatuor ventos.* Ventus propriè non videtur, ſed latè dicitur videri per ſuos affectus, & res ſignificatas, & cùm hæc ponantur hîc in ſexto ſigillo, maximè pertinent ad tempora Antichriſti; de quo hîc agitur; & iſte quintus Angelus clamat, ut alii quatuor ſiſtant, & talem malorum congeriem cohibeant, quouſque ſervi Dei in frontibus ſignentur.

Dico ergo quod iſte Angelus apparens ab 51. ortu ſolis cum ſigno Dei vivi, verè & propriè erat Angelus, & unus ex primariis, ita Ribeira, Ribeira. Pererius, Cornelius, & alii: & omnes Patres, Pereira. Cornel. ut D. Auguſt. D. Ambroſ. Andræas Cæſar. Beda, D. Auguſt. & alii. Supponunt, eum verum eſſe Angelum. D. Ambr. Probatur, quia quatuor Angeli ſtantes ſuper Cæſarienſ. Beda. quatuor angulos orbis, verè, & propriè erant Angeli, ut dixi ſuprà quæſt. 1. ergo etiam iſte, *Iſte hic apparens, verus Angelus.* qui clamat ad eos: *Nolite nocere terræ & mari*; Angelus erat; optima rerum diſpoſitio petebat, ut unus Angelus alteri imperaret, & non homo Angelis; inde fit, quod ipſe erat unus ex primariis, cum Imperatoria voce uſus eſſet: *Nolite nocere terræ, & mari.* Ferrarius exiſtimat, Ferrarius. Michael. quod erat Archangelus Michaël, qui eſt cuſtos Eccleſiæ,

Eccleſiæ ; & ideò pro ejus filiis, ac electis clamavit: *Nolite nocere*,&c. *quouſque ſignemus ſervos Dei noſtri.*

52. *Qui de aliorum ſalute agit, aſcendere videtur.* Et ait Joannes;quod viderit: *Angelum aſcendentem*,primò; quia cum Sole quaſi oriri,& in horizontem,in quo erat Joannes aſcendere videbatur. Secundò, Angelus prius de cœlo deſcenderat , eratque in terra, ut hominum ſalutem procuraret,ac tueretur, & qui de aliorum ſalute agit, aſcendere videtur. Deinde dicitur, quod viderit eum *aſcendentem ab ortu Solis.* Tum quia venerat,ut proſpera,& læta nuntiaret;tum quia novam lætitiam,quaſi novam lucem,afferebat. Ut dicitur de Judæis ab Aman, à morte liberatis , *quod eis nova lux oriri viſa eſt.* Eſther.8.n.16. vel etiam quia hic Angelus efficiebat ſpiritualiter , quod Sol materialis oriens efficit, qui oriens tenuiter, ac pedetentim diſcutit caliginem, & noctem, uſque dum creſcat ad diem perfectum ;! ſic iſte Angelus paulatim in electis diſcutiebat caliginem errorum,ac peccatorum,uſque eos dum duceret in perfectum , ac conſummationem. (*Eſther. 8.*)

53. *Habentem ſignum Dei vivi*,probabile eſt,quod cùm iſta viſio fieret per ſigna ſenſibilia,quæ repræſentabantur in phantaſia] Joannis,ipſe in citato Angelo viderit aliquod ſignum ſenſibile, quod ſine dubio erat Chriſti Crux;nam hîc fit alluſio ad viſionem Ezechielis 9.v.4. Ubi ſermo eſt de ſigno ſenſibili:*Signa Thau ſuper frontes eorum* , de quo infrà dicam. Tamen ſimpliciter dicendum *habentem ſignum*; ſeu ut Græcè habetur,*ſigillum Dei vivi*,quo ſigillaret electos Dei , illúdque eis imprimeret, ut tali ſigno eſſent cuſtoditi ab omni malo, & clade ; de quo ſigno dicam infrà q.9. Tandem dicitur de iſto Angelo,quod habebat ſignum Dei; quod non dicitur de aliis quatuor , qui tenebant ventos, ut nocerent terræ & mari ; ſed tantum de iſto quinto Angelo ; quia hic Angelus veniebat,ut benefaceret,ac cuſtodiret electos ; inde habebat ſignum Dei ; quia nota ac ſignum Dei vivi eſt, benefacere cunctis, eóſque cuſtodire, ac protegere à malis. (*Ezech. 9. Græc. Signum Dei, aliis Benefacere : & eos cuſtodire à malo.*)

54. Et bene ad ſalutem hominum , ac defenſionem eorum ab omni malo , mittitur iſte Angelus ; quia hoc Angelis eſt valde familiare , ac peculiare. Proficiſcitur junior Tobias cum meo Archangelo Raphaële , in Rages civitatem Medorum , ut ad Gabelum debitorem conveniant, ab eóque debitas pecunias exquirant,cúmque ingreſſi eſſent Domum Raguelis, & ipſe agnoviſſet Tobiam,cap.7.n.6. *Miſit ſe Raguel, & cum lachrymis oſculatus eſt eum ; & plorans ſuper collum ejus dixit:Benedictio ſit tibi, ſili mi;quia boni,&optimi viri filius es.*Et ſtatim Raguel mandavit occidi arietem , & parari convivium;[Res valdè mira,& præter communem conſuetudinem. Gabelus , qui pecunias Tobiæ ſenioris retinuerat , non triſtitia afficitur,ut ſolent homines, ſed præ lætitia, ac gaudio exultat , & in mille benedictiones ſe diffundit ; longè diverſimodè ſeſe habuerunt, alii debitores , quibus vinea Domini ſui erat locata.Matth. 21. n. 37. Cùm autem tempus fructuum appropinquaſſet, miſit Dominus ſervos ſuos ad agricolas , ut acciperent fructus ejus , cumque ſervos Domini ſui occidiſſent , ac lapidaſſent : *Noviſſimè autem miſit ad eos filium ſuum dicens ; verebuntur filium meum. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra ſe : Hic eſt hæres , venite, occidamus eum , & habebimus hæreditatem ejus.* Ad Gabelum, & agricolas venit filius creditoris eorum, qui debiti ſolutionem exquirebat;ſed agricolæ viſo filio creditoris,in ejus mortem unanimiter conſpirant,ac conveniunt. At Gabelus è contra, ad conſpectum filii creditoris,mille lætitiæ ſigna oſtentat ; & amplexibus,benedictionibus,ac convivio, occurrit:unde tanta differentia? Agricolæ,quod communiter faciunt , debitores faciunt : Gabelus verò,quod raiò; aut numquam debitor præſtitit? cur ergo Gabelus, præter debitorum conſuetudinem,ex præſentia filii creditoris ſui,pecuniam repetentis,tantam lætitiam participat? Aderat cum Tobia unus Angelus,qui ei fuerat comes in via : unde, non mirum , quod homo pecuniæ tenax, lætis oculis, perjucunda facie, exciperet filium creditoris ſui cum benedictionibus: ac amplexu; Angeli præſentia hominibus valdè frugifera, mala diſſipat,& multa ſalutis ſigna ſecum adducit , ac producere facit. Carthuſianus ad citatum Tobiæ locum: *Quid mirum*,ait,*ſi tam devote locutus eſt,cum quo Angelus Sanctus fuit,& ambulavit tandiu, non ſine inſtructione ſalubri.* Vide ſuprà in hoc cap. quæſt.2.n.11.12 13.cap.4.quæſt.20.num.160. & n. 161. (*Tob. 17. Matth. 21. Præſentia Angelorum excludit mala , & bona confert. Carthuſ.*)

Apoc.7.n.3. Dicens:Nolite nocere terræ; & mari,neque arboribus , quouſque ſignemus ſervos Dei noſtri in frontibus eorum.

Num. 4. Et audivi numerum ſignatorum, centum quadraginta quatuor millia ſignati,ex omni Tribu filiorum Iſraël.

VERSIONES.

Oecumen.	Ne nocueritis terræ, & mari.
Syrus.	Uſquequò obſignaverimus ſervos Dei noſtri, ſuper domicilium oculorum ipſorum.
Arabicus.	Donec ſignetis ſervos Dei ſuper frontes eorum,& audivi numerum eorum qui obſignati fuerunt : centum quadraginta quatuor millia obſignata.
Arabicus.	Audivi numerum obſignatorum. *Omittit,ex omni Tribu Iſraël.*
Aliqui apud S. Thomam.	Centum ſexaginta quatuor millia.

EXPOSITIO III.

55. CLAMAVIT Angelus *voce magna*, quæ index erat magni affectus ſalutis hominum: *Nolite nocere terræ, & mari*; id eſt, ne per multam tempeſtatum excitationẽ, morbos, peſtes, mortes, ac varias calamitates inferatis; *quoad* Græc. *uſque ſignemus*, ſeu ut Græcus habet: *ſigillemus*, antequam magna pars hominum pereat, neceſſarium eſt ut electi à Deo, ſigno ejus corroborentur; *ſervos Dei noſtri*: qui ſecundùm Dei propoſitum electi ſunt, quamvis aliqui modo non eſſent ſervi, ſed futuri; *in frontibus eorum*, ut palam, & patenter ſe oſtendant Dei ſervos, ac Chriſti aſſeclas: nam quamvis aliqui eſſent occultati in ſpeluncis; tamen comprehenſi, & interrogati, ſe ſervos Chriſti profiteantur.

56. Ribeira. *Et audivi numerum ſignatorum*, Ribeira, & alii exiſtimant, in fine mundi præciſè ex ſingulis Judæorũ Tribubus tantùm *duodecim millia*, & non plures, nec pauciores, ſalvandos, ac ſignandos. Tamen communior, & melior ſententia tenet hîc poni numerum finitum pro infinito; ac proinde multo plures convertendos, ac ſignandos eſſe. Dicitur tamen, duodecim millia de unaquaque Tribu; quia duodenarius numerus perfectus. Deinde in his, qui ſalvandi ſunt ex Iſraële, ponitur numerus; non verò in his qui ſalvandi ſunt ex gentibus n. 9 *Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat*: quia plures ſalvandi ſunt ex gentibus, quàm ex Iſraele. *Centum quadraginta quatuor millia ſignati*; quia duodecim millia multiplicata per duodecim hunc numerum conſtituunt.

QUÆSTIO VII.

Quare, cum unus tantùm Angelus hìc appareat, habens ſignum Dei, tamen voce magna clamat ad alios quatuor, in plurali: Quouſque ſignemus?

57. *Spiritui iniquo magna vi reſiſtendum.* Richard. CLamat iſte quintus Angelus voce magna ad illos quatuor; quia ſi iſti quatuor erant mali ſpiritus, inde voce clamat; quia eorum nequitiæ, & malitiæ magna vi, ac conatu reſiſtendum eſt; Richardus Victorinus. *Clamavit voce magna*, ait, *quia eorum malitiam magnæ auctoritatis imperio refrænabat.* Tamen iſti quatuor Angeli erant boni, ut dixi hoc c. quæſt. 1. & ideò clamavit Angelus voce magna affectu nempe charitatis, ac ſolicitudinis erga ſalutem hominum.

58. *Difficultas quæſtionis.* Tota quæſtio inquirit: Quare cùm noſter Evangeliſta dicat verſu 2. *Vidit alterum Angelum, habentem ſignum Dei vivi*: Nunc tamen plurali voce, utitur de aliis quatuor: *Quoad uſque ſignemus ſervos Dei noſtri*? Videbatur dicendum; *quoad uſque ſignem*; nam ipſe tantum habebat ſignum.

59. Haymo. Rectè reſpondet Haymo; ipſe exiſtimat, quod hic Angelus erat Chriſtus, de quo dixi quæſtione 3. *Intuendum*, ait, *quia cum ſuperius, unum Angelum ſe vidiſſe dicat Joãnes, ipſe Angelus nunc pluraliter loquitur, dicens; quouſque ſignemus: Ego ſcilicet, & Apoſtoli mei; quod enim fecerunt Apoſtoli, ipſe Chriſtus fecit, qui in ipſis habitat.* In fine mundi non erit Angelus, aut Chriſtus, qui ſervorum Dei frontes ſignabit; ſed hoc fiet, impulſu, ac inſpiratione Chriſti, ſeu Angeli per viros Apoſtolicos, ut Eliam, & Henoch, ut dicam quæſt. 9. Inde rectè Angelus ait: *quoad uſque ſignemus*: nã quod impulſu, ac ſuaſione Angeli fit, ipſe facere dicitur. Secundò aptè loquitur Angelus. *Quoad uſque ſignemus*; quia talem curam, ſollicitudinem, ac affectum erga genus humanum, non ſolùm ipſe habere volebat, ſed ut ſimul cum eo omnes haberent. *Quod ſuaſiane Angeli fit, dicitur Angelus facere. Angeli deſiderant, ut omnes habeant affectum ſalutis hominum.* 60.

Meritò tamen dubitatis; cur Deus hoc tantùm munus deſignandi electos, ne cum reprobis, ac malis involvantur, uni tantùm Angelo committit? cur non plures Angeli ad hoc aſſumuntur? nonne unus facilè falli poterit, & aliquando reprobos pro electis deſignabit? id ſanè accidere poterat, ſi homo eſſet ille deſignator; at Angelus eſt, qui ſolus optimè valet dignos, ac benè merentes deſignare. Guerricus Abbas: ſermone de Domin. in Ramis. *Jam non arbitrio hominũ*, ait, *ſed judicio, & miniſterio Angelorũ ſignabitur Thau ſuper frontes vivorum, ut diſcernantur ſalvandi à multitudine reproborum.* Expende illud: *non arbitrio hominum*, cùm illa diſcretio, ac deſignatio ſalvandorum, non fieret arbitrio hominis, iniquis, ac peſſimis nullus dabatur locus ſperandi ſupremam ſortem, & dignitatem: ideò deſignatio, quæ non admittit immerentes, ac indignos, Angelo committitur, non homini: nam quæ hominis ſunt, & per homines fiunt, bonos, & malos ſæpè admittunt. Guerricus. *Electio facta per homines dignos, & indignos, capit.*

Illuſtriſſima Rebecca ex ſanctiſſimo viro ſuo Iſaac concepit; & cùm maximè utero gravaretur, divinum Oraculum conſulit; cui reſponſum eſt: *Duæ gentes ſunt in utero tuo, & duo populi, ex ventre tuo dividentur.* Gen. 25. num. 23. ex omnibus uxoribus Sanctorum Patriarcharum, ſola Rebecca invenitur in utero ſuo duos filios habens; Jacob nempe, & Eſaü, quorum primus bonus, & electus eſt, ſecundus verò malus, & reprobus; Et cur Deus in fœmina tantùm voluit tales conceptus reperiri, ſimul ſcilicet, boni & mali, electi & reprobi? Repræſentabatur in illa Eccleſia militans, adhuc ex hominibus viatoribus conſtituta; quod autem ex hominibus fit & conſtat, bonos, & malos capit, electos & reprobos admittit. Guerricus Abbas ſerm. 3. de Annuntiatione Domini: *Gravida eſt*, ait, *ô fratres Eccleſia, non ſicut Maria ſolo Jeſu ſed ſicut Rebecca Jacob, & Eſaü, non ſolum ſcilicet bonis, & modeſtis, ſed etiam dyſcolis, & indiſciplinatis: quos tamen ipſos propter nomen Jeſu, vel forſitan aliquod initium ſubſtantiæ ejus, Eccleſiæ viſcera ſuſcipiunt & amplectuntur*: Quandiu enim ſumus in hoc ſæculo, & res per homines adminiſtrantur, ita frequenter accidit, ut etiam à probatis viris mali, & impii ad præſtantiſſima admittantur, ac eligantur. 61. Geneſ. 25. *Quod per homines fit bonos & malos admittit.* Guerricus.

Ait Chriſtus Matth. 13. numero 47. *Simile eſt regnum cœlorum Sagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti: quam, cùm impleta eſſet, educentes, & ſecus litus ſedentes elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt*: Ecce in Sagena inveniuntur mali, & reprobi? 62. Matth. 13.

&

Theoph. & quomodo Sagena illa à ſe non excludit malos, ſed eos admittit? Theophylactus: *Sagena illa eſt doctrina piſcatorum Apoſtolorum, quæ ex miraculis, & Prophetarum vocibus contexta eſt; Hæc igitur Sagena ex omni genere congregavit Barbaros, Græcos, Judæos, meretrices, publicanos, latrones, &c.* Eccleſia fundabatur; & conſtituebatur per homines viatores, qui licèt eſſent ſanctiſſimi, utpote Chriſti Apoſtoli, non valuerunt evitare, quin aliqui indigni, ac malè merentes, ad magnas functiones admitterentur; non eſt hominis in hoc ſæculo viventis, ſolos bonos, & dignos admittere, & malos excludere: Hoc enim pertinet tantùm ad divinum lumen, quod intima cordis agnoſcit, & omnes futuros eventus penetrat.

Humanum judicium in eligendo ſæpè fallitur.

QUÆSTIO XIII.

Quare cùm quatuor Angelis datum ſit, nocere terræ, & mari, nunc quintus Angelus prohibet eos; dicens; nolite nocere terræ, & mari?

63. Albert. *Difficultas quæſtionis.* HAnc quæſtionem in præſenti excitat Albert. Magn. nam ſuprà v. 2. dicitur, quod quatuor Angelis, *datum ſit nocere terræ, & mari:* Nunc verò Quintus Angelus apparens in Sole voce magna clamans, hoc eis prohibet, dicens. *Nolite nocere terræ, & mari.* Cur data poteſtas ſic interdicitur, & ſuſpenditur?

64. Albert. Mag. *Diaboli voluntas vult plus nocere, quàm eſt datum.* Reſpondet cit. Albert. Magn. *Quia Diabolus, ait, quantum eſt de voluntate ſua, poteſtatem ſuam deſiderat ſemper ampliare: & ideò mala voluntas eorum cohibetur, ne poſſint nocere, quantum vellent.* Proprium miniſtri ingenium eſt, ſemper ampliare ſuam poteſtatem, & aliquid addere ultra id, quod commiſſum eſt; quamvis ergo quatuor Angelis, qui juxta multorum ſententiam q. 1. mali erant, datum eſſet, nocere terræ & mari; nunc Angelus quintus eos prohibet: *Nolite nocere terræ & mari;* quia cum eſſent miniſtri, ultra ſibi datum, volebant procedere; & ideò notanter ait iſte Angelus: *Nolite nocere terræ;* id eſt, ne tantum malum inferatis, quantum vultis & intenditis.

65. D. Thom. *Miniſtri volunt addere, ſupra id, quod eis eſt datum.* Quod benè confirmo ex ipſo text. nam. v. 2. dicitur, quod quatuor Angelis datum eſt, nocere terræ, & mari, id eſt, ut explicat D. Th. *peccatoribus vilibus, & fluxilibus; vilibus propter peccata jam facta: fluxilibus propter facienda.* Quomodo iſte quintus Angelus clamat: *Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus;* id eſt, juſtis? ad quid nunc Angelus prohibens; addit arbores, cùm hoc non eſſet eis datum in ſua commiſſione? cùm eſſent miniſtri, intentabant ſuam juriſdictionem ampliare; & cùm eſſet eis datum, nocere terræ & mari, peccatoribus nempe; volebant, manus ſuas extendere ad juſtos, qui per arbores ſignificantur, ut hîc docet D. Thom. juxta illud Pſalm. 1. n. 3. *Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum.* Tunc ſic ait Angelicus Doctor: *Dicuntur enim juſti arbores; quia ſunt fructiferi per bonam operationem, folia habent in medicinam per ſalutiferam eruditionem: umbram habent per ædificationem, quæ ex aliis per exemplum in refrigerium contra æſtum ventorum: in terra radicantur per humilitatem: in ramis dilatantur per charitatem: de tali arbore dicitur Matth. ſeptimo. Omnis arbor bona, fructus bonos facit.*

Pſalm. 1. S. Thom. Matth. 7.

66. Videns Deus peccata Sodomorum, jam ultores Angelos miſerat, qui funditùs everterent civitatem peccatricem. Angeli verò, ut rem executioni mandarent, ſic urgent Loth juſtum pergere in locum deſignatum. Gen. 18. n. 22. *Feſtina & ſalvare ibi; quia non potero facere quidquam, donec ingrediaris illuc.* Angeli Dei quid agitis? cur jubetis, feſtinare juſtum? ſi nihil mali inferre poteſtis miſeris, dum juſtus non abeſt ſinite morari juſtum; ſinite, ut lentè, & pigrè diſcedat, ut longiores dentur inde hominibus induciæ. Deus non juſſit feſtinare juſtum ad exeundum; imò ſupplicium differri juſſit, & dilatari indulgentiam donec ipſe juſtus exiret. Cur vos Angeli ſæviores vultis in homines exiſtere? cur cùm Deus lentat, vos acceleratis ſupplicia, & anxiè indulgentiæ tempora evertere nitimini? ut notavit D. Ephren. in Loth: *Creator, ait, ſuper cœleſtibus virtutibus juſſit, ut tantiſper intentas contineant minas, donec ex medio ipſorum juſtus ſalvetur.* Deus Angelis mandavit, ut Loth educerent de civitate; at ipſi cùm eſſent miniſtri, non tantùm mandatum volunt adimplere, ſed aliquid ſe ſuo addiderunt, accelerationem nempe, ut feſtinanter Loth compellerent exire, ut ſupplicium accelerarent; & indulgentiæ tempus præoccuparent. Vide quæ dixi tom. 1. in Evangel. lib. 1. c. 4. q. 26. n. 60. & tom. 3. c. 18. q. 1. n. 9.

Geneſ. 19. *Miniſtri ultra ſuã commiſſionem procedunt.* S. Ephren.

QUÆSTIO IX.

Quodnam erit ſignum, quæve nota qua Angeli ſignant ſervos Dei?

67. Alcazar. Matthias. ALcazar exiſtimat, hîc ſignari ſervos Dei, primitivæ Eccleſiæ Chriſtianos, ne plagis, quibus Judæi increduli afficientur, ipſi tangantur, ac involvantur. Matthias Sueciæ, Præceptor S. Bern. Senenſ. ſervi Dei, ait. dicuntur habere in frontibus ſignum divinæ contemplationis, ſicut v. 9. dicuntur in manibus habere palmas bonæ actionis. E contrariò ſervi Antichriſti, c. 13. dicuntur habere characterem beſtiæ in dextera manu, & in frontibus; qui character, eſt perverſa actio in opere, & malignitis ſtudium in mente. Tertiò, D. Tauler. in opuſc. quod vaticinium inſcripſit, videtur exiſtimare, quod hoc ſignum, ſit ſignum Thau externè, ac viſibiliter poſitum ab Angelo in fronte ſervorum Dei. Taulerus.

68. *Impugnantur prædictæ ſententiæ.* Nulla ex his ſententiis placet; non prima; quia hîc non eſt ſermo de perſecutione Judæorum in Chriſtianos, quæ jam per multos annos præceſſerat: & liber eſt propheticus de futuris; deinde hoc pertinet ad ſextum ſigillum, ubi ſermo eſt de Antichriſto. Non ſecunda ſententia; quia hoc ſignum, ſeu ſigillum, non eſt bona operatio, quia tunc poneretur in manu; ergo eſt aliquid appoſitum in frontibus eorum, ut ait textus. Non tertia ſententia placet

quia etſi tempore Antichriſti, multi, & magni viri publicè, ac patenter pro fidei Chriſtianæ confeſſione ſtabunt, eamque prædicent, ut magnus Parens Elias diſcipulique ejus; tamen multi abſcondent ſe, & niſi coacti, non prodibunt: imò & multi ſe in montibus, ac deſertis abdent juxta illa Matth. 24. *Qui in Judæa ſunt, fugiant in montes*, ibique in ærumnis diem obibunt.

69. *Alluditur ad multa.* Pro vera intelligentia hujus rei, ſupponendum eſt, quod hîc ſacer textus alludit ad multa: Primò ad ſanguinē Agni Paſchalis, quo ſignabantur domus Hebræorum, ne damnum paterentur ab Angelo percutiente primogenitos Ægyptiorum. Exod. 12. num. 23. Qui ſanguis ad modum Crucis depictus erat in ſuperliminaribus domus Hebræorum; ut docent D. Hieron. in cap. 66. Iſaiæ. Machari. Philadelphienſis Archiepiſcopi oratione de exaltatione Crucis. Secundò alludit ad titulum tyaræ Pontificis in qua ſcriptum erat: *Sanctum Domino.* Exod. 28. n. 36. quo ſigno donotabatur, Pontificem eſſe conſecratum Deo.

Exod. 12. D. Hieron. Machar. Exod. 28.

70. Tertiò, alludit, & potiſſimum ad ſignum *Thau*, quo ſignati ſunt gementes in Jeruſalem: idque in fronte. Ezechiel. 9. num 4. Unde ſequitur, hoc ſignum fuiſſe ſignum Crucis, nam *Thau* apud veteres Hebræos ſignum Crucis exprimebat; ut teſtantur S. Hieronym. Origen. ibi, Tertullianus contra Judæos, D. Ambroſius lib. 1. de Abrah. Clemens Alex. lib. 6. Strom. Quartò, alludit ad illud Eſdræ lib. 4. cap. 2. num. 38. *Surgite, & ſtate, & videte numerum ſignatorum in convivio Domini.*

Ezech. 9. D. Hieron. Origen. Tertullian. D. Ambr. Clem. Alex. Eſdræ. 4.

71. Quintò, & ultimo alludit ad antiquum morem: nam ſervi olim ab hero, ſtigmate fronti inuſto, æquè ac pecora notabantur: Unde Paul. ait ad Galatas 6. *Stigmata Domini Jeſu in corpore meo porto*; & etiam milites Romani ſignati erant fronte, vel manibus, ſeu alia parte corporis, ut teſtatur Lypſius libro 1. de militia Romana, cap. 9 quamvis fateatur, ſe neſcire, quó nam ſignum illud eſſet: tamen illud nobis exprimit D. Ambroſius Oratione de obitu Valentiniani. *Charactere*, ait, *Domini inſcribuntur ſervuli, & nomine Imperatoris ſignantur milites*; de quo regio charactere meminit Divus Auguſtin. Epiſtola 50.

Gal. 6. Lypſius. D. Ambr. *Milites ferebant nomen Imperatoris.* D. Auguſt.

72. Dico primò, quod in fine mundi; Angeli exterius ſigno Crucis ſignabunt ſervos Dei; ita Rupertus, Divus Bernardus, Pereira, Cornelius, La Haye, & alii; Hoc facient Angeli: Primò, ut tenent Rupertus, Joachimus, ſuggeſtione, ac impulſu per miniſtros Apoſtolicos, & maximè per parentem Eliam; qui ſervos Dei ſigno Crucis conſignabunt in Baptiſmo & confirmatione, qui & maximè omnes fideles exhortabuntur, ut frequenter ſe muniant ſigno Crucis adversùs omnem perſecutionem, tyrannidem, ac malum imminens, quod jam ab antiquo fuit ſolemnis conſuetudo. Tertullianus libro de corona militis cap. 3. *Ad omnem progreſſum*, ait, *atque promotum, ad omnem aditum, & exitum ad veſtitum, & calceamentum, & frontem ſigno Crucis terimus.*

Rupert. D. Bernard. Pereira. Rupert. Joachim. *Crux ad initium actionis.* Tertullian.

73. Andr. Cæſ. *Frons publicum ſignificat.* Secundò, ait Andræas Cæſarienſis tempore Antichriſti Angeli movent, & perſuadent eximios Chriſti fideles quamquam hoc non erit commune omnibus: nam aliqui ſe abſcondent, ut jam dixi, ut Crucem Chriſti portent, manifeſtè, ut in omniū oculis ſe ab infidelibus diſtinguant; publicè, ac intrepidè Chriſtum prædicent, ac clament, & dicitur, *in frontibus eorum*; hoc eſt publicè, & manifeſtè: nam frons pars eſt corporis maximè publica, index ac oſtentatio totius animi. Cicero de Petit. Conſul. ait: Cicero. *Janua animi frons eſt.* Et oratione prima in Catilinam, ait: *Sit inſcriptum in fronte uniuſcujuſque civis, quod de Republica ſentiat*: Vel in fronte ponitur Crux; quia nihil honorabilius, nihilque ſpecioſius habetur, quo Dominus ſuos decoraret, & pulchriores redderet, ſic ait Sedulius lib. 1. operis Paſchalis cap. 23. Crux ſcilicet *Arma cœleſtia, fidele frontis decus.* *Crux decus hominis.*

Tertiò, Angeli fortè ſignabunt ſervos Dei in fronte; ſigno ſpirituali, ac inviſibili, quod non diſplicet Cornelio à Lapide; quod ſignum erit inviſibile, ignotum hominibus viventibus in ſæculo; notum, & manifeſtum Angelis percutientibus, ac tenentibus ventos, ut juſtos immunes ſervent à tempeſtate perſecutionum: nam, ut eſt communis ſententia, & dixi tom. 4. in Evangelia cap. 50. quæſt. 12. num. 87. quod in finali judicio electi apparebunt ſignati in fronte ſigno Crucis: ergo probabile eſt, quod tempore Antichriſti, Angeli ſignabunt in fronte ſigno Crucis, quod ſignum in ipſo die judicii fiet apertum, & manifeſtum. 74. *Signum inviſibile.*

Cùm ergo Joannes ait: *Vidi alterum Angelum, habentem ſignum Dei vivi*, per hoc ſignum; Crucem Domini intelligit, ui fatentur D. Hilarius, D. Chryſoſtomus, D. Auguſtinus, D. Hier. & communiter omnes Patres, quos allegavi cit. quæſt, 12. num. 84. loquens Chriſtus de extremo judicio Matth. 24. num. 30 ait: *Tunc apparebit ſignum filii hominis*, Crux ſcilicet, ut canit Eccleſia; *Hoc ſignum Crucis erit in cœlo, cum Dominus ad judicandum venerit.* Nam, ut ait Divus Cyrill. Catech. 15. *Signum verum, & proprium Chriſti Crux eſt.* Per Crucē Chriſtus, qua nos redemit, maximè manifeſtus, notus ac celebris factus eſt in toto mundo; & à Deo Patre exaltatus, & ſublimatus eſt. 75. *Crux Dei ſignum.* S. Hilar. D. Chryſ. D. Cyr. Al. Matth. 24.

Dices: videtur, quod non rectè Crux dicatur ſignum Dei vivi, ſed potius dicendum; ſignum Dei mortui: nam in Cruce Deus eſt mortuus. Rectè tamen dicitur ſignum Dei vivi; Hugo Cardinalis; *Crux*, ait, *ſignum fuit Dei vivi*; *ibi enim ſe oſtendit vivum Deum, quando cum clamore valido emiſit ſpiritum, quod eſt contra naturam humanam; quia in morte, coarctatur ſpiritus; & debilitatur homo in tantum, quod vix loqui poteſt.* Et deinde verum eſt, quod Chriſtus in Cruce mortuus eſt; tamen in Cruce nobis vitam dedit; & ſic vitam noſtram æſtimat, ut tunc nomen vivi aſſumat, cùm ſuis donat vitam. 76. *Crux ſignum Dei vivi.* Hugo. *Deus maximè æſtimat vitam quam dat.*

Dico ſecundò, ad majorem hujus rei explicationem, quod omnes ſervi Dei, ac electi ejus, ſignati ſunt ab ipſo per gratiam ſuam: ac dona Spiritus ſancti; juxta Divum Paulum Epheſ. cap. 1. num. 13. *Signati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto.* Et cap. 4. num. 30. *In Spiritu ſancto Dei ſignati eſtis.* Et 2. Timoth. 2. num. 19. *Firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc.* Angeli ſicut nec penetrant ſecreta cordium, ac conſcientiarum, ita etiam nec in eis vident gratiam, nec dona Dei; unde hoc certò non ſciunt, niſi per revelationem, ac illuminationem à Deo. *Signantur fideles per gratiam* Epheſ. 1. Epheſ. 4. 2. Tim. 2.

gnantur

77. *Crux munimen ad ſummam & maximam tribulationem.* Signantur ergo ſervi Chriſti in fronte ab Angelis modo ſupra explicato, ſed cur hoc dicitur potius de tempore Antichriſti, quàm de alia qualibet earum perſecutione, quæ fuerunt in orbe ſub Nerone, Domitiano, Diocletiano, Maximino, ac aliis atrociſſimis tyrannis; ſed tantum de tempore Antichriſti dicitur, quod ſignabuntur electi ſigno crucis; erit tunc tribulatio maxima, qualis nunquam fuit ab initio, ut ait Chriſtus Matth. 24. tunc enim ſpecialiter adeſt Deus magno munimine, & robore: pro

Joachim. qua conſideratione ſtat Joachimus Abbas: *Ut ſignati ſigno Crucis, & armati armis lucis, poſſint reſiſtere in die malo*; pro ergo maxima tribulatione, datur maximum præſidium, & robur, quale eſt à ſigno Crucis. Caſſiodorus ad Pſalmum 4 ad illa verba: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine*: quod de ſancta Cruce interpretatur, & ſic ait: *Crux eſt humilium invicta tuitio, ſuperborum dejectio, Victoria Chriſti, perditio diaboli; infernorum deſtructio, cœleſtium confirmatio: mors infidelium, vita juſtorum.*

78. Egreſſus populus Iſraël de Ægypto, maximè timebat, videns à tergo armatos exercitus Pharaonis, qui fugientes perſequebantur, à fronte verò habebat frementes maris fluctus: Quid interea inter tantas anguſtias faceret, maximè ignorabat? Monet Deus Moyſem: *Tu autem eleva virgam, & extende manum tuam ſuper mare,*

Exod. 14. *& divide illud*; Exod. 14. n. 16. Ad quid unius virgæ elevatione diſponit Deus, ut fluctus maris recedant ab Iſraëlitis: & hoſtes omnes à fluctibus abſorbeantur? Nónne potuit facere Deus ut uno verbo, & uno miſſo Angelo, aquæ recederent, & omnes hoſtes perirent, ut factum in

4. Reg. 19. exercitu Sennacherib 4. Reg. 19. n. 35.

79. Ad quid ergo tantum miraculum vult Deus operari elevatione virgæ? Solemnis eſt doctrina

D. Auguſt. D. Chryſ. Sanctorum Patrum Auguſtini, Chryſoſtomi, & aliorum, quod educens Deus populum de Ægypto, eum inſtruebat, ac diſponebat ad accipiendam divinam legem; & ad eum introducendum in terram promiſſionis: & inde vult, ut mare faciat viam Iſraëli, & ut hoſtes pereant elevatione virgæ: quia hæc eſt cœleſtis doctrina, quod omnia pericula, ac hoſtiles adverſita-

Signo Crucis evaneſcunt omnia pericula adverſa. tes uno Crucis ſigno pereunt, & fugantur: Et cum illa virga, Crucis figura eſſet, ſtatim in ipſo itineris exordio ſuum populum voluit informari, quod uno ſigno Crucis omnia irruentia mala ſuperabuntur: favet D. Ambroſius in exhortatione ad Virginem. *Verſate*, ait, *manibus veſtris Crucem Domini Jeſu, & in veſtris eam operibus ablevantes, calcate mundi hujus profundum, & pertranſite: at quicumque voluerit perſequens comprehendere vos, demergatur.*

80. Peracto diluvio univerſali, ait ſacer textus, quod univerſa *deleta ſunt de terra: remanſit autem ſolus Noë: & qui cum eo erant in arca.*

Gen. 7. Geneſ. 7. n. 23. pereuntibus, omnibus ſub verbere fluctuum: Noë cum ſuis beneficio unius ligneæ arcæ ſalvatur Sed ut Noë cum ſua familia eſſet incolumis, ad quid fuit neceſſaria arca cum tanta operatione, quæ per centum annos fabricata eſt? benè enim potuit Deus facere, ut Noë cum ſua familia in medio aquarum cuſtodiretur, ſicut ſervavit pueros illæſos à flammis in medio

Daniel 3. camini ignis ardentis. Daniel 3. n. 50. Ad quid tam operoſa machina ſigni arcæ ad ſalutem Noëmi? Voluit Deus, mundum reformare à ſua antiqua malitia, ac perditione, quæ incœperat in Adamo per lignum vetitum, in qua unuſquiſque corruperat viam ſuam: ſicut ergo malum, ac perditio generis humani cum innumeris periculis ingreſſa ſunt in mundum per lignum: ita & voluit, ut in reformatione, per aliud lignum ſalus & vita, cum munimine ab omni periculo, ac malo, ingrederetur figurâ, ac ſigno Crucis nobis ut vita, ſalus, ac victoria de omni adverſitate. D. Baſilius Seleuc. orat. 5. *O arca*, ait, *paradiſo firmior! illic lignum fuit mortis inſtrumentum; hic lignum fuit ſalutis gubernaculum, O Noë hominum progenitor, Adamo anteferende! ô qui tutior divinæ bonitatis fideijuſſor illuxiſti! O qui graſſantem per genus humanum execrationem ſtetiſti!* Vide ſupra cap. 2. quæſt. 21. n. 262. 263 & noſtros quinque Tomos in Evangelia. Verbo *Crux*, ubi multa. *Cum ſigno Crucis ſuperantur omnia pericula* D. Baſil. Sel.

Quæstio X.

Quare ponitur determinatus numerus ſignatorum ex filiis Iſraël, centum quadraginta quatuor millia.

Ex qualibet Tribu filiorum Iſraël dicuntur ſignati duodecim millia, & duodecim millia multiplicata, conſtituunt numerum centum quadraginta quatuor millia: tamen v. 9 introducitur multitudo magna ex omnibus gentibus, populis & linguis, quam dinumerare nemo poterat, cum palmis, ac ſtolis albis: & quamvis hæc ſecunda multitudo ſupponatur ſignata: non tamen dicitur expreſsè: & ratio eſt, quia in prima multitudine filiorum Iſraël denotantur electi vocati in via in ſortem Dei: & hi dicuntur propriè ſignati ad illam ſortem: At ſecunda multitudo introducitur jam in ipſa beatitudine, ac in poſſeſſione illius ſortis Dei: & ideò non dicuntur propriè ſignati, ut latius explicabo infrà. 81.

Quæſtio tamen principaliter inquirit, quid denotetur in hoc numero: *Centum quadraginta quatuor millia ſignati ex omni Tribu filiorum Iſraël.* Primò, Aureolus, & alii exiſtimant, in hoc numero denotari, multos fore convertendos tempore Conſtantini Imperatoris, tam ex Judæis, quàm ex gentibus. In qua etiam ſententia eſt Lyranus, qui per Iſraël accipit quoſlibet fideles, tam ex gentibus, quàm ex Judæis Hi enim dicuntur Iſraël ſecundùm ſpiritum. 82. Aureol. Lyran.

Secundò, Primaſius, D. Ambroſius, Haymo, Ansbertus, D. Anſelmus, Beda, Richardus, & alii tenent in hoc numero ſignificari omnes electos: Hi enim dicuntur filii Iſraël, ac duodecim Patriarcharum: filii, inquam, vel naturales, ut ſunt Judæi, vel ſpirituales per fidei imitationem, ut gentiles. 83. Primaſ. D. Ambroſ. Haymo. Ansbertus. D. Anſelm. Beda.

Ad hanc etiam ſententiam pertinet Alcazar, qui exiſtimat, hîc ſermonem eſſe in univerſum de omnibus electis, non pro quolibet tempore futuro, ſed pro illo primo ſæculo Chri- 84. Alcazar.

ſtianiſmi, ſeu pro illis primis Chriſtianis, qui eo tempore vivebant, in quo ſeptem plagæ in pertinaces Judæos, Chriſtum abnegantes, effuſæ ſunt; *Chriſtiani*, ait, *tam ex Judæis, quàm ex gentibus, hi ſunt Iſraëlitæ ſpirituales, & filii Apoſtolorum*, unde ſubdit ipſe Alcazar, quod hic numerus centum quadraginta quatuor millia confundendus eſt cum illa multitudine magna, de qua verſ. 9. quia aliter, ait ipſe, non poſſunt ſolvi quæſtiones, quæ hîc occurrunt, quæ ex dictis in limine hujus quæſtionis evaneſcunt.

85. Ribeira. Tertiò, Ribeira putat, in fine mundi præciſè ex ſingulis Judæorum Tribubus duodecim millia, nec plures nec pauciores, ſignandos fore, atque ſalvandos; Itaque Judæi ex omnibus Tribubus ſalvandi, præciſè futuri ſint centum quadraginta quatuor millia; & conſequenter ex Tribu Dan, quæ non eſt in iſto numero, & prætermiſſa quod ſalvandus ſit nemo; de hac Tribu Dan, dicam infrà quæſt. 15.

86. D. Hippolit. Pannon. Albertus. D. Bernard. Hugo. Dico primò quòd hîc eſt ſermo de ſalvandis tempore Antichriſti. Ita D. Hippolitus de Antichriſto; Pannon. Albert. Magn. D. Bern. Senenſ. Card. Hugo; & probatur, quia hæc omnia, quæ hîc dicuntur pertinent ad ſextum ſigillum, in eóque ſimul conjunguntur cum obſcuratione Solis, & Lunæ, Stellarum caſu, & cœli receſſu, ac orbis terræ motu: ergo hæc ſpectant ad finem mundi, & ad tempora Antichriſti.

87. Dico ſecundò hîc filii Iſraël ſumuntur expreſsè, & propriè pro filiis Iſraël naturalibus. Ita elect. citandi in concluſione ſequenti. Probatur; quia hîc noſter Joannes condiſtinguit filios Iſraël, à multitudine gentium: nam de filiis Iſraël ait: *Centum quadraginta quatuor millia ſignati ex omni multitudine filiorum Iſraël.* At verò de multitudine gentium in ſortem Dei vocata, ait num. 9. *Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, Tribubus & populis, & linguis*: ergo cùm Joannes hîc unum diſtinguat ab alio, non intelliguntur ſub filiis Iſraël gentes, ſed propriè, ac genuinè Iſraëlitæ ſumuntur, ſicut & à Paulo. Roman. 11. (Rom. 11.) *Tunc omnis Iſrael ſalvus fiet.*

88. And. Cæſ. Pannon. Perer. Cornelius. Viegas. La Haye. Dico, quod hîc ponitur numerus certus pro incerto; numerus definitus pro indefinito. Ita Andræas Cæſarienſ. Pannonius. Pererius, Cornelius, Viegas, La Haye, & alii. Probatur primò, quia non eſt veriſimile, quod totidem ſalvandi ſunt ex una Tribu, ac aliis æqualiter, quod ex Tribu Juda; v. g. Ne unus quidem ſalvandus plus quàm ex Tribu Ruben, ſeu ex aliis Tribubus. Secundò non eſt veriſimile, nullum ex Tribu Dan ſalvandum, ut ſtatim dicam.

89. Matth. 17. Rom. 11. Probatur tertiò & efficaciter, Matth. 17. n. 11. ait Chriſtus Dominus *Elias venturus eſt, & reſtituet omnia*, id eſt, omnem Iſraëlem: & Paulus Rom. 11. num. 26. *Et ſic Iſraël omnis ſalvus fiet.* Et loquitur ſacer textus de tempore Antichriſti; & Apoſtolus pertractat de Iſrael, qui relictus fuerat in ſua cæcitate: ergo in fine mundi convertendi ſunt omnes Judæi, & ſalvandi; & ſine dubio plures erunt, quàm centum quadraginta millia: nam ex una ſola Tribu Juda inventi ſunt bellatores, exceptis parvulis, & fœminis, centum octoginta ſex millia quadringenti: quomodo ergo fieri poterit, quod eo tempore, tam pauci Judæi ſalventur: & ſi tam pauci, quomodo verum dicit Apoſtolus: *Tunc omnis Iſrael ſalvus fiet*? Et ſi omnis Iſraël ſalvandus, quomodo dici poteſt, nullum ſalvandum ex Danitis? & quomodo poteſt eſſe prætermiſſa una integra Tribus? nam omnis Iſraël omnes Tribus amplectitur: tandem maximè videtur alienum à veritate, quod in unaquaque Tribu ſint tantùm duodecim millia; & quod una Tribus nec unum hominem habebat magis, quàm alia, omnéſque Tribus in numero ſint pares.

Ex quo deducitur primò, quod ex ſalvandis ex Iſraël ponitur numerus: non verò ex ſalvandis ex gentibus verſ. 9. ſed dicitur tanta multitudo, quam dinumerare nemo poterat, ut ſignificetur, quod multo plures ſalvandi ſint ex gentibus, quàm ex Judæis. 90. *Plures ſalvandi ex gentibus.*

Deducitur ſecundò, quod in unaquaque Tribu duodecim millia dicuntur ſignati; quia Duodenarius ſymbolū eſt perfectionis, & univerſitatis; fuerunt enim duodecim Patriarchæ Veteris Teſtamenti, & totidem Novi, nempe Apoſtoli, ad quorum familiam omnes ſalvandi pertinent. Accipe Bedam, & ex eo Bongum libro de numero myſterii in duodenario. *Duodenarius numerus*, ait, *perfectè quadratus, ſolidus, Eccleſiæ ſignificans ſtabilem vitam, quare etiam duodenario figuratur, quia orbis quadratus, id eſt, per quatuor mundi cardines in fide conſiſtit SS. Trinitatis Ternarius enim quater ductus duodecim conficit; hinc Chriſtus duodecim elegit Apoſtolos, ut mundi ſalutem, quam verbo prædicaturi erant, ſuo quoque numero repræſentarent.* 91. *Numerus duodenarius valdè perfectus.* Beda. Bongus.

Deducitur tertiò quare numerus ſignatorum ex omni Tribu filiorum Iſraël, *erunt centum quadraginta quatuor millia*; quia per hunc numerum denotatur perfecta fidelium Judæorum multitudo, eorumque inter ſe mira concordia, & quaſi ex æquo commenſuratio: nam infrà eandem ob cauſam, murus Jeruſalem cœleſtis dicitur, eſſe centum quadraginta quatuor cubitorum. Apoc. 21. n. 17. Et virgines qui ſequuntur agnum ſupra montem Sion, ut hîc, centum quadraginta quatuor millia ſunt. Apoc. 14. n. 1. ad oſtendendum ergo, eſſe electam à Deo perfectam quandam Judæorum multitudinem, quæ in ſe habebit miram quandam proportionem, & faciet in cœlo elegantiſſimam conſonantiam, & ad cæteros cæli cives valde conſonam, ideò hic numerus poſitus eſt. 92. Apoc. 21. Apocal. 14. *Denotatur perfecta multitudo in cœlo.*

Divus Thomas myſticè ait, quod per hunc numerum denotatur, quales erunt ſignati virtute, Jacob imitantes ſic ait Angelicus Doctor: *Perfectio*, ait, *in diligendo ſignatur per millenarium, qui eſt numerus perfectus; quia ad eum terminatur curſus numerorum; quod ſi quis velit poſt eum numerare, oportet redire ad numeros præcedentes: item perfectio in operando, quæ per centum denotatur; quia eſt numerus perfectus: ad ipſum enim decurrit numerus, licet milliarius ſit perfectior. Item labor in ſuſtinendo, ſcilicet difficilia, & pœnalia, ut in ſtatu pœnitentiæ, quæ per quadraginta ſignatur, qui numerus eſt pœnitentium; quia tot diebus jejunavit Moyſes, & ipſe Chriſtus: item doctrina in regulando quæ continetur in quatuor Evangeliis, unde ſignatur per quaternarium: Omnia enim prædicta debent fieri ſecundum regulationem, quæ ex quatuor Evangeliis habetur.* Dicuntur electi centum quadraginta quatuor millia. Millenarius numerus perfectionem dicit; ad ipſum omnes numeri tendunt; 93. D. Thom. *Virtus adimplenda per legem Evangelicam.*

ſicut

ſicut & Centenarius perfectionem importat; quadraginta numerus eſt pœnitentium, ob jejunium Chriſti, Moyſis, & Eliæ; ſicut & quaternarius notat volumen quatuor Evangeliorum; quia deſignatus ad beatitudinem, debet ambulare in perfectione, & perfectionem ſuper perfectionem addere, & hoc cum vera pœnitentia; quæ regulata ſit doctrina quatuor Evangeliorum.

94. *Eliguntur electi, ut Deum videant.* Deducitur quartò, quòd hic ſignati non dicuntur filii Abrahæ, vel Iſaac, vel Jacob, qui idem eſt, ac Iſraël; & cur potius ſub hoc nomine, quàm quocumque alio dicuntur filii? Iſraël idem eſt ac videns Deum; & illi deſignantur in ſorte Dei, qui nunc Deum vident oculo fidei, quem poſtea aperta facie in patria intuentur. D. Thom. Divus Thomas *in hoc loco*, ait, *potius agitur de Iſraël, cujus ratio potuit accipi ex parte nominis; quia Iſraël interpretatur, ut videns Deum: unde virtutem, & rem hujus nominis debet habere quilibet, ut oculo fidei, & amoris Deum videat: vel princeps cum Deo, ut ſcilicet, quilibet principetur carni, ac vitiis, & ſemper Deo adhæreat.*

95. Deducitur quintò, cur hi ſignati centum quadraginta quatuor millia, non tantum dicuntur ex omni tribu Iſraël, ut variis in locis Exod. 24. 25. *Bonus filius parentum virtutes refert.* Exod. 24. num. 4. cap. 28. numero 21. & cap. 39. num. 14. *Sed ex omni tribu filiorum Iſrael*, qui cùm ex Dei gratia virtutibus, ac bonis operibus eſſent ſignati in ſortem Dei, virtutes Jacob imitantes, inde & filii ejus dicuntur; tunc enim verè quis ſe alicujus filium oſtendit, cum illius ſancta veſtigia, ac bona opera tenet, & ſequitur. Prov. 1. Eccl. 1. Inchoat Salomon ſuos ſapientiales libros: *Parabolæ Salomonis* filii David, &c. Proverb. 1. num. 1. *Verba Eccleſiaſtæ filii David.* Eccleſiaſtes 1. numero 2. Et cur in ſapientiali doctrina ſcribenda, in ipſa fronte ſe præfixit David filium; David ſapientiſſimus; de eo dicitur 2. Reg. 23. 2 Reg. 23. n. 8. *Sedens in cathedra ſapientiſſimus.* Non otioſè ergo in tradendo ſapientiæ documento talem patrem commemorat; qui ſimul cum natura ſapientiam à patre exhauſerat: Sic Divus Baſilius ibi docet, *Ut planè cognoſceretur, quemadmodum ſapiens erat Salomon ex ſapiente patre.*

96. Gen. 28. Apparens Deus Jacob ait ei, Geneſ. 28. n. 13. *Ego ſum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac.* Majori proprietate videbantur dicendum: ego Dominus Deus Abraham, & Deus Iſaac patris tui; ſiquidem Abrahamus avus erat Jacob; non Pater: Pater autem erat Iſaac. Cur ergo præteriens nomen patris in Iſaac, qui verè Pater erat, patrem vocat ſolùm Abrahamum, qui pater ſecundùm naturam non erat, ſed avus: Cùm Deus Abraham, & non Iſaac, dicit patrem Jacob, non attendit ad naturam, ſed potiùs ad virtutes Abraham potius quam Iſaac, quas maximè referebat Jacob, ut notat Philo Judæus, lib. de ſomniis: nam ſicut Abrahamus exivit de terra, & cognatione ſua. Gen. 12. ſic & Jacob à terra ſua, & domo patris ſui egreſſus eſt; Abrahamus per varias terras, per multos labores peregrinatus, ſic & Jacob; Abrahamus cùm multa ſapientia ſuſtinet dolorem filii, quem morti tradebat, ſic & Jacob conſtanti, ac forti animo patiebatur dolorem filii, quem demortuum credebat; & cùm in tantis fuiſſet imitator virtutum Abrahami, inde potius pater illius dicitur, quàm Iſaac, cujus natura filius erat.

Tunc quis dicitur filius alicujus cum ejus virtutes imitatur. Philo. Gen. 12.

Loth dicunt Angeli, ut filias ſuas ſecum tollat, ut ab incendio Sodomorum liberentur: 97. *Tolle uxorem tuam, & duas filias, quas habes, ne & tu pariter pereas in ſcelere civitatis.* Gen. 19. Gen. 16. Chald. num. 15. Sufficiebat dicere, tolle uxorem, & filias tuas; ex alto tamen inſpiramine additur, *filias, quas habes*, id eſt, ut tui imitatrices, tuæque virtutis ſequaces; quod clariùs exprimit Chaldæus legens: *Tolle uxorem tuam, & duas filias tuas; quæ inventæ ſunt fideles tecum.* Ut filiæ ejus ſalventur, non ſufficit quod filiæ Loth ſint? ſed ultra id inſinuatur ratio ſpecialis ſalutis, quod nimirum inventæ ſunt fideles tecum; Ideo enim ab incendio tecum ſalutem habent, ac tantum donum aſſequuntur; non præcisè ex eo quod ſint filiæ tuæ, ſed quia tecum eandem fidelitatem, ac virtutem tenent; & inde bene dicuntur filiæ tuæ, quas habes; quia ſolùm eos filios homo habet, quando ejus fidem, ac virtutem ſequuntur.

Caiet. *Qui parentis virtutis eſt imitator, illius eſt filius.*

Apoc. 7. n. 5. Ex tribu Juda duodecim millia ſignati: ex tribu Ruben duodecim millia ſignati: ex tribu Gad duodecim millia ſignati.

Num. 6. Ex tribu Aſer duodecim millia ſignati: ex tribu Nephtali duodecim millia ſignati: ex tribu Manaſſe duodecim millia ſignati.

Num. 7. Ex tribu Simeon duodecim millia ſignati: ex tribu Levi duodecim millia ſignati: ex tribu Iſſachar duodecim millia ſignati.

Num. 8. Ex tribu Zabulon duodecim millia ſignati: ex tribu Joſeph duodecim millia ſignati ex tribu Benjamin duodecim millia ſignati.

VERSIONES.

Syrus. Ex tribu Juda duodecim millia obſignata.

Arabic. Duodecim mille ſignati.

EXPOSITIO IV.

98. Ex tribu Juda duodecim millia ſignati.* In unaquaq; tribu hic numerus certus, & diffinitus ponitur, ſcilicet duodenarius; quod non ita eſt intelligendum, ut numerus ſalvandorum in omnibus tribubus ſit æqualis, ut ne unus quidem magis ſalutem habeat ex una tribu,

 quàm

quàm ex altera; ſed ut jam dixi, ponitur numerus definitus pro indefinito, & multo major erit numerus ſalvandorum, quàm duodecim millia, ex unaquaque tribu, ut jam explicavi q. ſuperiori; aliquas difficultates hîc occurrentes dabimus in quæſtionibus.

QUÆSTIO XI.

Quare in omnibus tribubus ſumma æqualitas ſignatorum proponitur; ut ex qualibet tribu duodecim millia dicantur ſignati?

99. *Quid ſit Tribus.* TRibus nihil aliud eſt, quàm generatio multorum ab una communi ſtipite deſcendentium; in qua ſunt multæ familiæ, & Domus; unaquæque ergo tribus magno filiorum agmine ſtipata, Deo hîc proponitur, ita ut ex unaquaque tribu duodecim millia ſignata dicantur, pro quo audiendus Petrus Cellenſis, lib. de Panib. c. 9. *Unde enim*, ait, *cujuſque tribus Patriarcharum tanta filiorum numeroſitas, ut duodecim habeat millia ſignata? niſi quia vera virtus, ſterilitate remota, propagatur etiam in mille generationes.* Vera virtus non marceſſit. Illa præclara virtus Abrachami, Iſaac, Jacob, & aliorum Patriarcharum, neſcit ſterileſcere; ſed in dies ſupra modum augetur; ita ut in natura virtutis generoſitas transfuſa videatur, nec imbelles columbas generant Aquilæ; ſed qui virtutis ſemen in mundum mittit, indefectibiles trahit ſegetes imitatorum, ut nun ercſiores, & diuturniores appareant familiæ, quas majorum virtus concitat.

Petr. Cell.

Virtus fœcundiſſima.

100. Quæſtio tamen principaliter inquirit, cur ſignatorum hîc ponitur ſumma æqualitas in omnibus tribubus, ita ut ex utraque duodecim millia dicantur ſignati? & rationem literalem jam dedi ſuprà q. 10. in 3. concluſione, quàm latè explicavi.

101. Origen. Hujus verò ſummæ æqualitatis in omnibus hanc rationem moralem invenit Origen. hom. 1. in Exod. *Ad quos Patres*, ait, *iſte numerus referendus ſit, tam æqualis tam integer, tamque copioſus, ita ut nullus alio ſuperior, aut inferior numeretur, Apoſtolus ſubjecit, cùm dicit: Propter quod flecto genua ad Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur.* Æternus Pater ex ſe in præmiis, ac coronis largiendis nullam inæqualitatem facit omnia unicuique proponit, & æquales vult habere filios in honore, ac dignitate, tamen ex ingenio, ac merito filiorum, talis inæqualitas provenit; quod quidam aliis in dignitate præferantur, non ex patre, ſed ex filiis provenit.

Inæqualitas mercedis à Deo data, non ab ipſo, ſed à nobis provenit.

102. Petunt filii Zebedæi dexteram, & ſiniſtram, quibus Dominus ait: *Sedere autem ad dexteram, & ſiniſtram, non eſt meum, dare vobis.* Matth. 20. num. 23. Quomodo modò negat, dare ſedes, qui antea eas Apoſtolis promiſerat: *ſedebitis ſuper ſedes duodecim?* Matth. 19 num. 28 Non negat Dominus ſuum eſſe ſedes dare; ſed negat, ſuum eſſe tam inæquales ſedes dare ſuis diſcipulis, nimirum, dextras, & ſiniſtras; quando

Matth. 20. Matth. 19.

ipſe ex ſe omnes æquali præmio vult ditare, & ſublimare, omnéſque ad dexteram conſtituere. D. Chryſ. homil. de peritione filiorum Zebedæi, ſic fatur: *Non ipſius eſt*, ait, *ſolius dare ſedes eorum, qui decertant, accipere. Nam ſi ſolius eſſet ipſius, differentes honores non eſſent: omnes enim ipſe condidit, & æqualiter eſt illi cura de omnibus.* Optimus præmiorum diſtributor Dominus, quantum eſt ex ſe eadem omnibus largitur; nulli minus, ſed omnibus æqualia diſtribuere affectat.

Deus ex ſe vult dare æqualia dona.

Cum David eſſet in ultima vitæ periodo; duos habebat filios, quos intimè diligebat, Adoniam nempe ſeniorem, & Salomonem juniorem; multorum votis Adonias Rex acclamatu; quod cum agnoviſſet David vocato Sadoc Sacerdote, & Nathan Propheta, mandat eum imponere ſuper mulam ſuam. *Unxeruntque Salomonem Sadoc Sacerdos, & Nathan Propheta regem in Gihon, & inſonuit civitas; Salomon ſedes ſuper ſolium regni.* 3. Reg. 1. num. 45. Unde fieri potuit, quod David plenus juſtitia, ac pietate à regno excluſerit filium ſeniorem, ad illumque elevaverit juniorem; de quo longam quæſtionem 34. hic facit Abulenſ. nam ipſe, multum amabat Salomonem, multúmque amabat Adoniam: nam hac de cauſa, cùm ipſe feciſſet ſibi currus, & equites eum pater non corripuit. Ibid. num. 6 Et tanto amore David æſtuabat in filios, ut etiam iniquum filium ejus mortem machinantem, ab interitu cuſtodire voluerit, dicens: *Servate mihi puerum Abſalon*: Cur ergo in Regno non patitur Adoniam; quod & Salomoni defert? Hoc non facit Patris amor, ſed conditio filiorum: Patet æqualiter omnes amabat, filii verò inæqualibus moribus erant, Adoniæ acre erat ingenium, plenum ambitione, & ſuperbia, ut notant D. Ambroſ. Angelomus, & alii; & ideo vivente Patre, regnum invaſit, ut patet ex citato cap. At Salomon, qui dicebatur, *amabilis Domino* 2. Reg. 12 numero 24. Suavis moribus erat, plenus prudentia, ingenio, ac virtute, de quo multa Pineda de rebus Salomonis lib 1. cap. 18. quamvis ergo Patris amor eſſet æqualis in filios, inæqualia eorum merita, inæqualia præmia exigebant. Amor Patris filios æquales facere optabat, tamen eorum opera talem æqualitatem non patiebantur; & ideò unus à regno dejicitur, alter elevatur ad illud. 103.

3. Reg. 1.

Abulenſ.

D. Ambroſ. Angelom.

2. Reg. 12.

David æqualiter diligit filios; ipſi verò inæquales ad munera.

QUÆSTIO XII.

Quare non dicitur in communi, ex qualibet tribu duodecim millia ſignati; ſed ſpecialiter unaquæque tribus ſuo expreſſo nomine ponitur?

SUfficiens videtur, ſi diceretur, ex unaquaque tribu filiorum Iſraël duodecim millia ſignari; nam in rationali Antiqui Pontificis mandavit Deus ponere nomina filiorum. Iſraë: *Portabitque Aaron nomina filiorum Iſraël in rationali judicii.* Exod. 28. num 29. Et ſic ſæpè in eodem c. nomina filiorum Iſraël repetit; cur ergo etiam in præſenti 104.

Difficultas quæſtionis.

Exod. 28.

præſenti non dicitur in communi, ex qualibet Tribu filiorum Iſraël, ſed ſpeciatim toties repetuntur duodecim millia ſignari per ſingulas Tribus?

Deus in numerandis ſuis electis maximè delectatur.

105. Reſpondeo primò, quia mos erat Hebræis idem ſæpe repetere. Secundò, in hac diſtincta enumeratione Deus voluit oſtendere, quam diſtinctam habeat de omnibus ſuis electis notitiam. Tertiò, indicat hæc diſtinctio mirabilium ſtructuram regni cœleſtis, quæ ut in magnifico ædificio, ex multis partibus conſtat. Quartò, tam Deus quàm Joannes hac iteratione, ac repetitione tam felicis, ac beatæ ſortis horum hominum maximè delectatur: & tanquam cum ipſis ſignatis maximè jucundatur, & ut etiam ſignificet, quanti eos faciat; ſimúlque illos ſigillatim vocando ac nominando, eximiè honorat, ac condecorat, ſibíque acceptiſſimos eſſe indicat.

106. Quintò, non in generali dicuntur ex Tribubus filiorum Iſraë; ſed ſigillatim exprimuntur, ut ait S. Thomas, ut ſub ipſis nominibus expreſſis filiorum Iſraël, denotentur virtutes, quales eſſe debeant in electis, & ad vitam æternam deſignatis; quæ autem ſint virtutes per hæc nomina ſignificatæ, declarat D. Anſelmus Cantuarienſis. *Ex Tribu Juda*, id eſt, confeſſio. *Ex Tribu Ruben*, hoc eſt, videns filios, ut ſunt illi, qui benè, & conſideratè operantur. *Ex Tribu Gad*, id eſt, Accinctus contra quamlibet tentationem. *Ex Tribu Aſer*, id eſt, Beatus, mundanis ſcilicet non intentus. *Ex Tribu Nephtali*, id eſt, latitudo, & ſunt hi, qui bona ſua ex charitate largiuntur, & ſic de cæteris, de quo quæſtione ſequenti.

S. Thom.

D. Anſelm. *Denotantur virtutes Electorum in nominibus filiorum Iſraël.*

107. Rectè ergo ſignati, ac electi ſub talibus nominibus exprimuntur, ut ita ſub talibus nominibus importentur indicia, ac prognoſtica futuræ ſanctitatis in eis; ſolent enim nomina magna eſſe futurorum indicia. *Miſſus eſt Angelus Gabriel ad Virginem Mariam.* Luc. 1. num. 26. Et cur ad tantum Incarnationis opus iſte præmittitur Angelus, ut de tanto myſterio verba habeat cum Maria? Gabriel, idem eſt, ac homo Deus. Acturus ergo Angelus, cum virgine de Deo futuro homine; Rectè iſte Angelus eligitur ut in ejus nomine præmitteretur index rei futuræ, ut ipſe Paranymphus ſuo nomine, totius Dominicæ Incarnationis negotiū prænotaret D. Proculus homilia de Chriſti Nativitate in Concilio Epheſino tom. 6. c. 7. *Ille namque, qui lætum nuntium Mariæ detulit, Gabrielis nomen ſortiebatur; & quid quæſo Gabriel interpretatum ſonat? Audi, & diſce, idem utique ſonat, quod Deus & homo: quia ergo ille, quem annuntiabat, Deus erat, & homo; quo diſpenſationis myſterium facilius perſuadeat, rei miraculum, nominis mentione anticipat.*

Luc. 1.

Nomen indicium futurorum.

Procul.

108. Referens D. Matthæus Apoſtolorum nomina, inter alios nominatos, ſcribit: *Et Judas Iſcariotes, qui & tradidit eum.* Matth. 10. num. 4. Iſcariotes non erat nomen, ſed cognomen; & quando de aliis multis ſola nomina ſine cognominibus proponebat; verbi gratiâ, Petrum, Andræam, Thomam, & alios, cur in Juda præter nomen, etiam cognomen. *Iſcariotes* notatur? quid habet hoc cognomen, ut inter cætera notatu dignum habeatur? *Iſcariotes* idem valet, ac ſuffocatus, in quo nomine tota proditoris futura tragœdia præmittebatur. Et ideò ex alio afflatu Judæ nomen *Iſcariotes* eſt appoſitum, ut in ſuo nomine ejus funeſtus exitus eſſet repræſentatus D. Paſchaſius ibi. *Legi Scariot juxta Hebraicam interpretationem à quodam; exſuffocatum vocari debere, quod ſi ita eſt, magna convenientia ſui nominis, ac ſi ex prophetia, invenitur haberi cum exitu ſuæ mortis, quoniam laqueo ſe ſuſpendit, & ſuffocatus interiit.*

Matth. 10.

D. Paſchaſ. *Nomen indicat exitum futurum.*

Quæstio XIII.

Quare noſter Joannes in his Tribubus referendis nullum ſervat ordinem?

109. Noſtra ſublimis Aquila in his Tribubus referendis nullum ſervat ordinem: nam ordo inter has Tribus ſumi poteſt, vel ratione nativitatis progenitorum, & tunc Primus eſt Ruben; Secundus Simeon; Tertius Levi; Quartus Judas, & ſic de cæteris. Geneſ. 29. & 30. Vel ſumi poteſt ex benedictione filiorum, data à Jacobo Geneſ. quadrageſimo nono, vel ratione excellentiæ, & tunc Judas eſt primus, cui jus regni datum eſt; Secundus Joſeph, cui reliquum primogenituræ jus delatum eſt, ut Auctores communiter fatentur; Tertius Ruben, & ſic de cæteris. Vel ordo ſumi poteſt ratione vexillorum. Numer. primo, & decimo. Vel ratione ſortis, ac partitionis Terræ ſanctæ, Joſue 13. Nullum talem ordinem noſter Joannes ſervat. Cur ergo tam mira, & extraordinaria ſerie ſe habet, circa has Tribus referendas?

Ordo inter Tribus ex multiplici capite ſumi poteſt.

Geneſ. 29.

Gen. 49.

Num. 1.

Joſue. 13.

110. Ad quæſtionem reſpondet primò Ribeira: ait ipſe, quod talis ordo hîc proponitur; quia in fine mundi, primò, convertenda ſit Tribus Juda, cum ex ea natus ſit Chriſtus; deinde convertenda ſit Tribus Ruben; deinde Gad, & ſic de cæteris; & quamquam ratio de Tribu Juda ſit probabilis; tamen quoad alias Tribus nulla eſt ratio, nec conjectura, ſed quædam pura divinatio.

Ribeira.

111. Dico, quod in referendis his duodecim Tribubus, nullum ordinem ex aſſignatis in exordio quæſtionis ſervat hic noſter Evangeliſta; quia Deus in diſtributione donorum ſupernaturalium nullam ſervat proportionem ad progenituram, dignitatem, ac locum temporalem; ſed ſicut nos elegit, ſecundùm propoſitum voluntatis ſuæ, ſic ipſa bona diſtribuit, ac communicat ſecundùm propoſitum ejuſdem voluntatis, per altiſſimas rationes, quas tenuitas noſtræ mentis non valet aſſequi.

Deus in diſtribuendis donis ſupernaturalibus non ſervat ordinem naturalem.

112. Ad myſticum ſenſum communiter confugiunt D. Ambroſius, Primaſius, D. Anſelmus, Rupertus, Beda, & alii hanc aſſignant rationem; quia in his partibus referendis præponitur cō verſio hominis, & vita ſpiritualis, quæ incipit à *Juda*, id eſt, à confeſſione, quam Judas ſignificat: Dic tua peccata Deo, ut juſtificeris: Succedit *Ruben*, id eſt, filius viſionis; recta cognitio, ac viſio, opera virtutū intuetur, ut talia ſequatur. Tertius eſt *Gad*, id eſt, accinctus ad pugnam, ac tētationes ſuperandas, Eccl cap. 2. *Fili accedens ad ſervitutem Dei, præpara animam tuam*

D. Ambr. Primaſius. S. Anſelm. Rupertus. Beda.

Perfecta hominis converſio, ac vita ſpiritualis. Jacob. 1.

tuam ad tentationem. Quartus *Aſſer*, id eſt beatus ob tentationem ſuperatam. *Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* Jacob. 1. n. 12. Succedit *Nephtali*, id eſt, latitudo ſpiritus, quia qui vincit tentationes, cordis magnam latitudinem, ac fiduciam in Deo habet. Sequitur ſextò, *Manaſſes*, id eſt, oblivio, qui fiduciam habet in Deo, & in eo ponit ſuam ſpem, de terrenis obliviſcitur. Sequitur *Simeon*, id eſt, auditio: nam qui de terrenis obliviſcitur, capax eſt, ut audiat, ac percipiat divina. Octavo loco eſt *Levi*, id eſt, mutuatus: nam qui totus in Deum fertur, jam tanquam civis ſanctorum ſe peregrinum, ac mutuatum ſuper terram exiſtimat. Nono loco ſuſcepit *Iſſachar*, id eſt, merces, quia tali peregrino valde ampla debetur. Decimus eſt *Zabulon*, id eſt, habitatio, quia in tali inhabitat Deus. Undecimus *Joſeph*, id eſt, additio, ſeu incrementum; qui enim talis eſt qualibet die gratia, & virtute creſcit, & augetur. Duodecimus *Benjamin*, id eſt, filius dextræ, quia talis ſpiritualis homo ſic factus, & dextera Dei adjutus, ad dexteram Dei evehitur in cœlis. Pſal. 15. n. 8. *Providebam Dominum in conſpectu meo, quoniam à dextris eſt mihi, ne commovear.*

113. *Eccleſia magnis virtutibus illuſtrata.*

Ad Eccleſiam hunc ordinem referunt Vicgas, Cornelius, & etiam Ferrar. Nam hæc primò, in Juda, id eſt, in confeſſione fidei, firmiſſima eſt: In Ruben, bonis operibus abundans; in Gad tentationibus exercitata; in Nephtali charitate dilatata; in Manaſſe obliviſcitur eorum, quæ retrò ſunt; in Simeone ſubinde divinis auditionibus, & revelationibus illuſtratur; in Levi fit illuſtris continentium cœlibatu; in Iſſachar fit plena expectatæ mercedis ſpe; in Zabulon Dei ipſius habitaculum eſt; in Joſeph mirificè propagatur; in Bejamin ad dexteram Dei collocatur.

114. Eccleſia Dei maximè nobilitata eſt ab ipſo donis, ac excellentiis; de ea canit David, *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate.* Pſalm. 44. n. 10. De Eccleſia eſt ſermo, ut ſatis eſt communis ſententia Patrum, & regina dicitur, ob eximiam ejus dignitatem, *à dextris tuis* in ſignum ſummæ dilectionis Dei erga illam; In veſtitu deaurato; Non ex alia textura, ejus veſtitus componitur, niſi ex auro pretioſiſſimo, & fulgentiſſimo nitore virtutum. D. Bruno de ornatu Eccleſiæ cap. 12. *Pulchrè*, ait, *in veſtitu deaurato Eccleſia deſcribitur; ut tota ſapiens, tota munda, & incorrupta intelligatur.* Et poſtea ſubdit: *meritò ergo veſtitu deaurato Eccleſia pingitur, cujus omnia ornamenta tam puriſſimo auro intexta ſunt.* Circumdata varietate omnium virtutum, gratiarum, ac donorum, ut explicant ipſe Bruno, D. Auguſt. Ruffin. & alii.

Pſalm. 44. *Eccleſia virtutibus, ac donis circundata.* D. Bruno.

115. Cum Apoſtoli advenientis Spiritus virtute implerentur, *Apparuerunt illis diſpertitæ linguæ, tanquam ignis, ſeditque ſuper ſingulos eorum*, Actor. 2. n. 3. D. Cyrill. Jeroſolymit. Cathec. 17. Exiſtimat, has linguas igneas, tanquam coronas, inſediſſe Apoſtolorum capitibus. Ad quid neceſſum fuit, quod Apoſtolorum capita iis igneis Spiritus ſancti fulgurantibus coronis viſibiliter reſplendeſcerent; ad quid tam luminoſis radiis ſic nitent? Erant Apoſtoli fundamenta Eccleſiæ, quæ ſuper eorum magiſterium erigebatur: Inde ergo optimè eorum capita lucidis ac reſplendentibus coronis nitent, ut inde agnoſceretur, quod Eccleſia ſuper eos fundata, luce gratiarum, ac donorum erat coronata, & lumen, ac lux, exterior, eſſet indicium lucis, ac luminis interioris: Et lumen viſibile Spiritus Sancti indicabat inviſibile lumen quo eorum corda replebantur; huic cogitationi adeſt patronus. D. Cyril. Alexand. in Joëlem Prophet. *Oportebat enim*, ait, *oportebat Eccleſiæ Myſtagogos, & orbis terrarum magiſtros futuros, etiam ante alios dono Spiritus ſancti cohoneſtari, & veluti quoddam ornamentum per fidem in ſanctificationem ab initio factas, divinaque, & cœleſti gratia inaurari.*

Actor. 2. Cyr. Jeroſ. *Eccleſia coronata fulget omni virtute, & gratia.* D. Cyr. Ad.

116. Ad Eccleſiam ſanctam, ut eſt communis Patrum vox, loquitur divinus ſponſus: *Veni de libano ſponſa mea, veni de libano, veni coronaberis*, Cant. 4. n. 8. Cur, quæſo, ter vocatur, quæ unico tantùm nutui obediret: Caſſiodorus & Beda: *Ter ſponſam de Libano venire præcipit, perfectum bonæ operationis, ſalutiferæ locutionis, ac puræ cogitationis.* In his omnibus Eccleſia ſancta maximè ditata, ac impinguata eſt gratiis, & donis Spiritus ſancti.

Cant. 4. Caſſiod. Beda.

Quæstio XIV.

Circa numeratas tribus ac earum ſeriem aliqua hic altiùs notantur.

Diximus ſuperiori q. circa has tribus quæ communiter ab Auctoribus circumferuntur, nunc verò ex particularibus aliqua ad majorem doctrinam proponamus in medium. 117.

Ex tribu Iuda.

Judas quartus filius Jacob ponitur primo loco: quia, ut ait Rupertus, *Primus Judas, qui confeſſio, ſive laudatio interpretatur.* Cùm ergo Judas idem valeat, ac confeſſio, quod verbum non ſolùm ſignificat confiteri peccata, ſed etiam Deum laudare, ut notat D. Aug. ſerm. 8. de verbis Domini, exponens illa verba Chriſti D. Matth. 11. *Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ.* Chriſtus valdè longè erat ab omni peccato: cùm ergo, ait, confiteor tibi, id eſt, laudo, & glorifico te: cùm ergo Judas idem ſit, ac laudatio, meritò in primo ponitur loco; nam qui Deum laudat, primas in omnibus tenet. 118.

118. Rupert. D. Auguſt. Matth. 11. *Qui Deum laudat, primus eſt in omnibus.*

Deinde, ait Rupertus: *Convenienter à Juda inchoat Evangeliſta; ex qua tribu ortus eſt Dominus noſter.* Primas dat Judæ, in honorem Domini Jeſu Chriſti, & ejus Matris ſanctiſſimæ cum ex tali tribu ſint exorti, indéque tantam excellentiam ei contulerunt, ut prima ſit inter cæteras tribus. Ea de cauſa prima jubetur ad Orientem caſtrametari: *Ad Orientem Judas figet tentoria.* Num. 2. n. 3. Theodoret. quæſt. 3. *Juſtiſſima de cauſa conceſſerunt Judæ plagam Orientalem, quoniam de ipſo Chriſto Domino Divinus vates inclamat: Ecce vir Oriens nomen ejus.* 119.

Rupert. *Honoratur tribus Juda ex Chriſto nato.* Theod.

Ex

Ex Tribu Ruben.

120. Haymo. Ruben primus filius Jacob ponitur ſecundo loco: Haymo, *Spiritualis eſt*, ait, *iſta proſapia, & quia in Juda præceſſit initium confeſſionum, & in Ruben ſuccedunt incrementa virtutum; qui ſi primus poneretur, ordo nativitatis ſuæ confunderetur; prius enim recedimus per confeſſionem à malis, deinde proficimus ad ſubſequentia bona, ut informatur rectis & placitis.* Judas, id eſt, confeſſio: Ruben, videns filios, interpretatur, per quæ denotantur opera agenda conſideranda, quæ ſunt veluti filii hominis; prius recedendum à malis operibus per confeſſionem deinde de bonis ſtudendum, Rupertus: *Poſt Iudam verò Ruben, id eſt, poſt exordia divinæ confeſſionis, & laudis, perfectio ſequitur actionis.* [Rupert.]

Ex tribu Gad.

111. Gad ſecundùm ordinem nativitatis ſeptimus eſt inter filios Jacob; quomodo ergo ponitur tertio loco poſt Ruben. Gad triplicem habet interpretationem, interpretatur, Tentatio, Accinctus, & latrunculus: Tentatio, & Accinctus rectè cohærent, quia contra tentationem debet homo rectè accingi; & ideo benè ponitur poſt Ruben, ut dixi ſuperiori quæſt. nam Ruben dicit bona opera, & qui benè operatur, debet eſſe accinctus ad vincendas tentationes; ſed cur latrunculus dicitur? videbatur potius dicendus fortiſſimus Dux in tanto bello tentationum. Ansbertus Abbas: *Quia bonorum certaminum*, ait, *finem ad Deum dirigere, ad favorem humanæ laudis torquere debemus: ob hoc etiam prædictus Gad latrunculus vocatur tanquam, ſcilicet, bona cordis latenter acquirens, Deo offerat approbanda: non humanis obtutibus detegat præferenda: ut ſecundam quod ipſe promiſit, Pater ejus, qui videt in abſcondito, reddat ei in manifeſto: quaſi enim quidam latrunculus erat David, cùm diceret:* In corde abſcondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Pſalm. 118. n. 11. *Quod omnino ad animi intentionem pandunt, & nonnulli actionem, ſuam foris d tegunt, & tamen intus abſcondunt*; qui accinctus eſt ad vincendas tentationes, earumque victor, ſit veluti latrunculus, qui bona, quæ tenet, & furatur, maximè abſcondit ne pateant humanis obtutibus, ne auferantur ab eo, & ipſa deperdat; ſic qui benè operatur, opera ſua abſcondat, & Pater, qui videt in abſcondito, reddet ei, ne ſi ſint pervia humanis oculis, ea vanitate, ac elatione quadam deperdat; & ideo ait Regius Vates: In corde meo abſcondi eloquia tua, ut non peccem tibi, id eſt, contra te.

[*Bona opera ad Deum dirigenda, & ab hominibus aſcendenda, ut pereant.* — Ansbertus. — Pſalm. 118.]

Ex tribu Aßer.

122. Rupert. Albert. D. Bernard. Quarto loco ponitur Aſſer, qui inter filios Jacob eſt octavus: qui interpretatur Rectus, ut inquiunt Rupertus, Albertus Magnus: vel atrium, ait D. Bernardin. & rectè poſt Gad, qui idem eſt, ac accinctus ad pugnam; nam qui victor eſt tentationis, beatus eſt, & jam in atrio beatitudinis, ut dixi ſuperiori q. Et rectè inter filios Jacob, Aſſer idem eſt, ac beatus, quia & in benedictione datum eſt Euchariſticum Sacramentum: *Aſſer panis pinguis, & præbebit delicias regibus.* Geneſ. 49. num. 20. Rectè ergo inde Aſſer dicitur beatus: nam qui Euchariſtiam ſumit, beatus eſt, & beatitudinis puritas ad illam requiritur.

[Geneſ. 49. *Ad Euchariſtiam puritas rectitudinis.*]

Ex tribu Nephtali.

Nephtali ſextus eſt filius Jacob, quinto loco hic ponitur, & interpretatur *latitudo*, & benè poſt Gad, & Aſſer memoratur Nephtali, quia poſt victam tentationem, & partam beatitudinem, magna fiducia, ac ſpe cordis roboramur in Deum. Rupertus: *Quia*, ait, *beatitudinis fida promiſſione ſecuri non anguſtiantur, ſed ſpe gaudentes, in tribulatione patientes, cum Pſalmographo decantant.* Pſalm. 4 n. 2. *In tribulatione dilataſti mihi.* Vel rectè, poſt Gad, & Aſſer ponitur Nephtali, quia beati, qui ſufferunt tentationem; nam hi non ſolùm quælibet mala ſuſtinent, ſed etiam cum multa dilectione erga Deum, quoſlibet proximos, etiam adverſarios, dilatant cor ſuum, ut omnes amplectantur. Ansbert. *Beatitudinis certa promiſſione roborati bellatores Eccleſiæ, inter ipſos etiam malos, non anguſtiantur viſceribus charitatis, ſed cum Apoſtolo,* 1. Corinth. 6 *Clamant; & dicunt; cor noſtrum dilatatum eſt, unde benè poſt Aſſer, Nephtali ſupponitur.* 123.

[*Tentationis virga, magna ſpes in Deo.* — Pſalm. 3. — Ansbertus. *Non ſolùm ſuſtinenda mala, ſed habenda charitas.*]

Ex tribu Manaſſe.

Manaſſes nepos eſt Jacob, filius Joſeph, de quo infrà, & ſexto loco ponitur, & rectè Nam numeratis Gad, Aſſer, & Nephtali tribubus, ponitur Manaſſes, qui interpretatur, oblitus, ſeu neceſſitas; ſicut Gad tentatio Nephtali dilatatio, quia devictis tentationibus, & dilatata charitate in proximos nullam ſollicitudinem de terrenis habeamus, ſed tantùm neceſſariis contenti. Rupertus: *Manaſſes ſequitur, qui interpretatur oblitus, ſive neceſſitas cujus nominis myſterio monemur, ut tentationem præſentium angoribus edocti, ea, quæ retrò ſunt, obliviſcentes: ſic in ea, quæ ante ſunt ſecundùm Apoſtolum extendamur, ut carnis curam non in diſideriis, ſed ſola neceſſitate humanæ conditionis aſtricti faciamus: de qua Pſalmiſta meliora ſuſpirans, ait orans,* Pſalm. 24. n. 17. *De neceſſitatibus meis eripe me, Domine.* Albert. Magn. Poſtquam agit de Aſſer, Nephtali, & Manaſſe ait, *In his ergo tribus ſignatur ſtatus proficientium, ut qui proficit, ſit Aſſer per cuſtodiam mandatorum, Nephtali per latitudinem charitatis, Manaſſes per contemptum mundi.* 124.

[*Terrena ſint in oblivione, & ſolùm neceſſitate quærantur.* — Rupert. — Pſalm. 24. — Alb. Magn.]

Ex tribu Simeon.

Ecce Simeon ſecundus filius Jacob, ſeptimo hic loco ponitur: Simeon duas habet interpretationes, prima idem eſt, *triſtitiæ auditor*, ſecunda idem valet, ac *habitaculum*, inde benè poſt Manaſſen, id eſt, oblivionem, ponitur Simeon: nam qui obliviſcitur de terrenis, & audiens de peccatis triſtatur, hic cœleſtis habitaculi lætitia afficitur. Rupertus: *Qualitate hujus vocabuli, nempe Simeon, evidenter indicatur quid hic habendum & quid ſit ſalubriter expectandum; illis enim habitaculi cœleſtis.* 125.

[*Qui triſtatur de peccatis participat cœleſtia gaudia.*]

gaudium

gaudium dabitur, quorum hic animus fructuoſa pœnitentia contriſtatur, quibus, & dicitur Joan. 16. Triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Joan. 16.

Ex tribu Levi.

126. Levi tertius eſt filius Jacob, & locum octavum hìc occupat; Levi idem valet, ac *mutuatus*, vel *additus*; & benè poſt Manaſſem, id eſt, oblivionem Simeonem, id eſt, auditionem, ponitur Levi; nam qui obliviſcitur de terrenis, ut ſe tanquam mutuatum, ac peregrinum exiſtimet, & cœleſtia audit, ut triſtetur de peccatis, ei multa merces additur, ac duplicatur, ut inter filios Dei ſit D. Ambroſ. hìc *Levi ſequitur, qui additus, ſive aſſumptus interpretatur: quia qui de peccatis quæ fecit, jam pœnitentiam exercuit; qui contra vitia pugnavit, eáque devicit, in amorem Dei, ac cœleſtis patriæ totus aſſumitur uſque additur, qui filii Dei nuncupantur, & ſunt.*

Qui ſe peregrinum exiſtimat in mundo magna merces ei additur. D. Ambroſ.

Ex tribu Iſſachar.

127. Nonus filius Jacob eſt Iſſachar, qui & interpretatur merces; & benè ponitur poſt Levi, qui idem eſt, ac additur; rectè, quia illis, qui non ſolùm præcepta, ſed etiam conſilia, ut virginitatem, & cœlibatum ſervant multa merces eſt repoſita in cœlis: Ansbert. *Quibus nempe*, ait, *conſilia præceptis addentibus jure convenit, quod Iſſachar poſt Levi annectitur, qui interpretatus dicitur & merces: iſta præcipuè agentibus, ac ſpecialis merces debetur.*

Multa merces ei, qui non ſolùm præcepta, ſed & conſilia adimplet. Ansbertus.

Ex tribu Zubulon.

128. Decimus filius Jacob Zabulon, qui & in decimo ponitur loco, & interpretatur; habitaculum fortitudinis; & benè ponitur poſt Iſſachar, qui & merces eſt; nam qui propter ſua bona opera mercedem habet à Deo, tenet habitaculum fortitudinis à quo nulla vi, ac induſtria humana poteſt dejici, ac expelli. D. Ambroſ. hìc: *Et ideo poſt Iſſachar*, ait, *Zabulon ponitur, qui habitaculum fortitudinis interpretatur, & quod habitaculum fortitudinis. niſi habitatio Dei? in illo habitat Deus, in quo fides, patientia, caſtitas, humilitas, charitas, & cæteræ virtutes commorantur.*

Merces à Deo data, firma eſt. D. Ambroſ.

Ex tribu Joſeph.

129. Undecimus filius Jacob eſt, & hic eodem in loco ponitur, & ſignificat argumentum; & optimè poſt Zabulon, qui dicitur habitaculum fortitudinis, ponitur; nam qui firmiter habitant in Deo, hi maximè augentur, & creſcunt meritis. D. Ambr. *Et qui per operationem virtutum, augentur præmia meritorum, Joſeph ſubſequitur, qui augmentum interpretatur.* Aliter explicat Albert. Magn. *Poſt Zabulon, qui eſt habitaculum fortitudinis, ponitur Joſeph qui interpretatur augmentum; per quod etiam perſeverantes intelliguntur, qui pecuniam acceptam cum augmento referunt: Ecce alia duo ſuperlucratus ſum.* Matth. 25. Hic autem maximè advertendum, quod cum dicitur, *Ex tribu Joſeph*, intelligitur tribus Ephraïm, quæ fuit hic omiſſa; licèt autem Ephraïm junior fuerit Manaſſe ſeniori, tamen, ab avo Jacobo Prælatus Manaſſe ſeniori. Geneſ. 48. numero 14. hinc eſt quod pro majori nobilitate retinuit nomen patris ſui Joſeph; utpote dignior, ut eſt impræſentiarum.

Qui perſeverant firmiter cum Deo, meritis augentur. D. Ambr. Albert. Mag. *Sub Ioſeph intelligitur tribus Ephraim.*

Ex Tribu Benjamin.

Duodecimus filius Jacob eſt Benjamin, hoc eſt filius dexteræ, & hic ponitur in duodecimo, ac ultimo loco, quia qui virtutes in prædictis Patribus adimplet, ut obliviſcatur de terrenis, ac peregrinum in hoc mundo ſe exiſtimat, & audit, ut pœniteat de peccatis; ac firmiter perſeverat cum Deo, & augeſcit, & creſcit in virtutibus, hic ad dexteram Dei ſublevatur, ac collocatur in gloria. Divus Ambroſius. *Benjamin ultimus, imo & ſuperior ponitur, qui filius dexteræ interpretatur; Electi enim Dei, filii dexteræ Dei efficiuntur, cùm ab hac vita ſubſtracti in cœleſtibus ſedibus collocantur, ubi nihil eſt ſiniſtrum, ſed totum dextrum.* 130.

Qui virtutes adimplet, ad dexteram Dei elevatur. D. Ambr.

In partu Benjamin mortua eſt Rachel; inde appellavit eum Benoni, qui interpretatur filius doloris; *Pater verò appellavit eum Benjamin, id eſt filius dexteræ*, hoc eſt, felicitatis, Gen. 35. n. 18. ſed quæ connexio, ac convenientia inter filium doloris ac felicitatis? quis enim felix eſſe poteſt cum dolore? quomodo ergo à matre filius eſt dictus doloris, à Patre verò filius felicitatis? Mater attendit ad laborioſum progreſſum vitæ humanæ: Pater verò ad felicem exitum juſtorum; & maximè, quia per labores, ac afflictiones ſumma felicitas conſequitur Ex quo eleganter ait Philo libro 3. de vita Moyſis: *Qui fugit laborem, fugit felicitatem: Ex adverſo, qui fortiter, patienterque difficultates tolerat, ad beatitudinem properat: Nam fieri non poteſt, ut homo delicatus, & effæminatus animo, corpore quoque labefactato quotidianis voluptatibus, virtuti domicilium præbeat.* 131.

Gen. 35. *Per labores felicitas conſequitur.* Philo.

Hic maximè notandum, quod Jacob duodecim habuit filios. Primus dicitur Ruben, *principium doloris mei* Geneſ. 49. num. 3. Ultimus verò Benjamin, dictus eſt *filius doloris* Geneſ. 35. n. 18. Et cur primus filius, dicitur principium doloris, ultimus verò natus, filius doloris? primus dicitur principium doloris Patris; ſecundus dicitur filius doloris matris: quia filii ſunt dolores patri ac matri; & idem eſt, habere filios, ac habere dolores, ut ſæpè ſæpius contingit: Ob multas occaſiones, contrarietates, ac pericula, in quibus verſantur: Huc refero id, quod dixit Philo Hebræus libro de execrationibus: *Sunt filii, ait, qui magis vivi quam defuncti, ſuos parentes contriſtant.* Nam filius defunctus unum dolorem ingerit patri; at vivus, aliquando ob multa pericula; & adverſitates, quibus implicatur, continuum dolorem, ac multas afflictiones parturit. 132.

Gen. 49. Gen. 35. *Qui habet filios habet & multos dolores.* Philo.

Nobilis illa fœmina ex Tribu Levi peperit filium quem vocavit Moyſem; vidénſque eum elegantem aſpectu, ita ut multorum Rabbinorum ſit ſententia, quod ipſe ex vultu emittebat quendam fulgorem: & inde omnes de tali puero magnam concipiebant ſpem: ipſum nempe futurum magnum virum; habuitne mater de tanto filio ingens gaudium, & lætitiam, imò *magnum extitit ei ſeminarium dolorum*: ut ait D. Chryſoſtomus homilia 25. Nónne lætandum 133.

Filius ſeminarium dolorum parentibus. D. Chryſ.

erat de tanto filio ? quomodo ſeminarium dolorum ? Extabat lex in Ægypto, quod omnes pueri Hebræorum interficerentur. Exod. 1. numero decimo ſexto. Cùm ipſa ergo peperit filium : *Videns eum elegantem, abſcondit tribus menſibus; cúmque jam celare non poſſet, ſumpſit fiſcellam ſcirpeam, & linivit eam bitumine, ac pice, poſuitque intus infantulum, & poſuit eum in carecto ripæ fluminis.* Exod. 2. numero ſecundo & tertio. Ecce cur tantus filius magnum extitit ſeminarium dolorum matri; fuit illi dolor, quando eum peperit, ut commune eſt omnibus matribus, *in dolore paries filios tuos:* fuit illi dolor, quando abſcondebat tribus menſibus cum multo timore, ac tremore, ne forte deprehenderetur; fuit illi dolor, quando puerum expoſuit in ripa fluminis, ut ibi ſubmerſus periret, niſi ſingularis Dei adeſſet providentia.

Exod. 1. Exod. 2.

QUÆSTIO XV.

Quare inter cæteras Tribus Iſraël hîc numeratas, Tribus Dan omittitur à noſtro Evangeliſta?

134. *Ex tribu Dan multi ſunt ſalutem aſſecuti.*

COmmunis q. hoc loco, quare cum Dan ſit unus ex filiis Jacob, unaque tribus ex Iſraël: tamen hîc omiſſa eſt à noſtro Joanne? dixerunt aliqui, quia ex tribu Dan, nullus ſalvus factus eſt; at hoc eſt apertè falſum, nam Samſon erat ex tribu Dan, Jud. cap. 13. num. 2. Et in Catalogo juſtorum, ac ſanctorum ponitur ab Apoſtolo Paulo, Hebræorum 11. num. 32. Patres Samſon boni, & pii erant, nam familiare colloquium habuerunt cum Angelo ſancto, ut patet ex citato, Judic. 13. deinde Chriſtus Dominus, ait Matth. 17. num 11. *Venturus eſt Elias, & reſtituet omnia*, id eſt, omnem Iſraëlem ad ſanctam, & veram fidem Catholicam. Et Apoſtolus Paulus loquens de Iſraële relicto in ſua cæcitate, ait, quod tali tempore Antichriſti, *Omnis Iſraël ſalvus fiet.* Rom. 11. num. 26. Ergo ſi tunc omnis Iſraël ſalvandus eſt, reſtituendúſque ad veram fidem, Dan eſt ex Iſraël, ergo etiam ſalvandus eſt; & patet, quia Danitæ videntes Antichriſtum mortuum, & totum ejus regnum, ut falſum, & iniquum, deſtructum, tunc ſe ad veram, ac ſanctam Chriſti fidem recipient.

Jud. 13. Matth. 17. Rom. 11.

135. Eſt communis ſententia, quod ideo tribus Dan hîc non numeratur, quia ex illa naſciturus eſt Antichriſtus, quamquam Abulenſis in cap. 49. Geneſ. dicat incertum: & Oleaſter ibidem non dubitavit affirmare, eſſe fabuloſum: ſed contra hos eſt, quod communi ſanctorum Patrum, ac Doctorum ſenſu, omiſſa eſt tribus Dan ob Antichriſtum ex illa naſciturum. Divus Irenæus lib. 5. adverſus Hæreſes, Divus Hieronym. lib. 1. contra Jovinian. Divus Hippolitus, Martyr de conſummatione ſæculi, Divus Auguſt. quæſt. 22. in Joſuë. Divus Proſper. de Promiſſionib. part. 7. cap. 9. Divus Ambroſius lib. de Benedictionibus Patriarchar. cap. 6. Theodoret. quæſtione ultima in Gen. Divus Gregorius lib. 31. moral. cap. 18. D. Cyrill. Eucher. Ruffin. & alii, quos citant Pereir. Ribeira, & in eadem ſententia ſunt etiam Andræas Cæſarienſ. Haymo, Richardus, Beda, Divus Anſelmus, Rupertus, Lyran. & alii.

Abul. Oleaſter. D. Iren. D. Hieron. D. Hippol. D. Auguſt. D. Proſp. D. Ambroſ. Theodot. D. Greg. D. Cyrill. Eucher.

Probant citati Patres ex Geneſ. 49. numero. 17. ubi benedicens Jacob Dan, ait: *Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens ungulas equi, ut cadat aſcenſor ejus retrò.* Et quamquam multi ad Samſon locum referant; tamen ad Antichriſtum maximè ſpectat; nam quamquam, ut ait Cornel. ad citatum locum Geneſeos; unus locus Scripturæ poſſit habere duos ſenſus litterales, multò aptiori modo locus interpretatur de Antichriſto, quàm Samſone, nam Samſon potius fuit leo, quàm coluber, & ceraſtes mordens ungulas equi. 136.

Excluditur tribus Dan ob Antichriſtum. Geneſ. 49.

Ait ergo: *Fiat Dan coluber in via*: quod animal maximè aptum eſt ad dolos, fraudes & deceptiones; & ideo Diabolus ſpecie ſerpentis primos parentes decepit, ut docet Divus Auguſtinus lib. 12. de Gen. ad literam capite 11. Antichriſtus multas fraudes, dolos ac nequitias tendet, tanquam coluber, parans inſidias, in via, *Ceraſtes in ſemita.* Ceraſtes cornutus eſt ſerpens, velut aries; cornu ſignum eſt fortitudinis, ac poteſtatis; filius ille perditionis multa fortitudine, ac poteſtate valebit contra ſanctos & juſtos. *In ſemita*, hoc eſt, in arcto, & anguſto eos ponens: *Mordens ungulas equi, ut cadat aſcenſor ejus retrò.* Ceraſtes ſuo veneno mordet ungulas equi, ut equum & equitem dejiciat: hoc loco per equum Patriarcha intelligit hunc mundum, ut explicat D. Gregor citat. qui per elationem ſuam in curſu labentium temporum ſpumat, inde dicitur Antichriſtus ceraſtes mordens ungulas equi; & ungulas equi mordere, eſt extrema ſæculi tempora feriendo contingere, ut cadat aſcenſor ejus retrò. Aſcenſor, ſunt Imperatores & Reges, qui veluti habenis hunc mundum gubernant; ſuorum regna occupabit Antichriſtus, à ſuis locis eos dejiciens, lapſu irreparabili, tanquam qui cadit retrò. 137.

Explicatur tota prophetia. D. Auguſt. D. Gregor.

Nec contra hanc expoſitionem facit, id quod immediatè Patriarcha ſubdit: *Salutare tuum expectabo Domine.* Optat ergo ille, Chriſtum D. advenire, ad tollendum de medio illum peſſimum, & ſceleſtiſſimum hominem, ut ait Apoſtol. 2. Theſſal. 2. num. 8. *Quem Dominus Jeſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione adventus ſui.* Et ex hac ultima parte fit manifeſtum, Patriarcham locutum fuiſſe de Antichriſto; nam ſi ageret de Samſone, non eſt cur Patriarcha addat, *Salutare tuum expectabo Domine.* 138.

Gen. 49. 2. Theſſal.

Probatur ſecundò ex Jeremiæ 8. num. 16. *A Dan auditus eſt fremitus equorum, à voce hinnituum pugnatorum ejus, commota eſt omnis terra*; quæ verba de nullo alio melius poſſunt explicari, quàm de Antichriſto. Dices, intelliguntur de Nabuchodonoſore, qui veniens tranſivit per Cæſaream Philippi, quæ erat in tribu Dan; ſed hoc non ſatis eſt, ut Nabuchodonoſor dicatur: A *Dan* 139.

Jerem. 8. *Explicatur de Antichriſte.*

auditus eſt fremitus equorum ejus. Nec obſtat, quod Propheta ageret de Nabuchodonoſore: nam ſæpè Prophetæ de una re vertunt ſermonem ad aliam, præcipuè cum Nabuchodonoſor extiterit figura Antichriſti.

140. *Una mala ſoboles totam progeniem infamat.* Rupertus. Cùm ergo ex tribu Dan naſciturus ſit Antichriſtus, ita odioſa facta eſt ejus familia, ut licet ex illa generoſi viri prodierint tamen ſignati ex ea in ultimis ſæculi temporibus nominantur. Rupertus, *Ejicitur*, ait, *ex hoc loco Dan., ut oſtendatur Antichriſtus ex omni numero ejiciendus ſanctorum; imò ſi ut iſte, de hoc Catalogo ſpirituali eſt ejiciendus*: una mala ſoboles totam unam familiam etiam illuſtrem infamat, & dedecorat.

141. Cùm Populus poſtulaſſet Regem à Samuele, Saulémque unxiſſet in Regem, eum coram omni populo conſtituit, habénſque ad eos largum ſermonem, quod ſi Deum timuerint, ejuſque præcepta audierint, ac ſervaverint, quod tam ipſi, quàm eorum Rex maximè proſperabuntur: *Si autem*, ait Propheta, *non audieritis vocem Domini, ſed exaſperaveritis ſermones ejus, erit manus Domini ſuper vos, & ſuper patres veſtros*, 1. Regum 12. numero decimo quinto. Propter iniquitates veſtras, quia inobedientes eſtis Domino; manus ejus ad pœnam, & ſupplicium erit ſuper vos, & ſuper patres veſtros, non ſolùm vivos, ſed etiam defunctos. Carthuſianus ibi? *Cum vos, quàm patres veſtri, incurretis debitas pœnas Dei, & ſuper Patres veſtros, etiam defunctos, & condemnatos.* Cùm homo moritur, definita Dei ſententia, certo ſupplicio, ac pœna efficitur; quomodo ergo ait Propheta, quod propter peccata, quæ modo perpetrantur à filiis, Patres defuncti etiam ſuam punitionem recipient? Peccata filiorum injurioſa labe, ac ignominia afficiunt parentes, etiam defunctos, ut eorum memoria in multa ſit infamia, ac dedecore, cùm tale ſemen, ac filios protulerint; valdè enim crimen filii parentem infamat.

1. Reg. 12.

Carth.

Filii indecori patres dedecorant.

142. Ad faſtigium regni eligitur à Deo Saül, & David, & uterque ungitur à Samuele in Regem Iſraël. Valdè tamen diverſo modo; nam David ungitur in domo Patris, coram fratribus, ait Deus ad Samuelem: *Veni, & mittam te ad Iſai Bethlehemitem; providi enim in filiis ejus mihi regem*, 1. Regum 16. numero primo. Non ſic idem Samuel mittitur ad Patrem Saülis, cùm illum eſſet uncturus, ſed tantùm ait illi Dominus: *Cras mittam virum ad te de terra Benjamin, & unges eum*, 1. Regum 9. numero decimo ſexto. Cur Saül ungendus proponitur ſine Patre, ſine fratribus, cùm aliter habeatur factum cum Davide? Cur immediatè ad Davidem non dirigitur Propheta? Saül reprobandus erat, qui perderet, & dedecoraret omnem ſuam proſapiam: David autem in regno præſtantiſſimus, totius ſui generis decus; & ideo in ejus electione primum ad patrem Iſai Samuël mittitur; ac ſi in illa regni dignitas, & honor maximè ad patrem talis filii ſpectaret, primóque Pater nobilitaretur; præſtantia filii maximè ad Patris conducit honorem: At Saül ſine patre, ſine fratribus in occulto, & abſcondito auguratur in Regem; ejus enim regnum non ad Patris ſplendorem, ſed potius ad obſcuritatem erat. Egeſippus libro quinto de excidio Jeroſol. cap. 16. *Filii obfuſcati moribus, parentes obfuſcant; totámque familiam denigrant.* Egeſipp.

1. Reg. 16.

1. Reg. 9.

Malus filius dedecus patris.

Apoc. 7. n. 9.	Poſt hæc vidi turbam magnam: quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis ſtantes ante thronum; & in conſpectu Agni; amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum
Num. 10.	Et clamabant voce magna, dicentes: ſalus Deo noſtro, qui ſedet ſuper thronum, & Agno.

VERSIONES.

Arabicus.	Poſt hæc aſpexi, & ecce turba, quam poſſit nemo numerare, &c. iique ſtabant ante thronum.
Syrus.	Et ecce turba magna, quam numerare nemo poterat, ex omni gente, &c & amicti veſtibus albis.
Gotth.	Vidi turbam magnam, ſtantem.
D. Auguſt. Ticon.	Et ecce populus multus,
Aretas.	Circumamicti ſtolis, iidémque omnes induti.
D. Cyprian.	Et erant amicti ſtolis albis, & palmæ fuerunt in manibus eorum.
Petrus Faber.	Amicti ſtolis purpureis.
D. Cypr. n. 10.	Magno clamore dicebant.
Arabicus.	Hi omnes clamabant altiſſimis vocibus, dicentes.
Vatablus.	Salutatio Deo noſtro, & Agno.
Tygurina.	Salus ei, qui ſedet.

Pagninus.

Pagninus. Qui ſedet ſuper thronum Dei noſtri.

EXPOSITIO V.

143. POST *hæc*, nempe poſt obſignatas duodecim tribus Iſraël, in fine mundi ad Chriſtum convertendas: *Vidi turbam magnam.* Non omnium beatorum à principio mundi, ſed tantùm illorum, qui in fine ſæculi futuri ſunt ſancti, *ſtantes ante thronum, & in conſpectu Agni*, ut beatifica viſione donati, fruentes præſentia Dei omnipotentis, ac ſanctiſſimæ humanitatis Chriſti. *Amicti ſtolis albis*, Pro nota ſuæ beatitudinis, de quo dixi ſuperiori cap. 5. ac verſ. 11. *Et palmæ in manibus eorum*: quibus ſignificatur eorum glorioſa victoria de inimicis viſibilibus, ac inviſibilibus.

144. *Et clamabant voce magna.* Sicut victores, cùm exultant de triumpho, clamorem magnum ingeminant; *Voce magna* clamabant, ut
Primaſ. notant Primaſius, Richardus, Divus Anſelmus,
Richard. ob magnum, verum, ac ſincerum affectum, ac
D. Anſelm. devotionem erga Deum; & cùm hæc dicunt beati, præ gaudio, & exultatione, ut dicunt
Andr. Cæſ. Andræas Cæſarienſ. Divus Bonaventura, lib.
D. Bonav. Dictæ ſalutis, titul. 10. de gloria Paradiſi, cap. 10. ducunt choros, choreas agunt: *Circà divinum*, ait Cæſar. *ſummæque quietis thronum, choros ducunt, & in omne ævum ducturi ſunt, tanquam grati famuli*: Deinde ut ait Text. *Salus Deo noſtro, & Agno*; humano more loquitur Scriptura; ac ſi de homine diceretur, ſalvus ſit; & ut dicemus: *Vivat Rex.* Hæc autem verba non ſunt optantium, ſed lætantium de Dei æternitate, ac immortalitate, à qua noſtra ſalus, & vita dimanat: & cùm dicunt, *Salus Deo noſtro, & Agno*: Exprimunt Patrem, & filium
Primaſius. ut notat Primaſius; ſubintelligunt etiam Spiritum ſanctum, qui unà cum Patre, & Filio unus eſt Deus. Sicut quando exprimitur ſolus Spiritus Sanctus, ſubintelligitur etiam Pater,
Actor. 20. & Filius; ſicut Actor. 20. num. 28. cùm dicitur: *Attendite vobis, & univerſo gregi, in quo vos poſuit Spiritus Sanctus Epiſcopos*; cum Spiritu ſancto intelligitur Pater, & Filius.

QUÆSTIO XVI.

Quænam ſit hæc turba magna, de qua Ioannes hic loquitur?

145. AIt Evangeliſta in præſenti: *Poſt hæc*; poſt ſcilicet illa centum quadraginta quatuor millia ſignata Judæorum, vidiſſe turbam magnam ex omnibus gentibus, tribubus, & populis, poſt ſignatos Judæos, de dentibus etiam facit mentionem: & primò de Judæis, quia Chriſtus primò Judæis promiſſus eſt: Unde non benè Alcazar exiſ-
Alcazar. timat, turbam hanc eſſe eandem cum ſignatis; quia Joannes prius vidit ſignatos, & poſtea turbam magnam; ipſe enim cenſet, omnes ſalvandos, dici Iſraëlitas, non carnales, ſed ſpirituales, ſcilicet ſecundùm fidem filios Abrahæ.

Nec obſtat, quod ſolùm Iſraëlitæ dicuntur ſignati, non verò illa turba magna ex 146.
gentibus, Reſpondemus facilè, quod etiam hi ſupponuntur ſignati; nam tam Judæi, quàm gentiles ſignati fuerunt, ut patet ex illis verbis. Verſ. *Donec ſignemus ſervos Dei noſtri* Nunc in præſenti ait: *vidi turbam magnam ex omnibus gentibus*, jam ſcilicet ſignatis, hoc Evangeliſta ſupponit, & ſpiritu prophetico vidit eos in altiori ordine, ut jam æterna felicitate fruentes, de quo latiùs quæſt. 23.

Quæſtio ergo in præſenti eſt, quænam ſit 147.
hæc turba magna? Primò, Lyranus exiſtimat Lyranus.
eſſe martyres occiſos ſub Diocletiano qui fuerunt in magno numero, ut dicam quæſtione ſequenti. Secundò, Aureolus ait, eſſe gen- Aureol.
tiles converſos ad Chriſtum tempore Conſtantini magni: nulla tamen eſt conjectura, cur potius intelligantur ſub hac turba magna Martyres ſub Diocletiano, ac Chriſtiani, ſub Conſtantino, quàm ſub quocumque alio tempore.

Tertiò, Ambroſ. Ticonius, Beda putant, ſub 148.
hac turba intelligi omnes beatos, qui Dei vi- D. Ambr.
ſione fruuntur Quartò, Joachimus Abbas re- Ticon. Beda.
net, eſſe Martyres, quocumque ſæculo occi- Ioachim.
ſos, & ad hanc ſententiam pertinet Ferrarius, Ferrarius.
qui tuetur in hac turba magna intelligi omnes ſanctos ab exordio Evangelii uſque ad finem mundi, quia hos oſtendere, eſt finis hìc intentus à Deo.

Vera ſententia, quam ſequor, tenet hanc 149. *Vera ſententia.*
turbam magnam ex omnibus gentibus, comprehendere tantùm ſanctos futuros tempore Pereira.
Antichriſti: ita Pereira, Ribeirà, Cornelius, Ribeira.
La Haye: Probatur, quia viſio hìc oſtenſa de Cornelius. La Haye.
turba magna pertinet ad ſextum ſigillum: atqui ſextum ſigillum, ut patet ex fine ſuperioris capitis, agit de Antichriſto: ergo & ad ipſum tempus Antichriſti pertinet & turba magna, ſicut & duodecim millia ſignata; & ſane ex alta ratione, ut videatur, quàm efficax ſit gratia Chriſti, quod non obſtante tam ſæva perſecutione tam crudelis hoſtis, adhuc tam copioſa erit meſſis Evangelica. Et confir- *Valde efficax Chriſti gratia.*
matur, quia ut dicitur num. 14. de hac turba magna: *Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magna.* Atqui tribulatio magna per antonomaſiam eſt de Antichriſto; ergo de illa hìc agitur.

Tertiò probatur, quia ut dicitur in tex. *Tur-* 150.
ba ex omnibus gentibus, & tribubus & populis, & linguis, atqui in fine ſæculi multi ex omnibus gentibus, tribubus, populis, & linguis agnoſcent Chriſtum, & in eum credent; ut patet ex verbis Chriſti. nam quærentibus Apoſtolis, *Quod ſignum adventus tui, & conſummationis ſæculi?* Matth. 24. numer. 3. Reſpondet Do- Matth. 24.
minus, ut dans manifeſtum, & apertum ſi- *In fine ſæculi Evangelium*
gnum: *Prædicabitur hoc Evangelium regni in univerſo Orbe, ... Et tunc veniet conſum-* *prædicabitur in toto orbe.*
matio, ut explicant omnes ſancti Patres, quos latè adducit Suarius. tom. 3. ad tert. part. diſp. 56. ſectione 1. §. *Nihilominus dicendum*, &

& quamvis ex verbis Chriſti ſolùm colligatur, quod prædicabitur Evangelium, non tamen quod omnes gentes convertentur; tamen intelligitur, quod prædicabitur, cum multo fructu, & quod multi ex omnibus gentibus credent in Chriſtum.

151. D. Auguſt. Origen. S. Anſelm. Et quamvis Evangelium ſit prædicatum in multis partibus, tamen ut docent Divus Auguſtinus Epiſtol. 80. ad Heſych. Origenes homil. 18. in Matth. D. Anſelm. & alii, ſuis temporibus non fuiſſe Evangelium prædicatum in toto Orbe, & Suar. citatus inquit: *Revera conſtat, noſtra ætate inventas eſſe plures provincias, ad quas prædicatio Evangelii nunquam pervenerat*; unde illud, Pſalm. 18. numero 5. *In omnem terram exivit ſonus eorum.* Quod à tempore Apoſtolorum, prophetia incœpta eſt impleri, & quod paulatim, & paulatim impletur: Ita Suar. citat §. *Sed adhuc ſupereſt.* Cornel. in Epiſtol. ad Roman. cap. 10. verſ. 18. Ubi Apoſtolus hunc locum Pſalmi adducit, ex quo patet, quàm ampla futura ſit meſſis Evangelica ex omnibus nationibus, & populis, in fine ſæculi.

Pſalm. 18.

Suar. Cornelius.

152. Richard. Ex omnibus gentibus, etiam barbaris, populis, ac linguis, ait Richardus, quia divina pietas, ſicut ſagena ex omni genere piſcium, ita ex *omni genere hominum elegit*; *& ad vitam perducit*, per ignem, & aquam, & multas contrarietates, quæ vix numerari poſſunt, Si ergo ex ore beſtiarum, ac tormentis tyrannorum, tot ſurgunt agmina martyrum, quis martyrium timeat, cùm ſe videat tam illuſtri caterva ſtipatum? ut eleganter diſſerit Divus Cyprianus, de exhortat. ad Martyr. capite 1. *Quod ſi tantus oſtenditur, ait, & probatur Chriſtianorum martyrum populus, nemo difficile, vel arduum putet, ſe martyrem fieri; quando videat, martyrum populum non poſſe numerari.* Equidem ubi tantus populus proponitur, qui præceſſit, ad cujus ſocietatem feſtinamus, maximè lenitur, imò & ſuaviatur acerbitas cujuſcumque tormenti.

D. Cyprian. *Acerbitas mortis ſuavis ex conſortio tot martyrum.*

153. Ubi Petrus audivit ex Chriſti ore, quod ſenex erat ad mortem ducendus, ac ſimiliter ipſi Dei filio, cruci ſuffigendus: *Converſus vidit illum diſcipulum; quem diligebat Jeſus. Hunc ergo cùm vidiſſet Petrus, dixit Jeſu: Domine, hic autem quid?* Joan. 21. num. 21. Non contentus eſt Petrus, ſcire de fine ſuo, ſed etiam curat, ſcire finem dilecti diſcipuli, quaſi ex hujus notitia, ac cognitione, cum tanti ſancti conſortio acerbitas propriæ paſſionis molliatur, ac ſuavis reddatur, Divus Cyrillus Alexandrinus lib. 12. in Joan. cap. 66. *Hunc igitur ita Domino dilectum cùm reſpexiſſet Petrus, ſtatim interrogavit, quis vitæ illius terminus immineret? quia communiter inſitum hominibus eſſe videtur, ut optent, ſi quid periculi ſubituri ſunt, non ſe ſolos, ſed cæteros etiam, aut videre ſimilia pati, aut ſaltem audire perpeſſos fuiſſe, vel omninò idem paſſuros.* Sic conſortio paſſionis aliorum, propria paſſio dulceſcit.

Joan. 21.

Propria paſſio ſuavis ex conſortio aliorum.

154. Cùm David jam vicinus eſſet morti, ait filio ſuo Salomoni: *Ecce ego ingredior viam univerſæ terræ.* 3. Reg. 2. num. 2. Quæ verba referens Joſephus lib. 7. cap. 12. ait: *Ego fili, fato vocante, ad patres meos abeo; & viam omnibus, qui non ſunt, quive poſt me erunt, communem ingredior.* Sed quid eam ſollicitè viam mortis dicit omnibus communem, ut notat Theodoret. *Primum communem oſtendit finem?* Communem dicit, ut mortem ſuam ſibi, ac filio ſuavem, & lenem faceret; nulla enim acerbitas eſſe poteſt, quando res eſt cum communi præſtantiſſimorum conſortium.

3. Reg. 2. Joſeph.

Theodoret. *Mors, cùm ſit communis, ſuavis ſit.*

Quæstio XVII.

Quàm magna, & ampla ſit turba ſanctorum, quam nemo numerare poteſt.

Tanta eſt multitudo ſanctorum, ut affirmat noſter Evangeliſta, quod etiam nemo numerare poterat, nemo intelligitur ex mortalibus, vi, ac virtute ingenii naturalibus; unde optimè ait Divus Thomas: *Dicendum, quod cùm hic dicitur, nemo, intelligendum eſt de homine puro & mortali, in ſtatu vitæ: probabile enim eſt, Angelos, & bonos, qui ſunt in patria, ſcire numerum hominum ſalvandorum; hoc enim in materia gaudii plenioris.* 155.

D. Thom. *Materia gaudii in beatis notitia multitudinis eorum.*

Ecce apertè ex noſtro text. conſtat, quàm innumerabilis ſit cœleſtium civium multitudo, quam colligere licet ex multis; & primò ex ingenti numero martyrum, qui tamen cæteris ſanctis minor eſt; nam ſub uno impio Diocletiano, ut teſtatur Euſebius Cæſarienſ. quolibet menſe cæſa ſunt ſeptemdecim millia: multiplica hunc numerum per decem annos, cum uno, vel altero menſe, quibus hæc perſecutio duravit, & invenies ferè vicies centena millia, ſive duos milliones martyrum. Et adeo hæc fera beſtia, Diocletianus, crudelis extitit in Chriſtianos, ut liberam facultatem concederet unicuique, ut ubi inveniſſet hominem Chriſtianum, eum interficeret, ut refert Baronius in ejus vita apud Spondanum anno Chriſti 303. num. 7. 156.

Euſeb. *Sub Diocletiano duo milliones martyrum.*

Baronius.

Una ſola Roma tanto martyrum numero nobilitatur, ut Thom. Bozius l. 12. ſignis Eccleſiaſt. cap 22. ex hiſtoriis, & actis martyrum colligat, in ſola Roma extitiſſe pluſquam trecenta millia martyrum, inter quos anteſignani fuerunt ſeptemdecim ſummi Pontifices; & majus eſt, quod ex antiquarum Scripturarum monumentis legimus, ut habetur in lib. revelat. S. Brigitt. quolibet die in anno ſeptem millium martyrum poſſe Romæ nos feſta celebrare. Unde ut habetur in eiſdem revelationibus. S Brigittæ lib. 4. cap. 125. & lib. 6 cap. 63. Plateæ Romæ ſtratæ ſunt ſanguine ſanctorum martyrum. 157.

Bozius. *Roma trecenta millia martyrum.*

S. Brigitt.

Si oculos convertas ad martyres totius mundi, quis eos valeat dinumerare; Franciſcus Arias libro 3. de Imitatione Chriſti, capite 32. & ſequentibus, per ſingula ſæcula provincias, & perſecutiones diſcurrendo, probat magnum, & ingentem numerum ſanctorum martyrum; & tandem in fine capitis 55. concludit facilè quolibet die anni numerari, & coli poſſe triginta martyrum 158.

Franc. Arias. *Undecim milliones martyrum.*

martyrum millia, quæ ſi per annos à Chriſto hucuſque elapſos multiplices, invenies undecim milliones martyrum: Idem exiſtimant alii apud Cenebrard. in Pſal. 78. verſ. 4.

Genebr.

159. Secundò cnlligitur hæc turba magna Sanctorum ex magna multitudine ſanctorum Pontificum, Confeſſorum, Monachorum, Virginum, ac viduarum; quia ut legitur in lib. 3.

S. Brigit. Revelat. Sanctæ Brigitæ, cap. 27. ei dictum: *Si menſurares terram centum pedum in longitudine, & totidem in latitudine, ut ſeminares eam plenam puris granis tritici, quodlibet verò granum daret fructum centuplum, adhuc eſſent plures Martyres, & Confeſſores, Romæ à Sancti Petri tempore uſque ad Cœliſtinum*, tunc illa

Roma nobilitatur magno numero ſanctorum. ætate ſummum Pontificem. Quid igitur erit, uſque ad hæc noſtra tempora non in una civitate Rom. ſed in univerſo Orbe, non unius tantum ordinis, aut chori, ſanctos recenſere; ſed omnes Patriarchas, Prophetas, Apoſtolos, Apoſtolicóſque viros, Martyres, Confeſſores, Anachoretas, Virgines, & viduas, omnis generis, ætatis, ac conditionis?

160. *Incidens dubium.* Ecce quanta eſt turba magna ſanctorum, ac juſtorum ex quo nota; quod qui electi ſunt ex Iſraële, habent numerum præfixum: *Ex tribu Juda duodecim millia ſignati: Ex tribu Ruben duodecim millia ſignati*: Et ſic de cæteris tribubus. At hæc turba magna ex gentibus, & populis, tanta erat, quam nemo di-

Ex tribulatione multi prodeunt in ſalutem. numerare poſſet; & unde tanta diverſitas? illic numerus certus, & determinatus, hîc verò nullus; ratio eſt, ut jam dixi, ut videatur, quam magna, & ampla ſit hæc turba, quæ omnem numerum excedit, quam dinumerare nemo poterat. Deinde quia ut dicitur de hac ampla turba. Verſ. 14. *Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magna.* Ecce cur in re ſalutis tanto numero excedunt veteres, quia de tribulatione magna venerant; & inde innumerabiles extabant: Tribulatio magna valde fœcunda, ut multos parturiat cœlo.

161. Matth. 17. Dum agitur de glorioſa Chriſti Transfiguratione, ſcribit D. Matth. cap. 17. num. 1. *Aſſumpſit Jeſus Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus & duxit illos in montem excelſum ſeorſum & transfiguratus eſt ante eos, &c. Et ecce apparuerunt illis Moyſes, & Elias.* Quinque adſunt homines cum Jeſu in myſterio Transfigurationis. Tres ex collegio Apoſtolico; Duo verò ex Prophetarum cœtu: Et cur plures

Plures adducit in ſalutem tribulatio, quàm requies. aſſumuntur ex Apoſtolis, quàm ex Prophetis? Vel ſaltem cur ex utraque parte numerus non eſt æqualis? Prophetæ Moyſes, & Elias veniebant de requie defunctorum, unus de Paradiſo, alter verò de ſinu Abrahæ: At Apoſtoli accedebant de terrenis laboribus, de multa contradictione, ac diverſitate Judæorum, & labores, ac perſecutiones ſemper plures dant, & generant ad ſalutem; de paradiſo, ac requie unus vel alter veniat: at de procelloſa rerum calamitate plures aſtant, ſemper tribulatio valde

Tim. Ant. fœcunda extitit, ut multos ſalutis filios producat: Adeſt patronus Timothæus Antiochenus oratio. de cruce, & Transfigur. apud Grethſerum, tom. 2. ubi ſic ait: *Quid verò attinuit, tres tantum in montem ducere, & ex Prophetis neminem, niſi Moyſem, & Eliam? Et cur illos quidem tres, hos autem duos? ut impleretur dictum Pauli in nomine Jeſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. Ex infernis ſubduxit Moyſem, ex cœleſtibus deduxit Eliam: Ex terreſtribus, Petrum, Jacobum, & Joannem.*

162. Pſalm. 1. Regius Vates, Pſalm. 1. num. 1. ſic decantat: *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum*, tanquam quid mirabile, ac mirificum ſic loquitur de uno beato ad beatitudinem veniente. Pſalm. 2. At ſtatim Pſalm. 2. num. 8. Introducitur Æternus Pater ad filium ſuum Jeſum loquens: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes, hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam, terminos terræ.* Ubi Omnis multitudo gentium, ac nationum oſtenditur Jeſu danda, ut eas in ſalutem adducat;

Ex proſperitate rarus ad ſalutem; ex perſecutione innumeri. & cur quando in ipſo Pſalmo, unus tantùm introducitur ad ſalutem. In ſecundo verò ingens turba, & multitudo uſque ad terminos terræ? In primo Pſalmo introducitur in quadam tranquillitate, ac proſperitate: *Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum.* At in ſecundo Pſalmo proponuntur omnes adverſitates, contrarietates, ac tyrannides adverſus juſtos. Sic incipit Pſalm. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania: aſtiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum.* Et ideo in primo Pſalmo unus, & rarus eſt, abiens in beatitudinem: *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum.* In ſecundo verò magna multitudo: *Dabo tibi gentes, hæreditatem tuam*, quia ſi tranquillitas unum, & rarum dat in ſalutem, perſecutio verò, & tribulatio innumeros generat, & producit; rem egregiè notavit Euſebius in Catena Lyppoman. Euſebius. *Primus quidem Pſalmus*, ait, *unum aliquem reum, qui ſalvandus eſſet, beatum prædixit: præſens autem multitudinem ad ſalutem invitat.*

QUÆSTIO XVIII.

Quare turba electorum tam magna dicitur, ut eam nemo poſſit numerare; cùm Chriſtus dicat, paucos eſſe electos?

163. NOſter Joannes hîc magnam deſcribit turbam electorum, quam nemo dinumerare poſſet, ſed quomodo hoc cohæret cum Chriſti verbis? nam ipſemet Dominus teſtatur, Matth. 22 numeto decimo quarto, *Multi ſunt vocati, pauci verò electi*: quomodo illic tam magna, & ampla turba; hic verò tam rari, & pauci? etſi hîc tam pauci, quomodo tam innumerabiles, ut ab intellectu humano naturali non valeant, in numerum redigi?

Matth. 22. *Difficultas quæſtionis.*

164. D. Auguſt. Primò, & ad litteram reſpondet D. Auguſt. lib. 3. contra Creſconium Grammaticum: *Electi per ſe ipſos multi ſunt*, ait, *in comparatione malorum, falſorúmque, itidem pauci ſunt.* Ideo enim Chriſtus paucos ſalvandos dixit, non quia conſiderati in ſe ipſis pauci ſint, ſed

quia comparatione reproborum, longè minor ſit eorum numerus. Ad ſuum dilectum loquitur Anima ſancta, *Trahe me poſt te, & curremus in odorem unguentorum tuorum. Introduxit me Rex in cellaria ſua.* Cant. 1. num. 3. Seu ut legit Philo Carpathius, *in promptuarium ſuum*, hoc eſt, in domum omnium ſuarum divitiarum, per quam intelligitur cœlum, ut explicant Origenes, in utraque expoſitione D. Greg Nyſſen. homil. 1. Theodoret. Tres Patres, & alii; & in hanc domum cœleſtem ſola ſponſa, ſe dicit introductam, cùm cæteræ adoleſcentulæ foras remanſerint, ut notat Origenes homil. 1. in Cantica: *Non*, ait, *introduxit nos plures in cubiculum ſuum, plures foris remanent.* Una ſola ſponſa, quæ ſignificat juſtos, eſt introducta in cellaria, ſeu cœlum; at adoleſcentulæ, quæ excluduntur à regno, & ſunt reprobæ, foris remanent; ſed inde quæro, ſicut reprobi, qui à regno excluduntur, multi dicuntur *plures foris remanent*, cur etiam electi per multos non denotantur, ſed tantùm per unam ſponſam ſingularem: *Introduxit me Rex*? quia tam pauci, ac rari ſunt, qui ſalutem aſſequuntur, ut quanvis in ſe ipſis multi ſint, tamen collatione facta cum reprobis, tam rari, & pauci apparent, ut quodammodo unus; & ſingularis videantur; & ideo non dicuntur multi introducti, ſed una ſola.

Cant. 1. — D. Niſſen. — Theod. — Tres Patres. — Origen. — *Electi pauci comparatione reproborum.*

165. Secundò, Reſpondeo, quod ideo Chriſtus dixit, paucos eſſe ſalvandos: quia paucos reputat omnes, qui ſalutem aſſequuntur; quamvis illi innumeri ſint, ita tamen ſitit, & affectat noſtram ſalutẽ ut omnes licèt multi ſint, præ vi amoris tamen, pauciſſimi ei videntur, ſicut divitiarum ambitioſus, quamvis multas habeat paucas reputat, ita Chriſtus æſtuat humani generis ſalutem, ut multos paucos reputet, ita de affectuoſa divina charitate teſtatur Theodoret. oratione de charitate, dicens: *Divinum amorem ſatietatis leges non accipere.*

Chriſtus vehementer ſitit, & deſiderat, noſtrã ſalutem. — Theod.

166. Ait Eccleſiaſtes c. 4. n. 8. *Unus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non ceſſat, nec ſatiantur oculi ejus divitiis.* Et quis eſt iſte qui ita eſt unus, ut nec habeat filium, nec fratrem, & nunquam laborare intermittit, nec oculi ejus ullis divitiis ſatiantur? In ſenſu myſtico, & ſpirituali reſpondent D. Ambroſ. lib de inſtitutione Virg. c. 10. & Salonius Viennenſis Epiſcop explicat. in Eccleſiaſt. in Bibliothec. Mag. 5. part tom. 3. Eſſe Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ipſe enim unus eſt magiſter noſter; Chriſtus unus, unigenitus Dei filius, unus Deus, & unum quid cum Patre, & unicus ſine peccato, non habet ſecundum, hoc eſt, non filium, nec fratrem; nam ille ſolus eſt proprius filius Dei naturalis, omnes alii Chriſtiani filii Dei efficiuntur, & fratres Chriſti, per baptiſma, gratiam, & adoptionem tantùm; & ideò ſunt fratres Chriſti, non natura, ſed gratia, & numquam laborare ceſſat pro noſtra ſalute, interpellando ad Patrem, ſed quomodo Chriſto adaptatur illud, quod ſequitur, *nec ſatiantur oculi ejus divitiis?* Chriſtus paupertatis amator, temporalium bonorum contemptor, quomodo ergo oculi ejus, non ſatiantur divitiis? Reſpondet citatus Salonius: *Quomodo non ſatiantur oculi ejus divitiis? Reſpondet, quia noſtram ſemper deſiderat ſalutem.* Noſtra ſalus ei eſt pro divitiis; & ideo non ſatiantur oculi ejus divitiis, quia ſemper magis, ac magis bonum, ac ſalutem noſtrarum animarum vehementer deſiderat, & affectat.

Eccleſ. 4. — D. Ambr. — Salon. — *Pro deſiderio noſtræ ſalutis, Chriſtus electos paucos reputat.*

In perſona Chriſti, ait Regius Vates, Pſal. 68. num. 30. *Pauper, & dolens ego ſum.* Si autem conſtitutus eſt à Patre Rex ſuper univerſam terram: ſi in ipſoque omnes theſauri cœleſtium donorum, & ipſe omnibus cuncta providet; quomodo pauper dicitur? pulchrè Divus Chryſoſtomus in Pſalm. 9. *Pauper erat, quia nos eſuriebat.* In eo tota ejus paupertas erat, quia raras, & paucas animas hominum ad ſe trahebat; nam quamvis multi eſſent, qui venirent ab Oriente, & Occidente, ut recumberent cum Abraham in regno cœlorum; tamen præ deſiderio noſtræ ſalutis, pauci ei videntur, & inde pauper, & egenus eorum dicitur.

Pſalm. 68. — D. Chryſ.

QUÆSTIO XIX.

Quare cùm in ſancta hac turba, una conſona voce omnes electi Deum laudent, quomodo potuit noſter Ioannes, eos cognoſcere eſſe ex omnibus nationibus, & linguis?

167. OMnes ſancti in hac magna turba idem indumentum habebant; erant amicti ſtolis albis, omneſque palmas in manibus tenebant, omneſque una conſona voce Deum laudabant, ut dicitur verſ. ſequenti; nam beati, etſi habeant notitiam omnium linguarum, non tamen uſum, aliàs valdè confuſum & incompoſitum redderent ſonum; nam ſicut in eis una eſt voluntas, & unus animus, ita & unum idioma; quod ex eo benè probat Ægidius Luſitanus, tom 3. de beatitudine, lib. 4. quæſtione 22. articul 7. §. 4. & ultimo numero 14. Ex Sophonia 3. numero 9. *Reddam populis labium electum*: id eſt, unicum. Ex 1. Corint. 13. num. 8. *Sive prophetiæ evacuabuntur, ſive linguæ ceſſabunt*, Ubi Apoſtolus non dicit linguæ ceſſationem, ſed linguarum: quia in patria ceſſabit uſus linguarum, ut ad locum Apoſtoli notarunt Corn. & alii expoſitores: quomodo ergo cognovit noſter Evangelicus Propheta, electos hujus magnæ turbæ, eſſe ex omnibus linguis?

In cœlis, non datur communis uſus linguarum. — Ægid. — Soph 3. — 1. Cor. 13.

168. Reſpondeo, & primò ad literam, quod cognovit, eos eſſe ex omnibus nationibus, & linguis, lumine ſupernaturali, quo erat illuſtratus: Myſticè verò dico, vidit omnes indutos ſtolis albis, in ſignum propriæ puritatis; viditque eos palmas manibus geſtantes, ob præclaram victoriam adeptam de tyrannis, vitiis, ac voluptatibus hujus ſæculi. Ecce omnium linguarum voces: præclariſſima enim opera omnibus inclamant linguis, omnibus diſertiſſimis vocibus intonant: linguæ minimè ſunt neceſſariæ, altius illis opera loquuntur.

Opera ſine verbis loquuntur communibus linguis.

Acumen

D. Auguſt. Acumen eſt. D. Auguſt. ſerm. 32. in Lucam: *Vidit ex omni lingua venientes cum ſtolis, & palmis. Hæc eſt maſſa Sanctorum.* Viſio palmæ & ſtolæ candidæ, quædam velut linguarum auditio eſt. *Quarto clariore voce dictura eſt, area ventilata, ſegregatis omnibus damnandis, maſſa purgata ſtans ad dexteram, quanta fiducia dictura eſt: Ego cognovi, quia magnus eſt Dominus?* Et quomodo hæc maſſa Sanctorum purgata, & ventilata, loquetur, etiam tacens; ſic pergit acutè Sanctus Pater: *Si ergo fratres mei, loquor granis, ſi agnoſcunt, quod dico, prædeſtinati in vitam æternam, operibus loquantur, non vocibus.* Etiam ſi hæc ſancta turba taceat; etiam ſi una voce omnes loquantur; omnibus linguis reſonat; quia non tantùm vocibus, ſed potius operibus loquuntur. *Prædeſtinati in vitam æternam, operibus loquantur, non vocibus.*

169. Auguſtini acumini aliud ejus acumen addamus.

D. Auguſt. Ob magna peccata, quæ in ſolo orbe abũdabant, ait ipſe Auguſtinus ſerm. 69 de tempore: *Annuntiemus, ſicut Noë, mundi futurum eſſe naufragium, & ad hanc domum, nempe Eccleſiam, confugere omnes homines admoneamus.* Sed ſtatim inſurgit dubium: *Annuntiemus, ſicut Noë:*

Gen. 6. *mundi naufragium:* Nam in ſacra Scriptura non invehitur expreſsè, Noë verbis prædixiſſe mundi calamitatem futuram nec verbis homines admonuiſſe de imminente diluvio; quomodo ergo ait magnus Pater, quod nos, ſicut Noë, monita ſalutis hominibus demus; objectioni occurrit Sanctus Doctor: *Sed dicet aliquis, ſancti Noë Prædicationis vocem in ſcripturis minimè eſſe deſcriptam; audi igitur; Noë etſi tacebat voce, opere loquebatur; Silebat lingua, fabricatione clamabat: nam utique cùm operaretur opus novum, admonebat, cunctos novis periculis, nova tabernacula præparari.* Expende verbum, *fabricatione clamabat.* Nunquam altiori voce clamas, quàm cùm bonis actionibus, juxta Dei præceptum, proximum ædificas.

Opera altius clamant quã verba.

170. Prov. 9. Decantat Salomon Proverb. 9. num. 1. *Sapientia ædificavit ſibi domum, immolavit victimas ſuas, miſit ancillas ſuas, ut vocarent ad arcem, & ad mœnia civitatis.* Chriſtus æterni Patris ſapientia ædificavit ſibi domũ, ſcilicet Eccleſiam ſuam. *Immolavit victimas ſuas*, ſuos ſcilicet Martyres; & filios adoptivos. Tertullianus

Tertull. libro Gnoſtico. capite 7. *Sophia* ait, *jugulavit filios ſuos: ſapienter utique jugulavit, dum in vitam, rationaliter, dum in gloriam. O bonam matrem! opto & ipſe, in filios ejus redigi, ut ab ea occidar; opto occidi, ut filius fiam:* Deinde ut dicitur in text. *Miſit ancillas ſuas, ut vocarent ad arcem.* Aquila. Symmachus, Septuaginta, Syrus

Symmach. Septuag. Syrus. legunt, *Miſit ſervos ſuos.* Duo inquirenda ſunt ad exactam loci intelligentiam, quínam ſint iſti ſervi, ſeu ancillæ? Secundò, quomodo vocarunt ad arcem, & mœnia civitatis, & quibus verbis uſi fuerint? quod non exprimitur in text. Ancillæ, ſeu ſervi, quos miſit Æterna Sapientia, ſunt filii ſui adoptivi, quos immolavit, ſeu jugulavit inter dira tormenta, flagella, ac perſecutiones tyrannorum, ſeu quos jugulavit inter diros pœnitentiæ, ac mortificationis rigores. Inde meritò non dicitur, quibus verbis vocaverint ad arcem; quia ubi erant præclara opera Martyrii, pœnitentiæ, ac mortificationis, minimè verba requirebantur: ſed tam illuſtriſſima virtutum monumenta efficaciſſimè clamabant, convocabant, ad Chriſtum adducebant. Thomas Bozius de ſignis Eccleſiæ lib 9. *Non aperiebat Martyr os ſuum, & ſtabat profundè tacens: & ſanguis ejus altè clamabat, & aliorum animos alliciebat, imò & implebat ad Chriſti nomen.*

Ubi ſunt opera, verba non requiruntur.

Thom. Boz.

Quæstio XX.

Quare omnes Electi in hac ſancta turba magna ſtant, cùm Chriſtus ſuis dixiſſet: ſedebitis & vos?

Dicitur in text. quod omnes Sancti in hac turba magna erant. *ſtantes ante thronum, & in conſpectu Agni.* Joachimus Abbas, & alii, ut ſupra dixi, exiſtimant, quod electi in hac turba magna, ſunt ſancti Martyres; & rectè dicitur, quod non ſolùm erant ante thronum, ſed etiam in conſpectu Agni; ut ſancti Martyres, qui Chriſtum certaminum ſuorum inſpectorem habuerunt, habeant etiam remuneratorem, qui eos magnis cæleſtibus donis accumulet. Favet citatus Abbas Joachimus. *Manent, ait, jugiter in conſpectu ſedis aſſiſtentes in præſentia ſummi Regis, & in oculis civium ſupernorum, qui eos in hac vita, tam viriliter agonizare conſpiciunt: propter quod beata illorum nomina referuntur in cœlo.* 171.

Chriſtus, qui eſt inſpector certaminis, eſt & remunerator.

Joachimus

Quæſtio eſt, cur hujuſmodi Beati dicantur ſtantes, & non potius ſedentes? ad quod reſpondit primò Thomas Anglicus. *Stantes*, ait, *in conſpectu agni, ſcilicet Chriſti Domini, per deſiderium ipſum, videndi: quia in conſpectu agni ſunt juſti, etiam in via, dum prompti ſunt ei ſervire, & deſiderant, ipſum conſpicere in patria: præterea viri ſpirituales ſtudent, continuo conſpicere eum oculo amoris, & meditationis.* Stant tam ob reverentiam erga Deum, quàm ob vehementiſſimum deſiderium Deum videndi: & ideò eorum animus non patitur ſedere, ſed præ magno affectu ſurgunt, ut magis Deum videant, & contemplentur. 172.

Thom. Ang.

Beati magno affectu Deum vident.

Secundò, Angelus Apoſtata: dicebat in corde ſuo: *In cœlum conſcendam: ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum: ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis.* Iſai. 14. n. 13. ſedere ambit ille Apoſtata, cùm cæteri curiæ cœleſtis Optimates coram Dei ſolio ſtent; ſic in præſenti turba magna Sanctorum ſtat: *Stantes ante thronum:* & ſtatim omnes Angeli ſtabant, ſuper quod elegãtiſſimè diſſerit Petrus Damianus ſermone 52. *Virgo ſingularis ſtat à dextris in veſtitu deaurato: Moyſes, ut videat tranſeuntem Dominum, ſtat in petra: Elias ſtat in conſpectu Domini; ſolus ille trã fuga ſpiritus, diſſenſionis principium, princeps malitiæ, malorum ſumma; voluit conſedere: Sedebo, inquit, in monte teſtamenti. Omnes ſtant, & tu ſedere præſumis? Ipſe filius, idem quod Pater, ſedere neſcit, donec dicat ei Pater, ſede à dextris meis.* Nil pulchrius: Princeps ille malitiæ, ac Angelus factus Dæmon, deficiens à Deo, turbas cœlos, totámque cœleſtem curiam: & quam ob cauſam Angelus benè ſapiens natura ſua, tot tumultus excitat in cœlo? dixit ille: *Sedebo in ſolio, cæteris ſtantibus*: Ecce una ambitio totum cœlum turbat, conſpiratio- 173.

Iſai. 14.

Ambitio totum cœlum perturbat: ex Angelis facit dæmones.

nem movet inter Angelos, & ex Angelis facit Dæmones. Ar multò auctior Sanctorum turba, ac Angelorũ multitudo, ſeu ut loquitur Chryſoſtomus. *Angelica urbanitas*, dæmones condemnans, coram Domino aſtat, ejus majeſtatem recognoſcens, & venerans.

D. Cyril.

174. Tertiò, & maximè accedendo ad quæſtionem propoſitam; ſtantes ſe nunc exhibent Beati, cùm aliàs Chriſtus Dominus eis dixiſſet: *Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim* Matth. 19. n. 28. Si ergo eis paratæ ſunt ſedes à Domino, quomodo hìc ſtant ante thronum? Qui ſtat, paratum ſe exhibet ad obediendum circa illud, quod fuerit ei imperatum: Sancti, & ſi maximè honorati, ac ſublimati ſint à Domino, tanto magis ſe promptos, ac paratos exhibent, ad exequendum, ac favendum, quidquid eis fuerit imperatum. Richardus: *Stantes*, ait, *qui parati ſunt, divinis obedire præceptis; ante thronum, id eſt, ante regiam dignitatem divinæ majeſtatis.* Albertus Magnus. *In conſpectu Agni, id eſt, hominis Chriſti, quaſi parati ad obediendum.*

Matth. 19.

Sancti quanto magis honorati, tanto prompti ad divina mandata.

Richard.

175. Quartò, ait Dominus *ſedebitis vos*; pro eorum magna dignitate declaranda: nunc verò apparent ſtantes ante thronũ, quomodo comparitur, quod ſedeant, & ſtent ante Dominum? nam qui ſedet, non ſtat; & qui ſtat, non ſedet? quia etſi tantum ſint ſublimati a Domino, ut ſedeant ſuper ſedes, tamen cum tanta reverentia, ac veneratione ſe habent erga Dominum, ut ſtare, & non ſedere videantur: præclarum ingenium & ſi multum commendetur, ac extollatur: quæ tamen urbanitatis, ac reverentiæ ſunt, ſemper obſervat; & nihil, quod venerationis ſit, omittit.

Sancti quanto magis exaltati, tanto profundius cultu in veneratione Dei.

176. Veniat hìc verba Petri Damiani ſuperius adducta: *Ipſe Filius, idem quod Pater, ſedere neſcit, donec dicat ei Pater: Sede à dextris meis.* Pſalm. 109. numero 1. Sedere ad dexteram, denotat ſeſſionem, & locum illuſtriſſimum, ac maximè honoratum apud homines, ut notant D. Hilarius, D. Auguſtinus, Incognitus, & alii, quo innuitur ſedes honoratiſſima à Patre data Filio. Statim verſu 5 ſubdit David: *Dominus à dextris tuis.* Si Chriſtus Deus ad dexteram Patris ſedet, quomodo dicitur, Patrem à dextris ejus eſſe? conſequens eſt enim; ut ſi Filius ſedet ad dexteram Patris, Pater ſit à ſiniſtris illius: quo pacto ergo dicitur, Pater, ſeu *Dominus à dextris tuis*? Brunonius alibi à me datus: *Dicitur in principio*, ait, *ſede à dextris meis; ſi ipſe ad dexteram Patris ſedet, quomodo Pater rurſum ſedet ad dexteram filii? ut æqualis Filio Pater oſtendatur.* Sic Filius ad dexteram Patris ſedet, ut Pater ſemper ſit in eminentiſſimo, ac excellentiſſimo loco, prout debita Patri veneratio poſtulat: non ex eo quod Filius, eſt ad dexteram. Pater eſt in inferiori loco, & ad ſiniſtram, ſed in excelſo & altiſſimo, ita ut Pater ſit æqualis Filio, & Filius æqualis Patri; & ſic Filius eſt ad dexteram Patris, ut Pater ſemper habeat ſibi c æqualem locum.

Damian.
Pſal. 109.

Filius honoratus à Patre ad dexteram ſuam, Patrem maximè honorat.

177. Vidit noſter Joannes in circuitu ſedis Dei, *Sedilia viginti quatuor, & ſuper thronos viginti quatuor ſeniores ſedentes, circumamicti veſtimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ:* Apocalypſ. 4. numero 4. Ecce maximè ſublimati apparent ſeniores, ſedentes ſuper thronos, & cum coronis aureis in ſuis capitibus, nunc fixi manent ſuis locis, ac ſedilibus? minimè, *ſed providebant, & mittebant coronas ſuas ante thronum*, ut dicitur ibidem n. 10. imò, *& ceciderunt in facies ſuas; & adoraverunt viventem in ſæcula ſæculorum*, ut habetur cap. 5. num. 14. nonne ſat erat, quod ſurgerent à ſuis ſedibus, & quod procident ante thronum, ac mitterent coronas ſuas, ſed inſuper ceciderunt in facies ſuas? Sancti ſeniores, quanto magis ſe videbant à Deo ſublimatos, & exaltatos, tanto magis ſe agnoſcebant adſtrictos, ut in ejus adorationem profundè ſe ſe demitterent. Richardus Victorinus ad cit. c. 5. Apocal. *Seniores ceciderunt in facies ſuas*, ait *quia univerſi Eccleſiæ judices, nequaquam de prælatione ſua debent ſuperbire, ſed ſemetipſos humiliare, & dignum creatori, ac redemptori Deo, venerationis cultum impendere.*

Apoc. 4.

Apocal. 5.

Sancti maximè exaltati, humiliores ſe exhibent.

Richard.

Quæstio XXI.

Quare in hac ſancta turba omnes Electi veſtiti ſunt candidis, & albis ſtolis?

178. Pulchrè, & eleganti ordine dicitur de his electis in text. *Stantes ante thronum, & in conſpectu Agni amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum*: In quo nobis datur magnum, & altum documentum; quod virtus noſtra incipiat timore, quem nobis thronus divinæ poteſtatis, illiúſque diſtrictæ juſtitiæ, ejúſque præſentia, ac conſpectus ingerit; & quod etiam debemus, mundare conſcientiam ab operibus mortuis & ornare, ac veſtire veſtibus albis juſtitiæ, puritatis, ac ſanctitatis: & tunc tanquam illi ſexaginta fortes, qui ambiunt lectulum Salomonis, in prælio Cantic. 3. Domini teneamus gladios in manibus, ut de omnibus vitiis palmam victoriæ habeamus.

Tribus perficitur vita Chriſtiani.

179. Quæſtio inquirit, quare hi ſancti dicuntur amicti ſtolis albis? De ſtolis albis, jam dixi ſuprà cap. 6. quæſt. 26. Tamen in præſentiarum aliqua ſunt notanda. Petrus Faber libro 2. Agnoſtic. cap. 12. cum exiſtimet, quod hic tantum ſit ſermo de Martyribus; ait, ſtolas fuiſſe purpureas: nam victores olim ſtolis albis, & inſuper purpureis induebantur.

Faber.

180. Tamen communis ſententia eſt, quam tenet D. Ambroſius Alcazar, Pereira, Ribeira, quod hæ ſtolæ ſimpliciter erant candidæ: nam primò, cap. 3. num. 5. promittit Chriſtus vincenti ſtolas; non purpureas, ſed candidas; ſecundò alluditur ad ſtolas ſacerdotales, quæ erant byſſinæ & candidæ. Tertiò, quia in Transfiguratione Chriſti, veſtis *facta eſt alba ſicut nix*, & talis erit veſtis ſervorum ejus. Quartò, quia veſtis candida valdè apta, & conveniens eſt Martyribus: nam veſtis candida ſignificat, eos pro candida, ac cana fide decertaſſe uſque ad mortem: Deinde, quia veſtis candida ſymbolũ eſt victoriæ ac triumphi, & ita dicitur Apocal. 3. num. 5. *Qui vicerit, veſtietur veſtimentis albis.* Et ideò Tertullianus lib. de coron. milit. Lauream Martyrii candidam dicit, & D. Cyprianus ſerm. de Lapſis ad initium; ait: *Adeſt militum Chriſti cohors candida, qui perſecutionis ferociam turbulentam, ſtabili congreſſione fregerunt.*

D. Ambroſ.
Alcazar.
Pereira.
Ribeira.

Veſtis candida valde apta Martyribus.

Apoc. 3.
Tertulian.
D. Cyprian.

Apparens

181. Apparent Sancti in gloria amicti ſtolis albis, qui in hoc ſæculo ſitientes, mundi colaphis, plagis cædebãtur. 1. Corinth. 4. num. 11. Qui in hoc ſæculo dènudatur pro Chriſto, ſpecioſis indutus apparet in gloria, D. Ambroſius in 2. Cor. cap. 4. *Licèt*, ait, *homo exterior videatur corrumpi, interior tamen renovatur de die in diem preſſuris, fame, ſiti, plagis, frigore, nuditate; caro corrumpitur; ſed anima ſpe futuri præmii renovatur, quia aſſiduis tribulationibus purgatur: proficit enim in preſſura non interit: ita ut accedentibus tribulationibus, quotidie acquirat ad meritum, id enim, quod in præſenti eſt momen antum, & leve preſſuræ noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.*

1. Cor. 4.

D. Ambr. Nudati pro Chriſto gloriâ veſtiuntur.

182. Stolis albis veſtiuntur Sancti in gloria; & tamen de Jeſu dicitur Zachariæ 3. numero tertio. *Jeſus erat indutus veſtibus ſordidis*, & de filio Dei ait Iſaias 63. numero 3. *Quare rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua, ſicut calcantium in torculari?* Veſtimenta calcantium in torculari abſque dubio ſordida ſunt: ecce filius Dei ſordidis indumentis dicitur opertus; & nos quomodo veſtiti albis ſpecioſiſſimis apparemus? quid eſt, Dominus gloriæ ſordidè induitur, ſervi autem ſplendidè? non miteris; exinanivit ſe Dei filius, exuit ſe veſtimentis gloriæ ſuæ, ut ipſa cum ſordidis ſponſæ ſuæ veſtibus commutaret, ad modum magni illius Principis Jonathæ in amore Davidis flagrantiſſimi, qui regias, atque pretioſas veſtes cum vilibus illius commutavit. 2. Regum. 18. numero 4. *Diligebat enim eum, quaſi animam ſuam: nam expoliavit ſe tunica, qua indutus erat, & dedit eam David, & reliqua veſtimenta ſua, uſque ad gladium, & ad baltheum* Non tamen legitur, quod Princeps Jonathas ſordida veſtimenta David in ſe ſuſcepiſſet, ut illis indueretur At noſter Dominus Princeps Jeſus ultrà progreſſus eſt, non ſolum nobis dedit veſtes gloriæ ſuæ, ſed etiam noſtras ſordes in ſe ſuſcepit, ut pro ipſis ſplendorem ſuum impartiret, ut noſtra purpura ſanguine ſuo tingeretur. Petrus Cellenſ. libro de Panib. cap. 21. *Sponſus, id eſt Chriſtus, quia gigas eſt magnitudine, Sol pulchritudine, &c. Sponſa verò puellæ ætate; parvula quantitate; Æthiopiſſa coloris nigredine, &c. idcirco in thalamo contraxit ſe, paulò minus minoratus ab Angelis, exuit ſe veſtimentis gloriæ, induit ſe cilicio, &c. Deinde ſponſus refudit in ſponſam quicquid in ſe habet dulcedinis, quidquid honoris, & poteſtatis: denuò mutua viciſſitudine, reſumit ab ea, quidquid paupertatis, quidquid amaritudinis, contumeliæ eſt, & Paſſionis.*

Zachar. 3.

Iſai. 63.

Exuit ſe Chriſtus veſtimentis gloriæ, ut nos indueres.

1. Reg. 18.

Petr. Cellen.

183. Ait Paulus 2. Corinth. 8. numero. 9 *Scitis gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cùm eſſet dives, ut illius inopia vos divites eſſetis.* Sapienter notat Chryſoſtomus non fuiſſe dictum, ut illius divitiis vos divites eſſetis, ſed ut illius inopia; & quomodo quis divitem ſe oſtendit inopia? eſt notiſſima inopia cœleſtis Principis, quæ conſiſtit in eo, quod ipſe nudus, gemens in præſepio apparuit, ut hominibus præſtaret immortalitatis ſuæ veſtes, inde ſibi aſſumit paupertatem humilitatis noſtræ. Theodorus hom. de Nativit. Chriſti habita in append. 5. Conciliũ Epheſinum cap. 2. *Quid ergo*, ait, *exprobras Chriſti humilitatem in Bethlehem? cur paupertatem ducis in medium, ejus lucra non computans? Cur paupertatem indignam dicis Deo, per quem mundus pietate ditatus eſt! Noli deregare paſſionibus, per quas impaſſibilitas noſtra generatur. Noli detrahere abjectioni, qua tyrannis diabolica eſt deſtructa.*

1. Cor. 8.

D. Chryſ. Chriſtus aſſumpſit noſtram abjectionem, ut nos ſua gloriâ veſtiret.

Theod.

QUÆSTIO XXII.

Quare manus Sanctorum palmis inſignitæ apparent?

Valde celebris extitit ab antiquis temporibus ſolemnis conſuetudo, quod palma ſymbolum ſit virtutis victricis; cujus rei cauſam primò aſſignat Plutarchus in Sympoſ. quæſt. 4. in fin. *Quoniam ejus indolis eſt, ut urgentibus, opprimentibuſque non cedat, ſed tunc fortius, ac vehementius aſſurgit.* Secundò, Tertullianus in Apolog. 50. alludens ad palmas naſcẽtes in rupe Vulcani, quæ perpetuò ardet, & ibi radices palmæ, & ignitis ſaxis anguſtẽtur; tamen florent, & uberes fructus referunt. Tertiò, Cardinalis Hugo infrà in hac quæſtione citandus, notat, quod folia palmæ, ſunt inſtar gladii, & pugionis acta, & acuta, ut revera lædant, & pungant tangentem: vera enim victoria per acutos gladios, & pugiones comparavit. Quartò, Plutarchus in ſympoſ. & ex eo Carolus Paſchaſius libro 6. de coronis cap. 20. & 21. inquiunt palmam longiſſimæ eſſe vitæ, ac velũti mortis triumphatricem. Quintò, ut iidem Auctores habent, perpetuo virore, ac vigore ſuperat cæteras arbores, laurum, oleam, myrtum, quarum arborum foliis cadentibus, alia ſuccedunt, cùm ipſa nihil amittat ſui. Sextò, ut iidem Auctores dicunt, Palma ex ſe ipſa renaſcitur, & magno vigore pullulat. Hinc fortè Phœnix ſuum adinvenit nomen: nam Palma Græcè Phœnix dicitur, quæ cùm ſucciſa renaſcatur; locum dedit ſive commento, ſive veritati, de quo Plinius libro 13. capite 4. quod avis Phœnix ſic dicta, gravato ſenio, morti proxima, rogum odoramentorum lignorum ſibi accendit, ex quo rogo, reparata vita renaſcitur. 184.

Palma ſymbolum virtutis, ob varias rationes.

Plutarch.

Tertull.

Hugo.

Plutarch. Car. Paſch.

Palma idem eſt, ac Phœnix.

Plinius.

Ex quo fit, quod Palma ſit egregium virtutis ſymbolum; nullo enim pondere difficultatum, laborum, ac ærumnarum vincitur, nec retrò agit, nec ad vitia inflectitur: inter anguſtos, ac ignitos laborum lapides floreſcit, nec virorem, ac vigorem ſuæ alacritatis amittit: ſed cùm per mortem quodammodo ſucciſa fuerit, tunc maximè revireſcit; ac tandem per gladios, & pugiones, triumphi palmam obtinet: & inde palma, tanquam gladios folia refert. 185.

Virtus nullo pondere flectitur, nec fatigatur.

Ex quo cõſultiſſimè ab antiquiſſimis temporibus, ut teſtatur Pauſanias in Arcadicis, conſtitutæ ſunt victoribus coronæ palmeæ. Ita Theſeus cùm à Creta rediẽs apud Delum Apollini agonẽ inſtauraſſet, coronas palmeas victoribus dedit; & ideò Plutarchus in Theſeo ait. *Ludos eum ediſſe ferunt in Delo, ac victores ab illo, tunc primum palmæ ramis donatos*: Et hoc dicunt extitiſſe initiũ talis conſuetudinis; ex quo etiam ex Divo Chryſoſtomo, Virgilio, & aliis teſtatur Petrus Faber libro 2. Agoniſt. cap. 25. conſuetum fuiſſe in medio ſtadii, loco eminentiori, palmam ſpectandam in menſa proponi, ut denotaretur, quod quis illam vellet habere, victor 186.

Palma victoribus conſtituta.

Plutarch.

Faber.

victor fieret in ſtudio;ſed hoc melius habemus expreſſum in ſacris litteris; proinde & in templo Salomonis 3. Reg. 6. n. 29. & in templo Ezechiel.41.n. 18.inſculptæ erant palmæ, quæ ingredientibus oſtendebant bravium, & tacitè admonebant, ut generosè pro Deo, & virtute certarent,ſi palmas victoriæ in domo Dei conſequi volebant.

1. Reg 17. Ezech. 41. *Qui pro virtute decertat, palmam habet in domo Dei.*

187. *Labores in ſæculo generant palmas in cœlo.*

Et bene palmæ in manibus eorum ſunt; quia in manibus in præſenti ſæculo fuerunt labores, ibi & in gloria ſunt palmæ, & præmia. Nullus ergo hîc velit ſtare manibus vacuis, ne & ibi manibus vacuis ſtare cogatur: ſed audiat quiſque Eccl.9.n.20. *Quodcumque facere poteſt manus tua, inſtanter operare.* Et benè palmæ in ſignum partæ victoriæ in manibus, ſeu palmis ponuntur, ut ſit palma in palmis: nam à ſimilitudine palmæ, ſeu concavitatis manus, quæ in digitos, tanquam in ramos deſinit, dicitur palma arbor, nam ad illius inſtar, ejus cacumen extenditur, & in ramos modo digitorum protenditur. Unde dicitur Cantic.6 num 7. *Statera tua aſſimilata eſt palmæ*: Chaldæus inquit: *Tempore quo Sacerdotes tui extendunt manus in oratione, ſimiles ſunt digiti manuum eorum extenti ramis palmarum.*

Ecclеſ. 9. *Palma unde dicta.* Cant. 7. Chald.

188. Albertus.

In manibus ſunt palmæ Ait Albertus Magn. *Et palmæ in manibus eorum, per quod notatur certitudo de præmio, quod enim manu habetur, certè poſſidetur.* Quod in manibus habemus, certò tenemus: inde Beati habent palmas, id eſt præmia ſuæ beatitudinis in manu, utpote de illa certiſſimi.

189. D. Greg.

Rem ſic explicat Divus Gregorius Magnus homilia in Ezechielem. *Quid per palmas*, ait, *niſi præmia victoriæ deſignantur: Ipſa quippe dari vincentibus ſolent; illos itaque, qui in certamine Martyrii antiquum hoſtem vicerunt, & victores in patria gaudebunt, palmas in manibus habere, eſt, victorias in operatione tenuiſſe, cujus operationis palma ibi retribuetur, ubi jam ſine certamine gaudebitur.* Idem habet D. Anſelmus Laudunenſis palmas habent non in ore, ſed in manibus: manus operationem deſignat, ecce cur palmæ in manibus apparent non verbis ſed bonis operibus, de vitiis, ac aliis inimicis triumphum referimus. Ait Chriſtus Dominus. *Petite & accipietis, pulſate, & aperietur vobis.* Luc.11. n 9. At illæ quinque virgines fatuæ, cùm perveniſſent ad oſtium paradiſi, clamant: *Domine aperi nobis.* Math.25.n.11.& tamen non ſunt admiſſæ, ſed excluſæ ſunt, verbo *neſcio*, quomodo ergo cō ſtit Chriſti verbum: *Petite, & accipietis?* ait Chriſtus, *Petite, & accipietis; pulſate, & aperietur vobis.* Petitur ore, pulſatur manu; non ſufficiunt verba, ſed inſuper requiruntur opera. Div. Chryſoſtomus homilia 18. in Matthæum. *Sicut qui pulſat oſtium*, ait, *non tantum voce clamat, ſed & manu, ſic qui bona opera facit, quaſi manu pulſat Deum operibus bonis*, & quia fatuæ virgines ſolùm habuerunt voces: *Domine, Domine, aperi nobis*, non verò opera, oleum ſcilicet in lampadibus, inde dictum eſt eis: *neſcio vos.*

D. Anſelm. *Victor fit in domo Dei non verbis, ſed operibus.* Luc. 11. Matth. 25. D. Chryſ.

190. *Qui carnem ſuam crucifigit, Martyris habet inſignia.*

Palmæ in manibus eorum. Quamvis aliqui has palmas ad ſanctos Martyres tantùm referant, hoc de omnibus ſanctis intelligitur; quia licèt per ſanguinis effuſionem pro Chriſto non certaverint, tamen cum vitiis, & concupiſcentiis magnum bellum habuerunt; ſiquidem cum ipſis concupiſcentiis carnem ſuam crucifixerunt. Sanctus Gregorius citatus. *Geſtio palmarum in manibus*, ait, *ſymbolum eſt victoriæ, & triumphi in hoſtibus ſuperatis, non ſolum per Chriſti certamen, ſed etiam per cujuſlibet generis tribulationum tolerantiam.* Idem docet D. Ambroſius; qui ergo devincit labores, vitia ac cupiditates hujus mundi, hic victor eſt in cœlis. D. Greg. D. Ambr.

Egreſſi filii Iſraël de mari rubro, *venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quod eſſent amaræ.* Exod. 15. numero 23. poſtea verò inde profecti ſubdit textus ibidem, numero 27. *Venerunt autem in Elim filii Iſraël, ubi erant duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta palmæ.* Omnia ex alta, ac ſuprema ratione fiebant; cur non prius veniunt ad fontes aquarum cum palmis, & deinde in Mara? ſed è contra accidit; ut prius accedant ad Mara & inde tranſeant ad fontes aquarum cum palmis; meritò, quia ut quis teneat dulcedinem fontium aquarum cœleſtium, cum victrici palma triumphi, neceſſe eſt ut prius tranſeat per amara ac amaritudinem hujus ſæculi, vincatque aquarum contradictiones hujus mundi; eleganter Sanctus Proſper 1. part. cap. 38. *Poſt dura exilia*, ait, *poſt ærumnas eremi, ad maris rubri tranſitum Dei populum victrix palma ſuſcepit.* 191.

Exod. 15. *Per ærumnas ac labores palma victoria habetur in cœlo.* S. Proſper.

De anima ſancta decantat divinus Sponſus: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi?* Cantic.3.num 6 Hebræus legit: *Sicut palma fumi.* Virgula fumi naſcitur ex ardore ignis, ut notant Expoſitores, & ipſa experientia oſtendit, cur ergo anima ſancta aſcendens in cœlum, dicitur virgula fumi, ſeu palma fumi? rectè ſanè, quia ut quis aſcendat ad cœleſtem palmam triumphi, neceſſe eſt ut exeat de ardore ignis tribulationum, ac laborum hujus ſæculi. 192.

Cant. 3. Hebræus. *Ex ardore ignis aſcendit palma in cœlum.*

Cantat Regius Vates Pſalm. 91. num. 13. *Juſtus, ut palma florebit.* Cur potius juſtum cum palma confert, quam cum lauro vel oliva? nam ſicut palma ſymbolum eſt victoriæ, ita & laurus; cur ergo ad trophæum Sanctorum indicandum potius aſſumitur palma quàm laurus? pulchram rationem aſſignat Cardinalis Hugo: *Palma, ait, habet folia ſimilia gladio, quia verba Sanctorum acuta; hi ſunt gladii ancipites in manibus eorum, id eſt, verba in operibus.* Palma habet folia acuta inſtar gladii: inde juſtus florens in domo Domini, palma dicitur, quia ut quis floreat in domo Domini cum victrici corona, per gladios, & pugiones debet tranſire, ut dignus tali corona inveniatur. 193.

Pſalm. 91. Hugo. *Per gladios, & pugiones comparatur palma in cœlo.*

QUÆSTIO XXIII.

Quare electi in hac ſancta turba magna, ut à malorum tempeſtate eripiantur, non dicuntur ſignati ab Angelo, ut filii Iſraël ex omnibus Tribubus?

IN exordio hujus capitis legis quatuor Angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, qui tenebant quatuor ventos, ut eorum emiſſione cuncta terrena vaſtarent. Ad hos clamat unus Angelus, ut ſe contineant, dicens: *Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus,* 194.

Difficultas quæſtionis.

ribus, quouſque ſignemus ſervos Dei noſtri in frontibus eorum; ut à tanta malorum tempeſtate Antichriſti incolumes evadant; & ſtatim additur: *Centum quadraginta quatuor millia ſignati, ex omni Tribu filiorum Iſraël*; quod ſtatim per omnes Tribus magis explicatur: *Ex tribu Juda duodecim millia ſignati; ex Tribu Ruben duodecim millia ſignati*, &c. Si ergo filii Iſraël per ſingulas tribus dicuntur ſignati ut à tanto periculo liberentur; cur etiam electi in hac turba ſancta ex omnibus gentibus, & populis, non dicuntur ſignati ab Angelo, ut inde à tanto diſcrimine ſint cuſtoditi.

195. *Differentia inter tribus, & turbam magnam.* Primò, reſpondeo ad quæſtionem, & eſt communis ſolutio: quia electi in hac turba magna, non dicuntur ſignari, ſed ſupponitur; ſiquidem fuerunt liberi à calamitatibus, ac plagis per quatuor ventos illatis, ſicut filii Iſraël, & ideò ſupponuntur ſignati, & non dicuntur expreſsè; quod colligo ex diſcrimine inter hos electos hujus turbæ magnæ, ac filios Iſraël; quia filii Iſraël introducuntur, tanquam in via, & ideò ſignantur ab Angelo, ut ab argenti periculo Antichriſti cuſtodiantur; ac electi in hac turba magna, non introducuntur in via, ſed jam in patria, *amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum, ſtantes ante thronum, & in conſpectu Agni*. Et ideò, utpote jam in altiori ordine, non dicuntur, ſed ſupponuntur ſignati.

196. *Oratio ſola valde efficax ad tutamen, & defenſionem.* Ad morales theſes aliam addo rationem; filii Iſraël ore ſilentium tenebant, nullum verbum in ore eorum reſonabat; at in electis in hac ſancta turba, orationis cantus auditur: *Palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicentes ſalus Deo noſtro.* Ubi ſilentium retinetur, impreſſo ſigno ab Angelo, tantummodo malum amovetur: at ubi oratio intervenit; nil aliud ad ſalutem deſideratur; ipſa enim tutamen, & ſcutum eſt ab omni damno, irruente: & ſi in cœlo Beati ſumma ſecuritate fruatur, nullúmque ibi periculum immineat, nec aliquis metus ſollicitudinem ingerat; tamen ut fiat apertum, quàm longè ab orantibus aliqua metus perturbatio diſtet. Qui tacent, ſigno Angelico muniuntur, ac armantur; qui oratione clamant, palma nobilitantur, ac ſi ipſa victoria in cœlo oratione, ac precibus ſit parta. Adeſt in præſenti patronus D. Ambroſius: *Palmæ*, ait, *præmia ſunt victoriæ ſanctorum, qui & voce clamare dicuntur: ſalus Deo noſtro, qui ſedet ſuper thronũ, & Agno.* (D. Ambr.)

197. Poſtquam Abſalon inſurrexit contra Patrem ſuum Davidem, ingreſſuſque eſſet Jeruſalem, convocat aſſeclas ſuos ad conſilium, & hoc fuit Achitophel, ut ipſe cum duodecim millia virorum perſequeretur nocte illa Davidem, qui cum paucis militibus ingreſſus erat deſertum, quod Conſilium reprobat Chuſai, ex eo quod David nocte illa: *Forſitan nunc latitat in foveis, aut in uno, quo voluerit loco, &c.* 2. Reg. 17. num. 9. ac ſi tunc manibus non poſſit capi, ac teneri; ſed quamvis David latitaret nocte illa in ſpeluncis, & foveis, cur non debet illum perſequi Achitophel cum tanta militum copia; nam ipſe ſolùm intendebat, exercitum David fugare, ac diſſipare? & inde Davidem relinquere ſolum, ac ſolitarium, ut ita facilè capi, ac teneri poſſet; & quamvis ipſe David latitaret in foveis, vel non latitaret, facilè accidere poterat, ut à tanta multitudine duodecim millium, exercitus David deſtrueretur, & tunc ipſe facilè in ruinam poterat abire: quid ergo voluit denotare Chuſai, quod cùm David nocturno tempore latitaret in ſpeluncis capi non poterat, nec ali quod nocumentum recipere? ſciebat Chuſai, ut antiquus ſocius David quod ipſe nocturno tempore ad latibula, ac antra ſpeluncarum ſe recipiebat, ut precibus Deum oraret, ut notat ibi Carthuſianus. *Quod ut creditur*, ait; *ideò dixit Chuſai, quoniam David, quando fuit cum aliis temporibus nocturnis in deſerto ut raro conſuevit, cauſa orationis, & compunctionis, ſe abſentare ad tempus atque in ſuis latibulis Deo vacaret.* Cum ergo Chuſai intelligeret, quod David nocturno tempore erat in foveis in oratione, inde judicavit, eum capi non poſſe, nec ejus exercitum deſtrui à magnis militum copiis: ipſa enim oratio eum cuſtodiebat ab omni periculo, & malo, ut ab omnibus liber evaderet.

(2. Reg. 17.) (*Ubi oratio, nullum malum inferri poteſt.*) (Carthuſ.)

Ordinabat David exercitum ſuum magna militum multitudine in prælium, & ipſe parabat, cum eis exire in certamen ut Regis præſentia ſtimulus eſſet ad præclara facinora; tunc univerſus populus clamat: *Non exibis, quia tu unus pro decem millibus computaris: melius eſt igitur, ut ſis nobis in urbe præſidio.* 2. Reg. 18. n. 3. quomodo Rex manens in urbe, pro decem millibus præſidium eſt? quomodo otium Regis pro tantis militum copiis valet? ſunt ne hæ adulatoriæ voces, ut ſæpè à circumſtantibus in auribus Regis ſtrepunt; Minimè, ſed ex vero ingenio cum multa experientia prodibant, Chaldæus ibi: *Tu potes roborare ſi ut nos decem millia. Et nunc bonum eſt, quod ores pro nobis ex urbe, ad roborandum.* Cupiunt ut Rex maneat in civitate vacans orationi, ut ſuo exercitui ſit in fortiſſimum præſidium, ſciebat enim quod plus valet ad debellandas hoſtiles vires oratio unius juſti; quàm multi milites armati: & ideò plus eſſet in præſidium Rex orans, quàm pugnans in prælio cum multis militibus Unde ait D. Nazianzen. orat. 1. de pace: *Pugnantibus manuum extenſio innumerabilium copiarum inſtar erat, oratio trophæa erigens.* 198

(2. Reg. 18.) (Chaldæus.) (*Oratio fortiſſimum præſidium in bello.*)

Cùm Parens Elias aſcenderet in cœlum clamat Eliſæus: *Currus Iſraël, & auriga ejus.* 4. Regum 2. n. 22. ex Hebræo legitur: *Currus Iſraël, & militia ejus.* Quomodo fieri poteſt, ut unus homo pauper, ut Elias, qui præter meloten nihil habebat, eſſet currus, auriga, ac tota militia Iſraël, ad expugnandas innumerabilium hoſtium phalãges? Erat Elias unus juſtus; multùm ſemper orans pro populo, & ejus oratio erat currus, auriga, ac tota militia Iſraël, ut ipſum defenderet ab hoſtibus, eóſque deſtrueret, ac debellaret, Abulenſis quæſt. 19. *Habebant*, ait, *Eliam, dum inter eos viveret, loco currum, ac militiæ; quia preces ejus erant ſufficientes magis, quàm arma, currus, & milites.* 199

(4. Reg. 2. Heb.) (*Oratio ſnos cuſtodit, inimicos deſtruit.*) (Abulenſ.)

Apoc. 7. n. 11. Et omnes Angeli ſtabant in circuitu throni, & ſeniorum, & quatuor animalium, & ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas, & adoraverunt Deum.

Num. 12. Dicentes: Amen; benedictio, & claritas, & ſapientia,

ſapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſæcula ſæculorum: Amen.

VERSIONES.

Syrus. n. 11. Stabant circum thronum, & illos ſeniores, & illa quatuor animalia, & ceciderunt ante thronum ejus, ſuper facies ſuas.

Arabicus. Et vidi omnes Angelos, qui ſtabant circa thronum, & ſenes, procidere coram ejus threno ſuper facies ſuas.

Oecumen. Et procubuerunt.

Pagn. Vatabl. Et prociderunt; & proſtraverunt ſc.

Syrus. n. 11. Benedictio, & gloria, & acceptio gratiæ, & honor, robur, & fortitudo.

Arabic. pagn. Et potentia Deo noſtro.

EXPOSITIO VI.

100. ET omnes *Angeli ſtabant in circuitu throni*; Hæc omnia jam ferè explicata ſunt cap. 5. num. 11. Pro majori doctrina, Angeli, ut eſt valde probabile, ſunt cuſtodes hominum, ut dicam quæſtione ſequenti, & ut ait Andræas Cæſarienſis. *Ecce una ex Angelis, & hominibus Eccleſia conſtituitur.* Vidit noſter Joannes Angelos mixtos, cum ſenioribus & quatuor animalibus, id eſt, cum Sanctorum hominum beatis animabus in cœlo, Deum pariter adorantes, divináſque laudes concelebrantes. *Et ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas.* In argumentum humilitatis, & profundiſſimæ obedientiæ erga Deum, ut docent Anſbertus, Albertus Magnus: quo facto nos docent, quanta reverentia debemus Deum adorare, ejúſque laudes decantare, nam priùs cadunt in facies ſuas, deinde divinas laudes intonant verſu ſequenti.

Andr. Cæſ.

Anſbertus. Albert Mag.

101. *Dicentes*: *Amen.* Hæc dictio *Amen* hîc non eſt nomen, quod idem valet, ac veritas, ut aliqui dixerunt; quaſi primum elogium, & epithetum, quod Deo tribuunt Angeli, ſit ejus veritas; ſed *Amen* hîc eſt adverbium, & idem valet, ac fiat, fiat; ſeu ita ſit; ſcilicet *ſalus Deo noſtro*, ut turba magna decantat; & ita conjungitur hæc Angelorum doxologia cum doxologia ſanctæ illius turbæ, & complet harmoniam, & ſeptem Angeli decantant Deo; *Benedictio, & claritas*, &c. quæ ſigillatim explicabo quæſt. 24. ſeq.

Primum Dei elogium veritas.

QUÆSTIO XXIV.

Quare Angeli hic deſcribuntur ſtantes in circuitu throni?

MIhi valdè probabile eſt, quod ſermo eſt hîc de Sanctis Angelis Cuſtodibus illius ſanctæ, & innumerabilis turbæ; ſtant ergo ante thronum Dei, ut ſummopere gratulantes de ſalute ſuorum clientum, de ipſaque eorum ſalute gratias agunt Deo; & inde Canticum innumerabilis turbæ, *Salus Deo noſtro.* altera voce, & choro applaudentes, excipiunt dicúntque, *Amen*, hoc eſt, ita fiat, fiat; ſunt ergo Angeli hîc ſtantes in circuitu throni, ut honorarii ſtipatores, ſive etiam ut exhibentes Deo, ſuæ ſollicitudini, & curæ commiſſos, jam ſalvos eſſe, & deductos ad gloriam; de quo magnum gaudium oſtentant Angeli ſuo Cantico, verſu ſequenti. *Benedictio, & claritas, &c.* Richardus Victorinus. *Angelos inducit Joannes de ſalvatione hominum gaudentes, & humanæ confeſſionis teſtimonium confirmantes.* Divus Thomas: *hîc oſtenditur Angelorum ad homines benevolentia, in congaudendo eorum ſpiritualibus bonis, quos habituri ſunt conſortes.* 102.

Angeli Cuſtodes gratulantur, & gaudent de ſalute noſtra.

Richard.

S. Thom.

Secundò dicitur: *Angeli ſtabant in circuitu throni. & ſeniorum, & quatuor animalium* Quomodo hîc Angeli apparent ſtantes, non ſolùm in circuitu throni, ſed etiã ſeniorum, & myſticorum animalium? ſtare enim ante aliquem, vel in alicujus circuitu, quodammodo reſpectu illius aliquã dicere videtur inferioritatem: An Angelus hominibus inferior? nequaquam dixerim; ſed in hoc, quod dicitur, Angelos ſtantes in circuitu ſeniorum, magna oſtenditur nobilitas, ac eminentia humanæ naturæ. Aretas: *Stare Angelus cum hominibus quid aliud oſtendit, quàm humanæ naturæ excellentiam in honore?* Quæ magna excellentia maximè viſitur in humana natura, poſt incarnatum Verbum. 103.

Magna excellentia humanæ naturæ.

Aretas.

Tertiò, Albertus Magnus. *Dicuntur eſſe in circuitu ejus*, ait, *quia delectantur in contemplatione illius, ab ipſo accipientes initium delectationis ſuæ, & in ipſum terminantes*, Dicuntur eſſe in circuitu throni ipſius; ſcilicet humanitatis Chriſti, ut inde teſtatum fiat, quod ipſi maximè delectantur in contemplatione ipſius, & inde dicuntur eſſe in circuitu, quia eorum delectatio tota eſt in circuitu Chriſti Domini, nam ab eo incipit, & in eo finitur, ac terminatur. 104.

Albert. Mag.

Delectatio ſanctorum à Chriſto incipit, & in ipſo terminatur.

Quartò, dicitur, quod *ceciderunt Angeli in conſpectu throni in facies ſuas*: Beati in turba magna, ex omnibus populis, & linguis, ſolùm ſtabant Deum laudantes. At modo Angeli, non ſolùm ſtant in circuitu throni, ſed etiam cadunt in facies ſuas, Deum adorantes: cur etiam electi ex hominibus non procidunt in facies ſuas, ut divinam majeſtatem adorarent, ſicut & Angeli faciunt? Reſpondet Haymo: *Solummodo caſum Angelorum commemorat, neque enim convenit, ut Angelis adorantibus, homines rigida cervice ſtarent.* Cùm exprimitur, quod Angeli cultum latriæ exhibentes Deo, caderent in facies ſuas, etiam id intelligitur ab electis hominibus factum; & ita ſupponitur, ac ſi non eſſet neceſſarium, illud expreſsè dicere. 105.

Haymo.

Cùm ſuperior dat reverentiam, etiam inferior præſtet.

Quintò,

106. *Iuſtus de aliorum ſalute gaudet.* Quintò ecce Angeli, ut valdè ſolliciti de hominum ſalute, ſtantes dicuntur, & ut valdè benevoli, pro noſtro beneficio agentes, cadunt in facies ſuas, & ut maximè gaudentes de noſtra ſalute, feſtivè canunt Dei hymnum, verſ. ſequenti, *Benedictio, claritas, &c. Deo noſtro.* Hæc eſt enim ſanctorum conditio, maximè de aliorum ſalute, ac bono gaudere. D. Ephren. de Timore Dei monet: *Promotioni fratrum, ne invideas; ait enim Scriptura.* 4. Joan. 1. n. 4. *Majus gaudium non habeo, quàm ut audiam, filios meos in veritate ambulare.*

D. Ephren.

3. Joan. 1.

107. Philipp. 4. Ait Apoſtolus Paulus ad Philippenſ. 4. n. 1. *Itaque fratres mei chariſſimi, & deſideratiſſimi, gaudium meum, & corona mea;* Qua de cauſa magnus doctor gentium, ſuos diſcipulos dicit gaudium ſuum, coronam ſuam, niſi quod ipſi gauderent in Domino, & ab ipſo coronarentur; ſuum deputabat gaudium, ac coronam? Divus Ambroſius: *Manifeſtum eſt*, ait; *quia perfectio diſcipulorum, gaudium, & corona magiſtri eſt; hi enim ſunt, qui labores fructuum ſuorum edituri ſunt; fructus enim magiſtri, diſcipulus eſt obediens; cujus dum bona converſatio proficit, magiſtro fructus ſui edit laborem, labor enim diſcipuli in opere bono coronam dat magiſtro, judice Chriſto.*

Aliorũ gaudium propriũ eſt Paulo.

D. Ambr.

108. Adoleſcentulæ. Gratulantes, dicunt animæ ſanctæ: *Exultabimus, & lætabimur in te, memores uberum tuorum. Recti diligunt te.* Cantic. 1. num. 3. non ſolùm de ſua, ſed de omnium aliorum lætitia eſt, non ſolùm quia illa habet ubera plena cœleſtis gratiæ, ſed etiam quia alii pleni ſunt ejus dilectione; quæ erat aliorum propria utilitas, ac ſi eſſet proprium ejus commodum. Philippus Abbas, lib. 1. in Cant. cap. 15. *Tantus ejus amor æmulam, vel pellicem non veretur; nec damnum ſuum putat, ſi ad amandum illum altera provocetur.* Meritò ergo perfecta Dei ſponſa non damnum, ſed lucrum ſuum æſtimat, quod boni in aliis erga Deum intuetur.

Cantic. 1.

De ſua, ac aliorum lætitia, gratulatur ſponſa.

Philipp.

Quæstio XXV.

Quare Canticum hominum incipit à ſalute, Canticum verò Angelorum à benedictione? in quo ſeptem proponuntur Dei attributa.

109. *Difficultas quæſtionis.* Electi homines in illa turba magna, ex omnibus gentibus, populis, & linguis, clamabant voce magna: *Salus Deo noſtro.* At ſubſequens Canticum Angelorum, à Benedictione, ac claritate habet ſuum initium: *Dicentes Benedictio, & claritas, & ſapientia, &c.* Cur ergo Canticum populorum, & gentium incipit à verbo *ſalus*, ſeu, *ſalutatio*: Angelorum autem à verbis, *benedictio*, *claritas*? Cùm ex Angelis, & hominibus una tantùm ſit Eccleſia in cœlo, ut ſupra diximus, unde illis in eorum Canticis tanta eſt diverſitas?

110. Reſpondeo, quod per gentes, & populos intelliguntur omnes homines ab Adam generatione communi deſcendentes: meritò ergo ſuum inchoant hymnum à verbo *ſalus*, ſeu *ſalutatio*, ut legit Vatablus: ipſis enim competit ſalus, id eſt, reparatio à caſu peccati originalis, in quo omnes (Beata Virgine Maria excepta) prolapſi ſunt; Salus enim, ſeu ſalvatio, præſupponere videtur aliquam ruinam, & caſum; qui omnibus Protoparentis filiis communis eſt; rectè ergo Canticum hominum incipit à ſalute, quæ per Dei miſericordiam in ipſis facta eſt per redemptionem Chriſti Jeſu; Canticum autem Angelorum bene habet exordium à benedictione; ſiquidem in benedictione cœleſtis gratiæ creati ſunt à Deo, & in ea perſeverarunt, ſine ulla macula peccati contracta, proindéque unuſquiſque intonat ſuum hymnum, per id, quod ſibi familiare, ac proprium eſt; homines à ſalute, quam per Dei miſericordiam ſunt aſſecuti; Angeli à benedictione, qua Dei gratia donati ſunt.

Vatabl.

Quilibet Deum laudat in his, quæ ab eo accepit.

111. *Ille verè Deũ laudat, qui de ſalute proximi agit.* Secundò, & aliter poterit rem explicare. Canticum Gentium ſuum habet exordium ab illis verbis: *Salus Deo noſtro.* Cui annuentes Angeli, dixerunt: *Amen*, approbantes, meritò Deum laudari ex ſalute homini data; ſimúlque congaudere ſuis concivibus, ob hæreditatem ſalutis, quam adepti ſunt; & dicto *Amen*, Deo laudes dicunt, ei gratias referentes, his verbis *Benedictio, claritas, & ſapientia, &c.* Sed cur ſuum hymnum non concinunt, niſi poſtquam dixerunt, *Amen*? tanquam hominum ſalutem approbantes, de illáque congaudentes, ut inde inſinuaretur, non poſſe nos Deo dignam exprimere laudem, & orationem, niſi proximi ſaluti conſentiamus, id eſt fratrem, & proximum in viſceribus Chriſti diligamus. Radulph, Flavi. in cap. 17. Levitic. ſic ait: *Actionibus interioribus omni jure Actionis pretium datur, & quidquid ſine charitate fit, pro nihilo reputatur.* Rudulph.

112. *Angeli, & homines alternativè Deum laudant.* Tertiò, poſſumus dicere, quod turba electorum, ac Angeli, tanquam per choros alternativè canunt Deo; Turba electorum ait, *Salus Deo noſtro*, quia ipſe eſt fons, & origo totius vitæ, ac ſalutis, tam naturalis, quàm ſpiritualis. Angeli alternativè reſpondent; ſeptem Dei attributa prædicantes. Primò *Benedictio*, quæ Deo convenit; quia ipſe omnia bona largitur. Secundò *claritas*, ſeu ut legit Syrus, & alii, *gloria*, quia ipſe eſt pater luminum, & omnis claritatis, ac excellentiæ fons: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt deſcendens à Patre luminum.* Jacobi cap. 1. numero 17. Ab eo enim habemus benedictionem, & claritatem. Tertiò, *& ſapientia.* Sapientiſſimè omnia operatur, nihil veluti impetu agit, ſed ex ſuprema, & alta ratione. Quartò, *& gratiarum actio*, quæ ex omni titulo ei debetur, pro tot donorum infuſione; & hoc non ſolùm corde, & affectu, ſed etiam verbo & facto. Quintò, & *honor* cum omni cultu, ac reverentia, & honoris ſignis. Sextò, *& virtus* omni virtute, & excellentia eminet, ob quam illi honor debetur. Septimò, & *fortitudo*; ſeu robur, ſeu omnipotentia, qua omnia valet, & præſtat, & ſalutem ſuorum electorum per multa diſcrimina operatur; & ita tam homines, quàm Angeli decantant

Syrus.

Jacobi. 1.

Deo, quæ omnibus ſunt communia, ad omnéſque ſpectant.

213. Albert. Mag. Albertus Magnus, hoc Canticum Angelorum peculiariter pro ipſiſmet Angelis decantatum explicat; & in his omnibus Deum cognoſcunt Auctorem. Sic ait ille: *Hæc tangitur de laude Angelorum*; benedictio, *id eſt, noſtra exaltatio, quam ſuper omnem creaturam habemus*, Claritas, *id eſt, impaſſibilitas, vel intelligentiæ perſpicacitas, qua clarè Deum videmus*: & ſapientia, *quam dedit nobis, ut malis reſiſtere ſciremus: vel ſapientia; qua incognitis delectamur.* Gratiarum actio, *pro bonis acceptis*: & honor, *quia Angelis aliis cadentibus, prælegimus ſervire Dei*: Virtus, *id eſt potentia in reſiſtendo*, & fortitudo, *id eſt, gratiæ confirmatio Deo noſtro attribuitur, non nobis.*

Angeli quæ habent, Deo attribuunt.

214. *Cur Angeli ſeptem laudes Deo decantant.* Septem laudes Angeli Deo decantant, propter ſeptem affectus divinæ providentiæ ſupra relatos; alii volunt, quia ſeptem ſunt Principes Angelorum, quos cap. 1. numero 4. noſter Joannes commemoravit; in quos, ut in ſeptem præcentores, omnis hæc diſtribuitur harmonia, unoquoque canente Deo ſuam laudem cum ſuo choro, ut fit in choris muſicorum; & dicunt Deo ſeptem motetos, ſive cantiunculas: & quamvis hæc probabiliter dicantur, tamen ut veriùs dicimus, quod his ſeptem attributis Deum laudant, quia in ſeptenario numero omnis perfectio includitur; imò eo quædam infinitas denotatur. Ecce cur ſeptem attributis eum glorificant, quia ſciunt, nequaquam eum laudari poſſe, cùm ſit infinitè laudabilis; unde de eo Regius Vates teſtatur: *& magnitudinis ejus non eſt finis.* Pſalm. 144. num. 3. ad quæ verba ſic ait Divus Auguſtinus: *Ideò dixit: magnitudinis ejus non eſt finis: ne fortè incipias, velle laudare, & putes, te laudando finire poſſe, cujus magnitudo finem habere non poteſt: noli ergo putare, te eum, cujus magnitudinis finis non eſt, ſufficienter laudare poſſe.*

Non eſt finis in laudatione Dei.

Pſal. 144. D. Auguſt.

215. Pſalm. 71. Poſtquam David Pſalm. 61. canit. *Benedictum nomen majeſtatis ejus, & replebitur majeſtate ejus omnis terra.* Subdit num. 20. *Defecerunt laudes David*: ſeu ut ex Hebræo legitur, *hymni David*, ſeu ut alii transferunt, *voces David.* Sed quomodo laudes, & voces, quibus David Deo decantabat, deficient, cum ipſe maximè fuerit illuſtratus lumine ſupernaturali divinorũ myſteriorum, de quibus omnibus maximè ipſe agit in ſuis Pſalmis? quomodo ergo deficiunt ejus voces, & laudes? Quantò quis magis cognoſcit de divinis myſteriis, tantò magis fatetur, ejus voces, & laudes in eis deficere; quia licèt multa de Deo celebret; tamen multa ſupereſſe cognoſcit, quæ mens ejus non capit, nec penetrat; in altitudine mirabilium Dei mens caligat, & quamvis multa videat, multo plura videnda reſtant. D. Paſch. lib. 6. in Matth. *Ut magnitudinis ejus non eſt finis, nec laudis ejus finis eſt.*

Ad Dei laudes deficiunt voces creatæ.

D. Paſchaſ.

216. D. Baſil. Tamen ſancti Angeli perpetuò quantùm Deum laudant? Divus Baſilius in Pſalm. 28. *Angelorum opus*, ait, *laudare Deum, omnibúſque cœleſtibus exercitibus hæc cura gloriam tranſcribere creatori.* Imò Divus Auguſtinus arbitratur, Angelos præceptum accepiſſe, ut Deum continenter, laudarent; de quo David

Pſalm. 148. Pſalm. 148. num. 2. cùm dixiſſet: *laudent eum omnes Angeli ejus.* Subdit: *præceptum poſuit, & non præteribit.* Sic ait Sanctus Pater; *Quale præceptum dedit Angelis Deus? Quale niſi, ut laudent eum. Beati, quorum hoc eſt negotium laudare Deum.*

Angeli haben præceptum de laudando Deo.

Apoc. 7. n. 13. Et reſpondit unus de ſenioribus, & dixit mihi: hi, qui amicti ſunt ſtolis albis; qui ſunt? & unde venerunt?

Num. 14. Et dixi illi: Domine mi, tu ſcis? & dixit mihi; hi ſunt qui venerunt, de magna tribulatione, & laverunt ſtolas ſuas, & dealbaverunt eas in ſanguine agni.

VERSIONES.

Syrus n. 13. Hi qui circumamicti ſunt veſtibus his albis, quinam ſint?

Arabicus. Tunc reſpondens unus de ſenibus, hi, qui ſunt amicti veſtitu albo?

Mar. Loquutus eſt unus

Syrus n. 14. Domine mi tu noſti; illi ſunt qui veniunt.

Vatabl. Qui venerunt ex afflictione magna, & dilatave-runt ſtolas.

Tertullian. in ſcorpiano cap. 12. Hi ſunt, qui venerunt ex illa preſſura magna, & laverunt veſtimenta ſua, & candidaverunt in ſanguine agni.

Tygurina. Dealbaverunt per ſanguinem agni.

Arabicus. O Domine mi, tu Doctor es: & dixit mihi: hi ſunt, qui venerunt è mœroribus, & ærumnis magnis.

EXPOSITIO VII.

Et *reſpondit.* Hebraïſmus eſt, & idem valet, & dixit mihi. *Unus de ſenioribus*, & quis iſte ſit, nullum eſt fundamentum, ut determinatè aſſeramus aliquem, de quo quæſt. ſequenti. *Qui ſunt iſti? & unde venerunt?* de dignitate, ſeu qualitate, & de loco? Interrogat autem ſenior Joannem, ut eum reddat attentiorem, ad audiendum rem; ſcilicet magnam, & valdè neceſſariam. 217. Hebraïſm.

Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magna: 218. Quamvis enim tentatio, ac militia; ſit vita hominis ſuper terram, & omnes, qui pie volunt vivere in Chriſto, perſecutionem patiuntur;

Tamen

Ribeira. Cornel. Menoch. Tirinus. Matth. 24. Tamen cùm dicit tribulationem magnam intelligit illam maximam, quæ erit in fine mundi ſub Antichriſto, ut explicat Ribeira, Cornelius, Menochius, Tirinus; de hac enim ait Chriſtus Dominus Matth. 24. n. 21. *Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, neque fiet.* Et inde ſubdit Text. *Laverunt ſtolas ſuas, & dealbaverunt in ſanguine agni*; id eſt, veſtimenta, corpora, ac conſcientias ſuas, puras, & ſanctas reddiderunt, per ſanguinem, & merita Chriſti; nam omnem nitorem, ac candorem gratiæ, quam habent, non aliunde habent, niſi merito Paſſionis Chriſti.

Quæstio XXVI.

Quare, cùm ſupra quatuor animalia provocaverint Ioannem, ad videnda ſigilla, nunc verò unus ex ſenioribus eum excitat ad cognoſcendos electos in turba illa magna?

219. Ait Text. *Et reſpondit unus de ſenioribus, & dixit mihi.* Ioannes nihil locutus fuerat, quid eſt, quod dicitur, quod ei reſpondit unus ex ſenioribus? Reſpondere alicui, ſupponit interrogationem; Hebraïſmus eſt; & idem valet, ac locutus eſt; Ita communiter Recentiores: aliter reſpondet Divus Thomas; D. Thom. *Ioannes, viſa multitudine innumerabili, & decenter ornata, deſiderabit ſcire, quid hoc eſſe; unde ſenior reſpondit, id eſt, deſideriis ſatisfecit.* Dicitur ergo, quod ſenex reſpondit ei, non verbis ejus, ſed deſideriis, quibus affectabat, ſcire illam magnam turbam.

220. Alcazar. Lyran S. Lucas. S. Petrus. Dubitatur tamen, quiſnam fuerit iſte ſenex? Alcazar contendit, eſſe S. Lucam, qui ſcripſit Acta Apoſtolorum, in quibus habentur ſignati Chriſti gratia, ſive gentiles ad fidem converſi. Lyranus vult eſſe ſanctum Petrum, ſed hæc ſine fundamento dicuntur; & præcipuè cùm hæc viſio ſit typica, & imaginaria, ut ſæpè dixi, non eſt neceſſe, ut una, & determinata perſona & in cœlo reſpondeat.

221. *Difficultas quæſtionis.* Quæſtio præſens eſt, quod cùm juxta Dei thronum adeſſent quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores ſedentes ſuper viginti quatuor thronos, habentes in capitibus coronas aureas; nunc verò unus de ſenioribus provocat Ioannem ad cognoſcendos, & videndos electos in illa turba magna, cum in apertione ſigillorum, ut vidimus ſuperiori cap. 6. Joannem excitaverunt animalia ad videnda, & cognoſcenda contenta in ſigillis? Ibidem numero 3. *Et cùm aperuiſſet unum de ſeptem ſigillis, audivi unum de quatuor animalibus, dicens: Veni, & vide* Et iterum ibidem num. 3. *Et cùm aperuiſſet ſigillum ſecundum, audivi ſecundum animal, dicens: Veni, & vide?* Et ſic de tertio, & quarto animali; cur ergo animalia vocant Joannem ad videnda ſigilla; ſenex verò ipſum vocat ad videndam, & cognoſcendam turbam magnam?

222. Hugo. Reſpondet primò Cardinalis Hugo ad quæſtionem, poſt ipſam excitatam, & ait, per animalia intelligi ſanctos, ſecundùm ſtatum præſentem hujus vitæ, qui adhuc in paſcuis ſcripturarum verſantur, & indigent alimoniis, quod animalibus aptè congruit; per ſeniores verò, ſanctos ſecundùm ſtatum futurum gloriæ, ubi omnino erit vita immaculata Sapient. 4. n. 9. *Ætas ſenectutis, vita immaculata.* Sap. 4. Ecce cur unus de ſenioribus aſſumitur ad loquendum Ioanni de futura æternitate, & gloria. *Solus beatus poteſt, annuntiare beatitudinem.* Quia ita eſt ipſa ſupereminens, ut ad eam annuntiandam, beatus, qui eſt eam expertus, aſſumatur; & ſubdit citatus Cardinalis Hugo: Hugo. *Ubi ſermo eſt, de ſtatu Eccleſiæ præſentis, loquebatur unum de animalibus? ubi verò ſermo eſt de ſtatu Eccleſiæ futuræ, loquitur unus de ſenioribus.* De beatitudine cœleſti, ſolus unus concivis ejus cœleſtis poteſt agere ac tractere.

223. *Senex aptus ad docendum.* Secundò reſpondeo. Unus de ſenioribus hic eſt potius, quàm unum de quatuor animalibus, vel Angelis; quia ſeniorum proprium eſt, docere; & ita juxta Arabicum Ioannes reſpondit ei, & dixit: *Domine mi, tu Doctor es*; quod officium diligenter præſtare debent ſeniores, circa illos, qui ignorant; ut ſic admoneantur ac erent.

224. Tertiò in cœleſti curia, non omnia uni committuntur, ſed per multos & varios munera dividuntur; Animalibus datur, ut excitent Ioannem ad videnda contenta in ſigillis; ſenibus conceditur, ut ipſum Joannem provocent ad videndam turbam candidatam ſtolis dealbatis in ſangnine Agni. Quartò, animalia quatuor Evangeliſtæ, qui aperiunt ſigilla, in quibus multa continebantur de Chriſto, ejúſque Eccleſia, & ejus crudeli adverſario Antichriſto, quæ ipſi ſcripſerant in ſuo Evangelio; & inde meritò ipſi eliguntur, ut Ioannem ad illa videnda, & agnoſceuda convocent, ſenes verò deputantur, ut turbam magnam dealbatam ſanguine agni oſtendant; nam ipſi efficacia ſanguinis Agni regnum acceperunt, ut decantant ſuprà Apoc. 5. num. 9. Apoc. 5. *Redemiſti nos in ſanguine tuo, & feciſti nos Deo noſtro regnum, & Sacerdotes, & regnabimus ſuper terram.* *Grati animi eſt, excellentiam ſui benefactoris dicere, & publicare.* Beneficium tanti ſanguinis venerantes, illius virtutem publicant, ac declarant, pretio nempe ipſius ſanguinis, innumerabilem illam turbam regnum obtinuiſſe. *Dealbaverunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.* Grati animi eſt amplitudinem ac excellentiam ſui benefactoris dicere, & publicare.

225. *Charitas provocat alios ad ea, quæ ſunt ſalutis.* Et cur ſenex primus interrogat Ioannem? Ut inde habeamus documentum, quod alios provocare debemus, ad percipienda, & intelligenda ea quæ ſunt ſalutis. Cœlius Pannonius: Pannon. *Hic ſenior, ait, qui ut charitate affluus erat, & moribus placidus, Ioannem ultrò compellans, vocat ad diſcendum, alioquin diſcendi cupidiſſimum & qui libenter ſcire vellet etiam rationes eorum, quæ videbat.*

226. *Via ſalutis maximè attendenda & quærenda.* Interrogat etiam ſenex Ioannem, ut eum attentiorem faciat; & cur eum tam attentum deſiderat? quia nihil nobis ita attendendum, nihílq; ita diligenter perpendendum, quàm via, per quam à nobis tendendum, ac eundum ſit in cœlum. Richard. Victorin *Viſa turba in tanta gloria dignitatis, monetur attendere, per quam viam potuit aſcendere, per eam ut idem alios doceat ſuſpicere, ut ad eandem gloriam contendant pervenire.*

Tanta diligentia ſalutis negotium agendum eſt, inde ſanctus ſenex non expectat, quod Ioannes quærat, ſed ipſe prævenit, & interrogat.

227. Pſalm. 118. Ut David ſuum ſtudium de ſalute commendaret, ait Pſalm. 118. num. 147. *Præveni in maturitate, & clamavi*; ac ſi nulla præventio, quamvis feſtinata, non eſſet immatura: quod explicatiùs habet Græcus: *Præveni ante horam*, hoc eſt, ut negotium meæ ſalutis peragerem, nullum tempus reputavi incommodum, ſed quodlibet valdè opportunum, ac tempeſtivum.

Eccleſ. 3. His tamen obſtat Eccleſiaſtes 3. numero 1. *Omnia tempus habent, & ſuis ſpatiis tranſeunt univerſa ſub cœlo*; Quòd idem valet, ac ſi diceret, in omni ſtudio tempus ſuum obſervandum eſt. Inutilis, ac vana erit præventio ante horam? Verum eſt, quòd una erit præventio rei ante horam, quæ ſub cœlo eſt ſuis ſpatiis tranſeunt univerſa ſub cœlo. At Chriſtus Dominus omnium ſalvator ſuprà cœlum eſt; nulla ergo erit intempeſtiva hora, nullùmque intempeſtivum tempus, ut ad eum convenias, & de ſalute tua agas, ſed quodlibet tempus, quodlibet ſpatium opportunum, ac conveniens;

Omne tempus opportunum ad quærendam ſalutem.

D. Ambr. Præclarè D. Ambroſius citat locum Pſalm. *Præveni*, ait: *ante horam, neſciens, in obſervationibus Domini tempus eſſe aliquod, ſed ſemper in ipſis ſum, ſive manducamus, ſive libimus, Chriſtum annuntiamus, Chriſtum rogemus, Chriſtum cogitemus: ſed fortè dicas, quomodo ſcriptum eſt; tempus omnibus, & tempus omni qui ſub cœlo eſt? ſed Dominus Ieſus ſupra cœlum eſt, nullo circumſcriptus eſt tempore.*

228. Obſtetricibus Ægyptiorum imperat Pharao, ut pueros maſculos interficerent; cui illæ reſpondent: *Non ſunt Hebreæ, ſicut Ægyptiæ mulieres; ipſæ enim obſtetricandi habent ſcientiam, & priuſquam veniamus ad eas, pariunt.* Exod 1. n. 19.

Exod. 1. Sanè non eſt Dei gratia, ut cæteræ matres, ipſa nihil indiget expectare; ante horam prævenit in maturitate, & omni prævento tempore, tempeſtivè parit; cùm enim Hebreæ ex fide patrum parerent ad ſalutem, tempus non expectabant, ſed præveniebant, nam ut ait D. Chryſoſtomus relatus à D. Damaſcen. lib. 2. Parallelorum: *Tempore non eſt opus ei, qui ſalutis ſuæ deſiderio tenetur.*

Gratia non expectat tempus, ſed prævenit.

D. Damaſc.

Quæstio XXVII.

Quare Ioannes, qui penetravit, & cognovit altiſſima Sacramenta, hoc tamen electos in hac turba magna non cognovit?

226. Quærit ſenex à Ioanne, *qui ſunt iſti? & unde venerint?* Tunc Ioannes reſpondens, ait illi; *Domine tu ſcis.* In quo tacitè deprecantur, ut eum doceat, quinam ſint illi; & unde venerunt, & cur eum ſic conſulit? ut fiat nobis documentum, quod in myſteriis fidei, Doctores quæramus, à quibus in ſalutari doctrina inſtruamur.

Ut diſcas myſteria fidei non verearis interrogare.

Pannon. Cœlius Pannonius: *Oſtendit, minimè verendum fore, præſertim in rebus ſalutis, quæ myſteriis abditis plenæ ſunt, ſeniores Doctores conſulere*; Qui verò verentur; (licet interrogare) an ſuperbiæ vitio laborant, aut ignavia convincuntur.

Tota tamen quæſtio eſt; quare Joannes videns Agnum ſtantem in throno majeſtatis, cui aſtabant omnes Angeli, magnaque multitudo beatorum, quam dinumerare nemo poterat, in qua erant viri amicti ſtolis candidis dealbatis in ſanguine Agni, provocatur tamen Ioannes ab uno ex ſenioribus, ut quærat: *Hi, qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt? & unde venerunt?* Cui reſpondet Ioannes: *Domine mi, tu ſcis*; apertè ſupponens, quod ipſe neſciebat, ut omnes interpretes fatentur; quomodò magnus Evangeliſta, qui præclara perſpicacia ſui intellectus altiſſima penetravit Sacramenta; modò quærit, *qui ſunt iſti? & unde venerunt?* Cognoſcit Evangeliſta eminentem ſublimitatem Divini Agni, perfectam Angelorum naturam, excellentiam ſeniorum, altitudinem beatorum tot tantiſque donis fulgentem; & tamen ſolos illos, qui habebant ſtolas candidas, ſanguine Agni dealbatas, ignorat, & quærit; *qui ſunt iſti? & unde venerunt?* Anſbertus: *Requiruntur, qui ſunt tales? & unde venerint tales?* 230. In Agno fulgebat perexcelſa ejus eminentia actionibus illi Proportionatis; in Angelis apparebat eorum perfecta natura ſimul cum actionibus illis valde convenientibus; Similiter de ſenioribus, ac cæteris beatis. At verò in Martyribus, *Qui venerunt ex tribulatione magna, & laverunt ſtolas ſuas: & dealbaverunt eas in ſanguine Agni.* Cum ſe ſe in illis exhiberet humana natura, tenuis, & fragilis; nitebant tamen in eis mirabiles actiones patientiæ, fortitudinis, ac conſtantiæ, cujuſdámque divinæ poteſtatis ſuper omnem humanam conditionem, qua tormenta, mundum, ac ejus Principes in medio tribulationum devicerant, ac ſubjugaverant; cum ergo eorum actiones; ac ſtigmata, multum ordinem naturæ ſuperarent, inde Evangeliſtæ provenit tanta difficultas in eis agnoſcendis, ut quærat, *qui ſunt iſti? & unde venerunt?*

Anſbertus.

Martyrum actiones ſuper naturam, & aſſequi non poſſunt.

Videntes Angeli Chriſtum Dominum plagatum, & in magnam admirationem rapti dicunt interrogantes: *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum?* Zachar. 13. numero 6. 231. Zachar. 3. Quid eſt, quod Angeli Chriſtum plagatum non cognoſcunt? & tantùm de ejus plagis mirantur? Angeli optimè cognoverunt Chriſtum natum in præſepio, & pannis involutum. Luc. 2. Angeli Chriſtum agnoverunt reſurgentem de ſepulchro cum multa gloria. Luc. 2. Matth. 28. Angeli Chriſtum agnoverunt aſcendentem in cœlum cum multa majeſtate. Matth. 28. Actorum 1. & tamen modo ejus vulnera, nec capiunt, nec cognoſcunt? Actor. 1. In aliis myſteriis Chriſtum agnoſcebant, multis ſignis, & prodigiis, quæ ejus divinitatem indicabant; At cùm vident plagas in medio manuum ejus, ita eis eſt admirabile, ac ſupra omnem ordinem naturæ, ſupráque vim intellectus creati, ignorent, & valdè admirabundi interrogent: *Quid ſunt plagæ iſtæ?* Rupertus in præſenti ſic ait: *O magnum miraculum, mirandum* Rupert.

Chriſti vulnera ab intellectu Angelico non aſſequuntur.

randum ſpectaculum, præſertim in Domino, dominatore omnium, plagas habere in medio manuum ſuarum!

232\. Ecce quantum extollunt labores, ut etiam nos Angelis ſuperiores faciant. Dicebat Paulus 1. Corinth. 6. num. 3, *Angelos judicabimus.* Quomodo, Paule, tale judicium tibi aſſumis ſuper Angelos, Nónne tu, ut homo, inferior es illis natura? Unde tibi talis ſupereminentia, taléque tribunal? ex vulneribus nempe, ac laboribus; laborum, ac vulnerum Angeli expertes fuerunt, quæ & Paulus pro animabus pertulit, à quibus ſic in altum elevatus eſt, ut ab eis illi tribunal conſtitueretur, quo & Angelus judicaret. In hac cogitatione eſt Origenes homil. 11. in Numeros: *Et erit inter Angelos, & homines judicium Dei: & fortaſſis judicabuntur Angeli aliqui cum Paulo, & conferentur laboribus ejus, & invenietur in laboribus ſuperior etiam aliquibus Angelis; & ideo dicebat: An neſcitis, quia Angelos judicabimus?*

1\. Cor. 6.

Labores nos ſuperiores faciunt Angelis.

Origen.

QUÆSTIO XXVIII.

Quare pro magno elogio de electis Dei dicitur, quod venerunt de tribulatione magna?

233\. Ait Sanctus ſenex: *Hi ſunt, qui venerunt ex tribulatione magna.* In Græco eſt duplex articulus; *qui venerunt ex illa tribulatione magna*; quæ per antonomaſiam refertur ad tempora Antichriſti: *Erit enim tunc tribulatio magna; qualis non fuit ab initio mundi, neque fiet.* Matth. 24 n. 21. & dicitur, qui venerunt de tribulatione, tanquam per medium, per quod adepti ſunt talem gloriam; & dicitur, qui venerunt ex tribulatione, ſicut & dicitur de militibus, hi ſunt, qui venerunt ex tali prælio, ex tali naufragio. Verba tamen altiùs ſunt examinanda.

Græcus.

Matth 24.

234\. Ait ſenex: *Hi ſunt, qui venerunt.* Cùm Joannes quæreret, unde illi veniſſent, ſufficiens erat reſponſio; *Hi venerunt ex tribulatione magna,* Cur ergo addidit; *Hi ſunt?* ille enim, qui per tribulationem tranſit, illáque probatur, jam ad quoddam pervenit eſſe ita ſtabile, in quo nullam amplius viciſſitudinem experietur. Abſalon. Abbas ſerm. 42. qui eſt de Sanct. Victore: *Rectè appoſitum eſt*, ait, *ſunt qui ad verum eſſe pervenerunt quod nec laboribus frangitur; nec infirmitate corrumpitur; nec mutabilitate tranſit; nec aliquo fine deficit; ſed immutabilitate ſemper idem, æternitate ſine fide ſubſiſtit: iſti verò ſunt, qui venerunt ex magna tribulatione.*

Ex tribulatione tranſit homo ad firmam requiem.

Abſal Abb.

235\. Secundò dicitur; *qui venerunt ex magna tribulatione*, priuſquam venirent ex tribulatione, prius ipſi venerunt ad tribulationem, & tamen ſolùm dicitur, quod ex tribulatione venerunt; quia idem fuit, quod ad tribulationem pro Deo venirent, ac quod ab illa evolarent in cœlum; & cur dicitur, quod venerunt? & cur non potius, quod coacti, ac compulſi ſunt à tyrannis in tormentorum tribulationem? & meritò dicitur abſolutè, quod venerunt, quia ſancti Martyres, etſi comprehenſi, ſpontè, ac voluntariè cum multo gaudio, & non coactè torturas, aculeos, & mortem ſubibant pro Deo; ut nihil magis optarent, quàm talem mortem. Citatus Abſalon Abbas: *Prius,* ait, *venerunt ad tribulationem, & poſtea ex tribulatione venerunt; quando tormenta paſſi ſunt, congruè dicitur, venerunt ad ſupplicium Paſſionis: ſancti enim Martyres ad hoc ſpontè nitebantur, ut in hac vita pro Christo patiendo, citò ab hoc ſæculo eruerentur.*

Martyres ſponte & non coactè, ad ſupplicium veniebant.

Abſal. Abb.

236\. Tertiò, ait, *qui ex tribulatione venerunt*; non ait, qui ex ſæculo venerunt; vel qui Antichriſtum, & mundum non ſunt ſecuti; vel qui concupiſcentias, & vitia conculcaverunt; quæ omnia, valdè glorioſa erant; ſed tantum dicitur qui ex tribulatione magna venerunt, & rectè quidem, quia Christianorum nota, & character, tribulatio eſt; laboribus premi, & anguſtiari, ſequacium Chriſti proprium, ac peculiare eſt. Divus Auguſtinus tom. 2. Epiſtol. 12. *Si putas,* ait, *te non habere tribulationes nondum cœpiſti eſſe Chriſtianus; & ubi eſt vox Apoſtoli, omnes qui volunt piè vivere in Chriſto, perſecutionem patientur? Si ergo non pateris pro Chriſto ullam tribulationem, inde nondum cœperis in Chriſto piè vivere.*

Tribulatio Chriſtiani nota, & character.

D. Auguſt.

237\. Quartò, *venerunt de tribulatione magna.* Illi, qui apparebant in turba magna; quandiu fuerunt in via, præclariſſimis virtutibus inſigniti fuerant, modo jam in patria, æterna gloria reſplendebant; cur ergo ſenex non commemorar eorum gloriam in patria, vel fidem, ſpem, charitatem, eleemoſynas, & alia bona opera rectè facta in via; ſed ſolùm eorum tribulationem magnam pro Chriſto ſuſceptam dicit; quia in illa tribulatione magna, tanquam in fonte ac radice, continebantur gloria, & omnia bona opera hujus vitæ, quibus in hæreditatem, ac poſſeſſionem Dei tranſierunt. Ait Regius Vates Pſal. 134. n. 4. *Quoniam Jacob elegit ſibi Dominus, & Iſraël in poſſeſſionem ſibi.* Sub nomine Jacob eligitur, & vocatur à Deo; ſub nomine Iſraël fit Dei poſſeſſio, ac hæreditas æterna, ſed cur potius ſub nomine Iſraël, quam ſub nomine Iacob, ad tantam excellentiam devenit? quid magis importat nomen Iſraël quàm Jacob? Jacob datum fuit ei ab ipſo utero, antequam quicquam boni, aut mali egiſſet; At verò Iſraël, non vocatur, niſi poſt multas tribulationes, & preſſuras, poſtque largum exilium à domo paterna, poſtque quatuordecim ſervitutis annos, tranſactis noctibus gelu, & frigore ſine ſomno, poſtque magnum luctamen cum Angelo, à quo vulnus accepit, à quo ob ejus fortitudinem dictus eſt Iſraël. Geneſ. 32. n. 28. & tunc fit, conſtituitúrque Dei poſſeſſio in patria per gloriam, in via per admirabiles virtutes, nec enim ante labores exanthlatos, factus eſt Dei poſſeſſio, ſed poſt illos ſuperatos, ut in eo Deus inhabitaret, tanquam poſſeſſor in poſſeſſione propria. D Hilar. in eodem Pſalmo: *Jacob eſt ergo* ait, *qui eligitur; Iſraël, qui poſſidetur; in prætcritis primogenitus, & benedictionibus cognitus; in ſervitute multi temporis fidelis, in Sacramento luctæ potens.*

Pſalm. 134.

Tribulatio pro Chriſto ſuſcepta, idē valet ac virtus, & gloria.

Geneſ. 32.

D. Hilar.

238\. Quintò dicitur *qui venerunt ex tribulatione magna*; non aliunde venerunt in gloriam, niſi ex tribulatione magna, & quanto major eſt ipſa tribulatio, tanto majores dat alas ad volandum in gloriam; ô quantum diſtat tribulatio pro

Tribulatio à mundo nós detinet, ſi verò à Chriſto volare facit.

Deo ſuſcepta, à tribulatione mundana? Tribulatio, quæ à mundo provenit, detinet; & ſic dicitur de Petri ſocru: *Tenebatur magnis febribus.* Luc.4. Luc.4.num.1. at veluti navis, jactis anchoris, retinetur, ne gradum faciat, ſic tenebatur anus febrium magnitudine; At tribulatio pro Deo in domeſticis ſuis velociſſimæ alæ ſunt, ut in cœlum aſcendas: *Hi ſunt qui venerunt ex tribulatione magna.* Ipſa tribulatio alas miniſtravit, ut feliciſſimè tranſirent in D. Auguſt. cœlum; ſic ait Divus Auguſtinus in Pſal.103 *Iob ille Sanctus ſedebat in ſtercore, & currebat in via.*

239. Tenebatur Petrus in vinculis Herodianis; miniſterio unius Angeli ab illis eſt ereptus; cuſtodes autem, cùm vidiſſent vincula, ac carcerem ſine Petro: *Tunc non parva turbatio inter* Actor.12. *milites, quidnam factum eſſet de Petro.* Actor.12. n.18. explicatus Græcus legit: *Quid tandem Petrus factus eſſet?* Ac ſi à tantis vinculis non poſſet, niſi aliquod magnum, ac divinum exire; Caietan. quod expendens Caietan. introducit milites loquentes inter ſe; *An converſus fuiſſet Petrus in* *Labores pro Chriſto nos rebus ſuperiores faciunt.* *aliquod numen?* Et quidem prudenter meditabantur, quod à tanto carcere, ac vinculis Petrus non poſſet ſe expedire, ut homo, ſed ut quid divinum: vincula pro Chriſto talem agilitatem, ac virtutem dant, ut à nulla re creata retineri, ac impediri poſſit Petrus, ſed omnibus ſuperior feliciſſimè pertranſit.

240. Pſalm 43. De juſtis, ac ſanctis afflictis ait Regius Vates. Pſalm.43.n.12. *Dediſti nos, tanquam oves eſcarum, & in gentibus diſperſiſti nos*; hoc eſt, Domine, dediſti nos, tanquam oves, quæ præparantur in eſcas, & cibos, & ad hoc nos feciſti diſperſos per omnes gentes totius orbis, ut nos premerent, & manducarent, tanquam oves; pro eo quod nos habemus: *In gentibus* Symmach. Aquila. *diſperſiſti nos*, tranſtulerunt Symmachus, & Aquila: *Et in gentibus ventilaſti nos.* Et cur juſta *Tribulationibus ad cœleſtia properamus.* ipſa preſſura ac perſecutione dicitur ventilari? quid ventilatio cum perſecutione, ſicut id, quod ventilatur, multa vi, ac efficacia in altum projicitur, ſic Juſtus dum premitur, ac vexatur, ipſamet preſſura, tanquam ventilabro, in ſurſum fertur, & elavatur, ut magna efficacia, ac D Greg. Exod. 7. conatu in cœlum evolet, Divus Gregorius Magnus, relatus in Gloſſa cap.3. Exod.num.7. *Vidi afflictionem populi mei*; ſic ait Sanctus Doctor. *Reproborum nequitia electorum vitam, quaſi grana à paleis ſeparat: & dum affligit, expedit; quia dum violentiam ingerit, feſtinare ad ſuperna compellit.*

QUÆSTIO XXIX.

Quare ſancti dicuntur lavari, & dealbari ſanguine Chriſti, cùm ſanguis albedinem deleat, & rubicundum faciat?

241. Vatabl. Eraſm. VAtablus, & Eraſmus legunt: *dilataverunt*, cum noſtra vulgata, juxta radicem Græcam, habeat: *Dealbaverunt*; unde etiam, ut jam dixi, non eſt audiendus Petrus Faber, libro 2. Agnoſtic. capite 12. qui vult, has ſtolas rubeas à ſanguine Agni; hoc apertè repugnat cum noſtro textu.

Dicitur in text. *Qui venerunt ex tribulatione* 242. *magna, & laverunt ſtolas, &c.* Optimus ſanè nexus, quod qui venerunt ex tribulatione, laverunt ſe, & dealbaverunt ſe tribulatio, veluti fornax ignis, maculas peccatorum abſtergit, & purificat; & per gratiam Chriſti nitidi, & ſpecioſi efficimur; hoc ſignificavit Divus Au- D. Auguſt. guſtinus in Pſalm. 53. *Ad hoc exagitat tribulatio*, ait, *ut exinaniat vas, quod plenum eſt nequitia, & impleatur gratia.*

Tota difficultas eſt, quomodo dicatur de 243. omnibus ſanctis in cœleſti patria: *dealbaverunt* *Difficultas quæſtionis.* *ſtolas ſuas in ſanguine Agni?* Nam ſanguis potius habet vim maculandi, quam abluendi, & dealbandi, quomodo ſanguis Chriſti, qui verus fuit ſanguis, utrumque feciſſe legitur? Sanguis nonne potius ruborem, quam abedinem introducit? Maculas potius, quàm munditiem? quomodo ergo contrarium in ſanguine Chriſti experitur?

Et quantum ad literam, jam patet ſolutio ex 244. dictis in expoſitione; dicuntur laviſſe ſtolas ſuas in ſanguine Agni; quia meritò, & virtute ſanguinis Chriſti munditiam animæ ſuæ, & candorem juſtitiæ, & pulchritudinem virtutum ſibi comparatunt; Phraſis autem hæc, *dealbaverunt ſtolas ſuas*, intelligenda eſt de animabus noſtris, ac conſcientiis, quæ lotæ, & dealbatæ ſunt in Baptiſmo, in pœnitentia, ac aliis Sacramentis; & deinde etiam, charitatis, ac jejunii, ac mortificationis, aliarúmque vir- D. Ambr. tutum operibus, ut rectè hìc explicant. D. Anſbert. Ambroſ. Anſbertus, & alii, quibus ſuper nivem dealbati, puri, & mundi ſumus in conſpectu Dei; tamen de hac re aliqua ex ſanctis Patribus proferamus.

Secundò Divus Bernardus ſermone 1. In die 245. Paſchæ. Hanc dealbationem primò refert ad D. Bernard. aquam, quæ ſimul, cum ſanguine de latere Domini exivit; Ac ſi in illo pretioſiſſimo ſanguine, ſit pretium ſanguinis, ut redimat, ſit virtus, aquæ, ut abluat; ſecundò refert ad Agnum novellum, cujus ſanguis eſt lacteus. Sic ait D Bernardus: *Agmina hac ſunt ſanctorum dealbatorum; qui laverunt ſtolas ſuas, & candidas eas fecerunt in ſanguine Agni: quia exivit cum eo, & in eo aqua dealbans: & teſtimonium perhibet ipſe, qui vidit; Aut certè candidas in ſanguine Agni novelli, ſanguine candido, & rubicundo, ſicut habes in Cantico Cant.5. Dilectus meus,* ait ſponſa, *Candidus, & rubicundus.* Expende illud, *Lacteo, & rubicundo ſanguine Agni*: ut denotaretur, quod ſanguinis Chriſti videatur lactis participare naturam, ut mundet, & dealbet; quod expreſſius docet hìc Albertus Magn. *Quia ſan-* Alber. Mag. *guis*, ait, *per multam decoctionem fit lac, ſicut patet in naturali generatione lactis, quando generatur ex ſanguine in mammillis, & ideo quia ſanguis Chriſti maxime fuit decoctus in Paſſione; ideo dicitur habere naturam lactis.*

Obiter nota, quod ſancti dicuntur dealbati; 246. At Virgo Maria, non dicitur dealbata, ſed candida: Cantic.8.num.5 dicitur, *Quæ eſt iſta quæ* Cant. 8. *aſcendit de deſerto, deliciis affluens, innixa ſupra dilectum ſuum?* Ubi D. Ambroſius, ſerm.14. in D. Ambr. Pſalm.118. legit: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit candida?* Cur verò alii ſancti dicuntur dealbati; Maria Virgo verò candida, pro quo adverte,

te, eſſe differentiam inter album, & candidum. Illud dicitur album, quod prius vel ſorde, vel alio colore infectum fuit; & inde dicitur album, quia ſuperpoſito albo, redditur album.
Iſai. 1. Iſai.1.num.18. *Si peccata veſtra fuerint ſicut coccinum, quaſi nix dealbabuntur.* Sic trita parœmia dicitur, *Æthyopem dealbare.* Candidum autem illud dicitur, quod nunquam alio colore infectum fuit, ſed ſemper ſuum nativum nitorem, & ingenitam pulchritudinem retinet; indeque talis color in ſacris literis Deo, ejus capillis, ac veſtimentis ſignanter adſcribitur; de ſuo dilecto Chriſto Jeſu ait ſponſa.
Cant. 5. Cantic.5.num.10. *Dilectus meus candidus.*
Apocal. 6. Apocalypſ.1.num.14. *Caput ejus, & capilli candidi.*
Daniel 7. Daniel.7. num.9. *Veſtimentum ejus, quaſi nix.*
Virgo Maria candida, & pura ſine peccato originali. Ex his ergo patet, quod ſancti dicuntur dealbati, Maria Virgo candida? quia inter ſanctos & Mariam magnum eſt diſcrimen; ſancti dealbati ſunt, quia animas ſuas, & conſcientias ſuas, meritò ſanguine Agni dealbaverunt à ſordibus à peccato ſaltem Originali; At ſanctiſſima Maria Virgo ſic innixa eſt ſuper dilectum filium ſuum Jeſum, ut à primo inſtanti ſuæ conceptionis nullam contraxerit ſordem, ſed cœleſti gratia infuſa, ſemper candida: & omni omnino labe ſemper pura, & immaculata.
D. Hidelf. D. Hidelfonſ. ſerm. de Aſſumpt. *Hæc virgo*, ait, *clariſſima inter virgines, candidior inter Martyres; quia, etſi Martyres coronati dealbabunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni, nihil ominus hæc beata Virgo candidior dignè prædicatur.*

147. Tertiò. & ad principalem quæſtionem.
Iuſt.Martyr. Reſpondet Sanctus Juſtinus Martyr. Dialog. cum Tryph. adverſus Judæos; explicans illud vaticinium
Gen. 49. Jacob 49.num.11. *Abluet in vino tunicam ſuam, & in uvæ ſanguine pallium ſuum*; ſic
Sanguis Chriſti, virtutem habens à Divinitate, mundat. ait, *ſignificat, ejus ſanguine expiatum iri eos, qui crederent; quod autem dicit verbum uvæ ſanguinem, arte quadam declaravit, ſanguinem quidem habere Chriſtum, non ex hominum ſemine, ſed ex vi divinitatis.* Sanguis, qui eſt à virili ſemine, tangit, inficit, & inquinat: Et ſanguis Chriſti, cùm ſit rubicundus, dealbat; quia totam virtutem ſuam habet à Divinitate, cui eſt unitus, & minimè à virili ſemine, ex quo non fuit conceptus.

148. Quartò *dealbarunt ſtolas ſuas in ſanguine*
Rupert. *Agni.* Rupertus, & alii hoc interpretantur de ſanctis Martyribus, qui ſanguinem ſuum effu-
Martyres ſuam victoriam Chriſto tribuunt. derunt pro Domino; ſed cur non dicuntur, dealbaſſe ſtolas ſuas in proprio ſanguine, ſed in ſanguine Agni? quia eorum victoria tota
Joachim. Agno tribuenda ſit. Joachim.Abbas: *Exemplo paſſionis ſuæ*; ait, *dedit eis Dominus, ut paterentur pro ejus nomine, velle, ſimul & poſſe; ac per hoc non ipſi attribuenda eſt victoria, ſed ipſi, qui dicit in Evangelio*;
Ioan. 16. Joan. 16.num.33. *In mundo quidem preſſuram habebitis, ſed gaudete, ego vici mundum.*

149. Quintò, Joannes ſcribit, Martyres ſtolas ſuas in ſanguine Agni dealbaſſe, cum proprio ſanguine interfectorum fuerint aſperſæ. Quia
Chriſtus ſuorum labores, ac paſſiones ſuas reputat. Agnus, qui eſt Chriſtus D. ſuorum Martyrum ſanguinem proprium reputat; & certè tantum Divinus Agnus ſuorum paſſiones videtur æſtimare, ut effuſionem ſanguinis eorum, reputet velut proprii cruoris effuſionem. Patitur Chriſtus, cùm ejus membra patiuntur, ita ardenter nos diligit, ut nobiſcum pati videatur.

Abſalon Abbas ſermon.41. qui eſt de Sancto Abſal Abb.
Victore: *Non immeritò*, ait, *Sanctorum Martyrum ſanguis Chriſti eſſe dicitur, qui ſunt membra Chriſti: ſicut enim ſanguis, qui fluit de manu tua, vel de latere, vel de quocumque alio membro, verè ſanguis tuus dicitur eſſe; ita & ſanguis ille, qui fluxit de membris Chriſti, nempe Martyribus, verè ſanguis Agni eſſe perhibetur.* Similiter &
Lyran. *Ideò meritò dicitur ſanguis Agni, quia eſt* Lyranus.
ſanguis membrorum ipſius, in quibus dicit ſe perſecutionem pati. Actor.9. *Saule, Saule, quid me perſequeris?* Hac de cauſa pauperum eſuriem, & afflictorum ſitim, propriam appellat dicens: *Eſurivi, & dediſtis mihi manducare; ſitivi, & dediſtis mihi bibere.* Matth.25.num.35 tantum Matth. 25.
facit laborantium gloriam, ut cum illis pati videatur, eorumque paſſiones, ſuas proprias dicit D.Chryſol.ſerm.14. *Dixiſſe ſufficeret, dedi-* D. Chryſ.
ſtis mihi potum: ſed præmittit eſurivi, & ſitivi: quia parvus fuiſſet amor pauperis, quod pauperem ſuſcepiſſet, niſi & paſſiones pauperis ſuſcepiſſet: & certè verus amor, non niſi paſſionibus probatur, Velut amor eſt, feciſſe ſuas anguſtias. Vide ſupra cap.1q.19.n.143.144.

Sextò, Profundè, & altè conſidera. Sancti la- 150.
verunt, & dealbaverunt ſtolas ſuas, & animas ſuas in ſanguine Agni: At perfidi Judæi coinquinaverunt, & maculaverunt animas ſuas, ſuorumque filiorum in ſanguine Agni, dum clamarunt: *Sanguis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Matth.27.num.25. D.Chryſoſtom homil. Matth 27.
4. de Paſſione: *Magna*, ait, *planè vis criminis*, D. Chryſ.
quæ nec prolixitate temporis abeletur; nec ſaculorum oblivione repellitur: ſanguis hic Domini noſtri polluit in præſenti. Similiter Tertullian.l. Tertull.
2.contra Marc.cap.15. & alii Patres; ô ſumma & extrema miſeria, quod ubi in alios tanquam ex fonte dimanat puritas, ipſi hauriunt maculas; unus, & idem eſt ſanguis Chriſti juſtis ſtagnat in albedinem, & nitorem gratiæ; at verò impœnitens peccator de communi dealbatorum lavacro reportat nigredinis vetuſtatem, & albedini reſiſtere perſiſtit in fuligine: juxta arbitrium, ac modum intingitis, color, à ſanguine diſpenſatur; pœnitens albedinem, protervus accipit nigredinem. *Extrema miſeria, unde aliis eſt vita, tibi ſit mors.*

Sanatus Naaman verbo parentis Eliſæi, in 151.
terram ſuam Syriam pergebat; cum verò Giezi cogitaret quod ipſe abſque ſalutis mercede receſſiſſet poſt mundati tergum cucurrit; veſtes mutatorias, & geminum talentum accepit, uſuram facere de prodigioſæ ſanitatis fœnore cogitavit, & pro ſimplici curatione duplicia veſtimenta ſortitur. Quid tunc Eliſæus? *Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & ſemini tuo uſque in ſempiternum; & egreſſus eſt ab eo lepróſus quaſi nix.* 4.Reg.5.num.27. O famuli infelicis 4.Reg. 5.
extrema calamitas! quo ſanatur extraneus, proprius ægrotat; familiaris percutitur, quo curatur alienus, eademmet vox Prophetæ, quæ ſaucio medelam ingeſſit, aggeſſit ægritudinem ſano, & à Domino plagam ſuſtinuit, à quo alienigena reportabat ſalutem: Non aliud debuit Giezi ſupplicium imponi, quàm quo jam abſolutus plectebatur Naaman, ut noſcat ſuam extremam miſeriam, cùm in apotecha medicinæ inveniat infirmitatem, & in lavacro puritatis, ſordem iniquitatis. Rabban. *Juſto judicio*, ait, *lepram erroris, quam credentes deoſucrant, ipſe ſibi conſcivit.* *Deploratur homo qui ex fonte ſalutis haurit infirmitatem.*

252. Ut Ozias adoleret incenſum, Pontificia licentia, ſumpto thuribulo, ſanctuarium inſireditur, & ex pietatis thure iniquitatis ſuffitum vaporare contendebat. Regis auſum Sacerdotes compeſcunt: *At ille tenens in manu thuribulum, ut adoleret incenſum, minabatur Sacerdotibus ſtatimque orta eſt lepra in fronte ejus, coram Sacerdotibus, in domo Domini, ſuper altare thymiamatis.* 2. Paralip. 26. n. 19. non ſat fuit, quod inficiaretur latenter lepra, ſed in fronte, in vertice capitis ſcabioſa tabes obriguit; ubi lamina aurea Sacerdotem exornabat, ibi lepra eum dedecorat. Cardinalis Hugo: *Bene congruit locus ille lepræ facto culpæ. In fronte enim erat lamina aurea, quæ Pontificem ornabat; & ideo, quia ſibi eam uſurpat injuſtè, juſtè ibi punitur.* Et non ſat fuit, ut maculoſa plaga in fronte prodiret, ſed hoc coram mundi Sacerdotibus, in domo Dei in ejus ſacratiſſimo loco, ſanctuario nempe, & ſuper altare thymiamatis; dum Rex thuribulum manu volvebat, paratis prunis, ut ſuaviſſimum ſuffimentum exhalaret, inde frontis ſpurciſſimæ lepra monſtratur: à qua intolerabilis fœtor naſcebatur; ut execratis ſordidum Regem, qui inter munditiei inſtrumenta, immundiſſimam lepram contraxit; Thuribulum, ignis, Thymiama, & Sacerdos, nonniſi puritatis organa ſunt: at ex his, ex quibus aliis limpiditas depuratur, ſtolidus tamen Rex miſere inquinatus evaſit: & quæ aliis erant in propitiationem, ipſi miſero fuerunt in peſſimum opprobrii ſupplicium.

[Margin: 2. Par. 26.]

[Margin: *Magna miſeria, ut ubi aliis eſt propitiatio, tibi ſit ſupplicium.*]

Apoc. 7. n. 15. Ideo ſunt ante thronum Dei, & ſerviunt ei die, ac nocte, in templo ejus: & qui ſedet in throno, habitabit ſuper illos.

Num. 16. Non eſurient, neque ſitient amplius, nec cadet ſuper illos ſol, neque ullus æſtus.

VERSIONES.

Arabic. n. 15. Ideoque modò aſtant, & ſerviunt in templo ejus, diu, ac noctu; & qui inſidet in throno, habitabit in eis.

D. Cyprian. Ii ſunt in conſpectu throni, & ſerviunt ei diebus, ac noctibus; & is, qui ſedet in throno, inhabitabat ſuper illos.

Syrus. Et ille, qui ſedet ſuper thronum protegit eos.

Alii. Umbracula protegit eos.

Arabic. n. 16. Non aduret illos ſol.

Andr. Caſ. Non infeſtabit eos ſol, vel ullus æſtus.

D. Cyprian. Sed neque cadet ſuper illos ſol, & nullum unquam æſtum patientur.

EXPOSITIO VIII.

253. IDEO ſunt ante thronum Dei, ante ejus divinam majeſtatem, fruentes clara, intuitiva, ac perpetua viſione Dei, ejuſdemque intima familiaritate. *Serviunt ei*, felici ac quieta ſervitute, cultu, cultu nempe latriæ, ac adoratione, ejus laudes, ac magnalia decantantes, ut interpretantur Richard. Victorin. & Albertus Magnus, eique gratiarum actiones referentes, ut explicat Andræas Cæſarienſis. *Die ac nocte*, hoc eſt, perpetuo, inceſſabiliter, ſine intermiſſione, ut exponit Aretas; nam in cœlo non eſt nox, ſed perpetua claritas. Apoc. 10. n. 25. ſed ut ait Eſtius, eſt phraſis ſumpta à tempore hujus vitæ, in qua dies, & nox ſibi ſuccedunt. *In templo ejus*, alludit ad templum Salomonis, ut ait Cornelius, in quo Dominus in ſancto Sanctorum ſedebat. *Et qui ſedet in throno*; In beatis nempe, per dona gloriæ conquieſcens. *Habitabit ſuper illos*, ut dicitur 2. Corinth. 6 num. 16. *Quoniam inhabitabo in illis.* Habitat ſuper illos ſua divina præſentia, providentia & protectione illic quaſi incumbendo, ſe, ſuaque omnia illis communicando, & exhibendo.

[Margin: Richard. Albertus. Andr. Cæſ. Aretas. Apocal. 10. Eſthius. Cornel.]

Non eſuriunt amplius. Iiſdem verbis utitur Iſaias cap. 49. num. 10. & uterque alludit ad hieronicas; id eſt, ſacros athletas, ſeu pugiles, vel milites: jam victores, & emeritos, de quibus latè agit Petrus Faber. lib. 2. Agoniſt. cap. 12. Hi enim, priuſquam victoriæ gloria potirentur, ſæpè ſitim, & famem pati cogebantur, ſæpè ſubdio degere, atque in medio ſolis æſtu aggeres extruere, caſtra vallare, muros conſcendere, cum hoſte manum conferre, &c. At jam victores, & emeriti ab his omnibus liberi, perpetua quiete, & bravio donabantur, & ſi aliquando egerent, ex publico alebantur. 254.

[Margin: Iſai. 49. Petrus Fab.]

QUÆSTIO XXX.

Quare de Beatis in cæleſti patria, tanquam pro magno præmio, aſſignatur eis, quod Deo ſervent die, ac nocte?

255. SUperiori verſu dictum eſt, quod illi electi in turba magna, venerunt ex tribulatione magna, & ſubdit modo: *Ideo ſunt ante thronum Dei, & ſerviunt ei in templo ejus, & qui ſedet in throno, habitat ſuper illos.* Divus Bernardus: *Quia*, ait, *dealbaverunt ſtolas ſuas per frequentem Paſſionis memoriam: ideo habitat ſuper illos per continuam lætitiam.* Et ſicut anima juſti, dicitur ſedes ſapientiæ, ſic & dici poteſt templum Dei, ac thronus illius Ansbertus: *Quia*, ait, *talibus veſtimentis induti, quia ſanguine Agni videntur abluti, ipſi enim à conditore ſuo, tanquam thronus, poſſidentur, ipſi tanquam templum inhabitantur: & ſic non dixit, habitabis in illis, ſed*

[Margin: D. Bernard. *Iuſtus templum, & thronus Dei.* Ansbertus.]

ſed ſuper illos,ut eos ſimul oſtenderet templum,& thronum.

156. *Servitus Dei, non laborioſa, ſed ſuavis.*
Quæſtio tota eſt; quare juſtis, qui venerunt ex tribulatione,pro magna præmio aſſignatur, quod ſerviant Deo die , ac nocte ? temporalis ſervitus,etſi ad longum tempus non protrahatur , ingenuis viris valdè dura eſt , quomodo ergo victoribus : pro præmio tale imponitur jugum,ut die,ac nocte , id eſt,ſine intermiſſione,ſervituti ſint addicti ? non mirum, quia hic eſt ſermo,non de ſervitute humana,ſed de divina,quæ Deo exhibetur ; & hæc maximè exoptanda,& amanda ; quia non laborioſa, ſed ſuavis,ac perjucunda.D.Auguſt. ſerm.11. de Sanct. *Non eſt*,ait, *laborioſa , ſed amabilis, & optabilis ſervitus , in Dei laudibus perpetuò aſſiſtere : Dies quippe , & nox viciſſitudinem temporis propriè , ſed perpetuitatem tropicè ſignificant : Nox enim non erit illic , ſed dies una melior in atriis Chriſti ſuper millia*: Hæc autem ſervitus , ut dixi in expoſitione , conſiſtit in adoratione , laude,ac gratiarum actione erga Deum.

D. Auguſt.

157. *Servire Deo, ita excellens, ut in cœlo detur in præmium.*
Dicitur in Text. *Ideò ſunt ante thronum , & ſerviunt ei die , ac nocte.* Particula appoſita : *Ideo* , non ſolùm refertur ad illa , *Sunt ante thronum Dei* ; ſed etiam ad ſubſequentia : *Serviunt ei die , ac nocte.* Cur ergo ideo ſerviunt ei die , ac nocte , quia venerunt ex tribulatione magna ; & quia dealbaverunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni ? nonne aptius diceret Sanctus ſenex ; ideò ſunt ante thronum, quia ſerviunt ei die , ac nocte , ſicut eis mandatum fuerat : *Servite Domino in lætitia* ? Cur ergo ait ; ideo ſerviunt ei die , ac nocte,quia magnas tribulationes ſuſtinuerunt in vita ? Tam præclarum, & excellens eſt , Deo ſervire , ut id bonorum operum in cœlo , reputetur eſſe magnum præmium Rupertus : *Hic dum vivitur*,ait,*ſervitus ſive myſterium Dei , labor , & opus eſt : ibi autem ſervitus Dei laboris præmium , & ſervitus merces eſt.*

Rupertus.

158. Iudic. 2.
Dicitur Judic.2. num 8. *Mortuus eſt Ioſuë famulus Domini.* Ipſo mortuo , ac ſepulto in Mauſolæo ejus, Epitaphii loco ponitur hoc nobile elogium : *Ioſuë famulus Domini*:& certè tanto Duce nihil dignius potuit ſcribi , ac exarari : nam ut Divus Hieron. in Pſalm.133. talem titulum infinitam dignitatem appellat;*Infinita*,ait,*dignitas eſt,ſe dicere , eſſe ſervum Domini.* Et ita in Mauſoleo Ioſuë , non ſcribuntur Reges,quos docuerit ; victoriæ,quas obtinuit ; civitates , quas devaſtavit ; Promiſſionis terra,quam ſubjecit ; ſol , quem ad ejus vocem ſtare fecit; ſed quod fuerit famulus Domini, ac ſi hic titulus illis omnibus ſplendidior , ac major ſit ; & idcò de eo maximè gloriabatur David præſertim. Pſalm. 36. cujus titulus eſt: *In finem ſervo Domini ipſi David.* Et in Pſalm. 15.n. 5. *O Domine , quia ego ſervus tuus.* Ubi IdemD.Hieron. *Grandis dignitatis eſt,& meriti, eſſe ſervum Domini.*

D. Hieron. *Dici ſervum Dei, dignitas infinita. Illuſtriſſimū Epitaphium* Pſalm. 36. D. Hieron.

159.
Cùm Nabuchodonoſor accederet adoſtium fornacis ardentis vidiſſetque tres pueros , qui in eam ligati fuerant miſſi , ſolutis vinculis;in medio flammarum ambulantes , totus admirabundus clamat : *Sidrach, Miſach, & Abdenago , ſervi Dei excelſi egredimini.* Daniël.3.n.93. Cur alio nomine eos non compellat ? non dicit eos viros famoſos , ac magnos,& potentes quibus ignis , ac elementa obediunt,in totius orbis admiratione ? ſed tantùm ſervos Dei dicit,ac ſi hoc tantùm illis omnibus illuſtrius,ac ſplendidius eſſet, nihilque perjucundius, ac ſuavius illis ſanctis pueris dici poſſet,quàm quod ſervi Dei nominarentur. D.Chryſoſtomus homil. 8. ad Epheſios cap.4. *Vocem* , ait, *vocavit jucundiſſimam ; ſciebat , ſe ea maxime aſſentari ; nam ſi eos vocaſſet Reges,ſi Dominos Orbis terræ, non tanta eos affeciſſet voluptate , quanta, cum eis dixit : ſervi Dei.*

Daniel. 3. *Valde perjucundum,dici ſervum Dei.* D. Chryſ.

Hinc Paulus ſcribens ad Philipp. in exordio: *Paulus,& Timotheus,ſervi Ieſu Chriſti* , cap.1. num.1.de more ſuo non ſe dicit Apoſtolum,ut in limine aliarum epiſtolarum obſervaverat,ſed tantùm ſervum Ieſu Chriſti ; pro quo audiendus eſt Chryſoſtom. Ibidem : *Nec ponit ſuum magiſterii nomen, ſed aliud quiddam , illudque magnum ; ſervum ſeipſum nominat , non Apoſtolum* , Ac ſi ſuprema omnium dignitas ſit, ſervum Dei eſſe, quod de Angelis obſervatD.Cyrill. Catecheſ.10. *Miniſtrabant ipſi* , ait, *quod eſt officium ſervitutis ; cùm è Virgine naſci debebat, miniſtrabat tunc Gabriel,propriam dignitatem eſſe reputans , ipſi miniſtrare*,vide ſupra c,5. q.25 n.227.& q.26.n.249.

160. Philip. 1. *Servus Dei ſumma dignitas. Et in Angelis* D. Cyrill.

QUÆSTIO XXXI.

Quare de beatis dicitur , quod non eſurient, nec ſitient amplius , cùm ſapientia dicat Qui edunt me , adhuc eſurient ?

Dicitur in noſtro text. de Beatis : *Non eſurient , neque ſitient amplius* : & tamen Eccleſiaſt. 24. num. 29. De ſe teſtatur ipſa ſapientia Dei ; *Qui edunt me , adhuc eſurient.* Seu ut legit Tigurina : *Qui me comederit , adhunc amplius eſuriet.* Si ergo qui divinæ ſunt participes ſapientiæ, nequaquam ſatiantur, ſed adhuc eam eſuriunt quomodo in præmiū beatorum aſſignatur,quod *non eſurient* , *nec ſitient amplius* ? 161.

Eccleſ. 24. *Difficultas quæſtionis.*

Reſpondeo ad quæſtionem,quod in præſenti Text. alludit Joanes ad athletas, ac pugiles, ut dixi in expoſitione, qui poſt multos labores perpeſſos,poſt famem,ſitim,nuditatem , æſtum ſolis,ac rigorem nivis, jam emeriti,ac victores conſtituti , jam nullius rei egebant ; ſed omnibus abundabant.Ita & beatis omnibus accidit, qui in hac vita famen,ſitim,nuditatem ac multos dolores,ac ærumnas tolerantes, jam tranſlati in patria,æternæ vitæ gaudio, & triumpho donati , ſine ulla moleſtia , æterno bono , omnium felicitatum fronte , fruuntur *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos : quoniam apud te eſt fons vitæ.* Pſalm.35. num.9. 162. *Beatus ſuaviter omni bono fruitur.*

Cum autem ait ſapientia : *Qui edunt me adhuc eſurient* ; Poteſt eſſe ſermo de ſanctis, vel in via , vel in patria , juxta varias interpretationes;pro quo adverte,eſuriem ſpiritualem, (non loquor de corporali , quia hæc non eſt hîc ad rem) triplicem eſſe. Prima eſt rei non habitæ , ut habeatur ; & ita peccator dolore attritus eſurit , & ſitit gratiam ; ſecunda eſt Pſalm. 35. 163.

eſuries rei habitæ, ut magis habeatur, ut in viro juſto, qui eſurit majora dona gratiæ. Luc. 1. num. 53. *Eſurientes implevit bonis*; & D. Auguſt. lib. 8. Confeſſ. *Guſtavi, & eſurio te.* Datur & tertia rei excellentiſſimæ habita, cujus continuatio abſque aliquo faſtidio delectabiliter affectatur; juſti habent eſuriem ſpiritualium donorum, ſecundo modo in via; quantò magis participant de Divinis donis, tantò magis illa deſiderant; Tertio modo datur in beatis, qui ſummo gaudio, Dei viſione fruuntur, & abſque ullo faſtidio, illius perennem continuationem affectant; unde quædam Proſa ait: *Fruuntur, nec faſtidiunt, quo frui magis ſitiunt.*

Luc. 1.

Beati licèt ſemper Deum videant, ſemper affectant videre.

264. Ait Apoſtolus Petrus Epiſtol. 1. cap. 1. n. 12. *In quem deſiderant Angeli proſpicere.* Quæ verba licèt graves Patres exponant, & referant illud relativum, *quem* ad Chriſtum D. tamen D. Gregorius lib 18. Moral. cap. 28. ad Deum ipſum, hoc eſt, ad totam Trinitatem, refert. Ac proinde deſiderant proſpicere, id eſt, deſideranter, & cupidè proſpiciunt, & deſiderando ſatiantur, & ſatiando deſiderant, D. Gregorius citat. *Deum,* inquit, *Angeli vident, & videre deſiderant, & ſitiunt intueri, & intuentur. Ne autem ſit in deſiderio anxietas, & deſiderantes ſatiantur: & ne ſit in ſatietate faſtidium, ſatiati deſiderant. Et deſiderant ſine labore, quia deſiderium ſatietas comitatur; & ſatiantur ſine faſtidio, quia ipſa ſatietas ex deſiderio ſemper accenditur.* Beda: *Contemplatio*, ait, *Divinæ præſentiæ ita Angelos beatificat, ut ejus ſemper viſa gloria, ſatientur; & ſemper ejus dulcedinem, quaſi novam, inſatiabiliter eſuriant.*

1. Petr. 1.

Angeli beati Deum vidèt, & deſideranter proſpiciunt.

Beda.

265. Cùm ſacri Apoſtoli in mari Tiberiadis piſcarentur; ſtetit Jeſu in littore; cognovit eum Joannes, & dixit Petro: *Dominus eſt*; *Simon Petrus cùm audiſſet, quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe, erat enim nudus, & miſit ſe in mare.* Joan. 21. num. 7. Poſtquam Dominus reſurrexit Petrus eum ſæpè vidit; ei ſoli Deo minus apparuit, ſemel, & iterùm cum aliis Apoſtolis; & etiam cum aliis diſcipulis, eum videt præſentem in littore; & tamen, ut magis ejus præſentia fruatur, moræ impatiens, non vult cum aliis diſcipulis in navigio venire; contemnens pericula, mittit ſe in mare; cur non conquieſcit, cum toties Dominum vidiſſet; quantò magis ipſum viderat, tantò magis inflammabatur deſiderio ipſum videndi; repetita intuitio acuebat affectum iterum videndi. D. Ambroſ. in cap. 24. Luc. *Non contentus Petrus,* ait, *vidiſſe, quæ viderat, repetit intuenda: & quærendi Domini amore incenſus, non ſatiatur videndo. Vidit ſolus; vidit cum undecim; vidit cum ſeptuaginta; & quando Thomas credidit; vidit cum piſcaretur; ſed non vidiſſe contentus, impatiens deſiderii, negligens captionis, immemor periculi, ubi Dominum vidit in littore: ſerum æſtimat, ſi cum cæteris navigio perveniret.* Expende illud. *Non ſatiatur videndo*; præ vehementi deſiderio videndi.

Joan. 21.

Quantò quis Deum videt, tantò magis inflammatur deſiderio videndi.

D. Ambr.

Apoc. 7. n. 17. Quoniam Agnus, qui in medio throni eſt, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

VERSIONES.

Syrus. Propterea, quod Agnus eſt, qui in medio throni paſcet eos, & deducet eos ad fontes aquarum vivarum; & delebit Deus omnem lachrymam.

Arabicus. Deducit illos ad fontes aquæ vivæ, auferétque ab eis omnes lacrymas eorum.

Tygurina. Deducet eos ad vivos fontes aquarum.

Arias. Quoniam Agnus, qui per medium throni eſt.

Vatabl. Abſterſurus eſt Deus omnem lachrymam.

Tertullian. Et delebit Deus omnem lachrymam.

EXPOSITIO IX.

QUONIAM *Agnus*, dixerat ſupra, verſu antecedenti quod non eſurient, neque ſitient, nec ulla moleſtia afficientur; cujus rei aſſignat rationem: *Quoniam Agnus, qui in medio throni eſt*; quod explicandum, ac intelligendum eſt, ut fuit dictum cap. 5. n. 6. *Reges illos.* Syrus: *paſcet.* Eo modo, quo Paſtor oves, qua metaphora denotatur, quod eos omni bono adimplebit, nectare nempe, ac manna cœleſti; & reget eos per intimam voluntatum conformitatem, ut nihil velint, niſi quod Deus ipſe velit; unde ait D. Bernard. In declamatione. *Beatitudo enim*; ait, *eſt*; *ubi nihil ſit, quod nolis: ubi totum ſit, quod velis.* 266.

Syrus.

D. Bernard.

Et deducet eos ad fontes aquarum vitæ, id eſt, efficiet Chriſtus, ut ſemper maximis, & Immortalibus affluant voluptatibus; ac cœleſtibus bonis; & valdè frequenter æterna beatitudo per fontes explicatur in ſcriptura: *Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus.* Pſal. 41. *& abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum*, Cœleſtis nempe gloria magnitudo omnem triſtitiæ, ac doloris cauſam abſorbet. Beda: *immortalium adepta beatitudine gaudiorum, omnis mœror penitus oblivioni mandabitur.* Ioachimus, & Richard. *Deus abſterget*, ait, *quia ſicut ab omni malo liberos, ſic eos totius doloris immunes facit.* 267.

Pſalm. 1?

Beda.

Joachim.

Richard.

Quæstio XXXII.

Quare non Leo, ſed Agnus deducet electos non ad fontem, ſed ad fontes; & non quoſcumque, ſed vitæ?

168. *Tres quæſtiones.* TRia breviter in hac quæſt. inquiro; primò, cur dicitur quod Agnus, & non potiùs Leo deducet, ac reget eos? Secundò, quare dicit ad fontes, non potiùs ad fontem? Tertiò, cur dicit fontes vitæ, quam non explicat.

169. *Æternū præmium proficienti in virtute.* Ad Primum, ait: quod *Agnus deducet, & reget eos*, Deducet, ut habetur ex Græco, id eſt, *paſcet*, cœleſti nectare, ut jam dixi in expoſitione D. tamen Anſelm. Laudenſis: *Reget illos*, ait, *deducendo de virtute in virtutem, & per hoc tandem ducet ad fontes aquarum vitæ, id eſt, ad indeficientem refectionem.* Virtute proficientibus D. Anſelm.

170. Et dicitur in text. *Agnus deducet eos, & reget eos.* Agnus iſte Chriſtus D. eſt, qui etiam Leo nuncupatur: *Vicit leo de tribu Juda.* Apoc. 5. n. 5. Et Leo aptior videtur ad regimen, quàm Agnus; nam graſſantes lupos in ovili leo facilè diſcerpet; & leo eſt vigilantiſſimus; apertis oculis dormit; & vigilia multum expediens ac gubernatorem; deinde leo generoſiſſimus, ac fortiſſimus; & fortitudo maximè neceſſaria gubernatori; nam ut dicitur: *Noli fieri judex, niſi valeas reſiſtere iniquitati.* Cur ergo non leo, reget, ac deducet, ſed Agnus? Ut inde diſcat Prælatus: quod ſuos debet ducere, ac regere, maximè benignitate, ac manſuetudine. His annuit Arias Montan. *Quoniam Agnus*, ait, *Divina bonitas, ac benignitas, reget illos in ſua ſancta virtute.* Ex quo Paul. ad Tit. 1. num. 8. Monet, qualem debeat eſſe Prælatum, ait: *Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, hoſpitalem, benignum.* Expende *benignum.* D. Anſelm. Cantur. *Sit etiam benignus; ut diligat omnes, & quicquid boni poteſt, tam corporaliter, quàm ſpiritualiter impendat.* Vide ſupra cap. 4 quæſt. 21. num. 192. 193. & 194.

Prælatus benignitate regat ſubditos. Tit. 1. D. Anſelm.

171. Secundò quæro; cur cœleſtis beatitudo, non dicitur à Joanne fons aquæ, ſed fontes aquarum in plurali; *deducet eos ad vitæ fontes aquarum*? Cùm tamen David Pſalm. 35. n. 10. *Apud te eſt fons vitæ & in lumine tuo videbimus lumen* Ecce, ut teſtatur David, fons vitæ eſt apud Deum, qui nullus alius eſt, quàm ille, de quo loquitur Joannes in præſenti: Cur ergo fontes aquarum dicit? quia licet Deus gratiarum auctor unus ſit, à quo dona cœleſtia in ſuos derivantur, & inde dicitur fons vitæ; cum tamen innumera ſint beneficia, quæ Deus ſuis largitur, ut hoc Joannes magis explicet, inde ait, quod eos deducturus ſit, non ad fontem, ſed ad fontes aquarum, ſubſcribit Albertus Magnus. *Dicuntur fontes pluraliter, propter pluralitatem donorum in ſanctis ſuis.* Vel etiam aliter dici poteſt; quod eſt fons vitæ, & fontes; fons reſpectu Dei, qui eſt unus fons, ac origo cœleſtium donorum; & ſunt fontes ob multiplices gradus multiplicémque participationem ipſius beatitudinis.

Pſalm. 35. *Deus multa dona confert ſuis.* Albert. Mag.

Tertiò, quæro; quare in præſenti non dicuntur fontes tantùm, ſed cum addito vitæ; *deducet eos ad vitæ fontes.* Sicut & Apocal. 21. n. 6. dicitur: *ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ.* Seu ut legunt Syriacus, Pagnin. *De fonte aquæ vivæ:* Nonne ſat erat dicere, duceret eos ad fontes aquæ ut ibi deſiderium ſitientium expleretur? cur ergo addidit, hanc aquam eſſe vitæ, ſeu vivam? Quia illa gloria, non eſt quælibet poſſeſſio, ſed vivæ vitæ, quæ nullum habet terminum, & caret omni molo, ac moleſtia; & ideò eſt fons vitæ, & vitæ ſimpliciter. D. Thomas ad cap. 21. Apocal. *Dicitur*, ait, *aqua viva, quia jucunditas gloriæ poſſeſſori ſuo tribuit jucunditatem interminabilis vitæ* Ut ibi perpetuò vivat; in æternúmque ibi jucundetur. 172.

Gloria eſt interminabilis vita, ſine moleſtia. D. Thom.

Dicitur de ſapientia. Proverb. num. 3. *Poſuit menſam, & miſit ancillas ſuas, ut vocarent ad arcem, ac mœnia civitatis.* Si poſuit, ac præparavit menſam, & miſcuit vinum, mactavítque victimas ſuas; & omnia ſunt jam diſpoſita, & mandat vocare ad menſam, ad cœnámve, ſed cur ad arcem, ac mœnia civitatis? In arce, ac mœnibus reſonant bellica inſtrumenta: In menſa verò apponunt dapes ad delicias, ac ſaturitatem. Quæ ergo connexio inter menſam, arcem, ac mœnia civitatis? Non mirum; quia hoc eſt præcipuum, ac ſingulare in illa cœleſti menſa æternarum deliciarum, quæ ibi figurabatur, ut habeat muros, & arcem, quibus ingredientes cingantur; & claudantur, ut inde nunquam exeant, ſed ibi in æternum perſeverent cuſtoditi, ac liberi ab omni nocumento, ac malo incurſu. Abbas Celenſ. lib. de Panibus cap. 2. *Et planè*, ait, *ô menſa immenſa, etiam in hoc admirabilis, nihilominus & amabilis: quia non exit à te, qui intrat ad te. Clauditur ſiquidem intra ambitum tuum; non tamen incluſus, verum plena beatitudine feliciter circumcluſus, & jucundè circumſcriptus.* 173. Prov. 9.

Qui ingreditur gloriam, ibi perpetuò vivit ut non recedat. Abbas Celſ.

Canebat lex Exod. 16. n. 29. *Maneat unuſquiſque ad ſemetipſum, nullus egrediatur de loco ſuo ſeptimo.* Dies ſeptimus, erat dies ſanctificatus, in quo Deus requievit ab univerſo opere ſuo; cur ergo mandatur, ut tali die nullus exeat de loco ſuo? cur deambulandi gratia, in alium locum non ſe transferet? cùm dies ſeptimus, eſſet dies ſanctificatus, requiei conſecratus, æternam felicitatem adumbrabat; & ob tale ſignificatum mandatur, ut nullus de loco ſuo egrediatur; & tanta eſt ſervorum Dei felicitas, quod dum quis ſemel intraverit illam cœleſtem curiam, nunquam inde amplius exibit: ſed in ea perpetuò perſevetabit. Noſter D. Cyrillus Alexand. lib. 4. in Joan. cap. 11. *Qui ad illam æternam, ait, quietem perveniet, nunquam inde amplius exibit: hac de cauſa jubebatur Judæis à ſuo tabernaculo die ſabbathi non recedere.* 174. Exod. 16.

Vivens in gloria, nunquam inde exibit. D. Cyrill.

Quæstio XXXIII.

Quare Chriſtus Dominus in præmiandis juſtis dicitur Agnus; in abſtergendis ſuorum lachrymis, Deus?

275. CHriſtus D. miro pietatis affectu, veluti vices patris, ac matris agens, à ſuorum oculis abſtergit lachrymas. Haymo. *Deus omnipotens*, ait, *mero pietatis affectu, aliquando patrem, aliquando matrem ſe oſtendit; quia plangentium filiorum lachrymas abſtergit: hinc, ut pater averſos filios revocat, dicens.* Jerem.3. Convertimini filii revertentes, & ſanabo averſiones veſtras: *Materna quoque viſcera pietatis tranſcendens*, ait, nunquid obliviſci poteſt mulier infantem ſuum, ut non miſereatur filio uteri ſui? etſi illa oblita fuerit; ego nunquam obliviſcar tui. Iſai.49. num.15. *Ecce amat ut pater, ecce miſeretur etiam ultra matrem: lachrymáſque tergit ab oculis electorum.*

Haymo. *Deus ſuos electos paterno, ac materno affectu proſequitur.* Ierem, 3. Iſai.49.

276. Et ſat videri poterat, ad divinam clementiam quod Angelo, Cherubim, vel Seraphim committeret, ut ſuorum abſtergerent lachrymas; tamen per ſe ipſum hoc munus exhibere dignatur, & lachrymarum dignitati, ac excellentiæ attendat, quæ nullum alium habent abſterſorem niſi tantùm ipſummet Deum; unde eleganter ait D.Bern. inde clamat: *Felices lacrymæ, quas benigna manus conditoris abſtergit; & beati oculi qui in talibus liquefieri fletibus legerunt.*

Tantum æſtimantur lachrymæ, quod à Deo abſtergantur. D. Bernard.

277. Et nota, quod juſtus in hac vita dicitur habere lachrymas; & cùm de his fit mentio in patria tantùm dicitur lachryma in ſingulari. David de ſe loquens in via, ait Pſal 6.n.7. *Laboravi in gemitu meo, lavabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo.* Jerem.9 n.1. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum.* Et iterum n.18. *Deducant oculi noſtri lachrymas, & palpebræ noſtræ defluant aquis.* Si ergo in via dicuntur lachrymæ, cur & in patria lachryma tantùm eſt? *Abſterget Deus omnem lachrymam.* Quia cum manus remuneratoris accedit, tanta gloria fulgurat, & corruſcat, ut largiſſimi lachrymarum fontes, inſtar unius lacrymulæ appareant, præ tanta gloria adepta, omnis lachrymarum copia brevis, & anguſta eſt.

Pſalm.6. Ierem. 9. *Omnis labor hujus vitæ, parum reſpectu gloriæ.*

278. Quæſtio tamen eſt, quare in præſenti, cùm de juſtorum præmio agitur, Chriſtus Dominus dicitur Agnus; *& Agnus deducet eos ad fontes aquarum*; hoc eſt ad ſuaves torrentes æternæ beatitudinis? at verò cùm de afflictorum conſolatione, ac abſtergendis, eorum lachrymis eſt ſermo; Deus appellatur; *Et abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.* Cur ergo in præmiis concedendis, Agnus eſt, in ſuis verò conſolandis, Deus?

Difficultas quæſtionis.

279. Reſpondeo ad quæſtionem, quod quando dicitur, *Agnus deducet eos ad fontes aquarum*, ſermo eſt de præmiandis juſtis, ob eorum præclara merita; ac cùm ſcribitur, *abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum*, de afflictorum conſolatione agitur. Hinc in præmiis conferendis dicitur Agnus: In conſolatione afflictorum Deus; quia magis, ac magis Chriſtus ſuam majeſtatem oſtentat in ſublevandis ac recreandis afflicti, quàm in benemeritis honorandis, ac extollendis.

Magis oſtenditur majeſtas Dei in ſubveniendis oppreſſis.

280. Cùm aliquæ querimoniæ exortæ eſſent in populo circa ſummum Sacerdotium Aaronis; ut Deus omnem tumultum ſedaret, mandat Moyſi, ut ab univerſis Principibus Iſraël ſumeret virgas, ut reponerentur in tabernaculo fœderis; hac declaratione, quòd illa virga, quæ effloruiſſet, illius eſſet ſummum Sacerdotium, *Sequenti die regreſſus invenit germinaſſe virgam Aaron in domo Levi.* Num.17.num.18. Contigit etiam aliquando, quod cùm populus maximè concitatus rebellaret contra Moyſen, & Aaron, itaut omnes ſaxa in manibus haberent ad eos lapidandos: *Cúmque clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere, apparuit gloria Domini ſuper tectum fœderis filiis Iſraël* Num.14.n.10. Interlineàlis explicatiùs: *Majeſtas Domini texit eos nubibus.* In omnium oculis ab ipſo ſtans culmine ſplenduit Nubes; quæ majeſtatis Divinæ præſentiam teſtabatur, ſuos ſervos afflictos protegens, & à perſecutoribus glorioſè defendens; quam defenſionem, & protectionem clariſſimè nubes protendebat. Valdè ſanè mirum; pro conferenda ſuprema dignitate Pontificia, una virga efflorer; pro defendendis, & tuendis Ducibus Iſraël ipſamet gloria Dei, ac majeſtas ſeſe oſtentat, ac in publicum prodit; Dignitas conferebatur pro præclaris meritis Aaroni; gloria verò Domini aderat pro tuendis, ac protegendis ſuis ſervis in anguſtia, ac oppreſſione poſitis; pro præmiis una virga, pro afflictis tota gloria, totáque ejus majeſtas Domini apparet; ac ſi hæc magis ſe declaret, & manifeſtet in vexatis, ac oppreſſis ſubveniendis, quàm in præmiis etiam largiendis, etiam pro dignè promeritis.

Num. 17. Interlin. *Deus magis oſtenditur in patrocinandis miſeris, quam in præmiis dandis.*

CAPUT OCTAVUM.

APERITUR ſeptimum ſigillum, in quo continentur multa, & magna, quæ explicantur per hæc quatuor capita, uſque ad caput 11. In quibus, ſicut ſuperiori cap. explicata fuit felicitas eorum, qui ſignati ſunt ab Angelo, ſic & in his infelicitas eorum, qui ab eo non ſunt ſignati, ſimulque proponuntur multi, & varii eventus Eccleſiæ, & in hoc capite deſcribitur, quomodo reſerato ſeptimo ſigillo, factum eſt ſilentium in cœlo; prodeunt ſeptem Angeli cum ſeptem tubis, ex quibus quatuor priores ſigna dant.

Apoc.8.n.1. Et cùm aperuiſſet ſigillum ſeptimum, factum eſt ſilentium in cœlo, quaſi mediæ horæ.

VERSIONES.

Syrus. Et cùm aperuiſſet ſigillum illud ſeptimum, &c. tanquam dimidio horæ.

Arabicus. Factum eſt tunc temporis ſilentium, & quies in cœlo, media fermè hora.

EXPOSITIO I.

1. *ET cùm aperuiſſet*, ſcilicet Agnus, ſigillum ſeptimum, quod amplam materiam continet, uſque ad caput 22. incluſivè; hoc autem ſigillum non conſtat tantum in ſilentio, quod eſt circumſtantia illius, ſed potius in viſione ſeptem Angelorum, infligentium ſeptem plagas *factum eſt ſilentium in cœlo*, per quod ſilentium indicatur admiratio, & ſtupor ſanctorum conſiderantium tot calamitates, ac hæreſes in Eccleſia; exindéque pœnas impiorum eis impoſitas, quæ in hoc ſeptimo ſigillo continentur, cùm non ſint ſignati ab Angelo, ut dixi in argumento. *Quaſi media hora*; Arabicus: *media fermè hora*. Nam ſilentio venerantes judicium divinum, ſtatim erumpunt in ejus laudes.

Arabic.

QUÆSTIO I.

Quare hoc ſilentium factum eſt in cœlo, quaſi per mediam horam, & quid ſignificet?

PRo exacta hujus quæſtionis intelligentia, aliqua in ejus limine ſunt prænotanda, & primò, quod hoc ſigillum non conſiſtit in ipſo ſilentio tantùm, ut dixerunt Joachim. Beda, Rupertus, & alii. Nam ſilentium refertur ad plagas ſequentes, earúmque causâ factum eſt, ut dicam infra in reſolutione iſtius quæſtionis, & idcò eſt circumſtantia ſigilli, ſeu plagarum, & non illius materia ut tenent Andreas Cæſarienſis, Aretas, Ribeira, Aretas, Viegas, Cornelius, Alcazar, La Haye, & alii.

Joachim. Beda. Rupert. Cæſarienſ. Ribiera. Aretas. Viegas.

3. Secundò prænotandum, quod hoc ſilentium ſicut & cætera, quæ deſcribuntur in his ſigillis, non ſequuntur, ſed præeunt Antichriſtum, ut patet in ſexto ſigillo, & in his, quæ in hoc ſigillo dicemus; & alia ipſum Antichriſtum concomitantur, ut conſtat ex his, quæ dicuntur cap. 11. de Elia, & Henoc, in quo hoc ſeptimum ſigillum terminatur; quid hoc ſilentium ſignificet, & cur factum ſit præſens quæſt. inquirit?

Arias. Apoc. 11.

4. Primò aliqui; cum D. Ambr. Hoc ſilentium referunt ad nativitatem Chriſti, qui cùm ſilentium tenerent omnia natus eſt, & inchoavit ſilentium pacis, quod Nero ſua perſecutione abrupit D. Ambroſ. *Per ſilentium*, ait, *pax, quæ ab Octaviano Auguſto, Chriſto naſcente, per univerſum orbem facta eſt, deſignatur; media autem hora ſilentium factum eſt; quia pax, quam Eccleſia in initio fidei apud paganos habuit, pauco tempore manſit.* Tamen revera hîc nihil de nativitate Chriſti, ac pace Eccleſiæ, agitur.

Chriſto naſcente, pax in toto mundo.

5. Secundò. Haymo, Anſbertus, transferunt hoc ſilentium non excedens quaſi mediam horam, ad quietem contemplationis, quam ob noſtram imbecillitatem non ſumunt eſſe longas animi evagationes. In qua ſententia Petrus

Haymo. Anſbert.

Oratio ob noſtram imbecillitatem interrumpitur.

Celenſ.ſic ſcribit: *Hoc ſuper cœleſte donum* (ſcilicet oratio) *in terris non poteſt eſſe perpetuum: Nam & Joannes Apoſtolus dicit: factum eſt ſilentium in cœlo, quaſi media hora, non menſe, aut die, aut hora: nec ipſa etiam media, ſed quaſi media: oſtendens, magnum quidem eſſe orationis profectum, ſed longum eſſe non poſſe tempus orationis.* Hoc tamen morale eſt, & non literale.

6. D. Bernard.

Tertiò, D.Bern.Senenſ.tom.2.Dominic.cap.2. quadrag.art.1. cap.1. Hoc. ſigillum, inquit eſt judicium Dei dandum in Eccleſia; nam cœlum frequenter Eccleſiam denotat; fit autem ſilentium in Eccleſia, cùm fuerit defectio verbi Dei, ſed quomodo hoc erit ſilentium, ſeu defectio verbi Dei, cùm ſemper ſint multi prædicantes? multi ſunt Evangelizantes, qui Chriſtum annuntiant, non vita, & opere, ſed ſermone, ac voce; non ſermone Chriſtiano, & fervido, ſed compoſito, & critico; & tales concionatores, non annuntiant Chriſtum, ſed ſeipſos; & potius cenſendi ſunt muti & ſilentes, quàm Evangelizantes. Præfatus Senenſ.ſic ait: *Quid hoc ſilentium, niſi defectio verbi Dei? Nam licet multi appareant prædicare, tamen verbum Dei adulterantes, ſeipſos prædicant, non Dominum Jeſum Chriſtum.* Et poſt hos prædicatores adulterantes deficientes in verbo Dei, ſequuntur in ultione, non unus Angelus, ut adverſus Ægyptum. Exod.12.vel adverſus Sennacherib.4.Reg.19. ſed ſeptem Angeli, mittentes ſeptem graviſſimas plagas: Hoc tamen eſt valdè morale.

Prædicator criticus, mutus, & graviter punitur.

4. Reg. 19.

7. D. Bern.

Quartò, idem etiam D.Bernard t.5 ſerm 5. ait: *quia tunc ceſſabunt omnia ſacrificia, nec dicentur Miſſæ; nunquam amplius fiet mentio de Chriſto; ſed omnes clamabunt: vivat Antichriſtus: fiet ſilentium in cœlo.* Hoc ſilentium ad extrema tempora Eccleſiæ refert Sanctus Pater, ac ſi dicat, quia à ſceleſtiſſimo Dei omnipotentis hoſte, hoſtia noſtræ ſalutis in ſacrificio Miſſæ auferetur, fiet ſilentium de Chriſto in tota Eccleſia; conticeſcent laudis ejus præconia, ſilebítque continua illius gloriæ laudatio; ſicque profundo ſilentio tradetur Chriſtus, ac ſi numquam de cœlo in terras deſcendiſſet, nóſque per crucem, ac mortem ſuam patiendo redemiſſet; ſed quomodo tantum ſilentium erit de Chriſto? quia *tunc non dicentur Miſſæ*, & ceſſabit ſacrificium Euchariſtiæ; & tunc laus, & gloria Chriſti ceſſabit, ac ſi ſuprema ejus laus in hoc ſacrificio ſit conſtituta, ac poſita.

Summa laus, & gloria Chriſti in Euchariſtia.

8. Aureol. Lyran.

Quintò, Aureolus, & Lyranus hoc ſilentium interpretantur perſecutionem Juliani Apoſtatæ, & dicitur, quaſi media hora, quia ipſe perfidus Apoſtata regnavit uno anno cum dimidio, ſecundùm D.Hieronymum: Lyran. *Factum ſilentium in cœlo, id eſt, in Eccleſia militante, quæ frequenter in libro hoc cœlum nominatur: Iſte enim Julianus præcepit Eccleſias claudi, prohibens divinum Officium ſolemniter celebrari, & ſic factum eſt ſilentium in cœlo.* Idémque ſilentium impoſuit Julianus in ſcholis, ac academiis. Quid inde ſecutum eſt? ut ſtellæ de cœlo caderent, & totus orbis in combuſtionem abiret; ſi ab Eccleſia aufertur oratio; & diſputatio Theologica ſcholis, totus orbis abit in ruinam, & perditionem, ſed hæc perſecutio, jam quarto ſigillo ſignificata eſt.

Ablata oratione ab Eccleſia, & diſputatione Theologica ab ſcholis, mundus perit.

9. Alcazar.

Sextò, Alcazar revocat hoc ſilentium mediæ horæ ad patientiam Chriſtianorum, quæ præceſſit plagas Judæorum; atque ad Tobiam ſeniorem, qui per mediam horam ſuſtinuit in oculis acerbitatem fellis, & tunc cœpit videre: ita boni illi primitivæ Eccleſiæ fideles, poſt tolerantiam illam, viderunt in gentibus propagatam fidem, & Judæos ſequentibus pœnis caſtigatos; ſed hæ pœnæ non ſunt de Judæis, niſi fortè prima; & ſilentium hoc, nec quid habet cum tolerantia Tobiæ; ejúſque curatione commune; ſilentium ergo mediæ horæ ad valdè diverſa ſpectat.

Septimò, Alii hoc ſilentium longius referunt ad diem Judicii; quia in tali judicio præ terrore ita omnes ſtupebunt, ut nullus nec muſſitare, nec hiſcere audeat contra Chriſtum. Rupert. *Silentium hoc loco, rectè quietem illam ſignificare intelligitur, de qua* Pſal.75.n.9.*loquitur*: Terra tremuit, & quievit, cum exurgeret in judicio Deus: *præmiſit enim*, de cœlo auditum feciſti judicium; *more prophetico, pro futuro ponens præteritum, & eſt ſenſus quando de cœlo venient auditũ facies judicium, dicendo juſtis:* Matth.25.Venite benedicti Patris mei, *tunc, terra tremuit, & quievit, id eſt, timebunt impii*: Apertè patet, quod plagæ, & quæ ponuntur in hoc ſigillo, antecedunt, & non ſequuntur judicium finale. 10.

Rupert.

Pſalm. 75.

Veniente Chriſto ad judicium, nullus muſſitabit.

Matth. 25.

Octavò, aliqui, ut D.Thom.Gagnæus, Perer. hoc ſilentium referunt, ad tempus poſt mortem Antichriſti, quia tunc creditur pax in Eccleſia quæ per ſilentium denotetur; & dicitur media hora, quam Deus concedet, ut impii, ac perditiſſimi pœnitentiam agant ſuorum delictorum, Gloſſa ibi: *Poſt mortem Antichriſti, dabuntur viginti quatuor dies ad pœnitendum eis qui titubaverant in perſecutione Antichriſti, ſicut habuerunt Judæi quadraginta duos annos ad pœnitendum, poſt paſſionem Chriſti* At hæc ſententia eandem difficultatem patitur, ac ſuperior. 11.

D. Thom. Gagn.

Deus impiis dat locum ad pœnitentiam.

Gloſſa.

Nonò, Ferrarius, Hoc ſilentium refert ad orationes ſanctorum, quæ per manum Angeli offeruntur. verſ.3. tanta enim eſt excellentia orationis ſanctorum apud Deum, quod dum hæc offertur ab Angelo coram Deo, omnium aliorum vox ſileat in cœlo, veluti cùm ſupremus Princeps dat, (ut dicitur) audientiam orationibus omnium ſanctorum; proinde pro eorum excellentia nihil interim debet audiri; ad nihil aliud debet attendi, quam ad orationes, & niſi his expeditis, ab ullo ſilentium rumpi non debet. Hoc autem ſilentium fuit mediæ horæ; duplici de cauſa, tum ut oſtendatur, non nimis præproperè, & præcipitanter expendi, quæ habent orationes ſanctorum, ſed valdè maturè, & multa ponderatione; tum ut oſtendatur, quod apud Deum non requiritur multa prolixitas orationum. Hæc quamvis benè ſe habeant quoad mores, non tamen ſecundùm literam; quia poſt hoc ſilentium, non ſequuntur immediatè orationes ſanctorum, ſed ſeptem Angeli, qui ſeſe præparaverunt, ut tuba canerent. 12.

Ferrarius.

Deus dum audit orationem ſanctorum ſilet cœlum.

Decimò, & genuinè, Viegas, Ribeira; Cornelius, & La Haye inquiunt, ſilentium, ut jam dixi in limine quæſtionis non eſſe propriam materiam hujus ſigilli, ſed illius circumſtantiam. Nam ſicut in ſigillo ſexto cap.7.n.3. explicatur felicitas eorum qui ſignati ſunt ab Angelo, ſic hìc denuntiatur infelicitas eorum, qui non ſunt ſignati; & ita dicitur capite 9. numero 4. *Et præceptum eſt, ne læderent; niſi tantùm homines, qui non habent ſignum Dei in* 13.

Viegas. Ribeira. Cornel. La Haye.

Apoc. 9.

frontibus

frontibus ſuis Materia ergo propria hujus ſigilli ſunt ſupplicia, & pœnæ inflictæ impiis, ob ſua gravia crimina; hæc ſententia veriorcæteris eſt, & eam magis explicabo: addit tamen Cornelius à Lapide, quod hoc ſilentium breve denotat gloriam ſanctorum præparatam, non illicò eis venturam, ſed poſt mediam horam, puta poſt prodigia, & ſupplicia impiorum: ſeptimo ſigillo contenta; at revera in hoc ſeptimo ſigillo non agitur de gloria ſanctorum, nec immediatè poſt hæc ſigilla, niſi de Antichriſto; & ideò hoc ſecundum dictum mihi non placet.

14. *Reſolutio Auctoris.* Dico in hac re hoc ſilentium factum in cœlo, quaſi media hora, indicat ingentem admirationem, & ſtuporem cœlitum ob multa mala, & ſcandala, permiſſa à Deo in ſua Eccleſia, excitata ab impiis hominibus, ob quæ ad graviſſima ſupplicia trahātur; *Obſtupeſcite cœli vehementer ſuper hoc.* Jerem. 2. num. 12. Admirātur cœlites conſiderantes, quod Deus ſapientiſſimus, qui cuncta altiſſima ratione diſponit; ipſéque pientiſſimus, ac pater miſericordiarū, maximè poſt mortem filii ſui, in ſuiſque verbis fideliſſimus, qui orationes ſuæ Eccleſiæ promiſit audiendas, & quotidie erat: *Ut deſtructis adverſitatibus, erroribus univerſis, ſecura tibi ſerviat libertate.* Admirantur, inquam, videntes à Deo in Eccleſia ſua ſponſa dilectiſſima permitti, tot afflictiones, clades, hæreſes, perſecutiones ab impiis hominibus commoveri, ob quæ ad graviſſimas pœnas ipſi deputantur; quæ omnia, tam per perſecutiones Eccleſiæ, quàm ſupplicia impiorum; in hoc ſeptimo ſigillo continentur, ut explicabo infra à verſic. 7. & deinceps.

Jerem. 2. — *Tacent cælites, admirantes conſilium divinæ ſapientiæ.*

15. *Confirmant ſe cum divina ordinatione.* Tamen *ſilentium factum eſt, quaſi media hora.* Nam ſi præ admiratione, ac ſtupore cœlites ſilent, tamen conſiderantes altitudinem divini conſilii: & profunditatem divinæ ſapientiæ, ſtatim, ac brevi ſpatio ſeſe contrahunt, ſéque dimittunt, ac ſubjiciunt divinæ ſapientiæ, Deum laudantes, ac glorificantes in mirabilibus ſuis. Dei mirabilia modo magnis vocibus clamant, qui antea illius ſecreta alto ſilentio venerabantur.

16. *Præ admiratione tacent homines.* Solent res magnæ, & mirabiles, ob ſui magnitudinem, tantam admirationem ingerere, ut alto ſilentio comprimantur, & loqui non ſinant; veniunt tres amici ad viſitandum Job; omnibus rebus ſuis denudatum, & magnis plagis affectum, & videntes illius anguſtiam, tacito ore admirabantur: *Et ſederunt cum eo in terra, ſeptem diebus, & ſeptem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum; videbant enim, dolorem eſſe vehementem.* Job. 2. num. 13.

Job. 2.

17. Mittitur Gabriel Archangelus à Deo ad Mariam Virginem, aſportans feliciſſimum Incarnationis D. verbi nuntium, & ingreſſus Angelus ad eam ait: *Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audiſſet, turbata eſt in ſermone ejus, & cogitabat, qualis eſſe iſta ſalutatio.* Luc. 1. n. 28. Tacebat virgo ſacratiſſima; cùm videret, & audiret Angelum; ſed cur tam alto ſilentio tacet, cùm ipſa maximè eſſet impinguata cœleſti gratia, & Spiritus Sancti donis repleta; & maximè verſata in frequenti colloquio, ac converſatione Angelica? Divus Ildelfonſus lib. de Virginitate Mariæ: *Virgo viſitata ab Angelo,*

Luc. 1. — *Ob magnitudinem myſterii Virgo attonita tacet.* — D. Ildefonſ.

ſalutata ab Angelo, turbata in ſermone; attonita in cogitatione, ſtupefacta in ſalutatione, admirara in dictorum annuntiatione. Ob mirabilium dictorum annuntiationem; *Ave gratia plena,* &c. ſic admiratur Virgo, ut ſit tota attonita in ſermone, & tam vehementer, ut nec verbum reſpondeat, ut etiam notavit D. Hieron. Epiſtol. 20. ad Euſtoch. *Conſternata virgo ita reſpondere non potuit.* Niſi iterum excitata ab Angelo; *Ne timeas Maria, inveniſti gratiam apud Deum.* Sic res magna, & extraordinaria in tantam admirationem rapuit Virginem. D. Hieron.

Profundo ſilentio tacet illa altera virgo, & à ſponſo ſuo provocatur: *Columba mea, ſonet vox tua, in auribus meis: vox enim tua dulcis.* Cant. 2. num. 14. Et virgo valdè perſiſtens in ſuo ſilentio, iterum invitatur à ſponſo ad loquendum: *Quæ habitas in hortis, amici auſcultant; fac me audire vocem tuam.* Cant. 8. n. 13. Unde tanta taciturnitas? Cùm virgo eſſet prudentiſſima, vox ejus ſonora, eloquium dulce, & verba elegantiſſima? Ipſa de ſe ait; *Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem; fulcite me floribus.* Cantic. 1. num. 4. Cum à ſuo dilecto eſſet introducta in cellam vinariam cœleſtis beatitudinis, ac maximè eſſet impinguata charitate divina, præ magnitudine, ac reverentia tot donorum, ita admirata, ac ſtupefacta eſt, ut non haberet quid loqueretur, nec opportunum quid diceret. Origenes homil. 4. *Quia præ multa reverentia taceret ſponſa, deſiderat ſponſus, aliquando vocem ejus audire.* 18.

Cant. 2. — Cant. 8. — Cant. 1. — *Admirata Virgo vehementer tacet.* — Origen.

Deſcribit Iſaias cap. 59. miſerum ſtatum civitatis Jeruſalem, quomodo multiplicatæ ſunt iniquitates, judicium converſum eſt retrorſum, & juſtitia à longè ſtetit, & facta eſt veritas in oblivionem, & ſubdit Propheta num. 15 *Et vidit Dominus, & malum apparuit in oculis ejus: & aporiatus eſt.* Ex Hebræo legitur: *Vidit, & obſtupuit.* Quomodo dicitur, quod ſecundùm noſtrum loquendi modum obſtupuit? Deo ſunt omnia præſentia, & nihil in ejus cognitione poteſt denuò ſuccedere, proindéque in eo nulla poteſt eſſe admiratio; quomodo ergo dicitur, quod obſtupuit? Secundùm externam apparentiam, admirationem oſtendit, ac obſtupeſcere dicitur. 19. Iſai. 59.

Hebr. — *Horribilia peccata ſtuporem facile inveniſe.*

QUÆSTIO II.

Quare dicitur, factum ſilentium in cœlo, quaſi media hora, cùm ſancta quatuor animalia non haberent requiem die, ac nocte in divinis laudibus.

SAncta quatuor animalia, ut vidimus c. 4. n. 8. *Non habebant requiem, die, ac nocte, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Omnipotens.* Quomodo nunc factum ſilentium in cœlo? Abieruntne acclamationes divinæ omnipotentiæ, ac finem habuerunt? abſit; cur modo Dei omnipotentiam non prædicant, ac illud divinum triſagium non dicunt, ut antea? 20. Apoc. 1.

Difficultas quæſtionis.

21. *Oratio de vota plus æſtimatur à Deo, quàm decantatio Angelica.*

Reſpondeo,& primò ad quæſtionem ſupponendo id,quod infra in hoc cap.n.3.ait Textus: *Alius Angelus venit, & ſtetit ante altare,habens thuribulum aureum,&data ſunt illi incenſa multa,ut daret de orationibus ſanctorum omniũ ſuper altare aureum,quod eſt ante thronum Dei,& aſcendit fumus de orationibus ſanctorum, de manu Angeli coram Deo.* Ecce cur factum eſt ſilentium in cœlo:ſic enim Deus delectatur noſtris orationibus, ut ſubſtituantur in locum divinæ gloriæ decantatæ &(cum noſtræ preces volant in cœlum, omnis alia gloriæ ejus proclamatio ceſſat;nulla enim Deo tam ſonora modulatio; ac noſtra oratio, & cùm hæc offertur, omnis alia conquieſcit majeſtatis ejus acclamatio.

22. Duo magnifica templa habemus in Scriptura,in quibus apparet gloria Domini,&ipſa replentur nebula, unum apud Iſaiam c. 6.in quo ſe ſe Deus oſtentat in ſolio excelſo,& elevato. *Et ea,quæ ſub ipſo erunt, replebant templum*,n.1. nebula;ſcilicet ut explicant Leo à Caſtro,Pintus,& alii:alterum eſt templum Salomonis, in ipſo enim die dedicationis,dicitur: *Non poterant Sacerdotes ſtare,& miniſtrare,propter nebulam:impleverat enim gloria Domini domum Domini*.3.Reg.8.n.11.in templo apud Iſaiam; *Seraphim ſtabant ſuper illud, & clamabant alter ad alterum: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum.* In templo tamen Salomonis talis cantus ſpirituum Angelicorum,nec ſonat, nec auditur,ſi utrumque templum nebula impletur,&in utroque apparet gloria Domini,cur in utroque idem cantus Angelicus non auditur: Si in templo apud Iſaiam gloria Domini apparet circumdata ſuavi modulatione cœleſti, cur etiam in altero templo, eodem modo ſeſe non oſtentat? Apud Iſaiam in templo aſtant Seraphim, Dei gloriam acclamantes; non ſic verò in templo Salomonis, quia in ipſo genibus flexis aderat Rex longa oratione: *Stetit Salomon ante altare, & expandit manus ſuas in cœlum, & ait: Domine Deus Iſrael, non eſt ſimilis tui Deus in cœlo deſuper, & ſuper terram deorſum.* Citat.3. Reg 8.num. 22. Ubi ſonant humanæ preces, in Deum, acclamationes Angelicæ, Dei gloriam decantantes, non exoptatur, ſic Deus delectatur noſtris orationibus, ut ad earum præſentiam omnis aliena cantilena ceſſet:In templo Iſaiæ reſonent Seraphim,cùm ibi taceant humanæ orationes;at in templo Salomonis, ubi noſtræ preces proſternuntur,Angelorum cantus non requiruntur.

Iſai. 6. — *Caſtro. Pint.* — *3. Reg. 8.* — *Sileant Angelicæ voces, cum oratio di igitur ad Deum.*

23. Secundò, aliter reſpondent R. P. Magiſtri, Didacus de Baeça tom. 2 in Evang. lib.6.c.7. §.15 & Didacus de Celada in Judith. Tacent cives cœleſtes in decantanda divina majeſtate. Dum Angelus offert humanas preces Ecce illuſtriſſima orationis elogia; ex quibus benè colligitur, quanto ſilentio colenda ſit noſtra oratio,cum ſancti Angeli, & beati illi cœleſtis curiæ proceres, dicantur, intermittere ſuos hymnos cœleſtes, & cantilenas, quibus die, noctúque gloriam Dei modulantur,ne ulla vox vel in cœlo ſonare videatur, dum oratio fit in terra:profunda taciturnitate,ac ſilentio humanas preces colunt beati, indecorum eſſe, exiſtimant,etiam divinas modulari glorias,dum humanæ funduntur preces;tali enim ſilentio Deum adorant, & orationem reverentur, & colunt.

Baeça. Celada. — *Oratio colitur, & honoratur cæleſti ſilentio.*

24. Ad hoc ſpectat illud. Pſalm.64.n.1.*Te decet hymnus, Deus,in Sion.*Ubi vox Hebraica ſonat: *Tibi ſilentium Deus,in Sion.* Ecce hymnodia,ſilentium appellatur;non quia ſilentium ſit;nam hymnus eſt carmen compoſitum ad celebrandas alicujus laudes, quomodo ergo ſilentium poteſt eſſe? Quia oratio ſilentium exigit in cœlo,& in terra,&dum oratio fit,profundum, & altum ſilentium tenendum eſt;& ſanè pudor eſt,quod in cœlo oratio colatur, ac veneretur ſilentio,quaſi ceſſatione divinæ laudis;qua Dei gloria prædicatur, ac celebratur; & in terra perſtrepat orationis domus garrulis plurimorum colloquiis.

Hebræus. — *Locutio valde indecens eſt in Eccleſia.*

25. In perſona Dei clamat Iſaias,*Taceant ad me inſulæ* c. 41. n.1. Ubi nomine inſularum, univerſalem,vel privatas Eccleſias, intelligunt D. Hieron. Noſter D. Cyril. Alexand. Procop. Theod & alii; ſed quomodo Propheta mandat,quod Eccleſiæ taceant,&ſint in ſilentio,cùm David clamet:*In Eccleſiis benedicite Deo Domino?*Pſ.67.n.17.Si Deus eſt benedicendus,& laudandus in Eccleſiis,quomodo in eis tacendum? Deus vult laudari, & glorificari profundo, & alto ſilentio,quod in ſua Eccleſia vult obſervari,ut ita fideles toti ſint intenti rebus divinis, ac devoto,& Evangelico ſermoni. Procopius: *Tacere inſulas jubet*, ait, *ut ſermoni, & ſalutari Prædicationi, ſe attentas præbeant; Inſularum nomine, conflatas è gentibus Eccleſias intelligens.*

Iſai. 41. D. Hieron. D. Cyrill. Theodor. Pſalm. 67. Eccleſia veneranda eſt ſilentio. Procop.

Apoc.8.n.2. Et vidi ſeptem Angelos, ſtantes in conſpectu Dei, & datæ ſunt eis ſeptem tubæ.

VERSIONES.

Syrus. Et vidi ſeptem illos Angelos, qui ante Deum ſtabant.

Arabicus. Tunc vidi,ſeptem illis Angelis,qui adſtant coram throno, datas fuiſſe ſeptem buccinas.

Arias. Qui in conſpectu Dei ſteterunt.

Oecumen. Qui ſtabant ante thronum.

EXPOSITIO II.

26. VIDI ſeptem Angelos, *ſtantes in conſpectu Dei.* Hi ſunt ſeptem Angeli, primarii principes Eccleſiæ,Deo proximi, & familiariſſimi, quibus cura;& regimen univerſi demandatum eſt, de quibus cap. 1. n. 4. & his, tanquam præconibus, & officialibus ſupremi judicis, *datæ ſunt ſeptem tubæ*, quibus ſententiam in ſupremo tribunali latam, contra impios non ſignatos, proclament & executioni mandent; & dubitatio eſt, an hoc factum ſit, voce veluti tubali proclamante, an ſenſibili tuba? Quia hæc viſio eſt imaginaria, & Angeli in aſſumptis corporibus ſe exhibebant;inde videntur,aliquo corporeo inſtrumento uſi, in ſimilitudinẽ tubarum.

Apocal. 1. — *Similitudo corporei inſtrumenti.*

Quæſtio III.

Quinam ſunt iſti ſeptem Angeli?

27. Alcazar. Aliqui dixerunt, eſſe Angelos malos, quod apertè repugnat cum verbis text. *Stantes in conſpectu Dei*, & Deus ſæpè per Angelos bonos pœnas & ſupplicia exercet in malos, ut jam notavi quæſt. 1. ad caput 6. Et ex eiſdem etiam fundamentis rejicitur ſententia Alcazaris, qui ſeptem hos Angelos, exiſtimat eſſe ſeptem Prophetas: ſeu Prædicatores, & ſeptem tubas eſſe ſeptem Prophetias: ſeu Prædicationes de ſeptem plagis, quæ olim in primitiva Eccleſia fuerunt Judæis inflictæ; ſed cùm dicitur, ſeptem Angelos ſtantes in conſpectu Dei, ſermo propriè eſt de Angelis aſtantibus ante Deum: at hic liber eſt propheticus, & non agit de re jam facta, & præterita.

28. *Septem primarii Angeli.* Apocal. 1. Tob. 12. Zach. 4. Conſtans, & communis ſententia eſt, quod hi ſeptem Angeli aſtantes in conſpectu Dei, ſint ſeptem primarii Angeli, principes, ac duces aulæ Dei, ſicut & dicitur Apoc. 1. n. 4. *Et à ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni ejus ſunt.* Sic Tobiæ 12. n. 15. dicitur: *Ego ſum Raphaël Angelus, unus ex ſeptem, qui aſtamus ante Deum*: & Zach. 4. n. 10. *Septem oculi Domini, qui diſcurrunt in univerſam terram.* Ubi ſeptem hi Angeli, vocantur ſeptem oculi Dei: & ita communiter auctores, quos ſtatim adducam in referendis ſententiis.

29. Lyran. Hugo. Carth. Sà. Mariana. D. Auguſt. D. Hieron. De his ſeptem primariis Angelis jam aliqua dixi: c. 1. n. 3. q. 16. n. 121. 122. & 123. & deinceps. Nunc inquiro in præſenti, cur hi primarii Angeli ſint tantū ſeptem? Lyran. Hugo, Carth. Sà, Mariana, ad citatum locum Tobiæ, exiſtimant, numerum ſeptenarium definitum pro indefinito poni, nempe pro maximo aliquo Angelorum numero, quod de ſeptenario numero, in univerſum docet. D. Auguſt. l. 3. de doctrina Chriſtiana c. 35 D. Hier. in Iſai. c. 54. Et ratio eſſe poteſt, quia multò decentius: & ſacræ Scripturæ conformiùs videtur, ut millia millium Deo aſſiſtant, eique ad nutum miniſtrent quàm perexiguus hic numerus: ergo non benè ad ſeptenarium arctatur prædictus numerus.

30. *Septem ſunt primarii Angeli.* D. Irenæus. D. Cyprian. Jacob. Soar. Daniel. Maſſel. Mayron. Vaſquez. Ribeira. Maldon. Pereira. Tamen conſtans, & communis eſt ſententia, ſeptem eſſe primates Angelorum. Ita Clem. Alexand. 6. Stromatum dicens: *Septem ſunt quorum maxima eſt potentia, primogeniti Angelorum principes.* Aret. in 1. c. Apoc. citant Iren. S. Cypr. exhort. ad Martyr. Jacob. Soar. l. 3. in Apoc. n. 8, Fidelis Daniel. l. 1. Divina Provid. c. 2. Laur. Maſſell. de Beata Virg l. 3. Franciſc. Mayr. ſerm. de creatione Animæ B. Virg Vaſq. tom. 2. in 1. p. diſp. 180. n. 3. In c. 1. Apoc. & hic Ribeira, Maldon. Pereira. Vieg. Cornel. Menoch. Tyrin. La Haye. Celada in Tob. c. 12. §. 377. n. 4. Probatur apertè ex citato loco Tobiæ: *Ego ſum Raphaël Angelus, unus ex ſeptem, qui aſtamus ante Dominum.* Hebraïc. legitur: *Ego ſum ex principibus, qui miniſtramus ante ſolium gloriæ.*

31. *Ratione ſtabilitur eadem veritas.* Et confirmatur hac ratione: quia licèt aliquando in Scriptura ponatur numerus definitus pro infinito: tamen in præſenti hoc dici non poteſt; quia cùm toties iſte ſeptenarius numerus Angelorum occurrat: valdè durius dicetur, impropriè accipi, & tam frequentem loquendi modum, figuratum reputari: & quando in Scriptura dicimus, numerum definitum poni pro indefinito eſt, quando alius locus Scripturæ ad hoc cogi, quod non datur in præſenti; alias quando dicitur, quod octo animæ ſalvæ factæ ſunt in arca, & quod filii Iſraël quadraginta annis ambulaverunt in deſerto, erit numerus definitus pro indefinito: & ita nulla erit veritas firma in Scriptura, quod eſt falſiſſimum. Tota quæſtio eſt, cur iſti Angeli ſint ſeptem.

32. Georg. Agrippa. Trithem. Serar. Juſtin. Joannes, Franciſcus, Georgius tom. 6. Probl. 186. ſeptem Angelos, ſeptem planetis præpoſitos aſſerit, qui cœlos, & res ſubcœleſtes gubernent: Idem docent Cornel. Agrippa l. 3. de occulta Philoſophia cap. 24. & tradit, eſſe antiquam Rabinorum ſententiam & Joannes Trithemius libellum de hac re Maximiliano Imperatori ſcripſit. Horum Auctorum verba citant Serar. in c. 12. Tobiæ q. 6. 7. & 8. & Juſtinian. & alii. Et ſicut unus Angelus uni provinciæ præeſſe dicitur, ita ſeptem principes Angeli, ſeptem cœli planetas, & etiam omnem terram dicentur gubernare.

33. Serar. Sanct. Alcazar. Secundò Serari. in cap. 12. Tobiæ q. 8. & Sanctius ibid. à n. 19. Alcazar in Apocal. cap. 1. verſ. 4. notat. 4. exiſtimant, hos ſeptem ſpiritus eſſe Deo more humano, ſicut ſceptrum, & thronum illi adſcribit, ita etiam per alluſionem ad humanos Reges Deo deſignantur apparitores conſiliarii, & adminiſtri. Sic exiſtimat D. Hieronymus, Paulum Dominationes, Poteſtates, Thronos, Archangelos, & Angelos dicere, vel ex traditione, vel etiam ex myſtica Principum qui in Scriptura deſcribuntur, intelligentia percepiſſe, ac tradidiſſe. Unde per captivitatem innotuit Hebræus in Aſſyriæ, Mediæ, Perſidiſque Monarchia ſeptem Regi adſtare conſiliarios, è Regni principibus; ex eo tempore hic Angelorum numerus in cœleſti aula recenſetur in citato Tobiæ 12. n. 15. Eſther. 1. num. 10. & 14. Zach. 4. n. 10. & lib. 1. Eſdræ c. 7. n. 14. & Apoc. 1. n. 4 Et ſic apud Zachariam, Angeli dicuntur Dei oculi, & apud Perſarum Reges, qui erant dignitate præſtantes, *oculi* Zenophonte lib. 8. appellantur. (Tob. 12. Eſther 1. Zach 4. 1. Eſd. 7. Apoc. 1.)

34. Cornelius. Hanc doctrinam multis impugnat Cornel. in Tobiam, ubi ait, quod nullo modo poteſt adaptari ad locum Tobiæ; nam revelatio facta Tobiæ, Monarchiam Perſarum, quæ à Cyro incœpit multos annos præceſſit, nempe plus, minúſque centum Septuaginta, deinde ille modus loquendi Raphaëlis: *Unus ex ſeptem, qui ſtamus ante Deum*; Seu ut habet Hebraïcus (Hebr.), *qui miniſtramus ante ſolium gloriæ*? denotat aliquam præeminentiam, & primatum in his ſeptem Angelis, ex quo apertè fit, quod ille dicendi modus Serarii, Alcazaris, non evacuat difficultatem inquirendi, cur talis principatus inveniatur in illis ſeptem Angelis?

35. Serar. Juſtin. Salvian. Tyrin. Tertiò, Serarius, Juſtinianus, Salvianus, Tyrinus, ideò eſſe ſeptem Angelos in humanis rebus adminiſtros, quia ſeptem ſunt præcipuæ virtutes, ad quas homines promovent, nempe, tres virtutes Theologales, & quatuor Cardinales. Quilibet autem ex hoc ſeptenario numero, vel per ſe, vel per ſuos adminiſtros ad unam ſpeciatim virtutem promovet; ſicut & ſeptem ſunt dæmones, qui ad ſeptem capi-

talia vitia inſtigant; v. g. Aſmodeus homines ad libidinem inflammat.

36. M. Celada. Alii, inter quos eſt M. Celada citat. ex communi doctrina Theologorum in tract. de Angelis, quod ex ſuprema hierarchia, aut rarò aut numquam mittuntur Angeli; etſi id adſtruatur de Cherubinis, & Seraphinis dumtaxat; ſatis verò ſimilis ratio redditur, cur ſeptem Angeli adſtantes ſunt in conſpectu Dei; cùm enim teſte Clemente Alexandrino citato ſint Principes, intelligitur, quod ſint principes in ſeptem reliquis ordinibus cœleſtibus, & quilibet eſt primus, & anteſignanus ſuo ordine.

37. *Alia, propria ratio aſſignatur.* Res eſt ſatis difficilis; & nihil certò poteſt in ea ſtatuere humana infirmitas; quis enim poteſt ſcire conſilium Dei? Ex eo poſſumus formare aliquam conjecturam; ſeptem ſunt dona Spiritus Sancti, quibus ipſe Divinus ſpiritus regit, gubernat, & implet ſuam Eccleſiam; & ideò ad eam firmandam, & ſtabiliendam ſeptem inſtituit Sacramenta; ad miniſterium ergo ſeptem donorum ſeptem deſtinavit miniſtros, Principes, ac Duces militiæ cœleſtis, per quos ſuprema, & alta diſponit, & quamvis Deo aſſiſtant millia millium, & centena millia; altiſſimæ potentiæ eſt, multos habere miniſtros, paucis tamen magna, & ſuprema committere: deinde ſeptem ſunt ætates mundi, pro quibus omnibus Deus habuit altiſſimam providentiam, cum ſumma diſpoſitione, ac gubernatione, pro quibus omnibus Deus providit in orbe ſuos miniſtros, & DD. & Prædicatores: inde etiam pro his omnibus ſeptem ætatibus voluit providere. In cœlo ſeptem Principes, & miniſtros qui ſimul pro omnibus miniſtrarent. Tandem ſeptenarius numerus omnem perfectionem indicat: & inde dicuntur ſeptem candelabra: ſeptem Eccleſiæ, ſeptem ſtellæ, ſeptem oculi miſſi in omnem terram: & ideò principales miniſtros cœleſtis curiæ, in ſeptenario numero conſtituit, utpote valdè perfecto: de his Angelis, eorúmque nominibus, vide quæ dixi c. 1. q. 16.

Quæstio IV.

Quare ſeptem Angelis aſtantibus in conſpectu Dei dantur ſeptem tubæ?

38. *Deus ex ſe benefacit, punit per miniſtros.* Mira res! divinum conſilium: nam Deus ſolus condidit totum mundum: nunc verò ad puniendum, ſeptem Angelos, ac miniſtros adhibet: nam Deus benefacit ex ſe, & ex propenſione ſuæ bonitatis: punit verò invitus, à noſtris iniquitatibus provocatus, inde ad talem effectum miniſtros, ac executores adhibet, ut tale negotium rigidè exequantur,

39. Ad noſtram quæſtionem jam reſolutum eſt, hos Angelos eſſe bonos, principes, ac duces aulæ cœleſtis, quibus cura Eccleſiæ, ac hominum demandata eſt à Deo, & ut benè volunt, Ticon. Primaſ. Beda, Richard. S. Thom. Albertus Magnus, D. Anſelmus, D Bernardinus Senenſ. Hugo, & alii, in his ſignificantur concionatores Evangelici: Unde non approbamus id, quod aliqui dicunt, cùm D. Ambroſ. quod videlicet; Primus Angelus hìc deſignet eos, qui fuerunt ante legem Moyſis: Secundus Angelus Moyſen, & legis Doctores; Tertius Prophetas: Quartus Chriſtum, & Apoſtolos: Quintus fidei defenſores: Sextus Martyres: Septimus Henoch, aliosque prædicatores in fine mundi.

Ticon. Primaſius. Beda. Richard. S. Thom. A b. Magn. D. Anſelm. D. Bernard. D. Ambroſ.

Sed dicimus per hos Angelos ſignificari Prædicatores, per quos prædicatum eſt, & prædicandum eſt Evangelium ſucceſſivè, uſque ad finem mundi per ſeptem ætates; cujus Prædicationis occaſione, cum eam non recipient impii, eventura ſunt ea quæ his ſeptem tubis enuntiantur. Proindéque hi ſeptem Angeli non ſtant hìc pro ſe, niſi quatenus præpoſiti ſunt Prædicationi Evangelicæ, & juvant, ac dirigunt Prædicatores, in dicta Prædicatione. Unde completè ſtant pro ipſiſmet Prædicatoribus à ſe directis, & dirigendis atque adjuvandis iis Prædicatione Evangelica; cujus Prædicationis occaſione, demonſtrantur mala, quæ ſunt eventura. Tuba autem ſymbolum eſt Prædicationis. Iſai. 58. num. 1. *Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam.* Et Sanctus Leo ſerm. 7. de nation. *Quoniam,* ait, *ſive legis teſtificationi, ſive oraculis Prophetarum ſive Evangelicæ tubæ.* Ecce quid hìc ſint tubæ, voces nempe Prædicatorum, ut enim datæ ſunt tales tubæ Prædicatoribus, doctrina Evangelica inſonuit in mundo, & hæc quidem debuit eſſe mundo ſalus, & ex parte in multis fuit; mundo quoque ei malè reſpondenti, fuit ruina; ita adimpletum eſt illud quod Simeon dixit de Chriſto: *Ecce poſitus eſt hìc in ruinam, & in reſurrectionem multorum: & ſignum, cui contradicetur.* Luc. 2. num. 34. Richard. Victorin. *Dantur illis,* ait, *ſeptem tubæ, quia attribuitur eis univerſale officium Prædicationis divinæ, ut canant ad electorum munitionem, & reproborum ejectionem:* & ideo hujuſmodi ſeptem tubæ alludunt ad illas ſeptem, per quas muri Jericho corruerunt, per quos filii Iſraël ingreſſi ſunt in civitatem, & ab illa Idololatræ ejecti, Joſue 6 num. 4.

40. *Prædicatores in ſeptē Angelis denotantur.* Iſai. 58. D. Leo. Luc. 8. Richard. Joſue 6.

41. *Prædicator ante Prædicationem ſileat.* Pro ipſis Prædicatoribus, ex text. multæ circunſtantiæ ſunt ponderandæ. Et primò dicitur: *Factum eſt ſilentium in cœlo, quaſi media hora.* Et deinde dicitur, quod Angelis datæ ſunt tubæ; prius enim Prædicator debet ſilere, & in cœlum per contemplationem, meditationem, ac ſanctam doctrinam erigi, ut ita poſſit accipere tubas Prædicationis, & devenire ad canendum aliis. Ordo enim valdè inverſus eſt, ut quis auſpicetur ſuam Prædicationem ab ipſamet Prædicatione, & prius non tacuerit, & in ſilentio didicerit.

42. *Æquale tempus dandum contemplationi.* Secundò, *Silentium factum eſt in cœlo, quaſi media hora.* Non dicitur, per totam horam: Hora totum, & integrum tempus ſignificat. 1. Joan. 2. num. 18. *Filii noviſſima hora eſt,* tantum tempus Prædicator debet dare ſilentio, & contemplationi quantum locutioni; & ex æquo dividenda hora vitæ, ut primam partem habeat divinus conſpectus, & contemplatio: *Stantes coram Deo*, Secundam verò proximi cultus, per Prædicationem, & ædificationem. 1. Joan. 2.

43. Anſbert. Malach. 2. *Sacerdotes debent eſſe Angeli moribus.* Tertiò, *Septem Angelos,* per quos Prædicatores, ac Sacerdotes denotantur. Anſbert. *Sacerdotes,* ait, *quia ſpirituales hoſtias immolant; Angeli munera quoque annuntiant; quod utrumque* Malach. c. 2. n. 7. *breviter inſinuat, dicens: labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem inquirunt de ore ejus, quia Angelus Domini exercituum eſt.*

44. *Conſtantia in Prædicatore neceſſaria.* Quartò, *Stantes in conſpectu Dei.* Verbo *ſtantes,* deſignatur energia, atque conſtantia; non enim

enim debemus , eſſe in conſpectu Dei animo ſupino,& dormient ;otium, & quies contemplationis non debet eſſe deſidioſa , ſed conſtans atque nervoſa, maximè hoc debet videri in Prædicatore , ut conſtans , & firmus ſit in verbo ad arguenda , & increpanda vitia.

Concionator non prædicet , niſi miſſus.

45. Quintò, *data ſunt illis ſeptem tubæ*;cùm omne datum optimum deſurſum ſit , deſcendens à Patre luminum, nullus debet honorem, munus prædicandi ſibi aſſumere,nec illud poſtulare & inquirere , ſed ab eo qui poteſtatem habet, accipere ; Albertus Magn. *Da æ ſunt illis tubæ,id eſt, officium prædicandi; hæ dicuntur datæ,quia nemo debet prædicare, niſi miſſus.* Rom. 10.n. 15. *Quomodo prædicabunt niſi mittantur, & ut etiam ait idem Apoſtolus.* Hebr. 5. n. 4. *Nemo aſſumit ſibi honorem , ſed qui vocatur à Deo , tanquam Aaron* & quia voluerunt illud aſſumere Datan , & Abiron , ideo perierunt.

Alb. Magn. Rom. 10. Hebr. 5.

Quiſque dono ſibi dato à Deo , ſit contentus.

46. Sextò,*datæ ſunt illis ſeptem tubæ*;non omnes tubæ dantur uni Angelo,ſed quilibet ſuam accipit turbam , & ita dicitur ; *primus Angelus tuba cecinit*, non dicitur , tubis , ſed tuba quia quilibet Prædicator contentus ſit ſuo talento , & inflet ſuam turbam non alienam ; & datam alteri , ſibi non acquirat; eſt unicuique ſuum à Deo donum , quo ſit contentus , nec ex eo , quod non habet excellentiam, quam alter habet,inde minus Deo gratus ſit ; & valdè fideliter ſuam adimpleat munus;omnes ſeptem Angeli æquè ſtant in conſpectu Dei.

47. Septimò *datæ ſunt eis ſeptem tubæ* , per quas Prædicatoris vox denotatur;quia tuba anguſta eſt ori,lata verò à parte exteriori ;ſic & Prædicator magis ſibi;quàm aliis terreat rigorem & auſteritatem vitæ;Deinde quia,ut ait D.Thom. *Septem tubæ dicuntur, ſcilicet, ut prædicent omnibus, divitibus,pauperibus ; magnis, & parvis : bonis,& malis ; fidelibus, & incredulis.* Ideo ergo Angeli,ſeptem tubas habere dicuntur, quia non ſolùm doctis,& eruditis,divitibus,& opulentis, nobilibus, & principibus , verbum Dei nuntiare Prædicatores debent ; ſed etiam pauperibus & idiotis , & cuilibet vili homuncioni,velut vox turbæ, quæ ad omnium aures defertur.

D. Thom.

Prædicator magnis , & parvis annunties Dei verbum.

48. Octavò , ſancta Hildegradis alta , & divina ſcientia erudita,ut de ea ſcribit Taulerus lib.de vaticiniis in Epiſtola ſua ad Abbatiſſam S.Glodeſindis.Per has ſeptem tubas,intelligit ſeptem vitia , quæ evellenda ſunt à Prædicatore. *Primum eſt*,ait *vana gloria , ſecundum delectationis amplexatio : Tertium vivere , quaſi Deo mortuum : Quartum de peccatis ſe excuſare : Quintum ſuperbia : Sextum quærere ſolatium à creatura,& non à Deo : Septimum idololatriæ ſervitus , quæ diabolum adorat.* Quod maximè confirmatur , quia hæ ſeptem tubæ Angelorum alludunt ad ſeptem tubas,per quas mœnia Jericho ſunt deſtructa , Joſuè 6. n. 4.

S. Hidelg.

Septem vitia evellenda à Prædicatore.

Prædicator agat prout tempus poſtulat.

49. Nonò,& ultimò notandum,quod nullus ex iſtis Angelis canit, niſi ſuo loco, ſuo tempore, & proportionatè ad occaſionem præſentem;ita concionator ſuo loco, ſuo tempore,& proportionatè loquatur ad populum , & ſic obtinebunt optatum effectum , aliàs minimè.

50. Poſt ſanatum claudum illum ad portam ſpecioſam templi, cùm populus eſſet in magnam admirationem raptus , largum ſermonem habuit ad eum Petrus, cùm multa reverentia, ac benignitate dicens : *Nunc fratres ſcio,quod per ignorantiam feciſtis* ; Scilicet mortem Domini, Actor.3.num.17. Aliter verò Stephanus valdè rigidè , ac rigoroſè ad populum loquitur: *Dura cervice , & incircumciſis cordibus , & auribus , vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis , ſicut Patres veſtri. ita & vos.* Actor.7. num. 51. Unde viri Apoſtolici, pleni Spiritu ſancto , tam diverſimode loquuntur unus eximia affabilitate, alius miro rigore;ſi ab eodem divino Spiritu movebantur,cur tam diverſimodè ſe habent?Petrus, ut ait Lyranus,& Gloſſa interlinealis : *Fratres, dulciter eos alloquitur, ut verbum ejus magis recipiant.* Videbat eos propenſos , ac inclinatos ad fidem , & ita cum amore , ac benevolentia ordinat ſuum ſermonem,ut eos magis alliciat; & ita contigit: *Multi eorum qui audierant verbum crediderunt: & factus eſt numerus virorum quinque millia.* Actor.4. num.4. At Stephanus, ut inquit Oecumen. *videbat illos non advertere quæ dicebantur*:ſed magis obfirmatos eſſe in ſua pertinacia ; & ideo rigidè in eos invehitur, ut aſperitate verborum, eorum nequitiam magis conterat , & comminuat ; ecce idem Spiritus Apoſtolicus, tam diverſis verbis utitur, prout eſt diverſa diſpoſitio auditorum;vide quæ dixi tom.2.in Evangel. cap 5. q.42.n. 279. & cap. 10. q. 3. n. 18. 19. & 20.

Actor 3. Actor. 7. Lyranus. Gloſſa. Actor. 4. Oecumen.

Apoc.8.n.3. Et alius Angelus venit,& ſtetit ante altare , habens thuribulum aureum ; & data ſunt illi incenſa multa, ut daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare autem quod eſt ante thronum Dei.

VERSIONES.

Syrus. Stetit ſuper altare , & habet thuribulum aureum , & dati ſunt ei ſuffitus.

Arabicus. Et datum eſt ei incenſum, & aroma multum quæ ſunt orationes ſanctorum ſuper altare illud , quod eſt è regione throni.

Pagnin. Et data ſunt illi ſuffimenta multa.

Arias. Stetit ad altare,&c. ut daret de orationibus ſanctorum,

Vatablus. Ut daret de deprecationibus ſanctorum.

Primaſius. Stetit ſuper altarium Dei , & data ſunt ei ſupplicamenta multa , ut daret orationes Sanctorum omnium ad aram Dei auream.

EXPOSITIO III.

51. Et alius Angelus, verus, inquam, Angelus, & diſtinctus à ſeptem, qui tubis canunt, & plagas immittunt; unus tamen ex primoribus, videns tot plagas, ac calamitates inferendas ab Angelis tuba canentibus, obtulit Deo orationes ſanctorum, ut tales plagas averteret, vel ſaltem minueret. *Stetit ante altare*; ſcilicet cœleſte, & thymiamatis; alludit ad illud, quod erat in ſancta ſanctorum, & ſimile oſtenſum eſt Joanni in cœlo. *Habens thuribulum aureum.* Juxta noſtrum corporeum modum concipiendi, ſpiritualia hîc proponuntur; quod ſcilicet Angelus tanquam in thuribulo aureo, quaſi incenſum Deo gratiſſimum, offerat noſtras orationes, *& data ſunt ei incenſa multa.* Ab ipſis nempe ſanctis; vel ab eorum Angelis cuſtodibus; quæ autem ſint hæc incenſa, ſtatim explicat, *de orationibus ſanctorum.* Nam Angeli patroni, & advocati ſuorum clientium orationes offerunt Deo. Incenſa autem hîc oblata Deo, Aretas, & Bleſenſis ſermone 47. non ſolùm intelligunt orationes, ſed etiam bona, & ſancta opera; quæ Angeli offerunt Deo. *Super altare aureum* Thymiamatis nempe; id eſt; per, & propter merita Chriſti, in quo ſuper omnia complacuit Deo; de his etiam dicam ad limen quæſt. 6.

Offert Angelus orationes ad placandam iram.

Aretas. Bleſenſ.

QUÆSTIO V.

Quiſnam ſit iſte Angelus, ſtans antè altare cum thuribulo aureo?

52. Aureolus. Primo, Aureolus exiſtimat, hunc Angelum eſſe Sanct. Damaſum Papam, ſub quo valdè crevit, & floruit Eccleſia, & inſtituit, ut in fine cujuſlibet Pſalmi diceretur: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto*; & ideo dicuntur, ei data incenſa multa, ante Deum: cùm in illo tempore floruerint graviſſimi Doctores Eccleſiæ D. Hieron. D. Ambroſ. D Naz. D. Auguſt. inde dicuntur factæ voces, tonitrua. Hæc tamen multum ſunt aliena ab intenſione libri Apocalypſ.

53. Ribeira. Secundò, Ribeira tenet, hunc Angelum eſſe Gabrielem, ſicut & alii dicunt eſſe Michaëlem; ſed probabilius Gabrielem, & Michaëlem eſſe ex ſeptem illis, quibus ſuperius datæ ſunt tubæ, cum de illis dicatur, eſſe ante thronum Dei.

54. Alcazar. Tertiò, Alcazar affirmat, eſſe charitatem Chriſtianorum primitivæ Eccleſiæ; charitati enim hîc per proſopopeiam dari nomen, & perſonam Angeli. Illa enim tales Chriſtianos primos impulit, ut pro Judæis perſecutoribus ardentes preces funderent quibus ab eis ſupplicia Dei, quæ eis impendere cernebant, averterent; ſed excidium Hieroſolymitanum jam præceſſerat, hic autem liber eſt Propheticus.

55. Richard. Ansbert. Rupert. Quartò, Richardus Victorin. Ansbertus, Rupertus, Joachimus, Albertus Magn. D. Thomas, Viegas, Gagnæus aptè hunc locum Chriſto Domino accommodant. Quia Chriſtus teſtamenti Angelus eſt, ut de eo dixit Malachias 3. & benedicitur, alius Angelus; quia Chriſtus Dominus ſuperior omnibus aliis eſt, ut ait Richar. & iſte Angelus ante altare *ſtetit*, quando, ut ait Rupertus, facturus voluntatem Patris, promptum ad immolandum in cruce ſe exhibuit; vel *ſtetit*, ut ait Haymo, tanquam advocatus noſter apud Patrem, ut de eo ait Joan. Epiſt. 1. cap. 2. *Ante altare*, ut inquiunt Rupertus, Joachimus; Altare crux eſt, in quo ſe Deo Patri pro delictorum noſtrorum expiatione victimam obtulit: *Habens thuribulum aureum*, SS. in manu ſua, ut ait Joachimus, quia liberè ac ſponte ſe obtulit in ſacrificiũ, *oblatus eſt, quia ipſe voluit.* *Thuribulum aureum*, corpus SS. ipſius, Divinitatis fulgore aureum quod benè thuribulum dicitur, ob odorem ſuavitatis, quem odoratus eſt in eo Pater; vel quia thuribulum duas habet partes, ut ait D Bern. partem ſuperiorem quæ deſignat amorem Dei, & partem inferiorem, quæ deſignat amorem proximi; pars ſuperior habet multa foramina, quæ ſignant contemplationes cordis in Deum; ita ille: vel *aureum* dicitur, quia, ut ait Albertus Magnus, ob charitatem paſſus eſt; vel Haymo, ob puritatem, qua maxime reſplenduit. *Et data ſunt illi incenſa multa*; quæ autem ſunt iſta incenſa, locus ſequens declarat, ſcilicet orationes ſanctorum; *ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei.* Orationes enim ſanctorum, ut advertit Haymo, niſi in illo thuribulo reponantur, id eſt, niſi in Chriſto fundentur, & ſuper altare aureum, id eſt, pretioſiſſimum Dominicæ crucis Sacramentũ, Deo Patri offerantur, ingratæ ſunt, & non odoriferæ, unde Eccleſia fundens preces, ſemper concludit: *per Chriſtum Dominum noſtrum.* Et de igne thuribuli miſit in terram, cum in die Pentecoſtes miſit Spiritum ſanctum, & eo Apoſtolos, ac Eccleſiam inflammavit; miſſo autem hoc igne in terram, ſecutæ ſunt voces, quibus Apoſtoli dixerunt magnalia Dei; ſecuta ſunt tonitrua Prædicationis, fulgura miraculorum.

Joachim. Alb Magn. D Thom. Viegas. Gagn. Rupert. Haymo. *Chriſtus noſter advocatus.* 1. Joan. 2. Joachim. D. Bernard. Albert. Mag. *Noſtra orationes ex meritis Chriſti habent valorem.*

56. Hæc quamvis bene dicta ſint per accommodationem; non tamen ad litteram: nam contra talem interpretationem primò facit: Chriſtus Dominus in hoc conſeſſu eſt ſub forma Agni; & tanquam Agnus reſerat hoc ſeptimum ſigillum, & adhuc non reſerat librum; ad quid ergo mutabit formam, & aſſumet aliud officium, Angelicum nempe? Secundò, verba text. clarè oſtendunt, hunc eſſe Angelum, nam illud: *& alius Angelus*, cum jam proximè fuerit ſermo de Angelis, oſtendit & nunc ſermonem eſſe de Angelo. Tertiò accedit, quod, hoc miniſterium debet exhiberi per illos qui ſunt adminiſtratorii Spiritus, nimirum per Angelos. Tob. 12. num. 12. *Quando orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos, ego obtuli orationem tuam Deo*: Ergo & hîc orationes ſanctorum per Angelum offeruntur.

Impugnatur prædicta ſententia. Tob. 12.

57. Dico ergo, quod hic Angelus, verè, & propriè erat Angelus, ſicut & cæteri, qui tubas acceperunt: ita Ribeira, Cornelius, La Haye, Ferrarius, & alii: & patet ex proximè dictis in ſuperiori numero. Deinde quia officium offerendi orationes ſanctorum Deo, proprium Angelorum eſt, ſicut proximè dicta demonſtrant.

Ribeira. Cornel. La Haye. Ferrarius.

Tamen

58. *Iſte Angelus typicè unus perſonam multorum agens.* Tamen valdè veriſimile nobis eſt,quod iſte Angelus hic, licet ſit unus; typicè tamen eſt multiplex.Nam offerre orationes omnium ſanctorum, & fortè multorum temporum non unius Angeli eſt, ſed plurimorum. Raphaël obtulit orationem Tobiæ 12.Michaël orationes Antiquorum Patrum; Gabriël orationem Zachariæ, ut probabile creditur,Angeli cuſtodes ſuorum clientum; ergo iſte Angelus, typicè ſtat loco multorum Angelorum, qui noſtras orationes Deo offerunt;Hoc autem typo, & hac imaginaria viſione inſtruimur, quam ſupremo conſilio, omnia fiant in illo divino conſiſtorio; factum eſt ſilentium in cœlo pro magnarum rerum diſpoſitione;tunc dantur tubæ ſeptem Angelis; ad illarum ſonum hæc,& illa magna declarantur; ſed antequam deveniatur ad hoc, ab uno Angelorum orationes omnium Sanctorum oſtenduntur oblatæ Deo, & perpenſo illarum orationum negotio; demiſſo in terram fructu illarum;conſultò devenitur ad plagas; nec ſequitur inde, orationes ſanctorum non exaudiri,ut explicabo quæſtione ſequenti.

59. *Adorantes Angeli convolant.* Meritò ſanè hìc introducitur Angelus, tanquam in thuribulo aureo offerens orationes ſanctorum; nam Angeli ſancti, maximè advolant,& ſe conjungunt orantibus;decantat Regius Vates Pſalm.67.n.26. (Pſalm. 67.) *Prævenerunt Principes conjuncti pſallentibus, in medio juvencularum tympaniſtriarum.* Quinam ſunt ipſi Principes, qui præ gaudio,ac lætitia, prævenientes conjunguntur pſallentibus;ſeu ut habet Græcus (Græcus.), cantoribus? Iſti Principes ſunt Angeli; quia ubi eſt chorus canentium,& pſallentium in laudem Dei,ſtatim ei conjunguntur,ac aſſociantur.Divus Bernardus Epiſtol.78. (D. Bern.) *O ſi quis,* ait, *haberet oculos apertos,quos orando Propheta puero revelavit; videret procul dubio, quemadmodum præveniunt Principes conjuncti pſallentibus;videret,inquam,qua cura,quove tripudio interſunt Angeli cantantibus,deſunt orantibus,inſunt meditantibus*, Orationes habent Angelorum illicem; & qui in orationibus eſt, choros Angelicos ad ſe trahit,Angelóſque ſibi arctiſſimè adjungit ſocios.

60. Cùm Jacob iter faceret de Meſopotamia in terram Chanaam ad Patrem ſuum Iſaac, in monte Galaad fœdus amicitiæ pepigit, cum ſocero ſuo Labam; Invocatóque Abraham, *Immolatiſque victimis in mōte,vocavit fratres ſuos, ut ederent panē.* (Geneſ. 31.) Geneſ.31.num.54.Inito fœdere,ſubdit ſtatim ſacer Text. (Geneſ. 32.) Geneſ.32.num 1. *Jacob autem abiit itinere;quod cœperat,fuerátque ei obviā Angeli Dei,quos cùm vidiſſet,ait,caſtra Dei ſunt hæc.* (*Orans ad ſe trahit omnes Angelos.*) Res ſanè mira; nunc caſtra Dei occurrunt Jacob, ad cuſtodiendum paradiſum unus conſtituitur Angelus. Geneſ.3. num.24. (Geneſ. 3.) Duo veniunt ad Lothū,ut à Sodomitico igne liberaretur Geneſ.19. num.1. (Geneſ. 19.) Tres apud tugurium Abrahami hoſpitantur; ad Jacob autem, non duo,non tres,nec pauci,ſed innumerabiles ſe offundunt Angeli; & ingentes exercitus faciunt,ut dicantur *Caſtra Dei* Cur ergo,qui tam pauci ad alios veniebant,in tanta multitudine, nunc Jacob apparent? Immolaverat Jacob victimas cum ſocero ſuo Labam,ibique Deum invocavit,ut norāt Divus Chryſoſtomus,Abulenſis, & alii,indéque oratio ſic Angelos ad ſe traxit,ut adorantem Jacob, non duo, vel tres Angeli venirent, ſed exercitus Angelorum ad eum convolarint; ſic oratio Angelos allicit,ut ad ſe omnes advocet. Ad hoc tendit Egeſippus (Egeſippus.) lib.5.cap.16.*Jacob ſanctus*,ait, *Eſaū fratre parricidium minitante, patriam reliquit,parentes deſeruit, ſolius ſecum orationis ferens viaticum; cùm fratris metueret inſidias, atque auxilio egeret, invenit Angelorum Concilium perducturus ad caſtra Dei.*

Cùm Rex Aſſyriorum Sennacherib confiſus in potentia exercitus, ſuperbum nuntium miſiſſet ad Regem Ezechiam, ut ei traderet civitatem,ait ſacer Text. 61. *Factum eſt igitur nocte illa, venit Angelus Domini, & percuſſit in Caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia:* 4 Reg. 19. num. 35. (4.Reg. 19.) Si exercitus impii Regis puniendus erat,cur manu Angeli, & non potius immiſſa peſtilentia? vel adductis ignitis ſerpentibus?Angelus venit ad puniendum Sennacherib.&ad liberandum Ezechiam;cùm Rex (*Oranti præſto adeſt Angelus.*) Ezechias impii Regis Aſſyriorum adventum audiſſet, ingreſſus eſt in templum Domini, & ibi largam orationem coram divina Majeſtate effudit, dicens: *Domine Deus Iſrael, qui ſedes ſuper Cherubim,* &c. Ibidem n.15. Oravit Ezechias;inde præſto adeſt Angelus, qui hoſtium exercitus deſtrueret, & ſalutem traheret Regi; ſemper Angelus orantes concomitatur, ac eis in auxilium & defenſionem. Egeſippus citato lib.5.cap.16. (Egeſippus.) *Non verba verbis*,ait,*non arma armis referenda credidit; ſed exurgens, cilicio ſe ut ſcuto induit:pro galea cinere caput texit, pro jaculis orationem intorſit. Aſcendit oratio, deſcendit Angelus, cæſa per noctem centum octoginta quinque millia Aſſyriorum.*

QUÆSTIO VI.

Quo motivo, quave cauſa, Angelus habens thuribulum aureum, in hac præſenti occaſione offert orationes ſanctorum?

INtroducitur hic Angelus habens in manu 62. thuribulum aureum, cui ſunt repoſita multa incenſa, ut offerat ſuper altare aureum; (*Per corporalia typicè ſpiritualia denotantur.*) hæc omnia dicuntur typicè juxta noſtrum corporeum modum concipiendi, ut aliquid ſpirituale innuatur; nam Angeli ſunt incorporei, non habent thuribulum, & orationes; maximè mentales ſunt, & incorporeæ, & non ponuntur in thuribulo; & in cœlo nec eſt thuribulum,nec altare aureum; & in his alluditur ad thymiama, quod Deo in templo offerebatur ſuper altare thymiamatis,quod in templo Salomonis erat aureum ante arcam in ſancto ſanctorum; ac proinde Joanni repræſentatum eſt in cœlo aliquid ad ſimilitudinem illius altaris, ac thuribuli, in quo reponebantur incenſa multa,per quod denotabatur, quod Angelus tanquam in thuribulo aureo, obtulit Deo incenſum ſuaviſſimum, orationes nempe noſtras, quæ dicuntur odoramentum perjucundiſſimum, ut explicavi ſuprà cap. 5. quæſt.23. & in his conveniunt omnes expoſitores, & interpretes.

63. *Deus exaudit orationem juſtorum non peccatorum.* Pſalm. 4. D. Chryſ. *Oratio multorum valdè efficax.* D. Chryſ. Pſal. 110.

Et notanter dicitur in text. *De orationibus ſanctorum omnium*, non dicitur, ut daret de orationibus tantùm, ſed ſanctorum omnium; nam Deus exaudit juſtos, & non peccatores; *Cùm invocarem, exaudivit me Deus juſtitiæ meæ.* Pſalm.4.num 1.legit D.Chryſoſt. *Cùm invocarem, exaudivit Deus juſtitiam meam.* Nam Deus exaudit juſtitiam orantis, & non nequitiam deprecantis; & notanter ait: *De Orationibus omnium ſanctorum.* Nam licet oratio, multum efficax ſit ad Deum; tamen oratio, quæ ab omnibus vel multis fit, multò majores habet vires; pro quo rectè expendit D.Chryſoſt. ſerm.132. illud Pſalm 110.num.1. *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo in concilio juſtorum.* Quamvis David eſſet Sanctus; tamen ex concilio, ac congregatione juſtorum, multum ſibi ſperabat; ſic ait: *Qui ſibi in concilio ſanctorum, quod popoſcerit, audit præſtandum.* Vide ſupra cap 4. q. 38. n. 146. 147. & 148.

64. *Quæſtio propoſita.*

Quæſtio principaliter inquirit, in quo eſt tota controverſia an hujuſmodi ſanctorum orationes eſſent pro pœnis infligendis in impios, au pro removendis ab eis, vel ſaltem, ut Deus hujuſmodi pœnas, ac ſupplicia mitigaret, & minueret?

65. Cornelius. Apoc. 6. Ezech. 1. P.

Cornelius ad verſ.4. §. *Porro orationes,* contendit, ſanctos precari vindictam, & pœnam in impios, non verò veniam & Primò cap. 6. num. 10. Animæ Martyrum poſtulant vindictam. Secundò cap. 9. n. 14. hæc vox prodit ex cornibus altaris: *Solve quatuor Angelos*, qui ſoluti gravia impii inferunt ſupplicia. Tertiò. Hic alluditur ad cap. Ezechiel. 10. n. 2. Ubi unus Angelus alterum jubet accipere prunas ignis ex altari, eáſque fundere in Jeruſalem, ut comburatur per Chaldæos. His non obſtantibus.

66. *Vera reſolutio.* Andr. Cæſ. Matth. 5. 1. Tim. 5. *Sancti pro omnibus bona deprecantur.*

Dicendum eſt, has orationes ſanctorum petiviſſe veniam, vel ſaltem diminutionem pœnarum, & non vindictam. Andræas Cæſarienſis *Stetit Angelus,* ait, *preces ſanctorum, tanquam ſuffimenta. Deo offerens, per quæ petebant, ut orbe conſummato, pœnæ, & flagella, quæ impiis prævaricatoribus hìc inferuntur, ſupplicia in illos conſtituta diminuerent.* Probatur, quia hæc eſt communis omnium juſtorum, ac ſanctorum praxis, orare pro perſequentibus, ac calumniantibus, eíſque bona petere, ae benefacere, juxta doctrinam Chriſti Domini. Matth. 5. num. 44. & ſic Paulus 1. Timoth. 2. num. 1. *Obſecro igitur primò, omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus.* Et ſic Eccleſia in oblatione calicis ait; *Offerimus tibi, Domine, calicem ſalutaris pro noſtra, & totius mundi ſalute.* Ergo hæ orationes ſanctorum non ſunt ad petenda ullis mala, ſed bona.

67. *Confirmatur reſolutio.*

Confirmatur, quia ſi ſancti peterent hujuſmodi calamitates, procellas, exuſtiones terræ, maris, & arborum; etiam hujuſmodi mala peterent; non ſolùm malis, ſed etiam bonis, qui juxta parabolam tritici, & Zizaniæ permiſtim vivunt; nec exſcindi poteſt Zizania, quin & eradicetur ſimul & triticum; ac proinde hujuſmodi infortunia, & mala, etiam comprehenderent bonos; & ſignati ab Angelo, ſaltem quoad mala temporalia, non liberarentur.

68. *Solvuntur argumenta contraria.* Matth. 5.

Ad primum argumentum Reſpondeo ex his, quæ dixi ſuprà cap. 6 quæſt. 25. n. 227. & 228. quod ſancti in patria poſtulant vindictam, & pœnam in ſuos perſecutores; quia clarè vident divinam voluntatem, abſolutúmque decretum eos puniendi; è qua voluntate beati non poſſunt diſcrepare, ſed in omnibus ſe illi confirmant, imò deſiderant, & petunt, ut Deus in omnibus adimpleat ſuam voluntatem; At in terris juſti, cùm certò non cognoſcant divinam voluntatem reprobandi ſuos perſecutores, inde pro eis, ut Stephanus, orant, ut in viam ſalutis veniant. Secunda, & Tertia ratio nihil faciunt; quia in utroque caſu Angelus clamavit, ut miniſter divinæ juſtitiæ, & ut à Deo miſſus; nos autem hìc loquimur de ſanctis viatoribus; qui hoc tantùm à Domino mandatum habent: *Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos.* Nec ſequitur ex his, orationes ſanctorum fruſtrari; quia ſancti hoc debent pro ſuo ultimo fine, & intentione, ut in omnibus fiat; quod eſt ad majorem gloriam, & honorem Dei.

69. *Deus vult rogari, ut miſericorditer indulgeat.* Iſai. 59. Hebr. *Deus veluti quoad ſpeciem admiratur, dum non exoratur ad miſericordiam.* D.Hieron.

Orabant ergo ſancti, ut plagæ, ac calamitates infligendæ in ipſos Deo irato, averterentur, vel minuerentur; Deus enim, cum iraſcitur, maximè vult rogari, ut furor ejus quieſcat, & miſericorditer indulgeat. Veniat iterum locus ſuperius datus ad alium ſcopum. Inundaverunt mala in Jeruſalem, multiplicata ſunt peccata, judicium retrorſum abiit, juſtitia à longè ſtetit, veritas facta eſt in oblivionem; tunc ſubdit Iſaias 59. num. 16. & ſcilicet Dominus; *Vidit, quia non eſt vir, & aporiatus eſt.* Ultima verba legit Hebraïcus, *& obſtupuit*; vidit Dominus, quod in civitate plena populorum, nullus erat vir; Duo hìc ſunt examinanda; quomodo in civitate, tam ampla, ac populoſa nullus erat vir? & quomodo dicatur de Deo quod obſtupuit? nam obſtupor provenit ex novitate alicujus rei: atqui Deo omnia ſunt præſentia ab æterno, & nulla ei ſuccedit nova cognitio; cùm omnia ſint nuda, & aperta oculis ejus? quomodo ergo admirans obſtupeſcens eſt? cùm nullus eſſet vir juſtus, qui orando occurreret ei, ut ejus iram averteret, ut à pœnis inferendis abſtineret, obſtupuit, quoad ſpeciem; ſic Deus ob ſuam infinitam bonitatem propenſus eſt ad pietatem, ac miſericordiam, ſicque vult, noſtris precibus ſuam miſericordiam provocari, ac ſolicitari, quod cùm non eſſet vir juſtus, qui orando ejus clementiam alliceret ad indulgentiam, videtur quodammodo, ſecundum noſtrum modum concipiendi, quod obſtupuit D. Hieron. *Deſideravit enim aliquem virum juſtum qui ſibi irato poſſet occurrere*; Orationibus nempe, ut Sanct. Doctorem explicat Cornelius.

70. Exod. 28. Abulenſ.

In ornatu antiqui Pontificis, mandavit Deus, ut in lapidibus pretioſis ſculperentur nomina filiorum Iſraël: *Portabitque Aaron nomina eorum, coram Domino, ſuper utrumque humerum ob recordationem.* Exod. 28. num. 12. Maximè hìc locus vexat Auctorum ingenia, quomodo intelligi poteſt, quod Deus recordetur illorum, quorum nunquam obliviſcitur, cùm omnia in intuitu mentis ejus ſemper ſint præſentia? Recordatio ſupponit oblivionem alicujus rei, quæ exciderat à mente; ergo cùm Deus nullius obliviſcatur, non valet, alicujus recordari, Reſpondet Abulenſ. 161. quæſtione 11. *Mãdat ergo Deus,* ait, *poni iſtos lapides in memoriam, ſive recordationem. ſcilicet, quia licet ipſe nihil recordetur, cum omnia oculis ejus ſint præſentia, tamen*

vult, quod nos occupemur in diverſis cultibus ejus, ſecundùm convenientiam affectus noſtri. Tanquam ſi diceret; Deus cujus cognitionem nihil latet, ſed omnia in conſpectu ejus ſunt præſentia, dicitur tamen; aliquando recordari; non quia alicujus oblivionem patiatur, ſed ut denotet, ſecundum ſpeciem, illam pati, cum aliquando furore repletus caſtigat, ut nos alliciat per cultum, & orationem, ad memoriam ejus circa antiquos Patres excitandam, ut miſereatur, & parcat; ſimulat ergo oblivionem antiquorum Patrum, ut nos provocet precibus, ac orationibus, ut objectis meritis illorum Patrum, indulgeat, & rorem ſuæ pietatis infundat.

Deus nos excitat ad orationem ut indulgeat.

Apoc. 8. n. 4. Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum, de manu Angeli, coram Deo.

Num. 5. Et accepit Angelus thuribulum, & implevit illud de igne altaris, & miſit in terram; & facta ſunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræ motus magni.

VERSIONES.

Syrus. n. 4. Aſcendit fumus ſuffituum precum ſanctorum.

Arabicus. Aſcenditque ex eo fumus incenſi, quæ ſunt orationes ſanctorum, de manibus Angeli, qui adſtabat coram Deo.

Pagninus. Aſcendit fumus ſuffimentotum.

Primaſius. Aſcendit fumus ſupplicationum, & orationum ſanctorum.

Aliqui. Aſcendit fumus incenſorum cum orationibus.

D. Ambroſ. Aſcendit fumus aromatum

Syrus. n. 5. Et accepit ille Angelus, &c. projecit in terram.

Arabicus. Et abjecit eum in terram.

Bibliæ Antiquæ. Accepit thuribulum aureum.

EXPOSITIO IV.

71. Et aſcendit fumus incenſorum; quæ in thuribulo aureo erant immiſſa. *De orationibus ſanctorum*, aptè valde gratiſſimè exauditæ ſunt à Deo; & cùm dicitur, incenſum de orationibus ſanctorum, non denotatur, quod aliud ſit incenſum, aliud orationes; nam illud thymiama confectum erat ex variis deſideriis, ac affectibus affectibus ſanctorum, & valde ſuavem exhalabat Deo odorem de manu Angeli offerentis coram Deo. 72.

Deus plus dat, quàm poſtulamus.

Et accepit Angelus thuribulum. Angelus ex verſ. 3. habebat thuribulum in manu, nunc verò dicitur, quod Angelus accepit thuribulũ; quia Angelus thuribulum, quod habebat, poſuit in altari; & cum ibi ſuum ſuffitum, ac odorem dediſſet; & jam veluti conſumpto igne, eſſet vacuum, nunc reaſſumit thuribulum; *& implevit illud de igne altaris*, holocauſti, ex quo habemus, Deum nobis plus reddere, quàm meremur, ac poſtulamus; nam quando ſermo fuit de orationibus ſanctorum, quæ Deo offerebantur in ipſo thuribulo, non eſt dictum, quod thuribulum eſſet plenum; cum autem de fructu, ac exauditione divina ſermo, dicitur, *implevit illud de igne altaris*, quantum ſcilicet thuribulum capere poterat, & pro non pleno reddidit plenum charitate, ac amore divino, in meditatione mea exardeſcit ignis. 73.

Et miſit in terram, illum nempe ignem charitatis; & quid inde factum, ac ſequutum eſt in prædicatoribus ac miniſtris Eccleſiaſticis, *tonitrua*; id eſt, diſtricta reprehenſio peccatorum; *voces*, efficaciter perſuadentes pœnitentiam; *fulgura* doctrinæ lumina ad illuſtrandã mentem. *Terræ motus magnus*; Ingentes nempe comminationes pœnarum, ac judicii, hic eſt verus ſenſus literalis, ut dicam infrà q. 7.

QUÆSTIO VII.

Quare oratio, ſanctaque opera aſſimilantur fumo, qui aſcendit coram Deo? 74.

Ait Text. *Aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum*; ut dixi in expoſitione, idem eſt hoc loco incenſum ac orationes: fumus ergo hoc loco, ut ait Divus Thomas, idem eſt, ac devotio orationis, quæ dicitur aſcendere coram Deo, tanquam ſuffitus incenſi jucundiſſimi, ac ſuaviſſimi. D. Thom.

75. Et ideo David dicebat. Pſalm. 140. *Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo.* Sicut incenſum, ſeu fumus incenſi, qui recta, & directa via relinquens terrena; intendit ad cœlum, ut ibi Bruno, Remig. Carthuſian. interpretantur. Secundò ſic dicitur, Cantic. 3. numero 6. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, ſicut virgula fumi?* Utpotè extenuata, ac defœcata à terrenis: ſic & oratio, ut toto ac directo affectu in cœlum tendat, debet eſſe nudata à terrenis. Deinde quia ut incenſum odorem, ac fumum emittat, neceſſe eſt ut igni applicetur, & tunc ex igne aſcendit fumus: ſic & oratio, ut in cœlum aſcendat, & exaudiatur, neceſſe eſt ut ex igne charitatis naſcatur. Sic Divus Thomas hîc, & D. Bernardinus tom. 4. Dominic 5. poſt Paſcha: *Incenſum, ait, antequam appropinquet igni, quaſi mortuus videtur; & igne contactum, quaſi ſpirituale fit, & in altum aſcendit: ſic meritum orationum, quaſi mortuum eſt, & nihil valet, niſi in quantum illius dilectionis igne, quo pro nobis Chriſtus meruit, vivificatur.* Quartò, oratio tanquam fumus

Pſalm. 140. *Cantic. 3.* *Oratio, ut directè feratur in Deum, extenuata ſit a terrenis.* D. Thom. D. Bernard. *Oratio aſcendit ex igne charitatis.*

Oratio ſit lachrymoſa. fumus dicitur; fumus ab oculis lachrymas elicit, ſic & oratio, quæ lachrymas compunctionis elicit, maximè advolat in cœlum; ut ait Divus
D. Chryſ. Chryſ. homil. 79. ad Popul. Antioch. *Orationis plantam lachrymarum fontes ad maximam excreſcere faciunt altitudinem.*

76. Aretas. Bleſenſ. Nomine incenſorum de orationibus ſanctorum; Aretas hîc, Bleſenſ ſerm. 44. non ſolùm intelligunt ipſas orationes ſanctorum, ſed etiam eorum opera bona, & ſancta, quæ efficaciſſimam orationem, & vocem habent erga Deum, ipſúmque vehementiſſimè exorant, & deprecantur, multaque ab eo impetrant. *Opus virtutis tanquam oratio Deum exorat.* Sic ait Aretas: *Incenſa ſive thymiamata, ſunt orationes ſanctorum, quibus in votis eſt, ſi quid aliud, etiam ſit, quod Deo offerri poſſit, in partem incenſorum, ipſi recenſere flagitioſa, hoc, & graveolenti vita, igne amoris erga ipſum evaporata.*

77. Mortua illa pia, ac devota fœmina Dorcade, quæ ſicut viva magnum erat ſubſidium pauperibus, ſic & mortua magna eorum deſtitutio; Tunc diſcipuli advocant Petrum, qui non longè aberat, ut ſanctiſſimam fœminam communem pauperum benefactricem ad vitam revocaret; convenit Petrus & defunctæ habitaculum ingreditur; *Et circumſteterunt illum omnes viduæ, flentes, & oſtendentes ei tunicas, & veſtes, quas faciebat illis Dorcas; ejectis autem omnibus foras, &c.* Et data manu, eam vivam erexit. Actor. 9. num. 39. Ecce viduæ, & pauperes Actor. 9. præſentem habent Petrum, magnorum miraculorum operatorem, & valde potentem, earum benefactricem è mortuis ad vitam excitare; *Opera virtutum vocalia ſunt apud Deum.* conſidera tamen text. & reperies, quod nihil ab eo petunt, nec unum verbum proferunt pro ſalute, ac vita illius; ſed ſolùm cum multis lachrymis, ejus oculis oſtendebant veſtes ſibi à defuncta datas: Cur non magis precibus ejus vitam deprecantur? Cur non multis clamoribus Apoſtolum rogant, ut vitam, quam aliis tam liberaliter præſtiterat, huic fœminæ etiam concedat? cur in his omnibus alto ſilentio ora premunt, & ſolum illius pietatis opera præſentant? Prudentiſſimè ſanè verbis tacent; credebant enim opera ſancta defunctæ præ manibus habita altiùs loqui, efficaciùs orare, & vehementiùs inſtare; opera virtutum maximè vocalia ſunt, & cujuſcunque oris voces excedunt, eleganter Arator lib. 11. in Acta. Arator.

> —— *Non murmure triſti*
> *Affectum pietatis agunt, nec ab ore frequentant.*
> *Inſtrumenta precum; quidquid benefacta merentur.*
> *Officiis, voluere loqui: vocíſque repulſam elegere ſuæ.*
> *Quæ lacrymis fecit vitam, favenda gementi.*
> *Materia eſt, dixiſſe nihil, nimiúmque ſomota.*
> *Cauſa petit, quod lingua tacet.*

78. Hebr. 5. Loquens Paulus de Chriſto Domino Hebr 5. n. 7. *In diebus carnis ſuæ, preces ſupplicationéſque ad eum, qui poſſit illum ſalvum facere à morte, cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reverentia.* Quæ verba communiter Patres interpretātur de oratione facta à Chriſto Domino pro reſurrectione ſui corporis, ita Ambr. Theodor. Oecumen. Photius, Anſelmus, Primaſius, D. Thomas & Hugo; Tamen, ut bene ponderant D. Chryſoſt. & Theophyl. nuſquam invenitur, Chriſtum Dominum peciviſſe à Patre ſui corporis reſurrectioné. Attente lege totum Evangelium, & nunquam reperies, Chriſtum pro ſuſcitatione ſui corporis oraſſe: Quomodo ergo Paulus tam aſſeveranter tenet, Chriſtum oraſſe, & clamaſſe pro ſui corporis ſuſcitatione, juxta ſanctos Patres proximè relatos? Tamen verba illa non ſunt referenda ad aliquem linguæ clamorem, qui forſitan in Chriſto pro ſuſcitatione ſui corporis nullus fuit; ſed referenda ſunt ad operum clamorem; dum enim Jeſus divinas virtutes operabatur, tantas contrarietates ſuſtinebat, ſanguinem ſuum effundebat, mortem patiebatur, hæc excellentiſſima opera validiſſimum clamorem ededant, Patrémque efficaciter movebant, ad ejus mortem exterminandam, adque eam omni dono ſublimandum, & exaltandum, ut auctorem noſtræ ſalutis, ac vitæ; & ad hoc reſpicit Primaſius, dum ait, *Omnia, quæ Chriſtus egit in carne, preces, ſupplicationéſque fuerunt pro peccatis generis humani effuſæ, ſacra verò ſanguinis ejus effuſio, clamor validus fuit, in quo exauditus eſt.* Omnia Chriſti opera, preces, ſupplicationes, ac clamores fuerunt ad Patrem.

D. Ambr. Theod. Oecumen. Photius. Anſelm. Primaſius. D. Thom. Hugo.

Opera Chriſti, preces, & clamores erant ad patrem.

Primaſ.

QUÆSTIO VIII.

Quare non dicitur, quod fumus incenſorum de orationibus ſanctorum aſcenderit coram Deo, de ore, vel manu ſanctorum, ſed de manu Angeli?

Dicitur in præſenti; quod *aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum, de manu Angeli coram Deo.* Fumus, devotio, ac 79.
fervor eſt, ut explicat Divus Thomas, orationum ſanctorum, & tanquam ſuaviſſimum incenſum, aſcendit coram Deo, de manu Angeli offerentis tales orationes, quæ multum valorem habent ex ipſo Angelo offerente cum multa reverentia, ſubmiſſione, ac fervore, repræſentante Deo ipſas orationes ſimul adjunctas, ut exaudiantur, cum meritis Chriſti, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ac ſui, & omnium ſanctorum; ut latè explicant D. Auguſt. in Soliloq. cap. 27. D. Bernard. ſerm. 12. in Pſalm. *qui habitat*: & ſerm 31. in Cantic. & ſermone de Angelis; D. Chryſoſt. de incomprehenſibili Dei natura homil. 3. Joan. Climac. Grad. 5. Innocent 3. prooemio in 7. Pſal. Pœnit. Richardus Victorin. in cap 5. Cantic. Anaſtaſ. Synaita lib. 1. exhameron. Antonius de Vaſconcel, Volum. de Angelo cuſtod. lib. 2. cap. 12. part. 3. lib. 3. cap. 12. part. 3.

D. Thom. D. Auguſt. D. Bern. D. Chryſ. Joan. Clim. Richard. Vaſconcel.

Pro quo maximè expendendum eſt, id quod 80.
dicitur de hoc c. 7. verſ 3 *Venit Angelus, & ſtetit ante altare, habens thuribulum aureum, & data ſunt ei incenſa multa, ut daret de orationibus ſanctorum ſuper altare aureum ante thronum Dei.* Sancti dederunt incenſa, ſeu orationes ſuas, at Angelus eas appoſuit in thuribulo ſuper prunas ibi ſuppoſitas, ex quibus exhalata aromata ad Apoc. 7.

Angeli multum conferunt , & adjuvant , ut orationes noſtra ſunt accepta Deo.

ad Deum uſque perveniunt , Angeli ſupponunt prunas,ut aromata , id eſt , orationes ad Deum perveniant:quo ſignificatur quantam vim preces noſtræ accipiunt,dum ab Angelis Deo offeruntur:ſicut enim aromata, niſi prunæ ſupponantur,parum olent:igni verò impoſitæ,longè, latéque redolent : Similiter & noſtræ orationes quæ etſi fortè parum valerent ,dum tamen ab Angelis offeruntur multum valoris ex offerente accipiunt : ſubſcribit D.Tom.2.2. quæſt. 43. art.4. in corpore. *Oratio* ait, *porrigitur dupliciter alicui , uno modo , quaſi per ipſum implenda: alio modo ſicut per ipſum impetranda ; primo quidem modo , ſoli Deo orationem porrigimus, quia omnes orationes noſtræ ordinari debent ad gratiam , & gloriam conſequendam ; quæ ſolus Deus dat , ſecundum illud.* Pſalm.83. gloriam, & gratiam dabit Dominus *ſed ſecundo modo orationem porrigimus ſanctis Angelis , & hominibus , non ut per eos Deus noſtras petitiones cognoſcat , ſed ut eorum precibus , & meritis orationes noſtræ ſortiantur effectum: & ideo dicitur in Apocalypſi, quòd aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum , de manu Angeli*:Expende illud, *ſed ut eorum precibus , & meritis orationes noſtræ ſortiantur effectum* , dum eorum meritis orationes noſtræ adjuvantur.

D. Thom.

Pſalm.83.

81\. Durandus. *Optima ratio.*

Cujus rei optimam aſſignat rationem Durandus lib.4 ſent.diſtinct.55. *Deſcendunt in nos , ſcilicet dona divina , mediantibus tam Angelis , quàm omnibus ſanctis , non propter defectum divinæ miſericordiæ , ſed propter ordinem divinum conſiderandum , quo Deus vult , bonitatem ſuam communicare inferioribus per ſuperiora.* Vult Deus,ut Angeli deferant orationes noſtras ante ſuum divinum conſpectum ; quia Divinus eſt ordo conſtitutus ut Deus communicet ſua dona inferioribus per ſuperiora , & inde per Angelos , tanquam per principales miniſtros cœleſtes deſcendunt ad nos divina beneficia.

82\. *Gradatim oratio per manum Angeli aſcendit coram Deo*

Pro quo maximè eſt expendendus præſens textus. *Aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum,de manu Angeli.* Et tunc ſequitur: *coram Domino.* Non ſolùm dicitur , quod aſcendit fumus orationum ſanctorum , nec quod aſcenderit de manu, vel ore ſanctorum , ſed de manu Angeli ; rectè gradatim hunc ordinem poſuit Joannes, quod nempe oratio de ore ſanctorum aſcenderit ad manum Angeli , & per manum Angeli coram Domino,cujus precibus, & meritis multum ipſa oratio adjuvatur , coram Domino, Rupert. *Fumus incenſorum* , ait *ſuaviſſima eſt affectio ſanctarum precum , quæ ſic ex fide per dilectionem operante dulceſcit , & coram Deo conſurgit , quomodo ab igne cremante , dum liqueſcit incenſum , fumum creat odoriferum: ſurſum naribus patulis ſenſum inſpirans inſitæ ſuavitatis : illuc uſque pulchra gradatione hujuſcemodi fumus aſcendit de orationibus ſanctorum ad manum Angeli, de manu Angeli, coram Deo aſcendit.*

Rupertus.

83\. Ait divinus Sponſus ad dilectam animam juſti : *Quæ habitas in hortis, amici auſcultant;fac me audire vocem tuam.* Cant.8.n. 13. maximè ponderanda eſt connexio horum verborum ; dicitur,quod amici rectis auribus aſtant , ut percipiant vocem ſponſæ:& inde infertur , quod ipſa dilecta anima , quæ habitat in hortis hujus ſæculi faciat , quod ipſe ſponſus audiat vocem ejus: Aliter videbatur dicendum, Amici auſcultant,fac,ut ipſi audiant vocem tuam;ſed ſubdi-

Cant. 8.

tur,ut ego audiam : At quid amici auſcultant ? & quomodo inde ſequitur , quod ipſe ſponſus audiat vocem ſuæ dilectæ animæ ? Amici in præſenti ſunt ſancti Angeli , ut tenent Caſſiodor. Beda.D. Gregor.Papa , tam in expoſitione Cant.quam homil.14.in Ezechiel ;qui maximè attendunt ad vocem orationis animæ dilectæ, ut eam Deo præſentent : & inde ſequitur , quod Deus audiat ejus orationem , dicitur immediatè , quæ habitas in hortis , fac,ut ego audiam vocem tuam ; ſed amici auſcultant; fac , ut ego audiam ; ex eo,quod amici ſcilicet Angeli ſancti auſcultant orationem , & eam Deo deferunt , inde fit , ut ipſe audiat vocem ejus.D.Anſelmus. *Dum eſt*,ait, *in hortis, dignam ſe fecit ejus auditu,cùm habeat amicos, tum Angelos, tum Sanctos quoque per quos perferantur tam orationes , quàm opera ipſius* ; tunc ſcilicet ipſe audit vocem ejus.

Caſſiodor. Beda. D Gregor. *Deus noſtras orationes audit interventu ſanctorum Angelorum.*

D. Anſelm.

Vidit Iacob in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram , & cacumen illius tangens cœlum : Angelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes per eam & Dominum innixum ſcalæ. Gen. 28.n. 12. Duo affirmantur de ſanctis Angelis: primum, quod aſcendant per ſcalam ad Dominum innixum in ſummitate ejus : deinde quod deſcendant ad nos : & quale eſt hoc negotium ? & ad quid , ut aſcendant,& deinde deſcendant? Tanquam valde ſolliciti de noſtra ſalute , aſcendunt deferentes noſtras preces ad Deum, & deſcendunt afferentes ejus dona, & beneficia in nos : Cajetan *In hac ſcala* , ait , *continuè Angeli aſcendunt à nobis , referendo noſtra in Deum , & deſcendunt ad nos , afferendo divina ad nos.* 84.

Geneſ.28 *Angeli deferunt noſtras orationes ad Deum , ab ipſo multa bona in nos tranſmittunt.*

Caietan.

Quæstio IX.

Quare Angelus acceptum ignem ex altari , & poſitum in thuribulo , mittit in terram ?

VEnit Angelus , & accepit thuribulum ipſummet , quod repoſuerat ſuper altare , plenum thymiamate orationum ; iterum reaſſumit , & implet de igne altari,& ipſum ignem jam in thuribulo repoſitum mittit in terram ; ex quo facta ſunt tonitrua , & voces , fulgura ,& terræ motus magni, quæſtio in præſenti eſt,an iſte ignis de altari miſſus in terram deferat ſecum plagas , an verò ſigna pietatis, ac miſericordiæ ? Cornelius datus ſuprà quæſt. 6. cùm teneat,quod ſancti ſuis orationibus poſtulaverint vindictam à Deo , exiſtimat, quod hic ignis ſecum deferebat calamitates inflictas in perſecutores Sanctorum. 85. *Status quæſtionis.*

Cornelius.

Dicendum tamen exiſtimo, quod hic ignis ſecum deferebat pietatem , & miſericordiam : nam Sancti ſuis orationibus hanc indulgentiam poſtulabant in ſuos perſecutores,ut eſt ſolemnis conſuetudo Sanctorum degentium in hoc ſæculo , ut dixi ſuprà cit. quæſt.6. quod maximè verificatur ex eo, quia non eſt ſermo hîc de altari materiali , ſic etiam nec de tonitruis, vocibus,fulguribus , & terræ motibus materialibus; ſed de altari divinæ pietatis. 86. *Reſolutio quæſtionis.*

Probatur ſecundò , quia ignis,qui eſt in altari,non eſt ignis materialis,nec ſignificat aliquid infauſtum , & adverſum ; de altari præcipuè 87.

S s thymiama

thymiamatis, non procedunt adverſa, & calamitoſa mundo, ſed proſpera, & felicia, maximè cùm odoratus ſit Dominus thymiama noſtrarum orationum, in cujus rei ſimilitudinem, de holocauſto Noë dicitur Gen. 8 n. 21. *Odoratus eſt Dominus odorem ſuavitatis, & ait: nequaquam ultra maledicam terræ.* Ex tali odore ſuavitatis manavit divina clementia in terram. *Gen. 8.*

88. Tertiò, hoc thuribulum, juxta multos Patres, ac Doctores datos ſuprà quæſt. 5 ſignificat corpus Chriſti, quod in Paſſione multis plagis, quaſi feneſtris, vel cancellis, inſtar thuribuli, apertum eſt, ex quibus in nos dimanat ejus pietas, miſericordia, charitas, ut humana corda igne charitatis accendantur. Sic ait D. Bernardus Senenſis. *Angelus ignem, ait, miſit in terram, id eſt, in populos, vel in mentem Aquilonis, tremore, vel frigore congelatam.* Et confirmatur, quia ſi dicatur, quod ex tali igne miſſo in terram, ſecutæ ſunt calamitates, & devaſtationes totius orbis, ut dicunt adverſarii, hæc ſequuntur ex ſeptem Angelis tubis canentibus, ut ſtatim videbimus: ad quid ergo tam confusè ejuſdem fieret repetitio? *D. Bernard.* *Chriſtus charitatem miſit in omnium corda.*

89. Quartò, Chriſtus Dominus ait de ſe: *Veni mittere ignem in terram*, Luc. 12. n. 49. ſcilicet ignem charitatis, & amoris: ergo etiam iſte Angelus, ut Chriſti miniſter, miſit in terram ignem charitatis, & amoris, ut orationes ſanctorum videantur exauditæ, &c. ideò ex tali igne ſecuta ſunt *tonitrua*, ſcilicet commotiones amoris, ac timoris Dei. *Voces*, inſtructiones, & ſanctæ doctrinæ, à qua multi naufragabunt, ut infrà dicetur, fiúntque etiam in nobis fulgura ſanctatum illuſtrationum, ac mirabilis exempli & ſalutaris claritatis, ac etiam miraculorum, efficiturque etiam magnus terræ motus populorum fidelium, per multas comminationes pœnarum, ac ſuppliciorum; quæ excitabuntur à Concionatoribus, ac aliis operariis hujus vineæ Domini, & ita per talem ignem charitatis miſſum in terram, exaudivit Dominus orationes ſervorum cujus auris eſt in preces eorum, ut ex cœlo ſancto ſuo mittat rorem cœleſtis benedictionis. *Luc. 12.* *Chriſtus ob preces ſanctorum, mittit ignem charitatis.*

90. Dixit Sanctus Parens Elias: *Vivit Dominus Deus; in cujus conſpectu ſto: ſi erit annis his ros, & pluvia, niſi per os meum.* 3. Reg. 18. n. 1. Duo in his verbis ſunt valdè miranda, ac expendenda; unum, quod Propheta claudat cœlum; aliud, quod poſt clauſum, non ſit reſerandum, niſi per os ejus; ut apertè exprimitur. *niſi per os meum*: ac ſi cœlum non ſit aperiendum, niſi per os Eliæ, ita ut lingua ejus clavis cœli ſit; & unde os Eliæ habet tantam efficaciam, ut aperiat, & claudat cœlum? Elias aperuit os ſuum Deum invocans, ut ait Jacobus in ſua can. c. 1. n. 17. *Elias oratione oravit*, & ubi eſt unius juſti oratio, nullum amplius eſt clauſtrum in cœlo, ſed omnia reſerantur, ac patefiunt S. Aldhelmus libro de Virg. c. 10. *Spiritu afflatus Elias, cœli clauſtra, & nimborum obſtacula precibus patefecit.* Cùm vox juſti ſonat, omnia cœlorum obſtacula patefiunt, & nihil eſt, ſive in cœlo, ſive in terra, quod ei non cedat. *3. Reg. 18.* *Oratio juſti exauditur à Deo, & impedimenta demolitur.* *Aldhelmus.*

91. Cùm Chriſtus Dominus adduceret ſuos diſcipulos in hortum, eos monebat, dicendo: *Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem*, Matt. 26. n. 41. & ſtatim poſt puſillum, ait, etiam illis n. 4. *Dormite jam, & requieſcite.* Quomodo cohærent? modo mandat dormire, & requieſcere, eos ipſos: quos pauló antea exhortabatur, vigilate, & orate? Num tam brevi intervallo Dominus ſibi eſt contrarius, nam ſi vigiliæ, ac orationes neceſſariæ ſunt ad inimicas tentationes repellendas, & ut neceſſariæ mandantur; cur modo mandas Domine, dormire, ac requieſcere? ex alto ſanè conſilio, cùm vigiliæ, ac orationes fieri mandatur, ibi jam conſequenter ſomnus, & quies offertur: qui enim maximè vigilans orationibus incumbit, jam talis dormire, ac quieſcere ſecurè poterit; nihil eſt adverſum, quod timeat, ac quod ei obſiſtere poſſit. Eleganter Hildebert. Turon. Archiep. de Myſt. Miſſ. ſic ait: *Matth. 26.* *Multa ſecuritas ac quies orationem ſanctorum conſequitur.* *Hildebert.*

Primum juſſit eos, vigilare, ſtatimque precari,
Poſt dormire, dehinc agnus, & ara tulit.

Expende illud *poſt dormire*; conſequens erat, ut data opera orationis, jam ſecurè, ac quietè dormirent, ſine ullo hoſtium metu.

Cùm Dominus monita ſalutis ſuis diſcipulis daret, dicebat eis; *Amen dico vobis, niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli non intrabitis in regnum cœlorum.* Matth. 18 n. 3. nos tanquam parvulos, vult Dominus, ut cœleſtia teneamus & ut ad illa ſpiritus noſter dirigatur: de Chriſto Domino canit Regius Vates: *Exultavit ut gigas ad currendam viam.* Pſal. 18. n. 6. Chriſtus Dominus eſt veluti gigas, & nos vult eſſe, ut parvulos? noſtra ſalus in eo conſiſtit, quod Chriſto proportionemur; ſi ipſe eſt, ut gigas, quomodo non vult, ut parvulos? inter utrumque enim magna eſt improportio? Chriſtus cum veluti gigas, vult nos, ut parvulos, ac ut parvulorum ingenium teneamus, quorum conditio eſt, ut panem habeant, non ex ſudore ac labore, ſed ex petitione, ac deprecatione: & qui tanquam parvulus, panem ſalutis exorat, ac petit; ſic creſcit, ut fiat gigas, ut cœlum teneat, & aſſequatur! hoc enim non obtinetur ex viribus, nec magnitudine corporis, ſed ex efficacia orationis, ſicut & parvuli ex precibus habent panem ad alimentum, Paulus Oroſius in Apolog. contra Pelagium: *Infans, ait, nihil in ſe habet, niſi quod diligit blandientem, & quod panem ſuum, non in ſudore ſuo, ſed in precibus ſperans, alimoniam vitæ ſimplici petitione conſequitur, quam fiduciali opere non meretur: qua tu comparatione communitus, convertere ad infantiam, ut revertaris ad vitam.* Ludebat bonus vir cum Hæretico, qui propriis naturæ viribus ſperabat, cœlum aſſequi: inde monet eum, ut oculos convertat ad parvulos, qui non labore, ac induſtria, ſed petitione, & lachrymis alimoniam comparant; ut inde documenta habeamus omnes, non ex petitionibus, ac lachrymis, gratiam à Deo comparari, ac cœleſtia dona acquiri. 92. *Matth. 18.* *Pſalm. 18.* *Oratio efficaciſſima ad omnia obtinenda.* *Oroſius.*

Apoc. 8. n. 6. Et ſeptem Angeli, qui habebant ſeptem tubas præparaverunt ſe, ut tuba canerent.

Num. 7. Et primus Angelus tuba cecinit; & facta eſt grando, & ignis miſta in ſanguine, & miſſum eſt in terram: & tertia pars terræ combuſta eſt, & tertia pars arborum

rum concremata eſt, & omne fœnum viride combuſtum eſt.

VERSIONES.

Lyrus n. 6. Et illi ſeptem Angeli, qui habent ſeptem tubas, fuerunt ii, qui paraverunt ſe ſe, ut clangerent.

Arabic. Et aſſurgentes illi ſeptem Angeli, qui habebant ſeptem buccinas, pararunt ſe ad clangendum.

Syrus. n. 7. Et ille primus clanxit; facta eſt grando, & ignis, mixta aquis, & profecta ſunt in terram, &c. omne gramen viride uſtum eſt.

Arabicus. Cœpitque primus, clanxitque buccina; & factæ ſunt inde grandines, & ignis.

Primaſius. Facta eſt grando, & flamma, commiſtum eſt in ſanguine, & in terram jacta eſt, & tertia pars terræ dearſit.

D. Thomas, alii. Facta eſt grando, & ignis in ſanguine.

Pagninus. Omnis herba viridis combuſta.

EXPOSITIO V.

93. SEPTEM *Angeli*, facto ſilentio in cœlo, veluti media hora, pro admiratione divini conſilii, & ut diſcuterentur humanæ res, & audirentur orationes ſanctorum, deſignantur à Deo ſeptem Angeli cum ſeptem tubis, hoc eſt, Prædicatores Evangelici; tunc offert Angelus in thuribulo orationes ſanctorum, pro ſalute Judæorum, ac gentium quæ cùm eſſent exauditæ à Deo, mandat Dominus in mundum deſignatos Prædicatores Evangelicos; *Et ſeptem Angeli qui habebant ſeptem tubas, præparaverunt ſe, ut tuba canerent*; admovendo veluti tubas ad os; per hos ſeptem Angelos intelliguntur univerſi Prædicatores, ſeu ſeptem ordines, ac claſſes Prædicatorum Evangelii uſque ad finem mundi, qui prædicarunt, prædicant, & prædicabunt.

94. *Alb. Magn. Exod. 19. Levit. 23. Lex vetus timoris; lex nova amoris.*

Notat Albert. Magn. quod nunquam dicitur in lege veteri, canere tuba, ſed clangere, Exod. 19. n. 33. Levit. 23. n. 24. Nū. 10. n. 4. Joſuë. 6. n. 4 & ſæpè. At in lege nova è contra, non dicitur clangere, ſed canere; & quænam ratio, clangor terroris eſt, cantus verò ſuavis, & jucundus, ut innueretur, quod lex vetus terroris, & rigoris erat: lex verò nova ſuavis, & perjucunda; ſic ait Albert. Magn. *Nota quod quilibet Angelus dicitur, tuba canere; nunquam tamen in veteri Teſtamento dictus eſt cantus, ſed clangor, & hoc, quia vetus Teſtamentum fuit lex timoris, nova amoris.*

Primus Angelus, id eſt, primus ordo Concionatorum tēpore primitivæ Eccleſiæ, ſeu Apoſtolorū; *tuba cecinit*; Prædicatione inſonuit in orbe; & deinde magna contrarietas, ac perſecutio exorta eſt cōtra fideles, quæ ſymbolicè explicatur: *facta eſt grando*; nempe corda quædam frigida Judæorum ac obdurata, veluti grando, ex circunſtāte calore fidelium; *ſanguis*, flamma ſcilicet Phariſaicæ æmulationis, ac invidiæ; *miſta in ſanguine*, multa crudelitate occiſionis; *miſſum eſt in terra*; magna, & dira perſecutio. 95. *Primus ordo Concionatorum.*

Et tertia pars terra combuſta eſt; proceſſit Divina juſtitia contra fidelium perſecutores. *Et tertia pars terra*; pro quo nota quod tota gens Judæorum diviſa eſt in tres partes: una credidit in Chriſtum, altera diſperſa eſt per totum orbem, altera combuſta, & conſumpta eſt tempore Veſpaſiani. *Et tertia pars arborum concremata eſt*, id eſt, tertia pars principalium, ac magnalium Judæorum in illa devaſtatione Jeroſolymæ concremata eſt; *& omne fœnum viride conſumptum eſt*; id eſt, populus Judaïcus jam omninò conſumptus eſt, cùm ſit jam diſperſus, & diviſus per totum orbem, ut jam non inveniatur populus unus congregatus; de quibus latiùs in quæſtionibus. 96. *Gens Judæorum in tres partes.*

QUÆSTIO X.

Quinam ſint hi ſeptem Angeli, qui tuba canunt; & quid ſignificent?

JAm ad hoc caput quæſt. 1. diximus hos Angelos eſſe bonos; quid verò ſignificent, eſt tota controverſia? Lyranus, & Aureolus volunt, hos Angelos eſſe quatuor celebres hæreſiarchas, & tres Principes, qui eorum hæreſes ſecuti ſunt, iiſque fuerunt patroni. Hæreſiarchæ fuerunt Arius, Macedonius, Eutichius & Pelagius, contra quos tres priores cōgregata ſunt quatuor Concilia generalia, quæ, ut dicebat Gregorius Magnus, honoranda, ut quatuor Evangelia; ſcilicet Concilium Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Calcedonēſe. Hæc opinio non poteſt ſubſiſtere; quia hi Angeli ſunt boni, & ſtant in conſpectu Dei; ac proinde non agunt perſonas iniquorū hominum: deinde quia ex Dei ordinatione datæ ſunt eis tubæ, quod Hæreſiarchis nō cōvenit. 97. Lyran. Aureol.

Secundò, Alcazar, has ſeptem plagas denunciatas, ſeu impoſitas per hos ſeptem Angelos, vult immiſſas in Judæos, qui prædicantibus Apoſtolis, ſeu viris Apoſtolicis primitivæ Eccleſiæ, repugnarunt; ac proinde per hanc plagam interpretatur fames Judæorum, tempore Titi: nam ſegetes, & fruges exuruntur grandine, igne, ac ſanguine putreſiunt. Pſalm. 104. n. 32. & ita has omnes plagas coarctat ad illud tempus primitivæ Eccleſiæ in Judæos. At hæc ſententia nullo modo eſt vera: nec omnia, quæ hic dicuntur de ſeptem Angelis, poſſunt ad illud tempus reduci, nec tanquam in Judæos immiſſa accommodari, ut patebit ex dicendis. 98. Alcazar. Pſalm. 104.

99. Tertiò, Ribeira, Cornel. Menoch. M. Joannes

Tertia ſententia. Ribeira. Cornelius. Menoch. La Haye.

La Haye dicunt, hæc omnia ſpectare tempora Antichriſti, & ei proxima; proindéque accipiunt ſeptem Angelos ad litteram, & illa omnia, quæ hîc de eis dicuntur, eventura volunt: ut ſonant ſecundùm litteram, ita ut Deus per has plagas terreat, & puniat impios fidelium perſecutores, tam extraordinario modo grandine, igne & ſanguine, miſſo de cœlo.

100. *Impugnatur prædicta ſententia.*

Hæc ſententia quamvis ſit probabilis, multa tamen contra eam inſurgũt: & Primò, quia calamitates, ſeu plagæ illo tempore futuræ, jam partim dictæ ſunt, & dicuntur in plagis phialarum à c. 15. ad quid hæc toties repetuntur? Secundò, quia non eſt credibile, Angelos verè tubis cani turos, & ad eorum ſonitum excitandas grandinum, ignium, & ſanguinis tempeſtates. Tertiò, quomodo, quarto Angelo canente, apparet aquila volans per medium cœli, *Væ, væ, væ, habitantibus in terra?* Hoc c. 8. n. 13. hæc non poteſt eſſe vera aquila de illis, quæ generantur in terris. Quartò, quinto Angelo canẽte, de fumo putei, c. 9. n. 7. exeunt locuſtæ, veluti equi parati in prælium, quarum capita coronis aureis exornantur; facies erant, veluti hominum, dentes tanquam leonum, cæſaries veluti mulierũ; caudæ, ut ſcorpionum; & ſicut loricas ferreas habebant. Quomodo hæc in locuſtis materialibus cõſiderari poſſent? Quintò, ſexto Angelo canente, annuntiatur exercitus equeſtris ducentorum millionum. c. 9. n. 16. Antichriſtus parvo tempore regnaturus eſt: quomodo ergo in mundo tot erunt equi? Unde alentur, & unde nutrientur; cùm paulò ante, Primo Angelo tuba canente, omne fœnum viride combuſtum ſit: ergo nullo modo poſſunt intelligi ſecundùm literam, prout ſonant; ſed in ſenſu ſymbolico, ac allegorico interpretanda ſunt, & maximè, quia poſt ſonitum ſexti Angeli, oſtenditur adhuc longum tempus, uſque ad tẽpora Antichriſti: nam ipſo ſexto Angelo canente, dicitur Joanni: *Oportet, te iterũ Prophetare gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis*, c. 10. n. 11. & ideò jubetur, devorare hunc librum, de quo ſermo anteceſſit.

Apoc. 8. Apoc. 9. Apoc. 10.

101. *Vera ſententia.* Haymo. Richard. Ansbert. Panon. Alb Magn. D. Thom. Hugo. Viegas. Gagnæus. Ferrarius.

Quarta, & vera ſententia docet, in his ſeptem Angelis intelligi ſeptẽ diverſos Concionatorũ Catholicæ fidei in Eccleſia ordines. Ita docent Haymo, Richard. de S. Victor. Ansbert. Cœlius, Pãnon. Albert. Magn. D. Thom. Card. Hugo, Viegas, Gagnæus, Ferrarius, & alii. Joãnes vidit in cœlo ſilentium magnũ factum, & ſeptem Angelos, quibus datæ ſunt ſeptẽ tubæ; & tũc alius Angelus in thuribulo aureo obtulit orationes ſãctorũ, quo facto ex divina ordinatione, ſeptem Angeli ſucceſſive tuba cecinerũt, & variæ plagæ ſecutæ ſunt: Huic ſchemati imaginario, in re reſpõdit alia ſymbolicè ſignificata, ut ſolemne eſt in Prophetis, qui variis ſymbolis multa ſignificant, ob ſupremum Dei conſilium. Factum eſt ſilentium in cœlo media hora, tanquam in admirationem divini judicii: & ut orationes ſanctorum audirentur, & expenderentur, quæ multæ factæ ſunt pro ſalute Judæorum, ac gentium, & tanquam exauditæ; providit Deus per ſeptem Angelos ſeptem tubis, ſeptem Prædicatorum ordines, qui variis temporibus prædicaverũt & prædicabũt; quibus prædicantibus, facta ſunt, & fiunt, ac fient reſpectivè, quæ in his ſeptem tubarum revelationibus edicuntur; & reſiſtentibus ob ſuam obdurationem, tales plagæ eveniunt.

Primus ergo Angelus, id eſt, primus ordo Concionatorũ; ſive primitivæ Eccleſiæ ut tales Concionatores Evangelici fuerunt Apoſtoli, ac viri Apoſtolici tuba prædicationis Evangelicæ canẽtes; ob malitiam Judæorum, quid ſiniſtrum, ac adverſum contingit, ut eorum corda frigida, ac obdurata, tanquam grando, igneo livore ardentes, ac ſanguinea crudelitate furibundi in Apoſtolos, ac Prædicatores Evangelicos: tertia pars terræ, ſcilicet ipſorum Judæorum terrenorum, & tertia pars arborum, eorum principum, ac populus Judæorum ſic conſumptus eſt, ac diſperſus per orbem, ut dixi in expoſitione. 102.

103. *Prædicator Angelus.* Iſai. 33. Zachar. 12. Beda. Rupertus.

Et rectè per Angelos, Prædicatores denotantur qui ab Iſai. 33. n. 7. Angeli pacis dicuntur & à Zacharia Propheta. 12. n. 8. Angeli in conſpectu Domini: à Beda etiam dicuntur Angeli aſcendentes, & deſcendentes per ſcalam; cujus rei rationem aſſignat Rupertus, cap. 9. Apocal. Quia Prædicator habeat ſcientiam, ut Angelus ſitque purus, ac denudatus ab omni terreno affectu, tãquam Angelus.

104. Haymo. *Prædicator antequam annuntiet, ſe præparet.*

Secundò, de his Angelis dicitur, quod præparaverunt ſe, ut tuba canerent; quia Prædicator debet, ſe multùm præparare, ac diſponere ad prædicãdum. Haymo: *Omnes Prædicatores Eccleſiæ*, ait, *qui habẽt ſcientiam dictorum teſtamentorum, præparaverunt ſe, ut tuba, id eſt, ut Evangelii doctrina inſonarent*; quod duobus modis fit, ut latè ipſe explicat: Primo modo Prædicatores Evãgelici ſe præparãt: *Cogitant, quemadmodum ſingulis perſonis verbum aptent, ſecundùm qualitatem ipſorum.* Altero modo, ait, *præparant ſe, quia qui Prædicaturi ſunt, prius ipſi faciunt, primúmque ea in ſe factis oſtendunt.*

105. Iſai. 58.

Tertiò hi Angeli tuba cecinerũt. Tuba valde ſolemniter tribuitur Prædicatori; nam tuba bellicum eſt inſtrumentum, quo fideles adhortantur à Concionatore ad bellum inferendum contra vitia, crimina, ac Dæmoniũ: unde Iſaiæ 58. n. 1. inducturus bellũ Dæmonio, ac peccatis, in ſignum belli jubetur tubam accipere: *Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam; & annuntia populo meo ſcelera eorum*: ad quod myſterium adumbrandũ ut notat Origen. homilia 7 in Joſuẽ; præcepit Deus Num. 10. fieri duas tubas argẽteas ductiles ad invocanda caſtra; quod etiam ad Concionatorem refert D. Greg. l. 30. Mor. c. 7. quia Prædicator debet nitere, ac reſplẽdeſcere duobus præceptis charitatis; D. Thom. in præſenti aliam dat rationẽ; quia tuba, ea parte, qua ori admovetur ſtrictior eſt, & qua ad homines reſpicit, latior; tunc ſic Angelicus Doctor: *Nota, quod Prædicator debet ſtrictiorem partem tubæ ex parte ſua ponere, latã ex parte hominum, quia majorem perfectionem debet in ſe habere, quàm aliis ſtrictè ſuadeat.*

Origen. Num. 10. D. Gregor. D. Thom. *Prædicator perfectiorem vitam ducat, quam aliis prædicet.*

106. *Prædicator reprehendẽs ſuavis eſt bonis, ſeverus malis.*

Quartò, dicitur: *Primus Angelus tuba cecinit.* Tuba ſuo clangore terrorem incutit: quomodo ergo dicitur, quod Angelus ea cecinit? Cãtus ſuavis, & gratus auribus eſt, quomodo ergo poteſt cum terrore cõpati? In iſto Angelo cum tuba denotatur optimus Prædicator, ecce cur tuba canere dicitur; quia licet graviter reprehendat, canere tamẽ, id eſt, ſuavis videtur bonis: ſed tuba eſt malis, id eſt, ſeveriſſimus, ac terribilis eis apparet Albertus Magnus, *Tuba cecinit*, ait, *ratione tubæ terror, ratione cantus ſuavitas vel amor; Prædicatio Apoſtolorum viſa eſt ut cãtus ſuavis bonis; malis autẽ ut terror gravis.* Albertus.

107. *Licet ſint multi Prædicatores, eorum una eſt vox, unus finis.*

Quintò altè ponderandum, quod de his ſeptem Angelis dicitur, *præparaverunt ſe, ut tuba canerent, & primus Angelus tuba cecinit*: & tamen v. 2. dicitur, quod his ſeptem Angelis datæ ſunt ſeptem tubæ: ſi ergo illis datæ ſunt ſeptem tubæ, cur non dicitur, quod tubis, ſed tuba cecinerunt? Si Angeli ſunt plures; & habent plures tubas, cur non dicitur, quod tubis cecinerunt, ſed tuba tantùm; ſicut per Angelos intelliguntur Prædicatores, ſic per tubam prædicatio Evangelica: inde meritò Angeli, ſeu Prædicatores dicuntur tuba ceciniſſe; quia licèt plurimi verbi divini præcones, tamen eorum vox una eſt conſona, cùm omnium ſit una doctrina, ac finis præcipuus: D. Thomas poſtquam proponit hanc difficultatem, cur nempe Angeli dicuntur tuba canere in ſingulari, cùm eis datæ ſint ſeptem tubæ, ſic reſpondet: *Quia licèt ſint diverſa prædicandi officia, & diverſa prædicatio, ſecundùm Prædicatorum diverſitatem, tamen unitas eſt in origine, & fine; Origo eſt Scriptura ſacra, unde debet omnis Prædicatio ſumi: finis eſt honorificatio divina, in hujus laude, & ſalute humana.*

D. Thom.

108. In ſua celebri viſione vidit Iſaias Dominum in ſolio excelſo, & elevato, Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ uni, ſex alæ alteri, &c. & clamabant alter ad alterum, & dicebant: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum; plena eſt omnis terra gloria ejus, & commota ſunt ſuperliminaria cardinum, à voce clamantis*, c. 6. n. 4. multi erant Seraphim Dei gloriam intonantes, ac celebrantes, qui, ut dicit Pardo, quatuor erant Seraphim, juxta tamen communem ſententiam, ad minimum erant duo; cùm ergo multi eſſent, clamantes Dei majeſtatem, quomodo dicitur, *quod commota ſunt ſuperliminaria à voce clamantis?* per Seraphim. D. Cyrill. Alex. D. Hier Haymo, & alii intelligunt Prædicatores Evangelicos, quorum voce omnis terra repletur gloria, ſcilicet notitia, ac cognitione gloriæ Domini, & ita ait D. Hieron. *Cum Apoſtoli ſalvatorem credentibus aperiant, & infidelibus abſcondant.* Inde rectè dicitur, commota ſunt ſuperliminaria Domus ſeu, Templi, vel Eccleſiæ, à voce non clamantium, ſed clamantis; quia licèt Prædicatores multi ſunt, eorum tamen vox una eſt, una doctrina, una origo, ſcilicet ſacra Scriptura, unus finis; id eſt, Dei gloria.

Iſai. 6. Pardo. D. Cyr. Al. Haymo. D. Hieron. *Prædicatores ita adunantur, ut ſit in eis una vox.*

109. Cùm homo ille Rex magnum præparaſſet convivium in nuptiis filii ſui; & ut ad epulas invitaret convivas: *Miſit Rex ſervos ſuos*, & iterum: *miſit alios ſervos.* Matth. 22. n. 3. & 4. At in illa parabola de homine ad cœnam magnam invitante, unus tantùm ſervus deſtinatur, ut omnes invitatos convocet: *Miſit ſervum ſuum hora cœnæ, dicere invitatis*, & iterum: *Dixit ſervo ſuo; exi citò.* Luc. 14. n. 17. & 25. In utraque parabola idem eſt ſcopus, tam Rex congregans ad convivium, quàm homo ad cœnam magnam, ſcilicet beatitudinem, convocans. Quomodo ergo modò unus, modò plures ſervi introducuntur? hujuſmodi ſervi ſignificant Prædicatores Evangelicos, ut ad c. 21. Matth. docent D. Hieronym. D. Paſch. D. Gregor. ut retuli tom. 4. in Evang. c. 43. expoſ. 1. n. 4. Ecce cur modo unus ſervus, modo plures; quia licèt præcones Evangelici in ſe multi ſint, & valde diviſi, ac diſperſi per varias terras, ac regiones; tamen in ſeipſis ita adunantur, ut ſint veluti unus, unitate fidei, doctrinæ, charitatis, ac pacis quam prædicant; & in ſe debent habere. Vide caput nonum, q. 15. ad finem.

Matth. 22. Luc. 14. D. Hieron. D. Greg. D. Paſch. *Prædicatores licèt multi, ſunt veluti unus.*

Quæstio XI.

Quare primo Angelo tuba canente, fit grando, ignis, & ſanguis?

Dupliciter hæc res poteſt explicari; & primò Auctores relati ſuperiori quæſtione in tertia ſententia, ut Ribeira, Cornelius, M. La Haye, hæc reducunt ad tempora Antichriſti, dicuntque, quod ob malitiam, nequitiámque hominum, ut ſonat ſecundùm literam, quod pluet è cœlo grando, ignis, & ſanguis; dicuntque, in his Angelis alludi ad ſeptem plagas Ægypti; & hîc in primo Angelo ad ſeptimam plagam. Exod. 9. num. 24. *Grando, & ignis miſta pariter ferebantur*; & pluvia ignis, & ſanguinis, ſemper cœleſtis iræ fuit indicium, & inſtantis vindictæ prænuncium. 110.

Ribeira. Cornelius. Exod. 9.

Grando, & ignis, non diviſim, ſed conjunctim: Grando inaudita lapidatione fructus, arbores, folia confringet, & recta veluti crebris malleorum ictibus premet; & ſi quid in terra grandini reſiſtet, igne comburetur; ſed quomodo conjunctim cadent grando, & ignis; cùm habeant contrarias qualitates? & ignis grandine extinguitur, & quod magis eſt, Syrus pro ſanguine legit aquas: *facta eſt grando, & igni mixta aqua.* Quomodo grando, & ignis, mixta aquis cadent? quomodo ignis aquis non extinguitur, congregantur tamen in unum, ut pro ſuo creatore adversùs impios deſæviant. Sap 5. n. 18. *Armabit creaturam ad ultionem inimicorum, & pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos.* Favet Procop. ad c. Exod. 9. v. 24. *Mirum eſt*, ait, *circa unum, idémque ſubjectum pugnantes verſari ſubſtantias, nempe ignem, & grandinem non liqueſcere ignis virtute, ignem non extingui frigoris vi, hinc patet, naturam cedere voluntati creatoris.* 111.

Contraria copulantur in unum, pro creatore adversùs impios. Procop.

Et quamvis hæc ut ſonant, poſſint intelligi, & ſuſtineri in his quæ fiunt, hoc primo Angelo tuba canente, prout ſecundùm literam ſonant, non tamen in aliis Angelis, ut ſatis dictum eſt quæſtione ſuperiori, in impugnatione prædictæ tertiæ ſententiæ. 112.

Rejicitur prædicta ſententia.

Et ideò Auctores relati eadem ſuperiori q. in quarta, & vera ſententia, hæc ſymbolicè intelligunt, ut Pannon. Albert Magn D. Thom. Hugo, Viegas, Ferrarius, quæ ſententia rectè explicata, eſt legitima, & vera. Primo Angelo tuba canente, ſeu primis præconibus divini verbi prædicantibus, ut pote Apoſtolis facta eſt grando quæ autem juxta Philoſophiam, fit ex aqua frigida in nube validè ſtipata, & corroborata, ob circumſtantiam & obſiſtentiam caloris extrinſeci; denotátque, quod frigida Judæorum corda, ex calore fidei, & ardentis Prædicationis Apoſtolorum, ac virorum, non levem pluviam, ac tempeſtatem perſecutionis fecerunt in terris. Nam Judæi, audita tuba Evangelica, inflammati igne invidiæ, ac livoris, ut in Actibus Apoſtolorum legitur; adjunctáque eſt invidiæ crudelitas, ac ſævitia ſignificata in ſanguine; & cùm hoc totum miſſum eſſet in terram, magna perſecutio, 113.

Vera ſententia. Pannon. Albert. Mag. D. Thom. Hugo. Viegas. Ferrarius. *Invidia aſſociatur crudelitati.*

contrarietas, ac cædes facta eſt in Apoſtolis, eorúmque diſcipulis.

114. D. Hieron. Rom. 1. Invidia, ut ait D. Hieronymus Epiſtola ad Celantiam, mater, & ſemen eſt nocendi. Apoſtolus ſcribens ad Romanos 1. num. 19. ait, quod Deus homines iniquos tradidit in reprobum ſenſum, *Invidia comes homicidii.* *repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitia, plenos invidia, homicidio.* Apoſtolus referens varia vitia, ea ſimul conſtituit, & copulat, quæ inter ſe habent connexionem & affinitatem; ideò cum invidia connectit homicidium, quia facilè quiſque ab invidia ad carnificinam provolat. Divus Baſilius homilia de invidia: *Quamobrem*, ait, *invidiam fugiamus, homicidii matrem.*

115. Aſſumpſit Jeſus tres diſcipulos, Petrum, Jacobum, & Joannem, & aſcendit cum eis in montem Thabor. *Et transfiguratus eſt ante eos, & reſplenduit facies ejus ſicut Sol, & veſtimenta facta ſunt alba, ſicut nix.* Matth. 17. numero 2. & cùm Matth. 17. deſcenderet de monte, ſilentium de univerſa re imperavit diſcipulis: *Nemini dixeritis viſionem hanc.* ibidem numero 9. & quidem Apoſtoli profundè tacuerunt, ut advertit Divus Lucas 9. Luc. 9. num. 36. & *ipſi tacuerunt.* Cur tam profundo ſilentio vult Dominus gloriam ſuæ majeſtatis celari ac occultari, ita ut non patiatur, quod uni, vel alteri reveletur, ſed abſolutè præcipit, *nemini dixeritis.* Videbat Chriſtus, quod Judæi *Tacenda felicitas, ne ſæviat invidus.* maximè ejus majeſtatem invidebant; & ſi ejus gloriam majeſtatis audirent, multo furore concepto, in eum vellent extendere manus, quantùm in ipſis erat, ante conſtitutum tempus; ut res leniter, ac ſuaviter diſponerentur, præcipit, gloriam occultari, ut occaſio tolleretur mortem ejus accelerandi: & ſic ad debitum tempus perveniret, ne aliter Judæus invidia tabeſcens, omnia perturbaret, pro morte ejus acceleranda Euthymius. *Quia facturum erat, ut neque ipſi perſuadere poſſent, & Judæus magis exaſperaretur.* Euthym. Vel, ut addit D. Damaſcenus ſerm. de Transfigur. D. Damaſc. Imperatum à Chriſto eſt ſilentium à tribus Apoſtolis ſervandum eſſe: *Ne aut reliquorum pectora mœſtitia profunderentur, aut proditorem invidiæ rabies in furore ageret.* Quid enim Judas non efficeret, ut noceret Apoſtolis, ſi Prælatos ſibi noſſet homines, in re fel ciſſima? Cavet ergo Magiſter optimus, ſilentio imperato, ne amici, pateant dolis, ac telis invidiæ, certò ſciens, mortales quamplurimos invidia periiſſe.

116. Seneca. Quod Seneca præclarè dixit Epiſtola 75. *Perge, ſi placet, ad extremos terrarum angulos; Occurrens,* ait, *naufragi, ſimiliave naufragis paſſi, quos populari, ita, ut invidia, perniciosum optimis telum inopinantes ſecuroſque dejecit, procellæ more, quæ in ipſa ſereni fiducia ſolet emergere.* Quod benè callens David, Philiſthæo potius extraneo, quàm Hebræo naturali, ac concivi militare voluit. A Saüle ad Achin abit: *Surrexit David, & fugit à facie Saül: & venit ad Achis Regem Geth.* 1. Regum 21. num. 10 Sed quomodo 1. Reg. 21. cogitat David, tutiùs agere poſſe apud Gethæum, cujus præſtantiſſimum ducem Goliath interfecerat, ducentoſque viros ex Philiſthiim percuſſerat. 2. Regum. 18. n. 27. à quibus etiam prædas egerat? à Saüle ad hos fugit David, & 1. Reg. 18. *Invidia ſuper omnes inimicos tendit inſidias.* prudenter ſanè, eligens magis, apud extraneos, quibus multa mala, & damna intulerat, degere, quàm apud compatritium, & concivem qui multum ejus gloriam, & magnalia invidebat, demorari; pro certo reputans, ſecurius eſſe; cum infenſo hoſte, quàm cum invidioſo vivere. D. Hieronymus Epiſt. 26. ad Euſtoch. *David fugit à facie Saül, & venit ad Achis Regem Geth; mallens hoſtibus quàm invidis ſubjacere*, Invidia ſuper omnes hoſtes, inſidias tendit, ac molitur.

QUÆSTIO XII.

Quare, cùm è cœlo cadit grando, ignis, & ſanguis; tertia pars terræ, & tertia pars arborum comburitur, non verò tertia pars fœni, ſed totum fœnum concrematur?

Auctores relati quæſt. 10. in tertia ſententia, ut Ribeira, Cornelius, & alii, cùm dicant; hoc intelligi ad litteram, ſeu ut litera ſonat, dicunt, quòd tempore Antichriſti, ſeu proximè ad illud tempus, cadet de cœlo, grando, ignis, & ſanguis, quod tunc comburetur tertia pars terræ, ſcilicet arborum, & germinum illius non ſimul, ac continuè eodem loco, ſed miſtim, & ſparſim aliqua in Hiſpania, alia in Italia, ſeu Gallia, juxta malitiam inhabitantium; & quod *Omne fœnum viride*, ſeu omne germen herbeſcens, & vireſcens, erit combuſtum; in quo dicunt, alludit ad ſextam plagam Ægypti, de qua dicitur. Exod. 9. n. 25. *Cunctamque herbam agri percuſſit grando.* 117. Ribeira. Cornel. Exod. 9.

Et non omnia, ſed tertiam tantùm partem, terræ, ac arborum percuſſit grando, ignis: quia noluit Dominus hac prima plaga diſperdere terram, & homines ejus incolas, ſed hac plaga ita voluit eos caſtigare, ac ſimul admonere, ut pœniterent, eos revocando ad meliorem frugem, & ut ſic aliena calamitate, ac periculo edocti ſuam ſaperent ſalutem. 118. *Aliena calamitate ſapimus.*

Contra hanc ſententiam multa pugnant, ut in ejus impugnatione dixi citata quæſtione decima: deinde, quia ſi Deus mittit has plagas, ut per eas terreat, & affligat impios, etiam per illas maximè terrebit, & affliget pios, & juſtos: nam ſi grandine, & igne immiſſo, exuratur fœnum, & alia viridia, in quibus erant, & ſegetes, & fructus ſimul comburentur cum arboribus, fietque illo anno maxima annonæ caritas, vehemenſque fames; hæc autem gravius affligent pios, quàm impios; quia impii eo tempore erunt multùm divites, & maximè dominabuntur populis; ac proinde facilè ſibi comparabunt neceſſaria, quibus maximè erunt egentes pii, & juſti; ut pauperes, & humiles maximè afflicti. 119. *Impugnatur prædicta ſententia.*

Proindéque conſequenter ad ea, quæ ſuperiùs dicta ſunt, ſic totam rem explicamus: *Tertia pars terræ combuſta eſt, & tertia pars arborum, & omne fœnum viride combuſtum eſt.* Pro quo nota, quod tota gens Judæorum in tres partes dividi poteſt; una credidit Evangelio; alia per totum orbem diſperſa eſt, ob ſuam cœcitatem adhuc reſiſtens Evangelio; altera livore tabeſcens, conſumpta eſt in excidio Hieroſolymitano à Tito Veſpaſiano. Primo Angelo canente, ſeu primo ordine Concionatorum 110. *Vera ſententia ex everſione Judæorum.*

prædi

Eccleſ. 10. Daniel. 4. Iſai. 40.

prædicante, Apoſtolis nempe, ac viris Apoſtolicis, tertia pars terræ Judæorum terrenorum, qui terrena diligebant: *Quid ſuperbis terra?* Eccleſiaſt. 10. num. 9. taliter terreni dicuntur, & hæc tertia pars periit. Tertia pars arborum; Arbores denotant magnates, ac legis doctores, ex Daniel. 4. ſub quibus colliguntur minores, & hæc tertia pars talium Judæorum ſimiliter combuſta eſt; nam altera credidit, & altera diſperſa eſt, & quia univerſus populus Iſraëlis, universàque gens Judæorum, everſa eſt; ut non ſit jam unus populus congregatus; ſed gens per totum orbem diſperſa, ideò *omne fœnum combuſtum eſt*. Nam ut ait Iſai. 40. n. 7. *Verè fœnum eſt populus*; ideo hic prædicitur prima calamitas, quæ facta eſt in mundo, occaſione Prædicationis Evangelicæ non receptæ, in prima tuba ſignificata, quæ perculit totam gentem Judæorum quæ Evangelio noluit obedire.

Pannon. Ansbertus. D Bernard. *Luxurioſi maximè damnationi addicti.*

121. His poſitis, noſtra quæſt. principaliter inquirit, cur dicatur tertia pars terræ combuſta, & ſimiliter tertia pars arborum: At in fœno non dicitur tertia pars fœni, ſed omne fœnum combuſtum? Reſpondeo primo ex mente Pannonii, Ansberti, & D. Bernard. Senenſ. qui ait, *Tertia pars terræ, id eſt, cupidi, combuſti ſunt: tertia pars arborum, id eſt elati etiam combuſti ſunt: & omne fœnum viride, id eſt luxurioſi in præſenti igne luxuriæ, & in futuro igne gehennæ.* Et ſic in aliis vitiis, ut eorum, qui ſunt terrenis dediti, vel ſuperbia tanguntur, aliqua pars pereat, tamen multi ad ſalutem veniunt; at illi, qui ſunt luxuriæ dediti, ſic ſuis voluptatibus, ac cupiditatibus tenentur, ut vix ab illis ſe expediant; & ſalutem aſſequantur, ſed valde præcipites ab igne luxuriæ ad ignem inferni currunt.

Thom. Ang. *Ex omnibus peccatoribus, hypocritæ maximè damnantur.*

122. Secundò Thom. Anglic. per fœnum intelligit hypocritas, & ait: *Benè fœno comparantur hypocritæ, quia citò areſcet laus, & favor humanus, quem quærit: ſicut fœnum primo viret, & poſt aret, & viride dicitur, quia aliquid viroris habere videtur, per ſpeciem exteriorem, & quia in flore, & virore laudis delectatur:* Pro quo faciunt etiam ea, quæ docent D. Greg. Magn. lib. 16. Moral cap. 5. D. Ambroſ. lib 3. Hex. c. 4. Hypocrita omnium peccatorum abjectiſſimus, rectè inde comparatur fœno, cujus viror bonorum operum apparens, ſicut & laus, quæ ei tribuitur, citò evaneſcit: & licèt ex illis, qui aliis peccatis, ut terrena cupiditate, vel elatione tenentur, multi à damnatione reſerventur, ideo ſolùm tertia pars terræ, tertia pars arborum, combuſta eſt; at hypocritæ ſic ſuæ vanitatis ambitione tenentur, ut nolint diſſimulationem deponere, & inde majori ex parte ruunt, & pereunt; & ideo omne fœnum viride combuſtum eſt.

Calamitas apprehendit parvulos, à qua magnates majori ex parte liberantur.

123. Tertiò moraliſſimè. Tertia pars terræ combuſta eſt, ac proinde duæ manent ſervatæ ab incendio; & ſimiliter cum tertia pars arborum pereat, duæ ſunt incolumes, & omne fœnum dicitur combuſtum. Tertia ſignificat homines terrenis divitiis repletos: ſicut & arbores magnates & Principes, fœnum verò populares, humiles, ô moraliſſimum documentum! ſemper calamitas, ac oppreſſio malorum irruens parum attingit divites, & magnates, multùm verò pauperes, & humiles, quod eos ſic apprehendit, ut eos in perditionem, ac ruinam trahat, & inde *fœnum*, hoc ſignificans, *omne combuſtum eſt.*

1. Reg. 17. Torniel. Salian. Abulenſ. *Fame pereunt pauperes, quæ exultat à domo Achab.*

Cùm facta eſſet fames valida tempore ſanctiſſimi parentis Eliæ, ipſe ex Dei mandato abiit, & abſcondit ſe in torrente Carith. *Et corvi ei deferebant panem, & carnes mane, ſimiliter carnes, & panem veſperi.* 3. Reg. 17. n. 6 Totus orbis maximè fame premebatur, ità ut multi pauperes, & plebei fame conſumerentur, ut teſtantur Tornielius ſub ann. 3124. n. 4. Salian. ſub eodem anno n. 4. Unde ergo corvi habebant carnes, & panem, ut Eliæ aſportarent? Reſpondet Abulenſ. ad citatum locum Reg. quæſt. 16. è domo nempè Achab, ut creditur, in tanta anguſtia temporum, quando alii fame peribant, ſic domus Achab, abundabat, ut non ſolùm daretur, quod ipſe cum tota ſua familia manducaret, ſed ut etiam alii participarent; cum eſſet rex, & potens; tamen limen domus ejus non tetigerat, ſed ſolùm in pauperes, & humiles graſſabatur. 124.

Eſther. 5. *Regalis faſtus liber à preſſura egenorum.* Caſſiod.

Promulgato Edicto Aſſueri de nece Judæorum in una die, magnus erat eorum planctus, ac ululatus per omnes civitates, ac loca, tunc Eſther regio ornatu, ac eleganti magnificentia, ad Aſſuerum ingreditur, eique dixit: *Quid vis, regina Eſther? & quæ eſt petitio tua? etiamſi dimidiam partem regni petieris, dabo tibi.* Eſth. 5. n. 3. Vide quantum diſcrepant hæc inter ſe, populo Judaico imminet gladius ad necem; Eſther ex eodem populo natæ offertur ſumma liberalitas, ac magnificentia, ut cum magna poteſtate, ac lætitia vivat; & quænam hujus rei cauſa? perpende, quod & dixit Aſſuerus: *Quid vis, Regina Eſther?* Cùm eſſet Regina, nulla calamitate, ac oppreſſione tangebatur, ſed hæc tota verſa erat in extraneos, ac peregrinos Judæos, qui per regnum Aſſueri diſperſi erant: Caſſiodor. perbellè dixit: *Regalis faſtus ignorat malum, quo pauperum egeſtas opprimitur.* 125.

Apoc. 8. *n.* 8. Et ſecundus Angelus tuba cecinit; & tanquam mons magnus igne ardens miſſus eſt in mare; & facta eſt tertia pars maris ſanguis.

Num. 9. Et mortua eſt tertia pars creaturæ eorum, quæ habebant animas in mari; & tertia pars navium interiit.

VERSIONES.

Syrus. Et ille ſecundus Angelus clanxit; & tanquam mons magnus, quando igne arſit, projectus eſt in mare.

Arabicus. Deinde Angelus ſecundus clanxit buccina, factuſque inde eſt, quaſi mons.

Primaſius. Et facta eſt tertia pars maris in ſanguine.

Syrus. n. 9. Et mortua eſt tertia pars

 omnium

omnium creaturarum, quæ in mari ſunt, quæ habent animas; & tertia pars navium corrupta eſt.

Arabicus. Periit tertia pars creaturarum, in mari animatarum: & evanuit tertia pars navium.

Aretas. Qui in mari vivebant.

Primaſ. Mortua eſt tertia pars piſcium.

EXPOSITIO VI.

126. ET *ſecundus Angelus*, id eſt, ſecundus ordo, ſeu claſſis concionatorum, ſuccedens, ac proximus Apoſtolis, *tuba cecinit*, inſonuit Prædicatione Evangelica Jeſu Chriſti, & inde quid factum eſt? *Tanquam mons magnus*, ſcilicet Diabolus cum ſuis membris, ac aſſeclis, ſcilicet poteſtatis ſæcularis, principum, ac Imperatorum Romanorum, ac aliorum tyrannorum; *igne ardens*, flamma ſcilicet invidiæ, furoris, ac indignationis in ſanctum populum Chriſtianum Dei. *Miſſus eſt in mare*, id eſt, in hunc mundum, ſeu ſæcularem, ſeu ut rectiùs dicam, in Eccleſiam Dei, quæ frequenter per mare ſignificatur. *Et facta eſt tertia pars maris ſanguis*, homines in Eccleſia poterant conſiderari in triplici differentia: Una pars evolavit in cœlum, per ſanguinem, & martyrium, altera ſine ſanguine ſalutem eſt aſſecuta. Tertia, & ultima pars ob tyrannidem, ac perſecutionem Imperatorum, à fide defecit, ad idola tranſiens, & mortua eſt. Tunc *& facta eſt tertia pars maris ſanguis.* Tertia pars eorum, qui erant in Eccleſia, tota ſanguine per martyrium tincta eſt, ut modò explicant.

117. *Et mortua eſt tertia pars eorum, qui habebant animas in mari.* Tertia ergo pars populorum, qui habebant animas, ſeu vivebant in mari; id eſt, Eccleſia Dei, ob diram, & acerbam adverſitatem tyrannorum, à fide deficiens, mortua eſt, ut ſuprà dixi. *Et tertia pars navium interiit.* Tertia pars navium, id eſt, Prælatorum, ac Doctorum, qui alios vehunt, à fide deficiens interiit, & hoc annuntiat Prophetia ſecundæ tubæ.

QUÆSTIO XIII.

Quiſnam ſit iſte ſecundus Angelus, ac mons, & mare, in quo miſſus eſt mons, altiùs examinatur.

128. Aureol. PRimo, Aureolus, vult, hunc Angelum eſſe Macedonium hæreſiarcham, qui docuit, Spiritum ſanctum eſſe creaturam, ſed malè hæc opinio contendit, Angelos, qui in conſeſſu cœleſti, coram Deo ſunt, & quibus Dei nutu dantur tubæ, per illos non benè poſſunt intelligi hæreſiarchæ.

Secundò, Alcazar perſiſtens in ſuo intento, & inſtituto, ſicut priorem plagam de grandine, &c. tranſtulit ad famem, qua Judæi puniti ſunt in obſidione Jeroſolyma, ita hanc plagam intelligit de bello illis illato à Tito; & favet illis, quia in bellis magnæ fiunt perturbationes, quas ſatis videtur ſignificare mons ardens miſſus in mare. 129. Alcazar.

Tamen multa contra hanc ſententiam incommodant: nam Alcazar ait, quod Regio Judæorum ſignificatur, per terram, imperium verò Romanum per mare; proindéque dicendum erat, quod tertia pars terræ facta eſt ſanguis, & non tertia pars maris: nam bellum in Judæorum terra factum eſt, deinde iſte liber eſt propheticus; bellum autem illud factum per Titum jam multis annis antea elapſis acciderat, & difficiliter totus textus tali inſtituto accommodatur. 130. *Impugnatur prædicta ſententia.*

Tertiò, Ribeira, Cornelius à Lapide, Menochius, La Haye rem ad literam intelligunt; dicunt ergo per montem igneum denotari ingentem globum ardentem, & igneum, quem mittet Angelus in mare, tóſque efflabit, & comburet tam naves, quam piſces, puta, tertiam partem navium, & piſcium. 131. Faber. Cornelius. Menoch. La Haye.

Contra hanc ſententiam pugnant, primò, quod liber Apocalypſeos eſt ænigma; cur ergo hæc pars hujus libri non erit ænigma, ſicut & cætera illius, ſed accipienda erit, ut ſonat? Secundò, ſi ita accipienda eſt ſecundùm literam; non erit hæc plaga peculiaris in malos, ſed etiam in bonos, imò hi magis tali piſcium interitu affligentur, quàm mali, quia boni ob inopiam magis juvantur piſcibus. Tertiò, accepta hæc plaga juxta corticem literæ, non habet ullam probabilem explicationem; nam ſi ille globus exhalationum ignitarum cadit in mare, quodnam mare eſt, Adriaticum, Africanum, Mediterraneum, vel Oceanum? & quid erit hæc exhalatio, tanquam mons ad totum mare Oceanum? Quartò, quis non videt, quod tertia pars, ter repetita, ad magnum myſterium ſpectat? Tertia pars maris ſanguis, tertia pars creaturarum mortua, tertia pars navium interempta; & ſi res materialiter eſt agenda, cur piſces eodem prorſus numero pereunt, ac naves, & non diverſo numero? 132. *Multis impugnatur prædicta ſententia.*

Apocalypſis totum ænigma eſt, & hæc viſio ænigmatica; pro quo notandum primò, quod mare ſæpe ſignificat præſens ſæculum, Daniel. 4. num. 2. *Venti cœli pugnabant in mari.* Et Pſal. 73. n. 13. *Contribulaſti capita draconum in aquis.* Significat etiam Eccleſiam, ut probant D. Chryſ. homil. 4. de verbis Iſai. D. Gregor. Cantic. 1. quod probatur ex parabola ſagenæ miſſæ in mare, quod eſt Eccleſia, in qua ſunt boni permiſti malis, Matth. 13. n. 47. 133. *Apocalypſis ænigma. Mare ſignificat hoc ſæculum, vel Eccleſiam.* Daniel. 7. Pſal. 73. D. Chryſ. Matth. 13.

Secundò, mons in Scriptura, valde frequenter dæmonem ſignificat. Iſai. 64. n. 1. *A facie tua montes defluerent*, id eſt, dæmones, Zach. 4. num. 7. *Quis tu mons magne coram Zorababel?* Ubi ſermo eſt de victoria Chriſti contra diabolum. Similiter Jerem. 13. n. 16. Ezechiel. 32. num. 9. Abdias num. 19. Ex quo etiam fit, quod mons, ob ſuam altitudinem, ac ſuperbiam, quam denotat, ſignificat etiam principes, ac potentes ſæculi, Pſalm. 45. numero 3. *Transferentur* 134. *Mons ſignificat dæmonem.* Iſai 46. Zach. 4. Jerem. 13. Ezech. 32.

ferentur montes in cor maris, Iſai. 2.n. 14. Jerem. 15. num. 27.

135. *Piſces ſignificant Chriſtianos.* Matth. 3. Luc. 5.

Tertiò per creaturas,quæ habent animas in mari,id eſt, per piſces,Chriſtiani denotantur; ut patet ex parabola ſagenæ miſſæ in mare, congreganti ex omni genere piſcium. Matth. 13.n. 47. Et ex illis verbis Chriſti ad Petrum. Luc. 5. n. 4. *Duc in altum, & laxate retia in capturam piſcium*; & etiam ex illis ejuſdem Domini ad Petrum, & Andræam: *Venite poſt me,faciam vos fieri piſcatores hominum*, Matth. 4.n.19. Et docent Tertul. contra Quintilian. c.1.D.Hieron.in c.12.Job.verſ. 7.D.Ambroſ. l.3 de Virg ad Celſum: nam ſicut piſcis non poteſt vivere,niſi in aquis, ſic & Chriſtianus nequit vivere, niſi per aquas Baptiſmi.

Matth 4. Tertull. D. Hieron. D. Ambr.

136. *Naves ſignificant Prælatos.* Pſalm. 106. D. Auguſt. Incognit. Caſſiod.

Quartò,per naves intelliguntur Prælati ac magiſtri,qui tanquam naves,alios portant in ſalutē,juxta illud Pſal. 106.n.23. *Qui deſcendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis.* Ubi D.Aug. Noſter Incognitus, Caſſiodorus,& communiter omnes Latini,ut teſtatur Lorinus, & per naves intelligunt Prælatos Eccleſiæ, qui in contradictione, ac diſceptione populorum faciunt ſuas operationes.Et ſimiliter multi explicant illud Job. 9 n 26.*Pertranſierunt quaſi naves poma portantes.*

Job. 9.

137. Ansbertus. Pannon. Albertus. D. Thom. Hugo. Gagn. Ferrarius.

Hoc poſito, dicendum eſt cum Richardo, Ansberto,Pannonio, Albert.Magn.D.Thom. Hugone,Viegas,Gagn.Ferrar &alii,quod hic ſecundus Angelus, eſt ſecundus ordo concionatorum, qui Apoſtolis ſucceſſit, & tuba cecinit,tempore Imperatorum Romanorum, ac aliorum tyrannorum. Tunc *mons Magnus*, id eſt,diabolus cum ſuis membris,& non ſolùm dicitur qualiſcumque mons, ſed mons magnus,quia diabolus non quomodocumque ſuperbus eſt, ſed etiam omni ſuperbia major. Richard. *Mons magnus, id eſt,diabolus, mons per tumorem, magnus per tumoris magnitudinem.* Et dicitur in text.*ardens*,ſcilicet invidia in genus humanum, quod tam ſublimatum, & exaltatum eſt Incarnatione verbi Dei Anſbert. *Pro eo quod malitia ſua,atque invidia torquetur, ardens dicitur.*

Vera ſententia.

138. *Diabolus magnam perſecutionem in Eccleſia excitavit.* Albert.

Projectus eſt in mare,ſcilicet,in totum mundum; nam licèt jam gentilium poſſeſſor exiſteret,ad recens malum, perſecutionem nempe Eccleſiæ excitavit; Albert.Magn.quærens,cur diabolus dicitur projectus in mundum, cùm ipſe gentes teneret, ſic ait: *ut amplius poſſideret, quo ad partem reproborum, & ut perſecutionem excitaret.* Vel per mare intelligitur Eccleſia, & tunc dicitur, *Tertia pars maris facta ſanguis*, quia fidelium multitudo in tres partes poteſt dividi: Una pars, quæ per ſanguinis myſterium tranſlata eſt in gloriam,altera ſine ſanguine ad beatitudinem penetravit: Tertia verò, quæ ob tyrannos defecit à fide ad idola; & ideo dicitur, *facta eſt tertia pars maris ſanguis*;& inde ſubditur: *Et mortua eſt tertia pars creaturæ eorum,qui habebant animas in mari*; piſces ſcilicet per quos Chriſtiani denotantur, à fide deficientes;& tertia pars navium, ſcilicet Prælatorum, ut jam dixi in expoſitione, & latius dicā quæſtione ſequēti.

Fideles tripliciter conſiderandi.

139. Tertullian. Origen.

Mare ergo Eccleſiam ſignificat, & meritò ſanè ratione baptiſmi; nam baptiſmus mare eſt, per quod patet in Eccleſiam ingreſſus, ut docent Tertull.lib.de Baptiſmo.Origenes homil 5.ſuper numer.D. Ambroſ.lib.de his, qui myſteriis initiantur cap.3.ad quod reſpiciens Paulus 1.Corinth.10.num.1.ait: *Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari.* Maximè notandum, quid tranſitum Iſraëlitarum per mare, vocat baptiſmum, & quænam convenientia exſtitit, inter talem tranſitum, & baptiſmum? In Baptiſmo unuſquiſque immergitur? in illo verò tranſitu nulla fuit Iſraëlitarum immerſio, ſiccò potiùs pede tranſierunt. In quo cohæret tranſitus ille cum noſtro baptiſmo? Per tranſitum illum liberati ſunt Iſraëlitæ à captivitate,ac morte,& in vitam ac terram promiſſionis venerunt, in quo pervenuſtè virtus baptiſmi oſtendebatur, cujus aqua filiis vitam,& requiem halant.Divus Baſilius Seleuc, orat. 3. *Baptiſma vocat Paulus viam per mare, erat enim mortis, quæ in aquis oppeteretur, effugium.* Ubi mors effugiebatur, apertiſſimè invenitur baptiſmi Chriſtiani ſimilitudo.

D. Ambr. 1 Cor. 10. *Baptiſmus Chriſtianorum vita.* D. Baſil. Sel.

Jam aderat tempus, quo parens Elias elevandus erat in cœlum, quod præcellens Eliſæus,noluit ab eo diſcedere, ſed illum comitabatur, ut parentem euntem in cœlum videre; tunc venerunt pariter juncti Elias,& Eliſæus uſque ad Jordanis ripas;&ait Text,*Tulit itaque Elias pallium ſuum, & involvit illud, & percuſſit aquas, quæ diviſæ ſunt in utramque partem, & tranſierunt ambo per ſiccum: cùmque pergerent, & incedentes ſermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diviſerunt utrumque, & aſcendit Elias per turbinem in cœlum*,4.Reg. 2.n 8. Ad quid ante aſcenſū Eliæ,fuit requiſitum illud miraculum,ut Elias aquas Jordanis divideret, ut præberent ei, ac Eliſæo aditum ſiccum?Conſuetudo divina eſt,non facere miracula, niſi ex neceſſitate, Bene Elias poterat aſſumi eodem modo ante tranſitum ac poſtea: Cur ergo neceſſum fuit,miraculosè aquas dividere,ut tranſiens per flumen;aſſumeretur in cœlū?deſignabatur jam inde neceſſitas baptiſmi,ut fieret mundo manifeſtum cœleſtem aſcenſionem non pandi,niſi per aquas baptiſmi tranſeuntibus.D.Cyril.Jeroſol.Cathec.3.*Elias*, ait, *aſſumptus eſt, ſed non ſine aqua: prius enim tranſivit Jordanem, deinde in cœlum raptus eſt.* Non tibi paratur aſcenſus in cœlum, niſi ad illud per aquas baptiſmi contendas;nec Eliæ patuit, niſi poſtquam tráſivit Jordanis aquas. 140.

4. Reg. 2. *Per baptiſmum nobis fit aditus in gloriam.* D. Cyr. Jeroſ.

Venit Jeſus à Galilæa in Jordanem ad Joannem,ut baptizaretur ab eo;&cùm Jeſus aſcenderet de aqua, aperti ſunt ei cœli: *Baptizatus autem Jeſus, confeſtim aſcendit de aqua,& aperti ſunt ei cœli.*Matth.3.num.16.Cur non aperiuntur ei cœli, antequam attingeret aquas, ſed poſtquam ab illis aſcendit? Denotabatur ibi in capite noſtro,quod membris ejus cœli reſerandi non erant, niſi aſcendentibus de baptiſmi aquis D.Chryſolog.ſerm.157.*Chriſtus*, ait, *Jordanis alveum, baptiſma noſtrum conſecraturus, intravit, ut quos naſcendo in terra ſuſceperat, hos renaſcendo relevaret in cœlum; quos diabolus exules fecerat terrenorum hos ipſe in cœleſtibus ſibi faceret eſſe conſortes.* 141.

Matth. 3. *Per baptiſmum nobis aperitur cœlum.* D. Chryſol.

QUÆSTIO

QUÆSTIO XIV.

Quænam ſint iſtæ naves, quarum tertia pars interempta eſt?

142. Beda. DIcitur in text quod cùm mons magnus, & ardens miſſus eſſet in mare, *tertia pars navium interiit* Beda ait, aliam editionem habere, *tertiam partem navium corruperunt*. Naves in præſenti, rectores, ac gubernatores, aliiſque eminentiores, denotant; quomodo ergo dicitur, quod aliqui, ſcilicet eorum, qui habebant animas in mari, ſeu vivebant in mari, hanc tertiam partem navium corruperunt juxta citatam verſionem? cùm hi, qui erant in mari: perſonas ſubditorum agerent, tales ſua prava doctrina, ſuo malo exemplo, ſicque perverſitate ſuperiores infecerunt, ac depravarunt; ſic ait præfatus Beda, *Alia editio, quæ habet, & tertiam partem navium corruperunt, ſignificat, quod pars tertia, quæ mortua eſt, aliam tertiam, id eſt, ſuccedentes ſibi occiderit noxia traditione, & inutilis imitatione doctrinæ.*

Superiores ſæpe depravantur ab inferioribus.

143. *Prælati debent portare ſubditos ſuper ſe.* Tamen vulgaris editio habet: *Tertia pars navium interiit*, id eſt, tertia pars Prælatorum, qui per naves ſignificantur, à fide, ac ſana doctrina defecerunt, ut dixi in expoſitione; & rectè Prælati, tanquam naves, alios debent portare, tanquam ſuper humeros, ac manus ad ſalutem; quod valdè familiare eſt omnibus Prælatis Unde Moyſes dicebat ad Dominum: *Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem; vel genui eam, ut dicas mihi: Porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum.* Num. 11. n. 12. Quod id ipſum Deum, omnium gubernatorum exemplar, fciſſe, teſtatur Moyſes, Deuter. 1. num. 31. *In ſolitudine (ipſe vidiſti) portavit te Dominus Deus tuus, ut ſolet homo geſtare parvulum filium ſuum* Quod etiam teſtatur Oſeas 11. n. 3. *Ego quaſi nutricius Ephraim, portabam eos in brachiis.*

Num. 11.

Deut. 1.

Oſeas 11.

144. Deut. 32. Et ipſe Dominus Deuteronom. 32. num. 10. *Invenit eum in terra deſerta, in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis, circumduxit eum, & docuit, & cuſtodivit, quaſi pupillam oculi ſui: ſicut Aquila provocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas & aſſumpſit eum, atque portavit in humeris ſuis* Et Exod. 19. n. 4. ſic ait, *Vos ipſi vidiſtis, quæ fecerim Ægyptiis, quomodo portaverim vos, ſuper alas aquilarum, & aſſumpſerim mihi* R. Salomon, & Cajetan, referunt, aquilam pullos non ut aliæ ſolent aves, unguibus portare, ſed locare ſuis humeris, protegere alarum expanſione; ut quamvis eos quis ab imo jaculis peteret, vulneraret ipſam potiùs, quam illos; ideo Deus, cùm ducit Iſraëlem per deſertum, ſimilitudinem aquilarum proponit, quia eos veluti ſuper humeros portabat, tanquam ſe exponens periculis detractionis, ac murmurationis, ut eos cuſtodiret, ac protegeret.

Exod. 19.

R. Salomon. Cajet.

Deus ſuo exemplo monet Prælatos, ut ſubditos portent.

145. Cùm Moyſes creatur à Deo Dux, ac princeps populi Iſraëlis, ait illi: *Mitte manum tuam in ſinum tuum, quam cùm miſiſſet in ſinum, protulit leproſam, inſtar nivis. Retrahe, ait, manum tuam in ſinum tuum, retraxit, & protulit iterum, & erat ſimilis carni reliquæ.* Exod. 4. num. 6. 7. Per illam manum Moyſis, populus Iſraël, quem Deus in manu ejus ponebat, ſignificatur, ut docent Diodorus, D. Auguſtin. apud Lyppoman. Procopius, & Theodoret. quæſt 10. in Exod. Quod eſt, quod cùm populus datur in manu Moyſis per ipſam manum ſignificatus, repoſitus tamen in ſinu, modò apparet ſanus, modò leproſus? Quia ipſe populus, cujus curam ipſe gerebat, qui antea erat infirmus, ac leproſus tyrannide, ac malis moribus Ægyptiorum, eum fovendo portando, ac geſtando in ſinu ſuo, ſeu corde ſuo, eum debebat mundare curare ac ſanare. Taliter ſe tenebatur gerere erga populum ſibi injunctum, ac nutrix quæ infirmum puerum portat in ſinu, ut eum valeat recreare, ac perfectæ ſanitati reſtituere. Lyran. *Conſideretur populus ſub cura Moyſis, & ad hoc refertur ſignum manus, quæ primo poſita intra ſinum, facta eſt leproſa, & ſecundò ibi repoſita, ſanata eſt, per quod deſignabatur, quod filii Iſraël, quando primò ſuppoſiti ſunt curæ Moyſi, quæ cura ſinu notatur per hoc magis fuerunt abominabiles Ægyptiis, & quaſi in conſpectu eorum fœtidi; ſed per manus ſanationem in ſequenti repoſitione, deſignabatur conſolatio ejus futura per curam Moyſis.*

Exod. 4.

Diodor. D. Auguſt. Procop. Theodoret.

Prælatus ſubditos portet in ſinu.

Lyranus.

146. Curru igneo ferebatur parens Elias in cœlum, quod cùm videret Eliſæus, clamabat: *Pater mi, Pater mi, currus Iſraël, & auriga ejus* 4 Reg. 2. num. 12. Valde inter ſe diſtat currus, & auriga, ſi Elias erat auriga, quomodo currus? Nam auriga ducit; currus portat, ſi ergo erat auriga quomodo currus? Ex eo quod erat auriga, & tanquam rector alios ducebat, erat exinde currus ut eos ſuper ſe, ſuperque humeros ſuos portaret. Abulenſ. quæſt. 19. *Elias, ait, currus, & auriga, ad currum pertinet ſuſtentare, ſic Elias ſuſtinuit Iſraël, ſupportando defectus eorum: vocatur, & auriga, quia ad aurigam pertinet dirigere, ſic Elias dirigebat Iſraël, revocando ad cultum Dei.* Et nota quod priùs dicitur currus, deinde auriga; quia in gubernatore, priùs debet eſſe affectus alios portandi, quàm regendi, ac gubernandi.

4. Reg. 2.

Ex eo quod Prælatos ſubditos gubernat, portet eos.

Abulenſ.

Apoc. 8. n. 10. Et tertius Angelus tuba cecinit; & cecidit de cœlo ſtella magna ardens, tanquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & fontes aquarum.

Num. 11. Et nomen ſtellæ dicitur abſynthium, & facta eſt tertia pars aquarum in abſynthium, & multi hominum mortui ſunt de aquis, quia amaræ factæ ſunt.

VERSIONES.

Syrus. Et ille Angelus clanxit, & cecidit

cecidit è cœlo ſtella ardens.

Arabicus. Tertius Angelus clanxit buccina; & ob id cecidit ſtella magna, ſicut fax ardens.

Arias. Tertius Angelus clanxit buccina; & ob id cecidit ſtella magna ſuper terram.

Syrus n. 11. Et nomen ſtellæ abſynthus.

Arabicus. Erat nomen ſtellæ amaritudo; quare mortui ſunt plures homines, ob amaritudinem aquæ.

Primaſ. Et nomen ſtellæ abſynthius.

D. Auguſt. Et amaricaverunt aquæ.

EXPOSITIO VII.

147. ET *tertius Angelus tuba cecinit*, id eſt, tertius ordo, ſeu claſſis Doctorum: ac Prædicatorum: adversùs hæreticos, jam cœpit inſonare, ac prædicare, *& cecidit de cœlo*, ab unitate nempe Eccleſiæ, quæ cœlum, ſeu regnum cœlorum frequenter dicitur. *Stella ardens*, id eſt, aliquis inſignis hæreſiarcha, vel cœtus hæreticorum, *ardens*, invidia, nempe rabie, ac furore; & inde dicitur, *tanquam facula*, quæ permiſtam habet nigredinem; ac fumum ſuæ malitiæ, nequitiæ, ac perverſitatis; *cecidit in tertiam partem fluminum*, *& in fontes aquarum*; per fontes aquarum intelligitur ſacra Scriptura, cujus hauſtu mens viri boni ſitibunda recreavit; & has ſalutiferas aquas malè torquent hæretici ac ſuos falſos errores *tertiam partem fluminum*, id eſt, ſacram doctrinam antiquorum Patrum, eorúmque libros, ac documenta; & dicitur tertia pars, ob magnam multitudinem librorum, ac hominum, quos hæretici corruperunt. *Sacra Scriptura fons recreans.*

148. *Nomen ſtellæ Abſynthius*: Abſyntheon eſt herba amariſſima. Hæreſiarcha ſic dictus, ob amaritudinem ſuæ hæreticæ doctrinæ, & *facta eſt tertia pars aquarum in abſyntheon*: Multi nempe à fide deficientes tranſmutati ſunt in amaritudinem hæreticæ pravitatis; *& multi hominum mortui ſunt de aquis, quia amaræ factæ ſunt.* Chriſtianorum (maximè ſimplicium) animas perdidit, depravato, ac hæretico ſenſu, ſacram doctrinam corrupente.

QUÆSTIO XV.

Quare cùm ſtella ex ſe multum benigna, hæc tamen magna, & ardens multum nociva extitit mundo?

ALcazar, contendit, in hac tertia plaga intelligi peſtilentiam, qua Judæi laborarunt in obſidione Jeroſolymitana, ut teſtatur Joſephus lib. 7. belli Judaïc. 17. Euſebius lib. 2. c. 6. & lib. 3. cap. 5. Jam ſatis ſupra oſtendi, de his hîc non agi. Deinde peſtis Jeroſolymitana non eſt facta ex influxu ſtellarum, vel vitiis fortium; aliàs corrupiſſet etiam Romanos, non minus, ac Judæos; facta eſt ergo illa peſtis ex mœſtitudine animi, fœtore corporum, & vitiatis cibis, atque attactu vitiatorum corporum. 149. Alcazar. Euſebius.

150. Secundò, Ribeira, Cornel. & alii dicunt, quod hæc ſtella de cœlo, ſcilicet aëreo, cadet, ſuóque caſu diſſiliens, comminuta dividetur in multas faculas, ſive exhalationes, quæ in varios fontes, & flumina incidentes, eos inficient. Vocatur Abſynthium, quia amaricabit aquas, idque in pœnam ſceleratæ voluptatis, ac præſertim gulæ, & crapulæ impiorum, ut qui biberunt vina dulciſſima, iiſque ventrem ingurgitaverunt, jam bibant Abſynthium, eóque crucientur; & vexentur. Ita Cornelius. Ribeira. Cornelius.

151. Multa contra hanc ſententiam pugnant, & primò: Quia Apocalypſis eſt quoddam ænigma, & omnia hîc fiunt ænigmaticè ut patet in his, quæ canente quarto, quinto, ſexto, & ſeptimo Angelo, facta ſunt; ergo etiam, quæ in hoc tertio Angelo. Secundò, quid fiet de bonis, in quorum caput maximè hoc infortunium recidet, cùm ipſi maximè abſtinentes ſint, & aquam bibant? Tertiò, ſi aquæ ita amaræ, ac peſtiferæ factæ ſint, cur non dicitur, quod ſimiliter piſces in aquis viventes, mortui ſunt, ut dictum eſt, ſecundo Angelo tuba canente? *Impugnatur prædicta ſententia.*

152. Simpliciter dicendum eſt cum tertia, & vera ſententia, quod *tertio Angelo canente*, hoc eſt, tertio concionatorum ordine inſonante, ſtella magna, & ardens cecidit de cœlo, Hæreſiarcha quidam, maximè diviſus, ac ſeparatus ab unitate Eccleſiæ; ita D. Aug. Pannon. Albert. Magn. D. Thomas, Richard. Ansbert Haymo, Aretas, Hugo, Aureol. Lyran. Viegas, Ferrar. & alii. *Vera ſententia.* D. Auguſt. Albertus. D. Thom. Richard. Albertus. Haymo, &c.

153. Aureolus, & Lyranus dicunt, hunc Hæreſiarcham eſſe Pelagium, Joachimus, Arrium, qui ob morum honeſtatem, & multam ſcientiam, unum de magnis luminaribus cœli eſſe inter Clericos putabatur. Ita Joachimus. At verò Ferrarius exiſtimat, hanc ſtellam magnam eſſe Origenem; nam hîc tanta ſapientia reſplenduit, ut multa millia librorum ediderit, ita pietate inſignis, ut martyrii ardore incenſus eſſet, & maximè affectaverit, ſe in manus perſequentium tradere, & nimio charitatis ardore ſe evita vit, Aureol. Lyran. Joachim. Ferrarius.

eviravit; tamen à fide Catholica aberravit, & multa falſa de Verbo divino, de Divinitate, ac animabus ſeminavit. Unde aliquando dictum eſt: *Origenem progenuiſſe ovum, quod poſtea excluſit Arrius.* Et S. Epiph. Epiſt. ad Joan. Jeroſolymit. (Epiphan.) *Dixerim vobis, Arri, patrem Origenem ſcilicet, & aliarum hæreſum radicem parentem.*

154\. (Richard. Albert Mag. D. Thom. Rupert. Jud. Can.) Tamen dicendum exiſtimo cum Richardo, Albert. Magn. D. Thom. quod hæc ſtella magna denotat cœtum hæreticorum: Hæretici ſydera ſunt, ut ait Rupert. lib. 3. in Joan. qualia ſcribit Apoſtolus Judas in ſua Canonica n. 13. *Sydera errantia, quibus procella tenebrarum ſervata eſt, in æternum.* Seu, ut explicat Albert. Magn. (Albert. Mag.) ex Joan. 3. n. 20. *Omnis, qui malè agit, odit lucem.* (Hæreticus Stella erratica, fugiens lucem.) Stella lucet in nocte: ecce cur ſtellæ comparantur Hæreticis, ut ſciremus, dogmata ſua, tanquam lucifugam, in tenebris docere. Doctor (S. Thom.) Angelicus ſic ait: *Stella, id eſt cœtus hæreticorum, ſive hæreticus, qui multum videtur ſapiens, ut hæreſiarcha, qui dicitur ſtella, quia videtur habere lucem ſapientiæ, & doctrinæ: docet autem nocte, de die autem non audet, quia ut dicitur.* Proverb. 7. (Prov. 7. Job. 28.) Aquæ furtivæ dulciores ſunt; *vel ſi de die, in latibulis.* Job. 28. ingreditur beſtia latibulum ſuum: ſtella autem de nocte lucet.

155\. *Dicitur ſtella magna*, Hæreticos faſtu ſuperbiæ, ac arrogantiæ, magnus videri concupiſcit, (Joachim.) ut ait Joachimus Abbas. Vocat divinus Sponſus ſuam dilectam Eccleſiam: (Hæreticus faſtuoſus, & ſuperbus.) *Veni coronaberis de cubilibus leonum, & montibus pardorum.* (Cant. 4.) Cant 4. n. 8. Per pardos variè maculatos Philo Carpatius hæreticos intelligit, maximè multa vitiorum verſutia maculatos; per montes verò, (Philo Carp.) eorum faſtum, & ſuperbiam, Philo Carpat. *Ex his ſponſam coronandam, vaticinatur ſponſus ex hæreticis nempe, qui pardorum ſimiles eſſe perhibentur.*

156\. (Dogmata hæreticorum tenebroſa.) Secundò, dicitur. *Ardens tanquam facula.* Ardens præ invidia, ac rabie, tanquam facula, non tanquam Sol, vel Luna, ſed ut facula: tam etſi hæretici, propter doctrinæ ſplendorem, prima facie videantur, tanquam ſtellæ; tamen non ut ſtellæ lucent, ſed ut faculæ tantùm ardent: Hæreticorum dogmata non illuſtria, ſed tenebroſa ſunt; tantúmque ſpeciem quandam luminis, hoc eſt, acritatis habent; fumo tamen, ac tenebris permiſta, quibus eorum ſectatores involvuntur, ac tenentur. *Ne falſi appareat turpitudo*, ut docet Divus Bernard. ſerm. 41. in Cant. Secundò, facula dum ardet, ſe ipſam conſumit, ac in carbonem redigit, ſic hæretici dum falſa docent, ſe ipſos conſumunt, ac in nigredinem peccatorum convertuntur, & alios ſimiliter percutiunt. Tertiò, ut obſervat Albertus Magn. *Facula, ait, ardendo emittit fœtorem.* Ecce cur ſtella cadens aſſimilatur faculæ; quia hæreticus de ſe fœtidiſſimum emittit odorem. Ait Habac. 2. (Habac. 2.) n. 11. *Lignum, quod inter juncturas ædificiorum eſt reſpondebit.* (Septuag.) Septuag. transferunt: *Scarabæus de ligno loquetur.* (D. Hieron.) D. Hieronym. ibi per Scarabæum, (Hæretici fœtidum mittunt odorem.) qui communiter in ſtercore verſatur, hæreticos intelligit; & ſic ait: *Legi in cujuſdam volumine propterea Cantharum ſuper hæreticis intellegi, quia dogmata habent ſtercori comparanda.* Hæreticorum dogmata, tanquam ſtercora, peſſimum, ac fœtidum mittunt odorem.

157\. Inter quinque Reges, qui bellum inierunt contra Sodomam, ac captivum adduxerunt Sanctus Loth, eorum Princeps ac primus erat, (Genef. 14.) *Amraphel Rex Sennaar.* Gen. 14. num. 1. in hoc Rege ſignificari hæreticos, docet gloſſa, & rectè quia Sennaar ſignificat fœtorem: (Ubi hæreſis ibi fœtori.) nam hæreticus, qui cadit à veritate, & arma tendit contra juſtos, & peſſimum, ac malum exhalat odorem, Gloſſa: (Gloſſa.) *Amraphel, interpretatur, dixit, ut caderet, & eſt Rex Sennaar, quæ excuſſio dentium, vel fœtor eorum, ſignatur; hic ſignat hæreticos qui ad caſum tendunt, & verbis doloris fœtidum ſenſum evomunt.*

Quæstio XVI.

Quare hæc ſtella cadens, dicitur abſynthium, & mutorum ruinam inducit?

158\. (Quid ſit abſynthium. Plinius. Dioſcorid.) Abſinthium herba eſt, cujus faciunt mentionem Plinius libro 27. c. 7. Dioſcorides libro 3. capite 25. quæ ita eſt amara, ut nullum animal illam tangat, ob ſuam amaritudinem, inde à verbo tangere per antiphraſim ejus nomen à verbo Græco derivant communiter.

159\. Stella ex ſe valdè ſalutifera, ſua benigna influentia omnia ſuaviter fovet; hæc tamen cadens, ita auſtera, & amara, ut dicatur abſynthium, quod amariſſimum eſt. Cardinalis Hugo: (Hugo.) *Cecidit de cœlo, id eſt, de Eccleſia, ſtella magna, id eſt, cuneus hæreticorum: dicitur abſynthium, quia amaritudinem perturbationis inducit in Scriptura, & quiſquis ab eis inducitur in amaritudinem pravæ intelligentiæ; & mortis ſpiritualis inducitur.* Stella hæc, cùm hæreticos denotet, abſinthium dicitur, qui erroris amaritudine (Hæretici omnia reddunt mortifera.) omnia mortifera, ac noxia reddunt, & dulciſſimos fontes ſacræ Scripturæ, ac perlucida fluenta aquarum Sanctorum Patrum perturbant, corrumpunt, ac diſſecant; & inde non ſolùm alios, ſed etiam ſeipſos vulnerant, ac cruentant, ut docet Divus Ambroſius libro 3. (D. Ambr.) in Lucam, poſt explicatam Chriſti Domini Genealogiam.

160\. (D. Thom.) Quod rectè hîc docet D. Thom. *Nomen ſtellæ, ait, dicitur abſynthium, id eſt, amaritudo: quia potum amarum miniſtrat hæroticis, dum eis pravas expoſitiones ſuggerit; miniſtrat etiam per eos aliis: ſicut enim abſynthium herba amariſſima, ſic Diabolus in eis amaritudinem, qui malè ſapiunt, facit: quia anima eorum amaricatur per errorem, & tandem condemnationem.* Nomen hujus ſtellæ (Hæreticus peſtifera ac mortifera miniſtrat.) in qua hæretici denotantur, dicitur abſynthium, id eſt, non ſolùm dicitur res amara, ſed etiam ipſa amaritudo in abſtracto, quia Diabolo ſuggerente, quidquid hæretici ſuis aſſeclis miniſtrant, totum amarum & mortiferum eſt. Quo ſenſu Rabbanus Maurus libro 1. Comment. in (Rabban. Prov. 19.) Proverbia, explicat illa verba c. 19. n. 13. *Tecta peſtilentia, litigioſa mulier* flectens ad impios hæreticos, ita ut per mulierem litigioſam hæreſim interpretetur, & ſic ait; poſt multa de hac re. *Tecta peſtilentia, mundas quidem pluviæ guttas accipiunt, ſed in domo ſordidas reddunt, & hæreticus limpidiſſima oraculi verba auditus corporis audit,*

audit,at ubi hæc corde polluto attigerit , auditoribus ſuis mixta miniſtrat.

161. *Cum præſul ruit , facile grex deficit.* Secundò , ut habet Text. *Et nomen ſtellæ dicitur abſynthium & facta eſt tertia pars aquarum in abſynthium.* Quid habet commune ſtella cum aquis, ut ſcilicet cùm ſtella dicatur abſynthium, etiam aquæ in illud vertantur , ut abſynthium dicantur. Nonne *aquæ populi multi* ? Stella ut ſuprà diximus Prælatum deſignat ; non ergo mirum , ſi ſtella dicatur , vel propter hæreſim vel propter grave aliquod peccatum abſynthium ; quod etiam aquæ in illud convertantur , quia à præſule Eccleſiæ labente , ejus grex facilè à recta via deficit,& cadit,pro quo ſcribit Primaſ. *Quia ruina majorum , ait , ſolet vexare quamplures , ideo ſuper partem fluminum . & fontium ſtellam memorat cecidiſſe ; cujus nomen abſynthium, pro grandi amaritudine ponitur ; talibus namque cadentibus , plures novimus infirmari , & peſſima doctrinæ mutatione corrumpi.*

Primaſius.

162. Aretas. Tertiò, docet Aretas , Abſynthium vim oculorum maximè acuit , ut ſplendidius videant ; quod etiam in præſenti rectè convenit , nam exorta hæreticorum tempeſtate Eccleſia maximè proficit , ſplendidiores doctrinæ ac veritatis radios,mediis conciliis, ac doctoribus undequaque emittens : Ipſa hæreticalis calamitas maximè Eccleſiæ ; ejuſque filiorum viſum acuit ad hæreticorum perverſitatem refutandam , arguendam ac conculcandam. Sic ait citat. Aret. *Transmutat autem in eo quod ſalutari mox per amaritudinem viſum ſibi corroborent.* Nam ut ait Paul. 2.Cor.4.n.6. Jubet namque Deus. *De tenebris lucem ſplendeſcere.* Et ut ait D. Hilar. l. 7. de Trin *Proprium hoc Eccleſiæ eſt , ut tunc vincat , cùm læditur , tunc intelligat , cùm arguitur.* Et Nazianz.orat. in funere Patris. *Calamitas inventrix eſt ingenioſa.* Et D. Ambroſ. cap. 2. Enarratio in Job. *Job in ſterquilinio myſteria loquitur.*

Hæretica impugnatione lucet & ſplendet Eccleſia. 2. Cor. 4. D. Hilar. Nazian. D. Ambr.

163. Habac. 1. *Tribulatio & plaga illuminant intellectum.* Ait Habacuc. Propheta 3. n.11. *In luce ſagittarum tuarum ibunt in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ.* Quænam connexio ſagittarum cum luce , & haſtæ cum ſplendore ; ſagitta transfigit , haſta vulnerat, & cruentat. quomodo ergo habent lucem , & ſplendorem ; ut Deus peccatorem in ſuis vitiis demerſum , à tanta miſeria eruat , ipſum percutit , & ſagittat jaculis tribulationum , quæ pro luce,ac ſplendore inſerviunt ei , ut ſuam miſerrimam conditionem recogitet , & ſe totum ad Deum convertat. Rupertus ibi. *Sagitta tua , ait , & fulgurans haſta tua , id eſt plaga tua , & eruditio tua lumen populo tuo præbuerunt.*

Rupert.

164. Jerem. 46. Ait Jeremias 16.num.20. *Vitula elegans, atque formoſa Ægyptus : ſtimulator ab Aquilone veniet ei.* Ac ſi dixiſſet , Ægyptus valdè perſimilis eſt vitulæ pingui, formoſa ac, laſcivienti, quæ maximè jugum recuſat , & poſt amores ſuos ire pergit : At ab Aquilone à quo panditur omne malum. Jerem. 1. num. 14. Doctrinæ ſtimulus occurret ei,|ab ipſo enim calamitatis malo, cum pungat ac exagitet , tanquam ab optimo præceptore edocta cogitur jugum ſuſcipere.

Jerem. 1. *Calamitas. optimus magiſter erudiens.*

165. Pro quo maximè facit, quod cùm in exordio ſuæ legationis Moyſes Pharaoni loqueretur. *Hæc dicit Dominus Deus Iſraël , dimitte populum meum , ut ſacrificet mihi.* Tunc Barbarus reſpondet. *Quis eſt Dominus ? ut audiam vocem ejus & dimittam Iſraël. Neſcio Dominum , Iſraëlem non dimittam.* Exod 5. num. 1. Et tamen ipſe

Exod.5.

poſtea multis calamitatibus , ac plagis vexatus , jam modeſtus , ac quaſi pius , & fidelis ait ; Exod.8. num.8. *Orate Dominum,ut auferat ranas à me* Et n. 29. *Ego dimittam vos , ut ſacrificetis Domino Deo veſtro* , &c. *rogate pro me* Septuag. legunt. *Orate pro me ad Dominum.* Ecce qui paulò antea Deum ignorabat , & pernegabat , unde illi , ut Dominum confiteatur , ac tam citò ejus opem,& auxilium imploret? non mirum;flagella , ac plagæ tantam eruditionem dare ſolent ; ut qui antea Dominum negabat, modo flagellatus Dominum confitetur. Orig. hom.3.in Exod. *Audi , quid reſpondet princeps hujus mundi , neſcire ſe Deum dicit : Vides quid agit cruda ſuperbia ? donec in laboribus hominum non eſt , & cum hominibus non flagellatur. Denique videbis eum paulo poſt , quantum proficit in flagellis , quantò melior verberatus efficitur. Iſte , qui modo dicit.* Neſcio Dominum. *Poſtea cùm vim ſenſerit verberum dicturus eſt.* Orate pro me Dominum : *Ecce Pharao duriſſimus , tamen proficit verberatus.* Vide ſuprà c. 3.q. 48.n. 430.

Plagæ & labor dant eruditionem. Exod. 8. Septuag. Origen.

Apoc. 8. *n.* 12. Et quartus Angelus tubâ cecinit & percuſſa eſt tertia pars ſolis,& tertia pars lunæ, & tertia pars ſtellarum , ita ut obſcuraretur tertia pars eorum,& diei non luceret pars tertia, & noctis ſimiliter.

Num. 13. Et vidi , & audivi vocem unius Aquilæ volantis per medium Cœli dicentis voce magna væ, væ , væ , habitantibus in terra , de cæteris vocibus trium Angelorum , qui erant tuba canituri.

VERSIONES.

Syrus n. 12. Et ille quartus Angelus tuba clanxit , &c. ut obtenebraretur tertia pars earum , & obtenebratæ ſunt : ut & dies non luceret tertia parte ſui, & nox eadem ſimiliter.

Arabicus. Denique quartus Angelus clanxit buccina , & obſcurata eſt ob id tertia pars ſolis , &c. tertia pars earum obtenebrata erat, & non apparebat , & dies erat ſimilis nocti.

Arias. Et dies non luceret tertiam partem ſui, & nox ſimiliter.

T c *Primaſius.*

Primaſius. Ut minus lucerent, & dies eandem partem omitteret, & nox ſimiliter.

Syrus. n. 13. Et audivi aquilam unam volantem in medio caudæ, quæ ſanguinem habet, dicentem voce magnâ: væ, væ, væ, qui habitant ſuper terram à vocibus reliquarum tubarum illorum trium Angelorum, qui clangent.

Arabicus. Et vidi, atque audivi Angelum, quendam volantem ter dicentem væ incolis terræ, è reliquis clangoribus trium buccinarum, & è tribus illis Angelis qui ſunt iis canturi.

Arias. De cæteris vocibus tubæ trium Angelorum futurorum clangere.

Vatabl. Pagn. Andr. Cæſ. Vidi unum Angelum volantem per medium Cœli.

EXPOSITIO VIII.

165 ET *quartus Angelus tuba cecinit.* Quartus nempe ordo Prædicatorum prædicare, & clamare cœpit, malum, quod ex hæretica pravitate ac peccatorum nequitia reſultavit; *& tertia pars ſolis percuſſa eſt, & tertia pars lunæ, & tertia pars ſtellarum.* Æ[ni]gmaticè ſol nobis dicit ſummum Eccleſiæ ordinem, ut Pontificum, ac Prælatorum; Luna medium, ut cæterorum Eccleſiaſticorum ac Religioſorum; ſtellæ verò infimum, ut totius populi Chriſtiani; in quibus omnibus lux fidei, & claritas Chriſtianæ virtutis, cùm debuiſſet creſcere, decrevit, & imminuta eſt, *ita ut obſcuraretur tertia pars eorum:* In illis enim magna eorum pars eſt obtenebrata. *Et diei non luceret tertia pars & noctis ſimiliter.* Per dies denotatur publicum & manifeſtum ſicut per noctem id quod eſt privatum, ac occultum, publica enim ad inſtar diei ſunt; privata verò & ſecreta uniuſcujuſque ad inſtar noctis, & ſic obſcurata ſunt illa luminaria ut nec in publico nec in ſecreto lucerent.

Quid ſol, luna, & ſtellæ, ſignificent.

167 *Et vidi, & audivi vocem unius aquilæ volantis per medium Cœlum.* Aquila frequenter in Scriptura ob ſuam velocitatem, ac perſpicaciam indicat futura mala, quæ venient è longinquo: Ac proinde hìc aquila denotat intimationem ac teſtificationem in Apocalypſi factam de tribus ſequentibus Angelis qui ſunt tuba canturi, ex quibus multa mala provenient in orbe. Et ideo tripliciter ingeminat Aquila *Væ* ob gravitatem ipſorum malorum quæ futura ſunt, ut videbimus.

Quid ſignificat Aquila.

QUÆSTIO XVII.

Quare quarto Angelo canente tanta obtenebratio fit in mundo, ut obſcuretur tertia pars ſolis, lunæ, & ſtellarum?

TOta quæſtio intendit, quidnam in præſenti ſignificetur nomine ſolis, lunæ & ſtellarum. Et primò Aureolus, & Lyranus per iſtum Angelum accipiunt Eutychetem, & Neſtorium hæreſiarchas: Ille in Chriſto conſtituit unam tantùm naturam permixtam ex Deitate, & humanitate, hic verò in eo poſuit duas perſonas, unde negavit Chriſtum hominem eſſe Deum, ac B. Virg. eſſe Deiparam; ſed non benè per Angelos hujuſmodi hæreſiarchæ exprimuntur, nec hìc alia ſymbolica eis aptè conveniunt; de quibus hìc agitur. 168 *Aureol. Lyran.*

Secundò, Alcazar hæc accipit de ignorantia, & excæcatione, qua Judæi à Deo percuſſi ſunt, Chriſtum enim Dominum Mundi lucem, nec viderunt, nec receperunt; obcæcati enim non viderunt ſolem, id eſt non cognoverunt Deum Trinum, & unum; nec lunam id eſt humanitatem Chriſti, nec ſtellas id eſt Apoſtolos eorúmque Evangelicam doctrinam; & tertia pars ſyderum dicitur obſcurata, quia manſit in eis aliqua Dei cognitio per creationem, ac ejus opera; tamen major cognitio legis, & Prophetarum eſt obtenebrata, ut non intelligerent, nam ſi rectè intelligerent Chriſtum Dominum, ut verum Deum ac Meſſiam cognoviſſent, & recepiſſent. Hæc & alia, Alcazar in præſenti, quæ interpretatio non eſt genuina, quia hìc nihil de Judæis agitur, eiſque non poteſt convenire ſymbolum ſolis, lunæ & ſtellarum: Quis non videt verba ſacra denotare aliquam lucem ademptam eſſe ſoli, lunæ, & ſtellis ex ea quam jam habebant: At Judæi refractarii nunquam veram de Chriſto cognitionem habuerunt, ac proinde eis ænigma non poteſt adaptari. 169 *Alcazar.* *impugnatur.*

Tertiò Ribeira, Cornelius, Menochius, Tyrinus, exiſtimant hæc ad litteram ut ſonant accipienda eſſe, & ita Cornelius. Verè enim in fine mundi obſcurabitur ſol, luna, & ſtellæ, ut vidimus, *cap. 6. verſ. 12. ita ut diei non luceat eorum tertia pars, id eſt ut dies æquè ac nox tertia parte fiat obſcurior ſolito.* At hæc ſententia non ſubſiſtit, Quia hoc ænigma, ex jam probatis patet: quod non poteſt accipi ad litteram ut ſonat: & confirmatur, quia jam cap. 6. num. 12. ut fatetur Cornel. hoc annuntiatum eſt de obſcuritate luminum, cur ergo hæc iterum in eadem viſione continua annuntiantur? Et in eam tautologiam admittitur. Et confirmatur 2. ut dicitur in text. *Et diei non luceat tertia pars, & noctis ſimiliter.* Ubi *diei* eſt in caſu gignendi, ſicut & noctis, ergo ſi dies brevior erit, neceſſe eſt ut nox ſit longinquior. Ex text. patet, quod tertia pars diei & noctis erit ſimiliter, & æqualis. 170 *Ribeira. Cornel. Menoch. Tyrin.*

Tertia ſententia, quam tradunt Richardus de ſancto Victore, Cœlius, Pannonius, Viegas & alii per hunc Angelum quartum Prædicatorum ordinem intelligunt; videns ſcilicet hoſtis antiquus 171 *Rich. Cœl. Pannon. Viegas.*

antiquus, nec per Judæorum adverſitatem; nec per tyrannorum perſecutionem, nec per hæreticorum pravitatem, Evangelicam Prædicationem poſſe impedire, adjungit hypocritarum ſimulationem, & dicitur tertia pars ſolis, lunæ & ſtellarum obſcurata. Tertia pars ſolis, quia Chriſtus ſol juſtitiæ, qui in fidelibus reſplendet, in multis amiſſo fidei lumine non lucet, tertia pars lunæ, hoc eſt bona pars Eccleſiæ deficit: Similiter tertia pars ſtellarum, hoc eſt Eccleſiæ doctorum eiſdem tenebris implicita non micat: Ita Viegas, aliter rem explicat. Richard. Victorinus. *Tertia pars ſolis*, ait, *percuſſa eſt*, *id eſt*, *ſenſus humanus in hypocritis obſcuratus eſt: tertia pars lunæ, id eſt juſtitia eorum, quæ deberent per augmentum creſcere: & tertia pars ſtellarum, id eſt virtutes eorum, quæ deberent multipliciter lucere, ut obſcuraretur tertia pars eorum, id eſt univerſa claritas in converſione hypocritarum.* Hæc ſententia licet videatur plauſibilis, tamen non rectè explicat quomodo in hypocritis dicatur obſcurata tertia pars ſolis, lunæ & ſtellarum, nam ſi per ſtellas accipiuntur Doctores, hi jam intelliguntur ſub tertia parte lunæ, hoc eſt Eccleſiæ, ſicut etiam ibi denotantur Pontifices, & Prælati.

In hypocritis omnia tenebroſa. Richard.

172. *Vera ſententia.* Joachim. Albert. Hugo. Gagn. Ferrar.

Quarta vera, ac genuina ſententia, quam tuentur Joachimus Abbas, Albert. Magn. Cardinal. Hugo, Gagnæus, Ferrarius, quod hic ſcilicet explicantur mala eventura mundo, & inter cætera, hoc eſt graviſſimum quod continget omnibus Eccleſiæ ordinibus expreſſis ſub ſole, luna, ac ſtellis, dum à ſua primæva juſtitia ſanitate, ac fervore cadunt, ſol ænigmaticè nobis dicit ſummum Eccleſiæ ordinem, luna medium, ſtellæ infimum.

173. *Prælatus non varietur per incrementa.*

Sol ergo denotat majores Prælatos, ut Pontifices, quia, ut inquit Albert. Magn. ſol totum mundum illuminat; ſic & Prælati lumina ſunt aliorum. *Vos eſtis lux mundi.* Matth. 5. Secundò, quia ſol non variatur per incrementa, & decrementa, ſed idem ſemper ſtat; ſic Prælati debent eſſe ſtabiles, ut nec adverſitate, nec proſperitate moveantur, nec maledictione, nec benedictione. Eccleſiaſt. 26. n. 12. *Homo Sanctus in ſapientia manet ſicut ſol.* Tertiò, quia ſol non dedignatur ſervire minori, ſcilicet terræ, quam ornat ſpeciebus diverſis; ſic Prælati debent eſſe miniſtri omnium ad exemplum illius veri ſolis, qui venit miniſtrare, & non miniſtrari.

Eccl. 27.

174. *Populus ſuis operibus laudet Deum.*

Per lunam verò intelliguntur cæteri Eccleſiaſtici, ſic illi qui à Prælatis recipiunt lumen poteſtatis & juriſdictionis in ſuo ordine. Per ſtellas verò denotatur reliquus populus Chriſtianus. Nam ſtellæ ſunt ornatus Cœli, ſic & ipſi ornatus Eccleſiæ: ſtellæ parvæ apparent: & ipſi in Eccleſia parvum ſtatum habent. Item ſtellæ ſuis motibus ſuum laudant creatorem; tales ſuis operibus ipſum laudant & glorificant.

175. Et dicitur percuſſa eſt tertia pars ſolis, & tertia pars lunæ, & tertia pars ſtellarum, & hoc fuit ſummum & maximum malum, quod annuntiatur in omnibus Eccleſiæ ordinibus, ſummo ſcilicet, modo & infirmo; & bona pars in unoquoque ordine percuſſa & vulnerata eſt, & non eſt neceſſe, quod iſtæ partes accipiantur æquales, ſicut & totus mundus dividitur in nobiles, ſeu principes, magiſtratus, ac plebeios, & tamen partes inter ſe non ſunt æquales, ſic & in præſenti, proindéque cùm dicitur tertia pars denotatur quod in unoquoque ordine magna pars ceciderit.

Tertia pars quomodo dicitur percuſſa.

176. *Ex Prælatorum lapſu certa eſt ruina ſubditorum.*

Et maximè notandum, quod dicitur in text. *Percuſſa eſt tertia pars ſolis, & tertia pars lunæ, & tertia pars ſtellarum.* Cur à ſideribus non incipit, dicens; percuſſa eſt tertia pars ſtellarum, deinde lunæ, tandem ſolis? modo reſolutum eſt à nobis ſolem Prælatos indicare; ecce cur non à ſideribus, ſed à ſole incipit referre percuſſionem, ac obtenebrationem; quia non ex inferiorum lapſu ſequitur ſuperiorum ruina, ſed ſuperiorum lapſus ruina eſt ſubditorum. Dionyſ. Carthuſ. *Percuſſa eſt tertia pars ſolis, id eſt Prælatorum, qui debent inſtar ſolis lucere, & calorem amoris divini in aliorum corde producere, tertia pars lunæ, id eſt Congregationis Eccleſiaſticæ, illis ſubjectæ, à quibus eſt illuſtranda, & tertia pars ſtellarum id eſt inferiorum, quibus ornatur Eccleſia, ſicut Cœlum aſtris; ita ut obſcuraretur tertia pars eorum, nam ex Prælatorum potiſſimè Epiſcoporum ruina, & impia vita inferiores iſti paſſi ſunt magnam divinæ illuſtrationis & gratiæ minorationem; ſplendorémque ſanctitatis, & famæ perdiderunt.*

Dion Carthuſ.

177. Luc. 22. *Salus Prælati ſalus eſt ſubditorum.*

Ait Chriſtus D. Luc. 22. n. 31. *Simeon ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum: ego autem rogavi pro te, ne deficiat fides tua.* Ecce omnes à Satana petuntur, & expetuntur diſcipuli & tamen Dominus cum maximè eſſet ſollicitus pro omnibus, pro ſolo Petro orat: nam ſalvo, & incolumi principe, omnes alii incolumes, & ſalvi ſupponuntur. D. Leo ſerm. 3. in annunt. *Commune erat*, ait, *Apoſtolis omnibus periculum qui de tentatione formidinis, & divinæ protectionis auxilio potenter indigebant: quoniam diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat elidere, & tamen ſpecialis à Domino cura Petri ſuſcipitur, tanquam aliorum ſtatus certior ſit futurus, ſi mens Principis victa non fuerit.*

D. Leo.

178. 4. Reg. 2.

Ecce currus igneus, & equi ignei diviſerunt utrumque: & aſcendit Elias in Cœlum. 4. Reg. cap. 2. n. 11. Ecce magnus Parens Elias rapitur curru igneo, igneaúmque flammarum fit moderator, & auriga, cur ergo flamma vorax, habens in ſe pabulum paratum, nempe Eliam, jejuna eſt; nec vel modicum illi nocere ſcivit? cur flamma præſente pabulo ſe reprimit? unde tibi jejunium impreſſum eſt; Ex eo quod currus habenas dedit Eliæ, & aurigam jejunatorem vidit ignis ſtatim vorantia flammarum ora, quæ aliàs omnia conſumebant, ſe continent ac reprimunt à jejunante moderatore? tota flammarum voracitas evanuit & ab eo diſcit ignis jejunium tenere. Huc ſpectat D. Ambroſ. lib. de Elia, cap. 2. dicens. *Quis humana virtute equos igneos, currus igneos potuiſſet aſcendere, regere currus aëreos, niſi qui naturam humani corporis, incorruptibili jejunii virtute mutaſſet.* Ex quo patet, quanta Principes, & Prælati juſtitia teneantur, ſubditis exhibendo exemplo proſpicere, præcipuè cùm de illorum exemplo ſubditorum facta honeſtatem accipiant.

Exemplum Prælati maximè movet ſubditos. D. Ambr.

Quæstio XVIII.

Quare hîc introducitur Aquila clamans Væ, & quid ſignificetur per talem aquilam?

179. Alcazar. PRincipaliter quæſtio inquirit, quid hæc Aquila clamans voce magna ſignificet, & Primò Alcazar affirmat hanc Aquilam, eſſe doctrinam Evangelicæ ſapientiæ per medium Cœli, id eſt per medium Eccleſiæ inclamantem *Impugnatur.* Judæis ter *Væ*; primum concupiſcentiæ; ſecundum iræ; tertium obdurationis; ſed cur non inclamavit etiam Væ ignorantiæ, quæ non fuit minus nociva; & quæ magis poſt concupiſcentiam poni debuit? & ut ſæpè jam diximus hîc non eſt ſermo de Judæis.

180. Joachim. Secundò, Joachim. Abbas per hanc Aquilam interpretatur S. Gregorium Pontificem magnum, qui floruit anno Domini 590. & multa *Impugnatur.* moralia compoſuit ad correctionem populi Dei. At S. Gregorius non eſt iſta Aquila, tum quia primum væ nuntiare non potuit, quod tempore ipſum præceſſit, ut cap. ſequenti videbimus, & ob alias multas rationes, quæ facilè excogitari poſſunt.

181. Beda. Ticon. Ribeira. Cornel. La Haye. *Impugna.* Tertiò, Beda, Aretas, Ticonius, per Aquilam, ut multi Codices Græci habent *Angelum*, pro indéque iſti Auctores, Ribeira, Cornelius, La Haye, intelligunt aliquem Sanctum, & cœleſtem Prophetam quem Deus in fine mundi excitabit, ut hominibus toto orbe exiſtentibus prænunciet tres ſequentes plagas, atque Antichriſti adventum imminere; ſed cum his pugnat, quod primum & ſecundum Væ, non ſpectat ad finem mundi; ſed ad multa jam facta, & quæ modo fiunt, & fient poſt nos, & inter illa tria væ comprehenditur totum tempus, quod à quarto ſæculo, ad finem uſque mundi decurret, quod eſt tempus multorum ſæculorum.

182. Lyran. Aureol. Viegas. Quartò Lyran. Aureol. Viegas in hac Aquila exiſtimant intelligendum eſſe ipſummet Joannem, qui Aquila jam dictus eſt ſupra & ubique præ ſe fert ſymbolum Aquilæ, potuit enim in viſione imaginaria ipſemet repræſentari per Aquilam clamantem iſta tria væ, & ſic ipſemet, ut Aquila volans per medium Cœlum hîc voce magna tantæ hujus revelationis dicens, *Væ, Væ, Væ*, quæ referuntur ad tres ſequentes plagas per tres ſequentes Angelos inferendas; quæ ſententia altius eſt explicanda & examinanda.

183. *Aquila ſæpè in Scriptura denuntiat malum.* Pro vera intelligentia ſupponendum eſt, quod Aquila in Sacra Scriptura, ob velocitatem, ac perſpicacitatem denuntiat mala in longum tempus eventura. Deut. 28. n. 49. *Adducet* Deut. 28. *Dominus ſuper te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus in ſimilitudinem Aquilæ volantis* Jerem. 4. *cum impetu.* Jerem. 4. n. 13. *Ecce quaſi nubes aſcendens, & quaſi tempeſtas currus ejus: velociores Aquilis equi ejus. Væ nobis, quia vaThren. 4. ſtati ſumus.* Thren. 4. n. 19. *Velociores fuerunt perſecutores noſtri Aquilis Cœli.*

184. *Promulgatio hic facta in Apocalypſi eſt hæc Aquila.* Cùm ergo calamitas hîc denuntiata per tria *Væ* maximè futura ſit in longinquum curſu celerrimo, ac patenti: Ideo hic introducitur Aquila volans per medium Cœli: Quæ Aquila nihil aliud eſt, quàm prænunciatio, intimatio, ac promulgatio hic facta in Apocalypſi ſequentium calamitatum, quæ introducendæ ſunt per tres tubas trium ſequentium Angelorum; & ad has tres calamitates reſpicit illud *Væ* tripliciter hîc proclamatum. Indéque ſub allegoria Aquila ponitur, tanquam nuntius divinæ præſcientiæ, ac Prophetiæ, eorum, quæ ſequuntur, quæ celerrimum habebunt curſum & volatum.

Sed dices, quare Deus non eſt hîc uſus voce 185. Angeli, vel tubæ, ſed unius aquilæ volantis per medium Cœlum. Rectè reſpondet Ferrarius, quod ſcilicet tam triſtis nuntius benè miſſus eſt per vocem avis, quæ valdè afficitur ad ſuos pul- Deut. 32. los juxta illud Deuter. 32. n. 11. *Sicut Aquila provocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas. Et aſſumpſit eum, atque portavit in humeris ſuis.* Ut inde oſtendatur *Cur hæc vox proclamatur non per Angelum, ſed per Aquilam.* ſumma Dei commiſeratio erga genus humanum; ideò hîc introducitur vox grandis, & valdè triſte ſonans, ut eſt vox aquilæ præ cæteris avibus, ita ut vox ejus percipiatur ab omnibus cum pronuntiat calamitates, quæ ad omnes pertinent, inhabitantes terram; ejus etiam volatus oſtendit decurſum miſeriarum, non ſolùm in longinqua terrarum; ſed etiam in longinqua temporum, ac ſæculorum pro quo maximè facit acies oculorum Aquilæ longinqua videns.

Et ne quis putaret, tot ſcelera ac crimina 186. hominum impunita Deo placere; recogitet in præſenti Joannis hîc ſtylum. Corrumpuntur arbores, igne concepto num. 7. Pereunt miſerè naves, & nautæ mari turbato n. 9. Turbantur *Teſtatur Dei Providentiam tempeſtas rerum humanarum.* fontes veneno conjecto n. 11. Horret Cœlum tenebris obductum n. 12. Nec ſunt homines, quos non premat tempeſtas rerum ſæva adeo, ut gemitus ab Angelo exprimatur in præſenti. *Væ, Væ, Væ, habitantibus in terra*, &c. Quò tanta rerum acerbitas? Ad inſtruendum quod Deo cura eſt de peccatis hominum, ut ait Rupertus Rupert. lib. 5. in Apocal. *Duplex igitur Deo ratio puniendi eſt: Una ne credatur lenocinari peccantibus, altera ne creſcant crimina impunitate ſcelerum.* Nam ut ait D. Aug. q. 39. ex 2. p. in Novum D. Auguſt. Teſtam. *Qui non arguit quem poteſt, delinquendi præſtat fomitem.*

Determinans Paulus in ſchola Chriſti Co- 187. rinthia reum notæ improbitatis cenſura ferire, ait 1 Cor. 4. n. 4. *Congregatis vobis cum virtute* 1. Cor. 5. *Domini noſtri Jeſu, tradere hujuſmodi Satanæ, in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit.* Poterat *Probare improbum magiſter videtur, qui non punit.* quidem Paulus hominem punire ſua manu, tamen morum Præfectis in Senatum collectis. *Congregatis vobis* negotium aliis, multiſque hominibus demandat, ne aliorum culpa tanquam reus notarentur, cum hujuſmodi ſcelera tum in ſchola permitterent; ſatis inſinuans culpari magiſtros culpa aliena, quaſi aſſentientes; ſi nolint punire, quod poſſunt, citatus D. Auguſt. D. Auguſt. *Ut conſpirantes ejicerent illum de cœtu ſuo: ne viderentur conſentire ejus operibus.*

Forſitan hac de cauſa puniens Deus blaſ- 188. phemum mandavit. *Educ blaſphemum extra caſtra, & ponant omnes qui audierunt, manus ſuas ſuper caput ejus, & lapidet eum populus univerſus* Levit. 24. num 14. Cur delata pu- Levit. 24. niendi culpa tam multis hominibus committitur, & non uni vel alteri miniſtro, ut communiter fit in aliis criminibus Salvianus Salvian. lib. 1.

Quæ quiſque punit vitare tenetur.

lib. 1. ſic ait. *Ne qui poſtea admitteret, quod omnis in uno populus vindicaſſet.* Tamen in præſentiarum illud eſt notandum, mandatum eſſe multis hominibus curam puniendi, ut probarent functo ritè officio longe ſe abeſſe à ſceleribus, quæ punirent. Proindéque pro totius populi gloria & honore, tam execrabilis pœna commiſſa eſt omnibus, ut omnes à tali culpa haberentur alieni; cum omnes talem culpam damnantes punirent.

189. Cant. 1.

Inde vox illa eſt in Cant. Cant. 1.n. 7. *Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi,* &c. Itane ſponſus ſponſam, & medullitus amatam pungit; ſi venuſtatem commendat illud ingerens: *O pulcherrima.* Cur eam abire, ac egredi mandat, ac ſi neſciret, quid ad rectè vivendum faciat. *Si ignoras te, &c.* ſed divinus ſponſus non ita affectu rapitur ut quod juſtè corrigendum ſit, non corrigat; cur autem id faciat ſcitè Auguſt. in Commentar. c. 11. Ubi de ſchola Chriſti ſermo eſt. *Correptionibus eam reprimit, ne impunitate inflata deſideat.* Ne leves quidem nævos ſua in ſponſa patitur Deus, ne & nos in noſtris familiaribus patiamur, ne eorum crimina nobis imputentur. Mater ſcelerum impunitas eſt.

Mater ſcelerum impunitas. D. Auguſt.

QUÆSTIO XIX.

Qua e Aquila ter repetit Væ?

190. *Gloria electorum reprobis eſt in majorem pœnam.*

UT jam dixi ter Aquila multiplicat *Væ* reſpiciens ad illas tres calamitates & oppreſſiones, quæ inducendæ ſunt à tribus Angelis ſequentibus, canentibus ſuis tubis. Dices, quomodo hoc poteſt ſtare cum tertio Angelo canente cap. 11. n. 15. cum gloriam beatorum denuntiet, in gloria autem Sanctorum, nullum væ reperitur. Objectioni occurrit Albert. Magn. *Poteſt eſſe, ait, quod gloria electorum quam ille nuntiat, erit augens pœnam reproborum, dum videbunt, quantam gloriam amiſerunt.* Sine dubio gloriâ electorum, cujus jacturam ſua culpa fecerunt reprobi, cedet ipſis in majorem cruciatum & tormentum.

Albert. Mag.

191 Aretas. *Angeli teſtantur ſuo modo de perditione malorum.*

Secundò Aretas *Tripliciter væ, ait, propter cæleſtium erga nos condolentiam, propter quam etiam potiſſimum væ ipſis triplicatur, ad ſignandam lamentationem maximam, quam noſtri gratia ſuſcipiunt, tanquam ob ſuos conſervos, id óque contigit, ut illi affluenti triſtitia afficiantur.* Ter pronuntiat Aquila *væ* propter Angelorum condolentiam qui de malorum perditione, aliquali, quantum dici poteſt, afficiuntur mœſtitia.

192. Hugo.

Tertiò, Cardinalis Hugo. *Triplex væ erit malis, quia væ animæ, væ corpori, væ conjuncto, triplex væ propter pœnarum multitudinem, quæ erit in inferno, vel inſeparabilitatem, vel univerſalitatem; triplex væ vel propter pœnam damni, & pœnam ſenſus, & pœnam mali conſortii.* Triplex væ malis prædicitur. Ternarius numerus multitudinem ſive quaſi infinitatem denotat. Dicitur enim tria eſſe omnia: Unde antiqui ut ſignificarent principium, finem, & medium in Deum referendum: Tria ipſi in ſacrificio offerebant: Unde & quidam Philoſophus dicebat; ipſum omne ac omnia tribus ſunt definita: Ecce cur væ triplex prominatur, ut innuatur, nullam eſſe maledictionem, & infelicitatem; quæ eos non involvat & notanda verba Hugonis. *Triplex væ, vel propter pœnam damni, vel pœnam ſenſus, vel pœnam mali conſortii.* Tam gravis eſt una mala ſocietas, ut cum pœna damni, vel ſenſus in inferno computetur. Quatrò, & ultimò, Aquila ter inclamat *væ* ad denotandam totius ſanctiſſimæ Trinitatis indignantiam. Ut aliqui moralizant.

Væ mala ſocietas cum pœna damni vel ſenſus computatur.

Et ait Aquila. *Væ, Væ, Væ habitantibus in terra*; ingeminat ſuper habitantes in terra, quo notantur homines, domum, ſeu cor, in terris habentes, terrena diligentes, qui de mundo ut cives cogitant. D. Ambroſ. *Non omnes, ait, homines comprehendit; ſunt enim in terris poſiti quorum converſatio in Cœlis eſt: ſed eos, quos terrenæ converſationis affectus, & hujus ſæculi gratia vicerit.* 193

Terrenis hominibus ſumma miſeria denuntiatur.

194

Narrat ſcriptor Canonicus, quod Caïnus. *Egreſſus à facie Domini, ædificavit civitatem, vocavitque nomen ejus ex nomine filii ſui Enoch.* Geneſ. 4. num. 16. & 17. In quo loco duo maximè veniunt examinanda, & primum, quod in terris urbem & non caſam extruxerit, urbemque ab Enoch appellatam voluit; nam Enoch Hebraïcè dedicatio eſt, Latinè autem initiari, auſpicari dicit, ac ſic Caïnus morari in terris non peregrinari vellet; ut nobis exprimit D. Auguſtin. interpretat. lib 15. de Civitate cap. 22. *Cujus nomine, ait, terrenam condidit civitatem non peregrinantem in hoc mundo, ſed in ejus temporali pace & felicitate quieſcentem.* Altera ratio & maximè ad noſtrum ſcopum quod ejectus Cain à facie Domini urbem ædificavit: *Egreſſus à facie Domini, &c.* Tunc civitatem extruxit, cum ejectus eſt à facie Domini ac ſi Caïnus ad Deum nihil pertineret, ſpe jam profectæ fortunæ beatiſſimæ, ſolus enim qui hanc ſpem projecit de terrenis curat, & urbem ædificat, Rupertus lib. 4. in Geneſ. c. 11. *Profectus, ait à facie Domini, nec habens ſortem in civitate ejus cæleſti.* Quod à D. Greg. explicatur lib. 16. moral. cap. 5. *In terra fundamentum poſuit, qui à ſoliditate æternæ patriæ alienus fuit.*

Gen. 4. D. Auguſt. *De terra agit qui de Cœlo non cogitat.* Rupert. D. Greg.

Veniens Jacob in Ægyptum, introductúſque ad Pharaonem interrogavit eum. *Qui ſunt dies annorum vitæ tuæ? Reſpondit: Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum ſunt, & non pervenerunt uſque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati ſunt.* Geneſ. 47. num. 8. & 9. Quid agis Jacob, Pharao tantùm interrogat numerum tuorum annorum, nihil de vitæ tuæ peregrinatione rogat, nec de tali re verbum habet, ad quid non ſolùm tuam, ſed etiam avorum tuorum peregrinationem in medium proponis, ad quid præter interrogata reſpondes? Cognoſcebat ſe Jacob maximè adſtrictum, ac obligatum Pharaoni, ob tot cumulum honorum, ac dignitatum in Joſeph filium collatum, obque tantam benignitatem, qua ipſum, cum tota ſua ſobole, ac progenie excipiebat, & ut tantis beneficiis ſe gratum exhiberet, erga Regem, ei ante oculos objicit ſuam ſuorúmque avorum peregrinationem, ut Princeps, qui ut rerum Dominus neſciebat, vel ſaltem non meminerat, ſe eſſe in terris peregrinum, ut inde de ſua peregrinatione cogitet Rex & ſciat ſe non habere hîc permanentem ſedem, ſed aliam altiorem, & futuram inquirendam, 195

Geneſ. 47.

Rupert. Rupertus lib. 9. in Geneſ. cap. 18. *Et ſenſu percunctationem Regis, vera correctione ſupplevit.*
Seneca. Ac ſi Jacob debuccinaret in aula, quod Seneca ſuum ad Lucilium Epiſtol. 102. *Quidquid, Princeps,* ait, *circa te jacet rerum tanquam loci hoſpitalis ſarcinas ſpecta; tranſeundum eſt.*

166. Poſt luctam Jacob cum Angelo initam, pede
Geneſ. 32. malè preſſo claudicabat, ait Text. Geneſ. 32. num. 31. *Ipſe verò claudicabat pede.* Jacob uno pede turpiter contracto, altero tantùm terram premebat: Quomodo Jacob poſt luctam cum Angelo, ac ampliſſimam benedictionem *Terram vix tangit qui Cœlum amat.*
ab eo acceptam in talem claudicationem incurrit, cum potius ab ipſa benedictione omnia bona in eum defluxerint; & quia tantis bonis Cœleſtibus erat cumulatus, inde claudicabat pede; certus enim de bonis ampliſſimis, pedem à terris avellit, & affectum terrenum Rupert.
exuit, ut adhuc in vivis exiſtens vix terram tangeret, Rupertus lib. 8. in Geneſ. cap. 9. *Iſte claudus ſalit, & aſcendit ut cervus, terramque vix tangere dignatur, nam converſatio ejus in cœlis eſt.*

CAPUT NONUM.

PROSEQUITUR Joannes tertiam hujus operis viſionem, & in ſuperiori capite ex ſeptem Angelis, quos cum tubis in Cœlo aſpexerat, quatuor tantùm explicavit; hoc verò caput à verſiculo primo, Quinti Angeli narrationem ponit; & cadit de Cœlo ſtella, quæ puteum abyſſi aperuit, & prodeunt monſtruoſæ locuſtæ, deinde à num. 3. introducitur ſextus Angelus tuba canens, & ſolvuntur quatuor Angeli ligati in Euphrate.

Apoc. 9. n. 1. Et quintus Angelus tuba cecinit, & vidi ſtellam de Cœlo cecidiſſe in terram, & data eſt ei clavis putei abyſſi.

Num. 2. Et aperuit puteum abyſſi, & aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ, & obſcuratus eſt Sol, & aër de fumo putei.

VERSIONES.

Syrus. n. 1. Et ille quintus Angelus clanxit.

Arabicus. Quintus Angelus clanxit buccina; & vidi ſtellam à Cœlo cecidiſſe, & data eſt eis clavis putei abyſſorum.

Arias. Vidi ſtellam de Cœlo lapſam.

Pagninus. Data eſt eis clavis voraginis.

Syrus. n. 2. Et aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis accenſæ.

Arias. Sicut fumus fornacis ardentis, & obtenebratus eſt ſol.

Arabicus. Aſcendit fumus de imo puteo.

Pagninus. Aperuit puteum voraginis.

EXPOSITIO I.

ET quintus Angelus Tuba cecinit, id eſt quintus ordo prædicatorum, ſeu quinto loco 1.
fides inſonuit præconio concionatorum in orbe propagata, & tunc maximè florens profligato idolorum cultu per Conſtantinum. *Vidi ſtellam cecidiſſe in terram*, magno ac præcipiti caſu. Stella hæc lucifer eſt, qui tanquam ſtella in exordio mundi è Cœlo cecidit. Iſai. 14. Quem Iſai. 14.
Joannes nunc ait, viſione imaginaria vidiſſe cecidiſſe, ut quæſtione 1. ſequenti explicabo.

Et data eſt ei clavis. Ex divina permiſſione 2.
facta eſt ei poteſtas ad hæreſim, ac errorum colluvionem per totum orbem diſſeminandum, præcipuè ultimis temporibus. *Putei* *Puteus abyſſi.*
abyſſi, Emphaticè denota magnam profunditatem; nam abyſſus ex Græca radice dicitur de re valde profunda, & per tranſlationem hîc denotat infernum; ut dicam quæſtione 1.

Aperuit puteum abyſſi Scilicet infernum, 3.
nam ab ipſo omnis error, ac hæreſis prodit, *Et aſcendit fumus ſicut fornacis magnæ*, hæc omnia

Fumus fornacis. omnia metaphorica, & ænigmata ſunt, fumus hic idem eſt ac publicatio, & evulgatio errorum, ac hæreſum, quæ tanquam fumus mentem obſcurant, & obtenebrant. *Et obſcuratus eſt ſol*, id eſt Chriſtus ſol juſtitiæ. Non in ſe ipſo, *non accedet ad te malum*, ſed talis obtenebratio deveniet ad ejus cognitionem, agnitionem, ad ejúſque gratiæ ſplendorem, ac nitorem. Aërque etiam obſcuratus eſt. Eccleſia nempe à tanta perſecutione; nam ſicut Aër à Sole illuminatur, ſic Eccleſia à Chriſto, vel ut alii exponunt. Obſcuratus eſt ſcilicet populus, qui à Prælatis tanquam à Sole illuminatur.

QUÆSTIO I.

Quid ſignificetur per ſtellam cadentem de cœlo cui data eſt poteſtas puteum abyſſi aperiendi?

4\. *Ribeira. Cornelius. Menoch. La Haye.*

Ribeira, & cum eo Cornelius, Menochius, La Haye, dicunt, quod iſta ſtella unus Angelus eſt è bonis, qui præſidet inferno, & è cœlo deſcendit habens clavem Abyſſi, id eſt habens poteſtatem aperiendi, & laxandi infernum. Claves enim infernalis carceris, non committuntur Lucifero, aut dæmonibus, utpotè damnatis, & incarceratis; ſed Angelis bonis, utpotè Dei ejúſque juſtitiæ miniſtris. *Impugna.* Tamen contra hanc doctrinam multa militant. Et primò, quia nulla eſt cauſa cur modo Angelus bonus vocetur hìc ſtella, & non potius dicatur Angelus, cùm paſſim in Apocalypſi de Angelis fiat mentio. Secundò Angelus bonus cùm deſcendit de cœlo ad aliquod opus, nunquam dicitur cadere, hæc enim locutio propriè ſpectat ad Satanam, qui dicitur cadere è cœlo, ut ſtatim dicam.

5\. *Alcazar.* Secundò, Alcazar, ait quod hæc ſtella ſignificat Judam proditorem, vel legem Moyſis, quæ quaſi puteus deſuper ruens Judæos oppreſſerit, & per occaſionem, ut idem dicit Alcazar concupiſcentias in eis excitaverit. Rom. 7. num. 7. *Rom. 7.* *Impugna.* Hæc tamen expoſitio valdè violenta eſt, nam quæ de hac ſtella dicuntur minimè Judæ conveniunt, nec etiam legi Moyſi, quam Judæi ſua malitia, ac perfidia obcæcati non intellexerunt, nam ſi intelligerent, Chriſtum verum Meſſiam, ac Dominum adoraſſent; juxta illud Joann. 5. num. 46. *Joan. 5.* *Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi.*

6\. *Ferrarius. Bellarmin.* Tertiò, aliqui varios hæreſiarchas ſub hac ſtella intelligunt. Ferrar. Arrium, Bellarm. Lutherum, alii Calvinum, & etiam alii, Mahometum, & quanquam ſub hac ſtella tales hæreſiarchæ aliquo modo accipi poſſunt; quia ipſis cadentibus facta eſt magna fidei Chriſtianæ ruina per peculiares ſectas introductas in orbe. *Impugna.* Ex quibus exorta innumera hæreticorum, tanquam locuſtarum examina; tamen cùm huic ſtellæ cadenti data ſit clavis, ſeu poteſtas ad aperiendum puteum abyſſi totam ſcilicet malitiam infernalem, videtur hìc per ſtellam denotari, quandam veluti rationem generalem ad omnes ipſas ſectas, errores, ac falſitates.

7\. Et ideo quartò, ac ultimò dicendum eſt cum D. Auguſtino, Beda, Pannonio, Ruperto, Richardo, Joachimo Abbate, Haymone, Alberto Magno, Gagnæo, Viega, & aliis per hanc ſtellam denotari Luciferum, qui communi locutione dicitur cadere de cœlo juxta illud Iſai. 34. num. 12. *Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui manè oriebaris.* Nam ex caſu ejus è cœlo præmiſſa eſt ei à Deo poteſtas ad aperiendum puteum nequitiæ infernalis tot malorum, errorum, ac hæreſum, quæ hominum mentes, tanquam caliginoſus fumus excæcant, ac obtenebrant. *D. Auguſt. Beda. Pannon. Rupert. Richard. Joachim. Haymo. Albert. Viegas. Iſai. 14.*

Dices; non videtur veriſimile, ſtellam de qua modo Joannes hìc agit, eſſe Luciferum, nam multò ante hoc tempus, quo talia Joanni manifeſtabantur, Lucifer è cœlo cecidit; in ipſo nempè mundi exordio, ergo ſtella, quam Joannes ſuo tempore vidit cadere, non eſt Lucifer. 8. *Objectio.*

Reſpondetur, quod objectio nullius eſt momenti: & primò Joannes non ait, vidi ſtellam de cœlo cadere; ſed *vidi ſtellam de cœlo cecidiſſe.* Quod ad tempus præteritum refertur; ita occurrit objectioni Pannon. & ante eum Rupert. in comment. hujus loci. *Quod, ait, ille cecidit; nullus hominum erat qui videret præter illum, qui in Evangelio ſuo loquitur dicens;* Luc. 10. n. 18. Videbam Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem: *Qui enim hæc dicit homo Chriſtus, prius erat Deus, quàm homo fieret; prius quàm ſtella illa, hoc eſt Lucifer ille caderet: imò priuſquam Angelus, aut creatura aliqua fieret. Bene ergo non ait, vidi cadere, ſed vidi cecidiſſe.* 9. *Solvitur.* *Rupertus.*

Aliter reſpondit & ſecundò Haymo, *De cœlo, ait, hoc eſt de Eccleſia cadit quotidie Satanas, quando ex gentilitate quidam convertuntur ad fidem, ſive ex parentibus Chriſtianis nati fonte baptiſmatis regenerantur, & Diabolo renunciant.* Cùm Satanas jam à tot ſæculis ceciderit de cœlo in terram, quid eſt, quod Joannes hìc dicit ſe eum vidiſſe de cœlo cadere? Quotidie tamen de cœlo in terram cadere dicitur, quando ſcilicet media fide, vel pœnitentia, ad Deum quiſque erigitur; Ita enim dolore afficitur Satanas dum quiſque ad Deum convertitur, ad Deúmque tendit, ac ſic quando ipſe de cœlo in terram cecidit. Solutio valdè moralis eſt. 10. *Haymo.* *Diabolus de cœlo in terram cadere dicitur, dum quiſque ad Deum erigitur.*

Tertiò & ultimò valdè genuinè reſpondit Viegas. Quod caſus iſte Luciferi poterit Joanni per viſionem imaginariam repræſentari. Etenim Joannes non ſolùm non vidit re ipſa cadere Luciferum, ſed nec etiam cecidiſſe; cùm ergo ait ſe vidiſſe ſtellam de cœlo cecidiſſe in terram, ſine dubio de caſu ſtellæ imaginario accipiendus eſt, quem per viſum conſpexit, ſicut & reliqua omnia, quæ in hoc volumine continentur: Ac proinde vidit intuitu imaginario Luciferum cadere, ut originem, ac radicem omnium malorum ac Hæreticorum. Undè David Pſal. 77. *Immiſſiones per Angelos malos.* Vix datur cauſa laboris, ac afflictionis humanæ, quam non moveat, vel ſaltem conjicetur nequitia ſpiritualis Diaboli. 11. *Viegas.* *Diabolus omnium malorum cauſa.* *Pſalm. 77.*

Idem Regius Vates decantat, Pſalm. 128. n. 1. *Sæpe expugnaverunt me à juventute mea, ſæpè expugnaverunt me.* Expugnatum ſe á juventute queritur; non tamen explicat cauſam vel manum, per quam expugnatur; An verò ſi per Saülem, vel Philiſthæos, vel per quemcumque alium, ſed tamen ſemel, & iterum ſe impugna- 12. *Pſalm. 128.* *Malum quod accidit à Diabolo originatur.*

tum dicit; quia ſupponebat, ut notum & manifeſtum quod in omni impugnatione externa dabatur alia interna diaboli, ex cujus inſtinctu omnia mala externa prodibant, quæ ſpiritualis nequitia omnium malorum origo erat. Ita D.
Zeno. Zeno ad eundem Pſalm. *Cauſa noſcenda eſt*, ait, *cur auctores impugnationis ſilentur. Omnes humanæ injuriæ, quæ religioſis viris inferuntur, non eoſdem habent auctores, quos habent miniſtros; executio quidem hominum eſt, ſed diaboli inſtinctus eſt.*

13. Meditatur David impetum factum Jeroſolymis in Dominum Jeſum, dicens: *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt Reges terræ; & Principes convenerunt in unum adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum*
Pſalm. 2. *ejus* Pſalm. 2. num. 1 quem locum de Chriſto
Actor. 4. explicat D. Petrus Actor. 4. num. 16. Unus tantùm Rex Herodes, unus tantùm Princeps dicitur aſtitiſſe adverſus Chriſtum Dominum; ſi ergo unus Pilatus, & unus Herodes aſtiterunt in Jeſum, quomodo dicit David, & Reges, & Principes aſtitiſſe? verum eſt, quod Rex, qui videbatur, unus erat; & qui non videbantur multi Principes cum Rectore tenebrarum harum, Princeps qui videbatur Pilatus; & ſimul aderant ſpiritualium nequitiæ Principes, qui nunquam deſunt. Proindeque non unus Rex, non unus Princeps, ſed multi coadunati inviſibiliter, qui totius nequitiæ erant fomites, & inſtigatores.
D. Chryſ. D. Chryſoſtom. ibi *Nunquid Herodes reges: Nunquid Pilatus Principes? ſed non erant Apoſtoli, ſic ſunt interpretati. Cum Rege enim Herode, peccati quoque regem Diabolum oſtenderunt, & cum Principe Pilato dæmonum poteſtates, & Principatus ſignificarunt.*

QUÆSTIO II.

Quare per puteum abyſſi Hæreticorum impietas ſignificatur.

14. *Filius Dei habet claves ad ſalutem, diabolus ad mortem.* NArrat hic Joannes, quod huic ſtellæ, ſeu Lucifero data ſit clavis putei abyſſi, poteſtas nempe à Deo permiſſa ad hæreſum colluvionem inferendam. Aliter datur clavis Filio Dei, aliter Lucifero, Dei autem filio de quo dicitur, cap. 1. num. 18.
Apoc. 1. *Habeo claves mortis, & inferni*: Traditur clavis ad perimendam mortem, & vitam dandam; *Data eſt mihi omnis poteſtas prædicare omni creaturæ.* Matth. 28. At verò Lucifero datur clavis ad aperiendum puteum abyſſi ad inducendum omne mortiferum venenum, & peſtem errorum in orbem.

15. Sicut aqua in Scriptura denotat ſapientiam.
Eccl. 15. Eccleſiaſt. 15. num. 3. *Aqua ſapientiæ ſalutaris*
Prov. 18. *potabit illum.* Proverb. 18. n. 4. *Aqua profunda verba ex ore viri.* Sic & puteus denotat multitudinem ſapientiæ, ſicut etiam & fons, Cantic. 4.
Cant. 4. n. 15. *Fons hortorum puteum aquarum viventium.* Ut interpretatur D. Ambroſ. lib. de Iſaac
D. Ambr. & Anima cap. 4.

16. At verò puteus cum additamento frequenter ſumitur in malam partem & denotat doctrinam Hæreticorum. Geneſ. 14. num. 10 dicitur
Gen. 14. *Vallis enim ſilveſtris habebat puteos multos bituminis.* Quæ vallis illa fuit, in qua Pentapolis Sodomorum à Deo eſt everſa, quæ nunc eſt mare ſalſum. Puteos ergo illos Origen. homil. 12. Origen.
in Numer. de Hæreticorum aquis mortiferis exponit, & benè dicitur vallis, quia omnis iniquitas, ſemper depreſſa ad ima fertur; & benè *Puteus bituminis hæreticus.*
mare ſalſum, quia peccatum nihil ſuave, nihil dulce habet; & putei repleti ſunt bitumine, nam bitumen eſca, & nutrimentum eſt ignis, ad ignem autem omnis hæreſis eſt deputata. *Hæretici ad ignem.*

In præſenti non ſolùm dicitur *puteus*, *ſed puteus abyſſi.* Abyſſus, ut ex radice Græca collegit Ribeira, ſignificat profunditatem magnam veluti rem ſine fundo. Et ideo dicitur in Scriptura de profunditate aquarum maris. Exod. 15. 17. *Abyſſus magnam profunditatem dicit.* Exod. 15.
n. 5. *Abyſſi operuerunt eos, deſcenderunt in profundum quaſi lapis.* Et inde hoc nomine denotatur infernus. Luc 8. n. 31. *Et rogabant illum ne imperaret illis, ut in Abyſſum irent.* Dicitur Luc. 8.
autem in præſenti *Clavis putei abyſſi*, ad majorem emphaſim. Unde Pſalm. 68. num. 16. dicitur *Non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundum, neque urgeat ſuper me puteus os ſuum*, Tria mala à ſe depelli deprecatur David ut explicat D. Auguſtin. *Non me demergat* D. Aug.
tempeſtas aquæ conſentiens blandiciis vitiorum *Non me abſorbeat profundum.* Ut ad profunditatem peccatorum deveniam. *Non urgeat ſuper me puteus os ſuum*, id eſt non ita me teneat profunditas iniquitatis ut ad confeſſionem ac pœnitentiam non valeam converti: *puteus interitus.* Pſalm. 54. n. 24. Juxta communem ſenten- Pſalm. 54.
tiam dicitur de inferno ob profunditatem & obſcuritatem.

Dicitur ergo Lucifero data clavis putei abyſſi, hoc eſt permiſſa eſt poteſtas ad omnem malitiam hæreticalem per omnes orbis partes introducendam in mundum præcipuè ultimis temporibus, & ideo dicitur talis poteſtas, ſeu clavis dæmoni data, quia ab ipſo dæmone, ab ipſóque inferno omnis hæretica impietas ortum habet, ut ab aquis ſtygiis. 18

Tamen meritò dubitabis, ſi puteus abyſſi ita profundiſſimus eſt, quomodo fumus potuit ita aſcendere, ut obſcuritatem ſoli inferret, quia Hæreticus in principio, ita obtegit, & occultat virus ſuum, ac ſi nullo modo appareat, tanquam ſi eſſet immerſum in profundo putei, ſed ita poſtea inſolenter inſurgit ac ſpargit ut non vereatur, ſi fieri poteſt, quod uſque ad ipſum ſolem pertingat. D. Thomas *Aperuit*, ait, *puteum* 19. *Hæretici primum occultant ſuum venenum, poſtea manifeſtant.* D. Thom.
abyſſi, id eſt profunditatem tenebroſæ nequitiæ Hæreticorum fecit manifeſtam, quia hæreſes prius latentes fecit proferri ad decipiendum alios. Quod prius Etherius.
docuerunt Etherius Epiſcopus, & Beatus Presbyter lib. 1. contra Elipandum.

Omnis ergo Hæreſum colluvies, omnéſque Hæreſiarchæ qui contra Dominum Jeſum inſurrexerunt à Satana inducti, ac agitati ſunt, quorum typus fuit Judas, qui inter fulgentiſſimas ſtellas Apoſtolicas erat, ait D. Matth. 26. 20. Matth. 26.
num. 47. *Ecce Judas unus de duodecim venit, & cum eo turba multa, cum gladiis & fuſtibus, miſſi à principibus ſacerdotum, & ſenioribus populi.* Ecce perfidus proditor, dux factus eſt peſſimorum hominum qui contra Jeſum convenerunt, *Satanas duces Hæreticorum quærit.* Joan. 13.
de quo ait Joan. 13. n. 27. *Introivit in eum Satanas.* Omnes enim tales à Satana poſſidentur, & inſtigantur.

21. D. Athanaſ. homil. de ſemente; componit Abſalonem

Abſalonem cum Juda proditore, & ponderat divinitus factum eſſe, quod celebre illud Mauſoleum ab Abſalone in ſui memoria erectum, vocatum eſſe *Abſalonis manus uſque ad hanc diem*, 2. Reg. 18. n. 18. Tunc ſic ait D. Athanaſius. *Locus ille, ubi ſublatus eſt Abſalon.* Manus Abſalon in hodiernum diem nuncupatur. *En quam exactè imagines inter ſe congruunt. Siquidem locus ille. non vocatus eſt pes Abſalonis, ſed manus; neque item caput Abſalonis, Prior enim fuit capite manus, quæ proditionem exercuit ſecundum exemplar iſtius.* Ita D. Athanaſius conferens Abſalonem cum Juda proditore; tanquam manus cum ſuo capite. Nam Abſalon, & qui ante proditores extiterunt manus tantùm erant; & qui poſtea, pedes computantur. Uniúſque Judas proditorum peſſimorúmque hominum caput factus eſt, Princepſque extitit, in quem Satanas introivit, à Satanaque poſſeſſus eſt, ut eſſet Dux & caput talium iniquorum; hoc enim maximè ſatagit Diabolus tales duces conſtituere ad alios decipiendos.

2. Reg. 8.

Judas dux & Princeps Hæreticorum

D. Athan.

22. Prodigus ille filius à Patre ſuo ſeparatus, miſſus eſt à Domino ſuo, ut porcos regeret & cuſtodiret, *ut paſceret porcos* Luc. 15. num. 15. & quis Dominus iſte, qui talem filium à Patre ſeparatum ducem, ac rectorem porcorum, ſeu immundorum animalium conſtituit, Dominus iſte diabolus erat cujus continuum ſtudium eſt non ſolùm homines iniquos, ac turpitudine plenos facere, ſed etiam duces, ac capita eorum creare. D. Chryſolog ſerm. 2. *Quod autem mercenarios ſuos diabolus mittat ad porcos, facit hoc inſatiata crudelitas, quæ contenta non eſt homines criminoſos fieri, niſi eos duces criminum faciat, & magiſtros.*

Luc. 15.

Diabolus duces facit turpitudinum.

D. Chryſ.

QUÆSTIO III.

Quare fumus exiens à fornace magna tantam caliginem ac obſcuritatem, induit in orbe.

23. Ait Text. *Et aſcendit fumus putei ſicut fumus fornacis magnæ, & obſcuratus eſt ſol, & aër à fumo putei.* Puteus in præſenti eſt pravitas hæreticalis ab inferno prodiens, ſuperiori quæſtione diximus, ab hac ergo pravitate hæreticali, tanquam à fornace magna ac maximè ſuccenſa & vehementer graſſante, præcipuè ultimis temporibus Antichriſti, prodiit denſiſſimus fumus; id eſt propagatio, ac propalatio hæreticalis doctrinæ, ita ut ad ipſum ſolem, nempe Chriſtum D. perveneric, non in ſeipſo, ſed ad ejus cognitionem, ac fidem, ut latiùs dixi in expoſitione.

Hæreticorum doctrina obſcurans & fœtida.

24. Rectè ergo Hæreticorum dogmata fumo comparantur, quia videlicet lumen veritatis in caliginem vertunt, & omne quod in Scriptura ſacra Electis lumen fidei præbet, totum penè Hæreticus maligna cæcitate obſcurare intendit, & vitam ſpiritualem in multis ſuffocat; cuncta fuligine replet, in bonis lachrymas excitat, eorúmque nares multo fœtore offendit. Valde fœtida eſt Hæreticorum doctrina; Hinc Abdias Babylonic. lib. 4. Certaminis Apoſtolici narrat. *Quid cùm Hermogenes ante pedes Apoſtoli Jacobi ſuos projeciſſet libros, ut comburerentur. Apoſtolum dixiſſe: ne fortè odor incendii vexet incautos appende Zabyris*, Zabyra Græcè eſt repoſitorium armamentorum, *Lapides, & plumbum, & mitte in mare*, preme verbum ſequens, *Ne fortè odor incendii vexet.* Noluit Apoſtolus, ut illius hæretici libri igni traderentur, ſed in mare projicerentur, quia ita fœtida, & maleolens illius doctrina erat, ut fumus, qui ex librorum incendio emanaret omnia inficeret, & fœtore ſuo cunctorum nares offenderet.

Abdias.

25. Pro qua re audiendus eſt Pannonius de fumo ſic differens: *Quàm acerba eſt*, ait, *doctrina Hæreticorum, apta metaphora explicatur, eo quod fumo exæquetur: fumus imprimis gravis odore eſt, acerbus uſque ad lachrymas oculos pertingens, ſpiraculum vitæ impediens, amarus guſtu, jugulo noxius: obeſt & inteſtinis maximè adeo prægnantibus, ut & fœtum, quandoque utero ſoleat præfocare: ſæpè numero uſque ad punctionem ipſum cor pungit: officit nonnihil & capiti, ut nihil ſit validum, quod non perturbet, nihil tam ſincerum tam candidum, quod non fuligine inficiat: ut rectè per ipſum corruptum, ac peſtilens Hæreticorum dogma capiatur: quod primùm fidei lumine privat mentem; ne recta acie certum cernat, deinde conſcientiam perturbat, privat autem vitali gratiæ ſpiraculo, ſimulque omnia interiora inficit; ac corrumpit, ad extremum luctum perurgens hominem.*

Pannon.

Fumi proprietas.

26. Secundò, fumus iſte, magnæ fornacis fumo ſimilis perhibetur; fornax magna eſt noviſſima vexatio, noviſſimáque Antichriſti perſecutio, ex qua fumus egreditur, falſa nempe Hæreticorum doctrina; ſed de illa perſecutione ait Chriſtus. Matth. 24. *Erit tunc talis tribulatio, qualis non fuit ab initio ſæculi, uſque ad tempus illud, nec fiet.* Quomodo ergo iſte fumus dicitur ſimilis fumo fornacis magnæ? Quæ enim ſimilitudo fumi cùm perſecutione inaudita. Itane intolerabilis fumus, ut ejus ſolùm ſimilitudo ita cruciet, ut illius cruciatus, tribulationis, qualis nunquam fuit, nec futura eſt, nomen mereatur: Hæc erit falſorum miraculorum apparentia adverſus ſuos, Dei inauditam perſecutionem commovebit Ansbertus Abbas *Sciendum nobis eſt*, ait, *quod non propter tormenta, nec propter falſa dogmata, ſed propter falſa miraculorum ſigna perſecutio illa immanior narratur.* Hoc enim indicat Dominus dicens, *tunc ſurgent Pſeudo-Chriſti, & Pſeudo Prophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia; ita ut in errorem inducantur ſi fieri poteſt etiam electi.* Citato cap. 24. Matth. eadem habet Haymo.

Matth. 24.

Falſorum miraculorum apparentia magna perſecutio.

Ansbert.

27. Tertiò, & fumo putei obſcuratus eſt ſol, & aër, ſed quomodo ſol luminare majus imò & luminis fons, ac etiam ipſa aëris regio, quæ valdè perlucida, ac cryſtallina eſt, obſcurari potuit. Reſpondet D. Auguſt. *Obſcuratum dixit ſolem, ait, peccata enim malorum, & ſuperborum obſcurant ſolem, id eſt Eccleſiam, & ſanctis ac juſtis faciunt obſcuritatem.* Mala ſocietas unius peccatoris, ſeu fumus peccatorum obſcurant ſolem, ac aërem, id eſt Eccleſiam, ita ſanctos, ac juſtos obfuſcant, ut vix ſplendor, ac lux eorum virtutum percipi, ac cognoſci valeat; Quærit Philo Hebr. lib. de Opificio mundi cur Sol, & Luna per tot millium annorum, tam inceſſanter luceant, ac illuminent terram, Reſpondet.

D. Aug.

Mala ſocietas cuncta fœdat.

Philo.

Malitia

Malitia procul à terminis cœli exulat. In cœlo non eſt malitia iniquitatis, ac peccati, nam ſi hæc daretur ibi; ita prævaleret una mala ſocietas iniquitatis, ut etiam ſplendorem Solis, & Lunæ obſcuraret, ac nigreſcere faceret.

28. *Affectus cupiditatis mentem obſcurat.* Quartò, ait Text. *Aſcendit fumus putei ſicut fumus fornacis magnæ, & obſcuratus eſt Sol.* Simul à puteo, ut à fornace magna, vehementi impetu ignis & fumus exeunt, ita ut multo certamine contenderent, quiſnam egrederetur prior, ubi enim eſt ignis concupiſcentiam inflammans, ſtatim adeſt caliginoſus fumus lumen mentis obſcurans, ac excæcans. Rupert. Rupertus: *Quia videlicet, ait, ſicut fumus nonniſi ex ſubjacente igne fit; ſic nonniſi ex præcedente cauſa cupiditatis ſuæ concupiſcentia naſcitur cæcitas mentis, ſeu obſcuratio cordis ſapientis.*

29. Loquens Paulus de ſapientibus hujus ſæculi, qui & magno ingenio erant præditi, multa eruditione expoliti, & laborioſo ſcholarum ſtudio exercitati. Rom. 1. De illis ait Rom. 1. num. 22. *Stulti facti ſunt, & mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginum corruptibilis hominis.* Unde fieri potuit, quod homines tanto ſtudio, ac ſapientia exculti, in tantam dementiam devenerint, ut gloriam Dei immortalis in imaginem, ac figuram hominis corruptibilis mutarent, & ut ſupremam majeſtatem adorarent? quod debile figmentum erat ſubdit Apoſtolus n. 24. *Amor concupiſcentiæ, mentis obtenebratio.* *Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum in immunditiam.* Cùm ſuis cupiditatibus, ac carnis deſideriis eſſent detenti, ac emerſi, ab eis tanquam à fornace magna prodit fumus, eorum mentem obſcurans, & obtenebrans; infirmitas ut majeſtas; infirmitas ut fortitudo, deformitas ut pulchritudo reputatur. Rupert. Rupertus ubi ſuprà. *Aſcendit fumus, ait, uſque ad ſapientes ſæculi; quos obſcuravit; de quibus Apoſtolus dicit: ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis. Et obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt: & tunc fumus ejuſmodi, ſicut fumus dicitur fornacis magnæ, & obſcuratus eſt Sol de fumo putei.*

30. Cùm Samſonis virtus eſſet omninò inſuperabilis & Philiſthæi agnoſcerent eum eſſe maximè Dalilæ amore vulneratum, pactum inierunt cum ea, ut eum traderet in manibus ſuis, & cum mulier per tres vices hoc facere intenderet ab omnibus illis mirabili fortitudine ſe expedivit Samſon: Tunc mulier locuta eſt ad eum. *Quomodo dicis, quod amas me, cum animus tuus non ſit mecum? per tres vices mentitus es mihi & noluiſti dicere, in quo ſit maxima fortitudo tua.* Tunc anima ejus deficiens laſſata eſt, eique aperuit omne negotium: *At illa dormire eum fecit, ſuper genua ſua, & in ſinu ſuo reclinare caput.* Judic. 16. Judic. 16. num. 19. Ecce ille, qui tot hominum exercitus devinxit, qui tot monſtra, & leones ſuperavit, nunc à muliebribus lenociniis devincitur, & ſomno traditur, ex quo devenit in manibus inimicorum, qui *Cupiditati annexa cæcitas.* eruerunt oculos ejus. Unde illi tanta infirmitas, qui in omnibus tam fortis erat? Undéque illi tanta cæcitas, qui in omnibus adeo perſpicax extiterat? cum amore captus, ſuo deſiderio ac muliebri affectui ſe traderet, inde illi cæcitas; & inde divino conſilio factum ut talis pœna eum teneret, nam à concupiſcentia, ac affectu Drogo. ſemper cæcitas naſcitur, Drogo de Sacramento Paſſionis Domini. *In tantum amaſti, ait, mulierem non amantem te; ut ſapientia tua ſtulteſceret, & fortitudo tua infirmaretur.*

Apoc. 9. n. 3. Et de fumo putei exierunt locuſtæ in terram, & data eſt illis poteſtas ſicut habent ſcorpiones terræ.

Num. 4. Et præceptum eſt illis ne læderent fœnum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem, niſi tantùm homines, qui non habent ſignum Dei in frontibus ſuis.

VERSIONES.

Arabicus. Egreſſæ autem ſunt ex eo fumo locuſtæ, datáque eſt illis poteſtas æqualis poteſtati ſcorpionum.

Syrus. Et data eſt poteſtas, qualem habent ſcorpionii ſuper terram.

Syrus n. 4. Et dictum eſt illis, ut non nocerent gramini terræ, neque ulli viridi, &c. niſi ſolis hominibus, qui non habent ſigillum Dei ſuper domicilium oculorum ſuorum.

Arabicus. Ne læderent herbam terræ, ſed læderent homines, in quorum frontibus non aderat ſigillum Dei.

EXPOSITIO II.

Et *de fumo putei*, de obſcura & tenebroſa Hæreticorum doctrina *exierunt locuſtæ in terram.* Prodierunt multi hæretici locuſtarum ſimiles, qui per elationem in altum ſaliunt, & per cupiditatem in terram recidunt, terrenas delicias ſectantes. *Et data eſt illis poteſtas, ſicut habent poteſtatem ſcorpiones terræ.* Scorpiones blandi quidem ſunt in ſpecie, ac aſpectu, ſed cauda feriunt venenata; ſic & Hæreticorum ſermone nil blandius, & ſuavius, nihil in eorum ore ſonat, præter agnitionem, & amorem Chriſti, tamen occultè, ac ſimulatè mortiferum, ac peſtiferum venenum diffundunt. 31. *Hæretici veluti ſcorpiones.*

Et præceptum eſt illis ne læderent fœnum terræ. Ex quo patet non eſſe ſermonem de locuſtis materialibus, nam tales locuſtæ vivunt fœno, 32.

&

& viridium graminum paſtu: hæ verò locuſtæ non depaſcuntur fœnum, ac proinde non ſunt veræ locuſtæ materiales, ut dicam quæſtione ſequenti. Quidam per fœnum, ac viride intelligunt eos, qui virorem & vivacitatem fidei habent, per arbores verò, qui ſpe clari bonorum
Haymo. Richard. Albertus. operum fructum faciunt. Haymo. Richardus, Albertus Magn. per fœnum terræ intelligunt incipientes, per viride proficientes, per arbores perfectiores Chriſtianos.

33. *Incipientes aliquando deficiunt.* Albert. Mag. *Ne læderent fœnum, neque omne viride, neque omnem arborem* Particula *omne* non adjungitur fœno ſicut viridi; & arboribus; Albertus Magn. poſt excitatam hanc quæſtionem ſic ait. *Per fœnum ſignantur incipientes qui faciliè cadunt, & læduntur: aliqui tamen ſtant, & perſeverant; ideo cùm dicitur, ne læderent fœnum, non dicitur omne fœnum.* Non enim omnes incipientes proficiunt, ſed plures à bono ceſſant incœpto & no-
D. Thom. tat D. Thomas quod non dicitur. Ne percuterent fœnum, ſed *ne læderent.* Nam percuſſio ait Sanct. Doctor pertinet ad corpus, læſio verò ad animam, & juſti licèt flagellentur corpore, finaliter illæſi ſunt in anima.

QUÆSTIO IV.

Quid ſignificent locuſtæ iſtæ?

34. Aureol. Lyran. S. Anton. PRimo Aureolus, & Lyranus, ac S. Anton. 1. p. tit. 6. cap. 1. exiſtimant hîc prædici perſecutionem Vandalicam, quibus proinde ſtella cadens eſt Valens Imperator, vel Genſericus, qui primus ex legibus Vandalis fuit Arrianus, & quinque menſes vexationis, ſunt quinque Vandalorum reges, qui fideles inſectati ſunt: At hæc omnia è ſigillo ſexto, & deinceps uſque ad finem mundi ſpectant.

35. Alcazar. Secundò, Alcazar hîc vult nuntiari dans Judæorum plagas, concupiſcentiam ſcilicet & iram. Hæ duæ plagæ, inquit, ſunt locuſtæ horribiles, atque furioſæ; & quamvis, quæ hîc dicit Alcazar applicata concupiſcentiis; optimè inſerviant ad ſenſum moralem, tamen multùm diſtant à litterali; nam hîc, ut ſæpe diximus, non eſt ſermo de Judæis, eorúmque vitiis.

36. Ribeir. Tertiò, Ribeira, hanc ſanctam revelationem de quodam Barbarorum exercitu interpretatur, ait enim *multò probabilius videtur homines feros, & ad perdendum inſtructos in locuſtis intelligi*, quod poſtea confirmat dicens, *conveniet autem*
Joelis 1.] *hac explanatio cum Joëlis Prophetia*, c. 1. & 2. n. 25. *Chaldæorum exercitus Judæam vaſtaturi, & militum audacia, atque fortitudo ſimilitudine locuſtarum multis verbis expreſſa ſunt.* Et poſtea ſubdit aliam explicationem per locuſtas exeuntes de fumo putei intelligens dæmones, in qua etiam non quieſcit dicens. *Verum quoniam ordine divinæ providentiæ, ita ſe habet, ut homines plectendi per homines potius dum in hac vita ſunt plectantur, homines ſignificari pro certo haberi de-*
Ezech. 1. *bet.* Quod etiam poteſt confirmari ex Ezechiel. 2. n. 6. *Increduli, & ſubverſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas, Ubi impii & peccatores dicuntur ſcorpiones.*

37. Cornelius. Quartò, Cornelius à Lapide hanc opinionem Ribeiræ dicit eſſe minus probabilem, & hanc Prophetiam dicit eſſe intelligendam de Dæmonibus, & ſic ait. Locuſtæ ergo hæ erunt Dæmones, qui ſpeciem, & formam locuſtarum induent: ſed novam, & monſtruoſam, ut puta ex variis animalibus. Leone, Scorpione, equo, & homine commiſtam, & confarcinatam.

Et hanc ſuam opinionem probat. Primò, Cornelius ex refutatione aliarum ſententiarum. Secundò, quia prodeunt ex puteo Abyſſi, id eſt inferni, ubi Dæmones ſtabulantur. Tertiò quia ſicut nunc tentant homines inviſibiliter, ita in fine mundi tentabunt viſibiliter, ſub tamen dicta forma monſtruoſa. Quartò, quia etiam aliquando tentant tunc viſibiliter ſub formis horribilibus, ac monſtruoſis, ut in tempore mortis, & aliquos ſanctos, ut D. Anton & alios. Quinto, quia Rex horum eſt Dæmon, cui reſpondere debent ſubditi; ac proinde ipſi ſunt Dæmones. Sextò, quia hominum conceptus eſt Dæmones eſſe monſtruoſas creaturas. Septimò, quia Iſaias cap. 13. n. 21. & cap. 34. num. 14. dicit Dæmones apparituros monſtruoſa forma in excidio Babylonis. 38. *Confirmatur prædicta ſententia.* Iſai 13 & 34.

Quintò; Cornelius non multùm contentus affert aliam ſententiam ex Leſſio lib. 13. de Perfectionibus divinis, cap. 18. qui vult has revera fore Locuſtas, in qua ſententia eſt M. Joan. de La Haye, & probatur primò, quia locuſtæ à Moyſe immiſſæ in Ægyptum, fuerunt veræ locuſtæ, ergo & hæ veræ erunt locuſtæ. Secundò, quia D. Joan. in præſenti eas appellat locuſtas. Tertio, quia nullum eſt genus animalium, in quo tanta ſit formarum peregrinatum varietas de quibus agit Aldrovandus lib. 4. de inſectis cap. 1. de locuſtis. 39. Leſſius. La Haye. Aldrovand.

At contra has ſententias maximè urget, quod hîc nullo modo poteſt eſſe ſermo de veris, & propriis locuſtis materialibus. Nam hæ locuſtæ per quinque menſes nihil penitus comederunt; nam eis vetitum eſt fœnum, aut quidquid viride attingere; & ſolum datum eſt eis homines torquere. Deinde, quis ſibi perſuadeat majeſtatem tanta hujus revelationis ſic ſe demittere, ut tot verba conſumat, in referenda forma harum locuſtarum. Tertiò, quid pertinet ad plagam; quod habeant faciem hominis, capillos mulierum, & ſuper capita coronas aureas? Quartò, ut fatetur ipſe Cornel. §. *Quarta ergo.* Hæc ſymbolicè, & figuratè accipere cogimur, quia nulla datur propria clavis inferni, nullum etiam ejus oſtium, vel hiatus, qui fumum exhalare ſuper terram, vel ſolem obſcurare poſſit: & liquet ex ſequentibus locuſtas, utpotè tot beſtiis ſimiles, figuratè accipi debere. 40. *Impugnantur prædictæ ſententiæ.*

Nec etiam poteſt eſſe ſermo de Dæmonibus accipientibus tales formas: Tum quia hoc eſt divinare, cum nullum habeat fundamentum in ſacro Text. Tum etiam uſque modo inauditum eſt, quod Deus ſic homines per dæmones puniverit; & quando dæmones monſtruoſa forma apparent, hoc eſt paucis hominibus, & brevi tempore, non verò tanto tempore, & quaſi omnibus hominibus. 41. *Locuſtæ non ſunt dæmones.*

Conſtans, & vera ſententia eſt, prædici in hoc capite, quaſi infinita mala, quæ ventura erant in mundo per hæreſes & hæreſiarchas, ſectáſque errorum peſſimas, & potentiſſimas, quæ durabunt uſque in finem mundi, quo maximè prævalebunt. Ita Primaſius, Beda, Ansbert. Haymo, Albert. Magn. Hugo, Bellarm. Gagnæus, Viegas, 42. *Vera ſententia.* Primaſ. Beda. Ansbertus. Hugo. Bellarmin. Gagnæus. Viegas.

Ferrarius. Viegas, Ferrarius quamvis aliqui ex eis de peculiaribus hæreticis explicent.

43. Joël. 1. Amos 7. Exod. 10. *Probatur ſententia.* Hujus rei multæ ſunt rationes & primò, quia locuſtæ, ut patet Joël. 1. n. 4. Amos 7. n. 1. depopulantur meſſes ac ſegetes, & omne viride, quod in eis eſt. Exod. 10. n. 15. *Sic* & hæretici devaſtant ſegetem, ac meſſem Chriſti, & quidquid viride fidei, ac ſanctitatis in eis eſt, magna ex parte corrodunt. Secundò, Locuſta nec ut avis perfectè volat, nec ut cætera animalia terram pedibus terit, ſed tamen pro greſſibus alarum libramine ſuſpenſa ſaltus dare, ac ſata terræ comedere videtur; hinc meritò hæretici locuſtis deſignantur, quia nec habent ſcientiam ad volandum nec rectam operationem ad ambulandum. Ansbertus. Ansbertus. *Nec planè ſcientiæ volatum*, ait, *nec perfectæ operationis greſſum habent Hæretici, ſolis elationum ſaltibus moti inaudita prædicantes, pravorum necant animas.*

44. Prov. 30. Tertiò, quia ut dicitur. Proverb. 30. num. 24. *Regem locuſtæ non habent.* Locuſtæ quamvis innumerabiles ſint, regem & ducem non habent. Tamen omnes ſimul conſpirant, & unanimiter feruntur ad agrorum depopulationem, & perniciem. *Hæretici uniuntur contra Eccleſiam.* Ecce cur hæretici nomine locuſtarum exprimuntur, quamvis enim unum caput non habeant, ut animi conſenſu adversùs Eccleſiam conſpirant ex prava eorum inclinatione, ex quo rectè admonet. D. Auguſt. D. Auguſt. lib. 1. de Symbolo ad Cathecum. *Ea ſine dubitatione vera Eccleſia eſt, quæ contra omnes Hæreticos pugnat, quam omnes hæreſes impugnant, ſed non expugnant: quod fundata ſuper firmam petram nunquam ruat, neque adverſus eam portæ infernorum prævalere poſſunt.*

45. Quartò, quia hæretici inſtar locuſtarum ſanioſo ore cuncta polluunt: cùm habeant intellectum erroribus inquinatum quidquid ore evomunt fœtidum, & putridum eſt. *Hæretici gulæ, & ventri dediti.* Quintò Locuſtæ nihil aliud habent, niſi ventrem, ſaltem ex majori ſui parte: Inde meritò hæretici locuſtis comparantur, qui maximè gulæ, ac ventri ſunt dediti Bellarm. Bellarm. lib. 3. cap. 23. Controverſ. *Locuſta*, ait, *ventroſum animal, nec volare rectè poteſt; ſed ſaltando ſe erigit in altum, & mox ad terram recidit; ſignificat Hæreticos hujus temporis, eſſe homines ventri addictos, inimicos jejuniorum & continentiæ: & ideo nec incedere poſſe per viam mandatorum, nec volare ad res cœleſtes contemplandas.*

46. Maximè aſſociata eſt fidei apoſtaſia, cum luxuria poſtquam Iſraël pugnavit contra Madianitas, eorúmque mulieres ſervaſſet, contra belli Principes iratus Moyſes ait, *Cur fœminas reſervatis? Nonne iſtæ ſunt, quæ deceperunt filios Iſraël, & prævaricari vos fecerunt, in Dominum ſuper peccatum Phogor.* Num. 31. Num. 31. num. 16. duo mala à Madianitis fœminis orta commemorat Moyſes, quæ vix ab invicem ſeparari poſſunt, unum quod forma deceptos Iſraëlitas traxerint ad libidinem, alterum, quod fecerint illos à Deo deficere, uſque ad idololatriam prolabi, maximè enim hæc inter ſe aſſociantur. Hinc Paulus 1. Corinth. 10. n. 7. dicebat. *Neque idololatræ efficiamini, ſicut quidam ex ipſis: quemadmodum ſcriptum eſt, ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere. Neque fornicamur, &c.* *Luxuria & infidelitas aſſociantur.* Ubi Apoſtolus conjunxit, duo mala valde inter ſe amica, & confœderata, & quaſi inſeparabilia nimirum fornicationem, & idololatriam. D. Ambr. Ex quo D. Ambroſ. ait ibi. *Hæc luxuria eſt, quia ſemper oblectati in Dei rebus infideles inveni. Ideóque ſurrexit populus manducare, & ludere.*

Mandavit Deus Iſraël. Lev. 19. n. 29. *Non proſtituas filiam tuam, ne contaminetur terra.* Onkelus legit ultima verba. *Ut non idolis ſerviat terra.* Cùm pudicitia proſtituitur; ac deperditur, ſtatim aperitur oſtium, ut terra perfidia ſit contaminata, ac fœdata, ſic utraque eſt conjuncta. D. Ambroſ. lib. 6. Epiſtol. 36. *Nemo ſe luxui committit niſi qui recedit à præceptis Dei veri. Ubi autem cœperit quis luxuriari, incipit deviare à fide vera. Ita duo committit maxima crimina opprobria carnis, & mentis ſacrilegia.* 47. Levit 19. Onkelus. *Luxuria generat idololatriam.*

Fuit Herodes Rex luxuriæ deditus: Marc. 6. qui in puellarum choris inſumeret dimidium regni; fuit & Achab Rex conjux Jezabelis Reginæ, cujus rapiebatur affectu, cujus & in idololatria uſus eſt magiſterio 3. Reg. 16. n. 31. Utrumque regem tanquam ſocios conjungit ſemper luxuria, & idololatria. Andræas Jeroſolymitan. oratione in decollatione Joan. Baptiſtæ. *Nec illum quidem*, ait, *Achab alterum mulieris mancepium eſt imitatus Herodes, qui tunc habebat Jezabel magiſterium multorum Deorum cultus, ſicut nunc hic Herodiadem libidinis, & intemperantiæ*, Tamen Achab idololatriæ deditus Eliam verebatur, Herodes verò inter luxurias Joannem Baptiſtam interficit; Luxuria excedit crudelitatem & modum ſuper idololatriam in Deum & ſanctos ejus. 48. Marc. 6. 3. Reg. 16. And. Jeroſ. *Luxuria crudelior in ſanctis ſupra idololatriam.*

QUÆSTIO V.

Quare non de puteo abyſſi, ſed de fumo putei exierunt locuſtæ.

Ait tex. *Et de fumo putei exierunt locuſtæ in terram*, de puteo nempe de inferno exivit doctrina hæreticalis, quæ veram lucem Eccleſiæ obſcurare intendit. Ex qua maximè evulgata, ac propagata prodierunt hæretici, qui tanquam locuſtæ meſſem Domini depopularunt. 49.

Secundò, locuſtæ, ſeu hæretici, non de puteo, ſed de fumo exiſſe dicuntur; nihil enim inanius, ac levius eſt fumo, ita nullus inconſtantior, ac levior animo, quàm hæreticus. Tertiò, fumus, quò altius aſcendit, eò facilius deficit, & diſſipatur, & in nihilum redit; inde meritò locuſtæ, ſeu hæretici, non de puteo, ſed de fumo illius exire dicuntur, quia hæreſi infecti, quo altius per ſuperbiam inflati eriguntur, eò citiùs evaneſcunt, & ad nihilum rediguntur Albertus Magn. *Fumus dum alta petit*, ait, *in ſeipſo deficit: ſic Hæretici dum per ſuperbiam elevantur, deficiunt, & annihilantur.* 50. *Hæreticus inconſtans & maximè per ſuperbiam evaneſcit.* Albertus.

Quartò, aſcendit *fumus de puteo, & obſcuratus eſt Sol, & aer.* Et quis fumus ita ſurſum aſcendit, ut ad ipſum ſolum pervenire poſſit, eúmque caligine involvere. Hic fumus tumorem animi, ac ſuperbiam deſignat, ut docet D. Bernard. Non ergo mirum, quod radios ſolis impediat, ne ipſum aërem illuminet? Superbia enim impedit quominus lux divinæ ſapientiæ ad nos perveniat, & mentes noſtras penetret. Ita Præfat. Senenſ. to. 2. ſerm. 53 cap. 1. *ſuperbia eſt* 51. *Superbia repellit à nobis lucem divinæ ſapientiæ.* D. Bern.

eſt fumus ille, ait, *de quo Joan. in Apocalypſi, & obſcuratus eſt Sol & aër de fumo putei abyſſi: In quacumque enim mente ſuperbia diaboli viget, radios ſolis divinæ ſapientiæ ab ea præſcindit & puritatem ejus, quæ ſicut aër pervia debet eſſe radiis ſapientiæ Dei, obtenebrat, ſeu obſcurat.*

52. *Hæretici terrena tantum ſapiunt.* Quintò, *de fumo putei abyſſi exierunt locuſtæ.* Ex puteo abyſſi, ex profundiſſimo, ac ſubterraneo loco provenit fumus, ex quo exeunt locuſtæ, hoc eſt hæretici; non ex quolibet loco proveniunt, ſed maximè ex ſubterraneo exeunt hujuſmodi locuſtæ in quibus hæretici adumbrantur; qui nihil cœleſte, & nihil niſi terrenum ſapiunt. *Ether Epiſt.* Favet Etherius Epiſcop. lib. 1 ad Elipan *Locuſtæ*, ait, *in terram exierunt, quia hæretici terrena ſapiunt, non cœleſtia, ſemper enim hæretici ſecuritatem ſæculi ejus præmittunt, & inde terrena ſapiunt.*

53. *Eligere hominem ex infimo valde moleſtum.* Sextò, *de fumo putei exierunt locuſtæ*, fumus duo habet, obſcurat ſolem, & ad fletum, ac lachrymas provocat; magna miſeria unius reipublicæ, quod tales electiones fiant in ea quæ videntur ab inferno progredi; nam extollere ex infimo, ac fumo unum hominem, hoc eſt obſcurare reipublicæ ſolem, & in ſubditis, ac inferioribus lachrymas, & fletum excitare; ingratum & moleſtum hominem ex infimo ſublevare.

54. Deus cuncta uno verbo creavit; dixit Deus *fiat lux, fiat firmamentum, &c* At verò cum ad hominis creationem devenitur ut ponderat D. *D. Ambroſ.* Ambroſ. in Hexam. ait. *Faciamus hominem ad* *Geneſ. 1.* *imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Gen. 1. n. 26. illud faciamus magnam rei difficultatem indicat. Res facilis uno verbo fit, at verò ſi multum difficilis ſit, ad illam tanquam conſilio habito in congregatione proceditur, ſic tanquam conſilio facto inter divinas perſonas dicitur, ut communiter Patres ponderant, *faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris & volatilibus cœli, & beſtiis, univerſæque terræ.* Deinde declaratur maximè difficultas hujus operis; quod Deus veluti dupliciter ad illud manum adhibuerit. Primò, cùm dicit, *faciamus hominem.* Secun- *Geneſ. 1.* dò, cum cap. 2. n. 7. ſcribitur. *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem.* Ac ſi quodammodo *Eligere ex infimo hominem valde nocivum reipublicæ* Deus in hoc opificio manum adhibuerit; primò, formando corpus. Secundò, animam aſpirando. Unde tanta rei difficultas? voluit Deus extollere de limo terræ hominem, ut præeſſet volatilibus cœli, & piſcibus maris, & beſtiis terræ, inde conveniens erat, ut in hoc negotio magna rei difficultas repræſentaretur, cum conſilio veluti facto inter divinas perſonas, prævidebat Deus hominis ingratitudinem, de quo dicitur homo cùm in honore eſſet, non *Geneſ. 6.* intellexit, ita dicitur Gen. 6. n. 6. *Pœnituit eum, quod hominem feciſſet; & talem ad cœleſtia erigens ſuas difficultates patiebatur.*

55. In illa parobola, quam propoſuit Joathan dicitur, quod congregata ſunt ligna, ut facerent ſibi regem, & cùm conveniſſent ad Olivam, ficum, & vitem omnes regna reſpuerunt; Tandem dixerunt rhamno, veni & impera ſuper nos, quæ reſpondit eis: *Si me verè regem conſtituiſtis, venite, & ſub umbra mea requieſcite, ſi autem non vultis egrediatur ignis de rhamno, & devoret cedros Libani* Judic. 9. n. 15 Obiter ponde- *Iudic. 9.* ra quod ait rhamnus, *ſub umbra mea requieſcite*; quod erat omninò impoſſibile, ut arbores *Indignus electus in poſſibilia imperat & nocet reipublicæ.* altæ ſub umbra illius ſe ſubmitterent; ſic valdè frequens eſt; cum indignus ad regimen elevatur ſtatim impoſſibilia determinat, & imperat; tamen in rem noſtram ait. *Egrediatur ignis de rhamno, & devoret cedros Libani.* Cùm unus indignus ex infimo extollitur Reſpublica perit, & qui cum elegerunt conſumuntur, ac tanquam igne extinguuntur. *Ignis devoret cedros Libani.*

QUÆSTIO VI.

Quare dicitur quod his locuſtis data ſit poteſtas, ſicut habent ſcorpiones terræ?

56. Dicitur in text. quod locuſtæ exeuntes de puteo, erant pungentes, & virulentæ ad inſtar ſcorpionum, in quorum cauda latet virus, & aculeus, quo doloſè & lethaliter pungunt; dicuntur ſcorpiones terræ ad differentiam maritimorum, qui carent veneno. Hæc juxta litteram.

57. Primò dicuntur hujuſmodi locuſtæ, in quibus hæretici adumbrantur, quod habebant poteſtatem ſicut ſcorpiones terræ, ſcorpius facie, & aſpectu, blandus, ſuavis, ac perjucundus apparet, à cauda verò mortiferum venenum extorquet quo cuncta animalia enecat; ſic & hæretici in extrema apparentia, & blandos ſe ex- *Hæretici blando eloquio decipiunt.* hibent in eloquio, imò externam quandam ſanctitatem fingunt ut latenter ac doloſè ſuum lethiferum venenum effundant; incautóſque ſuæ falſæ doctrinæ aculeo interimant, ut monebat Ignatius Martyr. in Epiſt. contra Hæ- *S. Ignatius.* reticos ad Trallian. *Sunt quidam*, ait, *vaniloqui, & mentis ſeductores, non Chriſtiani, ſed Chriſtum mercantes, in fraudem circumferentes nomen Chriſti, & cauponantes verbum Evangelii, & erroris venenum blando alloquio implicantes* Sic ille peſtiferus Lutherus frequenter dicebat verbum Dei eſſe prædicandum, Verbum Dei, cùm ſit ex ore ejus dicendum, ac docendum, ut ita ſub hac ovina pelle lethiferum venenum ſuorum errorum diffunderet.

58. *Iniquus facit malum occultè quod non poteſt apertè* Secundò, ſcorpio ſe blandum ac ſuavem aſpectu exhibet, cauda verò mortiferè nocet; ecce cur hæ locuſtæ, ſeu hæretici dicuntur habere poteſtatem ſicut ſcorpiones, quia quod aperto ore non poſſunt facere, hoc latenter, ut è cauda, & per inſidias moliuntur. Richard. Victor. *Richard.* *Quia*, ait, *pravorum univerſitas, quod non poteſt per apertam ſævitiam, hoc adimplere nititur per occultam malitiam.*

59. *Ansbert.* Tertiò, Anſbertus. *Locuſtæ*, ait, *ut ſcorpiones terræ nocendi poteſtatem accipiunt, quia nimirum ſuffulti temporalibus poteſtatibus per ea, quæ retro ſunt, nocent.* Cur poteſtas locuſtarum, ſeu *Hæreticus temporali auctoritate fultus nocet.* Hæreticorum aſſimilatur ſcorpionum poteſtati, & non potius leonum, aut urſorum fortitudini. Scorpio venenum, in quo innititur habet in cauda, quæ cùm ſit extrema pars corporis denotat auctoritatem temporalem, quæ eſt infima, & extrema reſpectu ſpiritualis, ecce cur poteſtas locuſtarum, ſeu Hæreticorum aſſimi

aſſimilatur poteſtati ſcorpionum,quia Hæreticus niſi fulciatur poteſtate temporali nocere non valet, cum ea auxiliante multùm poteſt,& multa ma'a perpetratur, & ſic concludit citat. Ansbert. *Non enim fa ſa per ſuos loqui auderet, niſi temporali potentia ſuffultus fuiſſet.*

60. Barthol. *Hæretici ſemper ad malum intenti.*

Quartò, ut docet Bartholomæus Angel.lib. de Proprietatibus c.9. quod eorum cauda ſemper parata percutere,nullóque momento ceſſat à læſione: ſi eis detur occaſio lædendi, & obliquo ictu,& inflictu feriunt: inde meritò eis aſſimilantur hæretici; qui ſemper ad malum intenti, ſuum virus evomere non ceſſant, quandocumque ſe ſe offert occaſio. Unde ait Syriacus 1. Epiſt. ad Mediolan. de Januario,ac ſodalibus loquens. *Hæretici ſubtiliter Chriſtianos ſe eſſe jactant, ut ſub velamento pii nominis gradientes,& domum orationis ingreſſi,ſermonemſerpentinæ diſputationis effundant.*

Syriacus I. Pontif.

61. *Diabolus ſuis infert nova ſupplicia.*

Quintò, dicitur locuſtas exeuntes de fumo putei habere poteſtatem ſicut ſcorpiones. Locuſtæ morſu ſuo magnum inferunt dolorem, at ſcorpio longè nociviori, & acriori dolore pungit; ecce cur non ſolùm locuſtas dixit futuras,& de fumo putei exituras in ultimis temporibus, ſed eas habituras poteſtatem ſcorpionum, quia juxta multos per tales locuſtas Diaboli ſignificantur, qui non qualibuſcumque pœnis afficiunt improbos, ſed eis graviſſima, & acerbiſſima inferunt ſupplicia, & ſemper majora majoribus addendo. Aretas. *Ne quis ſciens,ait, qualis ſit locuſtarum morſus,ut, qui non magnum afferat dolorem; ſcorpionum ſubjungit exemplum qui majorem præbent aculei punctionem ſenſibili dolorem.*

Aretas.

62. D. Bern. *Blanditiæ hujus ſæculi deteſtandæ.*

Sextò, ſcorpio aſpectu ſuavis,& delectabilis eſt, cauda verò nocet; unde vanitatem hujus ſæculi, ac mulierum ſignificat: Ipſa enim tibi blanditur, ut te in æternum miſerrimè perdat. D. Bernard.tom.2. feria 6. poſt Dominic. Paſſion cap.1.art.1.*Joannes ait,data eſt illi poteſtas, ſicut habent poteſtatem ſcorpiones terræ, ſcorpio ſiquidem lingua lingit,& brachiis ſtringit, ſed demum cauda pungit, ſic vanitas mundi blanditur deliciis, ſtringit habitibus, & conſuetudinibus malis,demúmque cauda concluſionis extremæ damnationis infelicem animam pungit.*

63. *Hæretici uno malo in pejus labuntur.*

Septimò, de hujuſmodi locuſtis dicitur, quod *data eſt illis poteſtas,ſicut habent poteſtatem ſcorpiones terræ*:At Hæreticorum perverſa conditio nonne ſatis exprimebatur locuſtarum nomine, cur ergo de eis additur,quod habeant ſcorpionum poteſtatem? Scorpio vincit in malignitate locuſtam;ecce cur de errore hæreticali infectis non dicitur, quod ſint locuſtæ, ſed etiam, quod aſſimilentur ſcorpionibus, quia neſciunt in uno malo conſiſtere, ſed de uno in pejus prolabantur, ac præcipitantur. Patrocinatur Thomas Anglicus. *In pejus decidunt*, ait, *propter priorem errorem, quia de malo cadunt in pejus.*

Th. Angl.

64. Exod 32. *Iniquitates ſemper in deterius.*

Ingratus populus Iſraëlis unum caput aureum vituli dedicabat; & tamen Aaron clamat ad eos. *Hi ſunt dii tui Iſraël*,Exod.32.n.4.Unum erat idolum,& tanquam de pluribus clamabat. Et cur cùm unum tantum dedicat de pluribus teſtatur: Sciebat ſacerdos conſequentiam fati, quod ille, qui ſemel ad unum rapitur idolum facili negotio ſe pluribus proſternabit, & cùm unum idolum adorat Iſraël,plurimam Deorum turbam per omnes nationes ſparſam prænuntiabat adorandam..D.Chryſoſt homil.5.de Pœnitent. *Reſpicit unum factum vitulum. Quare igitur, hi dii? Ut oſtendat, quod non modo eum, quem vidit adorat,ſed & deorum pluralitatem annuntiat.*

D. Chryſ.

Unde ait Stephan. Actor.7.n.41.*Vitulum fecerunt in diebus illis & obtulerunt etiam ſimulachra, & lætabuntur in operibus manuum ſuarum. Convertit autem Deus, & tradidit eos ſervire militiæ cœli*, In pœnam primi idoli admiſſi,permiſſi ſunt alia multa adorare D. Cyrill. Alex in c. 5. Amos. *Vides divinum Stephanum,ait teſtimonium dixiſſe, eos fabricaſſe vitulum; & ad colendum militiam cœli eos converſos fuiſſe.* 65.

Actor. 7. *Ex uno malo admiſſo aliud deterius pullulat* D. Cyrill.

Ait Regius Vates Pſal.105.n.37. *Immolaverunt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis, effuderunt ſanguinem innocentem.* Quid durius, ac execrabilius, quàm quod Pater filium ſuum mactet, ac dedicet dæmonibus: Tanta tamen malitia ibi non eſt,terminata, ſed ad aliud gravius impulit, ad ſanguinem nempe ſanctorum, ac juſtorum effundendum, una enim malitia neſcit habere modum,ac terminum, ſed via,ac oſtium eſt ad aliam D. Hieron in cap.17.Iſai. *A parricidio liberorum ait, ad Prophetarum ſanguinem pervenerunt.*Hinc Chriſtus Dominus increpans Judæos, ait Matth. 12.n.39. *Generatio mala & adultera* prius mala, & cum malitia neſciat quieſcere, ſed potius ſemper impellit in malum gravius, ideo ſtatim additur *adultera*; ut quæ prius erat mala non ſervans Dei legem, deinde facta eſt adultera recedens à cultu veri Dei, & adorans militiam cœli. 66.

Pſalm. 105. *Unum malum via eſt ad deterius.* D. Hieron. Matth. 12.

Apoc.9.n.5. Et datum eſt illis, ne occiderent eos, ſed ut cruciarentur menſibus quinque & cruciatus eorum ſcorpii, cùm percutit hominem.

Num. 6. Et in diebus illis quærent homines mortem, & cupient mori, & fugiet mors ab ipſis.

VERSIONES.

Arabic. n. 5. Data verò fuit poteſtas, non ut occiderent eos, ſed ut cruciarent eos, & cruciatus in ipſos eſſet, velut cruciatus ſcorpionum cùm pungunt hominem.

Aliqui. Dictum eſt illis, ne occiderent.

Alii apud Albertum Arias. Ut cruciarent ſex menſibus, ſed ut cruciaretur.

Arabic.n. 6. Quærebant homines mortem, & non inveniebant,& exoptabant mortem, & fugiebat ab eis.

EXPO-

EXPOSITIO III.

Deus eum pendere dat pœnas.

67. D*Atum eſt illis*, non enim permiſſum eſt hujuſmodi locuſtis,ſeu hæreticis, *ne occiderent eos*, ut citò interficiat ipſos impios non ſignatos ſigno particulari, & ad hos refertur, & non ad juſtos ut aliqui volunt. *Sed ut cruciarentur menſibus quinque*, hos menſes varii verè intelligunt de quo quæſtione ſequenti,tamen hoc tempus litteraliter,quod per quinque menſes decurret intelligendum eſt.Ex quo patet quod non vult Dominus, ut eorum cruciatus breviſſimè tranſeant, uno vel altero menſe,nec etiam ut in longum tempus protrahantur, ne in deſperationem incidant. Sed tantùm per quinque menſes.

Quale venenum ſcorpii.

68. *Et cruciatus eorum ſcorpii, cùm percutit hominem.* Venenum ſcorpii frigidum, & ex nimio frigore, multo dolore licet tanto interficit: & triduum venenum illius ſerpit, & tunc interimit,tamen qui ſignati non fuerint ſigno Dei à ſcorpionibus læſi,eorum tortura non ſolùm per tres dies, ſed per quinque menſes perſeverabit in illa ultima, & acerba perſecutione, & rectè dicitur, *ut cruciatus ſcorpii, cum percutit hominem.* Nam ſicut ſcorpio percuſſione hominem interficit,ſic hæretici perſequentes eos,qui non habent ſignum Dei vivi interficient, dum à fide vera eos deficere facient.

69. *In diebus illis quærent homines mortem, & non invenient eam.* Communiter intelligitur,de veris Chriſtianis qui ſimpliciter homines dicuntur,qui propter importunam Hæreticorum vehementiam, tam crudeliter Eccleſiam perſequentes, mori optabunt, cupientes diſſolvi & eſſe cum Chriſto, ſed optata morte non peribunt, ſervare adhuc eos Deo adverſus Hæreticam perfidiam.

QUÆSTIO VII.

Quare ordinatum eſt à Deo, ut impii quinque menſibus affligerentur, nec pluribus, nec paucioribus?

70. Pannon. HUjuſmodi cruciatus erit tam crudelis, & acerbus, ut dicatur ſicut cruciatus ſcorpii: Cœlius Pannonius. *Ille cruciatus*, ait *funeſtæ eorum doctrinæ, quæ ſunt in interitum, ut benè ſcorpii cruciatibus comparetur cruciatus eorum, qui in cauda habent venenum, quo cruciant in mortem inſanabiliter, uſque ad mortem, ergo cruciatus durat Hæreticorum.* Scorpio ſpecie ſuavis, ac dulcis, cauda tamen acerbo,ac crudeli dolore percutit,inde cum hujuſmodi cruciatu doctrina Hæreticorum comparatur, quia licèt doloſè videatur apperitibus plauſibilis, tamen conſcientiæ dolore dirè percutit.

Vita præſens mutationibus obnoxia.

71. Dicitur in Text. *Datum eſt illis, ne occiderent eos, ſed ut cruciarent menſibus quinque.* Sermo eſt,ut patet ex verſu antecedenti de illis qui ſub quinque menſibus, totum vitæ tempus intelligunt, quæ quinque ſenſibus regitur; aut quinque ætatibus,infantia, pueritia adoleſcentia,juventute, & ſenectute continetur. Sed ſi ita res ſe habet,quare potius menſibus,quàm annis ætates deſcribuntur? Valde ſolemniter hominum ætates per annos dinumerantur, at cùm in menſibus Lunæ creſcentis, ac decreſcentis fiat mutatio, exinde vita hominum menſibus deſcribitur, ut cognoſcamus præſentem vitam continuis mutationibus obnoxiam eſſe. Cœlius Pannon. *In qua veritate*, ait, *frequentes caſus accedunt, & recedunt, ut ſemper continuis decurſibus adſit, vel tribulatio, vel tranquillitas.* Pannon.

72. Tamen ſecundùm litteram quinque menſes intelliguntur ſub quibus crudelior, & durior erit perſecutio, ut illi, qui non habent ſignum Dei vivi à fide deficiant,& fortè in his quinque menſibus alluditur ad illam ſummam inundationem quæ totum occupavit orbem,diluvium enim quinque menſibus duravit,dicitur Gen.7. num. 24. *Obtinuerunt aquæ terram centum quinquaginta diebus*, tot autem dies conficiunt quinque menſes; eſt ergo optima allegoria ad diluvium, cujus ſimilitudinem repræſentabit illa ingens perſecutio, quinque ergo menſes, non accipiuntur determinatè pro tot menſibus, ſed pro ingenti, inundatione malorum,quæ inſtar diluvii totum opprimet orbem. Altiùs res eſt examinanda.

Geneſ. 7. *Illa ultima tribulatio erit inſtar diluvii.*

Dæmones ad libitum non nocent improbis.

73. Dicitur in text. Datum eſt illis,ſeu non permiſſum eſt à Deo, ut eos occiderent, nam ſpectata Diaboli voluntate, inferret in eos omne ſupplicium,& omne malum,tamen dæmonibus non conceditur ad libitum nocere improbis,refrænantur enim à Deo. Richard. Victorin. *Nec Hæreticorum,qui maximè nocent,nec aliorum quorumlibet turba malorum,ad libitum lædere non ſinitur, rectè additur, & præceptum eſt illis,ne occiderent eos: præcipitur Hæreticis & principalibus diaboli miniſtris,ne non ſolùm verè bonos lædant, ſed nec terrenis deditos occidant.* Richard.

In mediis ſuppliciis Deus miſericors apparet.

74. Secundò datum eſt illis ne occiderent eos;ſi improbi & nequiſſimi, cùm non habeant ſignum Dei vivi damnandi ſunt,cur non ſtatim pereunt,ſed permittitur ut per quinque menſes eorum cruciatus duret, mediis in ſuppliciis Deus pius, & miſericors apparet, improbum illico non tradit morti; ſed grandi cruciatu vexat,ut pœna admonitus delictorum ſuorum pœnitentiam agat, ut indulgentiam conſequatur Richard. Victor. *Ut afflicti aliquando ea ſe dilexiſſe reſipiſcant, ad vera bona quærenda tandem, vel adverſitatibus traditi reſurgant.* Richard.

75. Et quæ major miſeria poteſt eſſe,quàm quod illi, qui non acceperunt ſignum Dei vivi, & damnandi ſunt, vitam ærumnoſam, anxiam & laborioſam agant ſub dæmonis mancipatu. De Dæmoniaco quodam ait D. Luc 8. numero 27. *Qui habebat dæmonium jam temporibus multis, & veſtimento non induebatur, neque in domo manebat,ſed in monumentis.* Extrema ſanè miſeria erat hæc. Dæmonis erat domicilium, jam temporibus multis, & tunc, nec domum, nec veſtem habebat, ſed tanquam mortuis vicinus,in earum monumentis habitabat. Huc conveniat voluptatum mancipia, quia dum ad divinas voces ſurdeſcunt; & luxurioſis voluptatibus indulgent, multis annis dæmonum domicilia fiunt, & nec veſtem habent, nec domum, nec valetudinem; nec vires, ſed quaſi cadavera putrida, jam penè jacent in

Luc. 8. *Summa hominis miſeria quod in vitiis agat vitam laborioſam.*

D. Baſil. Sel. ſepulchris. D. Baſilius Seleuc. Orat.23. *Ærumna altera, ait, altera gravior, nam cum ipſo dæmonum eſſet domicilium, pro domicilio habebat monumenta, ut & habitans, & una habitatus mortuos inter habitare cogetur.*

76. Oſe.12. De rebelli idololatria Ephraïmo ait Oſeas 12. num. 1. *Ephraïm paſcit ventum, & ſequitur æſtum: tota die mendacium, & vaſtitatem multiplicat.* Seu ut ex Græco legit Theodoret. Theod. *Ephraïm autem peſſimo ſpiritu plenus.* Quid facit Ephraïm ſpurcitia, ac nequitia plenus; paſcit ventos, ſuaviſſimis voluptatum, divitiarum gloriæque temporalis auris aucupandis totus traditur; concupiſcentiæ æſtum ſequitur & multa mendacia cum variis falſitatibus compoſita fabricatur; & inde multas deſtructiones ac vaſtitates ſui ipſius ſuarúmque rerum machinatur *vaſtitatem multiplicat.* D. Hieronym. *Spiritu peſſimo pleni ſequuntur ariditatem ſicut ventum urentem qui contrarius floribus eſt, germina cuncta diſperdit.* Et nota, quod Propheta ait *mendacium, & vaſtitatem multiplicat.* In eo quod multiplicat mendacium, & ſibi vaſtitatem multiplicat.

In vitiis multa mala ſibi multiplicat homo.

D. Hieron.

QUÆSTIO VIII.

Quare mors fugit ab eam deſiderantibus ac petentibus.

77. MAximè ſollicitus eſt homo de longinqua vita, quomodo de hominibus illius ultimi temporis dicitur, quod mortem *quærent, & non invenient?* Et quod deſiderabunt mori, & mors recedet ab eis? Hoc eſt terribile mortis ingenium, quod ea, deſiderantibus fugit, & quod ab ea fugientibus perſequitur: cùm nunciatum eſſet impiæ Jezabeli ab Achab Pſeudo Prophetarum omnium mortes; mulie-bri furore repleta, ſævam minatur mortem Eliæ, dicens. *Hæc mihi faciant Dii, niſi hac hora cras poſuero animam tuam ſicut animam unius ex illis.* Reg. 19. num. 2. quod cùm agnoviſſet Elias *ſurgens abiit, quocumque eum ferebat voluntas, & perrexit in deſertum viam unius diei,* Et ſubdit ſacer Text. *Cùmque veniſſet, & ſederet ſub unam juniperum, petivit animæ ſuæ ut moreretur*; parum ſibi videtur cohærere Parens Elias; ſi mortem fugit, cur mortem exoptat? & ſi exoptat, cur fugit ab ea? Angelomus. *Conſidera,* ait, *Eliam timore perculſum de manu Dei mortem petere; de manu mulieris mortem fugiendo vitare: quærebat enim mortem dum fugeret.* Prudéter Elias fugit mortem, quam ardenter percupit, ut mortis fuga mortem inveniat; ſciebat enim quod mors fugit ſe quærentes, & apprehendit ab ea fugientes, & ideo mortem fugit ut eam inveniat. Fuga enim mortis, mortem ſolicitè ſibi negotiatur, nam ab ea fugiendo ad mortem appropinquatur.

3. Reg. 19.

Mortis deſiderium fugit mortem, eam verè advocat vitæ votum.

Angelom.

78. Job. 3. Hebraic. Job 3. num. 21. ait. *Qui expectant mortem, & non venit.* Radix Hebraïca Verbum expectare denotat magnum affectum, & tamen ſubdit; *longè eſt ab eis,* & non venit. Sic ait, noſter Joannes de hominibus illius temporis. *Quærent homines mortem, & non invenient eam, & cupient mori, & mors fugiet ab eis.* Pro quo videndus eſt Philipp. Abbas in lib. de Cleric. ſilentio cap. 83. de morte ſic diſſerens. *Ut acerſioni cæca, & ſurda his libentius, & frequentius contradicat, & in hoc mors, quod ſuum eſt, agere ſe perpendit, dum ſcilicet explorare voluntatem quorumlibet non intendit, nec unquam votis & precibus propitia non adſiſtit, sed victrici ſævitia gaudens obviat, & reſiſtit.* Philipp.

QUÆSTIO IX.

Quinam ſint iſti, qui tanto affectu mortem deſiderant, & mors fugit ab eis.

QUinam ſunt iſti, qui mori deſiderant, & mors fugit ab eis. Primò, D. Auguſt. ſerm. 252 de tempore, & Franciſcus Fevardus lib. 14. de Inferno, & pœnis damnatorum locum intelligunt, quia licèt pœnis afficiantur, vitam eripere, & mortem inferre valentibus; tamen in hoc eorum miſeria, & calamitas maxima cernitur; quòd cruciatus ſentiant intolerabiles, & corpora tamen eorum incorruptibilia conſiſtent, nec amplius morti obnoxia, Petrus Bleſenſ. Epiſcop. Epiſtol. 61. *Finis, ait, ſemper ibi incipiet, & mors non morietur, nec defectu deficiet, ut damnati hominis conditio ſemper in doloris materiam, & mortis æternæ pabulum redivivet.* quod latiùs proſequitur D. Thomas Quodlibet 5 art. 1. 79. D. Auguſt. Fevardus.

Damnatorum corpora incorruptibilia.

Bleſenſ.

Aliter reſpondet, idem D. Auguſt. citat. *Ubi mors quæritur, ait, & non invenitur? ſcilicet in inferno, quia quibus in hoc ſæculo vita infertur, & nolunt accipere in inferno quærent mortem & non poterunt invenire.* Cur ergo quærent mortem, non inveniunt. pœna peccato ipſorum reſpondente, ut qui ſibi hoc ſæculo, præſentem mortem habere contempſit, ſed eius memoriam abjecit, in inferno cùm ardentiſſimè mori cupiat, non diſtantiſſimè recedet ab eo. 80. D. Auguſt.

Qui mortem noluit habere præſentem in hoc ſæculo, in inferno mors fugiet.

Secundò Rupertus, Eſtius Tyrinus M. Joannes de La Haye de impiis hominibus text. interpretantur & juxta ſeriem text. de eis videtur loqui, cur cum ardentiſſimè mori optent mors eis non venit, Deo ſic ordinante, tunc ut ipſi reſipiſcant, tum in exercitium bonorum, tum etiam ob gravitatem ſuorum ſcelerum in majorem eorum cruciatum, & pœnam Citatus Rupertus. *Tunc cupient mori: ait, ſonabat lingua præ nimio rancore, & impatientis amaritudine animi, fiet illis ſuccreſcentibus pœnis, ut propre optent mori, & fugiet mors ab eis, racet tum ſervantibus locuſtis, ut non occidant, ſed crucient menſibus quinque.* 81. Rupertus. Tyrin. Eſtius. La Haye.

Mors deſiderata ab impiis non venit in majorem eorum pœnam.

Tertiò, ardenter mortem exoptabunt, percuſſi nempe à locuſtis, ſub quibus ut diximus intelliguntur hæretici, & cùr ſi ab hæreticis perſecuti mortem præ vita eligunt? quia perſuaſione Hæreticorum, ac eorum temporalium promiſſiones in fide dubii hæſitant, & hanc hæſitationem, tanquam duriorem morte cruciatum reputant, eos maximè conſcientia accuſante, & ideo mortem vitæ præferunt, ne talem dubitationis anxietatem ſuſtineant; patrocinatur Joachimus Abbas, *Melius ait, ſibi eſſe arbitrantur mori, quàm vivere, inde eſt, quod triſtes* 82. Ioachim.

Dubietas intolerabilis cruciatus.

triſti ſunt omni tempore, qui hujuſmodi ſunt, ſed & facies eorum paliore perpetuo deprimuntur, & hæc quidem de illis, qui de aliqua utilitate temporali, ſic tranſeunt animo ad ſectam eorum, ut tamen durum arbitrentur relinquere ſemel ſuſceptam fidem, & recedere à pietate Chriſtiana, quam ſervat ſub cœlo multitudo credentium.

Deus ſervat à morte Prælatos ut, ſubditis ſubveniant.

83\. Quartò quærent homines mortem, & non invenient; de paſtoribus, ac Prælatis locum interpretatur Richardus. Cur tamen à paſtoribus mortem exoptantibus, ipſa mors recedet, potiùs ab illis, quàm ab aliis? Nam Prælati viſa tanta ſubditorum calamitate, ac ſtrage, tanto inde dolore afficientur, ut mortem tam duræ vitæ præferant; ſed Deus eorum votis non annuet, ut in talibus temporibus tantæ afflictionis, valeant ſuis ſubditis ſubvenire, nam bonus Prælatus fulcimentum eſt reipublicæ. Richard. Richard. Victorinus. *Quærent homines, ait, & maximè paſtores mortem, timentes lapſum, & non invenient eam, quia propter neceſſitatem ſubjectorum reſervabuntur.*

84\. D. Ambr. Quintò, multi graves Auctores cum D. Ambroſ. hæc interpretantur de viro juſto, & ſancto, ſed cur à Deo mortem poſtulantes non obtinent. Pſalm. 4. Cum Regius Vates dicat Pſal. 4. n. 1. *Cùm invocarem exaudivit me Deus juſtitiæ meæ in tribulatione dilataſti mihi.*

85\. Primò, non exaudiuntur; ut à tribulatione eripiantur, ſed in ea maximè dilatantur, ut laboribus expoliti merito, ac perfectione augeantur. D. Anſelm. D. Anſelm. *Quærent homines mortem,* ait, *timentes lapſum, & non invenient eam, ut probatiores reddantur.* Secundo cum juſti videant tot injurias ab iniquis miniſtris inferri Deo maximè eligent vitam cum morte commutare, quàm ſuſtinere tot injurias Deo illatas, cùm eas impedire non valeant. Pannonius. *Tunc boni,* ait, *abhorrentes tantam abominationem, quantum ab impiis paſſim fieri vident, nec ultra Dei injuriam ferre valentes, cupient ſubitò eripi è vita, nec tamen valent Deo aliter diſponente.*

Iuſtus potius vult mori quàm videre Dei injurias. Pannon.

86\. Alb. Magn. Tertiò, cum juſti videant mundum tantis tribulationibus premi, eligent potius mortem, quàm ex tanta tribulatione in aliquam Dei offenſam prolabi, nam vita eſt contemnenda, ne in aliquam Dei offenſam incidamus. Albertus Magn. *Quærent juſti mortem, nempe corporalem, quia timebunt lapſum propter tribulationis gravitatem in duris carceribus, flagellis, & aliis, quandoque enim continget præligere mortem in magnis adverſis, propter timorem offenſæ.*

Mors potius eligenda quàm Dei offenſa.

87\. Quartò, mortem præ vita optant juſti, quia exitus hujus vitæ introitus eſt alterius melioris. D. Bernard. Epiſt. 105. ad Rom. *Moritur quidem & juſtus,* ait, *ſed ſeverè cujus mors ut præſentis eſt exitus vitæ, ita introitus melioris.* Et D. Ambroſ. de bono mortis cap. 6. *Non habemus,* ait, *quod in mortem metuamus, ſi nihil, quod timendum ſit, vita noſtra obmiſit.*

Conſcientia bona mortem non timet. D. Bernard. D. Ambr.

88\. Quintò & ultimò. Homines tunc mortem exoptabunt, cùm vulnerati aculeis, locuſtarum venenum habentium ad inſtar ſcorpionum acri dolore, ingenti cruciatu torquebuntur; non ergo mirum ſi ipſi appetant mortem, quæ præſentium malorum terminus eſt, ac meta. D. Nazianz. D Gregor. Nazianz. Oratione in funere patris. *Mors modo à præſentibus malis nos vindicat.*

Mors præſentium malorum terminus.

89\. Dan. 3. Confer modo fortiſſimos juvenes Machabæos & tres Danielis ſocios inter ſe omnes ſub calamitoſo tempore degunt; omnes religionis cauſa ad tyrannorum tribunal ducuntur, in omnes capitalis ſententia pronuntiatur. Illi ab Antiocho jubentur ardenti ſartagine torreri. Iſti à Nabuchodonoſore mittuntur in ardentem fornacem. Ecce omnes pueri traduntur igni; diverſus tamen extitit eorum eventus, Machabæi inter flammantes ſartagines animam exhalant; Tres pueri verò in fornace à vinculis ſolvuntur, & vividiores apparent, ut triumphatores in longos annos victuri educuntur: Qui ergo feliciores judicandi ſunt, & qui majori beneficio à Deo donati; an illi qui morte occubuerunt, an qui vivi & incolumes à morte eripiuntur. Quæſtionem pulchrè reſolvit D. Aug. ſerm. 11. de diverſis c. 3. *Quare,* ait, *illi ab ignibus conſumuntur? Ergo illis Deus aderat, hos deſeruerat? abſit, imò utriuſque affuit. Illis in aperto iſtis in occulto: illos viſibiliter liberat; iſtos inviſibiliter coronabat. Illi quidem de morte liberati ſunt, ſed in hujus vitæ tentatione manſerunt; ab igne liberati, ad pericula reſervati. Uno tyranno victo, adhuc certaturi cum diabolo. Fratres mei ſicut Chriſtiani, Machabæi melius, & tutius liberati ſunt. Ab illis tribus viris cæteris remanentibus, illa una tentatio ſuperata eſt; ab iſtis iſta vita finita, quæ tota tentatio eſt.* Machabæi verò felici ingreſſu omnia tentationum certamina feliciter abſolvunt, & inamiſſibilem coronam aſſumunt; Tres verò pueri, etſi à morte eripiantur, innumeris tamen periculis reſervantur; vicerunt mortem dum vivunt, reſtant tamen mille incurſus hoſtiles, mille incendia, pugnæ, ac calamitates.

D. Auguſt.

Mors pro ingenti beneficio eſt juſtis.

Sanctiſſimo Joſiæ regi ex Dei mandato dicitur. *Colligeris ad ſepulchrum tuum in pace, ut non videant oculi tui omnia mala, quæ inducturus ſum per locum iſtum* 4. Reg. 22. num. 20. inter tot calamitates Jeroſolymitanas pacifica mors illi promittitur à Deo, & tamen Joſias moritur in bello percuſſus à Nechao rege Ægypti; 4. Reg. 23. n. 29 & 2. Paral. 35. num. 20. Quomodo ergo vera conſiſtit Dei promiſſio, quod Joſias in pace ſit moriturus, cùm in bello hoſtiliter vulneratus ceciderit? mors in bello pacificus eſt exitus? Reſtabant duriora ventura prælia, majora excidia, templi incendia, urbis depopulatio, totius populi perditio, ac deſolatio; valdè tunc grata & pacifica erat mors, qua Rex à tot, ac tantis conflictibus eripiebatur; ſanè ingenti beneficio quieſcit qui tunc perventa morte ſepelitur, ne divini templi videat ruinam, ne ſui populi deſolationem, ac devaſtationem. Sic habet Abulenſ. ibi quæſt. 20. *Quia mala, quæ ventura erant ſuper Hebræos valdè majora erant, & quanta nunquam evenerant, ita ut fierent in ſtuporem, & maledictum; ideo Joſias quamquam moreretur in bello, diceba tur mori in pace, quia per hoc excuſabatur videre mala maxima.* 90.

4. Reg. 22.

4. Reg. 23. 2. Paral. 35.

Mors ingens Dei favor.

Abulenſ.

Apoc. 9. n. 9. Et ſimilitudines locuſtarum ſimiles equis paratis in prælium, & ſuper capita earum tanquam coronæ ſimiles auro, & facies earum, tanquam facies hominum.

Num. 8. Et habebant capillos, ſicut capillos mulierum, & dentes earum, ſicut dentes leonum erant.

VERSIONES.

Syrus. Et ſimilitudo illarum locuſtarum hæc eſt, ſimiles ſunt ſecundum ſimilitudinem equorum paratorum ad prælium, & ſuper capita earum eſt tanquam corona ſimilitudinis auri, & facies earum, ſicut facies hominis.

Arabicus. Forma autem locuſtarum illarum erat velut equorum ſtantium ad prælium.

Arias. Et ſimilitudines locuſtarum, ſimiles equis paratis.

Syrus v. 8. Et habebant capillum, ſicut capillum mulierum, & dentes earum, ſicut leonum erant.

Arabicus. Habebant comas ſicut comas mulierum.

EXPOSITIO IV.

91. *Hæretici potentes viros ſibi adjungunt.*

ET *ſimilitudines locuſtarum ſimiles equis paratis in prælium.* Creſcit oratio, & aliquid plus revelatur de iſtis locuſtis quàm antea revelatum fuerat; nam ex locuſtis paulatim evadunt in equos propter potentiam, ac fortitudinem magnorum virorum, quos hæretici erant decepturi, & ſibi adjuncturi, & hi dicuntur hæretici inſtar equorum veloces & robuſti, ſemper tamen parati ad impugnandam veritatem cùm tamen contra eam nunquam valeant prævalere.

92. *Et ſuper capita earum, tanquam coronæ ſimiles auro.* Introducuntur hîc hæretici, tanquam cum coronis aureis ſuper capita, quia dum decertant, contendunt, ac reſiſtunt veritati, nunquam ſe victos agnoſcunt, ſed victores ſe ſimulant, & mentiuntur, hoc enim eſt. ſimilitudinem coronæ geſtare, falsò ſe victores dicere, & tales coronas portant, non aureas, ſed aureis ſi-
2. Timot. 3. miles juxta illud Pauli 2. Timoth. 3. num. 5. *Habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes.*

93. Et facies earum tanquam facies hominum. Benedicuntur tanquam facies hominum habere, quia humanitatem, ac benignitatem per ſe ferunt tantùm in facie, ac repræſentatione; cùm tamen veluti ſcorpiones pungant, & feriant; *& habebant capillos ſicut capillos mulierum,* propter effœminatam eorum mollitiem, & turpitudinem; *& dentes earum ut leonum.* Leonum dentes ſunt fœtidi & venenoſi, ut teſtatur
Plinius. Plin. l 8. cap. 16. bene ergo harum locuſtarum dentes ut leonum dentes erant, quia Hæreticorum doctrina non ſolùm fœtida eſt, ut jam dixi ſupra hoc cap. q. 3. n. 24. ſed etiam mortifera, animas enecans, & occidens.

QUÆSTIO X.

Quare hujuſmodi locuſtæ, quaſi equi parati in prælium ad omnia devaſtanda habent tanquam facies hominum?

RUpertus Primò hoc loco, per hujuſmodi locuſtas, intelligit Iſraëlitas, qui derelicto vero Deo, ita ſunt diminuti, ut Chananæi reſpectu ipſorum, magnitudinem equorum habere viderentur, & cùm de Chananæis ſit ſermo, non dicitur de eis habere coronas, ſed quaſi coronas, quia qui non propria virtute vincit, & nitet, non meretur veram habere coronam Rupertus Abbas; quia hujuſmodi reges ſcilicet Chananæorum, *tanquam coronati, & non verè coronati victoriis fuerunt, quia videlicet non ſua virtute illi vicerunt, ſed pro peccatis ſuis iſti homines victi ſunt.* 94. Rupert. *Qui ſine propriis meritis vincit, non habet coronam.*

Secundò, Cornelius, Eſtius Menoch. Joan. de la Haye de veris, ac naturalibus locuſtis locum intelligunt. Quia locuſta pedibus ſuis inſiſtens, quaſi parata ad volandum ſpeciem habet equi armati, & cataphracti; unde ab Italis locuſtæ vocantur *Cavallete* equi parvi, & hujuſmodi locuſtæ maximè paratæ ſunt ad devaſtandum, ac deſtruendum. 95. Corn. Eſtius Menoch. La Haye.

Tertiò de muliere laſciva, & impudica interpretatur text. D. Bernard. Senenſ. tom. 2. feria 6. poſt Dominic. Paſſion art. 2. cap. 2. nam mulier in ſpecie, ac repræſentatione fert benignitatem humanam, at intrinſecùs habet venenum ſcorpii & leonum dentes, ut interficiat, & occidat, ſed quomodo dicitur de hujuſmodi locuſtis, quod erant tanquam equi parati ad prælium; quia mulier laſciva, & impudica ſi non concupitis fruatur, in furorem agitur, cum omnibus contendit, & cum omnibus pugnat. Patrocinatur citat. Bernard. *Laſciva mentis eſt, ut quantò promptior eſt ad carnalem delectationem, tantò amplius diſpoſita ſit ad furorem, & turbationem: ſicut enim moderamen neſcit in delectando, ſic quoque moderamen neſcit in iraſcendo; ideo de muliere vana; & laſciva dicitur.* Eccleſiaſt. 25. num. 22. Non eſt ira ſupra iram mulieris. *Quod inſinuat. Joan. dicens.* Similitudines locuſtarum, &c. *id eſt in contentionem, & turbationem, poſt laſcivos, & inſatiabiles amores, indignatio, atque turbatio inter carnales oriri ſolet.* 96. D. Bernard. *Furori laſcivæ mulieris nullus reſiſtit.* Eccleſ. 25.

Vera & conſtans ſententia eſt ut dixi in expoſitione per hujuſmodi locuſtas, ut equos paratos ad pugnam, intelligi hæreticos. Ita Beda, Albert Magn. Hugo, Gagnæus, Ribeira, Viegas, Cornelius, & alii. Nam equi ſuperbi, ac arrogantes ſunt, & videntur minas intendere, ſic & hæretici valde ſuperbi ac arrogantes ſunt, ſpumant, & erecto collo, videntur per minas cuncta terrere. Sed quomodo in eodem animali proponitur ſpecies locuſtæ, & equi, nam equus magno impetu in hoſtium fertur aciem, quid autem inanius locuſta, præter ventrem nihil videtur habere. 97. Beda. Albert. Hugo. Gagnæus. Ribeira. Viegas. Cornel.

Ecce

Hæretici fervidè, ſed inaniter impugnant Eccleſiam.
Haymo.

Ecce cur hæretici aſſimilantur equo parato ad prælium, & tamen locuſta eſt, quia licèt cum multo fervore, in Eccleſiæ ruinam feratur, inanis tamen eſt ejus velocitas, & fervor, facilè enim tanquam locuſta confringitur. Haymo. *Equus*, ait, *aſſimilantur omnes hæretici propter velocem ubique diſcurſum, quia totum ſubitò replebunt mundum: locuſtis verò propter vanitatem: in prælium vadunt, quia contra fidem rectam electorum pugnant, & cùm juxta rationem ſubſiſtere adverſus Prædicatores nequeant, ſemper tamen irrationabiliter veritati reſiſtant.*

98. Nota tamen quod in his locuſtis nihil eſt verum; in eis enim notatur equorum ſimilitudo, non veritas, & ſi coronatas locuſtas videamus, non tamen veris diadematibus, ſed tanquam coronis, & non aureis, ſed tanquam aureis; facies eorum tanquam facies hominum, &c. Itaque hujuſmodi locuſtæ nihil veri habere dicuntur; ſed quid ſimile vero, quod falſum eſt, ſicut enim per equum ſignificatur robur & audacia, ſic & per coronam victoria: Hæretici quamvis dicant in ſuis argumentis multam habere vim, & in eis ſe jactent victores; totum hoc falſum, & apparens eſt, nihil veri in ſe habens: Auro verò charitas, & vera ſapientia, veruſque zelus denotatur: Hujuſmodi locuſtæ, non aurum, ſed ſimilitudinem illius portant: Quia hæretici nil verum; ſed ſolum fucatum, ac fictitium habent, ſunt enim ſimiles quibuſdam cauponibus, qui non vinum purum, ſed colori vini ſimile, nempe vinum aqua mixtum mentibus exhibent. Ut optimè ait Etherius Epiſcopus contra Elipandum. *Aurum, & argentum*, ait, *ſe dicunt portare, ſed mixtum & adulterinum falſum eſt. Veniant trapezitæ, videant, quia mendacium eſt, nemo ex his accipiat, nemo amet, ne poſtmodum pœniteat vinum nobis porrigunt, nemo accipiat, nemo bibat, mixtum eſt aqua*, quod paulo poſt confirmat ex Iſaia 1. num. 22. *Eos tanquam teterrimos caupones appellabat, qui miſcent vinum aqua; eo quod ſapienti, & ſincero mero, id eſt verbo Dei inſipidum, & aquatum, id eſt terrenam atque humanam doctrinam quaſi aquam miſcentes vino populo intimabant.*

In hæreticis totum eſt falſum & fictitium.
Etherius.
Iſai. 1.

99. Ultimò maximè ponderandum in his locuſtis, quod referunt ſpeciem tanquam equorum in prælium irruentium, deinde tanquam facies hominum oſtentant, & habent capillos ſicut capillos mulierum, eórumque dentes, ut leonum erant, Deus bone quæ tam horrenda monſtra? quæ tam fœda animalium ſpecies? quæ tam abſurda rerum facies? Unde tanta varietas? has nempe varias formas, varius induit affectus? Neque enim homo ſemper homo eſt, nam aliquando homo homini equus indomitus, vel leo ferox facilè homo mobili ingenio demutatur ad rem mobilem; & qui modo benignitate, ac moribus refert hominem, ſtatim morſibus leonem refert, & modo ſe tanquam velocem equum oſtentat, modo tanquam muliebri laſcivia luxuriantem, de hoc mobili genio humanæ gentis, loquitur Juſtinian. lib. de Perſeverantia cap. 3. *Proponit ſibi, quod vult; nec in eo quod ſibi propoſuit perſeverat, ſed tranſilit, nec tantùm mutat, ſed redit ad ea, quæ prius deſeruit, ac damnavit.*

Varias formas ac mutationes capit homo.
Juſtin.

100. Vidit Ezechiel. n. 3. Quatuor animalia, & unumquodque quadriforme erat, ut volunt. D. Hieron. Theod. & Lyran. facie recta homo ſtabat, à dextera leonina erat forma; à leva bovina facies, à tergo eminebat aquila, quod facile ex text. patet. *Quatuor facies uni.* Si variam morum ſupellectilem explicat unus homo. Nunc hominem referat bonus genio; nunc leonem exprimat ira percitus, jam ut taurus cuncta cornu petat; jam verò ut Aquila ungue rapiat, nec uno diutius ſtatu permanet; ut vitus, ſic formis variat, neque enim unus ſumit habitus duplex Ulyſſes ingenióque mobili, quod obſervat Magnus Baſilius ad Pſal. 44. *Vide*, ait, *quam varia ſit, & multiformis noſtra mutatio? mutamur concupiſcentia*, &c. Plures quàm Protheus formas induit nuſquam unus ſemper à ſe diverſus homo: quæ humani cerebri nota eſt.

Ezech. 1.
D. Hieron.
Theod.
Lyran.

Notat D. Bernardus Virginem Deo ſacram variare affectibus rerum plurimarum; nunc verò maximè flagrare eo ſtudio, ut Dilecti præſentiam exquirat. *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Cant. 1. n. 1. Et inde maximè petit ab eo trahi. *Trahe me poſt te.* Ibid. n. 3. Jamque Virgo Deum invitat in hortum. *Veniat dilectus meus in hortum ſuum.* Cant. 5. n. 1. Modo Virgo à Deo vocata cunctatur, & ideo tripliciter vocatur. *Veni de libano, veni de libano, veni.* Cant. 4. n. 8. Jam lectulo affixa Deum abigit quodammodo, cum moras agit in aperienda janua. *Expoliavi me tunica mea, quomodo induar illa*, c. 5. n. 3. Tandem dilectum à ſe recedere, ac fugere exclamat. *Fuge, dilecte mi*, cap. 8. n. 14. Unde tanta rerum varietas? ſi ejus præſentiam maximè flagrabat, cur ad illam ſic aliquando cunctatur, ſi nolebat ab eo divelli, ſed poſt eum trahi, cur eum fugere exclamat; varium & mutabile ſemper, eſt fœminæ ingenium, quod heri annuerat, abnuit hodie, nec uno eodémque voto vivit, ſic & bonus quiſque perſæpè variat, D. Bernard. ſerm. 21. in Cant. *Vides*, ait, *ne illum qui in ſpiritu ambulat, nequaquam permanere in eodem ſtatu, nec eadem ſemper facilitate proficere.* 101.

Cantic. 1.
Cantic. 5.
Cantic. 4.
Cantic. 8.
Varium & mutabile ſemper fœminæ ingenium.
D. Bern.

QUÆSTIO XI.

Quare hujuſmodi locuſtæ cum leonum dentibus habebant capillos mulierum.

Rationem litteralem jam dedi in expoſit. de Hæreticis eſt ſermo quorum dentes cum dentibus leonum comparantur, & cur non potius, cum dentibus caprarum, ſicut dentes dilectæ; de quibus ait ſponſus: *Dentes tui, ſicut greges tonſarum.* Cant. 4. n. 2. Vel ut ſponſa de dentibus dilecti ait. *Vinum optimum dilecto meo ad potandum labiiſque, & dentibus illius ad ruminandum.* Cant. 7. n. 9. Hi ſunt optimi ſanæ doctrinæ concionatores, qui tanquam labia loquuntur, & veluti dentes ruminant, & auditoribus doctrinam tanquam ſalutarem cibum ad edendum opponunt; nam tanquam optimi dentes inſerviunt, ad cibum doctrinæ frangendum; & moliendum, ſic explicat Beda, citat lo cum. *Solent nutrices*, ait, *particulas panis dentibus conficere, & inter lactandum in parvulorum faucibus minuta quaſi manſa immittere, donec eos paulatim abſtractos à lacte ad eſum panis perducant: ſic ſancta mater Eccleſia habet Doctores*, 102.

Cant. 4.
Cant. 7.
Beda.
Hæretici ſuos auditores dilacerant ac jugulant.

 qui

qui inſtar uberum, lac doctrinæ mollioris infundunt. At hæreticorum dentes, ſunt inſtar leonum, qui non ruminant, nec emolliunt doctrinam ad ſalutare nutrimentum aliorum, ſed tanquam leones venatu accipiunt prædam, ut jugulent, & dilacerent. Sic D. Gregorius Explicat illud

Job. 41. D. Greg.

Job. 41. n. 5. *Per girum dentium ejus formido.* Sic ait lib. 33. Moral. cap. 29. *Dentibus Leviathan, errorum magiſtri ſignificantur, quia reproborum vitam mordendo dilaniant, & eos à veritatis integritate ſubductos, in ſacrificio falſitatis mactant.*

103. *Voluptas carnalis crudeliter dilanians.*

Ad noſtram quæſtionem dicitur in textu, quod in hujuſmodi locuſtis facies erat tanquam hominum, & capilli inſtar mulierum, tamen conſequenter ad repræſentationem facierum dicendum videbatur capillos hominum habuiſſet; tamen meritò capillis mulierum leonum dentes conjunxit Joannes; voluptas enim carnalis, quæ prius blanditur cum pulchritudine mulierum, earúmque capillorum venuſtate, tamen multa cum immanitate dilaniabit, pro qua re patronus eſt Aretas. *Sunt & muliebres,* ait, *capillorum cæſaries, tanquam contegentes ſeductiones, tales enim ſunt & carnales voluptates quæ primo ſuo aſpectu, delectare videntur, ſed ad ſui ruinam ineſcatos detrahunt.* Ideo dicitur Proverb. 5. n. 3. *Favus diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur ejus, noviſſima autem illius amara.*

Aretas. Prov. 5.

104. *Mulier laſciva fœtet & mordet.*

Secundò meritò cum capillis mulierum conjunguntur leonum dentes; qui ſunt mordaciſſimi, ac fœtidi, ut dixi in expoſit. Nam mulier libidinoſa, & alios ad luxuriam provocans fœtidiſſima, & mordaciſſima, & voraciſſima eſt, ſic habet D. Bernard. Senenſ. tom. 2. feria 2. poſt Domin. de Paſſione art. 2. cap. 3. *Leo,* ait, *eſt ſuperbum animal, habet os fœtens, mordaces dentes, & voraces, per quem meritò denotatur mens carnalis, & impatiens, vana ſuperbia cujus os fœtens eſt propter aliorum diffamationes, dentes mordaces habet propter murmurationes; voraces, propter impias, & crudeles detractiones.*

D. Bernard.

105. *Hæretici ſuã doctrinam fuco componunt.*

Tertiò & communiter per hujuſmodi locuſtas intelliguntur hæretici, & bene in eis deſcribuntur dentes leonum cum capillis mulierum; quia ipſi non ſolùm ſimulant humanitatem, ſed etiam mulierum blanditias, ut eos quibus detrimentum inferre moliuntur, facilius ineſcati valeant, ſicque pernicioſius decipiant ſuiſque erroribus irretient; Secundò habent capillos mulierum quia inſtar fœminarum, ſeſe componunt, & comunt, hoc eſt doctrinam ſuam fucato aliquo colore veritatis illinunt, vel Tertiò Hæreticorum capilli fœminarum crinibus aſſimilantur, ut quanta ſit in eorum cogitationibus, id eſt opinionibus, & dogmatibus inconſtantia, & levitas denotetur. Pro quo facit Actio Quarta Generalis 6. Synodi Conſtantinopoli habita in Trullo de Hæretic. ſic loquens. *Quantumcumque colorare velit ſuum quiſque errorem à luce veritatis arguitur, ſicut & Apoſtolus gentium Epheſ. 5. docet omne quod revelatur, lumen eſt, quia veritas ſemper conſtans, & eadem permanet: ac falſitas variatur, & ſibi ipſi variando approbatur, & redarguitur eſſe contraria. Ex hoc enim, & ſibi ipſis adverſa docuiſſe novi dogmatis inventores offenſi ſunt, quia Evangelicæ, atque Apoſtolicæ fidei ſectatores eſſe noluerunt.*

Hæretici inconſtantes. 6 Synodus Generalis.

106. Quartò Hujuſmodi locuſtæ inſtar equorum paratæ ſunt in prælium humana facie leonum dentibus; ſunt enim multi qui humana, ac amica facie ſimulatè prælium excitant, & leoninos dentes infigunt, dum cùm non murmurare videantur crudeliter murmurant, detrahunt, & dilacerant, quorum ingenium aptè depinxit. D Bern ſerm. 24. in cant. *Alii autem,* ait, *quondam ſimulatæ verecundiæ fuco conceptam malitiam, quam retinere non poſſunt adumbrare conantur. Videas præmitti alta ſuſpiria ſicque quadam cum gravitate, & tarditate, vultu mæſto, demiſſis ſuperciliis, & voce plangente egredi maledictionem & quidem tanto perſuaſibiliorem; quantò creditur ab iis, qui audiunt corde invito, & magis condolentis affectu, quàm malitioſè proferri, &c.* Expende verbum; *& quidem tantò perſuaſibiliorem quantò creditur ab iis, qui audiunt, corde invito proferri.* Pro quo facit id quod ait ſapiens Eccleſiaſt. 18. n. 11. *Si mordeat ſerpens in ſilentio: nihil, eo minus habet qui occulte detrahit.* Septuaginta. *Si momorderit ſerpens in non ſuſurro.* Alii legunt: *Si mordeat ſerpens in non murmure.* Sicut ſerpens dum abſque murmure valdè peſtiferum venenum infundit, ſic qui detrahit in ſilentio, quando videtur non detrahere crudeliſſimè dilacerat.

D. Bern. *Qui in ſilentio murmurat crudeliſſimè dilacerat.* Eccl. 10. Septuag.

Quintò Locuſtæ ſeſe exhibent armatas tanquam equus ad prælium, ac leonum dentibus & mulierum capillis, in quibus depingitur, qui falſa confingit, qui mendoſa componit donec omnia radicitùs exterminet, & mendaciorum fraude corrumpat, eleganti ergo ænigmate Joannes talis exterminatori omnia leoninis, ac peſtiferis dentibus corrumpenti, ac devaſtanti, mulierum adjunxit capillos ac ſi de muliebri ſimilitudine vires ad fallendum ſugat, & ad continuandos dolos peritiam trahat; D. Proſper. 1. p. cap. 36. *Locuſtarum multitudo,* ait, *vexant omnia, radicitùs exterminans falſarius eſt, multa variáque confingens, qui rodit ut locuſta famam, vitam actúſque alienos, donec totum adverſùs quem falſa confingit radicitùs exterminet.* Inde Locuſtarum uſus eſt Joannes emblemate, cum mulierum capillis. O quantis malis muliebria mendacia vires addiderunt, quantis calamitatibus robur firmarunt. Certè mulier invenitur fraudis mater, falſitatis origo, doli vena, aſtutiæ officina, veritatis venenum, improbitatis auxilium.

107. *Fœmina ad mendacium prompta, & ad fallendum parata.* D. Proſper.

Depravato odio cogitat Pharao conſumere populum Hebræorum. Indéque. *Dixit Rex Ægypti obſtetricibus Hebræorum, quarum una vocabatur Sephora, altera Phuo, præcipiens eis: quando obſtetricabitis Hebræas, & partus tempus advenerit: ſi maſculus fuerit interficite eum; ſi fœmina reſervate.* Exod. 1. n. 16. Exoptabat Rex ut infortunio adſcriberetur, quod ex iniqua ejus diſpoſitione naſcebatur, ut pueri bona valetudine in lucem dati, dicerentur ex utero materno mortuos exiſſe, & ut execrabile facinus coloraretur mendaciis, ita ut nullus improbis deteſtandiſque deſideriis illud adſcriberet, hoc opportunum medium excogitavit, mulieribus rem commendavit, non maleficos adhibuit, ut in aliis contra portenta Moyſis uſus eſt. Exod. 7. n. 11. & 12. Sed tantùm mulieres convocat hîc, agebatur enim res de mendaciis colorandis, ac fabricandis, ideo mulieres compellat de illarum in concinnandis fraudibus peritia, ſperans feliciſſimè ſucceſſurum negotium in componendo mendacio

108. Exod. 1. Exod. 7. *Mulier artificioſa ad mendacium.*

mendacio. Patrocinatur Lippomanus *vocatis duabus obſtetricibus mandat crudeliter, ut tempore partus in ipſis ſellulis, ſuper quibus mulieres pariunt, maſculos Hebræorum clam interficiant, ac fingant ipſos ita mortuos natos.* Ad portenta facienda malefici vocentur, ad mendacia fabricanda mulieres verò. Dum ergo falſitatibus crudelitatem vult obtegere,& inſaniam fraudibus ſimulare, mulieribus commiſit negotium, ſperans opportunè ſibi rem eventuram; maximè enim expertus erat fœminas hîs in artificiis pollere,& ad mendacia coloranda multum præſtare.

109. Incredibili affectu Saül anhelabat Davidem manibus tenere, ut eum interficeret; & cum cognoviſſet ipſum in Domo ſua cum Michol adeſſe, miſit Satellites ut Davidem caperent; admonitus David à Michol per feneſtram aufugit: *Tulit autem Michol ſtatuam & poſuit eam ſuper lectum,& pellem piloſam caprarum poſuit ad caput ejus & operuit eam veſtimentis. Miſit autem Saul apparitores, qui raperent David, &* 1. Reg. 19. *reſponſum eſt, quod ægrotaret.*Reg. 19 num. 13. & 14. Non explicat Text. à quo quòd ægrotaret,fuerit reſponſum; ſine dubio à Michol datum eſt reſponſum;nam fœmina valdè prompta ad mendacium. Id tamen altius eſt expendendum quod non aliquis ex ſervis, ac famulis ſtatuam in modum ac formam viri in lectulo collocaverit, ſed tantùm ipſe Michol Princeps ac filia Regis, nam cùm eſſet fœmina præ cæteris in hoc munere excellebat, & fallendi damnabili prærogativa præfulgebat. Divus

Mulier ad dolos fabricandos paratiſſima.

D. Baſil. Sel. Baſilius Seleuc. orat. 16. *Perſuaſit*, ait, *quoque lectulo ut invalitudinis ſimulationem adjuvaret: imago namque in viri ſpeciem conformata & in lectulo collocatæ formæ fictione videntes eludebat.*

Apoc. 9. n. 9. Et habebant loricas,ſicut loricas ferreas; & vox currus equorum multorum currentium in bellum.

Num. 10. Et habebant caudas ſimiles ſcorpionibus,& aculei erant in caudis earum, & poteſtas earum nocere hominibus menſibus quinque.

VERSIONES.

Arabic. n. 9. Erant etiam illarum pectora loricata de loricis ferreis, & ſonitus illarum ſicut ſonitus equorum.

Arias. Et habebant thoracas,ſicut thoracas ferreas.

Syrus. Et ſonitus alarum earum, ſicut ſonitus curruum.

Rich. Victor. Vox alarum earum ſicut rotæ curruum.

Tygur. Pagn. Currus equis multis currentibus ad bellum.

Syrus n. 10. Habens caudas, &c & aculeos in caudis ſuis, habent poteſtatem nocendi.

Arias. Habent caudas ſimiles ſcorpiis, & aculeos in caudis ſuis.

Arabicus. Poteſtatem habent ad lædendum, erant aculei quibus pungerent homines & cruciarent eos.

EXPOSITIO V.

O Prima allegoria proſequitur ſacra revelatio exprimere obſtinatam prævaricationem Hæreticorum contra Eccleſiam, quæ in his locuſtis depingitur. *Et habebant loricas ſicut loricas ferreas.* Talibus loricis ferreis eorum obdurata, & obſtinata præcordia contra veritatem oſtenduntur, & non dicitur ſimpliciter loricas ferreas; ſed *ſicut*. Ut obſervata allegoria locuſtarum ejus retineatur decorum. 110.

Et vox alarum earum, id eſt ſtridor; quem edunt alarum concuſſione. *Sicut vox*, ſeu ſtrepitus *curruum equorum multorum currentium in bellum.* Magna curruum copia ad bellum parata multarum rotarum impetu, ac diverſis ſtridoribus reſonat,adunato tamen contra adverſarios impetu fertur, ſic & hæretici in confuſione diſceptationum, & verborum altercatione diſcordes, ad impugnandum tamen Eccleſiam ac Catholicam veritatem concordes inveniuntur. 111.

Et habebant caudas ſimiles ſcorpionum: Hæretici velut ſcorpiones ſecundùm faciem in verbis ſuis bonam exhibent præſentiam, ſed latenter,ac inſidioſè per caudam infigunt venenum. *Et poteſtas earum nocere hominibus quinque menſibus.* Bis hoc dixit ſacra revelatio modo hic & ſuprà verſic. 5. quod magnum importat myſterium; nam hîc dicitur tantùm *nocere menſibus quinque.* At ſuprà verſ. 4.& 5. *Nocere menſibus quoque*, iis ſcilicet qui non habent ſignum Dei vivi in frontibus ſuis. Ac proinde hæretica pravitas ſeu perſecutio Antichriſti; quoſdam ſuo pravo erroris veneno inficiens, eos finaliter deficere facit à fide;alios verò lædit gladio interficiens, aliiſve malis, & pœnis perſequens:hoc ſecundo modo multa ex parte comprehendit ſignatos Dei,ut obſervavit Haymo,qui corpore frequenter vexantur. 112.

Magna perſecutio.

Haymo.

Sunt ergo hi quinque menſes alii prioribus, nec accipiendi ſunt determinatè, ſicut nec illi pro tot menſibus,ſed ut ſtant pro tempore illo turbido, quo inſtar diluvii, illa inundatio malorum extitit; nam diluvium quinque menſes duravit, ut jam ſuprà notavi q. 7. 113.

QUÆSTIO

QUÆSTIO XII.

Quare Locuſtæ ferreis loricis armatæ prodibant, quarum alarum vox, ſicut vox curruum equorum multorum erat currentium in bellum.

114. HUjuſmodi locuſtæ, in quibus hæretici adumbrantur, non qualeſcumque loricas habent, ſed tantùm ferreas, qui enim lorica ferrea munitus eſt, nequaquam gladio,aut telis penetrari poteſt, nec vulneri datur locus: Ecce cur hujuſmodi locuſtæ,ſeu hæretici loricis ferreis armantur? hæretici enim, nec veritatem admittunt, nec verbum Dei accipiunt, nec amore Dei vulnerantur, corde ferreo imò adamantino, id eſt obſtinatiſſimo ſe contra veritatem muniunt. Ambroſ. Ansbert. *Quod de peſſimis locuſtis ſubditur, & habebant loricas ferreas, obſervata contra veritatem duráque perverſorum hominum corda monſtrantur: ſicut enim loricis corpora teguntur, ne ab adverſario vulnerentur: ſic hæreticorum corda mendacii obſtinatione muniuntur, ne ſagitta veritatis penetrentur.*

Hæretici maximè obſtinati.

Ansbertus.

115. Secundò hujuſmodi locuſtæ, non ſolùm habebant loricas ferreas,ſed etiam alas: *Vox alarum earum.* Richardus de S.Vict. *Falſæ ſententiæ hæreticorum,* ait, *ſunt loricæ, & alæ, loricæ, quia contra bonos muniunt, alæ, quia ad deteriora vehunt.* Hæretici habent loricas, quibus contra bonos armantur, ut eorum bonitati, ac juſtitiæ reſiſtant, habent etiam alas quibus volant, & currunt, ut eos ad malum pertrahant,ac inducant.

Richard. *Hæretici contra bonos muniuntur & eos ad deteriora conantur ducere.*

116. Tertiò,dicitur vox earum,ſicut vox curruum equorum multorum,& cur hæc vox earum potius comparatur voci curruum equorum,quàm potius voci hominum, & meritò quidem quia diſputationes Hæreticorum potius ſunt ſtrepitus curruum inſenſibilium,ac equorum,brutorúmque animalium,quàm voces hominum rationalium. Favet Pannonius. *Vox*, ait, *alarum ſtrepitus eſt contentionum, & fortiſſima erronea aſſertio & defenſio, ut meritò ſtrepitus curruum, equorúmque ad bella prærapidè currentium comparetur.* Joachimus Abbas de Hæreticis agens, ait: *Quando veniunt ad conflictum, quaſi ſtridentes, & rugientes diſſeminant verba ſua.*

Diſputationes hæreticorum ſtrepitus ſunt Animalium. Pannon. Joachim.

117. Quartò dicitur in text. *Vox alarum earum, ſicut vox curruum equorum currentium ad bellum.* Per alas poſſunt intelligi verba hæreticorum,nam ſicut alæ aves extollunt à terra; ſic & hæretici ſua ſcientia extolluntur: Tamen cur eorum vox aſſimilatur voci curruum equorum currentium ad bellum; per equos ſanè Domini Prædicatores intelliguntur. Juxta illud Habac. 3.n.8. *Viam feciſti Domine equis tuis in luto aquarum multarum*; quando in initio fidei Deus mundo pacem dedit.Apoſtoli Domini per univerſas gentes,quæ per mare,& lutum deſignantur, diſcurrebant,fidei ſemina ſpargentes; quo poſito, ecce cur vox alarum, doctrinæ ſcilicet hæreticorum,ſimilis eſt curruum equorum currentium ad bellum, quia ſicut ait D. Ambroſ. *Prædicatores ſancti, voces Prædicationum emittebant, cum pergerent ad bellum contra diabolum ut genus humanum de ejus poteſtate liberarent: ita hæretici (tanquam earum ſimiæ) circumquaque diſcurrunt, falſam doctrinam ſpargendo, ut quoſcumque poſſint decipere, & diabolo ſubjugare.* Et ideo hæreticorum vox, non dicitur vox curruum equorum, ſed *ſicut* Quia ut ſimiæ ſanctis Prædicatoribus ſe volunt hæretici aſſimilare.

Habac. 3. *Hæretici ſunt veluti ſimiæ Sanctorum Prædicatorum.* D. Ambr.

118. Quintò per alas locuſtarum,ſuperbia,ac elata hæreticorum doctrina intelligitur, ſed cur earum vox curribus equorum multorum currentium in bellum aſſimilatur, quia licèt Prædicatores hæretici dogmatibus ſeipſos dividant; uniuntur tamen, ut contra Eccleſiam decertent: Currus enim qui magno rotarum impetu ad bella feruntur, diverſis quidem ſtridoribus reſonant, aduniti tamen contra adverſarios currunt; ſitque ut & confuſus ſit rotarum ſonus,equorum hinnitus, hominúmque tumultus,& tamen ad bellum adunita eſt connexio; ſic & hæretici omnes inter ſe dogmatibus diſcordes,ad impugnandam tamen Eccleſiam concordes inveniuntur. D. Thomas. *Hæretici ſunt multi, ait, & eorum multitudo concorditer Eccleſiam impugnant, & ſicut diverſi currus diverſis equis, & diverſis viis ad idem bellum raptim currunt; ſic iſti licèt diverſis hæreſibus inter ſe diviſi, unanimiter Eccleſiam impugnant, docendo, diſputando, & perſequendo, ad ejus enim impugnationem uniuntur.*

Hæretici inter ſe diſcordes, ad impugnandam Eccleſiam concordes. D. Thom.

119. Ad hunc ſenſum explicat enim D. Thomas illud Iobi 41.n.6. Ubi de Leviathan eſt ſermo, & dicitur. *Corpus illius, quaſi ſcuta fuſilia compactum ſquammis ſe prementibus: Una uni conjungitur, & ne ſpiraculum quidem incedit per eas: Una alteri adhærebit, & tenentes ſe nequaquam ſeparabuntur.* Ecce corpus Leviathan, ſed diaboli,totum compactum ſquammis deſcribitur. Squammæ valde diverſæ ſunt & in prodigioſo corpore tegendo ſic ſe conſtringunt, & complicant, ut in unum omnes coaluiſſe videantur; ut nec minima particula ſpiraculi per eas valeat intrare; ſic in corpore diaboli, veluti ſquammæ ſunt hæretici, qui quamvis valde diverſi, tamen pro corpore diaboli ejuſque doctrina tuenda, ita coadunantur in unum, ut nullus pateat locus ad veritatis auditum, *Et ne ſpiraculum quidem incedit per eas.* D. Gregorius lib. 33 Moral cap.24. de hæreticis loquens ait. *Dum iniquitatibus ſuis ſuperba defenſione ſe protegunt, Sanctæ exhortationis ſpiracula ad ſe nullatenus intrare permittunt.* Et D. Iſidor. lib. 1. de ſummo bono ait. *Sic invicem hæretici ſeſe collidunt, ut contra Eccleſiam pari erroris ſpiritu decertent.*

D. Thom. Iob. 41. *Diverſi hæretici in unum contra Eccleſiam coadunantur.* D. Gregor. D. Iſidor.

120. Ait Chriſtus D.Matth.7.n.24. *Omnis qui audit verba hæc & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificavit domum ſuam ſuper petram...& omnis qui audit verba hæc & non facit ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificavit domum ſuam ſuper arenam.* Vir ſapiens & fidelis ædificat ſuper petram; vir verò ſtultus utpote hæreticus, & infidelis ſuper arenam, cujus rei diſcrimen eſt, quia petra in ſe eſt una & intimè unita; at Arena, licèt multum coadunetur, ut reſiſtat inundationi aquarum, tamen arenæ grana, non ſibi coadunantur nec intimè inter ſe conglutinantur: ſic & hæretici, quamvis in unum conveniant, ut reſiſtant inundationi cœleſtis doctrinæ, &

Matth. 7. *Hæretici inter ſe diviſi uniuntur contra Eccleſiam.*

gratiæ,

gratiæ, tamen inter ſe multùm ſunt diverſi, & nullo modo ſibi cohærent, ſed quodammodo quot ſunt arenæ grana in littore maris, tot ſunt inter eos capita D Chryſ.hom 20.ad citat. locum Matth. ſic ait, *Quia terra quidem unita eſt,& in ſe ipſam conſtricta, arenæ autem grana non conveniunt ſibi, nec adhærent invicem ſic ſunt omnes infideles qui ſub diabolo ſunt,non ſunt uniti, nec unum ſapiunt: ſed ſunt per diverſas opiniones diverſi,& alius quidem ſic dicit, alius autem, ſic, & dogmata Philoſophorum nos docent, quæ ſunt ſemper ſibi contraria, eo modo perfidia hæreticorum,qui nunquam ſapiunt unum,ſed quot ſunt, tot ſententias habent, propter quod arenæ aſſimilatur omnis diaboli populus.*

D. Chryſ.

Quæstio XIII.

Quare hujuſmodi locuſtæ habent caudas ſimiles ſcorpionum, in quibus erant aculei?

121. Hujuſmodi locuſtæ, ut ſæpè diximus, ſunt hæretici, qui veluti ſcorpiones ſecundùm faciem, ac repræſentationem grati videntur, dum in externa apparentia præ ſe ferunt quædam ſalutaris veritatis verba, tamen aculeo falſitatis & hæreſis pungunt,lædunt, ac dilacerant animam,veluti ſcorpionum veneno, quod in cauda latet: In qua cauda ſcorpiones ſeptem habent internodia;ſic & hæreſis ſeptem habet internodia peccatorum, id eſt peccata univerſa complectitur, quæ ſeptenario lethalium peccatorum numero, qui Symbolum eſt univerſitatis, comprehenduntur.

Hæreſis omnia peccata ſecum defert.

122. Sed jam moraliter: venenum ſcorpionum, quod Symbolum eſt hæreſis, valde difficile ſanatur; ſic qui hæreſi ſunt infecti; valde difficilè ad meliorem frugem revocantur D.Cyrill. Alex. Epiſtol. ad Proclum Conſtant.quæ lecta fuit collat. 5. Concilii. *Anima*, ait, *ægrotans perverſorum dogmatum, & intellectuum putredine inſanabilem habet paſſionem.*

Hæreticus difficiliter ſanatur. D. Cyr. Al.

123. Secundò & meritò hæretici cum ſcorpionibus comparantur; nam ut communiter tradunt naturales. Maximè fugantur ſcorpiones,ac exterminantur, ſi aliqui eorum domi exurantur: Ita & hæretici facile exterminabuntur, ſi aliqui eorum flammis tradantur,Dioſcorus Alex. in Concilio Calcedonen ſect. 1. *Si Euthius*, ait *præter dogmata Eccleſiæ ſapit,non ſolùm pœna dignus eſt,ſed igne*, ut ejus doctrina pereat.

Hæretici ut exterminentur comburendi ſunt. Dioſcor.

124. Tertiò, rectè hujuſmodi locuſtæ, in quibus hæretici adumbrantur, non ſolùm armantur leonum dentibus ad propriam crudelitatem indicandam, adversùs eos, qui eorum perverſæ doctrinæ reſiſtunt, ſed etiam ſcorpionum caudis conſtant; per caudas principes deſignantur, dum terrent mortiferis minis & flagellis, & blandiuntur donis & promiſſis more canis,qui iratus cauda terret, & lætus blanditur ipſamet cauda. Divus Thomas *Habebant caudas*,ait,*ſimiles ſcorpionum, id eſt habebant faventes ſibi principes, durè pungentes,vel afflictionibus,vel deceptoriis erroribus, quibus eos ſeducunt ad modum ſcorpionum, licèt ipſi principes muneribus alliciant, & promiſſionibus blandiantur,ſicut ſcorpio.*

Hæretici impii principibus nituntur. D. Thom.

Deinde ſubdit S. Doctor. *Et aculei, id eſt punctiones,vel flagellorum, vel perſuaſionum mortificarum, quibus ſtudent pugnare ad interficiendum ſpiritualiter in caudis eorum in principibus, qui multipliciter fideles volunt pervertere.*

Quartò, maximè ponderanda eſt prodigioſa harum locuſtarum deſcriptio, erant veluti equi parati in prælium; & habebant facies ut hominum, capillos mulierum, & dentes leonum, & loricas ferreas; ſicut euntium in bellum, & ſimul earum caudæ erant inſtar ſcorpionum, cum acutiſſimis aculeis,optimè hîc deſcribitur iniquitas, ac perverſitas; nam ſi arma utpote loricas, ac apparatus ad bellum exhibent,quomodo pulchritudinem, ac elegantiam faciei oſtendunt; etſi jucunditatem ac hilaritatem intendant diffundere, quomodo ad percutiendum, ac dilacerandum cum leonum dentibus, ac ſcorpionum cauda ſe accingunt? Talis eſt perverſitas iniquitatis; quæ dum in facie, ac apparentia jucunditatem, ac delectationem oſtendit, ibi durum bellum, ut veluti cum leonum dentibus animam dilaceret, ac cum ſcorpionum veneno perimat,ac interficiat;ideo eorum facies eſt hominis, cauda verò ſcorpionum. Rupertus,*Scorpio*, ait, *vermis terrenus eſt, ore vel capite innoxio præblandiens: & tunc demum cauda converſa incautum ferit.* Quod optimè depingitur in Dalila cum Samſone, quæ dum erga eum majora amoris ſigna oſtendit, majoréſque blanditias declarat, ibi crudeliſſimas inſidias ad mortem tetendit: Convocatis Philiſtæis. *Illa domire eum fecit ſuper genua ſua, & in ſinu ſuo reclinare caput.* Judic.16.n.20. Lyran. *In ſinu ſuo*,ait,*fecit reclinare caput ut tonſor melius poſſet radere eum,quàm ſi in lecto,jaceret.* Ubi majus eſt voluptatis lenocinium, ibi graviores diaboli laquei parantur. 125.

Ubi majus voluptatis lenocinium, ibi majores diaboli inſidiæ. Rupert. Judic 16. Lyranus.

Quintò, Supradictum eſt à nobis per hujuſmodi locuſtas dæmones intelligi: ſed quid eſt, quod aculei apparent in caudis earum, ac in poſteriori parte? quia ſicut cauda eſt ultima pars corporis, ita dæmones cùm devenitur ad ultimam vitæ periodum, tunc nobis graviores tendunt laqueos, & venenum ſuum, majori cum nequitia in nos effundunt, ut miſerrimè ſaluti,naufragium patiamur. Quod conſiderans Regius Vates, ait Pſalm.55.num.7. *Iſi calcaneum obſervabunt.* Nam cum calcaneum finis ſit corporis, finem actionis, ac vitæ denotat, quem maximè dæmones obſervant, ad duriores aculeos, ac tentationes infligendas. D. Bernard.Senenſ.tom.2.ſerm. 47 art. 2.cap 4 *Quid per caudam, ait, quæ ſcorpionis eſt finis niſi hominis ultimus finis intelligitur, quem diabolus infernalis ſcorpio ſemper pro habito ſuo concupiſcit, & quærit juxta quod Dominus de ſerpente, ac muliere.* Gen. 3. dicit, *& ipſi inſidiabitur calcaneo ejus, id eſt fini vitæ.* 126.

Diabolus majores laqueos tendit in fine vitæ. Pſalm. 55. D. Bern. Geneſ. 3.

Poſtquam diabolus ſuas tentationes contra Chriſtum armavit; ab ipſóque Domino glorioſè eſt ſuperatus,ſcribit D.Lucas 4.n.13.*Et conſummata omni tentatione diabolus receſſit ab illo uſque ad tempus.* Sed quodnam eſt tempus, uſque ad quod diabolus diſceſſit cum diabolus eum recogitaret purum hominem, expectabat illud tempus, quo nobilis athleta deficeret & corporalibus viribus deſtitutus iret in mortem, cùm ergo videt antiquus hoſtis, quod tam generosè ejus, tentationes confregiſſet,tempus mortis 127.

Luc. 4. *Diabolus obſervat tempus mortis ut contra nos pugnet.*

mortis expectabat, tanquam valde opportunum ut acriùs inſurgens vinceret eum. D. Athanaſ. oration. de Paſſion. & Cruce: *Cum*, ait, *in pudore rejectus obſervandum ſibi perſuadebat tempus mortis, certus omnino poſſe ſuper mortem, quæ omnes in ſervitutem redegerat, etiam hunc tentationibus ſubigere, ſcriptum eſt enim apud Lucam quod abſceſſerit ab eo tempus idoneum.*

D. Athan.

128. Offerebat Abrahamus Deo ſacrificium nimirum vaccam trimam, arietem, & oves. *Deſcenderúntque volucres ſuper cadavera, & abigebat eas Abraham, cúmque ſol occumberet.* Gen. 16. num. 12. Maximè expendenda eſt Abrahæ ſollicitudo in abigendis volucribus à ſacrificio, quam notans Text. ſimul advertit circumſtantiam temporis, videlicet *Cùm ſol occumberet.* Et quid erat, quod rapinæ volucres ad ſolis occaſum infeſtarent ſacrificium Abrahæ? quia cùm devenitur ad ſolis occaſum, ad tempus nempe mortis, tunc maximè maligni ſpiritus volant, & inſtant, ut perdant opera noſtra bona, ut benè naufragium ſalutis faciamus. Hugo. Victor. Miſcelian 2. tit. 2. *Abraham*, ait, *cum ad occaſum ſolis ſacrificium offerret, inſtantes aves pertulit, quia ſacrificium vitæ, quod in ara Crucis offerimus, immundi ſpiritus conantur magis maculare ad occaſum ſolis, ſeu vitæ.*

Gen. 16. *Diabolus in mortis articulo maximè ſe armat contra nos.*

Hugo.

Apoc. 9. n. 11. Et habebant ſuper ſe Regem Angelum abyſſi, cui nomen Hebraïcè Abadon, Græcè autem Apollyon, & Latinè habens nomen exterminans.

Num. 12. Væ unum abiit, & ecce veniunt adhuc duo væ poſt ipſum.

V E R S I O N E S.

Syrus n. 11. Et habent ſuper ſe Regem.

Arias. Habent Regem ſuprà ſe Angelum abyſſi, cui nomen Hebraïcè Abada, in Græca autem lingua, nomen eſt ipſi Apollon.

Pagninus. Regem Angelum voraginis.

Ansbertus, & Haymo. Cui nomen Hebraïcè Labadon.

Tygur. Vatabl. Latinè perdens, vel vaſtator.

Arabicus. Regnavit ſuper eos Angelus abyſſi cui nomen *Hebraïcè* Machdum & ejus interpretatio Jonicè eſt laudans.

Syrus n. 12. Illud væ unum abiit, & ecce adhuc duo væ poſt hoc.

Arabicus. Væ primum jam completum eſt, & ecce venit væ ſecundum.

E X P O S I T I O VI.

Et habebant ſuper ſe Regem Angelum abyſſi: Nam cum per has locuſtas, Hæretici intelligantur, ut ſæpè diximus. Ex D. Auguſt. Gregorio Primaſio, Beda; Hæreticorum Princeps & Rex eſt diabolus, qui hic dicitur Angelus abyſſi, ſeu inferni; quia ipſe eſt ſine byſſo, & candore omnis boni, qui princeps eſt ſuper omnem profunditatem, & obſcuritatem totius abyſſi, *Angelus*, quando nomen Angeli, in Scriptura de dæmonibus dicitur, ſemper apponitur aliquid, quo denotatur ſermonem eſſe non de Angelis, ſimpliciter: ſed de malis Angelis. Cui nomen *Hebraicè Abadon.* Hebraïcè Abad. ſignificat perdere, Abadon perdentem, ſive perditorem *Gracè autem Appollyon*; quod nomen juxta radicem Græcam ſignificat perdere, & deſtruere, *Latinè autem habens nomen exterminans.* Interpres hoc addidit de ſuo, ut obſervant, Cornelius, Eſtius Gagnæus, & alii: Nam Joannes Græcè ſcripſit Apocalypſim: Interpres autem ſignificationem vocis etiam Latinè reddere voluit ex Græco, ſicut Joannes reddidit ex Hebræo. 129

D. Auguſt. D. Greg. Primaſ. Beda.

Hebraïcè.

Græc.

Corn. Gagn.

Væ unum abiit. Hæc dictio *Væ* apud ſcriptores Canonicos ingentem miſeriam, ac extremam calamitatem denuntiat: *Væ unum abiit.* Hoc eſt ex illis tribus, quæ Aquila volans per medium Cœli ſuprà cap. 8. n. 13. hominibus prædixit, jam tranſit primum cum tuba quinti Angeli: *Et ecce veniunt adhuc duo væ poſt ipſum* Ecce jam mala duo ſuperſunt, nempe duo genera plagarum ſub tuba ſexti & ſeptimi Angeli proclamatarum. 130.

Apoc. 8.

Hæc autem mala denuntiantur contra improbos; ſed dices hæc mala in mundum eventura etiam bonos apprehendent. Pro quo rectè reſpondet, Pannonius. *Piis nulla nocebit adverſitas in quibus nulla dominatur iniquitas: nihil enim mali illis evenire poterit, quibus omnia cooperantur in bonum ſive perſecutio, ſive quidpiam aliud: ſoli perverſi obnoxii ſunt ſemper periculis, quibus obventura ſunt omnia in detrimentum, etiam proſpera.* 131.

Pannon. *Omnia electis cooperantur in bonum.*

Et notat Joachim Abbas quod licèt per primum væ quinti Angeli, multa exterminia ſint facta à diabolo in mundo, multa verò graviora fient per duo ſubſequentia *Væ*, ſub ſexto, & ſeptimo Angelo; cujus rei rationem reddit D. Bern. Senenſ. tom. 1. feria 5. poſt prim. Dominicam quadrageſi. quia primum *Væ* dicit afflictionem, & tribulationem temporalem; at verò alia duo pœnam damni, & ſenſus in inferno denuntiant, quæ maximè excedunt omne temporale nocumentum. 132.

Joachim.

D. Bern. *Afflictio temporalis nulla reſpectu æternæ vitæ.*

QUÆSTIO XIV.

Quare hîc Angelus abyſſi, diabolus ſcilicet, Rex, ac exterminator dicitur, triplicique idiomate ſcribitur.

133. APERTE hic locus convincit ſermonem non eſſe in præſenti de locuſtis materialibus, nam ut de eis ſcribit Salomon.
Prov. 30. Proverb. 30. numero 27. *Regem locuſta non habet, & egreditur univerſa per turmas ſuas.* Eſt ergo ſermo de locuſtis allegoricis, hæreticis nempe ut ſæpè dixi: Hi regem habent ſcilicet Angelum abyſſi, ſcilicet diabolum: an ſit
Ferrar. ipſe Lucifer, vel aliquis alius diabolus ab eo miſſus? Ferrarius in præſenti multis contendit, quod erat quidem diabolus ab eo miſſus. Totaque eſt quid per hunc regem abyſſi ſignificetur.

134. Joachim. Per hunc regem abyſſi, Joachimus Abbas Antichriſtum interpretatur, de quo exponit illud
Pſalm. 79. Pſalm. 79. num. 13. *Ut quid deſtruxiſti maceriam ejus, & vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam? exterminavit eam aper de ſilva.* Aper, ait, eſt Antichriſtus omnia deſtruens, ac devaſtans.

135. *Cur Rex qui noluit experiri Dei gratiam, ſentiet dominium exterminatoris.* Tamen communis eſt omnium Patrum, ac Doctorum ſententia, hunc Angelum abyſſi eſſe diabolum, quia juſtè Deo permittente, per tyrannidem dominationis, exercet ſuum principatum in eos, quos per peccatum ſibi advocavit, ut qui gratiam benignitatis Dei experiri noluerunt, exterminatoris dominium ſentiant; de
2. Theſſal. 2. Haymo. quibus ait Apoſtolus 2. ad Theſſal. 2. num. 10. *Eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut ſalvi fierent; Ideo mittet illis Deus operationem erroris; ut credant mendacio; ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati.* Sic ait Haymo in præſenti. *Habebant*
Haymo. *ſuper ſe*, ait, *Regem Angelum abyſſi, id eſt diabolum, qui eſt Princeps omnium reproborum, ipſe Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, quia ſuper eos dominationem exercet, quos ſibi per peccatum ſervos addixit.*

136. *Cur diabolus dicitur exterminator?* Haymo. Cur tamen Diabolus, juxta proprietatem linguæ Hebraïcæ, & Græcæ, dicitur exterminator. Ad quod rectè Haymo, *Exterminari enim eſt extra terminum eſſe, & ſic Diabolus exterminat reprobos, qui extra terminum, id eſt, beatitudinem emittit, & eliminat.* Deinde ut etiam videatur, quantum diſcrimen intercedat inter Chriſtum & Diabolum; Chriſtus congregat, quæ diſperſa ſunt; Diabolus autem exterminat, & diſſipat congregata: Ansber-
Ansbert. tus. *In ſingulis, ait, linguarum proprietatibus convenit maligni ſpiritus actionis qualitas, & nominis expreſſa proprietas, quæ dicitur extermi-*
Chriſtus aggregat, diabolus diſpergit. *nans, ſicut enim Chriſto aggregandi, ſic antiquo hoſti nomen convenit exterminandi, de eo namque per Pſalmiſtam dicitur.* Pſalm. 79. Extermi-
Pſalm. 79. navit vineam tuam aper è ſylva. *Et mediator noſter.* Luc. 11. ait, qui non colligit mecum, diſ-
Luc. 11. pergit.

Cur tamen in preſenti diaboli nomen tribus
137. linguis ſcribitur. *Hebraicè Abadon: Græcè autem Apollyon. Latine nomen habens, exterminator* Cur ſub triplici idiomate ſcribitur; ut ejus malitia, ac nequitia apud omnes innoteſceret, ut inde eam cavere valeant. Richard. Victor. *Propterea, ait, ſub triplici litera deſcribitur; ut ſancta Eccleſia, ubique terrarum diffuſa, quacumque litera utatur, verſutias diaboli in ejus fraudulentis ſatellitibus cavere doceatur.* Elogium noſtri ſalvatoris in cruce appenſum. *Scriptum eſt Hebraïcè Græcè, & Latinè.* Joan. 19. num. 21. Ut ſic ejus virtus tribus principalibus linguis explicaretur, ut ſic ejus ſacratiſſima virtus omnibus eſſet nota; nomen diaboli triplici idiomate proponitur, ut ejuſdem exterminatoris nequitia cunctis fiat aperta. Rupertus lib. 5. in Apocalypſ. ſic de nomine diaboli, ac ſalvatoris ſcripto loquitur. *Illum malum, iſtum bonum gentibus omnibus agnoſcendum prædicat.* Eò enim tendit facultas linguæ variæ, ut res qualeſcunque diffundantur latè; unde à Deo ordinatum exiſtimo, ut dæmon ac ſervator appellaretur Hebraïcè, Græcè, ac Latinè, ut illius malitia, & hujus ſalus ab omnibus agnoſcatur.

Richard. — *Diaboli improbitas & Chriſti magna virtus multis linguis explicatur.* — Joan. 19. — Rupert.

Unde Pilatus, ut excuſaret ſeſe de nece quam 138.
invitus Chriſto intulerat elogium ſcribit lingua triplici. Citato Joan. 19 loco ut ait D. Chryſoſt. homil. 38. in Joan. *Triplici lingua ſcribitur, ne quis excuſationem ignoraret.* Neque enim fas erat ut vel Pilati excuſatio, vel Chriſti amor una tantum lingua clauderetur.

Joan. 19. D. Chryſ.

Ad hoc ſanè pertinet loquendi facultas varia 139.
Apoſtolis data ad miraculum uſque, Actorum 2. num. 9. Ubi Parthi, Medi, Gretes & Arabes, Græci, & Latini, buccinantur num. 11. *Audivimus eos loquentes linguis noſtris magnalia Dei.* Ad quid cùm unus ſit ſignificatus, tanta diverſitas linguarum? voluit Deus omnium magiſter, ut Apoſtolis multis hominibus eſſent magiſtri, & ut ejus magnalia per omnium ora haberentur, inde tanta linguarum varietate eos replevit. Divus Bernard. ſerm. 1. de Pentecoſt. *Ad quid illis, ait, neceſſaria lingua gentium, niſi ad converſionem gentium*, & D. Nyſſenus, ait *niſi in unam linguam ſolum Prædicatio veritatis includeretur, inefficax, & inutilis hominibus diverſæ linguæ maneret.* Et hac de cauſa voluit Deus ut ſacrum textum in tantam varietatem linguarum eſſet tranſlatum, in Græcum nempe, Arabicum, Chaldaicum, &c. quod notavit Divus Auguſtinus lib. 2 de doctrina Chriſtian. cap. 1. *Ut Scriptura divina, ait, ab una lingua profecta, quæ opportunè potuit per orbem terrarum diſſeminari, per varias interpretum linguas, longè, latéque diffuſa innoteſceret gentibus ad ſalutem.* Vox patriæ maximè allicere animos ſolet; ideo Deus in tanta linguarum varietate voluit eſſe verba ſua; ut ſic faciliè ac ſuaviter hominum animos ad ſe inclinaret, ac alliceret.

Actor. 2. *Ut aliquid manifeſtetur, multis linguis dicitur.* — D. Bern. — D. Nyſſen. — D. Auguſt.

Veniens juxta Jeruſalem Rabſaces Princeps, 140.
ac dux exercitus Regis Sennacherib Aſſyriorum, ut populum, ac civitatem, ſuo regi ſubjugaret Judaïcè loquitur: & quo concilio, ac arte; qui Syriacè optimè loqui poterat, ut patet ex Iſaiæ text. 36. num. 15. *Clamavit Judaïcè?* Intendebat ille Hebræorum animos adducere, ut ſuo regi Aſſyrio fidem, ac obedientiam præſtarent, ideo Judaïcè loquitur, ut docilitate maternæ linguæ facilè eos inefcaret. Ita Mag. Theolog. Nazianzen. oratione 3. *Ut lingua patriæ, ait, Hebræos leniret, ſuúmque ad Regem traheret. Nam cum ille, nec vi, nec armis Hieroſo*

Iſai 36. — *Lingua patria multum vim habet ad alliciendum.*

lymam expugnare poſſit, verbis lenibus, ac lingua vernacula cives allicere, ac ſibi reconciliare aggreſſus eſt. Senatores Hieruſalem inſpexerunt mentem & artem Rabſacis, & cùm optimè ſcirent in Patria lingua magnam ineſſe vim ad captivandos animos, rogant Syrum obnixè. *Loquere Syriacè* n. 11. quam minus callebat populus, ut ſic lingua extranea Hebraïca gens animum ſuum à Sennacherib averteret. Sic proſequitur citat Thelog. *Loquere Syriacè, quod ſcilicet*, ait, *periculum eſſet, orationis ſuavitate in ſervitutem furtim inducerentur.*

Quæstio XV.

Quare cùm locuſtæ haberent coronas in capite, hîc Rex abyſſi, abſque corona ponitur, & introducitur.

141. *Regis proprium ædificare, & non deſtruere.* Hic Angelus abyſſi ſeu diabolus, Rex dicitur, & habebant ſuper ſe ſcilicet locuſtæ, regem Angelum abyſſi, tamen hic Rex corona non inſignitur, quod primò colligo ex text. nam ut hic dicitur Latinè nomen ejus exterminator. Inde meritò corona privatur, nam qui habet manum ad deſtruendum, exterminandum, ac diſſipandum verè non eſt Rex; cujus proprium eſt plantare, fovere, ac ædificare. Secundò, quia hic Rex abyſſi, ſeu diabolus dominabatur, non meritis, ſed tyrannide, ut dixi in expoſitione; & qui jus regni uſurpat, non meritis, ſed tyrannide, oprimo jure regalibus inſigniis ſpoliatur; cùm re vera Rex non ſit.

142. *Indecora eſt corona cum im[?]ii eam ferunt.* Tertiò, locuſtæ habebant coronas; ut dicitur hoc cap. verſ. 7. *Et ſimilitudines locuſtarum, ſimiles equis paratis in prælium. Et ſuper capita earum, tanquam coronæ ſimiles auro.* Moraliter, ac metaphoricè loquendo, bene hic Rex non habet coronam, quia cum locuſtæ, ac contemptibilia animalia coronis condecorantur, decus eſt ſine corona apparere, ac prodire.

143. *Ille verè Rex, qui non parvos, ſed magnos punit.* Quartò, hic Rex ſolùm habebat dominium & imperium ſuper locuſtas. *Et habebant.* Scilicet *locuſtæ, ſuper ſe regem.* Non verò dominabatur leonibus, elephantibus, tygribus, & tauris; & qui tantùm habet jus & imperium, ut parva & contemptibilia animalia comprimat, & puniat, non verò manum extendit ad grandia, & fortia; ut ea debito ſupplicio afficiat, corona eſt dignus, & Rex nullo modo judicandus cùm vires habeat, non ex ſua poteſtate, ac dominatione, ſed ex aliena tenuitate, ac imbecillitate. Quod graviter arguit D. Gregor. Nazianz. oratione 13 *Extrema quippe*. ait, *miſeria eſt non propriis viribus, ſed aliorum imbecillitate uti, atque confidere.* D. Nazian.

144. 2. Reg. 12. Ait Nathan Propheta ad Davidem regem. *Tranſtulit Dominus peccatum tuum* 2. Reg. 12. n. 13. Ad Saülem verò poſt commiſſum ſuum peccatum, ait Samuel: *Abjecit te Dominus, ne ſis Rex* 1. Reg. 15. n. 32. Hi duo Reges peccarunt, & ambo ſimul pœnitentiæ ſigna oſtenderunt: Quomodo ergo unus permanet in regno, alter verò ab eo excluditur: magnóque ſupplicio mulctatur? Rex eſt; Præcepit Deus Saüli ut pergeret & percuteret Amalec, ac univerſa ejus demoliret, à minimo uſque ad maximum; Saül tamen contra Dei mandatum, Regem Amalec vivum reſervavit, *& apprehendit Agag Regem Amalec vivum. Omne autem vulgus interfecit in ore gladii* 1 Regum. 15. n. 8. At verò David cum in parobola Nathan ei propoſuiſſet quod vir potens & dives interfecerit ovem cujuſdam pauperis, qui nihil præter eam habebat tamen in eum protulit mortis ſententiam *Vivit Dominus, quoniam filius mortis eſt vir qui fecit hoc.* Citato 2. Reg. 12. n. 5. David habet generoſitatem, & robur, ut magnos ac potentes, non revereatur, ſed ut eos debita mortis ſententia percutiat; in regno perdurabit, & præexiſtet; à quo tamen meritò deturbatur Saül, qui reges & magnates immunes à morte cuſtodit, qua parvos, & humiles percutit per bella. Euſebius Emiſſenus in ſerm. exhortat contra diverſa vitia. *Illud*, ait, *ſuperbiæ genus vile, ac deteſtabile eſt contra humilem ſe erigere.* 1. Reg, 15. *Qui magnos caſtigat in regno perſeverat à quo dejicitur qui eos reſervat.* Euſeb, Emiſſen.

145. Venit Angelus, & luctam iniit cum Jacob, cumque videret Angelus, quod eum ſuperare non poterat, tetigit nervum fœmoris ejus; ſtatimque Angelus ad eum clamat: *Dimitte me, jam enim aſcendit aurora.* Gen 32. n. 26. Si Angelus Jacobum provocavit ad luctam, quomodo vult modo ab ea ceſſare? Claudicabat modo Jacob; quamdiu enim ipſe integro corporis robore pollebat: cum eo luctatur Angelus; at verò modo cùm ipſe claudus ſit, vireſque corporis ejus ſunt debilitatæ, finem certamini ponit Angelus, valdè vilis eſt animus, qui bellum gerit contra eum, qui non habet vires ad ei reſiſtendum. Citat Euſebius Emiſſen. *Vide ſuperbiæ genus*, ait, *infirmum deprimere, & imbecillitate nutantem impellere.* Cùm ergo Angelus generoſitate polleret cohærente cum ſuæ naturæ nobilitate, alienum à ſe indicavit, certamen inire cum illo, qui vires jam amiſſas ac proſtratas habebat. Geneſ. 32. *Generoſitas non patitur bellum gerere cum debili.* Emiſſen.

Apoc. 9. n. 13. Et ſextus Angelus tuba cecinit, & audivi vocem unam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod eſt ante oculos Dei.

Num. 14. Dicentem ſexto Angelo, qui habebat tubam; ſolve quatuor Angelos, qui alligati ſunt in flumine magno Euphrate.

Num. 15. Et ſoluti ſunt quatuor Angeli, qui parati erant in diem, & horam, & menſem & annum, ut occiderent tertiam partem hominum.

VERSIONES.

Syrus. verſ. 13. Et ille ſextus Angelus, clanxit, & audivi vocem unam è cornibus altaris, quod coram Deo eſt.

Arabic.

Arabicus. Quod eſt in conſpectu Dei.

Syrus n. 14. Solve quatuor illos Angelos, qui vincti ſunt ad fluvium magnum Eu phratem.

Oecumen. Ligati ſupra flumen magnum Euphratem.

Syrus n. 15. Et ſoluti ſunt illi quatuor Angeli.

EXPOSITIO VII.

146. ET *ſextus Angelus*, qui ut multi volunt, denotat, ſextum ordinem Prædicatorum, pro tempore Antichriſti, proindéque bonus Angelus quemadmodum ipſum cœlum à ſimilitudine templi, quod erat in Hieruſalem vocavit noſter Joannes templum, cap.7.n.15. (Apoc. 7.) Ita & nunc à ſimilitudine altaris thymiamatis, quod erat aureum ante ſancta ſanctorum, vocat nunc locum illum ante conſpectum Dei, in quo orationes offeruntur, (Apoc. 8.) *Altare aureum*, cap. 8. num.3. Et cùm altare aureum thimiamatis quatuor cornibus conſtaret, ita huic altari aureo quatuor aſſignantur. Inde ergo viſa eſt prodire hæc vox, quaſi eſſet vox orationum ſanctorum quieſcentium; hæc vox quæ fuit Dei Patris vel Chriſti ad preces ac inſtantias ſanctorum martyrum quieſcentium ſub altari. (Apoc. 6.) Cap. 6. n. 10. ac poſtulantium impios puniri per ſextam hanc plagam.

147. *Dicentem ſexto Angelo, qui habebat tubam, ſolve quatuor Angelos.* Imperatoria voce jubentur ſolvi quatuor illi mali Angeli qui ligati erant divina virtute, qui quaſi Archidæmones (*Quatuor archidæmones.*) pro Lucifero præſunt quatuor orbis partibus; ligati autem ſunt à tempore Paſſionis Chriſti, ne tantùm hominibus noceant, ac antea, & ut ipſi volunt, & poſſunt, licet iſti principales dæmones ſint ligati, tamen ubique ſuos habent emiſſarios, qui homines perſequuntur, ac tentant. (Andr. Cæſ. *Babylon typus regni Diaboli.*) *In flumine magno Euphrate.* Et in hoc fluvio potius, quàm in alio dicuntur alligati; Andræas Cæſar. quia prope eum naſciturus, ac exiturus eſt Antichriſtus; vel quia Euphrates Babylonem alluit; Babylon autem typus eſt regni diaboli, ac reproborum totiúſque confuſionis peccatorum.

148. *Et ſoluti ſunt quatuor Angeli*: more Prophetico ponitur hic præteritum pro futuro; ſcilicet tempore Antichriſti, de quo hîc agitur, propter rei certitudinem, & ſolvuntur ut impiis noceant. *Qui parati eam in diem, menſem, & annum*, id eſt omni tempore, hora, occaſione, ex permiſſione Divina deſtinata. *Ut occidant tertiam partem hominum.* Eorum ſcilicet qui non ſunt ſignati ab Angelo, ſicut in quinto Angelo vidimus hoc cap.8.num. 5. ut occidant; tam animâ pravis doctrinis, & illicitis deſideriis ad noxia perſuadendo quàm corpore multis terroribus, ac perſecutionibus. Hoc malum ſibi comparat iniquus, ut tam corpore, quàm anima multa detrimenta patiatur.

QUÆSTIO XVI.

Quare ex quatuor cornibus altaris aurei quod eſt ante oculos Dei, non prodeunt quatuor voces, ſed una tantum?

ALtare hoc autem eſt altare thymiamatis quod Joannes vidit in cœlo cap.8. n.3. & ut Haymo, ac alii volunt, ſignificat Eccleſiam, quæ tota eſt aurea charitate, pietate, ac juſtitia ab hoc altari fumus compunctionis, ac orationis aſcendit ad Deum; & rectè dicitur *ante oculos ejus*, quia ſuperna, ſpecialique providentia, & divino illuſtratur ſplendore, ut nunquam poſſit errare. Haymo. *Rectè ante oculos Dei eſſe dicitur, quia ſuperno reſpectu ſemper illuſtratur.* 149. *Eccleſia à Deo ſemper illuſtratur.* Haymo.

Tamen Ansbertus, Richard. Pannon. & alii volunt hoc altare aureum Chriſtum Dominum repræſentare juxta illud Hebr. ult. n. 20 *Habemus altare, de quo edere poteſtatem non habent, qui tabernaculo deſerviunt.* Quia per Chriſtum, ac ex Chriſti meritis orationes noſtræ, ac opera Deo Patri placent, ac gratiſſima fiunt, ex meritis Chriſti orationes ſanctorum placent, & exaudiuntur à Deo; & rectè hoc altare dicitur aureum propter eminentiam intimæ ejus charitatis, qua dilexit nos, & propter ſplendorem ſapientiæ ejus in ipſo ſunt *abſconditi omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ.* Coloſſ. 2. n. 3. habet tamen hoc altare quatuor cornua, quia regnum ejus, in quatuor, id eſt omnes mundi partes diffunditur. Pannon. *Cornu, ait, typus regni ejus eſt ſeu imperii; ut Daniel. 6. habetur. Dum ergo is, cui altare noſtrum per quem accepta ſunt Deo univerſa ſacrificia noſtra, quatuor cornua habere aſtruitur: conſtat procul dubio, ipſius regnum ubique diffuſum eſſe, ut in ſuis ubique fidelibus regnaret.* 150. Ansbertus. Richard. Pannon. Hebr. 13. Coloſſ. 2. Pannon. *Chriſti regnum in omnes gentes diffuſum.*

Hoc altare aureum, ſcilicet Chriſtus dicitur eſſe *ante oculos Dei*, & quid peculiare eſt quod de hoc altari, ſcilicet Chriſto Domino dicitur eſſe ante oculos Dei cùm omnia ſint nuda, & aperta oculis ejus, nihil enim effugit ejus conſpectum; tamen notanter dicitur, quod ſit ante oculos Patris, quia cùm Chriſtus ſit ſummè dilectus maximè in eo ſibi complacet. Pater Richardus. Victorinus. *Aptè dicitur*, ait, *ante oculos Domini, quia Pater in filio complacet ſibi juxta illud Matth. 17. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui.* Hoc altare ſcilicet Chriſtus Dominus rectè dicitur ante oculos Dei eſſe, quia Patri gratiſſimus eſt, & ſemper ei aſſiſtit pro nobis interpellans. 151. *Deus Pater in filio maximè complacet.* Richard. Matth. 17.

Quæſtio tamen principaliter inquirit, cur à quatuor cornibus altaris auditur una vox; nam ſive hoc altare denotet Eccleſiam, ſive Chriſtum D. quia in ipſo, & per ipſum offerimus quiquid Deo Patri gratum eſt: At quænam ſunt cornua hujus altaris? Quatuor nempe Evangelia omnéſque Apoſtolici Prædicatores quaternario numero deſignati: Ita communiter Auctores hoc loco. Si ergo quatuor ſunt cornua hujus altaris, cur ab illis non quatuor voces prodeunt, ſed una tantum vox ſonat, ut unitas ac concordia Evangeliorum, ac Prædicatorum ſanctorum denotetur, qui quamvis multi ſint; tamen omnes una voce ab ore prædicant, ac teſtificantur 152. *Prædicatores Evangelici licet multi, magna unitas eſt in iis.*

Richard.

Chriſtum Dominum Richardus Victorin. *Audivi vocem unam, id eſt univerſalis doctrinæ concordiam, ex quatuor cornibus altaris aurei, id eſt ex omnibus Prædicatoribus Chriſti, qui eum ſublevant, & deferunt, quatuor Evangelia prædicando per quatuor partes mundi.*

Cant. 4. Septuag. Vatabl. Arabicus D. Ambr.

153. Ad dilectam ſuam clamat Divinus ſponſus. *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa: vulneraſti cor meum in uno oculorum tuorum.* Cant 4. n. 9. Seu ut pro *vulneraſti*, legunt Septuaginta *exordiaſti nos.* Vatabl. *Abſolviſti mihi cor.* Arabicus *inflammaſti corda noſtra*; ſeu D Ambroſ. *Corde nos cepiſti.* Oculi ſponſæ duo ſunt, quomodo ergo non ait. In duobus oculis tuis, ſed in uno tantùm oculorum vulneraſti, exordiaſti, abſtuliſti cor meum. Juxta Caſſiodorum. Gregorium Magnum, Philonem, Carpathium, Bedam, Anſelmum, & alios per oculos intelliguntur Doctores, ac magiſtri, qui tanquam oculi illuminant, dirigunt, ac deducunt in viam: dicitur ergo in uno oculorum tuorum, in quo denotatur, ut inquiunt citati Auctores, unitas Doctorum, quia quando ipſi ſunt uniti in uno ſpiritu, ac luce doctrinæ, tunc vulnerant, inflammant, ac velut auferunt cor ſponſi, Beda. *In oculis, ait, eos qui ſpiritualia videre, ac demonſtrare ſolent, Doctores intelligit: In uno verò oculorum, unitas commendatur Doctorum, ſive ſcientiæ quam docent.*

C ſſiod. Gregor. Carpath. Anſelm. *In Prædicatoribus Evangelicis idem ſpiritus.* Beda.

3. Reg. 5. Epheſ. 2. *Omnes Doctores in uno Chriſto uniuntur.* D. Zeno.

154. Cùm ædificaretur templum Salomonis. *Præcepit Rex, ut tollerent lapides grandes, lapides pretioſos in fundamentum templi.* 3. Reg. 5. n. 16. Pro templi Salomonis fundamento multi conſtituuntur lapides grandes & pretioſi, at verò pro fundamento Apoſtolico, ac Eccleſiæ Chriſtianæ, de qua ſcribit Paul. ad Epheſ. 2. n. 20. *Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu, in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit.* Unus eſt tantùm lapis angularis pro fundamento ipſo ſummo angulari lapide. In templo materiali multi ſunt lapides: At in templo ſpirituali, etſi multæ ſint perſonæ, Apoſtoli, & Doctores, tamen in uno ſpiritu, ac una doctrina, & in uno Chriſto Jeſu omnes inveniuntur, ut ædificatio conſtructa creſcat in cœlis D Zeno l. 2. ſer. 24. *In totius fabricæ fundamentis, ait, non ſicut in Judæa templo plurimi, ſed magnus, præclarus, pretioſus, ac ſpecioſus unus eſt lapis.* Unde ſup. à c. 8. q. 10. n. 107. 108. & 109.

QUÆSTIO XVII.

Quinam ſunt hi quatuor Angeli alligati in flumine Euphrate?

Alcazar.

155. ALCAZAR perſiſtens in ſua ſententia ſecundùm hoc væ, ſextámque hanc plagam interpretatur contra Judæos Chriſtum reſpuentes; nam poſt iras, odia, & furores, quibus Judæi addicti fuerunt, quæ ſignificantur per locuſtas, ſequuntur hæc; Atque Alcazar, Angeli qui ſolvuntur, ſunt ſcilicet Amor proprius, cupiditas divitiarum, inanis hominum exiſtimatio, & proprium judicium. Hi quatuor amatores alligantur in fluvio Euphrate præterlabente Babyloniam civitatem, utique deperditam in cujus profluvio amatores hujus ſæculi deliciantur: At hæc ſententia licet ſit ſymbolica & ad mores, non tamen eſt literalis, nec bene accommodari poſſunt quæ hîc dicuntur; & dicitur in text. quod primum væ abiit, & furores, iræ, & odia maximè per hujuſmodi amores excitantur, quæ ſub primo væ continentur.

Impugnatur.

Aureolus. Lyran. S. Anton. Geneſ. 2.

156. Secundò, Aureolus, Lyranus, Sanct. Anton. 1. p. Chron. T. 6. cap. 1. §.. Qui omnes hoc ſacrum ænigma transferunt ad quartum ſchiſma generale Eccleſiæ, quod contigit ſub anno Chriſti 498. inter Symmacum Papam & Laurentium Antipapam; & Anaſtaſium Imperatorem infectum hæreſi Eutychetis; & Theodoricum regem Italiæ Arrianum; hóſque ligatos fuiſſe in magno flumine Euphrate, id eſt Imperio Romano, Quoniam Euphrates quartus fluvius eſt Gen. 2. ſicut Imperium Romanum, quarta fuit Monarchia, ſoluti ſunt ergo iſti ut Eccleſiam perturbarent; Symmachus quidem & Laurentius ſummo Pontificatu contendentes, Anaſtaſ. verò, & Theodoricus, pro ſua quiſque ſecta, & hæreſi repugnantes.

Impugna.

157. At hæc ſententia meritò communiter rejicitur, multa enim falſa involvit; Quia illi quatuor Angeli ligati in Euphrate, ſunt mali Angeli, ut ſtatim dicam: Symmachus autem fuit optimis, & ſuaviſſimis moribus præditus, ab omni ambitione, & crudelitate alienus, ut pote ſanctorum Catalogo adſcriptus: Proindeque non arroganter, ac ambitioſè ut Laurentius Pontificatum ambiebat, ſed multa cum modeſtia pro veritate ſuæ electionis ſanctiſſimè depugnabat.

Aretas. Andræas. 4 Eſdr. 4.

158. Tertiò, aliqui apud Andræam, & Aretam affirmant hos quatuor Angelos eſſe bonos; ſcilicet Michaëlem; Gabrielem, Urielem, cujus fit mentio Eſdr. 4. c. 4. n. 1. & c. 5. n. 10. At Angeli boni nunquam ligantur, cùm Dei nutui ſemper ſint obedientes.

Aretas. Andr. Rupert. Beda. Richard. Viegas.

159. Quartò, Aretas, Andræas Cæſarienſis, Rupertus, Beda, Richardus, Viegas referunt hæc ad ultima mundi tempora, dicúntque quod hic Angelus ſextus, ſit præcipuus, aliquis Dæmon, qui quatuor Angelos, id eſt omnes Dæmones ligatos in Euphrate Babylonis, id eſt in congregatione impiorum ſolvet, qui Eccleſiam in fine mundi omnibus modis impugnabunt: At hæc ſententia repugnat cum ipſo textu; nam cap. 8. num. 2. ait Joannes, quod vidit ſeptem *Angelos ſtantes in conſpectu Dei*, quibus datæ ſunt ſeptem tubæ, e quorum numero erat hic ſextus Angelus, qui cum ſtarent in conſpectu Dei boni erant Angeli, ut latè probavi ibidem quæſt. 3.

Impugna.

Ribeira. Cornel. Menoch. *Impugna.*

160. Quintò, Ribeira; Cornel à Lapide, Menoch. & alii accipiunt verba ſacra ad litteram, ut ſonant ac proinde quòd prodiit exercitus hominum militum ac equorum, ut deſcribitur in text. ſed contra ubinam gentium, ſunt equi, quorum capita ſunt tanquam capita leonum & de ore ipſorum procedant ignis, fumus, & Sulphur? & quorum caudæ ſint ſimiles ſerpentibus Deinde verſ. 16. introducitur exercitus ducentorum millionum equitum conſtans, ut dicam expoſitione ſequenti: Ubinam ſunt tot equi? Ubi annona pro tot viris, ac equis? In qua mundi provincia conſiſtet talis exercitus? Pro magno prodigio ſcribitur, quod Xerxes habuerit exercitum unius millionis, & Cæſar qui totum Romanum Imperium

Imperium vi obtinuit, ne centum ferè millia equitum ſimul unquam ſub ſignis habuit; quis ergo exercitum ducentorum millionum equitum congregabit? ergo hæc expoſitio nullo modo eſt ad literam.

161. *Supponen.* Cap. 8. Ut explicem meam ſententiam adverto quod Aquila magna ut vidimus cap. 8. num. 13. Voce magna clamavit tria væ, id eſt tres plagas magnas; quinto Angelo canente factum eſt primum væ, & plaga magna illata in Eccleſiam, per multas & varias hæreſes, ac hæreticos errores, unde væ unum abiit, & *ecce veniunt adhuc duo væ poſt eum.* Apoc 9. num. 12.

Apoc. 9.

162. *Vera ſententia.* Sexto ergo Angelo canente *Secundum væ* ſecunda plaga ac calamitas advenit, de qua in præſenti, quæ licet ad Antichriſti extendatur tempora, ut patet ex c. 11. & tunc ſoluti quatuor Angeli maximè pugnabunt contra Eccleſiam: Tamen hæc plaga non ſolùm comprehendit ipſum tempus Antichriſti, ſed etiam multa damna, quæ ante adventum Antichriſti irruent in Eccleſiam; nam ut dicitur Matt.24.n. 6. *Erunt prælia, & ſurget gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt peſtilentiæ, & fames, terroréſque de cœlo,* quæ ab his quatuor Angelis ſolutis excitabuntur, ſicut & Mahometana ſecta, quæ magnum bellum contra Eccleſiam excitavit, & multas animas diripuit; ſic hæreſes in hac ſacra revelatione proponuntur, ſic etiam illa peſtifera ſecta Mahometana; ac proinde ſub hoc ſecundo væ, veniunt intelligendæ plagæ, & calamitates, quæ poſt hæreſes uſque ad tempus Antichriſti fiunt in Eccleſia.

Matth. 24.

163. *Solvuntur quatuor Angeli pro diverſitate regnorum.* Quatuor hi Angeli alligati tempore Antichriſti ſolvuntur, pro toto orbe, ut pro toto illo pugnent contra Eccleſiam: Antecedenter verò ſolvuntur; pro aliqua orbis parte, ut pro Africa, vel Aſia, in quibus impuriſſima Mahometana ſecta dominatur, vel pro aliquo regno vel Provincia ut pro Ægypto, quæ à fide Catholica eſt prolapſa, & in Mahometanos erroresdemerſa.

164. *Disjunctivè explicatur.* Sicut illud quod dicitur verſ. 15. *Qui parati erant in horam & diem, menſem, & annum;* ita explicari poteſt, qui *parati* erant, vel in horam, vel, in diem, vel in menſem, vel in annum, juxta divinam diſpoſitionem; ita & interpretari poteſt; quod ſolvuntur, pro hac vel illa Provincia juxta Dei ordinationem, licet in fine mundi tempore Antichriſti pro toto orbe ſint ſolvendi.

165. Sed Deus bone! cujus natura eſt infinita bonitas, cur permittis Dæmones hoſtes infenſiſſimos humani generis, ut à vinculis ſolvantur? Nónne variis criminibus irretitos ſuis ſuggeſtionibus tenebunt homines? Cur ergo peſſimos ſpiritus inferni carceribus perpetuo non detines? Cur ergo eos à vinculis abſolutos per mundum vagari concedis? Hæc ex alto conſilio à Deo permittuntur in bonum juſtorum, & in malum iniquorum; quia ſi bonus tentatione proficit, malus tentatione dejicitur, quod ſub figura præſtiterunt aquæ maris rubri; ingredientes Ægyptios operuerunt, ac concluſerunt ut ſubmerſi perirent; Iſraëlitis verò pararunt viam, ac fuerunt fortiſſimi muri & clariſſimi itineris indices ad pergendum in terram promiſſionis, Exod. 14. numero 24. *Reverſæ aquæ operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis: nec unus quidem ſuperfuit ex eis; Filii Iſrael autem perrexerunt per medium ſicci maris.* Hancque differentiam tentationis inter juſtos, & reprobos agnovit Divus Chryſoſtomus homil. 52. in Matth *Sicut ergo*, ait, *omnis tentatio fideles quidem ædificat magis, infideles deſtruit amplius: ſic & omnis increpatio diſciplinæ, religioſum hominem meliorem facit; irreligioſum autem, & malum conturbat, & ad deterius ire compellit.*

Deus permittit tentationes in bonum juſtorum, & perniciem iniquorum.

Exod. 14.

D. Chryſ.

166. Tertull. Geneſ. 3. Quod optimè explicat Tertullian. lib. de fuga in perſecutione. *Hoc nomen, ait, judicium, eſt perſecutio, per quam quis aut probatus, aut reprobatus judicatur. Hæc palla illa, quæ & nunc dominicam aream purgat, confuſum fidelium acervum eventilans & diſcernens frumentum martyrum, & paleas negatorum. Hæ etiam ſcalæ, quas ſomniat Jacob, aliis aſcenſum in ſuperiora, aliis deſcenſum ad inferiora demonſtrantes.* Pulchris exemplis ventilabri, & ſcalæ Jacob rem tentationis demonſtrat Ventilabrum agitat in aërem fœnum & triticum, hoc tamen diſcrimine, ut fœnum tradat igni, triticum reſervet in horreum: Similiter ſcala quibuſdam inſervit ad aſcenſum, aliis verò ad deſcenſum, ſic & tentatio quoſdam ſaluti, alios verò ruinæ, & fornaci remittit.

Ex tentatione uni ſalus, alteri perditio.

167. Nahum 1. *Idem liber onus & viſio.* Ad hoc ſpectat Nahum, dum calamitates Ninivitis denunciaturus accingitur, ſic incipit cap. 1. n. *Onus Ninive liber viſionis Nahum.* Quomodo patitur, quod idem liber ſit onus, & viſio, nam onus dicit gravamen, & moleſtiam; viſio verò propheralis, conſolationem ac recreationem; nam liber ille malis eſt gravamen, & onus; juſtis verò confortans, ac recreans eſt Rupert. ibidem. *Profectò, ait, prophetia hæc, aliis onus eſt damnationis, aliis verò liber eſt conſolatoriæ viſionis.*

Rupert.

QUÆSTIO XVIII.

Quomodo Angeli, cum ſpiritus ſint, alligari dicuntur.

168. ALligari dicuntur Angeli, non boni, cùm ſemper ſint obedientes Dei nutui, ſed mali ſeu Dæmones, ut patet ex hoc loco; & infrà Apoc. 20.n. 1. Ubi dicitur Satanas, ſerpens antiquus ligatus per mille annos. Et Tobiæ 8. n. 3. *Raphaël Angelus apprehendit dæmonium, & religavit illud in deſerto ſuperioris Ægypti.* Quomodo autem hujuſmodi religatio fiat, inquirit præſens quæſt.

Apoc. 20. Tob. 8.

169. D. Thom. Et ad reſolutionem quæſt. ſuppono, Primò D.Thom. 1.p. q. 109. art. 4. quod Angeli etiam infimi ordinis dominantur Dæmonibus, quia cum totius Prælationis ordo primò, & originaliter ſit in Deo, & à creaturis participatur ſecundùm id, quod Deo maximè approximantur; boni autem Angeli perfecta charitate, ac gloria Deo intimè uniuntur, à quo mali ob culpam defecerunt. Ex quo apertum ſit bonos Angelos malis præeſſe in omnibus; ſi ergo Dæmones ex propria malitia, alicui nocere intendunt, poſſunt boni Angeli, pro ut eis placuerit cohibere, quod ſi non faciunt, ordinationi divinæ, & non ipſorum impotentiæ tribuendum eſt.

Angeli inferioris ordinis dæmonibus dominantur.

170. Cantap. *Dæmones variis in locis in hoc mundo.* Suppono, ſecundò, de quo latè agit Thomas Cantapratenſis l. 2. Apum, cap. 57. Dæmones in hoc mundò commorari, quod multis exemplis

probat citatus Auctor. Quidam per ſuperius aliquod aëris ſpatium diſcurrunt, & ignei appellantur; alii verò vagantur per aërem contiguum, & nobis proximum, & aërei dicuntur; alii verò certis quibuſdam in locis hujus terræ verſantur, & terreſtres nominantur; ſicut in aqua degentes, aquei, ſub terra latentes ſubterranei, quæ nomina à loco in quo verſantur deſumuntur.

171. *Dæmones non alligantur vinculis corporis.* D. Thom. Bachon. Baron. Cùm ergo dicuntur mali Angeli quibuſdam locis alligari, non intelligitur hoc fieri quibuſdam corporis vinculis: Nam Angeli ſunt omninò ſpirituales, & incorporei ut docet D. Thom. 1. p. quæſt. 50. art. 1. Noſter Bachonius in 2. diſt. 3. 17. q. unica art. 1. Michaël de Baronia in 2. diſt. 3. q. unica in principio. Leſana 1. p. tract. 6. diſp. 1. q. 3. § *Veritas tamen.* Et de Dæmonibus. Matt. 10. Probatur Matth. 10. n. 1. *Dedit illis*, ſcilicet Matth. 12. Apoſtolis *poteſtatem ſpirituum immundorum, ut eos ejicerent.* Matth. 12. *Cùm immundus ſpiritus exiret*, &c. & infra ſumit alios *ſeptem ſpiritus nequiores ſe*, &c. Cum ergo ſint meri ſpiritus, corporeis vinculis alligari non poſſunt.

172. *Dupliciter ligantur dæmones à Deo.* Ligantur ergo Dæmones divina vel Angelica poteſtate, qua detinentur ut de loco moveri, eóque egredi nequeant, quod fieri poteſt tribus modis, & primò cum ſcilicet eis Deus ſubtrahat concurſum divinum, qui neceſſarius eſt ad motum & egreſſum; ſimúlque conſervet eos in ſuo ubi vel ſitu, & modo exiſtendi in illo loco, cui vult eos affigere: Secundò moraliter, ſi impediant ne egrediantur minando eis acriores pœnas, ſi exeant, & maximè, puniendo egredientes & compellendo eos regredi.

173. *Quomodo virtute Angelica ligantur dæmones.* Tertiò, ſi Angelus & qui eos detinet, nec hoc repugnat; ſicut enim robuſtus vir alium minus fortem certo loco violenter detinere poteſt, per vim impreſſam. Sic Angelus Dæmonem: ſimilem enim vim licet non corporalem; ſed ſpiritualem poteſt ſpiritus ſuperior inferiori & minus potenti imprimere: Atque de facto vim hanc imprimunt Dæmonibus Angeli; cum eos ex certo loco v. g. ex corporibus obſeſſis energumenorum violenter expellunt, & extrudunt. Hæc ſecundùm litteram, diximus.

174. D. Ambr. Pro morali theſi referam ſententiam D. Ambroſ in præſenti qui ait. *Vincula igitur quatuor Angelorum verba ſunt Domini, non quod Dominus præceperit perſecutoribus, ut à perſecutione ceſſarent; donec ſemina fidei per omnes gentes ſpargerentur; ſed quod poteſtate fecit, hoc dicitur verbis præcepiſſe; Romani námque, qui ante adventum Chriſti à cædibus, & rapinis, atque ab effuſione ſanguinis generis humani manus cohibere poterunt, pace ligati ſunt, atque ab effuſione ſanguinis prohibiti.* *Princeps pacificus hoſtium incurſus denet.* Per hos quatuor Angelos intelligit Sanct. Doctor, Romanum imperium, qui quatuor mundi partibus dominabatur, ſed qui tanti imperii duces, ac exercitus potuit alligare? An bellicoſior alius Princeps militaribus potens armis? An aliqui potentiſſimi Regis exercitus? Minimè; ſed unus pacificus Rex Jeſus, ex cujus pacis halitu validiſſimi duces cohibiti, ac alligati ſunt, ne Evangelii ſegetem turbarent nec ad ullum malum inferendum manus ſuas mitterent. *Pace alligati ſunt, ac effuſione ſanguinis prohibiti.*

175. *Paci vinculum fortiſſimum.* Pax fortiſſimum vinculum eſt, quod poſſit continere, ac expugnare omnes adverſarios: Admonebat Apoſtolus ad Epheſios 4. n. 3. *Solicite ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis.* Pax eſt veluti vinculum, ac alligatura quæ unitatem ſpiritus cum Deo ac proximo trahit in ſalutem. D. Thom. ibidem adducens illud Eccleſiaſt. 6. n. 26. *Ne acedieris vinculis illius & quare?* ait, *quia certè, ut ibidem dicitur, vincula illius alligatura ſalutaris.* D. Thom. Eccleſ. 6.

176. Matth. 6. Dicebat Chriſtus Dominus. Matth. 6. num. 9. *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Et cur inter tot præclaras virtutes, pacifici ſingulariter filii Dei vocantur? Maximè pacifici tanti divini Patris virtutem, ac efficaciam referunt, in cohibendis, ac domandis adverſariis; proprium eſt enim divinæ efficaciæ pugnam, ac controverſias extinguere, quod ſingulariter in viris pacificis quaſi Dei filii demonſtratur, quod bella exterminent, & pacis fœdera in nullo permittant violari; D. Nyſſen. orat. 7. Beatitud. *Quoniam*, ait, *ſunt hi pacifici? Imitatores humanitatis divinæ, qui id, quod proprium divinæ efficientiæ eſt, in ſua vita oſtendunt; Tollit, & ad nihilum redigit Deus, quidquid extra naturam boni; & à bono alienum eſt: Hoc etiam tibi præſcribit opus, & officium ejicere odium, finire bellum, abolere invidiam, exterminare pugnam.* *Pax valdè efficax ad expugnandos hoſtes* D. Nyſſen.

177. 2. Reg. 12. *Pax fortior armis.* Cum naſcitur Salomon, id eſt Rex pacificus, *Quæ genuit filium, & vocavit nomen ejus Salomonem.* 2. Reg. 12. num. 24. Tunc ſub ipſo tempore. Miſit Joab nuncios ad David dicens. Dimicavi adversùs Rabbath, & capienda eſt urbs, &c. Ibid. n. 27. Quid habet Rex pacificus cum expugnatione urbis ac hoſtium? Quid valet pacificus Princeps ut adversùs illum hoſtes mutire non audeant? Nónne ad hoſtes devincendos, regnúmque obtinendum, bellicoſus princeps aptior eſt, qui bellis, armiſq; omnia conterat, acquieſcere cogat? certiùs ſanè id faciet bellicoſus, quàm pacificus. A nullo ſanè melius quàm à pacifico Principe hoſtes contineri, ac cohiberi valent; & ideo in Auſpicium capiendæ urbis naſcitur Rex pacificus, quia potius pace, quàm armis vincenda an capienda erat, Caſſiod. 2. var. *Sæpè, ſæpè vidimus, quod ubi militum arma non erumpunt, una concors Pax regnat, & triumphat, hæc enim omnibus armis fortior, ac potentior eſt.* Caſſiod.

QUÆSTIO XIX.

Quare hi quatuor Angeli potius alligantur in flumine Euphrate, quàm in quolibet alio?

QUatuor ſunt Angeli alligati in magno fluvio Euphrate: Per hos quatuor Angelos univerſos Dæmones intelligunt Pannon. & alii. Tamen communis ſententia, quatuor intelligit Angelos alligatos, tanquam Archidæmones, & Principes, qui præſunt quatuor orbis partibus. Et quamquam iſti ſunt ligati, ſuos tamen ubique habent ſatellites, & canes qui homines tenent; & divexent, ut experientia patet; & Aſmodæus libidinum Rex, ligatus à Sancto Raphaële in Ægypti deſerto. Tob æ 8. n. 3. adhuc tamen ſuos dæmones, veluti ganeones per orbem habet, ut hominum appetitus inflammarent, & provocarent. 178. Pannon. *Quatuor tantum Angeli intelliguntur.* Tobiæ. 8.

Tota quæſtio eſt; cur hi quatuor Dæmones ſeu Angeli alligantur potius in fluvio magno Euphrate, 179.

Euphrate, quàm in quolibet alio, & intelliguntur alligati à tempore Paſſionis Chriſti, ne ampliùs tantùm hominibus nocerent, quantum antea; alligantur in hoc fluvio magno.

180. Primò, quia Euphrates Babylonem alluit; Babylon autem mater eſt confuſionis, & abominationis; proindéque typus eſt Regni diaboli, & impiorum. Secundò, Andræas, quia prope ipſum fluvium naſciturus eſt Antichriſtus. Tertiò, Cornelius, Ferrarius, & alii Euphrates alio reſpectu typus eſt Baptiſmi, per Euphratem enim tranſivit Abrahamus in terram promiſſam, indéque Hebræus, id eſt, tranſiens, vel tranſamnus eſt dictus, per virtutem Baptiſmi alligantur dæmones, ne multum valeant nocere. Quartò, Euphrates per medium dividit Babyloniam. Et Medi, & Perſæ hunc diviſerunt fluvium in plures rivos, & per ejus alveum Babylonem ſunt ingreſſi; ſignificat ergo Euphrates diſcordiam, & diviſionem, in qua maximè diabolus reſidet, & per ipſam habet oſtium apertum contra.

Andræas. Cornel. Ferrarius. Diabolus alligatur in Baptiſmo. Diabolus in diſcordia reſidet.

181. Quintò, Beda, Haymo, Ansbertus, per Euphratem interpretantur potentes ſæculi. Pannon & D. Thomas divites, nam ut ait Haymo, Euphrates fluvius eſt impetuoſus, profundus, decurrens per Babyloniam; nam divites & potentes in quorum cordibus Diabolus reſidet, decurrunt per delicias hujus ſæculi, & cum magno impetu feruntur in profundum inferni D. Thom. *Alligati ſunt in flumine magno Euphrate, id eſt in cordibus divitum, & Principum mundanorum, in quibus latent, & dominantur occultè; reſtrictis tamen interim quantum ad alios, ne ſæviant ſicut poterunt ſub Antichriſto ſævire.*

Beda. Haymo. Ansbertus. Pannon. D. Thom. Diabolus habitat in divitibus, ac potentibus.

182. Sextò, ut docet. Idem D. Thomas; qui ait, *alligati, id eſt refrænati à nocumentis hominum, ne ſcilicet tantùm noceant, quantum poſſunt, & vellent in flumine magno Euphrate, id eſt in Paſſione Domini, qui habuit abundantiam, & impetum magnum anguſtiæ, & ideò comparatur magno flumini*; Euphrates juxta radicem Hebraïcam, idem valet, *frugifer*, ſeu *abundans*, ſignificat etiam anguſtiam, & afflictionem, juxta illud Pſal. 136. *Super flumina Babylonis illic ſedimus, & flevimus dum recordaremur tui Sion.* Inde hic fluvius denotat Chriſti Paſſionem; nam Chriſti paſſio valde frugifera extitit mundo cum multa ejus anguſtia, & dolore? in hoc ergo flumine, ſeu ſub figura Paſſionis Chriſti maximè coacti fuerunt dæmones, ne tantùm nocerent, quantùm antea.

D. Thom. Pſalm. 136.

183. Ait Iſaias 19. num. 19. *In die illa erit altare Domini, in medio terræ Ægypti, & titulus Domini juxta terminum ejus, & erit in ſignum, & teſtimonium Domino exercituum in terra Ægypti. Clamabunt enim ad Dominum, à facie tribulantis, & mittet eis ſalvatorem.* Unde Ægypto tanta felicitas, unde illi tam propitius Dominus, ut clamans à facie crudeliſſimi hoſtis tribulantis, ſtatim ſalutem & protectionem obtineret. Inſinuant verba illa rationem, *& erit altare Domini in medio Ægypti.* Quod altare exiſtimat noſter D. Cyrill. Alexand. fuiſſe crucem Domini, in qua Divini Agni ſanguis eſt effuſus, cujus figura primò Ægyptus eſt nobilitata; nam Angelus exterminator tranſiens videns ſanguinem Agni in ſuperliminaribus tranſibat ſervans tales domos incolumes ab omni morte & nocumento. Exod. 12. n. 23. inde ab ipſo ſanguine effuſo, ſeu à typo ipſius ſanguinis ſacratiſſimi effuſi tantam protectionem eſt aſſecuta Ægyptus, à facie tribulantis, ut omni ſalute eſſet condecorata; D. Anaſt. Sinaita lib. 8. Examer. *Ægyptus primò vidit*, ait, *Agni ſanguinem ad veſperam in domibus ſignatum ad ſalutem, & oſtendit Agni Chriſti ſanguinem ad veſperam effuſum, & domum Eccleſiæ coloravit.*

Iſai. 19. D. Cyrill. Exod. 12. Paſſione Chriſti ſecurus redditur homo à facie dæmonis. D. Anaſtaſ. Synai.

Duo ſervi Pharaonis ob delictum in Dominum ſuum tenebantur in vinculis, quorum unus Pharaonis calicem optimo vino repletum contemplatur in dextera: *Videbam calicem Pharaonis in manu mea.* Gen. 40. n. 8. alter verò tria caniſtra candidiſſimo pane referta ſuper caput ſuum ferebat: *Ego vidi ſomnium, quod tria caniſtra farinæ haberem ſuper caput meum.* Joſeph optimus ſomniorum interpres cùm hæc relata agnoviſſet, porrigenti calicem vitam prædicit: Portanti panem mortem denuntiat: quænam tanti diſcriminis cauſa, optimè Cardinalis Hugo inde rationem conjecturatur; porrigens calicem Chriſti paſſionem oculi contemplabatur, quam alter oblivioni tradebat, portans Paſſionis panem, de quo dixerunt impii, *mittamus lignum in panem ejus*; ſuper caput, ac mente ferebat. Hugo; *Calicem in manu habet qui Chriſti Paſſionem habet in opere.* Calix Paſſionis contemplatus Pharaonis vincula diſſolvit, & à morte liberat; qua maximè implicatur ille, à cujus mente Paſſionis panis advolat, & ab oculis ſubterfugit; Paſſionem Chriſti intuens vinculis peccatorum non tenetur, quibus maximè complicatur eam oblivioni tradens. 184.

Gen. 40. Conſideratâ Paſſione Chriſti ſolvuntur vincula & ſuperatur mors. Hugo.

Ovem aberrantem per montes, & deſerta invenit bonus Paſtor inventamque, nec paſcit, nec adaquat, ſed tantum in humeris ſuis imponit: *Et cùm invenerit eam imponit in humeros ſuos gaudens.* Luc. 15. num. 5. Cur omni alio paſtoris officio omiſſo, ſolum humeris appoſitis eam ducit ad gregem; humeris crucis ligno detritis eam aſportat ad ovile; erat ovis illa maximè à via ſalutis aberrans, & multa vitiorum ægritudine laborans, ut eam ergo à tot morbis ſanaret, & virtutibus repleret, ſuper humeros imponit, in quibus erant Paſſionis ſigna, in illis enim crucis virga erat quæ percuſſit ſalvatorem, & inde conſequens erat ut omnia ſalutis commoda hominibus prodirent. Divus Ambroſius ſerm. 12. in Pſalm. 118. *Denique*, ait, *inventam Paſtor ovem humeris imponit ſuis, Agnoſcis utique myſterium, quomodo ovis laſſa reficiatur, quia non poteſt aliter humana conditio laſſa recreari, niſi Sacramento Dominicæ Paſſionis, & ſanguinis Jeſu Chriſti, cujus principatus ſuper humeros ejus.* 185.

Luc. 15. Paſſione Chriſti vincitur omne malum. D. Ambroſ.

Apoc. 9. n. 16. Et numerus equeſtris exercitus vicies millies, dena millia, & audivi numerum eorum.

Num. 17. Et ita vidi equos in viſione, & qui ſedebant ſuper eos, habebant loricas igneas & hyacinthinas, & ſulphureas, & capita equorum erant tanquam capita leonum, & de ore eorum,

procedit

procedit ignis, & fumus, & ſulphur.

VERSIONES.

Syrus. n. 16. Et numerus militum equitatus duo myriades myriadum.

Arias. Et numerus exercituum equi, myriades myriadum.

Primaſius. Et numerus militantium equitum illius octoginta millia.

D. Auguſt. Numerus equeſtris exercituum beſtiæ.

Syrus. n. 17. Et vidi equos, qui ſedebant ſuper eos, vidi quod eſſent loricæ igneæ, & hyacinthinæ.

Arabicus Et hoc eſt, quod vidi in viſione mea, circa equos; ſeſſores eorum induti jam erant lorica ignis & ſulphuris.

Arias. Habebant thoraces igneos.

Primaſius. Habebant loricas igneas, & ſpineas, & hyacinthinas.

S. Thomas. Loricas fumidas.

EXPOSITIO VIII.

186. *Ducenti milliones equitum.* ET *numerus equeſtris exercitus, vicies millies, dena millia* ſolutis quatuor Angelis, ſeu archidæmonibus, ab eis conflatur exercitus continens ſub ſe ducentos milliones equitum, & nullus tam amplus numerus continetur in tota ſcriptura, ut dicam quæſtione ſequenti, proindéque ad hunc exercitum poſt Hæreticos pertinent omnes peſſimi homines per diverſa tempora à Mahomete, uſque ad Antichriſtum de medio ſublatum incluſivè, ac proinde in hoc exercitu veniant cum ſuis ſectatoribus, Antichriſtus, cum ſuis aſſeclis, quorum præcipui, ac primarii duces ſunt dæmones, quibus omnibus optimè quadrat allegoria monſtrorum equorum.

Et audivi numerum eorum. Ac ſi dicat, quam-
187. vis hæc multitudo ſit tam ampla, tamen non eſt infinita, ſed in certo numero determinata, qui numerus per vocem mihi indicatus eſt.

188. *Et ita vidi equos in viſione.* Jam magis ſpecialiter Noſter Joannes explicat hunc exercitum equeſtrem, tam ſecundùm equites, quàm equos. *Vidi equos in viſione.* Et primò noſter Propheta poni t equos, quia ab eis dicitur exer-
Obdurati in ſua malitia. citus equeſtris *Et qui ſedebant ſuper eos.* Vertit Evangeliſta ſermonem ad equites, qui ſunt peſſimi homines, tam ſub Mahomete, quàm ſub Antichriſto, ac ſub quocumque alio tempore cum dæmonibus, tanquam primariis ducibus, *& habebant loricas.* Quibus maximè munitur pectus, & impenetrabile redditur; ſic ſunt iſti obdurati in ſua malitia, ut ſua corda à ſagitta veritatis penetrari non ſinant, *igneas,* id eſt lucentes, ac radiantes, ac terribiles, & formidabiles inſtar ignis, *hyacinthinas,* id eſt cœleſtis & cærulei coloris, tanquam dividerentur de cœlo miſſi; vel per ſimulationem cœleſtis juſtitiæ, quam fingunt; Et ſulphureas, id eſt rubeas inſtar ſulphuris; per ſimulationem cœleſtis juſtitiæ, quam pariter fingunt. Indumenta, ac lorica horum equitum tales colores reddebant tum ornatûs, tum etiam terroris cauſa. 189.

Capita equorum tanquam capita leonum. Nunc jam de equis agit Propheta; & equi ob magnam ferociam, quam indicebant, dicuntur leones; ſicut etiam hac noſtra ætate inter turmas militares ſunt, quæ appellantur *dracones*, & ut ait Virgil. 2. Georg. *Tauri ſpirantes naribus ignem.* Virgilius. Sic enim inſtar leonum ſumendo metonymicè equos pro equitibus omnimodam orbis vaſtitatem denuntiabant, ut verbis, minis, & armis indicarent ignem, fumum, & ſulphur; & etiam Leſſius. ut ait Leſſius, alludit Evangeliſta ad noſtros milites qui dum ſclopos explodunt, ita ori admovent, ut videantur ex ore ignem, fumum ſulphureum emittere.

QUÆSTIO XX.

Quare tam amplus exercitus continens ducentos milliones totus eſt equeſtris, & nulla ex parte pedeſtris, & ſine ullo duce proponitur.

AIt ſacer Text. *& numerus equeſtris exercitus vicies millies, dena millia*, id eſt bis 190. *Ducenti milliones.* millies centena millia, ſive ducenti milliones: nam myrias, ut decem millia, duo ergo myriades myriadum, ſunt vicies millies decem, millia, id eſt ducenties millena millia, ſive ducenti milliones; & licèt hic numerus ſit finitus, tamen nullus tam magnus reperitur in ſacra pagina; nam *decies millies, centena millia*, apud Danielem 7. num 10. conficiunt omninò centies centena millia, ſive decem milliones, ut hîc notarunt La Haye: & apud Daniel. Pento, Pereira & Cornelius, & alii.

Ex quo convincitur, quod iſte numerus, non 191. ſit intelligendus de uno aliquo exercitu mate- *Exercitus iſte Allegoricus, ænigmaticus.* riali, quæ potentia humana poterit tot equos ac milites congregare; nam Xerxes potentiſſimus Imperator, ad congregandum ſuum exercitum unius millionis, quinque conſumpſit annos, cujus multitudinem ex alto loco contemplatus: flevit, ut teſtatur D. Hieronym. eo quod D. Hieron. intra ſpatium centum annorum, nullus ex iis ſupereſſet vivus. Deinde quæ terra poterit tot equos, ac milites ſuſtinere, eiſque alimenta providere; Allegoricè, ac ænigmaticè iſte exercitus intelligendus, ac interpretandus eſt; ut jam dixi.

Primò, Aretas ſingulariter exiſtimat hos 191. Aretas. equites eſſe bonos Angelos, & ſic ait: *Mille millia; & decies millies, decem millia miniſtrantium dicere licet apud Danielem, nunc autem duplicatam in numerum myriadum narrat ſe vidiſſe multitu*

multitudinem quam exercitus duces ſequebantur, eo quod liberius, & abſque metu poſt Domini incarnationem, verſantur homines cum Angelis. Magna multitudo Angelorum oſtenſa eſt Daniel num. 10. ita ut appareant decies centena millia & hîc prodeunt in medium ducenti milliones, quomodo hic excrevit in tantum numerus ſuper Danielis viſionem, quia poſt Incarnatum Verbum longè liberiùs ac copioſiùs verſantur Angeli cum hominibus, quàm antea. Hæc tamen licet moraliter ſint dicta, non tamen cohærent cum littera, quia ab his equis, ſeu equitibus occiſa eſt tertia pars hominum, ac proinde iſti equites non ſunt Angeli boni.

Daniel. 7.

Poſt Incarnationem valde copioſè Angeli hominibus aſſiſtunt.

193. Secundò Alcazar, qui interpretatur de furore Judæorum contra Chriſtianos, ait quod iſte amplus exercitus componatur ex variis, ac inordinatis animi affectionibus; quæ ſemper magis, ac magis exercere poſſunt; cui ſententiæ favet Arias Montanus. *Equeſtris exercitus &c. appetentiarum terrenarum multiplex numerus, variarúmque genus*, quæ tamen maximè pertinent ad mores, & non ad litteram.

Alcazar. *Innumeri ſunt affectus iræ, ac furoris.*

194. Tertiò, Richard. Victorin. Pannon. D. Bernardin. intelligunt Hæreticos ſed de his dictum eſt ſupremo *væ*, ſeu prima plaga ſub typo locuſtarum, ut jam vidimus, & ſtatim magis explicabo. Quartò S. Thomas, Rupertus, Joachimus, Ansbertus, interpretantur Dæmones, qui revera ſunt duces hujus exercitus, non tamen totus ipſe exercitus.

Richard. Pannon. D. Bernard. D. Thom. Rupertus. Joachim.

195. Mea ſententia eſt, quod in hoc exercitu militant omnes impii, ac nequiſſimi homines perſecutores Eccleſiæ poſt Hæreticos, uſque ad ſublatum de medio Antichriſtum. Nam ut vidimus, Aquila magna, cap. 8. num. 13. clamavit tria *Væ*, ſeu tres plagas magnas denuntiavit, ſub primo *Væ*, ac ænigmate locuſtarum, denuntiantur hæretici; hoc primum *Væ*, ut dicitur num. 12. *jam abiit*, & eſt denuntiatum, ac explicitum, & ut ibi dicitur, *Ecce veniunt adhuc duo væ poſt hæc.* Secundum ergo hoc *Væ*, ſeu plaga hæc in hoc exercitu equeſtri, proindéque ſub illo militant Mahometus cum ſuis ſuctoriis, & Antichriſtus cum ſuis ſectatoribus, ut patet ex cap. 11. & ſic ſunt aliqui iniqui per varia tempora, quorum duces, & Principes ſunt dæmones. Tertium autem *Væ*, ut patet ex c. 11. num. 14. procedit à mortuo Antichriſto, uſque ad diem judicii.

Auctoris ſententia.

196. Cur ergo duces, ac Principes tantarum copiarum non exprimuntur in ſacro textu cur non nominantur præcipuè cùm dicamus hos duces eſſe dæmones. Exercitus movebat bellum contra pios & juſtos. Inde Principes, & duces non nominantur, quia cùm bellum iniquè agitur, ut manifeſtum ſupponitur, quod Diabolus ſit præcipuus Auctor, & cauſa illius. Richard. *Diabolus eſt omnium malorum Princeps cujus milites ſunt dæmones, equi autem militum pravi homines.* Deinde etiam meritò Diabolus nomine ducis privatur, & eo non nobilitatur, quia ipſe non eſt ad dirigendum, quod proprium eſt ducis, ſed ad perdendum. Ansbertus; *Iſti nempe impii malignos ſpiritus ſeſſores habere merentur; non à quibus regantur, ſed à quibus præcipitentur.*

Diabolus dux in bello injuſto.

Richard.

Ansbertus. *Diabolus dux eſt in præcipitium.*

197. Quare hîc tamen exercitus tam amplus totus eſt equeſtris, & nulla ex parte pedeſtris, cum multò facilius ſit congregare copias pedeſtres, quàm equeſtres; pro quo adverte, quod in equis denotatur animus ſuperbus, & latus, & cum hujuſmodi copiæ ſint dæmonum, ac iniquorum hominum, inde tales copiæ dicuntur equeſtres cum in eis maximè regnet ſuperbia, quam omnia alia vitia concomitantur. Pannonius: *Non ab re numerus equeſtris exercitus ponitur, cùm in equis, & in equitibus ſuperbia malignantium deſignetur, infiniti ſunt adverſarii pietatis, & Dei ſuperbia prodigioſa vecti qui non deſiſtunt adverſari religioni.* Quia à ſuperbia tenentur, omni nequitia replentur, & ut juſtitiæ, ſanctitati, ac religioni adverſentur.

In iniquis regnat ſuperbia, quæ omnia mala producunt.

De iniquis ac impiis hominibus, ait Regius Vates loquens cum Deo. *Superbia eorum, qui te oderunt aſcendit ſemper.* Pſalm. 73. num. 23. Quomodo ſuperbia ſemper eſt in perpetuo motu, ut nunquam ſiſtat, ſed ſemper aſcendat, noſter Incognitus, ſemper creſcit, Rufinus multiplicans & extendens, ita ut numquam in ſua nequitia ſiſtat, ſed ſemper de uno ad illud progrediatur; & ideò ait. *Malitia eorum qui te oderunt.* Quærunt ibi interpretes, quomodo Deus, qui eſt ſummum bonum, poteſt odio haberi; Reſpondent communiter expoſitores, Hugo Anguian. Lorin. quia Deus in ſe prout eſt ſummum bonum non poteſt odio haberi; eum tamen deteſtatur iniquus ſecundùm ſuos effectus, ac mandata; quibus præcepit juſtitiam ſectari; & fugere peccata, quibus ſuperbus maximè repletur, & inde inter omnes iniquitates tale Dei odium peculiariter ſuperbiæ adſcribitur, cum in ipſa omnia alia vitia tanquam in compendio habeantur. 198.

Pſalm. 73.

Incognitus. Rufinus.

Superbia ſemper in varia peccata creſcit.

Hugo. Anguian. Lorin.

Dicebat Ezechiel. 16. num. 49. *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, & ſaturitas panis, & abundantia, & otium.* In capite iniquitatum Sodomæ, ut omnium origo ponitur ſuperbia, ab hac enim tanquam à radice pullulant, ac naſcuntur cætera omnia vitia D. Iſidor, *Superbia*, ait, *eſt origo omnium criminum: & ruina, cunctarum virtutum.* 199.

Ezech. 16. *Superbia caput omnium iniquitatum.*

D. Iſidor.

Ait Regius Vates Pſal. 73. n. 5. *Poſuerunt ſigna ſua ſigna, & non cognoverunt.* Quænam ſigna ac vexilla ponunt impii, ac iniqui, oſtentationes nempe, ac flatus ſuperbiæ, quæ ſunt propria ſigna diaboli, & quid tali ſuperbiæ ſigno ſecutum eſt? *Non cognoverunt*, non cognoverunt viam veritatis ac juſtitiæ, ut per eam ambularent, & inde præcipites ruerent in omnem turpitudinem ac nequitiam. Cardin. Hugo. *Signa ſua dicit, non Dei, ſed dæmonum; ſignum enim Dei eſt humilitas*; Luc. 2. n. 11. *Hoc vobis ſignum, invenietis infantem pannis involutum, & poſitum in præſepio. Signum diaboli eſt ſuperbia. Levabit ſignum nationibus.* Iſai. 5. n. 26. 200.

Pſalm. 73.

Diaboli ſignum, ac vexillum ſuperbia.

Luc. 2. Hugo.

Iſai. 5.

QUÆSTIO XXI.

Quare hujus exercitus equites portant loricas igneas, Hyacinthinas, & ſulphureas.

Duplex eſt armorum genus, quædam ſunt offenſiva, ut lancea, gladius; alia verò defenſiva, ut lorica, ſcutum; cur ergo hujuſmodi equites, non portant lanceas, 201.

ceas, vel gladios; Reſpondetur quod hujus exercitus Principes, ac duces, ſunt dæmones, quia nemini valent nocere, niſi eis ſe ſub-

Hugo. mittat. Cardinalis Hugo. *Diabolus*, ait, *vulnerare non poteſt hominem, niſi volentem.* Vel portant loricas; in quibus pœna dæmonum, ac impiorum denotatur; nam lorica comprimit, cruciat, ac gravat corpus, ac ea diſrumpitur,

Albertus. Albertus Magn. *Habebant loricas, id eſt pœnas, & tormenta quæ hamata & confirmata ſunt: ſic quod nulla prece poſſunt diſſolvi in quo denotatur, quod pœna eorum eſt indiſſolubilis.*

102. *Iniqui uniuntur in malum.* Tertiò, & maximè portant loricas, quæ ex diverſis annulis connectuntur, qui à ſe invicem non ſeparantur, ſed ita ſunt ſimul uniti, ut unus ex omnibus eſſe videantur, ſic impii, ac iniqui maximè inter ſe concordant, ac uniuntur in unum corpus, in ruinam & perditionem alio-

D. Bernar. rum. Bern. Senenſ. *Sic in una civitate, vel terra homines partiales quaſi annuli rotundi, propter interminabilem pravitatem ſimul colliguntur, & conjunguntur ad malum.* Quartò, & ultimo. Sic obduratum eſt cor impii in ſua malitia, ut ſe penetrari non ſinat à ſagitta veritatis, ac Prædicationis Evangelicæ, ut dixi in expoſitione.

103. *Dæmones invidia pleni, infamia fœtidi fictione decipiunt.* Triplex conditio apparebit in hujuſmodi loricis, ait Text. *Habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & ſulphureas.* Quæ variè explicantur à Patribus; & valdè mirum quod hujuſmodi equites infernales, non ſolùm ferant ſecum ignem, & ſulphur, ſed hyacinthinum colorem qui cæruleus, & cœleſtis eſt, unde de Divino ſponſo dicitur; *Manus ejus tornatiles plenæ hyacinthis.* Cant. 5. id eſt plenæ cœleſtibus gratiis; hyacinthini apparent iſti equites, ſimulantes cœleſtem colorem, ac indumentum, cum maxi-

Richard. mè eum averſentur Richard. Victor. *Habent dæmones*, ait, *loricas per perplexam aſtutiam igneas, per ardentem invidiam* Sulphureas, *per fœtorem infamiæ* Hiacinthinas *per fucum, & ſimulationem cœleſtis juſtitiæ*: Hiacinth. *namque cœli habens ſimilitudinem cœleſtem vitam ſignificat: & Angelus Satanæ nonnunquam in Angelum lucis ſe transfigurat, & ſub ſpecie virtutum vitia palliat, ut quos non poteſt vi, ſimulatione decipiat.*

104. Albertus. Iſai. ultim. Gloſſa. Secundò, Albertus Magnus, Loricæ, ait. *In quibus notatur, quòd pœna eorum eſt indiſſolubilis.* Igneæ; *id eſt ardentes, & inextinguibiles. Iſai. ultimo. Ignis eorum non extinguetur.* Hiacinthinæ, *id eſt cæcantes.* Gloſſa, *lapides fumidi coloris, in inferno enim erit ignis inextinguibilis, & fumus, qui malos excæcabit, ne lumen verum videre poſ-*

In veſtibus habent deſcriptas pœnas, quas ex veſtibus ſibi pararunt. *ſint*, & ſulphureæ; *id eſt fœtidæ.* Meritò hujuſmodi equites, ſuas pœnas ardentes inextinguibiles, & obcæcantes ac fœtidas habent deſcriptas in veſte, ac indumento, ex cujus vanitate tot, & talia tormenta ſibi pararunt.

105. Rupertus. Tertiò, Rupertus. *Spiritus maligni*, ait, *quales efficiant niſi cupidos, ſuperbos, & libidinoſos? Quid per* ignem, *niſi cupiditas? Quid per* Hyacinthum, *qui color cœli faciem imitari dicitur, niſi ſuperbiam? Quid per* Sulphur *fœtidum, niſi libidinem, intelligimus? tales nimirum illorum regnorum gentes fuerunt cupiditate ardentes, ſuperbia tumentes, libidine fœtentes.* In igne denotatur ardor luxuriæ, in hyacintho cœli colore, ſuperbia talium gentium, qua ſe cœlos attingere præſumunt, in ſulphure luxuriæ fætor & benè ſuperbia, luxuria ac ejus fœtore aſſociatur; nam his maximè accingitur, & ſecum comites habet. Sic ait Ezechiel. 19. num. 4. *Hæc ſunt iniquitas Sodomæ ſororis ſuperbia*, Origenes homil. 9 in Ezechielem. *Jactantia gloriæ, ſodomicum crimen.* Ezech. 19. Origenes.

Ait Oſeas 12. n. 1. *Ephraim paſcit ventum, & ſequitur æſtum?* Si rorifero vento ovis fruitur, à calore æſtus videtur immunis, quomodo ergo ait Propheta, quod Ephraim paſcens, ſe comedens ventum, æſtum patiatur, cum quis ſuperbiæ vento repletur in corde ac ventoſa elatione movetur, inde conſequens ut luxuriæ æſtu inflammetur, ita luxuria ſuperbiæ conſequentia fit, ac veluti filia à ſuperbia progenita. Rupertus ibidem. *Ventum namque paſcere eſt ſuperbiæ ſpiritu inflari, ſequi verò æſtum, luxuria corrumpi; quæ peccata vel vitia conſequentia ſunt, ita cum ſuperbia ſpiritum erexerit, carnem quoque corrumpat ſpiritus fornicationis.* 106. Oſeas 12. *A ſuperbia naſcitur luxuria.* Rupertus.

Ait Apoſtolus Rom. 1. num. 21. ac ipſiſmet Romanis. *Evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicentes enim ſe eſſe ſapientes.* Quid inde ſecutum eſt, ipſemet Apoſtolus explicat. *Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora ſua.* Ecce Romani ut Principes totius orbis inanes, & vacui facti ſunt, *Evanuerunt in ſuis cogitationibus*, ſeu ut explicat D. Auguſt. D. Anſem. *Superbierunt in cogitationibus ſuis*; ut ſe maximè exiſtimarent ſapientes ſuper omnes, & qualénam fuit ſtipendium, ac merces tantæ ſuperbiæ, immunditia, ac turpitudo luxuriæ, qua omni contumelia corpora ſua affecerunt: *Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, & immunditiam.* Interior cordis ſuperbia prorumpit in externa flagitioſa inquinamenta, quod eleganter in uno Romano notavit. D. Theophil. Antioch. ad Aureol. ſic notans. *Regnavit Tarquinius, ait, cognomento ſuperbus, is primus in exilium, quoſdam Romanos relegavit, pueros corrupit; ſpadones fecit quoſdam ſoli incolas, virgines, quas vitiaverat, locabat aliis; Quapropter meritò vocatus eſt ſuperbus.* Multa fuerunt hujus Regis facinora, & illa maximè expenduntur, quæ ad luxuriam pertinent; Ecce invenies eum puerorum corruptorem, maſculæ veneris mancipium, puellarum ſtupratorem, & inde vocatur à Sancto Patre non laſcivus, ſed ſuperbus, ac ſi maximè principium latentis affectus ſuperbiæ in animo prodeat, & manifeſtetur in exundante luxuria. 107. Rom. 1. D. Auguſt. D. Anſelm. *Superbia cordis prodiit exterius in luxuriam.* Theop.

QUÆSTIO XXII.

Quare in hoc exercitu equi tam monſtruoſi apparent cum capitibus leonum, evomentes ex ore ignem, fumum & ſulphur.

Ait Text. *& capita equorum, ut capita leonum, & ex ore eorum procedit ignis, fumus, & ſulphur.* His ſecundùm literam deſcribitur à Joanne exercitus multa crudelitate horribilis, ac terribilis, vario, ac extraordinario genere armorum inſtructus ſævam mortem, diráque tormenta omnibus minans, ut modo pugnant Barbari, Sarraceni, & 108. *Mirum, & extraordinarium genus.*

& in fine mundi pugnabunt ſectatores Antichriſti cum ipſo contra Eccleſiam ;. Moralem ſenſum ſcrutemur.

109. Quis unquam tam horribilia monſtra corpus equi cum leonis capite , quis unquam ab equorum ore ignem manantem conſpexit ; quis equum ſulphur evomentem , & fumum inſpirantem intuitus eſt ! cum ergo Joannes in hac ænigmatica viſione hæc aſſerit , ſe vidiſſe magna & alta nobis invenit.

110. Per hujuſmodi ergo equos falſos Prædicatores , Hæreticorúmque magiſtros , ac Doctores interpretatur D. Bernard. Senenſis : *De ore iſtorum* , ait , *id eſt doctrina illorum peſtifera procedit* ignis *invidiæ* , fumus , *ſuperbiæ* , ſulphur *luxuriæ* , *vel aliter procedit* ignis, *invidiæ* , fumus *idolatriæ* , ſulphur *blaſpemiæ*. D. Thomas ſimiliter *De ore eorum , id eſt Prædicatione equorum , ſcilicet Hæreticorum , qui portant dæmones ad homines decipiendos procedit* , ignis *doctrina eorum oſtenditur eſſe inflammativa , unde dicitur ignea , id eſt doctrina alios accendens , quia nova placebunt hominibus : unde accendentur corda hominum : Item excæcativa* , & fumus , *id eſt doctrina fumoſa excæcans , Item infectiva , id eſt doctrina fœtens , & per hoc multos inficiens.*

D. Bern. *Falſi Prædicatores , ac hæretici omne venenum evomunt.* D. Thom.

111. Vel aliter , juxta D. Anſelmum dicens , quod hujuſmodi equi ſunt hæretici quorum ſeſſores ſunt dæmones , ſed quomodo hic portant capita leonum ; nam ut ſupra vidimus , verſ. 7. per locuſtas denotantur hæretici , quæ ut ibi dicitur oſtendunt facies hominum ; *& facies earum , tanquam facies hominum* , Et non mirum , quia hæretici , & ſi aliquando blanditias oſtendant , tamen multa tormentorum vi alios compellere nituntur in ſuam doctrinam. D. Anſelm. *Hic* ait , *bene ponit faciem leonis poſtquam dixit eos habere faciem hominis ; quia hæretici aliquid humilitatis oſtendunt , ſed miniſtri Antichriſti , quod docent , hoc etiam cogunt , quibuſcumque tormentis confiteri.*

Hæretici quod blanditiis perſuadere non poſſint , crudelitate intentant. D. Anſelm.

112. Secundò hujuſmodi equi habent capita leonum , *& capita equorum , ut capita leonum.* Valde notandum , quod equites ſi conferantur cum equis tanquam Domini , præſules , ac rectores cenſendi ſunt , nil leoninum in eis videtur , nec ex ore evomunt ignem & ſulphur , quibus interficiatur tertia pars hominum , ut de hujuſmodi equis dicitur hoc verſu , & ſequenti ; equites ſunt tanquam rectores , ac præſules , qui equos regunt , & gubernant ; Equi tanquam miniſtri , & ſervi qui dominis ſuis ſubduntur , inde major crudelitas ac ſeveritas in eis declaratur , quia frequenter ſervi , ac miniſtri ; qui Judicum ſententias exequuntur , ac dominorum ſuorum juſſa adimplent , ipſiſmet Judicibus , ac Dominis immaniores , ac crudeliores ſunt , patrocinatur Joachimus Abbas *Licèt ergo* , ait , *ſeſſores equorum ſatis eſſe terribiles demonſtretur : longè tamen diſſimiliter ab equis ; qui quidem leonis deturpati capitibus caudis quoque ſerpentinis monſtruoſi effecti) : horribile ſpectaculum ſe cernentibus præbent.* Quod confirmat , quia *Præſes Pilatus conabatur eripere Chriſtum , & miſerabatur ei ; At miniſtri non ſolùm occiderunt eum ; etiam ut ſe oſtenderent crudeles graviora illi tormenta , ſputis , & colaphis inferebant.*

Miniſtri crudeliores Dominis ſuis. Joachim. Joan. 17.

113. Aliter *capita leonum.* In his equis optimè repræſentantur hypocritæ ; nam hic apparent corpora equorum , capita verò in eis ſunt leonum ; ſi conſiderantur corpora pallida tanquam equorum comedunt paleas , & fœna ; At verò capita cùm ſint leonum , deglutiunt ovem , agnum & arietem. Ecce verè hic effigiantur hypocritæ ; nam ex una parte videntur macilenti , pallidi , jejunantes in pane , & aqua cum auſtera vita ; ex alia verò conſiderati , inveniuntur laſcivi , luxurioſi , & crudeles tanquam leones quidam.

Hypocrita jejunus videtur , & cuncta deverat.

Tertiò , de his equis dicitur. *De ore eorum procedebat ignis , & fumus , & ſulphur.* Per tales equos , graves Auctores , commotiones , ac partialitates interpretantur. D. Bernard. tom. 1. feria 6. poſt dominicam in quadrag. cap. 3. de talium partialitatum ore prodeunt ignis , fumus ſulphur ; verba nempe ignita , ac ſcandaloſa , diffamatoria cum ſuperbiæ , ac jactantiæ fumo , verbáque detrectoria , ac fœtida. Sic ait Sanctus Doctor. *Egreditur ignis* , id eſt , *comminationes ignitæ , & iracundæ , ſeu verba odioſa , & ſcandaloſa ad diſſentionem corda inflammantia , ſicut enim parvâ ſcintillâ magnus accenditur ignis ; ſic unius partialis ignita eloquia ad odium , & diſſentionem accendunt quandoque unam civitatem , & patriam.* Secundò ex ore eorum procedit fumus , *Quid enim per fumum , niſi vana jactantiæ verba fumo ſuperbiæ plena.* Tertiò de ore eorum procedit ſulphur , *hoc eſt fœtidæ , & abominabiles infamiæ , mendacia , ſuſurrationes , & detrectationes.* 214.

Partiales jactant verba ſcandaloſa. D. Bern.

Deinde , de equitibus ait noſter Joannes in præſenti : *Habebant loricas igneas hyacinthinas , & ſulphureas* ? Hoc eſt replebantur libidinoſo igne luxuriæ cum ejus turpi fœtore , ac multa ſuperbia quem hyacinthus color cæruleus denotabat ; nam per ſuperbiam uſque ad cœlos ſe extollebant ; ſic & in equis notatur ; *De ore eorum procedit ignis , & fumus , & ſulphur.* Pro hyacintho ponitur , qui & ſuperbiam ſignificat ; ut notat Rupertus in præſenti. *Solummodo hyacinthinarum appoſitionem loricarum commutavit , pro illo colore ſuperbiam ſignificante , ponens fumum , per quod etiam nihilominus ſuperbia ſignificatur : juxta illud Pſalmi 36. Inimici verò Domini , mox ut honorificati fuerint , & exaltati , deficientes , quemadmodum fumus deficient.* Ecce eadem vitia , quæ in equitibus denotantur , ad equos etiam derivantur ? & non mirum ; nam equites denotant Prælatos , ac Rectores populorum , qui cum legibus tanquam habenis ſubditos regunt ; Equi verò ſubditos ſignificant , quia ſuis equitibus diriguntur ; non ergo mirum , quod eadem vitia in eis cernantur ; majorum enim vitia , forma vivendi minorum ; & ad Principum mores , vivendi modum , inferiores componunt. Sic ait citat. Rupertus. *Igitur equitibus , de quibus dixerat habentes loricas igneas hyacinthinas , & ſulphureas , equos ſuppares fuiſſe teſtatur cum dicit ; de ore eorum procedit & fumus , & ſulphur.* Semper enim inferiores majorum veſtigia ſequuntur. Unde ſapienter ait D. Leo in 1. Epiſtol. decretali. *Totius familiæ domus ſtatus , & ordo mutabit , ſi quod requiritur in corpore , non inveniatur in capite.* 215.

Rupertus. Pſal. 36. *Qualis dux talis miles quibus præeſt.* Rupertus. D. Leo.

Ut Propheta Iſaias certum redderet Regem Ezechiam de promiſſa ſalute , decem lineis retrocedere fecit Solem ad Orientem *Invocavit itaque Iſaias Propheta Dominum , & reduxit umbram per lineas , quibus jam deſcenderat in horologio* 216.

logio Achaz decem gradibus. 4. Reg. 20. num. 11. *4. Reg. 20. Abulenſ.* Ubi Abulenſis quæſt. 33. doctè inquirit, an retrocedente ſole decem lineis verſus Orientem retrocederent cum eo reliqui planetæ affirmantem partem ſequitur. *Debet dici,* ait, *omnes cœlos tunc motos fuiſſe ab Occidente in Orientem, ſicut motus eſt Sol.* Quod ex eo comprobat, quia in illo magno miraculo, quando ad imperium Joſuë Sol ſtetit, ſteterunt ſimul cum illo cæteri cœli, & modo in conſueto curſu, cùm Sol ab Oriente pergit in Occidentem, & ſimul cum eo moventur cæteri cœli. Quid eſt, quod cùm Sol, in ſuo curſu conſiſtit, conſiſtunt & cæteri cœli, & cùm pergit in ſuo motu, pergunt & illi, & cùm Sol repedat, repedant & reliquæ planetæ? Sol inter reliquos planetas tenet imperium. *Geneſ. 1.* *Luminare majus, ut præeſſet diei.* Geneſ. 1. num. 16. *Subditi ſuorum majorum veſtigia ſequuntur.* *Solem in poteſtatem diei.* Pſalm. 135. num. 8. Cùm ergo Sol inter cætera ſydera tanquam imperator lucis radiis refulgeat, non *Pſalm. 135.* mirum quod eum cætera ſequantur aſtra, ut ipſo Sole ſtante, movente aut retrocedente, inferiora ſydera ſtent, retrocedant, & moveantur, ſic qui præeſt, cæteros ad ſe rapit, ut ad ejus veſtigia alii, & pedem moveant, quod ita verum eſt, ut non ſolùm homines ſed etiam inſenſibilia concitentur ad ſua capita imitanda.

117. Ut David fieret gener Regis, dictum eſt ei quod Rex non indigebat ſponſalibus, ſed tantùm centum præputia Philiſthinorum, tunc ſubdit text. *Placuit ſermo in oculis David, abiit cùm viris, qui ſub eo erant; & percuſſit ex Philiſteis ducentos viros.* *1. Reg. 18.* 1. Reg. 18. num. 27. non majorem expectavit manum, ſed comitatus una ſua cohorte profectus eſt, & percuſſit ducentos: expendendum eſt maximè. *Abiit, & percuſſit ducentos.* *Tot militum valentia in ducis fortitudine conſiſtit.* Cur non dicitur abiit cum ſuis, & percuſſerunt? An ſolus ipſe percuſſit? quando ipſe, & ſocii percuſſerunt, cur de ſolo ipſo dicitur quod percuſſit, & adeo facilè, & ſine proprio damno? quod tam facilè, & ſine damno tam pauci multos percuſſerant, id ex David robore ac diſciplina veniebat. Valde potens eſt regentis, ac ducis dexteritas, probatæque fortitudinis exemplum, ut & milites talia videntes hoc exemplari moveantur, ut ſimilia monumenta roboris præbeant, & ideò tota cædes in inimicis facta non militibus, ſed Davidi adſcribitur à cujus fortitudine omnes documenta hauſerunt, & indè non dicitur percuſſerunt viri, *ſed percuſſit* *D. Syneſ.* *David,* eleganter dixit D. Syneſ. Epiſt. 110. *Illum dicam verum ducem, non qui tantum regit imperio, ſed qui propria virtute viam facit, ut milites inter hoſtium turmas irruant;* Vide ſupra cap. 3 quæſt. 7. n. 51. 52. 53. & 54.

Cap. 9. n. 18. Et ab his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominum de igne, fumo & ſulphure, quæ procedebant ex ore ipſorum.

Num. 19. Poteſtas enim equorum in ore eorum eſt & in caudis eorum; nam caudæ eorum ſimiles ſerpentibus habentes capita, & in his nocent.

VERSIONES.

Syrus. 18. Et à tribus plagis, &c. quæ exeunt ex oribus eorum.

Arias. Sulphure exunte ex oribus.

Oecumen. Quæ progrediebantur ex ore eorum.

Arabicus. Et mortua eſt, ab his tribus rebus.

Vatabl. n. 19. Et poteſtates eorum, in ore ipſorum ſunt.

Primaſius. Habentes capita Draconum.

Strabus. Similes ſerpentibus habentibus capita.

EXPOSITIO IX.

Et ab his tribus plagis. Scilicet igne, fumo, & ſulphure, quæ licet per ſe ſumantur ſemper intelligitur occidi à globis miſſis cum igne, fumo & ſulphure, nam hæc ad explodendos globos concurrunt; & cum propriè una plaga ſit, triplicem appellat Evangeliſta, quia fortè tres ſunt plagæ partiales quæ ad unam totalem concurrunt; *Occiſa eſt tertia pars hominum.* Gagnæus ait, quod ponitur numerus certus pro incerto. Et ſi de iniquis hominibus intelligatur, ſpiritualiter interpretatur, qui ad varia vitia excitati, & moti ſunt ſi verò de electis intelligatur (nam poſtea videtur, quod ſermo ſit de reprobis) dicatur tunc quod corporaliter occidentur, multo & vario tormentorum genere. 118. *Gagn.*

Poteſtas eorum in ore eorum eſt. Si quidem ex ore eorum procedebat ignis, fumus, & ſulphur, à qua triplici plaga interfecta eſt magna pars reproborum; & cùm dicitur. *Poteſtas eorum in ore.* Oſtenditur quod hi equi non erant ſimiles cæteris equis, quorum vis eſt in corpore, aut in pedibus, non autem in ore. *Caudæ eorum ſimiles ſerpentibus, habentes capita,* ſcilicet ſerpentina; per has caudas, & capita intelliguntur à multis gladii militares, qui inſtar caudarum retro extant, & manubria habent capita, vel ſaltem apud Sarracenos in fine, ac ultima extremitate formas ſerpentinas referunt, vel etiam hac metaphora, denotantur pediſſequi & alii miniſtri militum, qui veluti ſerpentes occultè nocent furtis, rapinis, incendiis nocentiores, & plurimum ipſis ducibus inveniuntur. 219.

Habentes capita, ſcilicet ſerpentina in caudis. Cauda cum ſit ultima pars animalis denotat finem vitæ, ut benè hìc advertit Andræas Cæſar. In fine enim vitæ diabolus protendit ſuum ſerpentinum caput, ut totum ſuum venenum effundat, ut hominem trahat in æternam damnationem. 220. *Cæſarienſ.* *Diabolus inſidiatur in fine vitæ.*

QUÆSTIO XXIII.

Quare occiſionis inſtrumentum tot hominum ab ore equorum procedebat?

221. *Iniquorum colloquium ac prædicatio parturit inferni pœnas*

DIcitur in textu, quod *ab his tribus plagis*, ſcilicet igne, fumo, & ſulphure, quæ de ore equorum procedebant, à quibus interfecta eſt tertia pars hominum. Cur ait, quod de ore equorum tales plagæ progrediebantur, cur non potius è manibus proveniebant, nam ſulphurei globi è tormentis bellicis è manibus projiciuntur; nam licèt multa ſint ſupplicia in inferno; præcipua ſunt illa tria ignis, fumus, & ſulphur, ſub quibus cætera comprehenduntur? Ecce cur non ex manibus, ſed ex ore eorum illa tria manare dicuntur, quia ex ore ac doctrina Hæreticorum, ac falſorum magiſtrorum, nil aliud ſibi comparant auctores, niſi inferni pœnas. Anſbertus: *Ab ore autem equorum*, ait, *ignis, fumus, & ſulphur egrediens, tertiam partem hominum occidit? quia videlicet malorum prædicatio ſequacibus ſuis æterna ſupplicia præparat; & non inconvenienter perverſa prædicatio, tormentum impiorum vocatur, per quam ad illud multitudo impiorum graditur.*

Anſbertus.

222. *Concupiſcentia, ſuperbia, ac libido regnorum pernicies.*

Secundò, ab igne, fumo, & ſulphure, quæ procedebant ab ore eorum, dicitur tertia pars occiſa, ſi inquiras quid hæc ſignificent? facilè invenies, quod per ignem intelligitur cupiditas & avaritia: ſicut per fumum ſuperbia, & ambitio, & ſimiliter per ſulphur libido fœda accipitur, non ergo mirum, quod ab his tribus tertia pars hominum interficiatur; concupiſcentia enim & libido, ac ſuperbia regnorum ac hominum ſunt excidium, & pernicies Rupert. *Ab his tribus plagis*, ait, *id eſt, propter iſtas tres plagas occiſa eſt tertia pars hominum de igne, fumo, & ſulphure: id eſt propter ignem, fumum, & ſulphur, nempe concupiſcentiam, ſuperbiam, libidinemque gentium, ſive regnorum, occiſa eſt tertia pars hominum.*

Rupertus.

223. *Colloquia prava ex dæmonis afflatu, & valde nociva.*

Tertiò, cur ex ore eorum, non verò ex manibus, procedunt ignis, fumus, & ſulphur, à quibus tertia pars hominum interimitur? ſicut per hujuſmodi equos intelliguntur dæmones; ita etiam per ignem furor & invidia; per fumum cæcitas, & ſuperbia, & per ſulphur luxuria; vitioſa ergo colloquia, quia ex flatu oris dæmonum veniunt, mortem animabus inferunt, & in gehennalem flammam detrudunt. Richard Victor. *Quod procedebant ex ore ipſorum, quia corrumpunt bonos mores colloquia prava*

Richard.

224. Iacob. 3.

Ait Jacobus in ſua Canonic. cap. 3. n. 6. *Lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam nativitatis noſtræ inflammata à gehenna.* Et cùm de aliis turpitudinibus loquuntur, ait c. 4. num. 1. *Unde bella, & lites in vobis? Nonne hinc, ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris.* Dum homo inflammatur ad bella, lites, ac controverſias, non aliunde acquirit inflammari, niſi à propriis concupiſcentiis inhabitantibus hominis membra; ubi autem à venenoſa lingua, prava colloquia procedunt inflammata oſtenduntur, non à membrorum concupiſcentiis, ſed à dæmonum ſede, à gehennali incendio; prava enim colloquia inſeparabilia ſunt à ſede dæmonum, ac illorum afflatu. Gillibert. Abbas ſerm. 24. in Cantic. *Quod lingua*, ait, *nequam cordi tuo talem adhibet flammam? Ignem hunc, quem evomis, hauris de gehenna. Inde incipit, & illo rapit. Lingua, inquit, inflammata à gehenna malè ſuccendit, quia ſuccendit unita, quia deſidii verba ſcintillat, & flamma talis de inferis eſt.*

Iacob. 4.

Colloquium pravum dæmonis inſtrumentum. Gillibert.

225. Pſalm. 119. Chaldæus. *Ab igne inferni accenditur mala lingua.*

Ait Regius Vates, Pſalm. 119 num. 4. *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatoris.* Chaldæus legit: *Sagittæ robuſti acutæ, ſicut fulgura ſuperna, cum carbonibus ardentibus in gehenna inferius.* Quæ verba Iſidorus Clarus, & Janſenius de lingua doloſa, ac malo ejus eloquio interpretantur, eſt enim pravum eloquium linguæ doloſæ, inſtar ſagittæ acutæ, cui pro cuſpide inſerentur carbones ardentes, qui veniunt de gehenna inferni: ſicut in ſagitta proprius eſt locus, & ſedes, ubi ponitur acuta ferri cuſpis, ſic in lingua doloſa, ac pravo ejus eloquio, perverſa ſedes eſt, & locus proprius, ubi carbones infernales ſunt & quieſcunt Hoc advoco, id quod dixit noſter D. Cyrill. Alexand. in Apologia ad Theodoſ. quæ habetur in Concil. Epheſ. tom. 5. cap. 2. aſſignans rationem, cur Diabolus uſus ſit Neſtorio hæretico, ſic ait: *Draco igitur Apoſtata ille, hoc eſt, Satanas, virum ſacerdotem, incautum, mentèque ſeductum nactus, & linguam nihilominus adeptum temerarium, & ad Chriſti ſervatoris noſtri gloriæ detrahendum promptiſſimam turbis, ſeditionibúſque omnes Eccleſias adimplevit.* Linguâ doloſâ inventâ non dubitavit Diabolus ejus colloquio totum orbem perdere.

D. Cyrill. *Linguâ doloſa totum orbem perdet.*

QUÆSTIO XXIV.

Quare poteſtas equorum erat ſimul in ore, ac caudis eorum, in quibus capita ſerpentina apparebant?

226. *Cur in caudis erant capita.*

CApita equorum ad inſtar leonum erant ut exprimitur, verſ. 17. & in præſenti dicitur, quod caudæ erant ſimiles ſerpentibus in quibus inerant capita nempe ſerpentina. Cur non ſolùm aſpectu leonino terrebant, ſed etiam caudis. Scilicet habentibus ſerpentina capita; nam ſicut cauda denotat finem, ſic caput initium, ac principium; & ſunt iniqui, ac perverſi homines, qui cùm creduntur ad finem malorum inferendorum pervenire, tunc ad initium, ac principium aliorum malorum perpetrandorum ſe accingunt, ut denuo redire videantur. Et cùm exiſtimas eos à malo, ac perſecutione quieſcere, tunc denuò contra te capite ſerpentino ſe erigunt Joachim. Abbas, *Superbi homines aperta ira incipiunt perpetrare mala, & cùm putantur ab inferendis malis quieſcere, tunc ex inopinato deteriora mala committunt.* Ad hunc ſenſum explicat D. Greg. Magn. lib. 7. Moral. cap. 14. illud Pſalm. 11. n. 9. *In circuitu impii ambulant etenim*, ait,

Iniqui cum videntur, ceſſare à malo, tunc incipiunt. Joachim.

D. Gregor. Pſalm. 11.

circulus in quolibet puncto, quod deſignaveris, & finitur, & incipit. Sic & tales impii.

227. Quæſtio tamen principaliter inquirit; cur de hujuſmodi equis dicatur, quod eorum poteſtas erat in ore, ac in cauda, cur in his equis, non erat vis, ac robur conſtitutum in corpore, pedibus, vel in aliis, ſed in ore, ac caudis? per os denotatur doctrina, per caudam verò, quæ eſt ultima pars corporis, poteſtas temporalis quæ eſt ultima poſt Eccleſiaſticam; ecce cur in his equis infernalibus poteſtas erat in ore, ac cauda; quia pravitas hæreticalis nititur in perſuaſione oris, ac in poteſtate ſæculari, à qua multoties patrocinatur, D. Greg Magn. lib. 33. Moral. cap. 29. *In Apocalypſi dicitur poteſtas equorum in ore & caudis eorum: in ore namque Doctorum ſcientia, in cauda verò ſæcularium potentia figuratur, nam per caudam, quæ retro eſt hujus ſæculi poſtponenda temporalitas deſignatur, iſtis ergo equis, id eſt, iniquiſſimis Prædicatoribus, ubique carnalium impulſu currentibus in ore, & cauda poteſtas eſt; quia ipſi quidem perverſa ſuadendo prædicant, ſed temporalibus poteſtatibus fulti per ea quæ retrò ſunt, ſe exaltant.*

D. Greg. *Hæretici perſuadent ſua perverſa, ore & favore Principum.*

228. *Hæretici ſuam doctrinam abſcondere nituntur.* Secundò, poteſtas equorum in ore, hæc poteſtas hæreticorum in falſa perſuaſione, ac in cauda, per quam denotatur fraus & dolus, ſiquidem corpore cauda occultatur, & minus apparet quam facies: Deinde quia caudâ tegitur animalium turpitudo, & inde recte poteſtas equorum, ſeu hæreticorum conſtituta eſt in cauda, nam ſimulatione, ac fraude turpitudinem ſuæ doctrinæ abſcondere nituntur, ut efficaciùs noceant. Thom. Anglicus: *Cauda*, ait, *cooperit turpitudinem: ſic tales aſtutiam ſuam abſcondunt, & turpitudinem erroris ſui cooperiunt.* Idem habet Rupert cum ait, *Propheta docens fugere mendacium*, ait, Iſaias cap 9. *Ipſe cauda eſt videlicet, quia quodammodo protegit ſtercora, dum ipſum quod loquitur mendacium, quanta poteſt veriſimilitudine perornat.*

Thom. Ang. Rupert. Iſai. 9.

229. *Hæretici ſe continent, & poſtea multa libertate produnt.* Tertiò, poteſtas eorum in ore, & in cauda quæ ſerpentibus comparatur. *Et cauda eorum ſimilis ſerpentibus.* Serpens aliquando ſe convolvit, & involvit, ut ne etiam caput ejus videatur, ac poſtea cùm vult venenum effundere, in ſe totam evolvit, & liberè explicat, ecce cur caudæ, id eſt hæretici etiam ſimiles ſerpentibus eſſe perhibentur; quia hæretici ſimulatè ſeſe continent, ac ſeſe involvunt, ne tales eſſe deprehendantur, at verò poſtea cum admittuntur, libertate plena & intolerabili impudentia, ſuos diſſeminant errores Pannonius, *Os mortiferum eſt illis*, ait, *& cauda implicant ſeſe nexui ſuo, ſeſe contrahunt protegentes, explicant ut libertatem latius expatiandi accipiant.*

Pannon.

230. *Donorum largitate hæretici perſuadent errores.* Quartò poteſtas in ore & in cauda: per os denotatur orationis efficacia, ac energia: Per caudam verò, quæ pennas dat ad alicujus ornatum, largitas munerum; & in his duobus conſtituitur tota poteſtas hæreticorum, quia non minus donorum largitas in hæreticis ſuadet, quàm verborum oratio Albert. Mag. *Per iſta duo*, ait, *multos decipient, ſcilicet per rationum inductiones, & per munerum largitiones, & ideo dici poteſtas equorum, in ore eorum, id eſt, in rationum inductione, & in caudis eorum, id eſt, munerum largitione.*

Albert. Mag.

231. Quintò, hujuſmodi equi habebant duo capita unum leonum, ut dicitur, verſ. 17. *Et capita equorum, ut capita leonum.* In cauda verò habebant capita veluti ſerpentina, ut jam dixi, & ideo magna erat poteſtas equorum in ore & cauda, quia apud homines mundanos, ille plurimùm valet, qui duplici induitur facie, ut modò unus, modò alter videatur. *Homo duplicis faciei multum potens.*

Inſignis extitit apud Davidem in conſiliis proferendis Achitophel. Ait Text. 2. Reg. 16. num. 23. *Conſilium autem Achitophel, quod dabat diebus illis, quaſi qui conſuleret Deum, ſic erat omne conſilium Achitophel*; & ſtatim ſubdit Text. quod prudentiſſima erant conſilia Achitophel. *Cùm eſſet cum David, & cùm eſſet cum Abſalon.* Quomodo, iſte in ſuis conſiliis proferendis, ſe poterat benè habere, cum Davide Rege juſto & recto, ac cum Abſalon Principe iniquo, qui contra patrem ſuum ſe rebellaverat? quomodo hæc compatiuntur ut eſſet bonus conſiliarius cujuſdam boni regis, ac alterius regis ſimul iniqui, & tyranni. Procopius, *erga bonum malitiam celans, erga pravum oſtendens* In præſentia Davidis venenum occultabat, quod coram Abſalone profundebat; duplici facie ſe armabat Achitophel, & ita locum habebat apud bonum, & malum, apud juſtum, & tyrannum. 232. 2. Reg. 16. *Homo duplex ad omnes ingreditur.*

Apoc. 9. n. 20. Et cæteri homines, qui non ſunt occiſi in his plagis neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum ſuarum, ut non adorarent dæmonia, & ſimulachra aurea & ærea, & lapidea, & lignea quæ neque videre poſſunt, neque audire neque ambulare.

Num. 21. Et non egerunt pœnitentiam ab homicidiis ſuis, neque à veneficiis ſuis, neq; à fornicatione ſua, neque à factis ſuis.

VERSIONES.

Arabicus. Iique occidebant reliquos homines, qui mortui non fuerant ob tres plagas, ignem ſcilicet, ac fumum, & ſulphur, & tamen non pœnituerat eos.

Syrus. Non converſi ſunt ab operibus manuum ſuarum.

Primaſius. Neque egerunt pœnitentiam factorum ſuorum malorum.

Vatabl. Neque reſipuerunt.

Syrus n. 21. Et non reverſi ſunt ab incantationibus ſuis, neque à ſcortatione ſua.

Arabicus

Arabicus. Et non pœnituerat eos cædis ſuæ, neque adorationis ſuæ

Arias. Non reſipiſcent.

EXPOSITIO X.

233. ET *cæteri homines, qui non ſunt occiſi.* Hoc eſt, duæ reliquæ partes iniquorum, nam tertia pars ab equis, & equitibus interfecta eſt ut patet, verſ. 18. & cum tot ſtrages, ac funera ſuorum vidiſſent illi homines, *neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum ſuarum,* Ac ſi diceret, nec ex eo quod tot mortes viderent permoti ſunt ad pœnitentiam agendam, ex eo quod coluerunt opera manuum ſuarum, ſimulachra nempe ab hominibus facta & nunc primò ponit peccata, quæ ad idololatriam pertinent.

234. *Ut adorarent dæmonia.* Et primò interponit mentionem dæmoniorum, non quia illa ſint opera manuum hominum, ſed quia in operibus manuum, id eſt, ſimulachris dæmonia colebantur; *Quæ neque videre, nec audire poſſunt,* cujus peccati gravitatem ſæpè repetit ſacra ſcriptura, Pſalm. 114. Sapient. 15. Baruch. 6. & Paul. Rom. 1.

Pſal. 114. Sapient. 15. Baruch. 6. Rom. 1.

235. *Et qui non egerunt pœnitentiam.* Poſt Idololatriam aſſignatam alia peccata numerat in quibus obſtinatè abſque pœnitentia perſeverarunt, *ab homicidiis ſuis*, quæ ſemper in omni lege ſunt prohibita, *neque à veneficiis ſuis.* Veneficium, eſt crimen veneni, ſpecieſque maleficii, ſumitur frequenter pro incantationibus & aliis ſortilegiis, *Neque à fornicatione ſua:* Quæ licèt ſtrictè ſumatur pro ſpecie luxuriæ ſoluti cum ſoluta. Tamen in præſenti noſter Evangeliſta ſub nomine luxuriæ intelligit omne carnis vitium, ut adulterium, quod gravius eſt fornicatione. *Neque à furtis ſuis.* Sub quo nomine, omnes contractus iniquos & fraudulentos, & illicitos comprehendit. Ad integrum ac perfectum ſenſum addendum eſt *peribunt*, qui non egerunt pœnitentiam.

Varia genera peccatorum.

QUÆSTIO XXV.

Quare ſpecialiter non tantum dicitur, quod pœnitentiam non egerunt, ſed etiam additur de operibus manuum ſuarum.

236. INiquorum, qui perierunt, recenſionem hic facit Joannes; & hoc caput nonum, ac præcedens octavum per anthitheſim reſpondent capiti ſeptimo, ubi prædicantur, & oſtenduntur Joanni omnes electi ſalvandi: hîc verò proponuntur, ac oſtenduntur omnes præſciti damnandi, quibus per Evangelium, non eſt allaturum remedium.

237. Tota quæſt. inquirit, cur poſtquam Joannes dixit, quod pœnitentiam non egerunt de ope-ribus manuum ſuarum, ſtatim connectit adorationem, quam idolis præſtiterunt, ut inde fiat evidens, quod homines per mala opera ſua inducuntur, & ſibi parant viam ad Idololatriam, unde omnia mala ſibi comparant.

Mala operatio parat viã ad idololatriam.

Secundò, cum Scriptura de Idolorum adoratione agit, addit opera manuum hominum, ut in præſenti. *Non egerunt pœnitentiam de operibus manuum ſuarum, ut non adorarent dæmonia, & ſimulachra*, &c. Sic & Regius Vates, Pſalm. 113. n. 4. *Simulachra gentium argentum & aurum opera manuum hominum.* Cur ergo in utroque loco opera manuum hominum dicuntur? Ut magno pudore confundantur homines, ea adorare, ut divina numina, quorum ipſi erant auctores, ac fabricatores, ut rectè adnotavit Caſſiodorus ad præfatum locum, Pſalm. *Ne putares,* ait, *hæc ſigna naturæ alicujus vivam habere ſubſtantiam ad utilitatem dicitur exprimendam, Deos illos gentilium, mortalium manibus fabricatos. Pudor eſt dicere ſimulachra ab illo coli; cujus ſpeciei auctor eſt, & potuit inveniri, aut quid mortali valeat præſtare, qui niſi voluiſſet homo, idolum non potuiſſet exiſtere? Sic & Hierem. 10. Talia deliramenta pulchra definitione concluſit, dicens, nihil aliud erit, niſi quod volunt eſſe artifices.* 238.

Pſalm. 113. *Pudor eſt adorare ea, quorum tu es auctor.* Caſſiod. Hierem. 10.

Secundò. Rectè dicitur in text. *Non egerunt pœnitentiam de operibus manuum ſuarum, ut adorarent dæmonia, & ſimulachra.* Magno affectu rapitur homo ad opus manuum ſuarum; & ideo dicitur, quod homines adorarunt idola opera manuum ſuarum, ac ſi ex eo ad illorum cultum, & venerationem moverentur ex eo quod erant opera manuum ſuarum. Ad quod reſpicit D. Auguſt. lib. 8. de civit. Dei, cap. 23. *Cum facilè ſit fieri Deos colendo, quos ipſe fecit homo.* 239.

Maximè homo afficitur ad opus ſuũ. D. Auguſt.

Tertiò, in tantam dementiam prolapſi ſunt homines, ut manibus ſuis imagines hominum ſceleſtiſſimorum fabricarent, ut ad ſuos turpiſſimos mores haberent licentiam, ſicque eos tueri, ac patrocinari poſſent D. Gregor. Nazianzen. oratione ad Hemeſium, ſic ait: *Stulti idolorum cultores, qui hoc vitiis veſtris ſubſidium excogitatis, ut flagitioſos, mendaces, ſicarios, adulteris vobis Deos fingatis nec eo contenti, vitiis etiam ipſis ſacra conſtituiſtis, ex qua illud efficitur, ut non ſolùm impunitum maneat quodvis vitium, ſed etiam laudabile, ac honeſtum habeatur, velut Deo, qui id coluit gratum & jucundum.* 240.

Homo vult cohoneſtare ſuos pravos mores. D. Nazianz.

Quartò, *de operibus manuum ſuarum, ut non adorarent dæmonia, & ſimulachra.* Quæ Deos, appellarunt, ut teſtatur Sapiens, c. 13. n. 10. dicens: *Infelices autem ſunt, & inter mortuos ſpes illorum eſt, qui appellaverunt Deos opera manuum hominum, aurum & argentum,* &c. Simulachrorum adoratores, infelices nominat ſapiens, quia nempe Deos appellaverunt opera manuum hominum, & unde provenit eorum infelicitas? quia *inter mortuos ſpes illorum eſt.* Collocarunt ſpem ſuam non in Deo vero, ſed in mortuis idolis, quæ ſunt opera manuum hominum; & maximè infauſta, ac execrabilis ſors eſt illius, qui non in Deo, ſed in creaturis ſpem ſuam reponit. 241.

Sap. 13. *Valde miſer qui in alio præter Deum ſperat.*

Ægrè paſſus eſt Dominus Regem ab Hebræo poſtulatum eſſe, unde ait Samueli, *Non te abjecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos;* 242.

1. Reg. 8. In cujus rei pœnam denuntiat & Samuel populo, *Clamabitis in die illa, à facie regis veſtri, quem elegiſtis, & non exaudiet Dominus.* 1. Reg. 8.n.18. id eſt, ob preſſuras dolebitis irato rege, ſed veſtrum dolorem, non mulcebit Deus iratus maximè. Non video, quod Hebræus peccaverit: in Rege petendo, aut eligendo, cum hoc jam ſcitum, ac determinatum eſſet à Deo Deuter. 17.n.14 *Cùm ingreſſus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & dixeris conſtituam ſuper me regem, ſicut habent omnes per circuitum nationes.* Quænam culpa eſt, facultate ad id data; Regem conſtituere? crimen ergo extitit, quod Regem eligebant potius ejus, quam Dei opibus confidentes. Iſid. Clar. *Deum*, ait, *offenderunt, cum magis fiduciam ſuam, in hominem collocarent, quam in Deum.*

Deut. 17.

Spes in homine valde vana.

Iſid. Clar.

143. Amos 6. Iſraëlitis minatur Amos 6.n. 1. *Væ qui confiditis in monte Samariæ.* Quid peccati eſt hominem ſepelire manu urbem ſitu munitam, in montéque alto, & eminenti ſuum præſidium conſtituere? ut ex eo facilè procul hoſtem repellat, vulgare enim eſt apud milites explorare locum opportunum ad hoſtes debellandos? Taxat tamen Amos Propheta de ſpe vana ex caſtro munito, tanquam in eo maximè confidentes, qui inde divinam opem non poſtulabant, ut notat D. Cyril. Alexandrin. *Putabant ſcilicet, ait, etiam citra Dei auxilium hoſtibus ſe prævalituros eſſe.*

Deum commovet qui ſibi confidit.

D. Cyrill.

144. Luc. 16. Superbiſſimus ille dives, in ſuo miſero præcipitio in mediis tormentorum ignibus, clamavit *Pater Abraham miſerere mei.* Luc. 16.n. 24. Valde iſte miſer, & undique miſer: quomodo in ſui præcipitium errat, tam obcœcante? ſic eum ſua miſeria exagitat, ut relicto creatore, ut creaturam nempè Abraham confugiat, à quo ſubſidium, ac levamen expectat; unde eum ſic Chryſoſt. graviter in catena pungit: *Creator creaturæ miſeretur ſuæ, ait, unus venit medicus, qui ſanat morbos, alii ſanare non poſſunt, erras ô miſer, Cum non à creatore, ſed à creatura ſuſibdium poſtulas.* Vide c.3.q. 22. n. 185. 186. 187.

Errat qui ſpem ſuam ponit in homine.

D. Chryſ.

QUÆSTIO XXVI.

Quare poſt Idolorum cultum nunc alia peccata ut homicidium, furtum, &c. numerat Joannes?

145. AIt Text. *Et non egerunt pœnitentiam ab homicidiis ſuis, neque à veneficiis ſuis,* &c. & ibi ſtetit Textus imperfectam relinquens orationem, cur pœna debita tantis criminibus non aſſignetur? quod ſcilicet tales tranſgreſſores peribunt, cur ergo pœna incurrenda; non illico eis ſtatuitur, & quod ipſi miſerè occumbent? non eis minatur pœnam quia vult eis tempus concedere, quo pœnitentiæ indulgent; ſic rem explicat Joachim Abbas. *Dixit hæc ait, & ſtetit, inconſummatam orationem relinquens; haud dubium quod propter illud, quod in alio loco per Iſaiam* 24. dicitur ſecretum meum mihi, *Videtur enim, in his verbis quod terminanda ſit ad horam tribulatio, & danda aliquantum pax populo Chriſtiano, non quia jam purgata eorum ſcelera, ſed quia ſic miſeretur, ille incipit percutere, ut aliquando retrahat manum ſuam. Si quomodo qui moriuntur in peccatis, convertantur & vivant.*

Deus differt pœnam ut homo convertatur.

Joachim.

146. Qua ergo conſequentia poſtquam ſuperiori verſu egit, de cultu dæmoniorum, nunc etiam homines arguit, de homicidiis, veneficiis, impudicitiis? quia ſemper peccator in aliud cadit, & præcipitatur; Aretas. *Quia ita perditæ futuræ ſunt mentes, ut ex auditu, & aſpectu eorum, quæ tunc futura ſunt non reſipiſcentes ab operibus, quæ videbantur eſſe prava; addiderint ad priora, & puta infamiam dæmonum & idolorum culturam una cum adoratione adferent, non quod inſenſibilitatem ſolum deſignent eorum, quæ manu facta ſunt, ſed quod peccatis addiderunt peccata.*

Peccator peccata peccatis accumulat.

Aretas.

147. Cum magno odio fratres Joſeph commoverentur in ipſum videntes eum à longe, cogitaverunt eum occidere. *Et mutuò loquebantur, ecce ſomniator venit, venite occidamus eum.* Geneſ. 37. n. 20 non omnium hoc conſilium fuit, nam Ruben, & Juda in alia fuiſſe ſententia, benè colligitur ex ſequentibus in text. Unde hæc verba tribuit Salianus, Simeoni, & Levi, & cur hic duo ex omnibus fratribus talem habuerunt ſententiam ad fratrem ſuum in omni virtute præclarum occidendum? Hi duo Simeon & Levi magnam hominum cædem perpetraverunt in civitate Sichem Geneſ. 34.n.25. Unde à patre *vaſa iniquitatis* dici meruerunt Geneſ. 49.num. 5. Non ergo mirum, quod ad occidendum fratrem ſe accingant qui paulò ante auctores extiterant necis peractæ in Sichimis; ex aliorum occiſione ad fratrem occidendum devenerunt; hoc enim habet peccatum admiſſum; quod ad aliud majus peragendum impellat. Huc advoco, quod eleganter dixit D. Ambroſ. in Pſalm. 1. ad illa verba. *In cathedra peſtilentiæ non ſedit,* ſic ait, *cavenda ergo prima ſunt vitia, ne in plura deinde graviora proſerperent, etenim ſicut ii, qui ſe in luto verſant, quo magis volutantur; eò amplius inquinantur: ita qui ſemel ſe luto improbitatis aſperſerit, niſi ab eo velociter exiliat gravius ſibi dedecoris ſui cœnum per ſingulos dies lutulentæ converſationis obducit.*

Gen. 37.

Salian.

Unum peccatum in aliud trahit.

D. Ambroſ.

148. Marc. 6. Ait de Marc. 6.n.17. *Herodes miſit, ac tenuit Joannem, & vinxit eum in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris ſui quia duxerat eam uxorem.* Et inde in die natalis ſui eum mandavit occidere, quomodo Herodes in tantum nefas prolabitur? nam ut ait ibidem text. n. 20. *Herodes metuebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.* Unde ergo in tale crimen cecidit, ut virum tam juſtum ac ſanctum occideret? expende initium criminis in Herode, prius fratris uxorem duxit, nec ibi in malo quievit, ſed inde ad ſacrilegium properavit, ut Joannem trucidaret. Non enim in tantum facinus auderet niſi prius recepta in animo nefandi eſſet concubitus malitia, de cujus impulſu, quod in ſacrilegii incideret barathrum, D. Baſil. Seleuc Orat. 18. *Mihi vide diaboli artem, ait, ut ad impietatem ex levioribus erratis extrahat: Primum fratrem cubilis profeſſorem fecit, & ſubſeſſorem, ut ex adulterii foſſa ad Baptiſtæ cædem tranſilire faciat, malum verò tempore altum creſcit.*

Unum peccatum in aliud gravius impellit.

D. Baſil. Sel.

CAPUT

CAPUT DECIMUM.

VISIONE hac imaginaria apparet Ioanni Angelus amictus nube, habens in capite iridem, lumen ut ſol è facie rutilat, manu tenens libellum, & pedes ſe exhibent ut columnæ ignis, ponens pedem dextrum ſuper mare, ſiniſtrum verò ſuper terram, voce rugiens quaſi leo, ad cujus clamorem ſeptem concrepant tonitrua non amplius futurum tempus, ſed conſummandum Dei *myſterium cùm, ſeptimus Angelus tuba cecinerit; Poſt hæc jubetur accipere librum è manu Angeli, & iterum Prophetare gentibus.*

Apoc. 10.*n.* 1. Et vidi alium Angelum fortem deſcendentem de cœlo, amictum nube; & Iris in capite ejus, & facies ejus erat ut Sol, & pedes ejus tanquam columnæ ignis.

VERSIONES.

Syrus. Et arcus nubis ſuper caput ejus.

Arabicus. Super caput ejus erat circulus, &c. & pedes ejus tanquam columnæ igneæ.

Primaſius. Et vultus ejus erat ut Sol.

Oecumen. Vultus ejus ſicut Sol.

EXPOSITIO I.

1. VIDI, ait noſter Joannes viſione ſua imaginaria *alium Angelum* diſtinctum nempe à ſexto Angelo tuba canente: nam hæc, quæ hîc ſcribuntur pertinent ad tubam ſexti Angeli; ſicut ea quæ referuntur cap. 11. uſque ad verſ. 15. Quia tunc *ſeptimus Angelus tuba cecinit*, & dicit Angelum, verè & propriè natura Angelum.

2. *Ornatus ſupremi Regis nuntius.* *Fortem*, ex quo aliqui antumant eſſe Gabrielem, qui *Dei fortitudo* dicitur vel *fortem*, quia fortia nuntiat, unde rugit, quaſi leo: *deſcendentem de cœlo*, tanquam Dei legatus, ac nuntius, & ut ſupremi Regis nuntius ornamento portat: *amictum nube*, quoad cæteras partes corporis aërei præter faciem, quæ fulgebat, ut Sol, & erat amictus nube tanquam tegumento gloriæ ſuæ, vel quia recondita Dei conſilia nunciaturus advenerat.

3. *Geneſ.* 9. *Et Iris in capite ejus;* Iris reconciliationis, ac fœderis ſignum eſt Geneſ 9. Angelus iſte advenerat ferens pacem hominibus, ſi pœnitentiam agerent, aliter rugiet ut leo, & *facies ejus erat ut ſol.* Tum ad denotandum ſuæ beatitudinis ſtatum ac indicandam claritatem ſuæ Doctrinæ, ac proſperitatem eorum quæ nunciabat. *Et pedes ejus tanquam columnæ ignis*, ob firmitatem ſuæ conſtantiæ in claritate radicatam, tum etiam, quia pedibus ſuis tanquam columnis igneis conteret, & conculcabit obſtinatos, nolentes pacem fœderis ejus recipere.

QUÆSTIO I.

Quænam connexio ſit hujus capitis cum ſuperioribus.

CAp. 8. legimus magnas factas plagas, ac devaſtationes in totó mundo igne, ſanguine & grandine, c. 9. aperto puteo abyſſi, aſcendit fumus putei ex quo exeunt horribiles locuſtæ, cum multa poteſtate tanquam ſcorpiones terræ; deinde prodiit armatus exercitus equeſtris cum igne, ſulphure, ac ſclopis, & equi erant valde monſtruoſi habentes capita leonum, & caudas ſerpentum, tunc apparet noſter Angelus deſcendens de cœlo amictus nube, &c. quænam connexio harum rerum inter ſe; præcipuè cum ille exercitus horribilis prodeat ſexto Angelo canente, c. 8.n.13. ſub cujus tuba, ac cantum apparet noſter Angelus, & talis ſonus tubæ durat, uſque ad c. 11.n.15. *Et ſeptimus Angelus tuba cecinit.* 4. *Difficultas quæſtionis.* *Cap.* 8.

5. *Richard. Beda. Primaſ.* Primò, Richardus, Beda, Primaſius, & alii hîc volunt eſſe ſermonem de Chriſto: At quorſum hîc erit ſermo de Chriſto? & quomodo tunc erit connexio cum ſuperioribus, ac conſequentibus? & quomodo tam confuſa erit Apocalypſis, & ad quid hîc erit ſermo de Chriſto deſcendente de cœlo, & veniente in mundum per Incarnationem.

6. *Alcazar.* Secundò Alcazar aliter hîc vult eſſe ſermonem de Chriſto, putat enim eum propheticè per Apoſtolos nuntiare mundo populi Iſraëlitici reprobationem gentiúmque vocationem. At hoc nuntium jam clarè & apertè Paulus declara

declaravi ſcribens ad Romanos, Prophetæ que etiam multi prædixerunt.

7. Aureol. Tertiò, Aureolus contendit hoc capite ſub iſto Angelo annuntiari Juſtinum Imperatorem, & ejus nepotem Juſtinianum: illum, quod Arrianiſmum ſuſtulerit: hunc verò, quod codicem juris per ſuos Juriſconſultos conſcripſerit. At verò ad Juſtinum, & Juſtinianum denotandum non miſit Deus Angelum tot ſymbolis ac myſteriis plenum, ac tanto apparatu.

8. Ribeira. Cornel. Menoch. La Haye. Quartò Ribeira, Cornel. Menoch. M. Joan. La Haye, & alii exiſtimant hunc eſſe verè Angelum, & hic haberi ſermonem de rebus ultimi temporis. Hanc tamen ſententiam apertè redarguunt verba ſacri text. in fine cap. *& dixit oportet te iterum prophetare gentibus, & populis & linguis, & regibus multis*. Quæ non cohærent cum multis temporibus Antichriſti. Deinde licet ea quæ ſpectant ad finem mundi valde magna ſint, tamen de illis ſolis non debet eſſe tota Apocalypſis, valde magna ſunt, quæ ſingulis his temporibus contigerunt in Eccleſia, ergo etiam hic aperiuntur: nec enim videtur quod ſolùm tota Dei cura fuerit nuntiare ea quæ ad finem mundi ſpectat, deinde quia in toto hoc capite nihil videtur; quod in finem mundi pertineat, & ſic minimè explicatur cohærentia antecedentium cum hoc capite.

9. *Vera ſententia.* Ferrarius. Noſtra ſententia eſt, quam ex parte tradit Ferrarius, hic ſermonem eſſe de vero Angelo in cujus perſona repræſentantur Doctores Prædicatores, ac Magiſtri Eccleſiaſtici, & Apoſtolici, c. 8. vidimus multas devaſtationes, ac deſolationes, quæ ob hominum peccata factæ ſunt in mundo, igne, grandine, ac ſanguine, & quod magna pars eorum, qui erant in terra, ac mari conſumpta eſt. Vidimus c. 9. locuſtas horribiles, hæreticos ſcilicet, exeuntes de fumo putei abyſſi. Tandem prodit exercitus armatus equeſtris, ſcilicet Sarracenorum, ac ſequentium Mahometis, ac ſectatorum Antichriſti, & aliorum iniquorum, quibus Deus minatur magnam pœnam niſi pœnitentiam agant.

In hoc Angelo repræſentantur Prædicatores & Doctores.

10. Tunc Deus cujus natura bonitas, & infinita eſt pietas adverſus tot mala, bella extorta contra Eccleſiam ſuam per diverſa tempora ei providet opportunum ſubſidium tanquam antidotum, ac pharmacum ſalutare, dans ei Prædicatores & Doctores, ac magiſtros Eccleſiaſticos, qui in hoc Angelo figurantur. Deſcendit Angelus de cœlo tanquam Dei nuncius, *Iris in capite ejus*, ut ſymbolum pacis, quam Prædicatores annuntiant. Rom. 20. num. 16. Exercitus ſuprà c. 9 erat armatus. *Loricis igneis, & ſulphureis, ac hyacinthinis*, ad mortem inferendam, Angelus deſcendit *amictus nube* lucida ad ſalutiferum rorem ſpargendum c. 8. horribiles tenebræ, ac obſcuritates errorum ac falſitatum, adducendorum ad ſe *diffuſæ ſunt*; hic verò facies Angeli ut Sol ad illuminandum, ac dirigendum, c 9. equi exercitus habebant caudas *ſimiles ſerpentibus habentes capita* ſerpentina ad decipiendum; hic verò Angelus, habet pedes tanquam columnas igneas ad firmiſſimè ambulandum in via ſalutis, ac charitatis: in exercitu leonina ferocitas, ſerpentina nequitia, ſpitantes ignem ſclopi & arma; hic verò ſine armis lux & liber: In exordio ac verſ. 1. dicitur *libellus* poſtea verò liber, quia Doctores Eccleſiaſtici multis libris ſanctam fidem Catholicam explanarunt ut jam non ſit libellus, ſed liber, *& locutæ ſunt ſeptem tonitrua*, id eſt, Concilia Generalia, ac decreta Summorum Pontificum, & dicuntur *ſeptem*, ſeptenarius numerus univerſitatem ſignificat; & tempus hujus doctrinæ, ac prædicationis Evangelicæ erit uſque ad finem mundi, & non amplius, quando ſeptimus Angelus in fine mundi tuba cecinerit, ac proinde quandiu hoc tempus non adeſt dicitur Joanni, & in eo omnibus Doctoribus *oportet iterum prædicare gentibus & populis & linguis*, ut vidimus fieri in Oriente, ac Occidente & cætera, quæ in toto hoc capite continentur, facilè ſuis locis ad hunc ſcopum adaptabo.

Ad noſtrum intentum tota viſio adaptatur.

Semper enim Deus ſuam dilectiſſimam ſponſam Eccleſiam contra infernalem nequitiam Eccleſiaſtica doctrina, prædicatione, ac confeſſione munivit, ac corroboravit; Petro prædicanti, ac publicanti Incarnati Verbi divinitatem, ac dicenti: *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi. Reſpondet Jeſus dicens: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam*. Matth. 16. n. 16. Cur modo ſuper firmam petram conſtituitur Eccleſia, ut adverſus eam non valeant prævalere omnes infernales poteſtates, cur non potius quando Petrus ſe mittit in mare? vel cur non quando de ſe proteſtatur eſſe paratum ire ad mortem, & carcerem; ſed modo tantùm, quando generosè prædicat Chriſti Domini divinitatem, *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*, & maximè. Doctrina enim ac prædicatione virorum Apoſtolicorum fortiſſimè armatur, & roboratur in Eccleſia, ut inexpugnabilis fiat ab omni nequitia infernali, ut omnem illam ſancta Eccleſia valeat conculcare, cum ſuper firmiſſimam petram, conſtituta ſit. D. Chryſ in Catena. *Manifeſtum eſt* ait, *quia neque adverſus petram, neque adverſus Eccleſiam portæ inferi prævalebunt.* 11.

Matth 16. Matth. 14. Matth. 16.

Doctrina ac prædicatione ſtabilitur Eccleſia contra adverſarios.

D. Chryſ.

Ponitur arca teſtamenti in præſtantiſſimo templi loco ſub alis Cherubim. *Siquidem Cherubim expandebant alas ſuas ſuper locum arcæ, & protegebant arcam.* 3. Reg. 8. n. 7. Cur divina providentia ordinatum eſt, ut ad tutamen, ac cuſtodiam arcæ, duo ponantur cherubim? cur non potius ex cœleſti choro aſſumuntur ad hoc negotium poteſtates, ſeu virtutes, vel Archangeli, qui ſunt Principes militiæ & ad bella deſtinati. Cherubim eſt plenitudo ſcientiæ; Arca verò Eccleſiam ſignificat, eſt valde commune, & nulla majori armatura poterat Eccleſia cuſtodiri, ac muniri, quàm ſermone doctrinæ ac ſapientiæ ad omnes hoſtium exercitus profligandos. D. Bruno de laudibus Eccleſiæ, cap. 4. *Benè autem, ait, ſub alis Cherubim, arca teſtamenti ſtare dicitur, quia nihil eſt, quod ſic Eccleſiam Dei defendat, & muniat ſicut ſermo divinus, & ſcientia Scripturarum.* 12.

3. Reg. 8.

Fortitudo Eccleſiæ à ſapientia & doctrina.

D. Bruno.

Magna ponderatione, dignum eſt, quod Ananias, Miſaël, & Azarias mittuntur in fornacem ignis ardentis, & illæſi abſque ullo flammæ nocumento exeunt. Daniel. 3. mittitur & Daniel. 5. in lacum leonum, & abſque ullo nocumento invenitur; unde his pueris tanta virtus, ut elementorum efficaciam, ac brutorum ferocitatem devincerent, ac ſuperarent: Ait de illis Text. *Pueris autem his, dedit Deus ſcientiam & diſciplinam, in omni libro & ſapientia.* Daniel. 7. n. 17. hac rerum divinarum ſcientia, ac ſapientia, ſic armati, & protecti ſunt 13.

Daniel. 3. & 6.

Sapientia de omnibus triumphat. Iſidor. Peluſ.

ſunt, ut etiam elementa ac bruta ſuperarent, ut eos minimè attingere auderent; ſic aſtruit Divus Iſidorus Peluſiota lib. 4. Epiſt. 139. *Quod autem, ait, ita ſit etiam hinc liquet, quod hi leonibus, illi autem igni venerationi fuerunt.*

Quæstio II:

Juxta graves Doctores per hunc Angelum deſcendentem de Cœlo, Chriſtus Dominus ſignificatur.

14. Primaſ. Beda. Richard. Pannon. Ansbertus. Malac. 3.

PRimaſius, Beda, Richardus, Victorinus, Pannonius, Ansbertus, per hunc Angelum Chriſtum Dominum in ſua Incarnatione interpretantur, qui amictus fuit nube, quia apparuit in ſuſcepta humanitate, in capite ejus erat iris, id eſt, reconciliatio humani generis cum Deo Patre. Chriſtus Dominus paſſim in Scriptura dicitur Angelus Malach. 3.n.1. Ipſe enim eſt Angelus teſtamenti; & ipſe venit in mundum æternæ vitæ novus nuntius, & hominibus apparens, nova nuntiavit, nova promiſit, novâque ſuis fidelibus contulit, & dicitur hic Angelus fortis, quia Chriſtus Dominus eſt Dei virtus, fortitudo, ac potentia.

15. Rupert.

Deſcendens de cœlo dicitur hic Angelus, ad denotandam ab æterno Chriſti divinitatem, & quod ab æterno Patri fuerit æqualis Rupertus. *In uterum Virginis de cœlo deſcendit, de ſinu Patris advenit, & qui Deus erat, homo factus eſt, quódque Verbum erat in principio caro factum eſt, non mutata in carnem divinitate ſed aſſumpta carne.* Sed cum ſit Deus verus, quomodo dicitur quod deſcenderit de cœlo? nam Deus ob ſuam immenſitatem de uno loco ad alium novum non movetur: dicitur ergo deſcendens de cœlo, dum noſtram carnem aſſumpſit. & quod ad noſtram humanam naturam deſcenderit, ibi maximè irradiat ejus divinitas, quæ multû in humilitate reſplendet, humilitas enim nos adjungit divino generi. Joan. 13.n. 3. ait *Sciens Jeſus quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exivit, & ad Deum vadit.* Non eſt ſermo de eo quod ab æterno exierat à Patre Deus de Deo, ſed de exitu temporali veniens in mundum factus homo, & quomodo in hoc exitu temporali declaratur ipſum à Deo exiiſſe. Pulchrè Divus Elogius Noviomen. Epiſcopus homilia 4. in cœna Domini ait. *Sciens quia à Deo exivit per humilitatis Incarnationem* Cùm Chriſtus humilis appareret in mundo, ipſa humilitate oſtendebatur ſe à Deo genus ſuum ducere: humilitas enim nos ſuper homines elevat, & proximos nos ſupremo generi facit.

Joan. 13. Elogius. *Humilitas nos ſuper homines extollit, & ad Deum evehit.*

16. Iſai. 19.

Amictus nube, quia nimirum carne indutus inter homines viſus eſt, de qua videlicet ejus nube dicit Iſaias 19. n. 1. *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem levem & ingredietur Ægyptum.* Quæ nubes rectè vocatur, non gravis ſed levis, quia noſtri Redemptoris caro, nullo peccatorum pondere gravata eſt: illud tamen ponderandum quod dicitur Dominus *amictus nube*, cum ſtatim de eo ſcribatur; *Facies ejus erat ut Sol* cùm Sol ſit totius luminis fons, denotat id quod manifeſtum, & patens eſt: nubes verò dicit, quod in tenebris latet, & ſub nube denſa velatur? quomodo ergo meus Jeſus dicitur abſconditus & manifeſtus. De eo teſtatur Iſai. 45. n. 15 *Verè tu es Deus abſconditus.* At verò ſponſa Cant. 1. n. 2. de eo teſtatur. *Oleum effuſum nomen tuum; ideò adoleſcentulæ dilexerunt te nimis.* Expendendum; oleum, cùm intra vas non continetur, ſed extra effunditur, valde patens, ac manifeſtum eſt. Quomodo ergo Chriſtus Dominus dicitur ab Iſaia abſconditus, à noſtro verò Joanne dicitur velatus, utpote nube amictus, & etiam manifeſtus reſplendens *Facies ejus ut Sol.* Nam ut Sol animas noſtras incendit, & inflammat; ut abſconditus ſub nube, tanquam ſub alis eas defendit, & protegit. Pſal. 30 n. 21. *Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ, à conturbatione hominum.* Philip. Abbas lib. 1. in Cant. c. 11. *Quem Iſaias dicit abſconditum, effuſum tanquam oleum, jam videmus cunctis expoſitum, expoſitum quidem ut ſanativum ægrotis oleum effundat, abſconditum ut ſanatos in faciei ſuæ abſcondito nos abſcondat.*

Iſai. 45. *Chriſtus ſive abſconditus, ſive manifeſtus in ſalutem noſtram.* Pſalm. 30. Phil. Abb.

Vel aliter dic *Facies ejus* reſplendens ad inſtar Solis. At verò nube denſa & obſcura amictus, ſimul hîc apparet, quia Chriſtus ſplendidiſſima lux eſt juſtis & dignis, qui ejus amicitia fruuntur; Abſconditus verò tanquam ſub atra nube iniquis & injuſtis, utpotè ejus præſentia indigni, cùm de ablutione pedum Apoſtolorum agit Joannes, ait. c. 13. n. 1. *Ante diem feſtum Paſchæ ſciens Jeſus, &c. ſurgit à cœna; & cœpit lavare pedes diſcipulorum ſuorum:* At verò poſtea n. 30. Cùm autem agit de egreſſu Judæ à cœnaculo facit mentionem noctis. *Cùm accepiſſet buccellam, continuò exivit; erat autem nox.* In Apoſtolis qui pedum ablutione ejus gratia replebantur, notatur dies *ante diem feſtum Paſchæ* In Juda verò qui Chriſtum relinquebat, ab eóque animo corpore recedebat, adnotatur nox. Juſtis, qui Chriſti ſplendore illuminantur fulgida dies eſt: iniquis verò, qui ejus ſplendorem rejiciunt, nox eſt, quod rectè pôderat Origen. ad proximè citatum Joannis locum. *Nox erat nox in iis; quibus pedes Jeſus abluerat, ſed dies clariſſimus, quod mundi eſſent: & præcipuè in eo qui in Jeſu ſinu cubabat, nox non erat; neque in Petro profitêti, Tu es Chriſtus, nox erat etenim præſto ei qui cùm eſſet egrediens, Solem juſtitiæ reliquiſſet.* 17.

Joan. 13. *Chriſtus lux ſplendens juſtis, iniquis verò nox.* Origen.

Et facies ejus erat ut Sol. Cùm ergo dicitur amictus nube intelligitur in corpore nempe, nam facies erat manifeſta inſtar Solis radiabat: cui enim Chriſtus adeſt, ſtatim ſplendidiſſima luce fruitur, cùm per totam noctem cum Jacob luctaretur Angelus, qui juxta Chryſoſtom. ac alios Patres Græcos, Chriſtum repræſentabat, cùm hic Angelus ab eo diſcederet ſubdit Textus. *Ortus eſt ei ſtatim Sol.* Gen 32. n. 31. Non dicitur tantùm ortus eſt Sol. *Sed ortus eſt ei.* Tenebræ poſſunt durare quamdiu Chriſtus abeſt: at cùm eum fidei oculis vidimus ſolum omni gratiarum benedictione nobis fulget, Rupertus ad citatum locum. *Non abs re, ait, dictum eſt, ortuſque eſt ei ſtatim Sol, poſtquam tranſgreſſus eſt Phanuël, quod interpretatur facies Dei. Effuſa namque benedictione Chriſti, ortus eſt Sol juſtitiæ populo ſanctorum.* 18.

Geneſ. 32. *Ubi Chriſtus ibi lux.* Rupertus.

In capite ejus Iris. Cur cum iride deſcendit Iris ſignum fuit exhibitum à Deo ſuæ reconciliationis cum hominibus: ecce cur deſcendens de cœlo carnem aſſumpturus, Iride coronatur, 19.

ut manifeſtaretur eum cum pace venire mundum reconcilians ſibi. Richard. Victorin. *Iris in capite ejus quia Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi.*

Richard.

Geneſ. 10.

Reconciliatio ac pax Dei cum homine per Chriſtum.

Cùm ergo Iris ſit ſignum reconciliationis, ac fœderis. Gen.10.n.13.in nubibus cœli,eſt arcus, ſive nubes aquoſa illuſtrata radiis Solis ; Sol eſt filius Dei , nubes verò aquoſa illuſtrata , natura humana,plena gratiarum varietate : at verò cùm Iris potuerit apparere in manu Angeli , cur in capite viſitur ?

1. Cor. 11.

Albert. Mag.

Nonne caput Chriſti Divinitas. 1.Cor.11.n.3. *Caput Chriſti Deus.*Ecce cur Iris non in manu , ſed in capite;Albert.Magn.*Quia potentia reconciliandi,& virtus in capite Iris, id eſt in divinitate, quæ eſt caput Chriſti,* Abſalon.Abbas ſer.34. *Iris rectè in capit. Angeli eſſe dicitur,quia propitiationem noſtram operatus eſt Deus ſecundùm naturam divinitatis.*

Abſalon.

Pax noſtræ reconciliationis cum Deo ſolùm ab ipſa bonitate divina manavit,Ait Paulus ad Philip.4.n.7.*Pax Dei,quæ exuperat omnem ſenſum,cuſtodiat corda veſtra.* Tantum donum eſt pax ,ut dicatur pax Dei ſiquidem à ſolo Deo venire poteſt Jobus Monach. de Incarnat.9.c. 42.apud Bibliothecam Photii. *Pax*, ait,*ſublime donum,& ſic exuperans humanum ſenſum , ut à ſolo Deo deſcendat.*

Philipp. 4.

Jobus.

20. *Pedes ejus tanquam columnæ ignis*:ad conterendos , & conculcandos peccatores ut eos conſumat,& deſtruat ; *miſericordia ejus ſuper omnia opera ejus* : Iris , quæ denotat miſericordiam in capite,ſeveritas, & juſtitia in pedibus denotantur,vel etiam *pedes ejus tanquam columnæ ignis.* Quaſi his duobus pedibus ad nos venit Chriſtus,propter firmitatem , & potentiam , quam miſericordiæ, & juſtitiæ operibus declarat,Columnæ ergo ſunt ad conterendos ac conculcandos peccatores : Igneæ verò ob amoris ardorem erga non dilectos. Hac ratione de ſuo dilecto,ait Sponſa Cant.5.n.15. *Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas.* Verè hi duo pedes Chriſti columnæ ſunt marmoreæ ad comprimendos peccatores , ſuper baſes aureas,miſericordiæ, & juſtitiæ.Decantat Regius Vates Pſalm. 11. n.8 De eo.*Qui convertit petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.*In hoc,duo inveniuntur , petra & ſtagnum ſeu fontes aquarum ; meus Jeſus iniquis eſt petra , ut eos conterat , & ſtagnum & fons aquarum ut torrente voluptatis ſuæ in æternum ſatiet ſuos electos. Divus Auguſtinus.*Chriſtus* ſcilicet *ſe prius durum,cùm ignoraretur , liquefecit ad irrigandos fideles, ut ſit in eis fons aquæ vivæ ſalientis in vitam æternam.*

Cant. 5.

In Chriſto pietas & ſeveritas.

Pſalm. 113.

D. Auguſt.

21. Unde per hos duos pedes Chriſti, aliqui graves Auctores ut Viegas ſect.2. intelligunt duas ejus virtutes præcipuè miſericordiam & juſtitiam;itaut pes dexter ſit miſericordiæ , ſiniſter juſtitiæ:nam pes dexter,multò fortior eſt quàm ſiniſter ; ſic enim fortiorem , ac potentiorem Deus in ſuæ erga homines miſericordiæ argumentis , quàm in operibus juſtitiæ demonſtravit ; quod multis proſequitur citatus Viegas.

Viegas.

Miſericordia & juſtitia in Chriſto.

22. Ad hujus rei guſtum illud Cant.5 *Crura ejus columnæ marmoreæ.* Componit Rupertus cum illis duabus columnis æreis, quas Salomon. 3. Reg.7.num.15. in templo fabricavit;per unam intelligens miſericordiam , per alteram juſtitiam,ſuper quas tota fabrica ædificii Eccleſiaſtici fulcitur , & ſuſtentatur , ſic ait. Fecit duas columnas æreas , columnæ iſtæ egregium , & maximum ornamentum domus Dei. Quid ſignificet Auctor illarum , nobis cum invenit in Cant. *dicendo in laudibus Sponſ.* Crura ejus columnæ marmoreæ : *quænam crura ſunt Sponſi , niſi univerſæ viæ Domini ? planè viæ Domini univerſæ,non niſi duæ ſunt. Miſericordia & veritas, ſive miſericordia, & judicium columnis iſtis , penè tota domus incumbit,totum ſacræ Scripturæ ædificium innixum eſt.* Proindeque columnas marmoreas Sponſi ; & columnas æreas Salomonis. in eandem ſignificationem miſericordiæ, & judicii interpretatur , quibus pedes noſtri Angeli aſſimilantur

Rupertus.

3. Reg. 7.

Tota domus Apoſtolica fundatur in juſtitia & miſericordia.

Illud ſatis curioſè inquires, cur in Salomone columnæ erant æreæ ; in ſponſo marmoreæ ; in noſtro Angelo igneæ:æs valdè ſonans,ac vocaliſſimum cenſetur : marmor multum conſtans,ac firmum , ignis flammeus eſt; & denotant hæc ardentem Chriſti charitatem firmam & conſtantem ſemper exiſtere cum magna voce , & ſonitu reſonante per totum orbem ; quæ nullis hominum peccatis diminuta eſt, ſed cum magna voce clamabat , *Si quis ſitit,veniat ad me.* Joan. 7. num. 17.

23. *Elegans dubium.*

Charitas Chriſti magnum ſonitum dedit.

Ioan. 7.

24. Magnis,ac præclariſſimis veſtibus mandavit Deus adornari Pontificem Hebræum ; diſpoſuit , ut ejus caput adornaretur tiara cum lamina aurea;in qua erat ſcriptum ſanctiſſimum Dei nomen.*Iehova.* In pectore verò imponebatur rationale cum duodecim lapidibus pretioſis , in quibus extabant ſculpta duodecim nomina filiorum Iſraël : cingulo cingebatur ex omni lapide magni valoris intexto. Tandem componebatur cærulea veſte uſque ad pedes dimiſſa. In cujus extremitate mandavit Deus *Deorſum verò ad pedes ejuſdem tunicæ per cingulum , quaſi mala punica facies mixtis in medio tintinnabulis.* Exod. 28. n. 33. Valdè commune eſt apud Sanctos Patres,D. Cyrillus Alexandrinus lib. 11. de Adorat. Arnoldum Carnotenſ. tract.de Verbis Domini , ac alios in illa veſte Pontificia denotari Chriſti myſteria , ejuſque virtutes. In tiara cum lamina aurea , in qua ſcriptum ſanctum Dei nomen denotari myſterium Incarnationis , in quo excellens divinitatis aurum cum exiguitate noſtræ naturæ adventum eſt ; Duodecim lapides , duodecim Apoſtolos, quos alta ſapientia expoliavit Chriſtus Dominus; Cinctorium denotabat ejus virtutes , *erit juſtitia cingulum lumborum ejus.* Iſai. 11. num.5.Cærulea veſtis cœleſtem ejus vitam deſignabat : at verò in limbo veſtis mala punica amoris ſymbolum erat : hæc tamen mala punica cum tintinnabulis admiſta. Cur tintinnabula , non ponuntur in tiara , in rationali vel in cingulo, ſed tantùm cum malis punicis ? ſicut malum punicum amoris eſt ſignum , ſic & tintinnabulum vocem , & ſonitum denotat, inde ſolùm cum malis punicis admiſtum ponitur , quia inter omnia Chriſti opera , ac ejus virtutes amor inſonuit , ac vocem extulit ; ad quod reſpicit Petrus Riga Presbyter Rhemenſ. Canens.

Exod. 28.

Amor Chriſti ſuper omnia ſonans.

Iſai 11.

Presbyter Rhemen.

Aurea cum malis ſe tintinnabula jungunt.
Quæ jubar effundunt , excutiuntque ſonos
Eccleſias Chriſti , ſic ſemper ſplendor inaurat.

QUÆSTIO III.

Ioannes Baptiſta juxta graves Auctores hic Angelus deſcendens.

25. Laur. à Pont. LAurentius à Ponte tom. 2. in ſapientia Salomonis c. 10. n. 21 homilia 29. §. de vitæ S. Joannis Baptiſtæ excellentia, exiſtimat hunc Angelum eſſe ſanctum Joannem Baptiſtam, qui prædicatione ſplendet ut Sol, ardore charitatis ut ignis, voce ut leo, pedibus inter utrumque teſtamentum ſtetit, ut finis hujus, & principium alterius quæ altius ſunt examinanda.

26. Baptiſta Angelus. Matth. 11. Malach. 3. *Vidi alterum Angelum.* Joannem ſcilicet Baptiſtam. De eo enim ut teſtatur Chriſtus Dominus Matth. 11. n. 10. Scriptum eſt à Malachia Propheta 3 n 1. *Ecce ego mitto Angelum meum*, Deus cui aſtant millia millium Angelorum, hunc Angelum Joannem inſigniter, ac ſingulariter dicit Angelum ſuum, qui veniens in carne, filio Dei venienti in carne humana viam præpararet, ad hæc eleganter Chryſologus ſerm. D. Chryſol. 89. *Cum Chriſtus Deus naſceretur in carne, Joannes Angelus eſt generatus in terris: ut ita officia terrena officiis ſe cœleſtibus miſcerent, ſicut humanis ſe divina miſcebant, & in terra Deo Angelus, & Domino ordo cœleſtis obſequi non deeſſet.* Deus venerat in carne, ex carne genitus Angelus præmittitur, ut aptus famulatus Domino adſit. *Et Domino ordo cœleſtis obſequi non deeſſet.* In cœlo Deo adminiſtrant millia millium, & decem millia, & centena millia Daniel. 7. At in Dan. 7. Baptiſta pro omnibus Angelis. terris ne deeſſet Deo obſequium Angelicum, mittitur Joannes Baptiſta, qui licèt unus ſit, pro omnibus illis eſt, ut ante faciem Domini pararet vias ejus, eique plebem perfectam. In deſerto poſt devictas tentationes. *Acceſſerunt* Matth. 4. *Angeli, & miniſtrabant ei.* Matth. 4. n. 11. Multi nempe Angeli accèſſerunt, ut docent D. Chryſoſt. Paſch. & alii. Ubi Joannes non adeſt, multi ſunt neceſſarii Angeli ad Domini obſequium: at cùm Joannes præſens eſt, licèt unus pro illis omnibus eſt, omniúmque officia, ac miniſteria adimplet, ut unus pro omnibus. Vide quæ de hac re dixi tom. 3. c. 13. q. 23. & 24.

27. *Fortis*, Generoſus & fortis in prædicatione ſua extitit Joannes, de quo dicit Gabriël. *Convertet corda patrum in filios, & incredules ad prudentiam juſtorum* Luc. 1. n. 17. Quia & arguebat Luc 1. Herodem. *Non licet tibi habere uxorem fratris* Marc. 6. *tui.* Marc. 6. n. 18. Quia & arguebat Magnates Judæorum. *Videns autem multos Phariſæorum & Sadducæorum, venientes ad Baptiſmum ſuum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonſtravit vos fugere à ventura ira.* Matth. 3 n. 7. Progenies Caſſian. viperarum dicit pulchrè Joannes Caſſianus libro 1. c. 4. *Gemmina viperarum parentum viſcera corrodunt, eos tales dicit Joannes, qui eorum corroſiones, dentes, ac ora non timebat;* Sed ſi Joannes tanta fortitudine erat prædicus; cur Angelo eum annuntians ſolùm ait: *Spiritu Sancto re-* Luc. 1. *plebitur adhuc ex utero matris ſuæ.* Luc. 1. n. 15. Cur de ejus fortitudine non fit mentio. Sicut Actor. 6. invenimus factam de Stephano Actor. 6. n. 8. *Stephanus plenus gratia & fortitudine.* Ex eo Virtutes Joannis nequeunt explicari. quod arguebat Judæos *dura cervice, & incircumciſis cordibus.* Actor. 7. Reſpondeo quod ex eo quod Joannes dicitur plenus Spiritu Sancto, dicitur plenus omni gratia, & dono ejus. Deinde, virtutes quibus Stephanus reſplendebat verbis poterant explicari: in quibus verò Joannes radiabat, ob earum magnitudinem, ſilentio tantùm venerari debent. Vide quæ dixi tomo 2. cap. 4. quæſt. 10.

Deſcendens de cœlo. Joannes in terris natus 28. eſt, quomodo dicitur deſcendens de cœlo divus Chryſoſt. ſerm 88. ſic ſcribit de eo. *Beatus,* D. Chryſ. Bapt ſt i potiù, à cœlo natus quam à terra. *qui ante meruit cœlum ſcire, quàm terram. Beatus qui ante Deum capere potuit, quàm caperetur à corpore.* Petrus Chryſologus ſerm 91. *Beatus,* ait. D. Chryſ. *qui ante pervenit ad cœlum, quàm tangeret terram, ante cepit divinum ſpiritum, quàm humanum, ante accepit divina munera, quàm corporis membra.* Joannes enim potius videtur datus de cœlo, quàm ab hominibus generatus, de ejus parentibus Zacharia & Elizabet ſcribit D. Lucas 1. n. 7. *Non erat illis filius; eo quod eſſet Elizabeth ſterilis, & amboproceſſiſſent in diebus ſuis.* Luc. 1. Profundè exaggeratur ſterilitas, ex ætate, ac infœcunditate, ut partus potius credatur à Deo datus, quàm ab hominibus generatus D. Chryſol ſerm. 87. *Sterilitas,* ait, *ſenectutis exaggeratur extrema, & à ſpe generandi totum ſubducitur, quidquid eſt corporis, & naturæ; & ne vel cogitatio ſobolis, ulla remaneret, ad id perventum eſt temporis, & ætatis: tunc totum divinum creditur, cùm fuerit nihil humanum.* Ut ita ex utriuſque D. Chryſ. parentis ſterilitate conjiciatur, in conceptione Baptiſtæ non humanam virtutem, ſed divinam eſſe operatricem. Cùm in lucem edidit Sacratiſſima Virgo Verbum incarnatum, dicitur de ea Luc. 1. n. 7. *Peperit filium ſuum primogenitum:* Luc. 2. At aliter de Elizabeth ſcribitur Luc. 1. n. 57. *Impletum eſt tempus pariendi & peperit filium.* Cùm Joannes fuerit filius primogenitus Elizabeth; cur ergo non dicitur de ea quod peperit filium ſuum primogenitum, ut de B. Virgine narratur? ratio diſcriminis eſt, quia Virgo peperit Chriſtum eo modo, quo illum concepit, concepit in gratia, peperit in gratia, & inde meritò ejus filius nuncupatur. At Elizabeth non Joannes filius gratia ſupra ordinem naturæ. edidit Joannem, eo modo, quo illum concepit, concepit in peccatis, emiſit ex utero in gratia, ideò potius eſt filius gratiæ, cùm hæc ſit præcipua filiatio: nam denominatio, ut dicunt Philoſophi ſumitur à principaliori parte, & cùm Joannes plus habeat à gratia Dei, quàm à paterno genere, ideo non primogenitus Elizabeth dicitur, ſed potius talis dicendus à gratia Chriſti D. Chryſoſt. homil. 2. de nativit. Joan. *Cur* D. Chryſ. *autem Elizabeth peperit, & genuit? quod aliud quidem eſt opus naturæ: hoc verò ſuprà naturam, quandoquidem peperit quidem ut mulier, ſed ſupervenit gratia Sancti Spiritus, & genuit ſuper naturam: erat quidem miraculum quod fiebat in Joanne, & non tantùm habebat paterni generis, quantum Dei verbi.* Expende ultima verba *Non tantùm habebat paterni generis, quantum Dei verbi.* Pro quo multa dixi tomo 1. l 1. c. 4. & 8.

Amictus nube. Noſter Baptiſta excellentia 29. meritorum Angelus eſt, & facies ejus ut Sol reſplendet, quia ut ait, D. Bern. ſerm. de nativitate Baptiſtæ. *Luminare majus eſt ad peccatorum remiſſionem,*

remiſſionem,noſtras tenebras illuminans ad corre-
ptionem.Quomodo dicitur amictus nube?nubes
pluviam emittit,qua lachrymæ,fletus,ac pœni-
tentia valde apertè ſignificatur, ac denotatur.
Ecce cur licèt eſſet meritis Angelus,tamen nu-
be amictus dicitur, quia licèt ipſe non tenere-
tur peccato actuali, utpote in utero ſanctifi-
catus, tamen admirabilis pœnitentiæ extitit
Marc. 1. Rara Ioannis pœnitentia. exemplar,nam ut teſtatur D.Marc.1.n.6.Veſti-
tus erat pilis Camelorum. Non lana, ſeu pelle,
ſed groſſis pilis, ſeu ſetis Camelorum, quod
D. Paſcaſ. Imperfect. D. Paulin. erat valdè rigidum, & aſperum cilicium, ut
affirmat D.Paſchaſ.lib.2.in Matth.Imperfect.
homil. 4.in Matth.D.Paulin.Epiſtol.10.ad Se-
verum, pro cibo agreſtibus herbis utebatur,
inde ei continuum erat rigidum jejunium. D.
D. Baſil. Baſilius Conc.1.de jejunio. Ioannis Baptiſtæ vi-
ta,ait,quid aliud erat quàm unicum & perpetuum
1. Tim. 6. jejunium.Scribit Apoſt.1.ad Timoth.6.num.8.
D. Bernard. Habentes alimenta,& quibus tegamur,his conten-
ti ſimus. D. Bern. cit. Habentes victum, & veſti-
tum,inquit Apoſtolus, his contenti ſimus, Apoſto-
lica perfectio iſta eſt. Sed Joannes hæc etiam
Matth. 11. ſupergreditur. Matth.11.n.18. Venit Ioannes,
Baptiſta tranſgreditur perfectionem Apoſtolicam. neque manducans, neque bibens. Planè nec veſ-
tiens,ſicut enim non eſt locuſta cibus niſi forſi-
tan aliquorum animalium irrationalium, ſic
nec pili camelorum, eſt veſtimentum homi-
num;ſicque Joannes pœnitentiæ extitit exem-
plar,ut ſuum ſermonem à pœnitentia ſic exor-
dinavit. Pœnitentiam agite,appropinquavit enim
Matth 3. regnum cœlorum. Matth 3.n.2. Quo etiam the-
mate,ut Prædicationem Baptiſtæ honorare, ac
venerari videretur, uſus eſt Chriſtus Dominus
in exordio ſuæ Prædicationis.Pœnitentiam agite,
Matth. 4. appropinquavit enim regnum cœlorum. Matth.4.
Chriſtus prædicationem Baptiſtæ veneratur. n. 17. Caietan. Ieſus ab eadem materia inchoat
prædicationem ſuam à qua incœperat Ioannes;
Caiet. tum ad confirmandam prædicationem Ioannis;
tum ad exemplum noſtrum, ut non dignemur in-
choata ab aliis etiam minoribus proſequi.
30. Joannes annuntians pacem. Iris in capite ejus,Iris in ſignum pacis ac re-
conciliationis data eſt à Deo;miſſus eſt Ioannes
à Deo ut Præcurſor annuntians Chriſtum, qui
Iſai. 57. venerat dare mundo pacem, & reconciliatio-
nem. Ait Iſaias 57.num.19. Creavi fructum la-
biorum pacem,pacem ei,qui longè eſt,& qui propè
dicit Dominus, quæ verba interpretari poſſunt
de S.Ioanne Baptiſta.Creavit fructum labiorum.
Haymo. Nempe Baptiſtam promiſſum ore & labiis Dei,
ut explicat Haymo,promiſſus eſt Baptiſta à
Deo. Vox clamantis in deſerto Et ſubdit textus.
Pacem,pacem ei qui longè eſt, & qui propè.An-
nuntians ſcilicet, Baptiſta Chriſtum Dominum
annuntiabat pacem & reconciliationem, ei qui
longè eſt,nempe gentili,qui à fide remotus erat
& ei qui propè nempe Judæo, qui antea habuit
fidem & ſpem in Deum.
31. Baptiſta inter alios puros homines luminare majus. Facies ejus ut Sol. Inter omnia ſydera Sol
præſtantiſſimè refulget,& inde Chriſtus Domi-
nus Sol juſtitiæ dicitur.Orietur vobis timentibus
nomen meum Sol juſtitiæ. Quomodo ergo de
Joanne Baptiſta dici poteſt,quod vultus ejus ad
inſtar Solis reſplenduerit:dicitur ergo Joannes
Sol non reſpectu Chriſti cui multo inferior eſt,
ſed reſpectu aliorum. Unde de eo ait Chriſtus
Dominus Joan. 5.n.35. Ille erat lucerna ardens,
D. Bernard. & lucens.Ad quæ verba ſic ait D. Bernard. cita-
to ſermone de Nativit. Baptiſtæ. Vultis noſſe,
quemadmodum arſit Joannes, & luxit? Ego
utrumque in eo triplicem poſſe arbitror inveniri,
& ardorem ſcilicet, & ſplendorem. Ardens enim
erat in ſeipſo vehementi auſteritate converſatio-
nis: erga Chriſtum intimo quodam & pleno fervo-
re devotionis: erga peccantes proximos conſtantia
liberæ increpationis. Luxit nihilominus ut paucis
dixerim exemplo, digito,verbo,& ſe ipſum oſten-
dens ad imitationem & luminare majus quod la-
tebat ad peccatorum remiſſionem, & ipſas quoque
tenebras noſtras illuminans. Expende illud,lumi-
nare majus. Scilicet poſt Chriſtum. Unde de
noſtro Joanne loquitur Regius Vates. Pſ. 96. Pſalm. 96.
n. 3. Ignis ante ipſum præcedet,& illuminabit in
circuitu inimicos ejus.Illuxerunt fulgura ejus orbi
terræ, vidit & commota eſt terra. Quæ verba de
Prophetis,qui Chriſtum præceſſerunt interpre-
tantur.D.Remigius,Brunonius,& alii,& à for- Remigius. Brunonius.
tiori de Joanne Baptiſta explicanda ſunt, ait Ioannes fulgur, & ignis.
ergo Propheta Ignis, ſcilicet Joannes Baptiſta,
ante Chriſtum præcedet,& inflammabit inimi-
cos ejus, ait D. Remigius.Comburendo in eis no-
civa. Per peccata enim Chriſti erant inimici,
inflammabit ergo ad pœnitentiam, & contri-
tionem. Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ. Hoc
eſt Joannis verba:nam quodlibet verbum ejus
fulgur, ac ſplendor erat. Vidit & commota eſt
terra: ut explanat Brunonius:Commota eſt,hoc
eſt,terreni perterriti ſunt in novitate prædicationis.
Pedes ejus ut columna ignis. Meritò pedes 32.
Baptiſtæ dicuntur columnæ igneæ,utpote ejus
conſtantiam,firmitatem, ac permanentiam in-
dicantes,in charitate,ac amore Dei,quam con-
ſtantiam, ac firmitatem, maximè laudat Chriſ-
tus Dominus in Joanne dicens de eo ad popu-
lum. Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem
vento agitatam. Matth. 11. num.7. Ac ſi dicat Matth. 11.
Chriſtus, exiſtiſne ad videndum hominem le- Conſtantia, ac firmitas Ioannis valde mirabilis.
vem,ac fluctuantem inſtar arundinis?Minimè,
ſed fixum & permanentem, ex quo expende,
quod citato loco, maximè Chriſtus Dominus
Joannis virtutes commendat,ejus nempe auſte-
ram pœnitentiam, ejuſque dignitatem, quod
ſit Propheta,& pluſquam Propheta,quod ſit An-
gelus, & inter natos mulierum major, inter
tamen tam præclara magnalia, ejus conſtan-
tiam primò prædicat Salvator, ac ſi hæc eſſet
in eo valdè mirabilis,quod cùm Chriſtus credi
potuerit, noluit, ſed firmus in ſua humilitate
ſtetit.D. Chryſ. homil.38.in Matth Nec ita fa- D. Chryſ.
cilè omnes,ait, in univerſa Judæa effuſi in Joan-
nem fuiſſetis,niſi magnum quendam,& mirabilem
virum adamantinis lapidibus firmiorem Joannem
putaretis, neque enim ad arundinem videndam
exiſtis.Pro quo vide quæ dixi tomo 1.lib.1.c.8.
q.10.n.25.& 26.& tom.3.c.2.q.11.n.92.
Poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare;ſiniſ- 33.
trum autem ſuper terram. Hic Angelus meritò Ioannes veteris Teſtamenti finis & principium Novi.
dicitur Joannes Baptiſta, extitit enim inter
utrumque Teſtamentum attingens Novum,ut-
pote illius principium,quod per mare ſignifica-
tur,ob multitudinem gratiarum, ac donorum;
attingénſque Teſtamentum Vetus, ut illius fi-
nem,quod per terram ſignificatur,utpote reſpi-
ciens Judæos homines terrenos; ſicque Joan-
nes extitit inter utrumque Teſtamentum,ut fi-
nis unius & alterius principium D Chryſ.ſerm. D. Chryſ.
91. Poſt ejus laudes decantatas de eo ait. Fides
concepit,parit caſtitas naſcitur major homine,par
Angelis

Angelis;tuba cœli præco Chriſti,arcanum Patris, filii nuntius, ſignifer ſuperni Regis, peccatorum venia, Judæorum correctio, vocatio gentium, legis & gratiæ fibula. Expende ultima verba legis & gratiæ fibula. Fibula legis ut illius finis, *fibula gratiæ.* Ut pote principium legis gratiæ. Hæc moraliter dixi in laudem Joannis Baptiſtæ.

QUÆSTIO IV.

Verè natura Angelus erat iſte qui de cœlo deſcendit.

34. *Verè Angelus.* EA quæ diximus quæſt. 2. & 3. de Chriſto Domino, ac Baptiſta moraliter ſunt dicta: nam literalis, ac genuina ſententia eſt quod iſte qui de cœlo deſcendit verè ac propriè natura Angelus erat, & bonus: deſcendit enim cum magno ornatu ac apparatu, & ſplendore, inſtar Solis quod ſolùm bono Angelo convenit.

35. *Gabriel Angelus.* D. Hieron. Aliqui boni Auctores exiſtimant hunc Angelum eſſe Gabrielem, ait noſter Joannes. *Vidi alterum Angelum fortem;* & ut docet D. Hieronimus cap. 8. Daniel. Gabriel,in lingua noſtra interpretatur fortitudo Dei, vel robuſtus Dei: unde & *eo tempore, quo erat Dominus naſciturus, & inducturus bellum Dæmonibus,& triumphaturus de mundo. Gabriel venit ad Zabulum, & Mariam, ut vel nomine proderet Dei ſui virtutem, ac fortitudinem.* D. Gregor. D Gregorius homilia 38. *Per Dei fortitudinem,*inquit,*nuntiandus erat qui virtutum Dominus, & potens in prælio,ad debellandas poteſtates aëreas veniebat.* Hæc quamvis probabiliter ſint dicta,tamen hic Angelus dicitur fortis,quia fortia nuntiavit & effecit,columnas habet igneas, rugit ut leo,& tonitrua excitat: deinde quia hic Angelus ſignificabat Prædicatores ac Doctores veritatis, quæ fortior eſt lib. 1. Eſdr. 4. omni alia re, ut dixit Zorobabel lib. 1, Eſdræ cap. 4. num. 37.

36. Viegas. *Amictus nube*, ait Viegas, ad indicandam temporum Antichriſti confuſionem, denſamque errorum caliginem; quibus homines illis temporibus implicabuntur:Hanc expoſitionem refutat lux faciei, quæ ad inſtar Solis refulget Ribeira. Ribeira ait,per hoc indicari,illum eſſe cognoſcendum, nec homines ei credituros eſſe, ut agant pœnitentiam: at hoc dato fruſtra mitteretur;& hoc cap. n. 11. dicitur quod prædicatio Evangelica adhuc ſit facienda Regibus, & populis,quo indicatur,ab eis cognoſcenda, & recipienda. Cornel. Cornelius ait, eſſe amictum nube ob occulta arcana de fine temporis: at hoc dato etiam omnes ſeptem Angeli,eſſent amicti nube, & lux faciei hanc ſententiam excludit.

Vera ſententia eſt,quod Angelus ſymbolum 37. *Doctores nubibus ſignificantur,* nubis defert in veſtibus,quia in nubibus Doctores ſignificantur, quorum perſonam ipſe gerebat, ut dixi q. 1. depluunt enim ipſi ſubjectis Deut. 32. terris cœleſtem doctrinæ pluviam Deut. 32. n. 3. *Concreſcatur ut pluvia doctrina mea, fluant ut ros eloquium meum quaſi imber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper gramina.*

38. *Iris in capite*, quæ eſt ſignum pacis,à capitibus enim Doctorum profluunt doctrinæ pacificantes humana corda, quæ tranquillant conſcientias, & pacem annuntiant in toto orbe.

Aretas aliter reſpondet. *Iris in capite*, ait, *ſummam deſcribit Angelici ordinis,qui ex fabricatione virtutum Deo placentium,& ex varietate circa miſſionem, ſignificat ſuam proximationem, ac ſtationem.* Aretas. *In Angelis multiplex virtus.* Iris ex percuſſione radiorum Solis in nube fit, & color multiplex in ea apparet, & valde ſpecioſus, ecce cur in Angeli capite conſpicitur iris, ad indicandam multitudinem virtutum, quibus ipſe fulget, & lucet.

Facies ejus ſicut Sol. Ob ſplendorem doctrinæ, pedes ejus ut columnæ ignis, ob firmitatem,ac ſtabilitatem doctrinæ qua cunctos illuſtrat, quæ in ignea charitate eſt radicata,ut dixi quæſt. 1. 39.

Sed quid eſt quod dicuntur *tanquam columnæ ignis.* Columna immobilis,ignis velocitatis ſymbolum;quomodo hæc cohærent? quia charitas ſanctorum Angelorum erga ſuos alumnos immobilis eſt, ut nullo caſu,nulloque eventu eos deſerant, ſed ſemper in omni occaſione defendant, ad quod præſtandum Angelus velociſſimus eſt,cùm ſemper ſuos habeat in manibus,ac ante oculos ad tutelam & cuſtodiam. Hanc Angelorum cuſtodiam erga homines commendat Regius Vates,Pſalm. 90. n. 11. *Angelis ſuis Deus mandavit de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.* Et ſubdit. *In manibus portabunt te.* Non in humero, ſed in manibus,ut rem pretioſam ante oculos. Agellus pulchrè ſic ait: *Quaſi dictum ſit, non erit Angelo oneri protectio, & verè, quia jucundum erit,te in manibus portare: nam quæ curæ ſunt ut ſemper viſa excitent affectum, manibus circumferimus.* Ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum: *Paraphraſtes ne fortè impingant cupiditate prava ſimili lapidi pedes tui.* Innumeri lapides ſunt in mundo ad offenſionem,à quibus Angelorum cuſtodia eripimur. 40. Pſalm. 90. *Angelus ſemper ſuos habet ante oculos.* Agellus. Paraphraſt.

Ad oſtendendam viam populo Iſraël in ſuo itinere præcedebat Angelus. 41. *Per diem in columna nubis,& per noctem in columna ignis,* Exod. 13. n. 21. Exod. 13. Cur ad protegendum Iſraël,columna à tali materia conſtituitur:nam ſi ignis erat, ut luceret per noctem, & nubes ut defenderet per diem ab æſtu Solis; hoc alio miro modo facilè fieri poterat divina potentia:Cur ergo,ut Angelus ſuam tutelam exhibeat, materia nubis, ac ignis eligitur? Ignis valdè rapidus,nubes velox ad volatum: *Qui ſunt iſti,qui ut nubes volant.* Iſai. 60. numero 8. Iſai. 60. *Angelus velociſſimus in noſtram ſalutem.* Cùm Angelus eſſet valde præpes, ac maximè in procinctu ut populo ſubveniret, nullas moras ſuſtinere poterat, & ideo conveniens animo ſuo materia in miniſterium datur, quæ nullam tarditatem haberet, ſed in obſequio eſſet valde rapida & velox. Stephanus Cantur. apud Tilmanum: Steph. Cant. *Angelus præſto adeſt per diem nube diſcurrens, per noctem verò igne calefaciens agit.*

Tenebatur Petrus in carcere, & dum quadam nocte inter vincula dormiret. 42. Ecce Angelus Domini aſtitit,& lumen refulſit in tabernaculo. *Percuſſóque latere Petri excitavit eum dicens: Surge velociter: & ceciderunt catenæ de manibus ejus,&c.* Actor. 12. n. 7. Ad quid Angelus commendat Petro velocitatem. Actor. 12. *Angelus nullas moras ſuſtinet in noſtram ſalutem,* *Surge velociter.* Cur non exiit Petrus lento, & quieto gradu? nam res agebatur divina virtute,ac proinde facilè fieri poterat ut cuſtodes alto & profundo ſomno deprimerentur Ad quid ergo talis velocitas? Angelus impatiens erat cujuſcumque morulæ,ut Petrum liberaret, ideò velocitatem quam

quam habebat in animo, in miniſterio vult exhiberi. *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos ignem urentem.* Pſalm. 103. num. 4. *Spiritus, & ignem dicit, ut in omnibus celeritatis, & promptitudo denotetur.* Ita Angelomus.

Pſal. 103. Angelom.

Apoc. 10. *n.* 2. Et habebat in manu ſua libellum apertum, & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram.

VERSIONES.

Syrus Et habebat in manu ſua

Primaſius. Et habebat in manu librum valde exiguum.

Strabus. Tenebátque manu librum

EXPOSITIO II.

43 Græcus. ET *habebat in manu ſua libellum apertum.* Græcus habet valde diminutivum; id eſt librum multùm exiguum; qui tamen infrà numero nono & decimo dicitur, ac proinde hic liber erat doctrinæ ſacræ, & Catholicæ Sanctorum Patrum, ac Doctorum quæ in initio erat veluti contenta in libro exiguo, poſtea verò in multos libros excrevit, ut dicam quæſtione ſequenti.

44 *Quid pes ſuper terram vel mare.* *Et poſuit pedem dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram.* Quia Doctores, ac Prædicatores Evangelici in hoc Angelo ſignificati, non ſolùm perveniunt, ac penetrant ad habitantes in terris, ſed etiam ad in inſulis remotiſſimis degentes; vel quia pede ſuo dextro, qui fortior eſt, fortiſſimè conculcant procelloſa maria, ac tempaſtates hæreticorum contra Eccleſiam exortas; & etiam altero pede, & generosè conculcant terrenos, eorúmque vitia, ac cupiditates.

QUÆSTIO V.

Quare iſte Angelus, non librum, ſed libellum, & apertum tenebat manu?

45 Græc. LIbellus, ut jam dixi, & patet ex radice Græca, idem eſt, ac liber exiguus & parvus, & hic in præſenti dicitur libellus, & poſtea idem ſimpliciter dicitur liber. num. 8. 9. & 10. quod nobis grande denotat myſterium. Quid ergo hic liber ſignificet, & contineat, eſt quæſtio.

46 *Chriſtus quæ docet operatur.* Et in limine quæſtionis notandum eſt, quod iſte liber non erat clauſus, ſed apertus in manu; & cur ad majorem majeſtatem, ac apparatum, hic liber erat expanſus, ac apertus, in tribunali quodam, vel menſa, ſed in manu; per manum communiter operatio deſignatur, inde jure optimo, hic Angelus, qui juxta graves doctores, Chriſtus Dominus erat, de quo dixi quæſtione 2. librum doctrinæ habet in manu, nam quæ ipſe docet, manu operatur, & adimplet; ſic obſervat Albertus Magnus. *Doctrinæ impletio eſt*, ait, *& habebat librum in manu, cepit enim Ieſus facere, & docere* Actorum 1. Idem habet D. Thomas. *Habet librum in manu, quia, quod docet in Scriptura, & quod prædicavit, opere complevit.* Albert. Mag. Actor. 1. D. Thom.

Ad quæſtionem, Reſpondent Primò Cornelius, Ribeira, Menochius, La Haye, quod hic liber eſt ille de quo agitur, capite 5. numero 1. qui ſcilicet ſignatus eſſet ſeptem ſigillis, quæ omnia jam penè reſerata ſunt ab agno, unde nunc aperitur liber, & apertus affertur. S. Joanni infrà numero 9. ut legendus & ſcribendus ab eo. In favorem hujus ſententiæ facit, id quod notat Ansbertus, quod de hoc Angelo, ut ille tenet eſt Chriſtus Dominus: dicitur *facies ejus erat ut Sol*; quia ſacra myſteria, quæ nobis erant clauſa, & abſcondita, lumine vultus Chriſti nobis ſunt aperta, & reſerata, ſic ait Ansbertus. *Notandum, quod niſi prius facies Angeli, ut Sol refulſiſſet; libellus apertus in manu non eſſet: at Angelus de cœlo deſcendens, claritate vultus ſui librum aperuit.* 47.

Niſi Chriſtus revelet myſteria, nullus percipiet. Ansbert.

At hæc ſententia non ſubſiſtit. Si enim jam penè omnia reſerata ſunt, ut dicunt illius Auctores, non ergo omninò omnia reſerata ſunt: ergo nondum totaliter apertus eſt liber, ſufficit enim ad hoc quod totus liber non ſit apertus, quod aliquid illius remaneat clauſum, & obſignatum: Secundò. Quomodo ille liber factus eſt hîc libellus, non erat libellus in dextera Dei capite 5. num. 1. ſed liber, non eſt ergo ille iſte libellus. 48. *Impugnatur.* Apoc. 5.

Secundò, Reſpondet Andræas Cæſarienſis. *Libellus hic*, ait, *hominum nequam, & ſceleratorum nomina, & acta continere videtur, cujuſmodi inter cæteros ſunt, qui latrocinia in terra, & piraticam in mari exercent: aut quovis alio modo impietati ſtudent, quorum ſupplicium per hoc inſinuat Angelus, quod inflammatos pedes ſuper terram, & ſuper mare extendit.* Et in hac ſententia etiam ſunt Ribeira, & Menochius; libellus ergo iſte continebat delicta, ac crimina, quæ committuntur tam in mari, quàm in terra, & ideò iſte Angelus habebat pedes tanquam columnas igneas, ad conterendos peccatores, ac delinquentes, tam in terra, quàm in mari, ac remotiſſimis inſulis; ex quo habes præclarum documentum quod Chriſtus Dominus, cujus perſonam gerebat hic Angelus, non punit etiam nequiſſimos, niſi poſito ante oculos libro, in quo continentur eorum crimina, de quibus judicandi ſunt. 49. Andr. Cæſ. Ribeira. Menoch. *Chriſtus ut puniat prius legit crimina.*

Hæc ſententia quamvis ad mores inſerviat, tamen non eſt germana ad literam, nam ſupplicia, quibus impii puniendi ſunt, niſi pœnitentiam agant, maximè in ſex præcedentibus tubis explicantur, & patet ex proximo c. 9. n. 20. & 21. ad quid ergo hîc traduntur in libro ſcripto Joanni. Et ſi jam manifeſta erant ad quid nunc legenda traduntur in libro. 50. *Impugnatur.*

Tertiò, Divus Anſelmus ait, *quod in iſto libro continentur omnes Scripturæ, vel reparatio generis humani per ipſum ſcilicet Chriſtum, opere adimpleta* 51. Anſelm.

Præ vi amoris Christus opera ſua reputat parva.

adimpleta. Et quamvis hæc ſententia moraliter inſerviat ad explicandam celſitudinem amoris Chriſti, qui tam magna, ac præclara opera, præ vi amoris, ſic parva, & exigua reputavit, ut in brevi libello deſcriberentur, tamen hæc ſententia non explicat, cur hoc modo dicitur libellus & poſtea liber.

52. *Vera ſententia proponitur.*

Genuina ſententia eſt, quod cùm iſte Angelus ageret perſonam Doctorum, ac Prædicatorum Catholicorum, iſte libellus continebat doctrinam ſacram Apoſtolicam Romanam, qua Eccleſia Dei maximè illuſtratur, & ita noſter Joannes faciendum vidit, quod nos factum vidimus: nam ipſa doctrina Catholica in exordio erat brevis, ut eſſet veluti libellus, poſtea verò à Commentatoribus, ac conſequentibus Doctoribus, maximè eſt adaucta, ut jam evaderet magnus liber; ſic in Petro Lombardo Patrum Theologia eſt libellus; ſicut & Theologia moralis in Gratiano; & etiam Theologia in Sancto Thoma, Divo Bonaventura, Scoto, & aliis, quæ poſtea à magnis Doctoribus explanata, facta eſt magnus liber; idem dici poteſt de doctrina myſtica & ſpirituali. Ex quibus patet nos deveniſſe ad illa tempora, quæ in ultima parte hujus capitis denotantur, ut poſtea videbimus; Libellus ergo iſte continet ſacram doctrinam ſive Theologicam, ſive Canonicam, ſive Moralem, ſive Myſticam quibus Eccleſia Dei fulget, & nitet, ac animæ fidelium in viam ſalutis diriguntur; & hæc ſententia eſt de mente D. Thomæ.

53. *Status Eccleſiæ militantis reſpectu triumphantis minimus.* D. Thom.

Ipſe Angelicus Doctor aliam rationem aſſignat, ob quam non dicitur liber, ſed libellus; Quia Eccleſia militans per doctrinam hujus libelli inſtruitur, & cùm hæc Eccleſia reſpectu triumphantis minima nuncupari poſſit, ideo reſpectu illius, doctrina Eccleſiæ militantis dicitur diminutivè libellus; ſic ait Divus Thomas: *Dicit libellum, & non librum propter ſtatum Eccleſiæ: qui per hunc librum informatur: quia ſcilicet præſens ſtatus Eccleſiæ modicus eſt reſpectu ſtatus futuri in gloria. Matth. 11. qui autem minor eſt in regno cœlorum, major eſt illo.*

54. *Verus Magiſter quietè & pacatè agit.*

Aliè tamen conſidera, quod Angelus iſte, imò juxta aliquos quæſtione 2. Angelus Angelorum Princeps eſt, & portat libellum in manu ſua, ut homines doceat & inſtruat in doctrina ſacra, ſimul pro teſſera Iridem in capite geſtet. *Iris in capite ejus.* Quænam connexio datur inter libellum, & iridem, inter doctrinam, & arcum? Iris ſymbolum pacis eſt; *arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis.* Gen. 9. numero 13. Hoc ergo amicitiæ ſigno divinus hominum Magiſter docens venit, ut nos admoneat Dei ſcolam pacatè agere, manſuetè, ac quietè diſſerere, nam magiſter piè ſapiens, non eſt pervicax ſuo cerebro, ſed quietè pacem colit, ac morſus fugit. Ex quo Apoſtolus Jacobus admonet. 3. num. 17. *Quæ de ſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta.*

Geneſ. 9.

Iacob. 3.

55. Marc. 9. *Facilè vincit Magiſter qui cum pace ac modeſtia docet.*

Suos diſcipulos inſtruens Chriſtus Dominus dicebat eis. *Habete in vobis ſal, & pacem habete inter vos.* Marc. 9. numero 49. Quid Sal cum pace? Imò Sal videtur repugnans paci, nam olim ſpargentibus Sal, bellum denuntiabatur; ad quid ergo divinus Magiſter ſimul commendat Sal, & pacem. Nemo neſcit ſapientiam rerum Sale ſignificatum eſſe, ut explanat Theodoretus ad Coloſſenſes 4. num. 6. Inſtituit bonus Dominus ſuos diſcipulos, ut quæ dicunt, & docent, pacatè explicent, non tumore Phariſæo, nec bili hæretica, nam qui pacatè, ac quietè docet, aliorum animos allicit, ac trahit, & eos facilè devincit ad veram ſapientiæ doctrinam, ex quo dicebat Theodoricus lib. 1. Epiſt. 27. *Si tranquillos optent adverſarios, certè volunt eos eſſe victores.* Theodoret.

56. Poſtquam Philippus vocatus eſt à Chriſto cùm obvius factus fuiſſet Nathanaëli, viro doctiſſimo in lege, & Prophetis, Jeſum filium Joſeph à Nazareth; Reſponditque ei Nathanaël: *à Nazareth poteſt aliquid boni eſſe.* Cùmque eum adduxiſſet Philippus ad Chriſtum; & Jeſus vidiſſet Nathanaël venientem ad ſe ait de illo, *Ecce vere Iſraëlita, in quo dolus non eſt.* Joan. 1. numero 47. Quæſivit Nathanaël unde eum Dominus agnoſcebat: Aitque ei Jeſus, *Cùm eſſes ſub ficu vidi te.* numero 48. Tunc exclamat Nathanaël *Rabbi tu es filius Dei, tu es Rex Iſraël*, numero 49. Unde tanta vis Chriſto eſt ad victoriam de Hebræo legum perito? ſciebat Nathanaël convitium eſſe a ſe dictum in Chriſtum, nec poſſe convitium eſſe occultatum Magiſtro, qui ſuſurronem cum Philippo viderat ſub ficu, & auram captaſſe, inde benè colligit Chriſtum, verè Magiſtrum eſſe, qui acerbè morſus, non morderet ſuſurrantem, ſed laudaret D. Chryſoſtomus homilia 29 in Joannem. *Ecce verè Iſraëlita, ex quo maximè illum ſibi conciliavit, cùm ex eo non reprehendit, ſed laudibus perſecutus eſt.* Divinæ enim ſapientiæ argumentum eſt pacatè agere, non contentione, ſed ratione differere.

Joan. 1.

Magiſter injuria affectus, ſi non iraſcitur, adducit diſcipulos.

D. Chryſ.

57. Eccleſ. 1. *Falſus Magiſter cùm vincitur argumento, injurioſè clamat.*

Longè aliter prophana ſapientia ſe habet, ut ait Eccleſiaſtes à numero 8. *Eo quod in multa ſapientia multa ſit indignatio.* Facilè debacchatur Philoſophus, qui ſuperbè tumet, dum ſe videt convictum, rationum efficaciam injuriis declinare contendit. Docebat Jeſus Judæos, & eorum obſtinationem magno rationum pondere convincit, tandem colligit. *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.* Joan. 8. n. 47. Quid tunc auditores reſpondent. *Nonne benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes.* Ibidem num. 48. Cur tam dira, ac acerba injuria contra divinum Magiſtrum ſic inſurgunt? cùm ſuperatos ſe viderent à divino Doctore, probris non argumentis ſecare conantur rationum nervos, quibus ſatisfacere non poſſunt Rupertus elegantèr lib 9 in Joannem. *Igitur ait, quia cauſa ceciderunt, & ratione ſuperati ſunt, furioſè ad convitia prorumpunt. Quomodo ſi Athletam fortiſſimum victus, & ſolio dejectus adverſarius, quia ferire non poteſt armis, petat ſpumoſis dentibus.*

Ioan. 8.

Rupertus.

QUÆSTIO VI.

Quare Angelus poſuit pedem dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram, quatuor ſententiæ propo nuntur.

58. NOn poſuit Angelus ſuos duos pedes ſuper mare, vel ſuper terram, ſed unum, & dexterum ſuper mare, alterum verò, & ſiniſtrum ſuper terram, in quo magna myſteria denotantur, quæ à nobis ſunt ſcrutanda.

59. Andr. Cæſ. Ribeira. Menoch. Primò, Andræas, cui ſubſcribunt Ribeira, & Menochius: Inquiunt, quod Angelus unum pedem ponit ſuper mare, alterum ſuper terram, ut pœna indicetur latrocinantium in terra, & piratarum in mari verſantium, ut ita ſignificetur, nihil eſſe tam diſtans, ac remotum, ut Domini ſui pedes, ejus conculcationem effugere valeat; itaque non ſolùm habitantes in terra, ſed etiam in inſulis remotiſſimis degentes ejus ſupplicia vitare non poterunt; & ponit Angelus pedem dextrum ſuper mare, ſiniſtrum verò ſuper terram; quia pes dexter fortior eſt, & in iis, qui magis latent, & remotiores ſunt magis Chriſti pedis fortitudo, & ſupplicia ejus offenduntur, cùm ne illi quidem qui in tam remotiſſimis inſulis vivebant, ab ejus ira liberari non poterant, ſicut illi qui in terris erant: *Impugnatur.* at hæc ſunt accommodatitia & non genuina; nec Angelus iſte tanto apparatu, ac inſtar Solis venit ad ſupplicia inferenda.

60. S. Anſelmus. Secundò D. Anſelm. Cantuar. ſic ait: *Poſuit pedem ſuum* (ſcilicet per Prædicatores) *dextrum* (*firmiorem nempe*) *ſuper mare, id eſt, fluxiores in peccatis, ſiniſtrum autem, id eſt, minus fortes ſupra terram, ſuper eos, qui aliquantulum deficiebant, & ſi non perfectè.* Per mare intelligit S. Doctor eos, qui facilè in peccata labuntur; ſicut per terram, quæ ſolidior eſt, eos, qui minus facilè deliaquunt: pes autem dexter fortior eſt ſiniſtro, ut jam notavi; ecce cur poſuit pedem dextrum ſuper mare; quia ubi major eſt neceſſitas, ibi major virtus adhibenda, majori autem indigent virtute Dei, qui facilè in peccata ruunt; *Ubi major indigentia, ibi major virtus adhibenda.* ex quo moraliter conjice, quod iſte Angelus perſonam Chriſti agens, cur non potius ad inſtar Moyſis virga percuſſit mare. Exod. 14. n. 21. & virga percuſſit pulverem terræ. Exod. 8. n. 16. ſed tantum levi tactu ponit pedes ſuper mare, & terram S. Procluſ. ſerm. de Transfig ſic alloquitur ad Petrum. *Moyſes aliquando iratus eſt: & baculo percutiens mare diviſit. At verò Magiſter Deus ſuper mare ambulans, tibi Petre profundum pervium fecit.* Ecce cur Chriſtus veniens contra peccatores non verberat virga mare & terram, ut Moyſes agens contra Pharaonem, valdè enim humana poteſtas diverſam ſe habet à divina: nam in divina relucet lenitas levi tactu; in humana rigor, & aſperitas virga & baculo.

Exod. 14. Exod 8. S. Procluſ. In divina natura lenitas, in humana aſperitas.

61. Pannon. D. Ambr. Ansbertus. Richard. Ribeira. Cornel. Tertiò, Pannonius, Ambroſius, Ansbertus, Richardus, quam ſententiam, ut genuinam ſequuntur Ribeira, Cornelius, & alii; Inquiunt per pedes Domini, ſignificari Concionatores; & poſuit Angelus unum pedem ſuper mare, id eſt, populum Gentilem in cultu multorum Deorum, in amaritudine multorum vitiorum quondam fluctuantem, & alterum ſuper terram, id eſt Judæos ſcilicet terrenis rebus, ac cupiditatibus deditos; & dexter pes ſignum eſt felicitatis ſicut ſiniſter ſignum adverſitatis, & infortunii, ideo Angelus poſuit pedem dextrum ſuper populum Gentilem, ſiniſtrum autem ſuper Judaïcum; quia relictis Judæis propter ſuam duritiem, ad Gentilem tranſivit, quem adamavit. Joachimus Abbas intelligens per ſiniſtrum Vetus, ſic ait: *Benè dextrum pedem poſuit ſuper mare, ſiniſtrum verò ſuper terram, quia ſicut junior Ephraim tactus dextera, Prælatus eſt Manaſſe tactus ſiniſtra.* Gen. 38. n. 27. *Ita Novum Teſtamentum licèt eſſet poſterius tempore; dignitate tamen factum eſt primum.* Joachim. *Teſtamentum Novum dignitate excellentius Vetere.*

In hac ſententia etiam eſt Alcazar, qui vult hîc ſignificari Chriſtū relictis Judæis pergere ad Gentes: nam inceſſus incipit à dextro pede ut proinde eo pergatur, quo movetur dexter pes, cùm ergo mare Gentiles ſignificet, & terra Judæos, & mittat iſte Angelus in mare pedem dextrum, mox retracturus ſiniſtrum à terra, ut in hoc ſignificaretur Chriſtus recedere à Judæis, & ad Gentes proficiſci. 62. Alcazar.

In hac ſententia eſt Cardinalis Hugo, *Super mare, ait, poſuit pedem dextrum, quia Gentilitatem illuminans, ad beatitudinem convertit; & ad unius Dei cultum. Siniſtrum autem ſuper terram; quia, qui fuerant terra culta per legem, propter ſua ſcelera, & propter ingratitudinem excæcari permiſit.* Reddit ſapientiſſimus Doctor rationē ob quam ſic Deus repulit dilectum populum ſuum Iſraël, de quo dicebat; *qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei*, tantæ repulſæ, cauſam dedit ejus ingratitudo erga tot accepta Dei beneficia, ideò Deus ab eo recedit, quod canit Regius Vates Pſalm. 80. num 12. *Non audit populus meus legem meam, & Iſraël non intendit mihi.* D. Anſelmus. *Ingratus de tot beneficiis, nec intendere voluit.* Unde in pœnam tantæ ingratitudinis ſequitur. *Et dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eorum.* 63. Hugo. *Ingrati tuₑ Deum ab hominibus relegat.* Pſalm. 80. D. Anſelm.

Poſt peccatum primi parentis, venit Dominus quærens Adam, qui *cùm audiſſet vocem Dei deambulantis, abſcondit ſe Adam, & dixit ei*, ubi es Gen. 3 n. 9 Quomodo fieri potuit, quod ille, qui ſua immenſitate omnia complet, potuerit ſic ab homine removeri, ut locum in quo Adamus commoratur, inquirat. Peccatum primi hominis extitit ingratitudo, ut tenet Rupertus, & tanta vis eſt ingratitudinis ad Dei obligationem, ut immenſus, quodammodo ſua adunata immenſitate mutilari videatur, ut quoad ſpeciem ſecundùm noſtrum dicendi modum effugiat ingratos ab eiſque recedat: Divus Gregorius lib. 1. Mor. cap. 13. *Quia vidit, ait, in culpa la ſum, cum ſub peccato velut ab oculis veritatis abſconditur, quaſi ubi ſit peccator ignorat, eúmque vocat & requirit, ubi es.* 64. Geneſ. 3. Rupert. D. Gregor.

Hæc tamen omnia myſtica, & accommodatitia ſunt, non genuina, nam ænigma perſiſtit in incepto de Sanctis Doctoribus, ac Prædicatoribus, eorúmque doctrina, & hic non eſt ſermo de receſſu Dei à perfidis Judæis ad Gentes, de quo multis aliis in locis agitur. 65.

Quæstio VII.

Vera ſententia ponitur circa Angeli pedes dexterum in mari, ſiniſtrum in terra.

66. *Propria ſententia.* Viegas. Ferrarius.

IAm nunc vera ſententia eſt, quam ex aliqua parte tradunt Viegas, & Ferrarius, quod Angelus iſte repræſentabat Doctores, ac Prædicatores Eccleſiæ, & ponit pedem dexterum, qui eſt fortior ſuper tempeſtuoſum mare Hæreticorum, ſiniſtrũ verò, qui imbecillior videtur ſuper terram plenam auro, hoc eſt, ſuper terrenos homines; ſuis cupiditatibus deditos.

67. *Pes dexter ſuper mare Hæreticorum ſiniſter ſuper terram deliciarum.*

Angelus mittit dexterum pedem in mare tempeſtuoſum, cùm ſacri Doctores diſputant, confutant, ac comprimunt omnes procellas Hæreticorum commotas contra ſanctam Eccleſiam Catholicam; ſemper enim Deus in Eccleſia ſua dedit robuſtiſſimos Doctores contra agitatum mare Hæreticorum. Contra Sabellium, Arrium, Eunomium; providit Athanaſium, Nazianzen. Baſilium, Hilarium. Contra Pelagiũ, Auguſtinum, & Ambroſium oppoſuit. Contra Luther. & Calvin. magnos Patres in ſacro Conc. Tridenc. Et ſic fortiſſimus pes dexter Doctorum; tanquam firmiſſima columna turbulentum mare Hæreticorum conculcat, & comprimit. Pes verò ſiniſter ponitur ſuper terram, dum ſacri Prædicatores terrenis voluptatibus homines deditos arguunt, & reprehendunt, qui faciliùs, ac ſuaviùs, & minori vi quàm hæretici trahuntur; & frequenter in Scriptura per terram homines terreni, ſuis cupiditatibus intelliguntur. Matth. 24. n. 5. Auguſt. ſerm. de verb. Dom. in monte.

Matth. 24. D. Auguſt. 68. *Doctores contra hæreticos.*

Angelus ergo ſignificans ſacros Doctores, ac Prædicatores ponit pedem dextrũ ſuper mare tempeſtuoſum, ac temulentum erroribus hæreticorum ad eos ſua doctrina conculcandos, & compeſcendos, quod prædictum eſt à Regio Vate Pſal. 88. n. 10. *Tu dominaberis poteſtati maris, motum autem fluctuum ejus tu mitigas.* Hoc eſt, ut rectè explicat D. Hier. *Tu dominaris hujus ſæculi poteſtatibus, & mitigas tentationes, quas commovent ſervis tuis.*

Pſal. 88. D. Hieron.

69. Pſalm 91. D. Auguſt. *Prædicatio Evangelica in mari hujus ſæculi non obruitur.*

Canit idem Propheta Pſal. 92 n. 4. *Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus* D. Auguſtinus pro eo quod nos habemus *Mirabiles elationes maris*, legit ipſe, *Mirabiles ſuſpenſuræ maris.* Quomodo hæc poſſunt compati, cùm maris elationes, ac exaltationes, videntur repugnare, cum ſuſpenſionibus, ac humiliationibus maris; denotatur, quod Prædicatio Evangelica in procelloſo mari Hæreticorum non ſit obruenda, ſed potius vincens omnes elationes æſtuantes maris contra Eccleſiam; cui ipſius veritates Evangelicæ erunt ſuſpendendæ, & cõpeſcendæ D. Auguſt. *Mirabiles elationes maris*, ſeu ut ipſe legit *mirabiles ſuſpenſuræ maris, mirabilis in altis Dominus, ſuſpenſuræ*, inquit, *exaltationes maris ſunt: cum enim iraſcatur mare, ſuſpendantur fluctus; mirabiles igitur ſuſpenſuræ maris; mirabiles minæ, mirabiles perſecutiones; ſed vide quid ſequitur, mirabilis in altis Dominus: turbatur mare, fluctuat navicula, venit Dominus, ſuper mare ambulavit, hoc eſt, ſuper capita iſtorum fluctuum agnorum ſpumantium, quoniam poteſta-*

D. Auguſt.

tes, & reges crediderunt, & ſubjugati ſunt Chriſto.

Idem Regius Vates, Pſal. 106. num. 23. ait *Qui deſcendũt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis: Ipſi viderunt opera Domini, & mirabilia ejus in profundo.* Quem locum de ſanctis Doctoribus, ac Prædicatoribus cõmuniter exponunt Patres, ut videre eſt apud Lorinum, & ait Propheta. *Qui deſcendunt mare.* Nã ut ait Hugo, Doctores, ac Prædicatores ex alta Dei contemplatione debent deſcendere ad hoc ſæculum: *in navibus*, hoc eſt, ut explicat D. Hier. in ſuo officio ac ſua dignitate Epiſcopali, ſacerdotali, ſeu religioſa. *Quaſi navis inſtitoris.* Prov. 31. num. 14. *facientes operationem.* Interlinealis Prædicationẽ; *in aquis multis* cõtradictionum, ac adverſitatum Hæreticorum. *Quid inde factum eſt. Ipſi viderunt opera Dei, & mirabilia ejus in profundo.* In ipſo procelloſo profundo controverſiarum, ac diſputationũ cum hæreticis, ipſi ſancti Doctores clariùs viderũt, & intellexerunt, *Opera Dei, & mirabilia ejus.* Tantùm abeſt, quod hæretici ſuis falſis dogmatibus obſcurarent fidẽ Catholicã, quod tunc Sãcti Patres eam altiùs explanantes, & indagantes, apertiùs ipſa mirabilia Dei cognoſcerẽt, & apprehenderẽ. D. Hilarius libro 7. de Trinitate ſub initium *Proprium* inquit, *Eccleſiæ eſt ut tunc vincat, cùm læditur; tunc intelligat cùm arguitur, tunc obtineat cùm deſeritur.* Quò plures emerſerũt hæreſes, atque ſectæ, eò plures Deus Eccleſiæ ſuæ dedit Doctores, qui veritatẽ Catholicam altiùs diſputarent, & profundiùs verbo, ſermone ſcriptis, libris explanarent, & nobis præviam, ac manifeſtam facerent ſanctã ac veram doctrinam. Ecce ut habet ænigma Angelus ponit pedem dextrum, ut columnam igneam firmiſſimè ſuper mare hæreticorũ ut eos comprimat, conterat, ac in cinerem redigat.

70. Pſal. 106.

Lorin.

Hugo.

Prov. 13. Interlineal. *Veritas Catholica dum impugnatur magis clareſcit.*

D. Hilar.

Apoc. 10. *n.* 3. Et clamavit voce magna quemadmodum cùm leo rugit, & cùm clamaſſet locuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas.

Num. 4. Et cùm locuta fuiſſent ſeptem tonitrua voces ſuas, ego ſcripturus eram, & audivi vocem de cœlo dicentem mihi, ſigna quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua, & noli ea ſcribere.

VERSIONES.

Syrus Oecum. num. 4. Quemadmodum cùm leo rugit.

Arius. Locuta ſunt ſeptem tonitrua ſuas ipſorum voces.

Syrus n. 4. Et cùm locuta fuiſſet ſeptem a tonitrua ſcripturus fuiſſem, & audivi vocem è cœlo dicentem, ob ſigna hæc, &c. & ea ne ſcribe.

Arias. Futurus etiam ſcribere, &c. locuta ſunt ſeptem tonitrua, poſt hæc ſcribes.
Primaſius. Signa tibi, & ne ſcripſeris ea.
Arabic. Et ne ſcribas illud.

EXPOSITIO III.

71. ET *clamavit voce magna quemadmodum cum rugit leo.* Iſte Angelus clamavit tamquam leo cùm rugit, in quo denunciantur contra hæreſes, ac hæreticos, terrenoſque homines pugnaturi Patres, & Doctores tanta auctoritate, veritatis ac doctrinæ energia, ut eorum voces rugitui leonum aſſimilentur, & ſicut ad rugitum leonum omnes feræ fugiunt, ſic ad voces Patrum omnes belluæ hæreticorum diſſipabuntur, & fugient.

72. *Sacra Concilia Academiæ, Orbis.* *Et cùm clamaſſet*, ſcilicet Angelus, hoc eſt, Patres *Locuta ſunt ſeptem tonitrua*, id eſt Oecumenica ſacra Concilia *Generalia*, quæ omnia in doctrina SS. Patrum fundantur: nam Patrum doctrina primùm in Conciliis intonuit contra Hæreticorum monſtra & tunc ſapienter digeſta efficit in toto orbe plures Academias in quibus graviſſimi Doctores omnes hæreticos perfundant; & dicuntur ſeptem, ſeptenarius numerus univerſitatem dicit, ac proinde hîc ſignificantur omnia Concilia, omnéſque Academiæ.

73. *Et cùm locuta fuiſſent ſeptem tonitrua voces ſuas.* Cùm nempe locuta fuiſſent ſacra Concilia, ac Academiæ voces ſuas ex Patrum doctrina. *Ego audivi vocem, &c. ſigna quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua, & noli ſcribere.* Hoc eſt decreta, definitiones ac canones, & fulmina anathematum retorquenda in hæreticos. Hæc tunc tacita erant reſervanda, ut pro ſuo tempore convocarentur Concilia, in quibus Spiritu Sancto dictante, veritas Catholica erat explicanda hæreſeſque damnandæ. Nam ſicut hæc ſacra revelatio particulariter non explicat hæreſes, nec etiam particulariter definitiones Conciliorum, & dicitur *Signa quæ locuta ſunt, &c. & noli ea ſcribere.* Signa, ſeu ut habet Syriacus. *Obſigna*; hoc eſt, ut explicant Gaſpar Melo, Ribeira, & alii. Signa ſeu maneat in mente tua, quoad uſque tempus opportunum. *Græc. Gaſp. Melo. Ribeira.*

QUÆSTIO VIII.

Quare iſte Angelus tam rigidè, ac horrendè clamaverit ad inſtar rugitus leonis.

74. *Ribeira. Cornelius. La Haye.* RIbeira, Cornelius, M. La Haye, dicunt hunc Angelum agere perſonam Prædicatorum in fine ſæculi, & ideò, tam horrendè, ac rigidè inſonuiſſe emittens illam vocem de qua infra *Quia tempus non erit amplius*, numero 6. rectè Angelus iſte perſonam Prædicatorum gerens, leoni comparatur. Nam leo, ut dicitur Prov. 30. n. 30. *Leo fortiſſimus beſtiarum, ad nullius pavebit occurſum.* Inde meritò Prædicator cum leone confertur; quia tanta fortitudine debet eſſe præditus, ut ad nullius minas paveſcat, ſed vox ejus ab omnibus timenda eſt, & quamvis hæc habent ſuam probabilitatem, alia tamen ſunt, quæ hî annunciantur. *Proverb. 30.*

75. *Vera ſententia.* Vera ſententia eſt, quod Angelus hîc clamans voce magna quemadmodum dum leo rugit, annuntiat Sanctos Patres, ac magiſtros Eccleſiæ multa authoritate, efficacia, ac energia doctrinæ contra hæreticos, eorúmque hæreſes, ac errores, contráque mundanos, eorúmque vitia, qui dabunt voces ſuas ad inſtar rugitus leonis, & ſic omnes exterreant ut tanquam bruta animantia ad leonis rugitum non ſubſiſtant, ſed fugiant: nam iſte Angelus habuit pedem dextrum ſuper mare proceloſum hæreticorum, & ſiniſtrum ſuper mundanam terram vitiorum, quomodo autem hoc fiat, nunc explicat, energia nempe vocis ſuæ, quâ conculcabit hæreſes, & comprimet terrena vitia.

76. *Chriſtus manſuetus Agnus, ex hominum impietate ut leo rugit.* Graves Doctores, ut retuli ſuprà quæſtione 2. tenent hunc Angelum, repræſentare perſonam Chriſti Domini quæ ſententia ad ſenſus morales multum inſervit, ſed quomodo balatus agni in rugitum leonis vertitur? Quomodo ex manſuetiſſimo Agno fit leo rugiens? ſanè impietas noſtra, in cauſa eſt ut lenitas ac manſuetudo ejus, veluti extra ſphæram ſuam trahatur ad rigidas pœnas inferendas. Joachimus Abbas. *Adjunctum eſt*, ait, *quaſi cùm leo rugit* (*indignantis animi eſt*) *perturbationem prænotat: nec dubium quod propter eos, qui infideles ſunt, & uſque in finem, & conſummationem incredulitate perdurant.* *Ioachim.*

77. *D. Bernard.* Divus Bernardus tomo 1. ſermone 30. art. 3. Hunc rugitum leonis refert ad Chriſti vocem in judicio *Poteſtatem habens*, ait, *cœli & terræ, & infernorum contra animam peccatricem ſententiam æternæ damnationis leonino rugitu, & quaſi tremendo & terrendo tonitruo promulgabit*, dicens: Diſcedite à me maledicti in ignem. Ideò Iſaias 30. num. 27. ait *Ardens furor ejus & gravius ad portandum.* Illa ergo vox Chriſti *ite maledicti*, tam horrenda, ac tremenda erit, ut ad illam reſonabunt ſeptem tonitrua, *locuta ſunt ſeptem tonitrua*, id eſt, omnia tormenta inferni in illa voce erunt, & recopilabuntur; ſic pergit Sanctus Bernardinus. *Septem tonitrua ſeveritatem cruciatuum indicant infernorum.* Septenarius enim numerus univerſitatem denotat, ut ſæpè diximus, & ideò in illa voce omnia tormenta recopilabuntur. *Iſai. 30. Vox Chriſti in judicio erit veluti leonis in judicio.*

78. *Deus ſemper præmittit admonitionem antequam pœnam inferat.* Tertiò. Hic Angelus à multis auctoribus filius Dei reputatur, & in manu habet libellum in quo, ut ait Andræas Cæſarienſis hominum iniquorum peccata, & nomina contineri videbantur; & quid hujuſmodi libellus ſceleratorum hominum, cum rugitu leonis hujuſmodi Angeli. An forſitan rugit ut leo, crudeliter peccatores perditurus? ſanè leonis rugitus præmonitorio eſt qua audita, ſolent animalia diſtantia ab hoſte adeò terribili ſibi cavere, ex qua cauſa dicitur Deus habere leonis indolem, in eo quod ſemper admonitionem præmittat ante pœnam inferendam, ut delinquentes ſibi caveant, & ſtudeant fugere divinam iram. Noſter D. Cyrillus Alexandrin. c. 3. Amos *cum leone*, ait, *itaque Deus*

ſe comparat, non prius cum inſiliente, & ex ira prædam devorante, niſi minas præmiſerit, ut pœnitentes ante malorum adventum ſalventur, quaſi pharmaculum ſalutare futurorum vaticinium ſuſcipientes.

79. Amos 3. *Deus dat voces ut fugiamus ab ira ventura.* Dicebat Deus per Amos Prophetam 3. n. 4. *Nunquid rugiet leo in ſaltu niſi habuerit prædam? Nunquid dabit catulus leonis vocem de cubili ſuo, niſi aliquid aprehenderit.* Leones cum propè prædam habent ad dilaniandum, ac devorandum, tunc rugiunt, quo rugitu audito omnia animalia cavent ſibi, quid aliud, Deus? Ipſe in manu habens iniquorum nomina, & acta, tunc non ſubitò perdit, ſed magis rugit, & veluti admonitiones præmittit, ut ab ira fugiant, ſic rem expendit citatus, D. Cyrill. *Quemadmodum, ait, ferit montanis leonis præmiſſus clamor non eſt incommodus planè, quippe ad fugas eos compellens antequam fortè capiantur, ita peccantibus ante cladem ad pœnæ comminatio, & prædictio, qua commoti ad pœnitentiam & in fugam peccatorum ſe dent longè eſt utiliſſima.*

D. Cyrill.

80. Jerem. 44. *Deus feſtinat admonere antequam pœnam interqueat.* Hic de cauſa dicebat Deus per Jeremiam 44. num. 4. *Miſi ad vos omnes ſervos meos. Prophetas de nocte conſurgens, mitenſque & dicens: nolite facere verbum abominationis.* Ecce valde manicavit Deus admonitores præmittere populo ſuo, antequam induceretur dies ultionis peccatorum. Neſcit quidem Deus pœnam inferre quin admonitionem præmittat, ut eam peccatores effugiant.

81. Exod. 9. *Ante ſupplicia Deus dat voces ut fugiamus.* Quod maximè comprobatur, ex illo quod narratur: Exod 9. n. 23. *Extendit Moyſes virgam in cœlum, & Dominus dedit tonitrua, & grandinem, & diſcurrentia fulmina.* Maximè notandum quod antequam Dominus mitteret grandinem, ac fulmina, quæ omnes ſegetes, arbores, ac fructus terræ perderent, ac comburerent priùs dedit tonitrua; tanquam voces Prophetarum, ac Doctorum, quibus docentur homines, ut reſipiſcant, & fugiant à ventura ira. D. Aug. ſer. 87. de Tempore, *Non cum ſilentio, verberat Dominus, ſed dat voces, & doctrinam cœlitus mittit, per quam poſſit ſuam mundus caſtigatus culpam agnoſcere.*

D. Auguſt.

QUÆSTIO IX.

Quare poſt vocem Angeli, & non antea ſeptem tonitrua dederunt voces ſuas.

81. Ribeir. Ribeira exiſtimat, hæc tonitrua eſſe illa de quibus dicitur c. 8. n. 5. Quod Angelus in thuribulo accepit de igne altaris. *Et miſit in terram, & facta ſunt tonitrua, & voces, & fulmina.* Cornelius, ait, quod *hæc tonitrua articulatè, & vocaliter dicebant plagas Orbi imminentes.*

Cornel.

83. *Impugnatur prædicta ſententia.* Nulla ex his ſententiis vera eſt: non prima quia in hac ſacra revelatione, res valde diverſa oſtenſa eſt cap 8. ac hæc quæ in præſenti manifeſtatur. Non ſecunda, nam de plagis hîc non eſt ſermo; ſatis de illis dictum eſt ſuperiori capite, & in præcedentibus tubis, ad quid hîc iterum repetuntur; & de quibus ergo hîc agitur cum tanto apparatu Angeli deſcendentis de cœlo valde læta & perjucunda erunt.

Prænuntiantur ergo hîc feliciſſima mundo tonitrua, & Eccleſiæ valde ſalutifera Oecumenica nempe, & Catholica Concilia, quæ reſpondent quaſi Echo vocibus Patrum. Cœperunt namque Patres clamare contra hæreticos, poſtea congregata ſunt contra illos Concilia, quæ tanquam tonitrua ſonitum dederunt per totum orbem, & adversùs hæreticos fulmina anathematum intorſerunt, quæ Concilia confirmata, & ſtabilita ſunt auctoritate Romanorum Pontificum, & dicuntur ſeptem, quia ſeptenarius numerus univerſitatem ſignificat, ſicut & ſeptem Eccleſiæ, cap. 1. omnes Eccleſias, ſic ſeptem tonitrua omnia Concilia, & hoc eſt valde genuinum, & maximè ad litteram. 84. *Prædicuntur hîc Concilia Oecumenica Catholica.*

Et quia ſæpè in ſacra Apocalypſi, ſicut & in tota Scriptura, ſub una & eadem voce plura prædicuntur; ideò ſecundò diximus, poſt clamorem Angeli ad inſtar leonis rugientis intelligi Orbis Catholici Academias, quæ tanquam Echo reſpondent ad doctrinam Patrum, ac Conciliorum, quibus fortiter adhærent, ad confutandos, ac refutãdos omnes hæreticos hujuſmodi Academiæ, nam poſt Patres, ac ſacra Cõcilia, nihil eſt Eccleſiæ ſalutarius, maximè tanquam tonitrua inſonant in orbe, vocibus, diſputationibus, ac ſcriptis mittunt tãquam fulmina, ut hæreticos comminuant, & tanquam in nihilum redigant. Explicavimus quæ nobis videntur tonitrua hæc ſignificare. Antiquorum placita referamus, quæ multũ inſerviunt ad mores. 85. *Prædicuntur Catholicæ Academiæ Orbis.*

Primò Cœlius, Pannon. Haymo, Alb Magn. & alii, per hæc tonitrua Prædicatores Theologos intelligunt, & rectè dicitur, quod poſt clamorem Angeli, tonitrua dediſſent voces ſuas, humano more, & articulatè. Rupertus cùm per hunc Angelum clamantem intelligit Chriſtum Dominum, ſic rem explicat; Prophetarum voces, ait, priùs ſic erant tanquam tonitrua, quia ſicut tonitruum, & terribiliter ſonat tamen articulatum, ſive intelligibilem ſonum non edit; ſic voces legis, & Prophetarum, priùs & terribiliter ſonabant, & tamen quid illis vocibus ſignificaretur, populares non intelligebãt. *Sed poſtquam Angelus iſte tali modo clamavit, facta ſunt intelligibilia, aperiente, illo ſenſum Apoſtolis ſuis ut intelligerent Scripturas.* Ita Rupert. 86. Pannon. Haymo. Alber. Mag. Rupertus. *Poſt Chriſti Reſurrectionem fidei myſteria ſunt manifeſtata.*

Secundò. Cœlius, Pannonius, & alii inquirunt. Meritò priùs clamat Angelus, deinde loquuntur tonitrua, quia verbi divini præcones, quod prædicant, prius à Chriſto Domino audiunt, & accipiunt. Haymo. *Benè clamavit leo priùs, inquit, ac poſtea ſeptem tonitrua ſunt locuta, quia videlicet prius prædicavit Chriſtus deinde Apoſtoli, cæteri Doctores, ad ejus vocem profecti prædicaverunt ubique.* 87 *Veri Prædicatores quod à Chriſto accipiunt prædicant.*

Tertiò dicitur, quòd hujuſmodi tonitrua locuta ſunt voces ſuas, nonne ſat erat dicere quod protulerunt voces, ad quid additur *ſuas*? quia veri Prædicatores non ſolùm dant voces, ſed voces ſuas, & quas vera ratio prædicationis requirit, non ſemetipſos prædicantes, nec applauſum populi quærentes, ſed ſalutem animarum omni affectu procurantes. D. Thomas. *Voces ſuas, ait, id eſt, quæ conveniunt rationi officii prædicationis, id eſt voces ſalutis, non fabularum, & vanitatis.* Idem ſimiliter habet Haymo. 88. *Prædicatores non quærant applauſum populi, ſed ſalutem animarum.*

Paſſim Prædicatorum voces in S. Scriptura dicuntur 89.

Rupertus. Pſalm 17. Apoc. 4. D. Baſil. D. Auguſt. *Prædicatores tanquam tonitrua.*

dicuntur tonitrua; ſic intelligit Rupertus illud Pſalm.17.n. 14. *Intonuit de cœlo Dominus, & altiſſimus dedit vocem ſuam*; & illud Apoc. 4.n.5. *De throno procedebant fulgura, voces, & tonitrua.* Et D. Baſil. illud Pſal. 28.n. 3. *Vox Domini ſuper aquas, Deus majeſtatis intonuit.* Et D. Aug illud Pſal. 103. n. *Ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt.* Dicuntur Prædicatores tonitrua Dei, quia debent in medium proferre quod ſpiritus Dei dictat, & non quod ſpiritus humanus ſuggerit.

Pſal. 76. *Veri Prædicatores vix tangunt terram, & rapiuntur ad cœleſtia.* D. Hieron.

90. Pro quo maximè juxta D. Hieronymum expendendum eſt illud Pſalm. 76.num.19. *Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt, vox tonitrui tui in rota.* Vox tonitrui, ſeu prædicationis dicitur in rota. ſeu Prædicatore, quia Prædicator, tanquam rota debet circuire totum orbem, & ſicut rota uno tantum puncto tangit terram, & ſtatim revolvitur in cœlum, ſic & Prædicator taliter ſit in terra, ut ipſam uno puncto tangat, & ſtatim feratur in cœlum, ut cœlum cogitet, cœlum quærat, & intendat. Divus Hieronymus. *Vox tonitrui in rota, ait, vox grandis eſt prædicatio in toto orbe: Rota modico quodam veſtigio ſtat in terra, & non ſolùm ſtat ſed quaſi percurrit, & revolvitur ad altiora.*

Geneſ. 15. *Concionatores forenſes ſolum de eloquentia agunt.* Philo.

91. Aliter verò aliqui concionatores, qui totam ſuam operam forenſi eloquentiæ dant, qui dum totum ſuum ſtudium ponunt, in compoſitis verbis, terrena tantùm intendunt, & cœleſtem fructum evacuant. De longiſſima captivitate Iſraëlitarum loquens Dominus Geneſi 15.num.16.ait. *Generatione autem quarta revertentur huc, nedum enim compertæ ſunt iniquitates Amorrhæorum uſque ad præſens tempus.* Sed cur poſſeſſio terræ promiſſæ non poteſt ſimul ſtare cum habitantibus Amorrhæis, ad quid neceſſe eſt, ut priùs Amorrhæi expellantur, & tunc fructus terræ promiſſæ obtinebitur ab Iſraëlitis? Amorrhæi nomine ſuo ſignificant *loquentes*. Et quidem non poſſunt ſimul fructus poſſeſſionis cœleſtis patriæ, & paleſtricæ, ac forenſi eloquentiæ vanitas ſimul ſtare; evacuetur ludicra verborum compoſitio, & tunc fructus cœleſtis poſſeſſionis capietur Philo Hebræus, Quis rerum divinarum ſit hæres, ſic ait: *Amorrhæi loquentes interpretantur. Ergo donec conſumentur Amorrhæorum peccata, hoc eſt ſermones ſophiſtici, qui valent non rationibus perſuaſibilibus ductare; non poſſimus eos adverſari talibus ineſcati illecebris, & manere apud eos cogimur.*

QUÆSTIO X.

Quare Joanni mandatur, ut obſignata, ac occultata teneat, quæ loquuntur ſeptem tonitrua, ita ut minimè ab eo ſcribantur.

Ribeira. *Plura revelata ſunt Joanni quàm & ea quæ ſcripſerit.*

92. Dicitur Joanni, *ſigna quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua*; id eſt occultata, ac recondita ſerva in mente, & noli ea ſcribere, ac propalare; ex quo benè colligit Ribeira, capite 5. numero 15. Sanctum Joannem multò plura accepiſſe, quàm quæ ſcripſit, nam quæ ab hoc loco uſque ad finem libri ſcribuntur pauca ſunt, ipſe autem vidit librum copioſum ſcriptum intus & foris.

Vera obedientia non diſcutit Superiorum mandata. D. Bernard.

93. Secundò, maximè ponderanda eſt prompta Joannis obedientia, nam cùm ei dictum eſſet, noli ſcribere, ſtatim prompto animo obtemperavit, minimè mandati cauſam diſcutiens, & inquirens, exemplum præbens, quod Superiorum mandata minimè diſcutienda ſint, ne obedientia improbetur. Divus Bernardus tract. de præcepto diſpenſ. cap. 13. *Imperfecti cordis, ait, & infimæ voluntatis prorſus judicium eſt, ſtatuta ſeniorum diſcutere: & hærere ſingula, qui injunguntur.*

Cornelius. *Impugnatur.*

94. Quæſtio tota inquirit, cur Joannes prohibetur ſcribere voces tonitruum; Cornelius, ait quòd ſeptem tonitrua denunciarūt magnas plagas circa finem mundi, & ideò non ſcribuntur, quia homines tales plagas legentes non crederent, vel ſaltem deſperarent; neutra cauſa vera videtur, & ſic ad hominem arguo, ipſe exiſtimat credibilia, quæ ſuperiori capite narrantur etiam intellecta ſecundùm litteram, quod idem eſt de his quæ referuntur ſuperioribus ſigillis, præcipuè ſexto. Ubi totus illabitur confractus orbis, caſus montium ignitorum in mare, pluvia facta, grandine, igne & ſanguine introducuntur extraordinariæ locuſtæ, mirabiles equites, & equi; etſi homines ob talia non deſperant, nec propter illa deſperaſſent.

Ferrarius. *Deus paulatim per definitione Conciliorum illuſtravit Eccleſiam.*

95. Conſequenter ad ſuperius dicta dicimus, quod tonitrua ſunt Concilia Generalia Catholica, inde jubetur Joannes harum voces obſignare, & tacere, ut in præſenti explicat Ferrarius, nam quæ tractatura erant à ſacris Conciliis, ſcilicet definitiones pro veritate Catholica, fulmina anathematum jaculata in hæreticos, tacita reſervanda fuerūt pro ſuo tempore, quoad uſque ſacra Concilia convocarentur, & à Spiritu Sancto directè veritates Catholicas ſancirent ac explicarent; nec enim ſimul voluit Deus omnia revelare in ſua Eccleſia, ſed paulatim pro temporum neceſſitate, ut factum vidimus Spiritu Sancto dictante in Summorum Pontificum definitionibus; ad quod eſt etiam alia ratio, ut jam dixi in expoſitione. Nam ſicut hæc ſacra revelatio particulariter non explicat hæreſes, ſed tantùm veluti in genere, ac in communi; ita etiam ſpeciatim non debuerunt exprimi Canones, ac Decreta Summorum Pontificum.

Academia. Rupertus. *Deus vult nos ſtudio exerceri.*

96. Idem dicimus ſi per hæc tonitrua intelligas Academias Orbis Catholici. Non enim expediens fuit, ut reſolutiones, quæ in hac, vel illa academia habentur, exprimerentur in ſacra revelatione, ſed Deus voluit exerceri hominum ingenia, & ut ſtudio, ac labore aliqua compararentur, ut ſic poſt ſtudium, ac laborem acquiſita gratiora, & dulciora eſſent. Rupertus Abbas. *Myſteria Scripturarum, ait, quæ tibi data ſunt noſſe ſigna, claude, id eſt, ſigna, ut ſunt, & clauſa poſteris quærenda relinque; pretioſa illa erunt, quando opus erit ut quærantur, ſcilicet urgentibus diverſis hæreſibus, quas neceſſe erit eſſe ut qui probati manifeſti fiant, tunc & præclara ingenia exercebuntur, & quæ de Scripturarum theſauris laborioſo fuerint ſtudio conquiſita, non vilia videbuntur.*

97. Aliqua etiam moraliter dicamus, Joannes magnus myſteriorum Dei Notarius, quomodo, à conſcriptione tonitruorum, myſteriorum Dei notarius

notarius, quomodo à conſcriptione tonitruorum myſteriorum prohibetur, myſteria namque ſacra, nec paſſim evulganda, nec in univerſum claudenda, evulganda non ſunt indignis, de quibus Dominus dicit Matth. 7. n. 6. *Nolite dare ſanctum canibus, nec margaritas veſtras projicite ante porcos, ne conculcent eas pedibus.* Nec in univerſum dignis claudenda, etiam ſi ſecundùm tempus aliquando claudantur: hinc Daniel. 12. n. 4. *Tu autem Daniel claude ſermones, & ſigna librum, uſque ad tempus ſtatutum.* Quod diſertè dixit Richard. Victor. *Præcepit vox Divina*, ait, *ſignari prohibet ſcribere voces ſeptem tonitruorum, quia ſic debemus electis propalare, ut reprobis abſcondamus dicta & ſcripta ſanctorum.*

Matth. 7. *Dei myſteria non omnibus manifeſtanda.* Daniel. 12. Richard.

98. *Aliquando occultanda Dei miſericordia ut delinquentibus detur major anſa peccati.*

Secundò, voces quas dederunt tonitrua, obſignandæ, ac occultandæ mandantur, ut nullo modo evulgentur: Voces illæ pertinent juxta multos Auctores ad poſtrema tempora, ecce cur obſignandæ mandantur: Agebatur in illis de ſuppliciis, quibus puniendi erant impii in futuro ſæculo; quæ quidem citra condignum infligentur, & ideo occultari jubentur, quæ audierat, ne aliquando manifeſtata infinita Dei miſericordia erga tam magnos peccatores, major delinquendi anſa aliquibus iniquis tribueretur. Aret. Epiſc. *Quid proſit ea recondi conjectura diſcere licebit, eſſe vehementiam conſtitutorum ſuppliciorum, quia miſericors Deus ſua benignitate retributionem ſupplicii, non inducat æquali pondere cum peccatis; unde ait etiam Pſalmographus;* Pſalm. 102. n. 10. *Non ſecundùm peccata noſtra fecit nobis, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis.*

Aretas. Pſalm. 101.

96. *Nec etiam omnibus Catholicos eodem modo myſteria ſunt aperienda.* Ansbertus.

Tertiò Joannes Apocalypſim ſcribebat Eccleſiis, ac fidelibus; cur ergo myſteria, quæ tonitrua ſuis vocibus reſonarunt ſint obſignanda, & occultanda; nam talia myſteria fuerunt manifeſtata Joanni, cur etiam & aliis fidelibus non aperiuntur, nec enim omnibus etiam fidelibus omnia Dei myſteria ſunt proponenda, ſed unicuique ſecundùm talentum ſibi à Deo datum. Ambroſ. Anſbert. ſic ait in præſenti: *Jubemur eloquiorum Dei ſacramenta non omnibus indiſcretè propalare, ſed ad menſuram, & quaſi ſub ſigillo, prout idoneos ad capiendum viderimus, ea ſubminiſtrare, & aliis potius lactis dare, aliis verò ſolidum cibum adminiſtrare, hanc diſcretionis regulam Dominus quoque in Evangelio ſervandam docuit, cùm jam paſſioni proximus dixit diſcipulis,* Joan. 16. num. 12. multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò. *Ac ſi diceret; ideo vobis theſauros altioris ſcientiæ reſoluto ſigillo non oſtendo, quia ad eos capiendos nequaquam vos idoneos cerno.*

100. Cœcus quidam plebeius, ac mendicans in via clamabat ad Jeſum: *Jeſu fili David miſerere mei.* Luc. 19 n. 39. Et cùm Dominus audit ſe à cœco Davidis filium vocari, nullum de hac re verbum dicit, nec tunc ullam excitat quæſtionem. At verò poſtea: *Congregatis Phariſæis, interrogavit eos Jeſus, dicens: quid vobis videtur de Chriſto? cujus filius eſt? Dixerunt ei David. Ait illis. Quomodo ergo David in ſpiritu, vocat eum Dominum dicens: dixit Dominus Domino meo,* Matth. 22. n. 42, & 43. Ecce modo cum ſe audit vocari Davidis filium, ſapientiſſimam, & acutiſſimam quæſtionem excitat circa verba Scripturæ, quod ſi ipſe eſt filius David, quomodo David in ſpiritu ipſum vocat Dominum ſuum, ac patrem ſuum. Et tamen vocatus à cœco Davidis filius, nec verbum facit, nec ullam quæſtionem proponit: Phariſæi ac Scribæ, ut Doctores legis maximè in ea verſati, ac periti; cœcus verò homo plebeius, ignarus literarum, inde quæ altioris erant ſapientiæ Jeſus præterit coram plebeio cæco; at verò habens congreſſum cum ſapientioribus, ſtatim ſubtiliora in Scripturis proponit, & in medium profert. Tertullian. lib. 4. contra Marc. *Qui olim, ait, à cœco vocatus fuerat filius David quod tunc reticuit, non habens in præſentia ſcribas: nunc ultro coram eis, de induſtria protulit.*

Luc. 19. Matth. 22. *Sublimia non plebeis, ſed ſapientibus dicenda.* Tertull.

101. Diſputat Jeſus cum Judæis apud Gazophylacium, & cùm Judæi ab eo quæſiſſent, quodnam teſtimonium habebat de ſe ipſo, ait: *Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo, & teſtimonium perhibet de me, qui miſit me Pater; dixerunt ergo ei: Ubi eſt Pater tuus? Reſpondit. Neque me ſcitis, neque Patrem meum.* Joan. 8. 18 & 19. Solùm inſcientiam, ac ignorantiam, quam de Patre habebant objicit, & nihil de ejus natura, ac conſubſtantialitate diſſerit, ut vidimus factū cùm ambulaſſet. Ipſe Dominus in porticu Salomonis docebat tunc Judæos, dicens: *Ego & Pater unum ſumus.* Joan. 10. n. 30. Cur modo tam ſublimem, & altam doctrinam à ſæculis abſconditam ſcilicet filii & Patris conſubſtantialitatem revelat; & tamen in primo loco quæſitus de Patre, nil tale dixit? Modo erat Jeſus in porticu Salomonis, ubi erat conventus, & locus ſapientum, & quæ ſapientibus dicuntur, plebeis, ac vulgaribus hominibus; non aperiuntur, ut vidimus factum cum Judæis apud Gazophylacium D. Ambr. epiſt. 76. *Plerumque ſecundum qualitatem locorum, in quibus docebat famulos ſuos, diſputationes ſuas formare dignatus eſt, ut in porticu Salomonis, hoc eſt ſapientis, deambulans loquebatur. Ego & Pater unum ſumus.*

Joan 8. Joan. 10. *Quod non dicitur plebeis declaratur ſapientibus* D. Ambr.

Apoc. 10. *n.* 5. Et Angelus, quem vidit ſtantem ſuper mare & ſuper terram, levavit manum ſuam ad cœlum.

Num. 6. Et juravit per viventem in ſæcula ſæculorum, qui creavit cœlum, & ea quæ in eo ſunt, & terram, & ea quæ in ea ſunt, & mare, & ea, quæ in eo ſunt, quia tempus non erit amplius.

VERSIONES.

Syrus n. 5. Et exaltavit manum ſuam dexteram in cœlum.

Arabicus. Suſtulit dexteram ad cœlum.

Syrus. Et juravit per eum, qui vivit in ſæcula ſæculorum, &c. quod tempus amplius futurum non eſſet.

Arias. Juravit in vivente.

Arabic. Juravit non fore tempu poſterum, &c.

EXPOSITIO IV.

102\. Angelus qui cum tanto apparatu deſcendit de cœlo amictus nube, & iris in capite ejus, & facies ejus ſicut ſol, habens unum pedem ſuper mare, & alterum ſuper terram; *Levavit manum ſuam*, exprimunt Syriacus, & Arabicus, *dexteram*, ſcilicet *in cœlum*, ſeu ad cœlum. Et antiquitus iſte erat celebris ritus Jurandi, quo Deus quaſi veritatis dictorum teſtis, & perjurii vindex oſtendebatur. (Syriac. Arab.)

103\. *Et juravit per virtutem in ſæcula ſæculorum.* Per Deum qui æternus eſt, & omnia tempora ambit ſua æternitate, ac ut præſentia vidit. *Qui creavit cœlum* Qui creator eſt omnium ſcilicet cœli, terræ, maris, ac omnium, quæ in eis continentur: *Quia tempus non erit amplius.* Seu, ut habet Syriacus, *tempus amplius futurum non erit*. (Syriac.) Pro veritate, ac in ſtabilimento doctrinæ Patrum, & Conciliorum clamat Angelus, quod tempus non erit amplius, quod refertur ad ſequentia, quia poſt vocem ſeptimi Angeli conſummabitur myſterium regni adveniente finali judicio, tunc hæc varietas temporum, dierum, ac noctium ceſſabit tunc etiam non erit amplius tempus, ac ſpatium pœnitendi, merendi, & ſalutem æternam procurandi, quod ſine dubio ceſſabit in fine mundi.

Quæstio XI.

Quare Angelus in præſenti elevat manum jurans per viventem in ſæcula, ac omnium Creatorem?

104\. Valde celebris fuit antiquis conſuetudo jurandi elevatis manibus, ut fecit Angelus Daniel. 12. num. 7. (Daniel. 12.) Quod fiebat aliquando utraque manu elevata aliquando ſolum dextera, & tunc elevabatur duobus digitis erectis complicatis; plures autem ritus jurandi refert Novarin. lib. 8. Schedias ſacro. Proph. tom. 6. (Novarin.) & elevata manu fiebat juramentum, tanquam non ſolùm ore, ſed etiam manu invocando Deum teſtem juramenti, ac vindicem perjurii, ut fecit Abrahamus, Geneſ. 14. num. 22. (Gen. 14.) *Levo manum meam, ad Dominum Deum excelſum, &c.*

105\. Hoc autem juramentum fiebat ab Angelo, tam hîc quàm citato Danielis loco, pro re valde magna, quia ita aliquando ſumus increduli? ut Angelum ad juramentum compellamus Aretas, (Aretas. *Angelus jurat ob noſtram incredulitatem.*) *Angeli tanquam creaturæ per creatorem jurant per divini nominis aſſumptionem, confirmantes noſtram diffidentiam.* Similia habet Andræas Cæſarienſ. *Cum Deus*, ait, *nullum ſe majorem habeat, per quem jurare poſſit, per ſemetipſum jurare ſolitus eſt: Angeli autem tanquam res creatæ per creatorem jurant, eaque dicunt propter diffidentiam, & noſtram incredulitatem cœleſtis nominis atteſtatione confirmant.*

106\. Et jurat Angelus *per viventem in ſæcula ſæculorum.* Hic Angelus à multis exiſtimatur ipſemet concilii Angelus Chriſtus D. ut retuli ſupra, q. 2. Ergo cùm Chriſtus ſit verus Deus & homo, cùm jurat per viventem in ſæcula ſæculorum, non ſolùm intelligit ſe ipſum ſecundùm divinitatem, ſed etiam ſecundùm humanitatem, & hæc ait in magnam conſolationem, & levamen ſuorum; (*Chriſtus vitam, quam habet, ſuis communicat.*) immediatè ſubdit, quod *tempus non erit ultra*, quod ſcilicet præſens vita finiatur judicii tempore, inde ipſe ſe dicit viventem in ſæcula, tanquam etiam ſui victuri in ſæcula, vitam quam ipſe habet in ſæcula, ſuis etiam ſimiliter communicabit. D. Thom. (D. Thom.) *Per quod dicit*, ait, *viventem in ſæcula ſæculorum, innuit, quod ſicut ipſe non ſolùm ex parte Divinitatis, ſed etiam humanitatis vivit in æternum, ſic vivent, & ſui, expende ultima verba.*

107\. Et jurat Angelus per eum, qui creavit cœlum, terram & mare, & omnia, quæ in eis continentur; (*Deus omnium rerum creator.*) cur omnia in particulari commemorat noſtra ſacra revelatio; Extiterunt quidam hæretici, qui plurimarum rerum creationem tribuerunt principi tenebrarum, ut ergo eorum errorem condemnet, nihil poſitivum aſſerit eſſe in mundo, ſive in cœlo, ſive in terra, ſive in mari, quod à Deo creatore non ſit. Ansbertus Abbas, (Ansbertus.) *His uti*, ait, *adverſus hæreticorum inſaniam optimè convenit, qui non verentur aſſerere quædam à bono Deo, quædam verò facta à Principe tenebrarum, aptiſſimè ergo hæc cœleſtis revelatio. cuncta, quæ in creatis ſunt, à bono Deo facta affirmat*, dicens de illo, qui creavit cœlum, & ea, quæ in eo ſunt, & terram. &c. *Eſt verè concordans, auctoris ſui Evangelio quo dicitur*; Omnia per ipſum facta ſunt, Joan. 1. (Joan. 1.) *Per ipſum conſtat, quia à minimis uſque ad maxima, à vermiculis uſque ad homines vel Angelos, cuncta per ipſum creata ſunt.* Et profunda pondera, quod cùm Angelus in hoc verſu dicturus ſit, *& tempus non erit amplius*, id eſt, tempus terminabitur, ac omnium erit finis; (*Finis vitæ peculiare Dei beneficium.*) tunc Deum omnium creatorem appellat, ac ſi tantum beneficium præſtitiſſet hominibus, in eorum creatione, ac etiam quod in hoc laborioſo ſæculo finem vitæ ei dederit, finem imponens tot, ac tantis calamitatibus.

108\. Et dicit Angelus, *qui creavit cœlum, & quæ in eo ſunt, & terram*, &c. Prius commemorat creationem cœli, quam terræ, ſicut & ſcriptor Canonicus: *In principio creavit Deus cœlum & terram*, Gen. 1. n. 1. (Gen. 1.) Non ait, creavit terram, & cœlum, ſed è contra ſtatim in limine nobis præponens ante oculos cœlum, ut hoc habeat homo ſemper alta mente repoſitũ, ante omnia quærere, & intendere cœleſtia. Poſtulat Salomon, illam ſapientiam à Deo. *Quæ novit opera tua, quæ affuit tunc, cum orbem terrarum faceres*, Sap. 9. n. 9 (Sap. 6.) Cur hujuſmodi ſapiẽtia maximè expoſtulatur à Salomone, quæ in creatione univerſi affuit? In ea cœlorum opus primum eſt fabricatum, ut jam dictum eſt. Et quo ſapienter Theophyl. Antioch. lib. 2. ad Antolycum ait: (*Præſtantia ſapientiæ eſt cœlum primò reſpicere.* Theoph.) *Homo quidem ſuper terram ædificium ponere ſolet, nec niſi fundamento jacto faſtigium ædificio ponere poteſt; cæterum Dei potentia hinc innoteſcit, quapropter Propheta teſtatur creationem cœli factam eſſe primo, non ut hominum more fit, ſed in modum faſtigii: Ecce tibi creator mundi, quam aliam rationem*

tionem condendi init. Homines enim jactis in terram fundamentis pergunt uſque ad faſtigium, nihil prius facientes in ſuis ædificiis, quam ſcrutari terræ viſcera: At creator rerum à faſtigio incipit primóque agit ut appareat cœlum, ex quo meritò Salomon non aliam, ſed hanc ſapientiam creatoris æmulatur hancque poſtulat, quæ in mundi opificio, non terra, ſed cœlum ſpectatum prius & conditum fuit. Inde enim tota ſapientiæ præſtantia & firmitas, quod cœleſtia primò reſpicias, & ad illa mentem erigas.

109. Actor. 7. De indicto Martyrum duce Stephano dicitur Act. 7. n. 55. *Cum eſſet plenus Spiritu ſancto intendens in cœlum vidit gloriam Dei.* Maximè ponderanda eſt conſequentia, plenus Spiritu ſancto intendens in cœlum. Multum hominum animos attollit divinitatis afflatus, quos enim aura divini ſpiritus replet, ſtatim mundum illúque glorioſas faſtidiunt, & ad cœleſtia feruntur. Petr. Damian. ſerm. de S. Stephan *Simul*, ait, *ſignanter intellige conſequentium verborum, plenus eſt Spiritu ſancto, & ſic intendit in cœlum, quia ſpiritu divinitatis afflantur qui conculcatis terreſtribus, cœleſtibus inhiant, & æternis.*

Deo implentur qui terram faſtidit & cœleſtia intendit. Damian.

110. Exod. 3. Exod. 3. n. 2. dicitur, quod Moyſi, *Apparuit Dominus in flamma ignis, de medio rubi.* Et cur ſic apparet Deus in flamma ignis, & non potius inter præjucundas roſas, vel candida lilia? Ingenioſam rationem excogitavit D. Auguſt. q. 7. Ex veteri teſtamento: *Ideo Dominus*, ait, *in igne apparuit; cujus natura ſemper ad ſuperiora tendit ubi Spiritus eſt.* In igne ſe manifeſtat Dominus, ut ab igne doceatur homo ſemper terram relinquere, & cœlum petere: non enim ſe credit Deus illis, qui terrenis immiſcentur; ut continuò oculos habeant demiſſos in terram, ne cœleſtia valeant aſpicere. Inde ergo quiſquam cenſebitur Deum in ſe habere, ad Deique partes pertinere, ſi terrenis deſpectis, ad cœleſtia totis viribus tendat.

D. Auguſt. *Ubi eſt Spiritus Dei non terrena ſed cœleſtia quæruntur.*

111. Hebr. 11. Exod. 14. Teſte Apoſtolo Paulo, Hebr. 11. num. 29. *Ingreſſi ſunt filii Iſraël, per medium ſicci maris.* Exod. 14. n. 22. Ut ſic mari baptizarentur Iſraëlitæ, prius tamen aquæ maris diviſæ ſunt oſtendentes illis in profundo ſiccam terræ ſemitam per quam gradirentur. Indéque nullum fecerunt gradum, antequam ſicca terra in medio maris eis pateret. Longè aliud baptiſma paratur Chriſtianis, de quo dicitur Joan. 3. n. 5. *Niſi qui renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt intrare in regnum Dei.* Chriſtiani non per ſiccam terram tranſeunt diviſi undique aquis, ſed toti ſeſe aquis immergunt. Illi diviſionem aquarum expectant, ut appareat terra per quam gradiantur: hi minimè expectant aquarum diviſionem, nec quod appareat terra. Et quare in Chriſtiano baptiſmo, ſicut in Iſraëlitico, non dividuntur aquæ, ut terra oſtendatur: imò potius ſub ipſa aqua, terra nobis abſconditur, & occultatur: Baptiſmus Iſraëliticus, ac tranſitus maris, ad terram Chanaan dedocebat, & ideo per oſtenſam terram iter faciebant Iſraëlitæ. At in Baptiſmo Chriſtiano, aquæ non dividuntur, ſed maximè ſub eis terra abſconditur, & cooperitur, nam talis ſubmerſio aquarum nos à terra ſeducit, & facit cœleſtes, ut iis terrenis prorſus deſpectis ad ſola cœleſtia ſpectemus. D. Zeno lib. 3. ſerm. 8. *Noſtrum mare*, ait, *quos voluntarios ſuſcipit, feliciter naufragos facit; interimens univerſa peccata, genitali unda ſubmergit, ut cœleſtes effecti terram deſiderare non norint.*

Terrena deſpiciantur, ut cœleſtia ſpectentur.

D. Zeno.

QUÆSTIO XII.

Quare exhibito juramento Angelus affirmat quod amplius non erit tempus.

Alcazar exiſtimat Angelum in præſenti jurare, finiendum eſſe tempus Judæorum, & Synagogæ (incipiendúmque eſſe tempus gentium & Eccleſiæ; (ſed contra Angelus loquitur de tempore abſolutè, ergo ad tale tempus reſtringendum non eſt juramentum. Deinde: Quia cap. ſequenti, revelantur aliqua quæ cum tali ſententia omnino repugnant; nam ibi declaratur advenîſſe tempus Judæorum, de quo loquitur Paul. Rom. 9. n. 27. Fore aliquando, *ut reliquiæ Judæorum ſalvæ fiant.* 112. Alcazar.

Ribeira, Cornel. Menochius, M. Joann. de la Haye, & alii, quod Angelus dum ait, *tempus non erit ultra.* Sic intelligitur quod omnis mutabilitas hujus ſæculi finietur, & veniet ſtatus rerum ſtabilis, ſcilicet futuri ſæculi poſt judicium: tempus enim eſt numerus motus, deſinente ergo motu, deſinit & tempus, & deſinente mutabilitate mundi inferioris, & tempus ejuſdem cenſetur deſinere. Sic homines terrenis rebus adhærent, quod neceſſarium ſit, ut Angelus interponat juramentum, ut ipſi ſibimetipſis perſuadeant talia finienda eſſe, & ab eis deſerenda, ac relinquenda: ſic hæc terrena ſuorum amatorum oculos excæcant. Petrus Damian. lib. 6. ep ſt. 5. *Fugiendus eſt mundus*, ait, *qui tenebras parturit.* Et poſt pauca ſubdit: *Imò debemus ei ſemper infœderabile bellum indicere, qui ſuorum oculos obruit amicorum.* Hæc ſententia ut vera ſit, explicatione indiget. 113. Ribeira. Cornel. Menoch. La Haye.

Vix credunt homines terrena relinquenda ab eis.

Damian.

Mea ſententia, quod Angelus dedit vocem, tanquam leo, voces ſanctorum Patrum, ac Doctorum Catholicorum repræſentans: Deinde tonitrua œcumenica, nempe Concilia, ac Academiæ Catholicæ dederunt voces ſuas: Tunc Angelus tanto apparatu deſcendens de cœlo elevat manum dexteram ob rei pondus, contra homines terrenos jurans per viventem in ſæcula. *Quod tempus non erit amplius.* Quod nempe tempus hujus ſæculi finietur; ſicque firmatur ſententia Patrum, ac Conciliorum, contra doctrinam Ariſtotelis ejúſque ſectatorum, qui falsò crediderunt mundum eſſe perpetuò duraturum, firmatur etiam ſententia Patrum, ac Conciliorum contra deſides, ac obdormientes in peccatis ſuis, qui nolunt pœnitentiam agere, quia *tempus non erit amplius*, cùm tranſierit vita merendi, pœnitendi ac pœnitentiam agendi tempus tranſeat. 114.

Volens ergo conſultum Deus, Patrum famæ, & veritati catholicæ; interpoſitum decernit hìc juramentum hujus Angeli quo pateſieret quandò ſine dubio debet eſſe finis mundi qui ſcilicet futurus eſt in diebus ſeptimi Angeli, cum cœperit tuba canere, ut dicitur verſ. ſequenti. Volens etiam Deus conſultum habere famæ, ac veritati catholicæ Patrum & concionatorum, qui 115.

quotidie

quotidie clamat juxta Paulum ad Galat. 6. n. 10. *Dum tempus habemus operemur bonum.* Et Joan. 9. n. 4. *Venit nox quando nemo poteſt operari.* Nam tranſacta hac vita tempus non erit amplius merendi, pœnitendi, ac pœnitentiam agendi; ſed etiam moraliter aliquid dicamus in re præſenti.

116. Primò: Hic Angelus in præſenti, à multis Doctoribus, de quo ſupra q. 2. creditur eſſe Chriſtum D. natum ex Virgine Maria; & de hoc diviniſſimo Angelo aſſeritur, quod veniens in mundum temporalibus bonis finem fecit jurans, quia *tempus non erit amplius.* Et quando hic temporum deſtructor venit, ait D. Paulus ad Galat 4. n. 1. *Quando venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum.* Quando temporalia omnia in majori extabant argumento in majori magnitudine; ac plenitudine, tunc naſcitur, qui tempora omnia impellat ad interitum; de temporalium augmento, ac plenitudine non potuit aliud naſci, quàm finis ipſius temporis. Ex quo ait D. Auguſt. tract. 13. in Joannem. *Ubi venit plenitudo temporis, venit ille, qui nos liberabit à tempore; liberati autem à tempore, venturi ſumus ad æternitatem illam ubi non eſt tempus.* Simul cum temporum plenitudine, venit deſtructor temporis, ne aliud expectes à culmine, ac plenitudine temporalium, quàm interitum.

Galat. 4.

A temporalium augmento eorum finis venit.

D. Aug.

117. Secundò: Cur Angelus tanto apparatu veniens jurejurando affirmat, quod non erit tempus amplius; nónne ſufficiebat hoc ſimpliciter dicere, ad quid juramento tam ſolemni hoc confirmat? Quia cùm nobis hîc tempus merendi, ac benè agendi concedatur, ne jacturam illius faciamus, quia cujuſcumque momenti petenda eſt à nobis exactiſſima ratio. Ex quo bene teſtatur Sophronius in prato ſpirituali, cap. 59. de B. Thalibæo, *Quod ſemper flebat, cauſam rogatus, dixit tempus hoc ad pœnitentiam, nobis & indultum eſt, & valde requiretur à nobis, ſi iſtud neglexerimus.* Expendo ultima verba, tanquam ſi diceret, adeo pretioſum eſt tempus, ut in ſingulis illius momentis bene debemus operari, ne illud à nobis requiratur: Unde monet Chriſtus ſuum ſervum, *Negotiamini dum venio.* Luc. 19. n. 13. Ac ſi dicat: Modò eſt negotiandi tempus, poſtquam autem venero, tempus non eſt negotiandi, ſed tunc de negotiatione ratio eſt exigenda, & præcipuè de tempore contempto ad pœnitentiam conceſſo; ex quo lamentabatur Jeremias Thren. 1. n. 1. *Vocavit adversùs me tempus.* Quod de judicio exponit D. Thom. quod ſcilicet tempus malè conſumptum vocaverit Dominus in teſtem contra negligentes benè operandi.

Qui non lucrabitur tempus ſtrictam reddet rationem.

Sophron.

Luc. 19.

D. Thom.

118. Tertiò ait Angelo jurejurando tempus non erit amplius, quod dictum eſſe ad conſolationem juſtorum affirmat Richar. Victor, & ſic ait: *Chriſtus ad honorem Patris exhibendum opera juſtitiæ cœleſtis, fluctuantis mutabilitatis immobilitatem ſucceſſuram, & electis pro Chriſto patientibus tribuendam, paterno teſtimonio, & ſuo veraciter affirmavit, ad conſolationem ergò prædicitur, & promittitur immobilitas æterna.* Quomodo conſolationem juſtorum, quod tempus mutabile hujus præſentis vitæ non erit amplius, hoc videtur inſervire ad triſtitiam & moleſtiam cùm nihil ſit ipſa vita operabilius; falleris tamen nil gratius potuit juſtis annuntiari, quàm hujus vitæ finis, qui finis eſt tantorum laborum, ac initium omnium bonorum, nam finis hujus vitæ ſeu illius mors, juſtis non eſt amara, ſed ſuavis, cùm per illam fiat tranſitus ad æternam vitam. Ait Paul ad Rom. 6. n. 5. *Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis ejus, ſimul & reſurrectionis erimus.* Ut reſurrectionem aſtrueret Apoſtolus, mortem debuit præmittere: ille enim qui moritur, reſurgit, ſed qualem mortem præmittis? Similitudinem dixit mortis, dum ait, *ſimilitudini mortis ejus.* At verò reſurrectionem, non dicit ſimilitudinem ejus, ſed veram, & abſolutam reſurrectionem, *Simul & reſurrectionis erimus.* Cur ergo non dixit mortem, ſed ſimilitudinem mortis, cum in reſurrectione non dicat ſimilitudinem, ſed veram reſurrectionem? Loquebatur Apoſtolus de his qui in Chriſto moriuntur, *& mortui audient vocem filii Dei.* Et in iis mors non eſt vera mors, ſed quædam ſimilitudo mortis. At reſurrectio, quæ eis continget, non eſt ſimilitudo reſurrectionis, ſed vera & propria reſurrectio, qua ad æternam felicitatem exurgunt. D. Cyril. Hieroſol. Catheches. Myſtagog 2. *Non dixit*, ait, *complantati ſumus morti, ſed ſimilitudini mortis. In nobis autem mortis quidem & paſſionum quædam eſt ſimilitudo, ſalutis verò non ſimilitudo, ſed veritas.* Vide cap. 9. q. 9. n. 88. 89. 90.

Richard.

Juſtis mors dulcis & portam ad vitam aperit.

Rom. 6.

D. Cyril.

Quartò: Jurejurando clamat Angelus. *Tempus non erit amplius.* Hoc refertur ad ultimum tempus Antichriſti, ut patet ex verſu ſequenti? in quo contra ſanctos, & juſtos erit tribulatio qualis nunquam fuit ab initio, nec erit tamen tanta calamitas, ac preſſura ſuam ultimam periodum inveniet, nullus eſt labor, qui ſuum finem non habeat, præcipuè, quando ſuſtinetur, ac patitur pro Deo D. Antioch. homil. 17. *Dominus*, ait, *animarum noſtrarum curator providentiſſimus, tribulationes infligit, ſed non ſinit ſuos naufragari, tranſacta tempeſtate, ſerenitatem adducit.* Paulus in carcere agens vinculis præpeditus media nocte ſenſit vincula confringi, portáſque carceris divina virtute aperiri. Quid tunc feſtinavit egredi? imò ibi quietus perſeveravit donec carcerarius accedens. *Et tremefactus procidit Pauli, & Sila ad pedes, & producens eos foras, &c.* Act. 6. n. 30. Hoc novum & recens eſt, accipe aliud antiquum Daniel. 3. Valde conſpicui ſunt illi tres adoleſcentes, qui pedibus, & manibus colligati in ardentem fornacem miſſi ſunt; ſed ab igne blãditer accepti conſumptis vinculis medias inter flãmas fornacis illæſi deambulant, liberi ſunt in fornace, ibique Deũ laudantes degunt, nec egredi tentant, Tunc accedens Nabuchodonoſor, ait: *Sidrach, Miſach, & Abdenago ſervi Dei excelſi egredimini & venite, ſtatimque egreſſi ſunt.* Cur Paulus, & Sila, treſque pueri cum liberati ſint à vinculis, ac igne eiſque carcer ſit apertus, quid morantur? quid eos tenet? cur non exeunt? Hoc tibi ſit magnum documentum; nullo prætextu, nulla induſtria tuam liberationem, ac expeditionem feſtines ab illis periculis, quæ pro Deo ſubiiſti ne te fallant difficultates objectæ, ſed in omnibus longanimis expectes finem à Deo præſcriptũ. Opportunè D. Chryſoſt. homil. 8. in epiſt. ad Epheſios. *Quemadmodum itaque*, ait, *carcerem Paulus non egrediebatur, tametſi potuiſſet, donec qui illum conjecerat, ipſum evocaret & educeret: ita nec*

119.

Deus in noſtris laboribus dat finem.

D. Antioch.

Actor. 6.

Daniel. 3.

Non ſollicitus ſis pro termino tuorum laborum, Deus illis dabit finem.

D. Chryſoſt.

hi

hi tres pueri caminum egreſſi ſunt, donec qui injecerat, egredi quoque juſſiſſet. Quid hic docemur? Ne videlicet in actionibus laborari innixè feſtinemus. Expende ultima verba.

120. Hac virtute optimè erat imbutus David, qui à Saüle mille calamitatibus affectus, ac vexatus errans in montibus, ac ſpeluncis, ibi crudelem hoſtem in manibus habuit, & tamen, cæde ejus ſe ſuóſque abſtinuit, *dicens: Propitius ſit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo Chriſto Domini, ut mittam manum meam in eum*, 1. Reg. 24. num. 7. & cap. 26. num. 8. Cur ſic hoſtem ſemel, & iterum in manibus habet, eum non occidit, ut ſic ſuis laboribus, ac ærumnis finem imponat, & ad promiſſam regni coronam veniat? maluit tamen in ſuis perſecutionibus, ac calamitatibus finem à Deo expectare, quàm hoſte perempto liberationem ſuam feſtinare, pro certo habens, quod Deus congruenti tempore illam adducet, ut finem tantis vexationibus præfigat. D. Ambroſ. in Apolog. cap. 6 ſic ait: *Debitum ſibi imperium diu diſtulit, quod ſciebat Deo authore ſibi deberi.* Cum ſciret Deum auctorem ſui imperii, finem in ſuis calamitatibus non procurabat, ſed illum à Deo mittendum expectabat.

1. Regeg. 24. 1. Reg. 26.

Non procurandus finis in laboribus, ſed Deus dabit.

D. Ambr.

Apoc. 10. *n.* 7. Sed in diebus vocis ſeptimi Angeli cùm cœperit tuba canere, conſummabitur myſterium Dei, ſicut evangelizavit per ſervos ſuos Prophetas.

Num. 8. Et audivit vocem de cœlo iterum loquentem mecum, & dicentem, vade, & accipe librum apertum de manu Angeli ſtantis ſuper mare & ſuper terram.

VERSIONES.

Syrus n. 7. Niſi in diebus vocis Angeli ſeptimi, quando futurum eſt, ut clangant, & quod conſummatum eſſet myſterium Dei, ſicut evangelizavit ſervis ſuis prophetis.

Arabicus. Non erit tempus in diebus vocis Angeli ſeptimi.

Pagn. Tygur. Cùm cœperit tuba canere, conſummandum eſſe myſterium Dei.

Arias. Cùm futurus erit clangere, conſummabitur myſterium Dei, quod evangelizabit per ſervos ſuos prophetas.

Primaſius. Finietur Sacramentum Dei.

Syrus. Et vox, quam audivi è cœlo, hæc erat rurſus loquens mecum, & dicens, ubi accipe libellum apertum in manu Angeli illius, qui ſtat.

Arias. Vox locuta eſt cum me.

Arabicus. Deinde vox, quæ me compulerat è cœlo rurſus locuta eſt, accipe librum.

EXPOSITIO V.

SEd in diebus vocis ſeptimi Angeli. Quod noſter ſextus Angelus verſu antecedenti dixit, *tempus amplius non eſſe futurum*; tunc judicium fiet, cùm ſeptimus Angelus tuba cecinerit, eo enim tempore mundus finietur, & judicium fiet, & retributio bonorum, ac malorum. *Cùm cœperit tuba canere, conſummabitur myſterium Dei.* Ansbert. Haymo inquiunt, *Conſummatio hic non dicit abolitionem, ſed perfectionem.* Conſummabitur ergo, ſeu perfectum & completum erit, inchoativè nempe, id eſt conſummari incipiet. Nam paulo poſt conſummabitur perfectè myſterium Dei, id eſt, magnum divinæ providentiæ arcanum, de conſummatione, ac fine ſæculi quoad glorificationem ſanctorum, & reprobationem damnatorum, *ſicut evangelizavit per Prophetas ſuos*, ſicut declaravit, & annuntiavit per Prophetas ſuos, de quo quæſtione ſequenti in limine. 121.

Ansbert. Haymo.

Audivi vocem, per quam intelligitur interna locutio Angeli qui paulo ante dixerat Joanni, *ſigna quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua*, & noli ea ſcribere, & maximè notandum, quod ait Joannes; *qui mecum loquebatur.* Non ait quæ mihi loquebatur, ſed quæ mecum loquebatur; non ſolùm ergo Joanni loquebatur Angelus, ſed etiam Joannes Angelo, quæ locutio erat merè ſpiritualis & interna, nam cùm Jonnes vidiſſet librum in manu Angeli, Joannes magnum habebat deſiderium, quod hîc reputatur tanquam locutio librum accipiendi, & ſcripturam ejus legendi, ac intelligendi. Albert Magn. *Iterum loquentem*, ait, *id eſt mihi deſideranti, unde qua deſiderium, cordis eſt locutio, qua anima loquitur Deo, & Joannes deſiderabat iſta ſcire, ideo dicit loquentem mecum, & non mihi, ſed mecum in cordis ſecreto.* 122.

Deſiderium quædam eſt locutio.

Albert.

Vade & accipe librum. Qui ut explicavi ſupra q 5. continebat doctrinam ſacram Apoſtolicam, & Romanam: *Apertum*, id, eſt, clarum & manifeſtum, ut ab omnibus intelligatur, & quia, ut ait Ansbertus, intelligentia Scripturarum quibuſdam eſt clauſa, aliis ut Joanni aperta. *De manu Angeli*, non à quocumque alio accipit Joannes librum, ſed tantùm ab Angelo, qui perſonam Chriſti gerebat; ipſe enim ſolus eſt, qui Scripturæ ſacræ arcana revelat. Albert. Magn. *De manu Angeli, id eſt, Chriſti, qui miſteria Scripturæ revelavit.* 123.

Ansbert.

Albert.

QUÆSTIO

QUÆSTIO XIII.

Quale ſit hoc Myſterium Dei hic declaratum, roboratum juramento Angeli, & Evangelizatum per Prophetas?

124. Luc. 2. *Difficiliter, homines credunt aliorum exaltationem & ſuam dejectionem.*

EVangelizare. Verbum Græcum eſt, & ſignificat bona nuntiare Luc. 2 *Evangelizo vobis gaudium magnum.* Myſterium Dei hoc loco idem valet ac juſta retributio bonis & malis ſuorum factorum, & hoc ait Angelus; Evangelizavit Deus per Prophetas ſuos. Et ita loquitur Angelus. Quia ſanctis ſemper jucundiſſimus fuit nuntius omnia Chriſto eſſe ſubjicienda, & bonos æterna vita præmiandos, & malos æternis ſuppliciis afficiendos, & ad hoc myſterium aſtruendum. Angelus venit cum tanto apparatu, ut patet, verſ. 1. Et elevata manu ibat; valde enim difficiliter homines, impii nempè, credunt aliorum exaltationem, & ſuam dejectionem, alios eligi & ſublevari, & ſemetipſos dejici & reprobari.

125. Secundò, ait Angelus, quod in diebus vocis ſeptimi Angeli cùm cœperit tuba canere, quod non ſolùm refertur ad tempus Antichriſti, ſed etiam poſt illud, quod tunc conſummabitur myſterium Dei, id eſt ſecretum promiſſum, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit. Sed cur non ſolùm hoc ſuo juramento affirmat Angelus, ſed etiam in hujus rei confirmationem Prophetas Evangelizantes proponit? Adverte quod pro illo tempore erat magna tribulatio juſtorum, & graviſſimas anguſtias patientur; ecce cur eis prædicitur juramento, ac Evangelizatione Prophetarum, quod tunc Dei myſterium revelabitur, cum magna largitione præmiorum, ubi enim major eſt preſſura, ac tribulatio, ibi major à Deo conceditur conſolatio. Richardus Victorinus. *Magna erit*, ait, *inter fluctuantis adverſi temporis conſolatio electis promiſſa & citò ventura ſtabilitas æternitati.*

Ubi major tribulatio, ibi à Deo major conſolatio. Richard.

126. Tertiò, cur canente ſeptimo Angelo conſummatur myſterium Dei? cur non potiùs cùm canūt quintus, vel ſextus Angelus, vel alii præcedentes? In quibus multæ ærumnæ, ac calamitates Eccleſiæ denunciantur. Septima dies requiei eſt deſignata; imò Deus ut habetur Gē. 2. num. 12 *Requievit die ſeptimo, ab omni opere ſuo quod patrarat, & benedixit diei ſeptimo, & ſanctificavit illum: quia in ipſo ceſſaverat: ab univerſo opere ſuo, quod creavit, ut faceret.* Ecce cur ſolùm in tuba canentis ſeptimi Angeli conſummatur myſterium Dei ſuos electos præmiantis; poſt labores enim qui in tubis aliorum Angelorum præcedentium denunciabuntur, tunc ſequitur ſeptima tuba dulciſſimam requiem importans. Ab hac cōſideratione non diſtat Joach. Abbas. *Quia verò ad magnam illam requiem*, ait, *non niſi per magnum ſexti temporis laborem pervenire concedimur, ſecundum quod ſub umbra prioris teſtamenti, ob requiem Sabbathi, quæ ſequebatur in omni ſexto die, ſeu menſe, vel anno, augebatur labor in typo: haud dubio eorum, quos oportet adhuc ſeminare in lachrymis, ut in gaudio metant.*

Geneſ. 4. Joachim.

Quartò, quid eſt, quòd cùm ſeptimus Angelus dedit ſignum tuba ſua, tunc conſummabitur, ſeu adimplebitur myſterium ſeu ſacramentum regni Dei; quodnam eſt hoc myſterium; glorificatio nempè ſanctorum in regno Dei, ut tenent communiter Interpretes, ut jam dixi; ſed cur hujuſmodi glorificatio, dicitur arcanum, ſeu Sacramentum? Sacramentum, ut docet D. Thom. *Eſt quid ineffabile, ac inenarrabile.* Myſterium ſeu Sacramentum illud eſt, quod unum exterius apparet, & multa ſub ſe quæ inenarrabilia ſunt, continet. Sicut dicitur beatitudo, ſeu glorificatio ſanctorum; unum quid concipitur: tamen tot, ac tanta ſecum involvit, ut nec leviter ab intellectu noſtro valeant attingi. Vide quæ dixi tom. 1. in Evang. lib. 3. cap. 6. quæſt 5 num. 35. & tom. 4. cap. 22. quæſt. 14. num. 101. & 103. 127.

Celſitudo beatitudinis non poteſt attingi à noſtro intellectu.

Sextò, clamat Angelus: Conſummabitur myſterium Dei, ſeu ut alii legunt, ſacramentum ſeu arcanum Dei; & in quo ſtat tantùm hoc myſterium, tantùm hoc arcanum Dei, quod tunc conſummabitur, ſeu tunc adimplebitur? Explicat Rupertus Abbas: *In eo quod ibant impii in ſupplicium æternum, juſti autem in vitam æternam.* Ecce in quo ſumma arcani Concilii divini conſiſtit, ut debitas ſceleribus pœnas accipiant impii, & juſti dignam ſuis meritis retributionem. 128.

Myſterium Dei retributio juſtorum & punitio malorum. Rupertus.

Ait Paulus ſcribens ad Corinth. 1. cap. 15. num. 51. agens de Reſurrectione mortuorum: *Ecce myſterium vobis dico.* In quo autem hoc myſterium conſiſtat ipſe explicat 1. ad Theſſ. 4. n. 14 *Hoc autem vobis dicimus in verbo Domini, quia nos, qui vivimus, qui reſidui ſumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt. Et ſic ſemper cum Domino erimus.* Cùm vocati fuerint mortui ad judicium, multi juſti, qui tunc erunt vivi, & ſuperſtites in mundo, ut plures Theologi aſſerunt, nulla guſtata morte immortalitatem induent, in qua ſtola præcedent obviam Chriſto in aëra, quod ſimile non invenimus teſtificatum de reprobis, ſed guſtata temporali morte ibunt in mortem æternam, & unde tanta differentia; duriſſima Antichriſti perſecutio, multi juſtis ſic pariet fructum gloriæ, ut ſine mortis guſtu evolent ad regnum immortale Chriſti, & delitioſa voluptas Antichriſti ſuis ſectatoribus damnationem germinabit, ut ex morte temporali ad æternam tranſeant; de juſtis ſic loquitur Tertul. lib. 5. contra Marc. cap. 12. *Hi*, ait, *propter merita vexationum momentum, & propter merita vexationum Antichriſti, compendium mortis, ſed mutati conſequentur, ſuperinduti magis, quod de cœ o eſt, quam exuti corpus.* 129.

1. Cor. 15. 1. Theſſ. 4.

Juſtis æterna gloria impiis æterna damnatio. Tertull.

Loquens Chriſtus Dominus de ultimis mundi anguſtiis ait: *Ab arbore fici diſcite parabolam; cum ramus ejus tener fuerit, & folia nata, dicitis, quia prope eſt æſtas.* Matth. 24. num. 32. Ecce tibi fici ramus cùm frondet, imminentem æſtatem denunciat, quia univerſi campi aqua irrigati maximè erumpunt in flores, ſine verò aqua aridi calore torrentur, & aduruntur. Quis eſt hic fici ramus, niſi Antichriſtus in floridiſſimo regni ſui ſtatu? Juſti ergo qui ſub ejus imperio ac perſecutione fuerint irrigati cœleſtis aquæ gratiæ maximè florebunt coronis gloriæ; qui verò ab ipſa 130.

Matth. 24. *Juſtis corona gloriæ, iniquis ignis.*

ipſa divina gratia ſunt deſtituti, & terrenis voluptatibus aduſti, ad calorem ignis æterni deputabuntur. D. Hilar. Can. 26. *Ramus igitur fici Antichriſtus eſſe intelligitur. Qui cùm teneraſcere cœperit, atque frondeſcere, tunc proxima eſſe æſtas, id eſt, dies judicii, ſentietur. Frondeſcere autem quadam peccatorum exultantium viriditate naſcitur. Eſt enim tunc flos criminoſorum, & honor facinoroſorum, & gratia profanorum, quibus tamen æſtus, id eſt æternus ignis in proximo eſt.* D. Hilar.

Apoc. 10. *n.* 9. Et Abii ad Angelum, dicens ei, ut daret mihi librum, & dixit mihi accipe librum, & devroa illum, & faciet amaricari ventrem tuum: ſed in ore tuo, erit dulce tanquam mel.

VERSIONES.

Syrus. Et fui ad Angelum dicens ipſi, ut daret mihi libellum, & dixit mihi accipe & ede illum, & amarum reddet ventrem tuum.

Arabicus. Dicens ei da mihi librum, &c. & amareſcet ex eo ventet tuus, dum fuerit in ore tuo dulcis ſicut mel.

D. Auguſt. Accipe librum, comede illum.

Radix Hebr. Accipe librum, & magna aviditate devora illum.

EXPOSITIO VI.

131. Abii ad Angelum. Dixerat vox cœleſtis Joanni, vade & accipe librum in executione hu us mandati abiit Apoſtolus ad Angelum & in eo omnes prædicatores, ac Doctores denotantur, qui ut cœleſtia ſecreta eis aperiantur, neceſſe eſt, ut mente abeant à mundo, ac rebus mundanis Divus Thomas. *Vade*, ait, *id eſt magis accede ad Chriſtum, & promerere gratiam intelligentiæ elongando te à mundo.* Matth. 13. *Abiit, & vendidit omnia quæ habuit*, &c. ait ergo Joannes *abii ad Angelum ut ab eo acciperem librum apertum.* D. Thom.

132. Et dixit mihi *accipe librum, & devora illum*: Id eſt avide accipe hunc librum continentem Doctrinam Sanctam, & Catholicam, & omnem illam alta memoria reconde rumina, & profundè ex ende; *& faciet amaricari ventrem tuum: ſed in ore tuo erit dulce, tanquam mel* Et hoc maximè contigit viris Apoſtolicis qui dum legunt, & ſtudent divina Dei opera ac myſteria, magnam ſuavitatis dulcedinem ſentiunt; at cum poſtea debent ea digerere, & ad captum populorum digeſta eis illa communicare, per Prædicationem, ac Doctrinam, multos labores, & magnas amaritudines devorant.

QUÆSTIO XIV.

Quare non ſolùm mandatur Ioanni ut librum accipiat, & legat, ſed inſuper quod eum comedat, & devoret?

Dum Angelus tradit librum Joanni; non ſolùm ai illi ut librum accipiat. & legat, ſed inſuper ut devoret: *Devora illum*, nónne ſufficiebat legere illum, ad quid ſacræ Scripturæ illiúſque dulcedo, non benè percipitur ſi tantùm legatur, vel in memoriæ arcana reponatur, ſed in ſtomachum, ac ventrem animæ trajicienda eſt, ut in bonorum operum ſanguinem vertatur, ut inde rectè vivendi ſpiritu in nobis generet & alat, quod fit dum id quod legimus in Doctrina Sacra, in nobis adimplemus, & executioni mandamus. Sanct. Thom. *Nota*, ait, *quod tria ſunt propoſita ſcilicet vade, accipe, & devora; vade per deſideria, & vitæ profectum, accipe Scripturæ intellectum, devora per ſitientem affectum: devorare enim librum, eſt in mente avidè amplexari, ad conſiderandum devotè & implendum in re: vel devora, id eſt cum affectu pertracta maſticando per inquiſitionem, & ſic transglutiendo, ut nutriaris quia illud quod devoratur, comeditur* Quod confirmatur, ex eo quod ait Salom. Proverb. 25. num. 16. *Mel inveniſti, comede.* Non dixit ſerva illud, vel tene apud te, ſed comede nam dulcedo ſacræ Scripturæ non ſolùm memoriæ arcæ reponenda, ſed etiam affectu, & opera guſtanda Cardinalis Hugo. *Signanter autem dixit comede, quia multi ſunt, qui de melle ſacræ Scripturæ non guſtant, ſed in memoria velut in arca reponunt.* 133. D. Thom. *Doctrina Scripturæ non ſolùm legenda ſed opere exequenda.* Prov. 25. Hugo.

Secundò *Accipe librum, & devora.* Pro devorare Radix Hebraica habet verbum, quod ſignificat ingentem aviditatem comedentis quod verbum frequenter in Scriptura ponitur de igne omnia depaſcente, ut Iſai 29. n. 6. *Flamma ignis devorantis.* Radix Hebraica avide devorantis. Sanè qui ſancta volumina terit, ac mentis ore verſat, debet ea maxima aviditate ac ingenti ardore in mentis ventrem trajicere, ut quidquid alienum eſt ab eis in ſe ipſo conſumat non ſecus ac ignis obvia quæque depaſcitur. Meritò de magno Parente Elia dicitur Eccleſ. 48. *Surrexit Elias Propheta quaſi ignis* Totus ardebat ignea verba evomens, ignem etiam è Cœlo evocans, & tanquam ignis etiam comedens, ac deglutiens incitatur, ita qui divina volumina verſat, Dei verba tractat totius amoris igne caleſcat, torporem omnem excutiat, ut omne deſidiæ frigus ardeat & quidquid Deo repugnans eſt conſumetur: Hinc Deuter. 33. n. 2. *Lex Dei ignea*, quia torporis glaciem non fert & quid- 134. Hebr. Iſai 29. *Cœleſtis doctrina avidè devoranda, ut aliis proſit.* Eccleſ. 48. Deuter. 33.

quid obviam ei adverſatur, abſumit, & deſtruit; Caſſiodorus lib. de Divinis lectionibus *In ſchola Chriſti*, ait, *vitalis agnitio flammatis mentibus inquiratur, ut inflammare alios poſſit, dum alios erudit.*

Caſſiod.

135. Tertiò, Sacra Scriptura ſæpe potui aſſimilatur. *Aqua ſapientiæ ſalutari, potabit illum.* Eccleſiaſt. 15 num. 3. Ex quo ait D. Cyrill. Alex. lib. Glaphyrot in Gen. *Sacra Sacriptura comparat Dei verbum aquæ; quia ſicut hæc ſenſibilis aqua vivificat corpora, ita Dei verbum, ſi mentem noſtram ſubeat, haud mediocriter eam refecerit.* Si ergo potus eſt Sacræ Scripturæ liber, cur non dicitur Joanni, accipe, & bibe, non autem devora: quod bibitur faciliter hauritur, quod comeditur aliquali labore dentibus teritur; ſunt enim in ſcriptura Sacra aliqua, quæ faciliter, alia verò, quæ multa expoſitione, ac ſtudio percipiuntur & quamvis hic liber Sacræ Doctrinæ eſſet apertus, dicitur tamen Joanni, ac in ejus perſona omnibus Doctoribus & Prædicatoribus, non bibe, ſed devora librum, quia ad ejus intellectum aſſequendum, multa induſtria erat à nobis adhibenda. Ansbertus Abbas. *Sacra Scriptura, à t. aliquando cibus, aliquando potus eſt; potum enim non mandendo deglutimus, apertiora ergo, ac manifeſta bibimus, quæ etiam non expoſita intelligere valemus: quamquam autem Sancti prædicatores in perſona Ioannis, jam tunc revelata intelligerent de Domino Scripturarum, Sacramenta, quia adhuc ea, quæ in ipſo manifeſta claruerunt, qualiter ad eum pertineant, expoſitione indigebant: nequaquam eidem Ioanni de ſacro aperto libro dicitur, accipe, & bibe, ſed accipe, & devora: ac ſi apertius diceretur, pertracta, & intellige, id eſt mande, & tunc degluti.*

Eccleſ. 15.
D. Cyril.

Alta myſteria Scripturæ ut intelligantur ſtudio & expoſitione indigent.

Ansbertus.

136. Quartò, Non ſolùm mandatur Ioanni, ut legat, quæ in libro continentur, ſed etiam, ut eum devoret; ei enim dicitur. *Accipe illum & devora illum.* Cur devorare debet? Magiſtro & Doctori, cujus perſonam gerit Joannes, non ſufficit tantùm ſecum habere librum, quem legat quem conſulat, ſed inſuper neceſſarium eſt, ut aliquid interſit, inter Doctorem, & librum; liber aliorum doctrinam, & placita refert, at Doctor veſcatur libro, nimirum doctrinam, & ſapientiam, quæ in libro continetur, faciat ſuam, ſicque illam proponat, explicet, ac amplietur, ut ſua ac ex ingenio ſuo inventa videatur. Hinc monet Salomon Proverb. 2. num 4. *Sicut Theſauros effode illam.* Scilicet ſapientiam. Non quidem ſufficit ad ſapientiam quod eam emendices, quòd inventas aliorum veritates fugas: ſed taliter te habere debes, ut latentem in te theſaurum illius effodias, & latentem in te ſapientiam apparere facias. Ex quo perbellè monet Seneca Epiſtola 33. *Turpe eſt, ait, ſeni, aut proſpicienti ſenectutem ex commentario ſapere: Hoc Zeno dixit: Tu quid? hoc Cleantes, tu quid? quouſque ſub alio moveris? & impera, & dic quod memoriæ tradatur: aliquid & de tuo profer. Omnes itaque iſtos nunquam authores, ſemper interpretes, nunquam auſos aliquando facere, quod diu didicerant. Memoria in Alienis exercuerunt. Aliud eſt meminiſſe, aliud ſcire. Meminiſſe eſt rem commiſſam memoriæ cuſtodire. At contra ſcire. Hoc dicit Zeno, & dicit Cleanthes, aliquid interſit inter te, & librum.* Doctoris enim non eſt ſemper aliorum notas prætendere, hoc facit liber, hæc faciunt membranæ, ſed ipſe ſuam faciat ſapientiam, quam vivida vena in alios inſtillet.

Doctor ſuam ſapientiam & non ſemper aliorum oſtendat.

Proverb.

Seneca.

137. Quintò, Mandat Angelus Joanni. *Accipe librum & devora illum.* Quò libro opus erat ut Joannes populos, Regeſque inſtrueret, ut dicitur infrà num. 11. *Oportet te iterum prophetare.* Debet enim Doctor altè, & profunde verſare animo quidquid loquendo proferre ſtatuit; proindeque ipſum librum ipſamque ſapientiam devorare, ut in ſe veluti cibum convertat, ut inde in ea doceat; & loquatur ad alios; ſic dicitur Ezechiel. 3. num. 1. *Comede volumen illud, & vadens loquere.* Sic Doctor ſapientiam, veluti alimentum faciat ſuam, ut inde loquens cum fructu alios doceat.

Doctor devoret doctrinam & in ſe imprimat, quam docet.

Ezech. 3.

138. Cùm Divinus Spiritus è Cœlo miſſus eſt linguas igneas in Chriſti ſcholam vibrat. *Apparuerunt illis diſpertitæ linguæ, tanquam ignis, ſeditque ſuper ſingulos, eorum.* Actor. 2. num. 3. Ecce magnus noſter vates, & Apoſtolus omnium Eccleſiaſticorum perſonam gerens, libris, & linguis igneis armatur; libris quos devorare juſſus eſt; linguis flammeis, quibus alios ardere faciat; ſic & bonus Doctor Eccleſiaſticus, devoret librum, ut ſapientiam in ſe convertat, & faciat ſuam, & cum lingua ejus erit tanquam flamma ignis, alios ardentes in charitate, ac amore Dei faciat. D. Chryſoſtom. ſermon. in Pentecoſt. reddens rationem cur libris & linguis munitur: *Ibat*, ait, *peccata orbis terrarum abſumpturus.*

Actor. 2.

Doctor bene alios inflammat ſi in ſe habeat doctrinam.

D. Chryſ.

139. Suam dilectam mirificè laudat D. ſponſus. *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lavacro. ſicut vitta coccinea labia tua.* Cantic. 4. numero 2. & 3. Quænam connexio, eſt, ut poſt commendatos dentes labia decantet? & quod hæc ſint tanquam vitta coccinea charitate plena, ut homines valeant ligare, & attrahere ad Dei amorem; cur ad hæc prius dentes commemorat, deinde ad labia deſcendit, de dentibus ſpiritualibus animæ locum exponunt Richard. de Sanct. Victore; Diu. Gregorius Nyſſen. homil. 7. qui divinam Doctrinam, tanquam materiales dentes comminuunt ut in alimentum animæ ſuæ convertant, qua ſpiritualiter ipſa anima vivit, & nutritur, & tunc quid inde ſequitur. Sicut vitta coccinea labia tua: qui ergo ſic in anima ſua habet divinam Doctrinam inſculptam labia illius ſunt ut vitta coccinea plena charitate, ut alios aſtringere, ac ligare valeant in Dei obſequio, ac amore, Theodoret. *Verba veritatis profert, quibus tanquam funiculo quodam capiantur auditores, & vincantur.*

Cant. 4.

Richard. Nyſſen.

Si doctor in anima ſua ruminat doctrinam, alios adducit.

Theod.

QUÆSTIO XV.

Quare idem met liber dulcis erat in ore, amarus in ventre?

IN limine hujus quæſtionis notandum eſt, quod ait Angelus Joanni: *Accipe librum, & devora illum, & faciet amaricari ventrem tuum, ſed in ore tuo erit dulce ſicut mel.* Ubi valde notandum 140.

Prius amaritudo quàm dulcedo. notandum quod Angelus prius facit mentionem de amaritudine ventris, quam de dulcedine oris, cum tamen res prius geſtatur ore, quàm tranſeat in ſtomachum, & prius eſt dulcedo in ore, quàm amaritudo in ſtomacho, tamen Angelus prius de illius amaritudine agit, quàm de oris dulcedine; quia prius in hac vita guſtantur amaritudines, ac in eis donatæ præſſuræ, quam percipiantur dulcedines, ac ſuavitates æternæ vitæ.

141. Aretas Primaſ. Ribeira. Corn. Ad noſtram quæſtionem, Aretas, Primaſius, Ribeira, Cornelius, materiam hujus libri referunt ad ultima tempora Antichriſti, dicuntque quod in hoc libro continebatur revelatio, & prænotio futurorum ſub Antichriſto, quàm Ioannes accepit à Chriſto per Angelum: In ore ac prima facie, & primo guſtu erat mihi dulcis mentemque paſcebat, & oblectabat: quia erat nova, mira & divina cognitio, & Prophetia; ſed ubi Apoſtolus cœpit ruminare calamitates, & multitudinem reproborum & lapſus multorum fidelium in perſecutione Antichriſti, quæ hoc libro, & hac revelatione continentur, ait Joannes, *Amaricatus eſt venter meus*, id eſt intime in animo, & in mente mea indolui, & ingemui.

142. *Impugnatur.* Hæc ſententia quamvis ſit probabilis, non tamen mihi videtur vera, quia iſte Angelus non venit denuntians extrema tempora Antichriſti ſed perſonam gerens Doctorum, ac Prædicatorum Eccleſiæ, ut dixi in hoc cap. q. . & . Deinde hic liber datur Joanni ea intentione, ut ei ſtatim dicitur *oportet te iterum prophetare gentibus*, quod juxta communem ſententiam non ad tempus Antichriſti refertur, ſed ad illud tempus, quod paulo poſt hanc revelationem futurum erat, ut infra dicam.

143. *Vera ſententia.* Vera, ac genuina ſententia eſt ut dixi in expoſitione quòd hic accidit Joanni quod viris magnis Apoſtolicis contigit, quorum perſonam noſter Joannes hîc gerebat; nam tales viri dum legunt, & addiſcunt divina, magnam dulcedinem guſtant & ſentiunt: At dum ipſam ſacram Doctrinam debent digerere, & ad captum, ac ædificationem populorum illam communicare, ac proponere per prædicationem, ac inſtructionem, multum laborant magnaſque ærumnarum amaritudines devorant.

144. Joachim. Rem optime explicat Joachimus Abbas. *Os & venter*, ait, *plerumque ſibi contraria ſentiunt, adeo ut nonnunquam quod os delectat in edendo, ventur cum dolore, & torſione retineat: ecce autem verba Domini dulcia diligentibus eum*, Pſalm. 118. Pſalmiſta indicat cùm dicit Pſalm. 118. numero 11. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo: *Quod ſi in ore dulcia ſunt, cur ſunt aliqua eorum tam amara in ventre: In ore ſuavia: quia in notitia veritatis delectatio eſt: in experimento laboris gemitus, & afflictio ſpiritus; quo circa & ſi de electat quod occurrit prius propter apertionem libri, amarum eſt tamen valde, quod ſequitur propter paſſionem Eccleſiæ, nec putandum, quod Eccleſiam contemplativam deſignatam in Joanne immunem eſſe oportuit ab afflictione eadem: cùm conſtet eidem Joanni, & Iacobo fratri ſuo dictum eſſe à Domino* Calicem quidem meum bibetis. Matth. 20. num. 23. Dei cognitio, ejuſque eloquentia valde ſunt ſuavia & præjucunda, ut teſtatur Re-

Cognitio divinorum ſuavis, in exequutione verò amaritudinem generat.

Matth. 20.

gius Vates: At in experimento, & exequutione poſita à Dei miniſtro, ut ipſa divina eloquia prædicat, & docet in populo, amariſſimum Calicem paſſionis, & mortis propinant, itaque divinorum cognitio dulcis & ſuavis, valde ſuave divina intelligere: at dum veluti dirigitur, ac in exequutione ponitur, & prædicatur multas amaritudines ac moleſtias ſecum affert.

145. Secundò, Ecce Joanni comedenti librum pollicetur dulcedo mellis in ore, & amaritudo in ventre *& faciet amaricari ventrem tuum*, quomodo idem liber dulcis & amarus erit, & melleus & felleus. Hic liber continebat ſacram Scripturam, quæ dum ſancta meditatione decoratus, mente mellea, & ſapidiſſima erit, & ventrem conſcientiæ dum magnitudinem offenſæ Dei gravitatem peccatorum, ac pœnas ei debitas proponit; ingenti dolore, & amaritudine pungit, guſtatur divinorum verborum mel; ſed animus delictorum pœnitudine, vel amaritudine quadam aſpergitur. Abſalon Abbas ſermon. 41 in Feſto omnium Sanctorum: *Utile ait, tibi erat ſ*[illegible]*xta mandatum Domini ſumere librum iſtum, & devorare illum, ut faceret amaricare ventrem tuum, & in ore tuo fieret dulcis tanquam mel: ſumere certò debueras librum divinæ legis, & ſancta mediatione devorare illum; ut in ore memoriæ dulcis fieret, dum ventrem infirmæ animæ ad amaritudinem conſcientiæ provocaret.* Cum Ezechiel comediſſet librum ſibi oblatum, ait cap. 3. num. 3. *Factum eſt in ore meo ſicut mel dulce.* Quid dicis Propheta nonne liber iſte, qui in ore tuo ita videtur ſuavis continet *Lamentationes, carmen, & væ*. cap. 2. num 9. Si autem hæc omnia ſunt amara, quid magis amarum, quàm lamentationes, quàm carmen lugubre, quàm væ, quomodo ergo ait dulcem in ore ſuo fuiſſe librum. Theodoret. ad verba Ezechiel. *Nimirum*, ait, *quia dulcis, & jucundiſſima eſt ob peccata lamentatio pro eis*. Liber ille erat ſacræ Doctrinæ, in quo continebantur lachrymoſæ lamentationes, ac deteſtationes peccatorum, quæ etſi videantur corporalibus oculis triſtes & funeſtæ, animæ diligenti Deum, ſunt valde ſuaves & dulces.

Pœnitentia in meditatione ſuavis, in exequutione amara.

Abſal. Abb.

Ezech. 3.

Ezech. 2.

Theod.

146. Tertiò, & maximè expendendum, quod hic liber in ore dulceſcit, & in ventre amaricat; & in quo ore dulceſcit, & in quo ventre amaricat: per os viri præſtantiſſimi, ſapientes, ac virtutum ſtudioſi intelliguntur in corpore Reipublicæ; ventrem verò infimi, & abjecti, qui tantum humilia, & quæ ventris ſunt conſiderant. Illi ſermonibus divinis inhiant, hi ſola quæ ventris ſunt, diligunt. Illi veluti ſapidiſſimas dapes leges abſtinentiæ, & pœnitentiæ glutiunt; hi amariſſimos ſuccos injejuni puritatis, ac caſtitatis fugiunt. Pulchrè, D. Auguſtinus hom. 9. in Apocalypſ. *In ore ait, intelliguntur boni & ſpirituales Chriſtiani, in ventre carnales, & luxurioſi. Inde eſt, quod cùm verbum Dei prædicatur, tunc ſpiritualibus dulce eſt; carnalibus verò, quorum ſecundùm Apoſtolum Deus venter eſt, amarum videtur, & aſperum.*

Ex noſtro affectu naſcitur dulcedo vel amaritudo in virtute.

147. Pſalm. 18. Decantat Regius Vates Pſalm. 18. numero decimo. *Iudicia Domini verè juſtificata in ſemetipſa, deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper*

mel & favum, etenim ſervus tuus cuſtodit ea. Quomodo inducat Domini dulciora ſuper mel,
Sap. 6. & favum cum de illis teſtatur Salomon Sap. 6. num. 6. *Judicium duriſſimum fiet.* Seu ut alii legunt, *Iudicium rigidum.* Quomodo ergo compatitur, quod Dei judicium ſit durum ac rigidum, dulce & ſuave ſuper mel. Judicia Domini duriſſima ſunt carnali appetitui, & ſeveriſſime ab eo ulciſcuntur opera carnis, magnúmque triſtitiæ angorem terrenis animis inferunt: Quomodo ergo ſi dulceſcunt, ut inſtar mellis favi ſapiant? ſequentia verba rem explicant. *Etenim ſervus tuus cuſtodit illa.* Verus Dei ſervus, obſervatorque divinorum judiciorum, nihil in illis invenit, quod acre, inſipidum, ac amarum ſit; ſed quidquid ibi conſiderat dulce, & ſuave eſt, quod tantùm dicit, & publicat, ac in ore habet Divus Baſilius.

In judiciis Dei juſtus dulcia, ini quos amara invenit.

D. Baſil. *Iudicia Dei, ait, vera juſtificata nominavit, tanquam honores, ac ſupplicia legitimè mortalibus inferentia.* Hæc & auro, & lapide pretioſo potiora, & melle dulciora eſſe dicit, verùm non omnibus hominibus, ſed veris & juſtis.

148. Cantic. 1. Dicebat ſupremi Regis ſponſa. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi.* Cantic. 1. num. 12. Et tamen de ſe proteſtatur. *Vadam ad montem myrrhæ.* Cantic. 4. num. 6. Parum hæc videntur conſona: Faſciculus odoriferus, ac perjucundus; mons verò myrrhæ acris, & amarus, quomodo ergo hæc cohærent? difficultatem ſolvit, particula illa: *Mihi.* Et ſi aliis dilectus videretur mons myrrhæ aſper & amarus, at ſponſæ amanti, ac præſentiam ejus cupienti, faſciculus ſuaviſſimus; cùm enim in ipſa erga Jeſum eſſet ardens affectio, hæc montium difficultates in planitiem convertebat, & omnem myrrhæ amaritudinem in delicias commutabat, Divus Bernardus ſermon 43. in Cantica ſic ponderat. *Non ait, tantum faſciculus myrrhæ dilectus meus, ſed mihi, inquit, quæ diligo faſciculus eſt. Unde dilectum nominat; monſtrans dilectionis vim, omnium amaritudinem ſuperare moleſtiam, quia fortis eſt ut mors dilecti.*

Cantic. 4.

Difficultas in virtute non ex Deo, ſed ex nobis naſcitur.

D. Bern.

149. Nil ſalubrius cœleſti manna omnium voluntati deſerviente. Et tamen de illo dicunt Judæi. Numer. 21. num. 5. *Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leviſſimo.* Quod tamen durius homini quàm verbera, carceres, ac perſecutio & tamen aiebat Paulus ad Coloſſenſ. 1. num. 24. *Gaudeo in paſſionibus meis.* Unde in ſuaviſſimo manna nauſeam & in paſſionibus gaudia? Nec enim manna nauſeam nec paſſiones, gaudia afferre poterant: Humani tamen affectus in cauſa erant, quod illi nauſeam in cœleſti manna crederent, hic autem gaudia in ipſis anguſtiis & doloribus. Ecce diverſi affectus quàm diverſos pariunt effectus, ut amara facerent Paulo dulcia & ſuavia, & ſalutiferam mannæ eſcam Angelorum manibus fabricatam; Judæis verterentur in tædium D. Chryſ. in Pſalm. 111. *Difficultatem non natura præceptorum, ait, ſed multorum ſolet ſocordia efficere. Itaque ſi quis eam cum ſtudio, & alacritate animi ſuſcipiat, videbit ea levia, & facilia; quando enim manna fruebantur Iudæi: id ægrè ferebant, & mortem exoptabant. Paulus autem cum fame confictans, & gaudebat, & exilibat. Illi dicebant: anima noſtra arida eſt in manna: Eduxiſti nos, ut interficeret. Paulus autem: Gaudeo in paſſionibus meis.*

Num. 21.

Coloſſ. 1.

In re virtutis gaudium & tædium ex nobis naſcitur.

D. Chryſ.

Ap. 10. n. 10. Et accepi librum de manu Angeli & devoravi illum, & erat in ore meo tanquã mel dulce, & cum devoraſſem eum, amaricatus eſt venter meus.

Num. 11. Et dixit mihi oportet te iterum Prophetare populis, & gentibus, & linguis, & regibus multis.

VERSIONES.

Syrus. Et accepi libellum è manu Angeli, & edi eum, & erat in ore meo ſicut mel, dulcis, & quum ediſſem eum, amarus fuit venter meus.

Arabicus. Implevit ventrem meum amaritudine.

Panginus. Et dicit mihi.

num. 11.

Syrus. Et dixit mihi, oportet adhuc etiam Prophetare apud populos, & apud nationes, & principes, & reges multos.

Oecumen. Prophetare in populis, & gentibus & linguis.

EXPOSITIO VII.

Et *accepi librum de manu Angeli.* Cùm Joannes eſſet admonitus à cœleſti voce, ut de manu Angeli acciperet librum, nec reſpondet, nec cunctatur, ſed ſubmiſſo capite, ut perfectus obediens adimplet ſibi imperata. *Et accepi librum de manu Angeli illum.* Alcazarius exiſtimat, idem eſſe comedere, ac devorare, & non plus myſterii in uno, quàm in alio contineri; ſed devorare dicit magnam aviditatem, quam non ſignificat comedere, ut jam ſuprà notavi quæſt. decimaquartâ. 150.

Obediens non reſpondet, nec cunctatur.

Arabic.

Et erat in ore meo tanquam mel dulce. Nam illa cognitio divinorum myſteriorum, guſtu mentem ſuaviter paſcebat, & oblectabat; *quam cùm devoraſſem amaricatus eſt venter meus.* Cùm in exequutione, ac veluti digeſtione per prædicationem poſuiſſem ipſam doctrinam multas tribulationes, ac colores ſuſtinui, 151.

vide

Aretas. vide ſuperiorum expoſitionem,& ut ait Aretas Alludit ad naturam mellis quod comeſtum convertitur in flavam bilem, & ſtomachum lancinat & amaricat.

152. *Et dixit mihi; oportet te iterum Prophetare.* Loquitur de Prophetiis, quæ in hoc libro continentur; multi & graves DD.ex hoc loco, & aliis colligunt Ioannem non eſſe mortuum ſed *Joannes mortuus.* adhuc incolumem in paradiſo ſervari, ac venturum cum Elia, & Henoch, ut pugnet cum Antichriſto; hanc quæſtionem jam latè tractavi tom 5. in Evangel. lib. 9. cap. 8. quæſt. 16. numero 88. Ubi prædictam ſententiam refelli? & ideò alii hæc præſentia verba interpretantur quod Joannes inſula Pathmos ubi tunc erat, in Aſiam reverſus, ibi per ſe ipſum & toto orbe, ac per Evangelium, quod ſcripturus erat multis populis, gentibus, ac regibus prædicaturus erat.

153. Cornel. Menoch. Tyrin. Montrel. La Haye. Cornelius tamen, Menochius, Tyrin. Bernard. Montrelin. M. Ioannes de La Haye, exiſtimant, quod Ioannes poſt prædictas orbis plagas ſeptem ſigillorum libri, iterum prophetaret, & hominibus prænunciaret, alia multo plura, & graviora mala quæ in corpore ipſius libri aperti legerat, & inde ſcriberet de Antichriſto, Elia, & Henoch, ac aliis, quæ à cap. 11. uſque ad finem Apocalypſeos referuntur; Primò ut obſervat Tyrinus, Ioannes legit hæc omnia in libro; & quia quæ videntur altiùs impreſſa manent omnia illa jam lecta per varia ſymbola vidit ſibi repræſentati, quos poſſit commodius aſſequi, & adnotare. *Regibus* porro multis Prophetavit, qui reges terræ regnis ſuis per Antichriſtum privando prædixit, ipſique ſubjiciendo, & cum ipſo occidendo.

Quæstio XVI.

Liber iſte apertus dulcis in ore, amarus in ventre declaratur juxta varias expoſitiones morales.

154. Circa hunc librum, ſenſum genuinum ac litteralem dedi jam ſuperiori quæſt. 15. Nunc vero aliquas expoſitiones morales, quæ ab Auctoribus circumferuntur, appono.

155. Primo juxta dicta ſuperiori quæſtione, liber iſte continet ſacram doctrinam, & Eccleſiaſticam, quæ valde ſuavis ac dulcis eſt in ore ac mente prædicatoris, ac doctoris dum eam legit ſtudet, ac contemplatur, Amara verò redditur in ventre ejus; per ventrem mentis ſecreta figurantur juxta Jerem. 4 n. 19. *Ventrem meum ventrem meum doleo.* In mente, ac corde eſt amata divina doctrina Doctori ac Prædicatori, cum videt divinum verbum à multis in contemptu, ac ludibrio haberi, ut ea quæ ſunt ſalutis ſuæ ſpernant.

Doctrina cœleſtis dulcis prædicatori amara dum contemnitur.

Ansbertus. Ansbertus, *In ore prædicatis, ait, tanquam mel dulcis fit liber, quia nimirum mentis ejus, vel in his, quæ publicè aliis prædicat, delectatur; ſed citius in ventre amareſcit, quia procul dubio, cum eandem Prædicationem videt à pluribus cõtemni, & tunc ejuſdem mentis afflictionem ſentit: hinc eſt quod Beatus Paulus Evangelii dulcedine oblectatus, cum eandem mellifluam ſuavitatem cerneret a Judæis repelli, tactus dolore cordis,* ait Rom. 9. num. 2. *Triſtitia mihi eſt magna, & continuus cordi meo, optabam ego ipſe anthema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem, qui ſunt Iſraëlitæ.* Rom. 9.

156. Rupert. Secundò, Rem aliter explicat Rupertus: Ipſa divina Scriptura, valde dulciter mentem recreat, ac reficit unde ipſa Dei ſapientia de ſemetipſa ait: *Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me, & à generationibus meis implemini, ſpiritus enim meus ſuper mel, & favum* Eccleſiaſtic. 14. num. 26. At dum quis ipſam divinam doctrinam Scripturæ tenet, & adimplet ut Chriſtum ſequatur multarum tribulationum amaritudine premitur, Rupertus Abbas; *Quia ipſa dulcedo, nunc iterum dum in hoc ſæculo vivitur, multis amaritudinibus, reſpergitur, non enim adverſarii deſunt, qui tribulationem, & mortis interdum inferunt abſyntium, juxta quod veridicus prænuntiat.* Paul 2. Timoth. 3 num. 12. *Omnes qui piè volunt vivere in Chriſto perſecutionem patiuntur.* Eccleſ. 14. Rupert. *Amaritudo concomitatur Chriſtum ſequentem.* 2. Tim. 3.

157. Tertiò, Liber iſte Sacra Scriptura, in qua legenti eſt ſumma ſuavitas, ac dulcedo, quomodo cum ea ait Joannes *amaricatus eſt venter meus.* Non mirandum ſanè, quantò enim quis ſuavius guſtat dulcedinem Scripturæ, & intimius ejus myſteria devorat, ac ſcrutatur, tantò acerbiùs carnem ſuam macerat, & caſtigat, proindéque in ea mortificationis amaritudinem expetitur D. Ambroſius ad hæc verba. *Liber, qui in ore dulcis fuit, ait, amaritudinem ventris generavit: quia ſancti viri quantò ampliùs in meditatione divinarum ſcripturarum dediti ſunt, tantò majorem amaritudinem carnis ſuæ exhibent, affligendo eam videlicet jejuniis, vigiliis, abſtinentia vitiorum, cæteriſque cruciatibus, quibus, caro cruciatur.* *Qui ſcrutatur myſteria Scripturæ, acerbè carnem macerat* D. Ambr.

158. Quartò, Maria virgo liber eſt contemplativorum, quos Maria inſtruit alta lectione caſtitatis contra luxuriam paupertatis contra vitium proprietatis; obedientiæ contra ſuperbiam, ac propriam præſumptionem; ſed quomodo Maria, quæ eſt ipſa dulcedo. cujus verba dulciora ſunt ſuper mel, & favum, quomodo cum illis amaricatus eſt venter Joannis: Quia ipſa in ſuis devotis omnes carnales ac mundanas voluptates reddit amaras ut ab eis contemnantur, ac fugiantur. Richard. de S. Laurentio lib. 12. de laudibus Virg. Mariæ *Quia memoria ejus ait, & exempla in ſuis imitatoribus temporales delectationes, & carnales voluptates amaricant, & refrænant.* *Maria memoria ſuavis, & omnes carnales voluptates reddit amaras.* Rich. Laur.

159. Quintò Chriſtus Jeſus paſſus & Crucifixus, quem quilibet Chriſtianus de manu Angeli debet accipere ad meditandum & contemplandum. Divus Thomas. *Iſte liber, ait, eſt ipſe Chriſtus. In hoc libro ſcriptum fuit ſtilo clavorum perforantium manus, pedes, & latus: ſtylo flagellorum pertrahentium ſanguinem è corpore ejus.* Tamen amaricatus eſt venter cùm hoc libro, quia licèt Chriſtus Crucifixus menti ſuaviſſimus; tamen ejus paſſio ſenſualitati eſt amara, ut explicat Angelicus Doctor. Daniel Malon de oſſibus, & lancea exteriori Chriſti eruditè ſic rem explicat Chriſtus paſſus anima maximè dulcis, nam ejus paſſio D. Thom. *Chriſtus crucifixus dulcis animæ juſti, amarus ſenſualitati.*

paſſio noſtra ſalus ejus vulnera noſtra ſanitas; ejus mors noſtra vita;quomodo tamen cohæret, quod amar ca i facit ventrem,quod ipſe declarat Quomodo enim am ritudine maxima non recrudeſcat cor noſtrum , ſi Jeſum Chriſtum talia pro nobis cogitemus eſſe perpeſſum ? *Si enim filius es , ecce patrem , hunc cogita pro tua ſalute,tam fœde laceratum;*& amaricabitur venter tuus . *Si peccator es,innocentem hunc cogita pro peccatoris ſalute talia patientem.*Et amaricabitur venter tuus : *Si impius es , ecce Iudicem hunc cogita,acerbiſſimam mortem patientem , ut ſalvetur impius :* Et amar cari faciet ventrem tuum : *Si amicus es ; ecce fidum amicum hunc cogita talia pro amicis patientem.* Et amaricari faciet ventrem tuum : *Si ſervus es , ecce Dominum , hunc cogita pro ſervis patientem.* Et amaricari facet ventrem tuum : *Si homo es , ecce Deum hunc cogita,in humana carne pro homine patientem* : Et amaricabitur venter tuus. *Erit tamen dulcis in ore tuo, ſi ea, quæ ex tam acerba paſſione tibi promanarunt , bona conſideres, ejus paſſio eſt ſalus tua, ejus vulnera ſunt ſanitas tua, ejus mors eſt vita tua.*

Don.Malon

160 Alcazar. Viegas.

Sextò Alcazar, Viegas dicunt;Hunc noſtrum librum ducere reſpectum ad librum Ezechielis 3. qui juxta aliquos hunc librum Joannis typum gerere Euchariſtici Sacramenti , ut docent Ioannes Peña Ethel. 411. in Eccleſ. M. Ioannes de la Haye hoc cap.Concep.143. Divina Euchariſtia verè eſt liber,in ea enim divinarum rerum myſteria leguntur, & nullibi clarius apparet , quantùm divina majeſtas hominem dilexerit ; nullibique feré divini amoris inventiones mag s elucent,quam in hoc ſacratiſſimo libro ; & liber eſt iſte , qui ita nutrit, dum editur ut etiam ſapientia mentem repleat, ac ſupremo lumine mentem perfundat , quod bene colligitur ex verbis quibus Ioanni præcipitur , ut accipiat librum , quæ cohærent cum illis, quibus agnum Paſchalem (qui hujus Sacramenti typus erat) mandatur ſumere, ſic dicitur Ioanni, devora , ibi autem nempe,Exod. 12.num.9.*Caput cum pedibus ejus, & inteſtinis vorabitis.* In quæ verba Rupertus cum vorare dicit noſtram aviditatem denotat, & torporem pigritiæ excludit. Devoravit autem Ioannes hunc librum , quia cum aviditatem, ac magno deſiderio ſumenda eſt Euchariſtia:Ipſe enim eſt Chriſtianorum deſiderium. Iuxta illud Pſal.20. num 3. *Deſiderium animæ ejus tribuiſti ei* ; quæ verba explicans citat.Ioan.Peña ait,deſiderium Euchariſtiam vocavit Chriſtus , hanc maxime deſideravit,& nos eam deſiderare debemus, ad quod ſpectant verba Chriſti 22.num.15. Luc. *Deſiderio deſideravi hoc Paſcha manducare vobiſcum.*

Joan. Pena. La Haye.

Euchariſtia liber.

Euchariſtia noſtrum deſiderium & avidè ſumenda.

Exod 12. Rupert.

Pſalm 20. Joan Pena.

Luc. 22.

161. Job. 3.

Ait Iob 3. n.24. *Antequam comedo, ſuſpiro,* De comeſtione hujus divini Sacramenti locus exponitur ; non enim , ait : Antequam caro , vel corpus meum comedat , ſed *Antequam comedo ſuſpiro.*Ut inde manifeſtum fiat,ſe non loqui de cibo quo corpus & caro nutritur,ſed de eo,quo anima alitur,de ſacra nempe Euchariſta ſermonem habere. Sed videamus cuinam communicaturus ſuſpirabat;ſatagebat communicare , ait Gregorius Magn. non enim communicaſſet,niſi ex vehementi deſiderio ſuſpiria præmiſiſſet. Sic ait Sanct. Doctor. lib. 4. Moral. cap. 7. *Suſpirat , ait, antequam comedat , niſi enim ſuſpiret non comedet.*Suſpirium ſané index eſt flammæ animæ amoris ardentis. Suſpirat Iob exprimens flagrantis animæ deſiderium, quod ſolum hoc ſacro cibo ſaturari poterat.D. Bernard ſerm.31.in Cant.*Tali animus ait ,ſuſpirando frequenter,imò ſine intermiſſione oranti,& affligenti præ deſiderio,qui ita quæritur, miſeratus occurrit.*

Magno deſiderio diſponitur ad Euchariſtiam.

D. Greg.

D. Bern.

Decantat Regius Vates. Pſalm. 96. num.3. 162.
Ignis ante ipſum præcedet. Tanquam ſi ignis divinæ majeſtatis ſit famulus,ac præcurſor.Nullibi enim Deus hoſpitari conſuevit , & commorari , quo non præceſſerit ignis, qui hoſpitium calefaceret , ſitim , ac deſiderium accenderit : Ab eo poſſidetur Dominus,in quo flamma ejus deſiderii præceſſerit. D. Bernard. ſermon. 31. in Cantic. ſic ait. *Ignis ante ipſum præcedet. Oportet namque ut ſancti deſiderii ardor præcedat faciem ejus ad omnem animam, ad quam eſt ipſe venturus , qui omnem conſumit rubiginem vitiorum. Et ſic præparat locum Domino.* Quod per optimé ſciens Divus Auguſtinus ſic Deo loquebatur capit.3.Manuel. *Te igitur, clementiſſime Deus , invoco in animam meam:quam præparas ad capiendum te , ex deſiderio , quod ſpiras , ei.*

Pſalm 69.

Deſiderio præparatur anima ad recipiendum Deum.

D Bern.

D.Auguſt.

QUÆSTIO XVII.

Quare Ioanni,qui jam multùm laboraverat pro Eccleſia Dei , ei dicitur quod adhuc ei oporteat iterum Prædicare , & Prophetare.

Non tantùm dicitur Ioanni convenit , ac decens eſt , *ſed te oportet iterum* Prædicare , ac ſi uno Eccleſiaſtico , & Prælato tam vehementer incumbat onus aliorum ſalutem procurandi , ac ſi hoc ei oporteat & neceſſarium ſit ; & dicitur ei *oportet te iterum Prophetare populis , & gentibus , & linguis, & regibus multis* : Cum tamen regreſſus ab exilio in Aſia Prædicaverit is in qua non multi erant populi , nec multi reges , nec multæ linguæ , ſed una erat lingua , unuſque Rex , quia Joannes non ſolum verbo,ſed etiam ſcripto Dei magnalia prædicavit. D. Bernard. Ser. *Licet Ioannes,* ait, *non exierit ab Aſia,ſi non prædicavit verbo, tamen ſcripto multis regibus prædicavit : adhuc hodie prædicare non ceſſat , quia quæcumque ab eo ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.* 163.

Prælato maximè incumbit onus ſalutis aliorum.

D. Bern. *Evangeliſta hodie non ceſſat Prædicare*

Secundò , Multi fuerunt Prophetæ,ac Apoſtoli,qui Dei verbum prædicarunt,attamen inter omnes ſolùm Ioanni dicitur, *Oportet te Prophetare.* Licet omnes Dei Verbum annuntiaſſent;tamen Ioanni altiùs & excellentiùs,quàm aliis , ſacra myſteria ſunt revelatam , & inde oportebat,ut id quod ipſe in ſecreto biberat,in publicum omnium ſalutem eructaret , ut fideles tam ſublimium myſteriorum haberent cognitionem. Ansbertus. *Oportet non ſolùm,* ait, *hanc Apocalypſim , quam manu ſua in Pathmos ſcripſerat , ad notitiam ſanctorum deferre , verum etiam Evangelium populis,& gentibus, & regibus multis altius,quàm aliis prædicare.* Expende ultima verba. 164.

Joannes altius cæteris intonat Dei myſterio.

Ansbertus.

Tertiò

165. *Labor requies ſanctorum.* Tertio, multos jam labores pertulerat Joannes in Chriſti Evangelio prædicando, & cùm jam eſſet valde ſenex, ac jam provectæ ætatis in ultima vitæ meta conſtitutus. Cur ergo ei, non d tur à tantis laboribus requieſcere, ut tam ad beatitudin s bravium aſſumatur; ſed mandatur ei iterum prædicare ac Prophetare coram regibus ac populis, quia ſancti nunquam otiari permittuntur, ſed ſemper nova eis occurrit laborandi occaſio in vinea Domini, quæ eſt eorum qu es, & requ es. Haymo *Cùm jam,* ait, *provectæ eſſet ætatis, & putaret ſe celerius ad Chriſtum è mundo migrare interfecto Domitiano & cuncta ejus viſione ceſſata: reverſus eſt ad Epheſum, ubi præfatam Apocalypſim Eccleſiis tradidit legendam; Ebione autem & Valentino, & Cherinto contra Chriſtum oblatrantibus, Evangelium etiam ſcripſit, & ideo iterum tot populis, & gentibus prædicavit.*

166. *Maximè vult Deus multorum ſaluti conſulere.* Quartò, Joannes vehementer exoptabat à carcere corporis diſſolvi, pro quo ſæpè ſæpius Deum rogaverat ut in ejus gloriam, ac ſocietatem transferretur; cur ergo juſtis ejus deſideriis non ſatisfit, ſed nova permanentia in corpore ei denuntiatur; maximè apud Deum præponderat plurimorum converſionem beatitud nis un us ſuis dilecti & ideo non eam denegans, ſed differens, multorum ſaluti valde ſedulé conſu it. Rupertus. Rupertus. *Oportet,* ait *ut iterum Prophetare, ac ſi dicat, jam dudum quidem ſcio, quod abſolvi velis corpore ex toto corde deſiderans faciem meam videre, & odor meus concupiſcentias æternitatis excitavit in te, & pro hoc multoties rogaſti me, & nunc dico tibi, ut populum liberes ſerviturum mihi: ob hanc cauſam oportet te iterum Prophetare populis.*

167 *Ille verè ſapiens qui ſcientiam ſuam aliis communicat.* Quintò, Ioannes, librum accepit de manu Angeli & quæ in eo erant, ſcripta legerat, & tantorum myſteriorum intelligentia ditatus erat, quæ omnia ut ſuperna myſteria ei abundant ſſi né ſufficiebant, cur ergo jubetur iterum prophetare, ſeu prædicare gentibus? quia non ſatis eſt quod quis in divinis myſteriis ſit apprime eruditus illiuſque th ſauris ditatus, ſed etiam ut illius venas ali s aperiat; eoſque in divinis rebus illuſtret. Albertus Magn. *Nota:* ait *quod Ioannes intelligentiam Scripturarum acceperat, ut opere impleret: & ideo dicit Angelus quod oportet ipſum prædicare.*

Ait Regius Vates. Pſalm. 18. num. 11. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo.* Non contentus fuit Pſaltes dicere eloquia Domini dulcia faucibus ſuis, ſed inſuper addidit ſapida ſuper mel ori ſuo. Cur faucibus ſuis & ori ſuo dulceſcere aſſeruit? An quia non ſolùm verbum divinæ ſapientiæ faucibus cordis noſtri ſapere debet, ſed etiam ori noſtro, dum aliis annuntiat, ac prædicat, & dum os doctrinam diffundit in aliorum ſalutem tunc ſuper modum e us dulcedo exaggeratur ſuper mel & favum Remigius Altiſiodoren. *Dulcia faucibus,* ait, *videlicet cordis non tantum dulcia ſunt mihi ad ædificationem meam; ſed etiam ori meo ſunt dulcia ſuper mel, ut eructem illa ad ædificationem proximorũ, quia plus me delectat proximi ædificatio, quàm aliqua terrenarũ rerum dulcedo.* 168. Pſalm. 18. *Scientia non eſt abſcondenda in corde ſed manifeſtanda.* Rem g.

169. 1. Corinth. Enumerans Apoſtolus Sancti Spiritus dona: 1. Corinth. 12. n. 8. ait: *Alii datur ſermo ſapientiæ: alii autem ſermo ſcientiæ: alteri fides, alii gratia ſanitatum, alii operatio virtutum, alii genera linguarum &c.* Valde diſpari modo loquitur Apoſtolus in his donis recenſendis, *Cur,* ait, *ſermo ſapientiæ, ſermo ſcientiæ,* quod in aliis donis non fecit, ſed tantùm ait *datur fides gratia ſanitatum,* ſeu *miraculorum, genera linguarum,* Cur ergo in ſapientia, & ſcientia, non ſolùm dicitur, quod hujuſmodi chariſmata dentur, ſed etiam eis adhibuit ſermonem: *Sermo ſapientiæ, ſermo ſcientiæ;* ut nobis eſſet manifeſtum, ſapientiam, ac ſcientiam divinam, ſic nobis dari, ut in alios deriventur, non enim nobis à Deo datur ſapientia, & ſcientia ut ſit in corde ſed ut ſit in ſermone, ut aliis communicetur, in ea quæ inſtruantur à nobis. D. Bernard. ſerm. 13. Parvis. *Cætera chariſmata,* ait, *datur nobis ad aliorum utilitatem, unde Apoſtolus cum de diſtributione donorum loqueretur, non ait ſimpliciter, alii datur ſapientia, alii ſcientia: ſed addidit dicens ſermo ſcientiæ, ſermo ſapientiæ; ut eo tenderet quod hujuſmodi dona propter alios dantur, ſcilicet ut alii ædificentur.* Vide ſupra c 5. q. 19. n. 163. 164. & 165. *Non ſatis eſt ſcire, ſed debet tuam ſcientiam aliis communicare.* D. Bern.

CAPUT UNDECIMUM.

CORNELIUS à Lapide, ac aliqui exiſtimant, quod hic incipiat ſecunda pars Apocalypſis, ac contenta in libro, qui datus eſt Joanni ad devorandum, ſed hoc nullo pacto poteſt ſubſiſtere, quia capite 8. ut ibi dicitur, dantur ſeptem tubæ ſeptem Angelis, ad ſeptem aperienda ſigilla libri, ibique aperiuntur quatuor; tandem in fine ipſius cap. 8. num. 13. Aquila magna clamavit, *tria ventura Væ; & quintus Angelus cecinit ſua tuba, & aperuit quintum ſigillum, cap 9. num.* 1. *& continuatur uſque ad verſ.* 13. *ubi ſextus Angelus cecinit, cujus tuba multa, & alta perſeverat prænuntians in hoc cap. uſque ad verſ.* 13. *ubi dicitur* Væ ſecundum abiit, & ecce væ tertium veniet citò. *Et ſtatim verſ.* 15. *in hoc cap. dicitur*, & ſeptimus Angelus tubâ cecinit. *Ecce manifeſtè conſtat, quomodo hæc pertineant ad ſextam tubam Angeli.*

Et optimo artificio omnia conveniunt; nam ſuperiori cap. in fine dictum eſt Ioanni, ac in ejus perſona omnibus Eccleſiaſticis, oportet te iterum prædicare multis regibus, gentibus & populis, quod perſeverabit in Eccleſia uſque ad Antichriſtum de quo hic agitur; ſub cujus tempore mandatur metiri templum Dei, fideles nempe; & excludi atrium foris, ſequaces, nempe Antichriſti, contra quos ſe opponent Parens Elias, & Henoch, agitur de eorum prædicatione, morte, ac triumpho Septimus Angelus canit tuba, & decantatur regnum ſempiternum Deo noſtro.

Ap. 11. *n.* 1. Et datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ, & dictum eſt mihi, ſurge & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo.

VERSIONES.

Syrus. Stabat Angelus metire templum Dei, & altare, & eos, qui adorant in eo.

Arabicus. Data eſt mihi arundo baculo ſimilis.

Vatabl. Et datus eſt mihi calamus à dicente mihi.

Primaſ. Dedit mihi arundinem auream, ſimilem virgæ dicens.

Alii legunt. Datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ dicens.

EXPOSITIO I.

D*ATUS eſt mihi calamus*, ab Angelo nempe, qui cum eo loquebatur, & datur ei calamus non ſcribentis, ſed menſurantis, qui ut communiter volunt expoſitores, erat ſex cubitorum, & palmi *ſimilis virgæ*, id eſt ſceptro regio, cujus regalis poteſtatis ſymbolum eſt, metiri, nempe ſubditos, id eſt dijudicare, de meritis punire; pro meritis remunerare; & dicitur ſimilis virgæ, ut innuatur ejus æqua rectitudo, quæ non flectitur in hanc, & illam partem.

Et dictum eſt mihi, id eſt, juſſum eſt mihi; nam frequenter in Scriptura dicere pro jubere ponitur. Pſalm. 32. *Ipſe dixit, & facta ſunt.* id eſt mandavit, & creata ſunt. Matth. 8. Centurio, ait; *Dico ſervo meo fac hoc & facit*: id eſt jubeo ſervo meo. Surge, hoc eſt, cum multa diligentia, fac quod tibi præcipio, & ſubdit.

Metire templum Dei, Chriſti Eccleſia repræſentabatur hîc Joanni ſub ſpecie templi Salomonis; & per templum hîc intelligit atrium interius, quod erat Sacerdotum, & Levitarum, in quo erat altare holocauſti, & thymiamatis, de atrio exteriori, quod erat Laïcorum, agit ſequenti verſu. Per templum Dei hic intelligit fideles

Per templum Eccleſia Dei intelligitur.

fideles qui ſunt membra Eccleſiæ Dei; *per altare*, intelligit eos, qui in altari miniſtrant, & munera, ac dona offerunt adorantes in eo. Si per templum intelligit fideles, qui illius membra ſunt, quid hic vult denotare *per adorantes in eo*? Ac ſi dicat; metire merita fidelium, eorùmque officia ac dignitates, quibus ſerviunt, ac adorant in templo Dei, quidam ſancti Epiſcopi, quidam Sacerdotes, alii Religioſi, alii Virgines, alii Doctores & Prædicatores, de quibus omnibus reddenda eſt ratio.

Quæstio I.

Quare ad metiendum viro Ezethieli datur funiculus, & calamus; Ioanni tantum Calamus?

4. *Nullus aſſumat ſibi honorem, ſed à Deo ei conferatur.*

IN limine hujus quæſtionis notandum eſt quod ait Joannes, *Datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ*, & ut legit Nicolaus Zegerus; *ſimilis ſceptro*, per quod omnis Principatus ac poteſtas deſignatur; ſed cur non ait Noſter Vates. Accepi, ſeu mihi aſſumpſi calamum, ſeu ſceptrum; ſed *datus eſt mihi*, quia nullus ſe debet ingerere, nec ſibi aſſumere officium, ac dignitatem, ſed ei conferenda eſt à Deo, qui diſtributor eſt omnium donorum ne quiſquam ſibi honorem det, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Hebr. 5 n 4.

5. Quæſtio inquirit cur Ioanni hîc tantùm datur calamus ad metiendum, at verò viro illi
Ezech. 40. apud Ezechielem, calamus, & funiculus; ſic ait Propheta cap. 40. num 3 *Ecce vir cujus erat ſpecies quaſi ſpecies æris, & funiculus lineus in manu ejus, & calamus menſuræ in manu ejus*, Hujus rei differentia eſt. quia vir Ezechielis tantum erat ad metiendum templum antiquum, & Moſaicum. Joannes autem præparatur ad metiendum templum & Eccleſiam Chriſti. Calamus ſeu ſceptrum regale ſignum eſt pietatis, ac benignitatis, funiculus autem rigorem juſtitiæ, & caſtigationem dicit. *Cùm feciſſet flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo*,
Joan. 2. Joan. 2. num. 13. In viro illo Ezechielis, prius dicitur de illo funiculo, deinde calamus: quia in illo templo antiquo primum locum tenebat juſtitia, ut vix pietas, & miſericordia apparebat, At in Eccleſia Chriſti, totum eſt pietas, & miſericordia, ut quodammodo vix ſeveritas rigoris videatur, & inde in manu Ioan. ſolùm eſt calamus, ſeu regale ſceptrum pietatis.

In lege gratiæ miſericordia, in lege veteri vigor juſtitiæ.

6. Deinde in omni fabrica, quædam ſunt recta, & directa, quædam obliqua & tortuoſa: Calamus eſt ad metiendum recta; funiculus ad obliqua; unicuique datur inſtrumentum juxta ſuum munus. Angelus apud Ezechielem venerat non ſolùm ad metiendum templum, ſed etiam urbem, non ſolùm ſancta, ſed etiam communia & prophana; & ideo funiculus, & calamus ei datur, calamus ad ſancta, funiculus ad prophana metienda; At Joannes ſolùm jubetur, metiatur templum & altare, in quo non niſi bona opera ſupponuntur, nam ut e dicitur verſ. ſequenti; *Atrium quod eſt foris, ne metiaris*; & ideo calamus tantum ei erat neceſſarius ad ſuum munus rectè obeundum.

Juxta munus commiſſum cuilibet dandum inſtrumentum.

Dedit Deus virgam Moyſi, dedit & virgam 7.
Aaroni; virga Moyſis in ſerpentem tranſmutatur. *Verſa eſt in colubrum, ita ut fugeret Moyſes*. Exod. 4. num. 3. Aaronis verò virga foliis, Exod. 4.
floribus, & fructibus adornatur, *Invenit germinaſſe virgam Aaron in domo Levi: & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati ſunt*. Num. 17. n. 8. Moyſes & Aaron fratres erant, eorum tamen Virgæ nullam habent fraternitatem, ſed multo diſcrimine inter ſe diverſificantur, quod optimè notavit D. Paſch l b., in Matth. *Moyſis virga paruit colubrum*, ait, *Aaronis verò germinat flores, & fructus* Quænam hujus rei cauſa? Moyſes virga armabatur contra Pharaonis obdurationem, Aaronis virga nobilitabatur, ut in ſe tanquam ſummus ſacerdos rorem pietatis, propitiationis, ac gratiæ in populos divideret, ac ſpargeret, & ſuaviſſimos fructus dedit; Virga Moyſis contra obdurationem Pharaonis fit coluber; Aaronis verò virga ad benignitatem defendendam erumpit in flores & fructus.

Num. 17. D. Paſ. Prout ratio officii poſtulat minora diſtribuenda.

Quæstio II.

Quare calamus datus Ioannis, ſimilis erat Virgæ.

ALcazar in præſenti per calamum intelligit crucem, ac Paſſionem Chriſti & ta- 8.
lem calamum habebat in manu ſua apud Ezechiel. 40. num. 3. *ille vir, cujus erat ſpecies quaſi ſpecies æris*. Nam Chriſtus D. in cruce, ac Paſſione ſua, carneus natura, æneus verò robore, ac patientia: Hæc talis crux, & Paſſio, erit menſura laborum, ac afflictionum, quas pro Chriſto ſervi ipſius perpetiuntur, præſertim quales fideles primitivæ Eccleſiæ perpeſſi ſunt, ut juxta talem menſuram beatitud ne munerentur, de quo agitur infra Apocal. 21. num. 15. Hæc licèt inſerviant ad mores, non tamen ad litteram; de morte, ac Paſſione Chriſti hic non agitur.

Alcazar. Ezech. 40. Chriſtus in ſua Paſſione æneus.

9. Secundò, Anſbertus, D. Thomas, Rupertus, Gagnæus, & alii per calamum intelligunt in præſenti facultatem ſcribendi, ac prædicandi Evangelium Chriſti; nam calamo ſcribitur in codice, & voce tanquam calamo in cordibus fidelium, de quo Pſalmiſta ait 44. n. 12. *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis*, & bene *velociter* ait, neſcit enim tarda molimina Spiritus ſancti gratia, & dicitur *ſimilis virgæ*. Non dicitur ſimilis arundini, ſed virgæ, tum ob ſui rectitudinem, ac libertatem arguendi, ac prædicandi: tum etiam ob ſoliditatem myſteriorum fidei Anſbertus: *Benè virgæ ſimilis perhibetur quia nimirum Prædicatio ſancta, non Judæorum vanitatibus, non Hæreticorum perverſitatibus, non Philoſophorum nænis utitur, ſed fidei rectitudinem, & diſciplinæ rigorem tenere videtur.*

Anſbertus. D. Thom. Rupert. Gagnæus. Pſalm 44. Prædicator teneat fidei rectitudinem & ſoliditatem.

D. Thomas aliter rem explicat intelligens 10.
per calamum virtutem diſcretionis in Prædica D Thom.
tore. Sed quid calamus cum diſcretione; ſicut enim calamo, bene apto, & diſpoſito bene ſcribitur,

Prædicator diſcretione ſe accommodet Auditoribus. bitur, ſic mediante bona diſcretione Dei verbum utiliter ſcribitur in cordibus auditorum. Sic ait Angelicus Doctor. *Metire templum Dei ut per donum diſcretionis, ſtatum Eccleſiæ prudenter conſideraret ſecundum capacitatis diverſitatem, ut prædicentur majora provectis & facilia verò ſimplicibus: item ſecundum vitæ qualitatem ſic juxta capacitatem intelligentiæ, doctrinam miniſtrare; quia aliter prædicandum juſtis, aliter eis, qui non rectè ambulant, aliter ſæcularibus, aliter religioſis; aliter clericis, aliter laicis, &c.*

11\. Communis, & vera ſententia quam tenent Pannonius, Richard. Viegas, Cornelius M. La Haye, quod iſte calamus datus Joanni non erat ad ſcribendum, ut exprimitur in text. *metire templum Dei*: & vir ille, qui apud Ezechiel 40. num. 3 & Zach. 2. num 1. habebat Calamum in manu, ad quod hîc fit alluſio; pro calamo eſt in Hebræo *Canna menſoria*: & dicitur quod erat ſimilis virgæ, ſeu ut explicat Nicolaus Zegerius, ſimilis ſceptro regio, ſignificans regiam poteſtatem, cujus eſt, ſubditos cum ſumma æquitate, ad pœnas, vel præmia deducere. De Chriſto D. decantat Regius Vates Pſal. 44. n. 7. *Virga æquitatis*, ſeu directionis, *Virga regni tui. dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem.* Chaldæus habet: *regnum rectum ſceptrum regni tui.* Quo ſenſu ab eodem regio Vate decantatur. Pſal. 2. n. 9. *Reges eos in virga ferrea.* Euſeb. æſtimar *eos*, ait, *qui gregem ſuum hoſtiliter impetunt; eos autem qui cuſtodiunt, cum benè agant, in virga aurea.*

(Ezech. 40. Zachar. 2. Hebr. Æquitas in Prælato. Pſalm. 44. Pſalm. 2. Euſeb.)

12\. Et benè regalis dignitas Virga denotatur: nam decus Principis eſt juſtitia, ſine qua non poteſt ſuo muneri ſatisfacere, ut notat D. Bernard. Senenſ. tom. 2. ſerm. 16. cap. 2. *Gradus ad potentiam dominandi eſt juſtitia; & hoc notatur in virga; & ideo inquit Ioannis, Calamus ſimilis virgæ; in duobus maximè conſiſtit juſtitia Principis, ſcilicet, in juſtarum legum ſanctione, & in transgreſſorum punitione, & ideo in perſona talis juſti Principis Zachar. 11. n. 7. dicitur:* Aſſumpſi mihi duas virgas, unam vocavi decorem, alteram vocavi funiculum. *Decus Principis eſt, juſtas leges ſancire, virga quoque funiculum habet cum trangreſſores juſtarum legum, per inſolubilem juſtitiam punit.* Sicut ad Principem pertinet, leges condere, ſic & etiam ad ipſum ſpectat, ut eas cuſtodire faciat.

(D. Bern. Juſtitia in Principe neceſſaria ad cuſtodiam legum. Zachar. 11.)

13\. Et rectè cùm Joannes in principem inauguratur, ad rectam retributionem unicuique dandam, tanta dignitas per calamum, & non per aliud inſigne, denotatur; ad quod acutè reſpondet D. Bernard. Senenſ. tom. 2. ſerm. 16. cap. 1. art. 1. *Propterea*, ait, *calamus datur Ioanni, ut ſe tanto dono recognoſcat indignum, quod ipſa natura calami notat; nam unde à ſe intus magis vacuus eſſe cernitur, inde magis ſpiritu adimpletur.* Quod confirmat ex illo Eccleſiaſtic. 3. n. 20. *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam;* & ſubdit Sanct. Pater: *Puteus verò, cum juxta fluvium ſit profundum, repletus aqua.* Quantò Princeps, ac Prælatus magis vacuus eſt à ſuperbia, ac præſumptione, tantò magis repletur aqua cœleſtis irrigationis.

(D. Bern. Princeps ſit humilis, & ſine præſumptione. Eccleſ. 3.)

14\. Quartò expende, quod non ait Ioannes, data eſt mihi virga ad metiendum templum Dei; ſed ait, datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ; calamus, ſuavis, & levis eſt, quo optimè denotantur pietas & clementia, ſicut virga rigor, & auſteritas; inde rectè ait, calamus ſimilis virgæ, ei tanquam principi, ac Prælato datus, ut innuatur, quod Princeps ſeveritatem, & auſteritatem juſtitiæ, debet mitigare pietate, ac clementia, virgæ rigorem ſuavitate calami. D. Bernard. citat. cap. 3. *Debet Princeps rigorem juſtitiæ per fulcimentum miſericordiæ temperare, ut quantumcumque foris riguerit per juſtitiæ ſeveritatem, intus tamen ſervet compaſſionis ſuavitatem, & licet virgam teneat manu juſtæ diſtrictionis, in pectore tamen gerat ubera materna compaſſionis: ideo ſubdit Ioan.* Datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ: *Non enim ait; data eſt mihi virga, ſed calamus ſimilis virgæ, in quo juſtitia cum miſericordia denotatur.*

(Princeps ſeveritatem temperet pietate. D. Bern.)

15\. Ad hujus rei guſtum ait Pſaltes 22. num. 4. *Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt* ad conſolationem, non ſolùm dicit virgam, ſed & baculum adjungit; Virga percutit, baculus vero fulcimentum eſt ad conſolationem, & levamen laboris: inde utrumque connectit, quia ſi in virga eſt ſeveritas juſtitiæ, in baculo eſt ſuavitas peccatis, & fulcimenti, quo recreamur, & levamen accipimus Sic pergit citat. Bernard. *Virga ſecundum Gregorium percutimur, & baculo ſuſtentamur; ſit igitur diſtrictio virgæ, quæ ferit; ſit conſolatio baculi, qui ſuſtentat; ſit amor, ſed non emolliens, ſit rigor, ſed non exaſperans; ſit zelus, ſed non immoderatè ſæviens; ſit pietas, ſed non pluſquam expedit, parcens.* Sic dicitur Proverb. 20. num. 28. *Miſericordia, & veritas cuſtodiunt regem, & roboratur clementia thronus.*

(Pſalm. 22. Sit admixta juſtitia cum pietate. D. Bern. Proverb.)

16\. Peracute conſiderat D. Gregorius Papa lib. 2. Moral. cap. 4. diverſum modum interrogandi, quo ſe Deus habuit cum Primo Parente, ac Angelo Satana: Parentem noſtrum interrogans, alloquitur: *Adam ubi es?* Gen. 3. n. 10. At verò cum Satanas adeſſet inter filios Dei, ſic ait ad eum Deus, *Vnde venis?* Job. 1. n. 7. cur tam diſpari modo ſe Deus habet erga unum, & alterum, cum uterque delinquens extitiſſet? Vide altum conſilium divinæ providentiæ; ad Adam delinquentem venit Deus, tanquam judex, ut ejus crimen cognoſcat, de eòque ſententiam ferat, ac ut debito ſupplicio eum puniat. Tamen ibi; ut miſericors Pater, venit moroſè ambulans ad auram poſt meridiem, cùmque interrogando vocat, ut det ſpatium, ac locum ad pœnitentiam, ut inde ipſe Adamus indulgentiam eſſequatur At verò cum Satana aliter ſe habet, ut omnium judex, ac Dominus, ſolùm ab eo inquirit, unde veniat: *Vnde venis?* Nam cùm ipſe eſſet obfirmatus in malo, ac æterna pœna damnatus: ſic inquiſitionem facit ab eo, *Vnde Venis?* ac ſi vias ejus neſciret; nam quodammodo videtur Deus vias illius neſcire, cui ejus miſericordia non valet indulgentiam concedere: ecce quomodo miſericordia, & juſtitia connectuntur veniens puniturus. Adam vocat, ut miſericorditer eum ad pœnitentiam inducat: At Angelum Apoſtatam, qui juſtitia damnatus erat, & à miſericordia excluſus, non vocat, ſed ut omnium Dominus ejus vias inquirit, ut circa illas provideat. D. Gregorius: *Per hoc*, ait, *quod vocat, ſignum dat, quia ad pœnitentiam revocat, per hoc, quod inquirit, apertè inſinuat, quia peccatores jure damnandos ignorat. Satan ergo Dominus non vocat, ſed tamen requirit, dicens: Vnde*

(Gen. 3. Job. 1. Juſtitia & miſericordia non ſit ſeparata. D. Greg.)

Unde venis? quia nimirum Deus apoſtatam ſpiritum ad pœnitentiam nequaquam revocat, ſed vias ſuperbiæ ejus neſciens damnas. Vide ſupra c. 4. quæſt. 9. num. 69. 70 & 71. 72.

Quæstio III.

Quare mandatur Ioanni, metiri templum, altare, & adorantes in eo?

17. Mandatur, metiri templum, altare, & adorantes in eo, & ad quid tanta dimenſio? ut fiat manifeſtum, quod omne opus Dei eſt perfectum, & abſolutum in omni pondere, & menſura. Pannonius: *Surge, & metire,* ait, *quia omnipotens Dei filius ſua ſapientia cuncta in numero, pondere, & menſura conſtituit; ne inane quid in ſuo opere poſſit deprehendi: figura ergo integritatis operis Dei, ſoliditas calami; ſignificant ſanè longè diverſum eſſe opus Dei ab opere humano, quòd hoc ſubinde defectu ſuo laboret; opus autem Dei certo numero, & pondere, & menſura conſtitutum, nihil inane habet, ſed ſoliditas mera, quidquid eſt.*

Pannon. *Deus pondere, & menſura omnia facit.*

18. Ad quæſtionem cur jubetur metiri templum, altare & adorantes in eo, & quid per hæc ſignificetur? & primò Anſbertus tenet, quod per templum Dei fideles deſignentur, juxta illud 1. Corinth. 3. num. 17. *Templum Dei ſanctum, quod eſtis vos;* per altare verò quod eſt in templo, ſacerdotes, Religioſi, Virgines, qui ſæculo renuntiarunt, in quibus eſt ignis indeficiens ſanctæ compunctionis per adorantes in eo, iidem ipſi exprimuntur, qui internis vocibus, intimis clamoribus Deum venerantes adorant: Ioannes ergo jubetur, metiri templum, altare, adorantes in eo calamo Prædicationem verbi divini denotante quia hujuſmodi Prædicatio cum diverſarum rerum menſura annuntiat unicuique ordini, ac profeſſioni dignitatem & locum ſibi proportionatum, ac convenientem ſacerdotibus, quod ſoli Deo ſacrificare debeant: Religioſis multam felicitatem futuram, quia cuncta terrena pro Chriſto contempſerunt: Virginibus verò beatitudinem, nam, nuptiali thalamo contempto, ſecutæ ſunt Agnum immaculatum: Anſbertus. *Quia eſt,* ait, *arundine metiri templum Dei, & altare, & adorantes in eo? niſi quia ſacra Prædicatione donorum gratiam unicuique largiri? nulli enim dubium, quia per ſanctam, cœleſtémque divini verbi Prædicationem Spiritus ſancti gratiam fideles accipiunt: Domino atteſtante, qui ait: Verba, quæ locutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt.* Quod ſtatim ipſe explicat, tum de annuntiatione facta per Prædicationem, tùm de rore gratiæ per eam infuſæ.

Anſbert.

1. Cor. 3.

Per prædicationem unuſquiſque cœleſti rore fœcundatur ſecundum ſuum gradum.

Anſbertus.

19. Secundò multi in hoc loco per templum, & altare, interpretantur Sacerdotes, & Levitas qui templo, & altari ſoli deſerviunt, quibus tantùm patebat aditus ad atrium interius, ubi erat altare holocauſti; & cur tam vigilanter mandatur Joanni metiri templum & altare? Ut declaretur Eccleſiaſticos maximè judicandos, quia potiſſimum eis convenit, probitatem, ac juſtitiam colere, & virtutis exemplum aliis præbere: & qui in hoc deficiunt rigidum judicium eis imminet. Unde ait Petrus Epiſtol. 1. 4. num. 17. *Tempus eſt, ut incipiat judicium à templo Dei.*

Eccleſiaſtici veri potiſſimum judicandi.

1. Petr.

20. Tertiò, Albertus Magn. Per templum, interpretatur Eccleſiam triumphantem, juxta illud Pſalm. 28. num. 9. *Et in templo ejus omnes dicent gloriam.* Per altare verò, Chriſtum Dominum, ſuper altare enim ei offeruntur oblationes, & hoſtiæ, in quibus ipſe ſignificatur? Per adorantes verò in eo, omnes verè fideles exprimuntur, qui adhuc in Eccleſia militante degunt; ſed cur altare, Chriſtum ſignificans, ponitur in medio inter templum, & adorantes in eo? & meritò ſanè in medio conſtituit: quia Chriſtus Dominus Eccleſiam triumphantem militanti, & è contra connectit, & conjungit. Albert. Magn. *Notandum,* ait, *quod Eccleſia militans per Chriſtum conjungitur triumphanti, & è converſo: Unde etiam dicitur mediator.*

Per Chriſtum Eccleſia triumphans conjungitur militanti, & è contra.

Alb. Magn.

21. Quarta vera, ac genuina ſententia, ut dixit expoſitione, in hoc ſacro ænigmate, templum altare, adorantes in eo, ſymbolicè ſumuntur: nam cum hæc dicta ſunt Joanni, nullum erat templum materiale Jeroſolymis; ipſum enim una cum civitate everſum erat. Cùm ergo hæc propter homines dicta ſint per *templum* allegoricè intelliguntur fideles, qui membra ſunt templi Chriſti; per *altare,* quod quid ſublimius, & altius eſt, denotantur illi, qui magis proximi ſunt Deo, magiſque cum eo uniuntur: per *adorantes in eo,* cùm ſub nomine fidelium, ac eorum, qui magis ſerviunt Deo, omnes intelligantur, quid per adorantes in eo ſignificatur? dicimus, dignitates eorum, ut v. g. Epiſcopos, Sacerdotes, Religioſos, ac ſi hujuſmodi in duobus ſint metiendi, de duobúſque rationem reddituri; de eorum operibus, ut cæteri fideles, & etiam de ſua dignitate Epiſcopatu, ſacerdotio, ac religioſo ſtatu.

Vera, ac genuina ſententia.

22. Vel per templum intelliguntur fideles; per altare ſacerdotes: per *adorantes in eo,* ad litteram, eos intelligit, qui debitum cultum dant templo, vel ei denegant, ſi de his ſunt peculiariter rationem redditur: Valde enim ſuper omnia crimina confundendus eſt homo, quod coram Deo, in loco ipſius, ei peculiariter conſecrato, Deum offendat, cultum que ei debitum violet: Ait Deus Ezechieli cap. 43. num. 10. *Tu autem, fili hominis, oſtende domui Iſraël templum, & confundantur à benignitatibus ſuis, & metiantur fabricam; & erubeſcat, ex omnibus quæ fuerunt.* Maximè notæ, & apertæ ſunt iniquitates, & flagitia Iſraël contra Deum: & inter tot vitia, & flagitia, homicidia, furta & abominationes, illud maximè exprobratur Iſraëli, quod templum Domini violaverit, & contempſerit; ideo mandat ei Deus, oſtendere templum, & cultum ei debitum, ut mentientes majeſtatem, & altitudinem templi inde deprehendant ſuas iniquitates ut de eis confundantur, ac erubeſcant.

Ezech. 43.

Maximè arguuntur delinquentes in templo.

23. De Angelo apoſtata ait Deus per ipſum Ezechielem cap. 28. num. 14. *Poſui te in monte ſancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulaſti. Perfectus in viis tuis à Die conditionis tuæ: donec inventa eſt iniquitas in te. In multitudine negotiationis tuæ repleta ſunt interiora tua iniquitate, & peccaſti, & ejeci te de monte Dei, & perdidi te.* Non ſolùm Angelum Apoſtatam

Ezech. 28.

ejecit.

ejicit Deus, funditus illum perdidit, & unde illi tantum malum; ob gravitatem ipſius criminis; quænam gravitas tanti criminis, & unde maximè exaggeratur? *Poſui te in monte ſancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulaſti.* Ex eo ſanè, quod inter lapides amoris divini emittentes flammas, & in templo Dei, in conſpectu, ac oculis ipſius Dei, peccaverit: inde irremediabilem perditionem lucratur, ut funditùs ac totaliter pereat. D. Chryſologus ſerm. 26 ſic ait: *Deſperatus incurrit, qui in ipſis dominantis oculis offendit: & excuſatione caret, qui facinus ipſo judice teſte committit. ſic diabolus, cùm eſſet Angelus, & in cœlo, & coram Deo ſemper clariſſimus verſaretur, & fulgens; Dum Dei tentat aures, dum in Dei ſuperbit aſpectu, ad tartara dejectus, in Diabolum mutatur ex Angelo:* Quid fiet hominis, quando tantum malum accidit Angelo peccanti in loco ſancto Dei? ſané homo, qui hoc veretur ignitos templi lapides, divinum amorem teſtificantes, nec locum ſanctum, ubi Deus realiter, ac præſentialiter in divina Euchariſtia colitur, ſed omnia contemnit, & ibi audet peccare, ex homine fiet bellua, fiet Diabolus.

Exaggeratur malitia peccati ex irreverentia in loco ſancto.

D. Chryſ.

24. Satis vulgaris eſt hiſtoria Iacobi, quando exul à paterna domo, in Deſerto pernoctat lapidem capiti ſupponit; & ibi requieſcens dormit, & tunc vidit cœlos apertos & ſcalam uſq; ad cœlos extenſam, Angelóſque Domini per eam aſcendentes & deſcendentes; & in ſcalæ cacumine Deus ipſe invitabatur; evigilanſque Iacob, & maximè pavens ait: *Quam terribilis eſt locus iſte non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cœli.* Gen 28 n.17 Multoties Deus apparuit Iacob Gen. 32. num. 7. Gen 35. num. 1. imò juxta Patres Græcos, cum Deo per totam noctem luctamen habuit; & nunquam locum terribilem dixit, ut modo: & quomodo locus Angelis plenus, Dei præſentia ditatus, cum ſcala viam oſtendente in cœlum, terribilis vocatur? Cur non magis mira ſuavitate jucundus, ac gratus? quid gratius? ac felicius homini potuerit accidere, quàm videre Deum cum comitatu Angelorum, ſolis reſervatis? Unde ergo locus terribilis? Vidit illa Iacob toto corpore cubans, ac ſomno indulgens; & cùm à Deo vocaretur, ipſe ſomno ſepultus, totus lapideus hærebat: inde ipſi hæc conſideranti locus videtur terribilis, pavoris, ac terroris plenus, ne fortè ipſe commiſerit minus decens divinæ maieſtati, ac loco tam ſancto: timet ergo, quod cœleſtia oſtendantur dormienti, dulcem ſomnum captanti, & ad tanta myſteria non attendenti, ne forte inde ab eo aliqua irreverentia facta ſit loco tam ſancto. Ad hanc conſiderationem reſpicit Rupertus, lib. 7. in Gen. cap. 23. *Quidnam pavoris, ait, vel quid terroris ſecundum ſe locus iſte poterat habere? An quia Dominum in loco iſto in ſomnis vidit? nempe in aliis locis, tam huic, quàm patribus ejus multoties, idem Deus apparuit.* Non in aliis locis, ſed tantùm in loco iſto, locus, & Deus terribilis, & formidandus apparuit, quia ipſi dormienti, ac jacenti apparuit.

Geneſ. 28. Geneſ. 32. Geneſ. 35.

Valde horrendum, ſi contra templi majeſtatem delinquatur.

Rupert.

QUÆSTIO IV.

Calamus ſimilis Virgæ ſpiritualiter datus eſt B. Thereſiæ.

Ait noſter ſacer Vates? *Datus eſt mihi calamus ſimilis Virga,* quomodo inter ſe 25.
convenire poſſunt calamus, & Virga? Calamus perſuadet tenera lenitate, ac ſuavitate: virga verò poteſtate ac rigore: Rupertus ſuprà, *Calamus ſimilis virgæ, facultatem ſcribendi ſignificat; cum magiſterii auctoritate: calamus namque ſcriptorum, virga magiſtrorum eſt.* Datur calamus tanta ſuavitate ſcribens, ut aliorum voluntates ſic devincat, ac trahat; ac ſi regia virga exiſteret & imperiale ſceptrum poteſtate, & dominationem eminens: Calamus eſt, cùm rationes profert: Virga verò cùm alios domat ac ſubjugat: ecce Thereſiæ calamus ſimilis virgæ: ſic verborum ac ſcriptorum ſuavitate aliorum corda demulcet, ut etiam tanquam virga imperialis, ad viam ſalutis impellat.

Rupert.

Calamus Thereſiæ; ut virga regia, aliorum corda ſubjicit.

Loquens de ſe Æterna ſapientia Eccleſiaſt. 26.
24. num. 4. *Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei.* Meritò dubitabis, cum Æterna ſapientia ſe dicit potius matrem, quàm Patrem? Cùm Deus omnium pater dicatur, ſed divinus in oratione Dominica: *Pater noſter, qui es in cœlis.* Iob. 38. n 28. *Qui eſt pluviæ pater.* Iacob. 1. num. 17. *deſcendens a Patre luminum*; & hoc dubium attigit Dionyſ. Carthuſian. in præſenti, *Creatrix ſapientia,* ait, *magis ſe matrem, quàm patrem nominat, ſiquentium donorum.* Solutionem tamen dubii non proponit ipſe: hanc tamen eſſe exiſtimo; quia Deus ob varios effectus, quos in nobis producit, ſortitur varia nomina, ut docet D. Auguſt. lib. 2. Doctr. Chriſtianæ: Hinc dicitur petra ob fortitudinem: *Petra autem erat Chriſtus,* 1. Corinth. 10. ob abundantiam dicitur vitis: *Ego ſum vitis vera.* Ioan. 15. ob ſui ſplendorem. *Lux mundi.* Ioan 8. ſic & Æterna ſapientia non dicitur Pater, ſed Mater cœleſtium donorum; nam mater tenera ſuavitate, ac dulcedine ſuos pueros informat, indéque multa facilitate, ac promptitudine eos ducit, quocumque vult. Sic & Divina ſapientia ſuos electos ſuaviter, & leniter inſtruit in ſui dilectione, timore, ac agnitione cœleſtium myſteriorum, multáque ſpe æternæ beatitudinis; indéque fortiter, ac ſuaviter omnia diſponens eos ducit, ac trahit ad ſuum finem intentum. Sic & B. Thereſia, ut imitatrix æternæ ſapientiæ, tanquam mater pulchræ dilectionis, ſua vitate, ac dulcedine ſuæ doctrinæ, ac documentorum, ſuis alumnis, ac devotis ducatum præbet in viam ſalutis: deinde id, quod ſequitur, in ejus nomine dicere poſſumus: *Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, & à generationibus meis implemini.* Tranſite propriè eſt de uno loco ad alium tranſmigrare: Tranſite, ait Thereſia, à mundo, ac concupiſcentiis ejus ad me, *à generationibus meis implemini,* à mea reformatione, à mea regula, à mea doctrina, ac ſpiritu: guſtate, & videte, quia *Spiritus meus dulcis ſuper mel, & favum.*

Eccleſ. 24. Job. 38. Jacob. 1. Carthuſian. D. Auguſt. 1. Cor. 10. Joan. 15. Joan. 10.

Thereſia leniter, & ſuaviter docet & ducit ad vitam.

Thereſia nos vocat ut ejus ſpiritu informemur.

Nato Chriſto, per Angelum Paſtores ad 27.

Luc. 2. ipſum vocantur. Luc. 2. n. 10. Magi verò per
Matth. 2. ſtellam: *Vidimus ſtellam ejus in Oriente* Matth. 2. num. 2. Cur Paſtores per Angelum, Magi per ſtellam vocantur? Auctor. de mirabilibus ſa-
D. Auguſt. cræ Scripturæ, qui tribuitur D. Auguſtino
D. Chryſ. tom. 3. lib. 3. capit. 4. quod etiam docent D.
Euthym. Chryſoſtom. Euthym. ut ſuo loco retuli, ſtella illi erat Spiritus ſanctus, ſub ſpecie ſtellæ magis apparens, ſicut & ſub ſpecie ignis diſcipulis; & ſub figura columbæ ſuper Chriſtum in Jordanne apparuit. Paſtores, ut ruſtici per Angelum vocantur: At Magi, cùm eſſent ſapientes, litterati ac Magiſtri, per ipſummet Spiritum ſanctum ad Chriſtum trahuntur; ſolùm ejus divina virtute fieri poterat; ut relicto mundo ad Chriſtum venirent: Thereſia autem, vices agens Angeli, & Spiritus ſancti, ad Chriſtum vocat efficacia ſuæ doctrinæ ruſticos, & ſapientes, qui omnes pabulo ſuæ cœleſtis doctrinæ reficiuntur, ac nutriuntur in via ſalutis æternæ.

Thereſia nos docens, vices agit Angeli, ac Spiritus ſancti.

28. Et quid mirum quod tam efficax ſit affluentia cœleſtis doctrinæ Thereſiæ, cùm de ea dicere poſſimus illud, quod de Eccleſia pro magna excellentia, decantat Regius Vates
Pſalm. 86. Pſal. 86. n. 1. *Fundamenta ejus in montibus ſanctis.* Hoc eſt, ut ex mente ſanctorum Patrum
Lorinus. explicat ibi Lorinus: *Fundamenta ſunt in omni culmine ſanctitatis, fidei: pietatis, charitatis, de religionis.* Quæro tamen, quænam, eſt alta ſublimitas, ac altitudo fidei, & charitatis? dare nempe vitam pro Chriſto: ſic ipſe Dominus
Joan. 15. apertè teſtatur Joan. 15. num. 13. *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Ex quo apertè colligitur, quod Thereſia poſuerit ſua fundamenta in montibus ſanctis, in culmine totius perfectionis, ac ſanctitatis: nam vix ſeptennem attigerat, è domo paterna aufugit, primos ſuos dans greſſus ad infidelium regionem, ut pro Chriſto vitam daret: & ſic dicam illud, quod de
D. Hieron. Joanne Evangeliſta ait, D. Hieron. in cap. 20. *Videbimus Martyrio animam non defuiſſe.*

Initia, ac principia Thereſiæ, in culmine ſanctitatis.

29. Chriſtus cùm Thereſia ſponſalia celebrat, eámque ſuam ſponſam dicit, & in ſignum, ac prædam tantæ deſponſationis, dat ei Chriſtus D. clavum ſuæ mortis, ac paſſionis Cum Deus celebrat ſponſalia cum anima juſti multa fiunt gaudia, & feſtivitates, quod juxta D.
D. Chryſ. D. Paſch. Chryſoſtom. Paſchaſium & alios adumbratur in illa parabola, in qua Rex celebrat nuptias filio ſuo, cum magno prandio, ac apparatu.
Matth. 22. Matth. 22. num. 2. Nuptiæ aliorum cum Chriſto condecorantur feſtivis gaudiis: At Thereſiæ cum ipſo, ſignis mortis Paſſionis, ac doloris? fervens Thereſiæ amor pius Deo devinciebatur, ac veluti ei obligabatur, cum illud, quod pro eo patiebatur, quàm gloria, ac beatitudine, quæ ab ipſo Domino ei conferenda erat. Vidit Joannes Deum Patrem ſedentem in ſolio majeſtatis, in cujus dextera erat liber: Tunc Agnus ſcilicet Chriſtus D. *Venit & accepit de dextera ſedentis librum.* Apocal. 5. nu-
Apoc. 5. mero 7. In dextera Dei erat liber: *In ſiniſtra vero illius divitiæ & gloriæ.* Juxta quod dicitur.
Proverb. 3. Proverb. 3. num. 16. Cur ergo Chriſtus D. librum accipit, & non potius gloriam, ac divitias æternæ beatitudinis? In illo libro deſcripta
Firmaſius. erat mors, & Paſſio Chriſti: ut tenet Firmaſius Canonicus Regularis Lateranenſ. ut dixi ſupra ipſo cap. 4. quæſt. 2. n. 14. Inde Chriſtus è manu Dei Patris, non divitias, & gloriam, ſed librum accipit: nam Chriſtus D. in majori æſtimatione habuit humilitatem ſuæ mortis, & Paſſionis, quam dedit ei Deus Pater, ut pro hominum ſalute ſuſtineret, quàm omnem gloriæ, & majeſtatis exaltationem, qua ſublimandus erat: inde deſponſatio Thereſiæ, non ſignis gaudii, ſed ſymbolo Paſſionis celebratur, quia hæc jucundior omni gaudio reputabatur ab ea.

Plus delectabatur Thereſia pati pro Chriſto, quam gloria ejus.

De ſua dilecta cantat Divinus ſponſus. *Quàm pulchra es, & quàm decora, chariſſima, in deliciis.* 30.
Cant. 6 n. 7. Chriſtus qui à juventute ſua de- Cant. 6.
lectatur laboribus, tunc ſuam ſponſam reputat clariſſimam, & pulchram, cùm eam videt deliciis affluentem; pro eo quod noſtra vulgata habet: *Chariſſima in deliciis*, Chaldæus legit: Chaldæus.
Quam pulcher es cœtus Iſraël in tempore, quo ſuſcipis infirmitates in charitate, & videntur tibi quaſi delicia. Thereſia, cum eſſet Chriſti charitate vulnerata, labores, infirmitates, ac mortificationes pro deliciis reputabat: Inde ſolita erat dicere; *aut pati, aut mori.*

Apoc. 11. n. 2. Atrium autem, quod eſt foris templum, ejice foras, & ne metiaris illud; quoniam datum eſt gentibus, & civitatem ſanctam calcabunt menſibus quadraginta duobus.

VERSIONES.

Syrus. Et atrium, quod eſt extra templum, ne metire illud.

Arbincus. Atrium verò eximendo exime; conculcabunt urbem ſacroſanctam.

Vatabl. Pagn. Tygur. Atrium autem, quod eſt intra templum, ejice foras.

Primoſ. Aram, quæ in foris templi, ne metiaris; quoniam data eſt gentibus.

EXPOSITIO II.

Atrium autem, quod eſt foris templum, ejice foras; id eſt, atrium exterius, quod 31.
maximè laïcorum, erat; & revera extra id, quod propriè templum erat, dicitur Joanni, ne conjungas in tua menſura cum templo, & altari, etiam ſi vulgariter templum appelletur; & *ne metiaris illud.* Cùm ſub templi allegoria noſter Vates Eccleſiam intelligat, ſenſus eſt; eos nempe, qui ſunt in atrio laïcorum, profanæ, ac vitæ laxioris Chriſtianos, ſcilicet, qui à Deo, ejúſque Eccleſia, ac diſciplina remoti ſunt, nec ſolliciti ſunt de divinis rebus, *ne metiaris eos*, utpote indignos? qui inter electos numerentur; & ideo eos *ejice foras*, id eſt

Atrium exterius.

rejice, repudia, quia hi citò à fide diſcedent & inter aſſeclas Antichriſti citò numerabuntur.

32. *Quoniam datum eſt gentibus*, utpotè profanatum, obtinebitur, ac poſſidebitur ab exterminatoribus, ac miniſtris Antichriſti, *& civitatem ſanctam*, Eccleſiam nempe, quam prius vocat templum nunc vocat civitatem ſanctam, *conculcabunt*, non extinguent, nec deſtruent, ſed ſacra legis ſuis pedibus conterent, & magnam ejus partem peſſundabunt *menſibus quadraginta duobus*, hoc eſt, per tres annos, & dimidium.

QUÆSTIO V.

Quare atrium, quod eſt foris, mandat Angelus ejicere foras, & non metiri illud?

33. Hugo. PErbellè notat Cardinalis Hugo quod juſti dicuntur menſurari: Iniqui verò numerari: ſic in præſenti mandat Deus Joanni, *metire templum Dei, altare, & adorantes in eo*, hoc eſt fideles, & electos Dei: At verò iniqui dicuntur numerari; ſic ſupra c. 9. num. 16. (Apocal. 9.) de iniquorum copiis: *Et numerus equeſtris exercitus vicies millies dena millia.* Sic Balthaſari ait Daniel. 5. num. 26. (Daniel. 5.) *Numeravit Deus regnum tuum.* Ratio diſcriminis eſt, id menſuratur, quod continuum eſt: numeratur verò illud, quod eſt diſcretum, & diviſum: Juſti habent inter ſe multam unionem, & per charitatem ſunt unum quid; & ideo tanquam quid continuum menſurantur: At iniqui ſunt inter ſe valde diſcreti, ac diviſi; & ideò tanquam quid devinctum numerantur. Hugo: *Quid una eſt*, ait, *columba mea*, id eſt, *Eccleſia* Cantic. 6. *Unam dico, quia uni continuata, ſcilicet Chriſto, per unum mandatum, ſcilicet, charitatis: Continuum autem indiviſibile actu: etſi non potentia, propter hoc Eccleſia menſuratur; quia continui eſt menſura; quia vero regnum Diaboli diviſum eſt; diverſorum autem, & diſcretorum eſt numerus, propter hoc regnum Diaboli numeratur.* Daniel. 5. Manè techel, phares, id eſt; regnum tuum numeratum eſt, appenſum, & diviſum.

Iuſti uniuntur; iniqui ſunt diviſi.

Hugo.

34. Ad quæſtionem, Genuina ſententia eſt, quam ſecutus ſum in expoſitione. *Atrium autem quod eſt foris*, nempe, laxatæ, ac prophanæ vitæ Chriſtianos, qui in atrio laïcorum commorantur, utpotè à Deo, ac Eccleſia ejus maximè remoti, nec de divinis curant; ne metiaris, utpotè indignos, qui inter electos Dei numerentur; *ſed ejice foras*; hoc eſt, rejice, repudia, contemne, quia mox hi à fide diſcedent, & prædæ erunt Antichriſto, qui & confœderati cum gentibus Eccleſiam meam perſequentur: Hanc ſententiam expreſsè tradit Richard. Victorin. *Atrium*, ait, *falſi Chriſtiani ſunt, qui videntur conſecrati, eò quod ſunt baptizati: ſed pleni ſunt cadaveribus, id eſt, vitiis, & pravis operibus, qui quamvis fidelibus juncti ſint nomine, longè tamen ab eis ſunt actione, iſti non comprehenduntur ſub menſura calami, quia non ſubduntur verbo Dei.*

Mali Chriſtiani tenent fidem ſine operibus.

Richard.

35. D. Ambr. Panon. Secundò, D. Ambroſius, Pannonius, Primaſius, & alii intelligunt Judæos; quia Judæi ob ſuam incredulitatem, Paganis gentibus eſſent conjuncti; ſeu ut ſubdit D. Ambroſius, *Aut ideo dicuntur, gentibus traditi ſunt Romanis ut ab eis delerentur.* Et in hoc ſenſu procedunt aliqui codices, ut Vatab. Pagnin. Eraſm. (Vatablus. Pagnin. Eraſmus.) *Atrium quod eſt foris* pro foris legunt *intus*; erat enim atrium Judæorum *foris* reſpectu atrii ſacerdotum; & idem erat intus, reſpectu atrii gentium.

36. Andræas. Cæſarienſ. Ansbertus. 1. Cor. 5. Tertiò, Andræas Cæſarienſ. Ansbertus, & alii per tale atrium, volunt ſignificari hæreticos, & ſchiſmaticos, ac gentiles, de quibus ait Paulus 1. Corinth. 5. num. 12. *Quid mihi de his, qui foris ſunt judicare? Nonne de his, qui intus, vos judicatis?* Sed dices, Hæretici verum Deum colunt, quomodo cum gentibus, ac paganis computandi ſunt? quia licèt verum Deum colant Hæretici, cùm tamen à vera fide recedant, inter paganos computandi. Ansbertus: *Quod, ait, ejectum foris atrium, datum gentibus perhibetur; illud intelligi demonſtratur, quod etſi diverſo errore Judæi, Hæretici, ac gentiles depereant; tamen omnes infideles, & increduli notantur, & ad numerum incredulorum gentium tranſeunt, qui etſi diverſo modo, tamen, & idola & ſimulachra colere videntur: Chriſtus veritas eſt, & qui Chriſtum non colit, mendacium colit.*

Hæretici, ac Schiſmatici cum Paganis computavit.

37. Alcazar. Quartò, Alcazar, per atrium foris, ſeu externum, intelligit externa bona fidelium, ut divitias, honores, &c. Jubet ergo Deus Ioanni; talia foras ejicere, & à ſe amovere, atque relinquere infidelibus, & ſibi rapientibus: ipſos autem ſervos ſuos, tantùm contentus eſſe vult templo, & altari; bonis ſcilicet ſpiritualibus fidei, & charitatis.

38. Pro morali theſi pondera, quod illud pretioſum habetur, quod ſub menſura recipitur; quod autem ſine menſura obtinetur, pretio dignum non reputatur: Inde ergo mandatur Ioanni, metiri templum, & intima penetralia ejus, & altaria, cùm hæc valde pretioſa ſint ſaluti, propter quam inſtituta ſunt: ſed cur ſimili modo, ac ſimili menſura, non mandantur atrium exterius expendi; nónne atrium illud erat atrium templi ab eodem Architecto cum ipſo templo fabricatum? cur non eſt dignum Apoſtolica menſura? Rationem inſinuat Textus; *Atrium quod eſt foris*, & iterum; *datum eſt gentibus.* Intima templi, ſcilicet bona ſpiritualia, ſolis fidelibus erant pervia. At atrium exterius; ſcilicet bona temporalia, tam fidelibus quàm infidelibus ſunt communia; merito ergo excluditur pretio, ac menſura, quod ad temporale, & non ſpirituale ſpectat; indéque peſſimis hominibus conceditur. D. Gregorius Nyſſen. (D. Nyſſen.) Oratio in 4. Martyres: *Unus eis ſolus metus erat, ne à Chriſto ſejungerentur; unum bonum, eſſe cum Chriſto ſolo; cætera vero omnia, riſus, & umbra, nugæque ſomniorum viſis ſimilia.*

Pretioſa dona ſpiritualia quæ dantur electis, & impiis.

39. Ad Iſraëlitas de Abrahami genere, qui de egreſſu ab Ægypto multum gloriabantur, ait Deus per Amos 9. num. 7. (Amos 9.) *Numquid, non ut filii Æthiopum vos eſtis mei? Ait Dominus Numquid non Iſraël aſcendere feci de terra Ægypti: & Palæſtinos de Cappadocia & Syros de cyrene?* Iſraëlitæ educti fuerunt de Ægypto, & etiam

de

Malach. 4. de Cappadocia Palæſtini educti fuere, & de
Dona temporalia communia juſtis, & impiis: ſpiritualia ſolum juſtorum Cyrene Syri. Quid tunc Deus ab Iſraël? illique objicit ſimilem liberationem aliorum populorum? Gloriabantur multum Iſraelitæ de eo, quod adducti fuerint de Ægypto, tantóque beneficio ſibi collato maxime erant tumidi, ac elati: oſtendit ergo eis Dominus, quàm inanis, & puerilis ſit ta isjactantia, quod ſimile beneficium datum ſit Ethnicis, & perfidis hominibus cùm ſit quoddam temporale beneficium, quod etiam nequiſſimis hominibus ſæpe datur. Noſter D. Cyrill Alexand. ibi: *Atqui*, ait, *quiddam, & præclarum, & illud vobis videtur, ex Ægypto in aliam regionem tranſiſſe. Tum quid hoc? An quam vobis utilitatem pariet? Acceperant à me iſtud beneficium, & alii: Tranſtuli ſiquidem alienigenas, hoc eſt, Palæſtinos, è Cappadocia, & Syros omnes traduxi è fovea Cyrene.*

D.Cyrill.

40\. Geneſ.6. num. 2. dicitur: *Videntes filii Dei filias hominum, quod eſſen pulchræ.* Inter magna naturæ dona, bona, ac proportionata corporis diſpoſitio, cum eleganti facie, in multa æſtimatione habetur: quomodo ergo tanta faciei ſpecioſitas filiabus hominum iniquorum conceditur? ne ipſa pulchritudo multum æſtimetur à filiis Dei cùm videatur conceſſa etiam perditiſſimis perſonis. Eucher. *Amatæ*, ait, *illæ fœminæ ſunt à filiis Dei, propter pulchritudinem, quod bonum Dei quidem donum eſt, ſed propterea largitur etiam malis, ne magnum bonum videatur bonis.*

Geneſ.6. *Dona naturæ, ut temporalia, non æſtimanda.*

Eucherius.

41\. Cum Rex Ezechias graviter ægrotaret, ei ab Iſaïa Propheta denuntiatur mors imminens: cùmque ille Rex dominum deprecaretur, exaudivit Deus orationem ejus cui ſtatim ait Iſaias. *Dominus Deus audivit orationem meam, & ecce ſanavit te, & die tertio aſcendes templum Domini: & addam diebus tuis quindecim annos: ſed & de manu Regis Aſſyriorum eruam te.* 4. Reg 20. num. 5. Iſai. 38. num 6. Ille verò cum hæc audiſſet, ait: *Quod erit ſignum, quia aſcendam in domum Domini?* Iſai. 38. num. 22. Tria fuerunt Regi oblata ſcilicet diuturna vita, tranquillitas, & facultas adeundi templum Domini A bono Rege pro nihilo habentur illa omnia, præter unum illud, quod ad Deum ſpectabat, & inde pro illo ſolo petit ſignum: *Quod erit ſignum, quod aſcendam in domum Domini.* Diuturna vita, & tranquillitas multum ab hominibus æſtimatur: At Pius Rex tanquam pro nihilo talia reputat, quia erant quædam temporalia dona, quæ ſæpè ma is hominibus dantur, & ideò ſolùm de aſcenſu in templum, quod ad honorem Dei, & bonum animæ ſpectabat, eſt ſollicitus. Unde ſapienter ait D. Ambroſ. lib. 2. offic. cap. 3. *Scriptura virtutem in omni rerum ſtatu beatam indicat, quæ neque augetur bonis corporis, vel æternis, neque minuitur adverſis, nihilque beatum, niſi quod à peccato alienum ſit plenum innocentia, plenumque gratiæ Dei.*

4\. Reg. 20. Iſai. 38. *Non temporalia ſed ſpiritualia æſtimanda.*

Quæstio VI

Quare Civitas ſancta datur gentibus per menſes quadraginta duos ad conculcationem.

Per atrium, quod ejicitur foras, ut ſuperiori quæſtione dixi, intelliguntur mali Chriſtiani, vel juxta aliquos Doctores, Hæretici, Sciſmatici, de quibus hîc dicitur, quod ad uncti gentibus civitatem ſanctam conculcabunt *menſibus quadraginta duobus.* At hujuſmodi ſpiritu malignitatis debacchantes, multa tyrannide, ac impetu inſurgunt contra Eccleſiam ejuſque filios ad eos conculcandos, ac male afficiendos, non ſolùm menſibus tribus, ſed etiam ab initio ac à multis ſæculis, Cur ergo hîc dicitur, quod civitatem ſanctam calcaturi ſunt ſolùm menſibus 42. qui non excedunt tres annos cum medio? Pulchrè reſpondet Rupertus: *Propter intimandam*, ait, *magnitudinem perſecutionis Antichriſti quæ tanta erit ut pene ſola debeat cognoſci, & prænoſci, & pro cunctis perſecutionibus ſola computari, quaſi cæteræ perſecutiones illi comparatæ, non ſint, aut fuerint.* 42.

Perſecutio Antichriſti tanta erit, ut ſola dicatur perſecutio.

Rupert.

Cùm ergo dicitur, *menſibus quadraginta duobus*; id eſt tribus annis cum dimidio ut prædixit Daniel cap. 7. num 25. cum ait: *Tradentur in manus*, ſcilicet Antichriſti; *uſque ad tempus & tempora, & dimidium temporis*, id eſt per annum, & duos annos, & dimidium. 43.

Daniel. 7.

Et dicitur, quod civitas ſancta ſit conculcanda per tres annos, & dimidium. Ferrarius intelligit, per civitatem ſanctam, Hieruſalem materialem, quæ in terris occidit Prophetas: Tamen communis & vera ſententia eſt, quod intelligatur ſpiritualis Hieruſalem, quæ deſcendit de cœlo, Eccleſia nempe ſancta, de qua dicitur. Pſalm. 121. *Hieruſalem, quæ ædificatur ut civitas.* & Pſalm. 86. *Glorioſa dicta ſunt de te, civitas Dei*, & Pſalm. 47. *Magnus Dominus & laudabilis nimis, in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus.* Et Eccleſiam, quam verſ. 1. dixit Dei templum, nunc vocat civitatem ſanctam: frequenter res magna magnis, & variis nominibus dicitur, ut illius magnitudo exprimatur ac declaretur. 44.

Ferrarius.

Pſ. 121. Pſ. 86. Pſ. 46.

Res magna variis nominibus declaratur.

Sed ſi inimici tot menſium ſpatio hanc ſanctam civitatem calcaturi ſunt, non ſolùm calumniis opprobriis, ſed & multis tormentis, & variis cruciatibus, extinguent eam ne & ad nihilum redigant? Minime ſanè; nam ſicut ſilex, quantò magis teritur, tantò lucidior appa ret; ſic & Eccleſia Chriſti petra, quam licèt impii per tot menſes conculcaturi ſint, non tamen ipſa ſuccumbet, ſed longe clarior apparebit, & in ſublime elevabitur. Haymo: *Hanc civitatem calcant, id eſt, comprimunt hæretici, pagani, Iudæi, & falſi fratres, & verbo, & tormento. ſed ſicut ſilex calcata pedibus hominum elimari poteſt, comminui non poteſt; & tantò magis elimatur, quantò magis calcatur: ita ſancta Eccleſia ex perſecutione perfidorum robuſtior redditur, & luculentior. Unde Apoſtolus, quando infirmior tunc fortior ſum, & potens* 45.

Eccleſia quantò magis agitatur, tantò lucidior, & in ſublime elevata.

Haymo.

46. Decantat Regius Vates. Pſalm. 140. num 7. *Sicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram: Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum.* Craſſitudo, ac pinguedo terræ erumpit in uberes fructus ſuper ipſam terram: ſed unde tanta craſſitudo, & fertilitas terræ noſtræ? diſſipata oſſa Sanctorum à tyrannis, faciunt ipſam terram craſſiſſimam, ac fœcundiſſimam virtutum; oſſa ſanctorum diſſipata ſuper terram, ſunt veluti ſemina jacta, quæ novales virtutum fructus faciunt germinare, D. Bruno ibi: *Oſſa dico diſſipata, ſicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram, id eſt, ſicut fimus, licet ſordidum aliquid, & utile: tamen ſuper terram diſperſus, terram craſſam reddit, & fertilem: ſic & nos, licet viles, & ſordidi, per varia ſupplicia diſcerpendi, Eccleſiæ filios exemplo conſtantiæ noſtræ pingues in virtutibus, reddemus, ut ſic fertiles in bonis operibus faciamus.*

Pſalm. 140.

Perſecutiones ſunt veluti ſemina, ad uberes fructus Eccleſiæ.

D. Bruno.

Apoc. 11. n. 3. Et dabo duobus teſtibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta, amicti ſaccis.

VERSIONES.

Primaſius,	Et dabo duobus Martyribus meis.
Radix Græca	
Syrus.	Dabo duos teſtes meos.
Arabicus,	Dabo duobus teſtibus meis Prophetare, &c. & induentur ciliciis.

EXPOSITIO III.

47. DABO *duobus teſtibus meis*: Enoch. & Eliæ; & non explicat, quid dabit: tamen ſubintelligitur, os, & ſapientiam ad ampliſſimam prophetandi functionem: teſtes vocat: Græce verò habetur, *Martyres* hos præclaro elogio oſtenditur, quod non ſolùm ſuum teſtimonium perhibent Chriſto, verbo ſuo, ſed etiam ſanguine proprio effuſo; & quamvis tunc futuri ſint multi, & inclyti Martyres, tamen per antonomaſiam, & inſigniter hi duo dicuntur Martyres *Prophetabunt,* vel futura prædicantes, vel Scripturas interpretantes, utrumque ſignificat Prophetare.

Græcus.

48. *Diebus mille ducentis ſexaginta*: hoc eſt, menſibus lunaribus 42. quilibet enim menſis habet 30. dies; ſi verò accipias menſes ſolares, qui tunc erant in uſu, & modo ſunt menſes. 42. addunt dies 18. ſuper numerum dierum 1260. tantis enim diebus forſitan Antichriſtus antecedet adventum Enoch. & Eliæ, ut ſic ille regnet tribus annis cum dimidio. *Amicti ſaccis,* veſtimentis nempe durioribus, & craſſioribus, ex mordenti, & aſpera materia contextis, vel ex aſperrimis ſetis, quæ vocantur cilicia, & quibus Prophetæ utebantur.

QUÆSTIO IV.

Aſtruitur, hos duos teſtes, eſſe Enoch, & Parentem Eliam.

VAria ſunt placita Doctorum in hac re, quæ ad tres claſſes reduci poſſint: In prima ſunt qui teſtes accipiunt, non pro perſonis ſingularibus, ſed duplici genere teſtium. In ſecunda illi, qui hæc referunt ad præterita tempora In tertia claſſe, qui ad tempus futurum. 49.

Et primò, non pro perſonis ſingularibus, ſed pro duplici genere teſtium, ſtat Pannonius, qui per hos teſtes intelligit Eccleſiæ Doctores, & Prædicatores, ſeu teſtamentum novum, & vetus. Arias Montanus exiſtimat, hos duos teſtes, eſſe legem, & Prophetiam: legem in Moyſe, Prophetiam in Elia denotari. Alcazar verò per duos teſtes accipit magnam ſapientiam & magnam ſanctitatem primitivæ Eccleſiæ, quæ Chriſto contra Judæos præbuerunt teſtimonium, ſubditque, hìc per proſopopœiam accipi perſonas Moyſis, & Eliæ: in Moyſe exprimitur cœleſtis ſapientia, in Elia verò zelus, & ſanctitas. 50.

Pannon.

Arias.

Alcazar.

In ſecunda claſſe ſunt Auctores, qui hos teſtes referunt ad tempus præteritum, & primò Ubertinus, & Michaël Sinyerus in Pentaplo, pag. 109. dicunt, hos duos teſtes, eſſe Chriſtum D. & Joannem Baptiſtam: Secundò, Lyran. Aureolus, S. Antonin dicunt, hos duos teſtes eſſe Sylverium Papam, & Mennam Patriarcham Conſtant. qui contra Eutychetis hæreſim decertaverunt: Tertiò Ubertinus, Caſal. lib. cuius titulus eſt: *Arbor vitæ crucifixæ Ieſu,* tractat. 5. vult, eſſe ſanctum Dominicum, & S. Franciſcum. 51.

Ubertin.
Michaël.
Lyranus.
Aureolus.
D. Anton.

Ubertinus

Hæ omnes ſententiæ apertè pugnant cum text. nam nos juxta context. literæ devenimus jam ad finem ſextæ tubæ id eſt, ad ultima tempora, ad finem Prædicationis Evangelicæ, & inſtare jam ſeptimam tubam infra, verſ. 15. quæ eſt de conſummatione ſæculi: Ac proinde in fine temporum venient hi duo teſtes, pugnantes pro Chriſti veritate: & beſtia, quæ aſcendit de abyſſo, ſcilicet Antichriſtus, bellum geret contra eos, eóſque occidet, & corpora eorum jacebunt inſepulta in civitate magna, tribus diebus cum dimidio, & poſtea cum magno terræ motu reſurgent: quæ omnia nullo modo prædictis ſententiis poſſunt accommodari. 52.

Impugnantur prædicta ſententia.

In tertia ergo claſſe, hac de cauſa, qui hos duos teſtes referunt ad tempus futurum, ad tempus nempe Antichriſti; & conſentiunt omnes ferè Patres, & Doctores unum ex his teſtibus fore Eliam, ut aperte convincunt loca Sacræ Scripturæ citanda: de ſocio verò Eliæ eſt tota controverſia. Victorinus in 1. Jerem. verſ. 5. exiſtimat, futurum eſſe Jeremiam; aut Eliſæum: Alii dicunt, eſſe Joannem Evangeliſtam, & hoc non habet firmum fundamentum, ut dixi tom 5. in Evang. lib. 9. cap 8 q. 16. 53.

Victorin.

Alii autumant, ſocium Eliæ futurum Moyſen, ſiquidem Moyſes cùm Elia apparuit in transfiguratione Chriſti, hanc ſententiam tenent D. Hilar Can. 20. in Math. D. Ambroſ l. 1. de Cain & Abel Iſidor. Clarus in c. 4. Zacha. Catherin. in c. 5. Gen. 1. Joannes Abortius l. 11. 54.

D. Hilar.
D. Ambr.
Iſid. Clar.
Arbortius.

Theoſop.

Janſen. Maldonat.

Theoſop. cap. 11. & hîc Joachimus, Gagnæus; Janſen. in cap. 17. Matth. & mordicus hanc ſententiam defendit Maldonat. in cap. 17 Matth. ad illa verba *apparuerunt cum eo Moyſes, & Elias.* Sic ait ipſe: Jam apertè ſcribit Joannes in Apocalypſi, Moyſen, & Eliam venturos, ut nemo non ſolùm ſine temeritate, ſed nec ſine impudentia, negare poſſit: hos enim futuros, ſtatim deſcribit: hi habent poteſtatem claudendi cœlum, ne pluat diebus Prophetiæ ipſorum. Quis non videt Eliam? & poteſtatem habent ſuper aquas convertendi in ſanguinem, & percutere terram omni plaga: Quis non Moyſem videt, digito demonſtrari?

55. *Impugnatur prædicta ſententia.* Deuter. 34. Hebr. 9.

Hæc ſententia nullo modo poteſt ſtare; nam Moyſes mortuus eſt, ut apertè conſtat ex Deut. 34. n. 5. *Mortuus eſt ibi Moyſes ſervus Domini, in terra Moab, jubente Domino, & ſepelivit eum in valle terræ Moab.* Atqui, ut ait Apoſtolus Hebræor. 9 num. 27. *Statutum eſt hominibus ſemel mori*: Quomodo Moyſes, qui jam mortuus eſt, poteſt venire ad pugnandum contra Antichriſtum, ut ab ipſo iterum occidatur; & bis moriatur? quod eſt contra Apoſtolum: nec ex operatione miraculorum ejuſdem generis colligitur eadem perſona, alias Petrus, & Paulus, erunt idem.

56. *Vera, & certa ſententia, eſt de fide.* Suar.

Certa, & vera ſententia eſt quòd hi duo teſtes ſunt Elias, & Enoch; qui futuri ſunt præcurſores ſecundi adventus Chriſti, & hæc reſolutio adeo eſt certa, ut dicat Suar. t. 2 in 3. part. diſp. 55. ſect. 2 § *Dicendum eſt primò* quod ſit de fide, aut fidei valde proxima, eam docent communiter Patres, Tertull. lib. de Anima, c. 50. D. Ephrem, tract. de Antichriſto. D. Hyppolit. Martyr. Oratione de conſummat. mundi D. Cypr. tract. de montibus Sion & Synag. D. Ambr. 1. Corinth. 4 ad illud, *nos noviſſimos Apoſtolos oſtendit.* S. Hier. Epiſt. 148. ad Marcellam. S. Aug. lib. de Gen. ad litteram cap. 6. & multi alii Patres apud Malvedam lib de Antichriſto lib. 9. cap. 10. & hæc ſemper fuit communis traditio Eccleſiæ, ut tenent Sixtus Senenſ. lib. 2. Ribeira in Enoch & Eliam Cantap. lib. 1. Hypoth cap. 1. Sanderius de Viſibili Eccleſiæ Monarchiâ lib. 8 A Coſta lib. 2. de noviſſim.

Tertull. D. Ephrem D. Hippol. D. Cypr D. Ambr. D. Auguſt. Malveda. Senenſ. Cantapr. Sander. A Coſta.

57. Geneſ. 5.

Probatur primò, quia hîc duo viri tranſlati ſunt de hoc ſeculo, non guſtata morte. De Enoch habetur Gen 5. num. 24. *Ambulavit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus.* Si autem revera mortuus fuiſſet, hoc Moyſes expreſſis verbis diceret, ut de unoquoque veterum Patrum, qui mortui ſunt dixit: *Et mortuus eſt,* à qua voce in Enoch abſtinuit, & aliter loquitur, *& non apparuit*, ut ejus non mortem ſed tranſlationem indicaret In Elia res eſt manifeſta, de eo dicitur, 4. Reg. cap. 2. num. 1. *Cum levare vellet Dominus Eliam,* & infrà numero 11. Cùm ipſe & Eliſæus *incedentes ſermocinarentur: Ecce currus igneus, & equi ignei diviſerunt utrumque, & aſcendit Elias per turbinem in cœlum.* Hi duo tranſlati ſunt vivi in cœlum: quia ut ait Tertull. citat. *Morituri reſervantur tempore Antichriſti.* (4 Reg. 2.)

58. Malach 4.

Peculiariter inde probatur reſolutio, & primò in Elia in quo res eſt certiſſima, ait Deus per Malachiam 4 n. 5. *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis, & convertet cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum.* Dies Domini magnus, & horribilis, & dies judicii, antequam, ait Dominus, quod mittat Eliam; & Eccleſiaſt. 48. num. 10. ſimiliter de eo dicitur: *Qui ſcriptus es in judiciis temporum, lenire iracundiam Domini; conciliare cor patris ad filium, & reſtituere Tribus Jacob.* Lyran. *in judiciis temporum*, hoc eſt, in diebus judicii temporum Janſenius, Cornel. *in judiciis temporum*, hoc eſt, per judicia, & redargutiones temporum quas tu, ô Elia, exercebis zelo tuo, excitabis homines ad pœnitentiam, qua ſedabitur ira Dei, & Matth. 17 n. 10 ait Chriſtus D. *Quid ergo ſcribæ dicunt, quod Eliam oporteat primum venire? at ille reſpondens ait eis: Elias quidem venturus eſt, & reſtituet omnia.* Quæ loca apertè convincunt, de fide eſſe, Eliam venturum eſſe ante diem judicii (Eccleſ. 48. Matth. 17.)

59. Eccleſ. 44.

De Enoch dicitur. Eccleſiaſt. 44. n. 16. *Enoch placuit Deo, & tranſlatus eſt in paradiſum, ut det gentibus pœnitentiam.* Non gentibus, quæ ſunt in paradiſo, ſed quæ degunt in hoc ſæculo, ut convertantur à viis ſuis peſſimis.

60. *Quo tempore venient Elias, & Enoch.* S. Victorin. Rabbanus. Soto. D. Auguſt. D. Anſelm.

Difficultas hîc tamen eſt, quo tempore præciſè venturi ſunt? S. Victor. Rabbanus, quibus aſſentiunt Domin. Soto 4 ſent. diſt 46. q. 1 art. 1. putant Eliam, & Enoch anticipaturos tempora Antichriſti ad ſtabiliendas Eccleſias: oppoſitum videtur veriſimilius, eos nempe venturos poſt inceptum regnum Antichriſti, ut ſignificat. D. Auguſtin. lib. 1 quæſtion. Evangel. quæſt. 21. dicens: *Venturum Eliam, ut reſtituat eos, quos perſecutio Antichriſti conturbaverat,* & clarius hoc docet D. Anſelm. in Lucidario: & ratio eſt, quia hi duo ſanctiſſimi viri venient, ut Antichriſto reſiſtant: ergo tunc venient, quando perſecutio Antichriſti declarata, & manifeſtata fuerit, & confirmatur ex text. Quia regnum Antichriſti erit per tres annos cum dimidio, id eſt, per quadraginta duos menſes ſolares (qui ſunt in uſu) hi autem ſanctiſſimi viri prædicabunt 1260. diebus, & ad explendos quadraginta duos menſes ſolares, deſunt decem & octo dies: ergo poſt aliquos dies regni Antichriſti, hi duo illuſtriſſimi viri venient.

61. *Elias ſic magnus, ut videatur quoddam emblema, & ænigma.*

Et quia nobis hîc eſt ſermo de Parente Eliâ, aliqua in ejus laudem, per ſequentes quæſtiones dicemus: Qui adeo magnus, & excelſus eſt, ut ipſe in ſuis mirabilibus, videatur quoddam ænigma, & emblema, quoddamque miraculum, nunquam viſum, & auditum in orbe: Homini omni eſt tempus naſcendi, & moriendi. Ecce vir magnus, qui aliqualiter dici poteſt, quod nec natus, nec mortuus eſt; non eſt mortuus, ut probat præſens quæſtio, *Scriptus es in judiciis temporum.* Nec etiam quodammodò videtur natus: nam Textus ſacer de eo ſcribens, in primo Limine ait: *dixit Elias Thesbites*, 3. Reg. 17. num. 1. Cur in eo non referuntur generationes, ac progenies majorum; ut in aliis Prophetis: *Viſio Iſaiæ filii Amos*, cap. 1. num. 1. *Verba Jeremiæ filii Helciæ de ſacerdotibus*, cap. 1. numero 1. *Verbum Domini factum ad Oſee filium Beeri*, cap. 1. num. 1. & ſic de aliis. Cur in aliis Prophetis narrantur majores, & nativitates, non ſic verò in Elia? & in hoc D. Iſidorus, Angelomus Rabbanus eum comparant cum Melchiſedech, ſine patre, ſine matre, ac genealogia, ſed *ſubito nomen ejus introducitur*, ait

3. Reg. 17. Iſai. 1. Jerem. 1. Oſee 1. D. Iſidor. Angelom. Rabban.

Ælian.

Rabbanus. *Dixit Elias Theſbytes*; ac ſi non haberet alium patrem, aliam matrem, vel genealogiam, niſi tantum prædicare, docere ac zelare Dei gloriam. Vel dicamus ut notavit Ælianus lib. 12. variarum hiſtoriarum; quod Cato, & Marius ſine parentibus apud Romanos inveniuntur, *ut quaſi de cœlo lapſos populus exiſtimaret.* Magnus Elias ſic illuſtratus fuit divina gratia, ut quamvis habuerit parentes in terra, potius videatur à divina gratia procreatus, quàm à natura datus.

QUÆSTIO VIII.

De loco, ac merito Eliæ, & Henoch?

62. D. Irenæus. D. Epiphan. *Paradiſus Terreſtris.*

HÆc communiter hîc inquirunt Interpretes, & primò, quantum ad locum; S. Irenæus Policarpi, Smyrnenſis Epiſcopi, Joannis Apoſtoli auditoris diſcipulus, quem D. Epiphan. hæreſi 24 & 31. ſucceſſorem Apoſtolorum appellat. Is, inquam, *S.* Irenæus lib. 5. cap 5 affirmat, ſe à ſenioribus qui Apoſtolos audierunt, accepiſſe terreſtrem paradiſum adhuc extare, in eoque uſque ad finem mundi vivere Eliam, & Enoch, quam quæſtionem tractavi tom. 5. in Evang. lib. 9. cap. 10. quæſt. 1.

63. *Elias, & Enoch in ſtatu merendi.* Abulenſ. Henriquez. Viegas. Leſana. Malveda. La Haye.

Secundò, quæritur an ſint modo in ſtatu merendi? affirmativam ſententiam ſecutus ſum tom. 3. in Evang. cap. 31. quæſt. 15. n. 89. Cum Abulenſi, Epiſcop. Tenaſ. Henriquio, Viegas, Leſana, qaos ibi citavi: eandémque ſententiam tenent Malveda de Antichriſto, lib. 10. cap. 8. §. *An nunc mereantur.* Doctiſſimus Joannes de La Haye hic in expoſitione, quia valde alienum videtur à divina bonitate, quod viri ſanctiſſimi, & valde promeriti priventur per tot ſæcula æterna beatitudine, ac ratione merendi, cum mortem non guſtaverint, & adhuc ſint in vivis.

64. *Præoccupatur objectio, & confirmatur reſolutio.*

Nec contra hoc obſtat, quod ipſi ſunt extra communem modum vivendi; quia etiam ipſe Elias, dum ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ſine ullo alio cibo, & ſine requie, & ſomno: & Moyſes cùm ſtetiſſet in Sinaï quadraginta diebus, & noctibus: & per plures dies S. Catharina Senenſ. à feria quarta cinerum uſque ad diem Aſcenſionis, ſola Euchariſtia, ſine ullo alio cibo, & potu: & ferè ſimiliter S. Maria Magdalena de Pazi: & tunc erant extra communem modum vivendi, & ſine dubio merebantur: ergo etiam ſimiliter hi duo Patres, cum ſint in vivis, & in paradiſo terreſtri.

65. *Solvitur objectio.*

Nec ſecundò facit contra noſtram reſolutionem, quod inde ſequitur, ut Elias, & Enoch, plus mereantur, quàm B. Virgo Maria: falſa eſt illatio: quia meritum non ſolùm creſcit ex repetitione actus, ſed etiam ex ejus fervore, ac intentione, & ex dignitate perſonæ merentis, ac cumulo gratiarum ejus, quæ omnia in B. Virg. longè, latéque ſuperant omnes puras creaturas, etiam collective ſumptas.

66. Stat ergo noſtra reſolutio, quod Elias, & Enoch adhuc ſunt in ſtatu merendi, ex quo liceat conjecturare, quàm magna ſint merita Eliæ, & Enoch, qui per tot ſæcula ſint in acceptatione tot laborum, ac tribulationum, quales erunt ſub Antichriſto: *Erit tunc perſecutio, qualis non fuit ab initio nec erit*; mortis crudeliſſimæ inferendæ, ut infra dicam, multorumque opprobriorum, ac injuriarum, quæ mortuis eorum corporibus fiet, & ideo *jacebunt per tres dies, & dimidium in platea*, ut ſtatim dicam; quodnam meritum, quod per tempora ſint in acceptatione tot laborum, cum conformitate voluntatis divinæ, ac ſubjectione ad divinam providentiam, quæ ita rem diſpoſuit, ac ordinavit, quod ſatis ad rem citato loco tom. 3 cap. 3. q 15. num 89. confirmavi ex Paulo 2. Timoth. 4. Vide ibi dicta. *Præclara merita Eliæ, & Enoch.*

QUÆSTIO IX.

Quare Deus ad tantum negotium, duos deſtinavit teſtes, nec plures, nec pauciores?

67. Suar.

IN primo adventu unus tantùm advenit præcurſor ante Chriſtum; ſcilicet Joannes Baptiſta: nunc verò in ſecundo adventu duo à Deo deſtinantur præcurſores, Elias ſcilicet & Enoch, cujus rei, ut ait Suarez, tom 2. ad 3 part. diſput 55. ſect. 2. §. *Tertiò de Enoch.* Optima eſt congruentia Quia ſcilicet in primo adventu, Chriſtus immediatè tantùm miſſus eſt ad Judæos, juxta illud 15. num. 24. *Non ſum miſſus, niſi ad oves, quæ perierunt domus Iſraël*, & ideo tantùm eſt miſſus unus præcurſor, etiam ex Judæis. At verò in ſecundo adventu veniet Chriſtus ad univerſam Eccleſiam ex Judæis, & gentibus congregatam: & ideo unus præcurſor mittitur ex circuncisione, cui ſpecialiter attribuitur Judæorum converſio, Eccleſiaſt. 48. *& reſtituet Tribus Jacob*: alius verò ex præputio, cui in Eccleſiaſt. 44. videtur ſpecialiter committi gentium converſio, *ut de gentibus pœnitentiam*: quæ ratio non ſic eſt intelligenda, ut Elias ſit ſolum pro Judæis, Enoch pro gentibus: nam uterque ex Judæis, & gentibus multos convertit: propter ergo duplicem populum duplices ſunt præcurſores. Matth. 15. *Secundi adventus duo præcurſores.* Eccleſ. 48. Eccleſ. 44.

68. Anſbertus.

Secundò. Valde mirum ſanè, quod Deus in Eccleſia ſua dederit multos Prophetas, multos Apoſtolos, multóſque Martyres, quod Græcè idem eſt ac *teſtes*, tamen hîc ad negotium tanti ponderis ſolos duos teſtes deſignavit Anſbertus. *Eccleſia* ait, *in Prædicatione cœleſti, in duobus teſtamentis roboratur, ex duobus populis Judæorum, & gentium aggregatur; in duobus præceptis charitatis vivificatur.* Tertiò in Sancto Sanctorum duo erant Cherubim (ad quos hîc ſit alluſio) poſiti ad arcam teſtimonii ſuſtentantes propitiatorium: pari etiam modo, hîc duo ſuo teſtimonio ſuſtinebunt tam arcam id eſt, Eccleſiam, quàm propitiatorium, id eſt fidem de Chriſto propitiatore, ac redemptore mundi. Quartò Rupertus ait, quod ad hos duos teſtes omnes teſtes reducuntur, nam omnes teſtes ad duos ordines reducuntur vel ad eos, qui dant teſtimonium in pace & quiete, ut Enoch qui ambulavit cum Deo, & non eſt inventus; vel ad eos, qui in perſecutione, & labore, ut Elias, *Eccleſia duplici Charitatis præcepto vivificatur.* *Elias & Enoch, tanquam duo Cherubim* Rupert.

Elias,ſic ait: *Duo ſunt teſtes; alii,qui in pace ſanctæ Eccleſiæ fideliter viventes,loquendo pariter,& ſcribendo teſtimonium veritatis perhibuerunt? alii,qui in perſecutione,pro fidei ſtatu pugnando ſanguinem ſuum fuderunt,&c.* Quintò
Cornel. Cornel.à Lap.[Chriſtus miſit Apoſtolos binos prædicare]hi duo erunt Apoſtoli Chriſti;ergo
Deuter. 19. bini mittuntur ad Prædicationem:& ut dicitur 16.19.num.15. *In ore duorum,vel trium ſtabit omne verbum.*

69. *Elias, & Enoch Apoſtoli.* Quod autem Elias, & Enoch dicendi ſint Apoſtoli Chriſti oſtenditur ex 1. Corinth.4. n.6. Ubi Paulus ait: *Puto quod Deus nos Apo-*
1. Cor. 4. *ſtolos noviſſimos oſtendit.* Ut explicant S.Ambr. Sanct. Anſelmus, Interlineal. Gloſſa Ordinaria, Cardinalis Hugo, Magiſter. ſet.quod Deus nos oſtenderit, tanquam noviſſimos Apoſtolos,
Interl. Eliam & Enoch. Interlin. *Apoſtolos noviſſimos*
Gloſſa Ord. *ſimiles Eliæ,& Enoch.* Idem habet Gloſſa Ordi-
S. Bruno. naria, S.Bruno Hugo,Magiſter ſententiarum:
Hugo Magiſter. *Id eſt, ſimiles noviſſimis Enoch,& Eliæ.* Erant inter Corinthios aliqui,qui perverſo animo,& maligno ore detrahebant Apoſtolatum Pauli; ut ipſe ſuam dignitatem Apoſtoli tueretur,ait ſe mul as perſecutiones,ac tribulationes ſuſtinere pro Prædicatione Evangelicæ veritatis ut etiam ſuſtinebunt Elias,& Enoch prædicantes contra Antichriſtum.

70.
D.Ambr. D.Ambroſ.ad citatum Pauli: *Hoc ideo,ait, perſonæ ſuæ deputat, quia ſemper in neceſſitate fuit,perſecutiones,& preſſuras ultra cæteros paſſus,ſicut paſſuri ſunt Enoch,& Elias,qui ultimo tempore futuri ſunt Apoſtoli: mitti enim debent ante Chriſtum, ad præparandum populum Dei, & muniendas omnes Eccleſias, ac reſiſtendum*
D.Anſelm. *Antichriſto.* Similiter & D.Anſelmus. *Puto,ait, & pro certo ſcio,quod Deus hos Apoſtolos noviſſimos oſtendit mundo,quibus nulli ſuccedent Apoſtoli,tam perfecti, tam neceſſarii ſaluti hominum quales apparebunt in noviſſimo tempore Elias,& Enoch,quos Deus reſervat,ut filios Iſraël ab Antichriſti ſeductione liberent, hos oſtendit noviſſimos,* Id eſt, *illis noviſſimis præconibus conſimiles.*

71.
Munoz. Pro quo benè ait M. Petrus Munoz in propugnaculo Eliæ lib. 5.cap. 1. art. 1. num. 2. de Apoſtolo Paulo loquens: *Quia ipſorum Apoſtolatus, ait, complendus erat in illis duobus Apoſtolis Enoch, & Elia, qui munus Apoſtolicū cōplebunt,noviſſimè priorum,quia tales fuerunt, quales erunt noviſſimi: ea prorſus ratione qua Baptiſta dicitur Elias veniſſe,qui venturus eſt,quia utriſque munus par Præcurſoris,& ſpiritus ejuſdem, & virtutis: ita duodecim primi,& duo noviſſimi Apoſtoli: Ideò,primi dicuntur Apoſtoli noviſſimi,id eſt pares in Apoſtolica dignita-*
Malveda. *te.* Malveda lib. 10.de Antichriſto cap. 8. §.2. *An nunc mereatur?* Linea ſecundò, *prorſus,ait, ever a ipſi magni erunt Chriſti Apoſtoli, & Apoſtolico munere rever fungentur Elias, & Enoch.*

72. *Quæ requiruntur ad Apoſtolatum in Elia, & Enoch.*
D Thom. Quod maximè probatur ex tribus, quæ requiruntur ad munus Apoſtolicum, ut docet D.Thomas 1. Corinth. 14.lect.3.Ubi ſic ait: *Majores miniſtri in Eccl ſia, ſunt Apoſtoli,ad quorum officium tria pertinent. Quorum primum, eſt auctoritas gubernandi fidelem populum, quæ propriè pertinet ad officium Apoſtolatus. Secundum facultas docendi. Tertium,poteſtas miracula faciendi, ad confirmationem doctrinæ: & de his tribus habetur.* Luc.6.ubi dicitur: *Convocatis Jeſus duodecim Apoſtolis*, &c & ita Sanct. Doctorem intelligunt, ac ſequuntur Caietan. Caiet.
tom.1.opuſc.tract.1.de Romano Pontif.cap.4. Abulenſ.
Abulenſ.præfatione in Matth.cap.2.& 3.Tuletus in cap.9.Luc Epiſcoups Tenaſ. in Epiſtol. Toletus. Tenas.
ad Hebræ.ſect.1.& 2.p ælud.3.Benedictus Juſtin. Juſtin. Gorn.
diſp 1.de munere Apoſtolico Cornel. in Valent.
Epiſt.1.ad Titum n.7 Valent. diſp.1 punct 7. Suar.
§.28.Suar.tom.2.ad 3.diſp.23.ſect.5.

Quæ tria maximè reſplendebunt in Elia,& Enoch; nam illa verba quæ dicuntur inf à n.6 *Habent poteſtatem claudendi Cœlum, & percutere terram omni plaga.* Quæ non ſolùm intelliguntur de poteſtate materiali, ſed etiam ſpirituali, ad moderandos fideles cum indulgentia peccatorum,ut docent ibi Rupertus, Celius, Pannonius, Malveda, & alii quos infrà ad citatum locum adducam; duo verò alia,ſcilicet, poteſtas ſermonis, poteſtáque miraculorum ſunt nota. 73.
Rupert. Celius. Pannon. Malveda.

QUÆSTIO X.

Quare ex omnibus ſanctis veteris Teſtamenti Deus elegit Eliam,& Enoch ad ſtabilimentum Eccleſiæ contra Antichriſtum.

QUis poterit ſcrutari ſenſum Dei; tamen quantum humana infirmitas patitur,aliquid conjecturare liceat; nam in lege veteri fuerunt ſanctiſſimi Patres, Juſtitia, puritate ac virginitate,ut Abel Religione,& cultu Dei,ut Enos,qui cœpit invocare nomen Domini; fide, ſpe,ac charitate,ut Abrahamus? zelo honoris Divini,ut Phinees Num.25.n.13. Cur ergo ex omnibus hos duos Eliam,& Enoch elegit præ aliis. 74.

Et ſanè magna laus eſt horum duorum virorum quod Deus, qui de lapidibus iſtis poteſt ſuſcitare filios Abrahæ: ſic ſibi complacuit in virtute, juſtitia, ac magnanimitate Eliæ, & Enoch, quod eos tanquam in peculium reſervaverit, ad ſtabilimentum, ac ſubſidium ſuæ Eccleſiæ militantis in magna preſſura, ac perſecutione,qualis non fuit,nec erit ab initio. 75. *Elias,& Enoch,tanquam peculium reſervantur.*

Ad noſtram quæſtionem Et primò ſumi poteſt ratio ex ipſorum nominum Æthymologia Nam Enoch idem valet,ac renovatus D.Cypr. de montibus Sina,& Sion: *Enoch, ait, in conſummatione mundi innovari debet in mundo, unde etiam tranſlatus eſt, ad confundendum; & revincendum Antichriſtum; & ideò Enoch interpretatur renovatus.* Similiter ut notat Cornelius à Lapide in Malach. cap.4. n.6 *Convertet cor Patrum ad filios*; Elias Thesbites ex radice Hebraïca idem valet, ac renova, convertens, & reſtaurans; nam per ipſos mundus erat renovandus,ac reſtaurandus. Unde bene ait Caſſiodorus lib.6.Variar cap.7 *Grata ſunt nomina, quæ deſignant protinus actiones; ubi in vocabulo concluditur, quod geritur.* Sed cur Deus voluit eos talibus nominibus inſigniri,& ad tantam renovationem,& reſtaurationem. 76.
D. Cypr.
Corn.
Nomina denotant dignitatem.

Ideò ſecunda ratio Deus altiſſima ſua providentia hos duos ſanctiſſimos viros Eliam, & Enoch elegit,& deputavit ad ſtabilimentum,ac 77.

Elias & Enoch primi ictius orbis reformatores, & reſtauratores.

munimen ſuæ Eccleſiæ contra errores ac vitia Antichriſti; nam hi duo fuerunt primi, qui mundum reformarunt, reſtaurarunt, ac expurgarunt, ab ignorantiis, & erroribus ac vitiis, & peccatis, quibus ſepultus tenebatur, Enoch fuit primus, qui verbo, & ſcripto Sacram Scripturam, myſteria fidei, ac neceſſaria ad ſalutem prædicans, & docens, literis mandavit, educens orbem ex tot inſcientiis, ac erroribus in quibus jacebat; Elias fuit primus, qui Monachatum, ac Religioſam vitam inſtituit, mundana vitia, ac carnis concupiſcentias conculcans, Aptiſſimè ergo hi eliguntur, ut totum mundum reſtaurent, redintegrent, ac expurgent, ab erroribus, ignorantiis, vitiis, & peccatis quæ introducta erunt per Antichriſtum; expediebat enim, ut tam fideles miniſtri, in tantis probati, ad hoc officium aſſumerentur.

78. *Enoch primus Scripturam docuit, & librum ſcripſit.* IudasApoſt.

Reſtat nunc probare id quod ſupponitur, & primò de Enoch Judas Apoſtolus in ſua Canonica num. 14. *Prophetavit autem*, ait, *& de his ſeptimus ab Adam Enoch dicens: Ecce venit Dominus in ſanctis nubibus ſuis, facere judicium contra omnes, & arguere omnes impios, &c.* *Prophetavit*, id eſt, docuit, & prædicavit, quod de eo dicitur primo, & de nullo alio antecedenti, licet illi primi Patres in fide inſtruxerint filios particulariter, Enoch publicè, & tanquam Magiſter; è cathedra, & literis mandavit, & librum compoſuit. Antiquiſſimus Anonymus Græcus apud Lyppoman. Geneſ. 5. *Enoch primus litteras dedit, & ſigna Cœli & converſionis temporum ſcriptor fuit.* D. Auguſt. lib. 15. de civitate Dei cap. 23. ait: *Scripſiſſe nonnulla divina illum ſeptimum ab Adamo, negare non poſſumus cum hæc dixerit Judas in Epiſtola ſua Canonica.* Unde Tertullian. lib de habitu mulieris cap. 3. tenet, hunc librum à diluvio ſervatum in arca, aut à Noë, afflatu Sancti Spiritus memoriter redintegratum; ſic conſentiunt. S. Hieron. lib. de Scriptoribus Eccleſ. in Enoch; S. Athanaſius in Synopſi, Clemens Alexandrin. lib. 6 ſtromat. Philip. Abbas de ſilentio Clerico cap. 20. Didymus, Beda in Epiſt. Judæ, Bellarm. l. de verbo Dei cap. 18. §. Reſpondeo; & ſic Patres communiter dicunt, librum Enoch eſſe Apocryphum, ex eo eſt, vel quia ipſe liber Enoch multis fabuloſis vitiatus eſt à Judæis, & hæreticis; vel quia liber Enoch antiquitate deperditus eſt, & ejus nomine alius liber ſuppoſitus eſt à Judæis, ut advertunt Tertull. citat. & multi DD. apud Salian. tom. 1. anno mundi, quæſt. 81. n. 14. & Fevarden. Benedict. Juſtin. Cornel. in Epiſtolam Judæ Apoſtol.

Anonym. D. Auguſt. Tertull. D Hieron. D. Athan. Clem. Alex Philip Abb. Didym. Beda. Bellarm. Tertull. Silian. Fevarden. Juſtin Cornel.

79. *Elias Monachorum princeps, & inſtitutor.* Marr Ægyp S. Doroth.

Parens autem Elias fuit primus Monachus, Monachorum princeps, ac Religioſæ vitæ inſtitutor. Martyrolog. Ægyptium, Arabicè conſcriptum die 20. Julii: *Hic Elias, ait, Propheta fuit primus in veteri lege, qui deſerta incoluit, & Monaſticam in montibus vitam egit*: S. Dorotheus Martyr. in libro, qui dicitur Synopſis Prophetarum, & habetur in Bibliotheca magna tom. 1. *Elias, ait, hic primus ex hominibus eſt, qui hominibus curſum ad Cœlum ſubmonſtravit: Primus ex hominibus unam Angelorum, & hominum vitam oſtendit.* Hoc apertis verbis docuerunt. D. Hieron. Epiſtol. ad Paulin. D. Iſidor. Hiſpalenſ. l. 2. de offic. cap. 15. Caſſian. de Inſtitut. cap. 2. D. Macharius ſerm. ad Monac. ut ferunt Palinydor. lib. 1. cap. ultimo in fine, & Suar. tom. 3. de Relig. lib. 3. cap 1. S Athanaſ. in vita S. Antonii Abbatis, & in vita S. Pachomii. S. Honuphrius in lib cui titulus, *Vita Patrum.* Et alii, quos citavi tom. 3. in Evang. cap. 31. q. 16. Leſana tom. 1. Annal. in Apparatu cap. 5. quos valde longum eſſet referre, cum multi ſint in magno numero.

D. Hieron. D. Iſidor. Caſſian. D. Machar. Palinyd. Suar. S. Athanaſ. S. Honuph. Leſana.

Sublimis eſt, & alta gloria magni Eliæ, qui tantorum Monachorum ac Religioſorum ſit tanquam Protoparens, & primus Auctor. Graviter pondera, quonam pacto Adamus potuit decipi, ac ei venire in mentem, quod futurus eſſet Deus cum Diabolus dixit, *eritis ſicut Dii.* Geneſ. 3. num. 4. nam Adamus illuſtratus erat ſcientia ſupernaturali de Deo, & etiam omnibus ſcientiis naturalibus perfectiſſimè præditus erat, quibus apertè tanquam luce meridiana deprehendebat, impoſſibile eſſe, ſe divina natura inſigniri, aliquidque divinum in ſe habere; quomodo ergo potuit, in talem conſiderationem devenire, ſe Deum eſſe futurum; Acutè Rupertus lib. 3. in Gen. cap. 1. loquens de Adamo, & Eva ait: *Conſcii quanta generationis forent patres, & principes, jam ſicut Dii, id eſt revera Dii haberi volebant.* Conſideravit Adamus, ſe eſſe progenitorem totius generis humani, ac tot illuſtriſſimorum virorum, tantorum Patriarcharum, ac Propheterum, omnium Apoſtolorum, Martyrum, & Pontificum, Regum, ac Imperatorum, & inde allucinatus eſt, ut talis conſideratio ei ſubiret in mentem, quod ille qui erat caput, & radix tot magnorum virorum, pluſquam homo erat, & aliquid divinum in ſe habeabt, & quod ut Deus colendus eſſet. Ac ſic Adamus in natura integra cum juſtitia originali, cum ſe cogitaret datum in parentem, ut tot magnos heroas haberet in filios, allucinatur, evaneſcit in cogitationibus ſuis. At Elias tanta humilitate præditus erat, cum ſe cognoſceret parentem tot Religioſorum, ac Monachorum, dicebat: *Non ſum melior patribus meis.* 3. Reg. 19. num. 4. *Non ſum melior patribus meis, ſed omnibus illis inferior*, ait Rabbanus in ejus perſona.

80. Geneſ. 3. Rupert. *Magna gloria Eliæ, quod tantorum filiorum ſit parens.* *Humilitas Eliæ.* 3. Reg. 19. Rabban.

Quæstio XI.

Quare, cùm Dominus ait, dabo duobus teſtibus meis, *non exprimit tamen donum, quod dabit?*

Ait Dominus: *Dabo duobus teſtibus meis.* Oratio videtur imperfecta, & truncata; ait: enim quod dabit duobus teſtibus, non tamen exprimitur id, quo dabit; & in text. Syriaco nulla eſt difficultas, ait: *Dabo duos teſtes meos.* Nec etiam in text. Arabico eſt difficultas: *Dabo duobus teſtibus meis, prophetare.* Ac ſi tanquam magnum donum concedatur juſtis, pro gloria Dei prophetare, prædicare, & laborare. Tota difficultas eſt in noſtra vulgata: quæ habet, *Dabo duobus teſtibus meis.* Communiter reſpōdent expoſitores? *Dabo duob. teſtib.* os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere omnes adverſarii; ſed cur hoc non exprimitur? eſt tota difficultas. 81. *Difficultas.* Syriac. Arabic. *Pro magno dono datur ſanctis, laborare pro Deo.*

82. Reſpondent D. Thomas in præſenti: Dabo duobus teſtibus meis: *In hoc, ait, quod donum non exprimitur, intelligitur magnitudo doni; non*

enim dicitur : quod eis dabit , quia non eſt facilè narrabile. Quomodo Angelicus Doctor talem concluſionem , ac reſolut onem in publicum

Joan. 1. prodit, *Non enim dicitur , quod eis dabit, quia non eſt facile narrabile* ? Ipſa magna Aquila Joannes æternam generationem , ac ſacrum

Joan. 3. Triadis myſterium nobis aperuit : *In principio erat Verbum* : Conſubſtant alitatem Patr s cùm filio nobis declaravit : *Et Verbum erat apud Deum.* Altiſſimum Incarnationis myſterium nobis revelavit : *Et verbum caro factum eſt.* Ingentes D vini Amoris d.v tias nobis notas fecit : *in finem dilexiſti eos.* Quæ omnia altiora ſunt, & in immenſum ſuperavit Eliæ ac Enoch magnalia ; quomodo ergo de iſtis affirmatur

Valde difficile, explicare Eliæ magnalia. *Non dicitur quod eis dabit , quia non eſt facilè narrabile.* Cum Evangeliſta pertractat, quæ ad Chriſtum ſpectant , agebatur res de vero Deo, & homine , & cum Deus dicatur , omnes perfectiones in eo continebantur , omniáque magnalia credibilia erant , nam Deus totius perfectionis immenſus eſt pelagus . At verò ; cum noſter Evangeliſta de uno puro homine, utpote Elia, pertractat, ad ipsúmque vertit ſermonem , perdifficile viſum eſt , de uno puro homine tot donorum , ac excellentiarum magnitudines dicere, & publicare ; & inde illas

Alb Magn. ſilentio involvit, ac premit. Albertus Magnus in præſenti , poſt excitatam noſtram quæſtionem ac difficultatem ſic reſpondet: *Dabo duobus teſtibus meis* ait, *Dabo dicit ; nunquid ad ſignandum, illud eſſe ineffabile , quod dabit.*

83. Incipit ſacer Text. narrare hiſtoriam Eliæ, & primò ante omnia de eo ait : *Dixit Elias Theſ-*

3. Reg. 17. *bites : Vivit Dominus Deus Iſraël , ſi erit annis his ros , & pluvia , niſi juxta oris mei verba.* 3. Reg. 17. num 1. Cur Scriptura in medium non proponit ejus progenitores , ac generationem, ut in aliis ſit ? cur ejus eximias virtutes, zelum , charitatem, paupertatem, ac virginitatem non refert ? ſed illis omnibus omiſſis , ſtatim in primo limine : *Si erit annis his ros , & pluvia, niſi juxta oris mei verba.* De quo ait D.

D. Iſidor. Iſidorus in vitis Prophetarum : *Summa homini poteſtas* : & nihil majus ſanè potuit homini concedi quàm quod ipſe exiſtens in terris, haberet dominatum in Cœlum.

84. Albert. Magn. Graviter ponderat Albertus Magn homil. 2. de Annunciatione, quod antequam omnes viros illuſtres ad magnas dignitates exaltaret Deus , prius in illis magna , & præclara merita oſtentavit, ut inde fieret evidens, quàm aptè, & convenientes erat illis proportionata dignitas. Antequam Noë conſtitueretur veluti protoparens ac ſeminarium totius generis humani, de illo dicitur? *Noe vir juſtus, atque perfectus*

Geneſ. 6. *fuit in generationibus ſuis.* Geneſ. 6. num. 8. Antequam Abrahamus elegeretur. Pater æterni Verbi incarna i *In ſemine tuo benedicentur om-*

Geneſ. 22. *nes gentes.* Geneſ. 22. num. 18. Prius tamen tentavit Deus Abraham præcipiens ei, exire de terra ſua , & cognatione ſua atque ei unigenitum filium ſuum Iſaac ſacrificare: Antequam Joſeph

Geneſ. 41. ad principatum Ægypti ac clavum ejus aſſumeretur , *Tu eris ſuper domum meam.* Geneſ 41. num. 41. Tot labores ille perpeſſus eſt , ut ſit veluti quædam tragœd. ecce ille denudatus in ciſternam miſſus, venditus, captivus, & incar-

Exod. 7. ceratus; Moyſes antequam totius populi Iſraëlitici eſſet dux habitus, multas controverſias, ac contrarietas habuit cum Pharaone ; ut veluti quoddam navale bellum reputari poſſit ? ſic & ſimiliter David cum Saule, antequam coronam regni eſſet adeptus. At in beatiſſima Virrgine Maria , in qua illuſtriora merita ſuper omnes puras creaturas refulſerunt, primum quod de ea dicitur in toto teſtamento novo, eſt præexcelſa dignitas maternitatis Dei, *de qua natus eſt Ieſus.* Matth. 1.

Matth. 1. num. 16. Cur in ipſa mutatur ſtylus, & phraſis Scripturæ ? cur non potius dicuntur illius merita, & poſtea dignitas, ut in aliis? Citat Albert. Magn *Dignitate comprobatur meritum* ; Merita Noë, Abrahami , Joſeph, Moyſis, Davidis, & aliorum, poſſunt verbis humanis dici, & explicari ; At merita Virginis Mariæ adeò excellunt captum noſtri intellectus , ut nulla ſint verba, nulla methodus, ac phraſis , quibus declarari poſſint ; ſed ſolùm ipſe dignitate manifeſtanda ſunt ; *dignitate comprobatur meritum.* Merita Virginis Mariæ.

Ipſa ſuprema dignitas ejus , qua major nulli puræ creaturæ poterat conferri oſtendit, & manifeſtat , merita ejus eſſe ſuper omnes ſimiles puras creaturas.

Primum, quod de Elia dicitur, eſt *ſumma hominis poteſtas* , & nulla major poteſtas potuit 85.
dari homini exiſtenti in terra, quàm dominatus in ipſum Cœlum, ad aperiendum , & claudendum, cur non prius ſcribitur ejus charitas, Dei zelus, prompta obedientia ac omnium mundialium contemptus, & cæteræ ejus virtutes, ut fit in aliis, ſed primo omnium ſcribitur *ſumma hominis poteſtas* ? aliorum merita ſanctorum Eliæ merita non poſſunt verbis explicari.
poſſunt humana methodo, ac phraſi ſignificari; at verò Eliæ adeò excelſa , ut nullis humanis verbis poſſint declarari; ſed dignitate. *Comprobatur meritum.* Unde meritò Albertus Magn. ait : *Dabo dicit , nunquid ad ſignandum , illud eſſe ineffabile , quod dabit.*

Et quid mirum, quod merita Eliæ adeò præ- 86.
excelſa ſint, ut non valeant, ullis verbis explicari , quando adeò magna ſunt , ut non ſæculo concludantur, ſed & multa amplectantur, & ad illa ſe extendant. Altè docet D. Auguſt. lib. 5. de D. Auguſt
Civitate Dei c. 11. quod in lege gratiæ omnia ſæcula , recapitulantur : Hic enim fit, nova regeneratio, ac creatio hominis, nováque lux reſplenduit in orbe , novúmque diluvium ſpirituale peccatorum ſanguine Chriſti hîc factum eſt, ſi ergo in hac lege Evangelica , ac recapitulatione temporum, oculos, conjicimus ad ejus principium, videmus virtutem, & ſpiritum Eliæ. Generoſitas Spiritus Eliæ non concluditur uno ſæculo, ſed multa amplectitur.
In virtute , & ſpiritu Eliæ. Luc. 1. num. 17. Si verò oculos convertimus ad ejus finem, invenimus perſonam Eliæ , cum ſua doctrina, Prædicatione , ac miraculis : *Mittam vobis Eliam Prophetam.* Malach. 4. num. 6. Ac ſi magnanimitas , ac generoſitas ſpiritus virtutis , ac zeli Luc. 1.
Eliæ ; non potuerit uno ſæculo , ac tempore concludi , ſed ad multa ſe extendit , illáque amplectitur.

Quæſtio XII.

Quare duratio Prædicationis Eliæ, & Enoch, nec per tempora, nec annos, nec menſes, ſed per dies numerantur?

87. Dicitur in text. *Et prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta*; de ſenſu litterali horum verborum dixit in expoſitione; nunc in laudem ſanctiſſimi noſtri Parentis Eliæ, & idem dici poteſt de Enoch; aliquid dicam.

88. Pſalm. 88. Dum hæc verba conſidero, ſtatim mihi venit in mentem illud Pſalm. 88. num 30. *Thronus ejus, ſicut dies Cœli.* Ubi Regius Vates teſtatur, quod Dei thronus ſit, tanquam dies Cœli; & quinam ſunt dies Cœli, & quænam combinatio, ac proportio ſit inter eos, ac Dei ſolium? Variæ ſunt expoſitiones Sanctorum Patrum; D. Ambroſius exiſtimat, quod dies Cœli, ſint dies lucidi, ac maximè nitentes, ſine Eclypſi, ac caligine nebulæ D. Auguſt. noſter, Incognitus, quod ſint dies conſtantes, ac permanentes ſine fine, & termino, itaut nulla nox eis ſuccedat, in quo multum diſtant à diebus terrenis, qui duodecim vel quatuordecim horis terminantur, & ſtatim pereunt, atra nocte adveniente. Alii, quibus favet D. Remigius, dicunt, quod dies Cœli, ſint dies valde eminentes, & puri ſine contagione, & macula terrena; talibus diebus cum tanta præeminentia, ac excellentia Dei thronus comparatur, qui ſunt ſancti cœleſtis curiæ; juxta illud Pauli 2. Corinth. 6 n. 16. *Deus habitat in Sanctis ſuis* Idem eſt ergo, ac ſi diceret, dies Sanctorum in cœleſti patria, ſunt dies fulgidi, ac lucidi, ſine Eclypſi, ac nebula peccati, cum multa perſiſtentia, ac permanentia, ſine ullo fine; & abſque ullo contagio, ac macula hujus mundi, & terræ.

Dies Cœli tria habens. D. Ambr. D. Auguſt. Incognit. D. Remig. 2. Cor. 6.

89. Si tales ſunt dies Sanctorum in cœleſti curia, per accommodationem dicere poſſumus, quod eis ſimiles fuerunt dies Eliæ degentis in terra, nam ut de eo teſtantur. D. Chryſoſtomus in Catena, Carthuſian. ad cap. 4. Luc. *Elias terreſtris Angelus, homo cœleſtis.* Et D. Ambroſius lib de Elia cap. 2. *Elias cœleſtem vitam in corpore, & ſupernæ viſam converſationis exhibebat in terris.* Et S. Athanaſius in vita ſancti Pachomii: *Elias vitam cœleſtem in terris geſſit:* Unde infrà quæſt. 16. num. 116. Si ergo Elias tanta puritate, ac ſanctitate vivebat, ut cœleſtem vitam ageret in terris, bene dicere poſſumus, quod dies Eliæ ſimiles fuerunt diebus Cæli, quòd fuerunt nitidi, ac lucidi, ſine Eclypſi, ac nebula peccati, cum multa permanentia, ac conſiſtentia in Dei obſequio, zelo, ac ratione promerendi abſque aliſqua macula, ac fœce terrenæ immunditiæ, ac impuritatis.

D. Chryſ. Carth. D. Ambr. D. Athan. *Elias in terris cœleſtem vitam agebat.*

90. Fuerunt dies Eliæ multum lucidi, ac reſplendentes ſine nebula, ac obſcuritate peccati: Chriſtus Dominus loquens de Elia, ipſúmque adducens in Exemplum, ait Luc. 4. num. 25. *Multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Iſrael, &c.* Et ſtatim loquens de Eliſæo, ait: *Multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſæo Propheta.* Alii legunt, *tempore Eliſæi*: multùm diſtat dies à tempore, dies dicit lucem, ac ſplendorem: Tempus verò lucem diei, ac obſcuritatem noctis: In Elia, ac multis aliis ſanctis, ſi lux diei gratiæ effulſit, etiám atra peccati nox non defuit: At in magno parente Elia totum fuit lux, ac ſplendor gratiæ, & cœleſtium donorum.

Dies Eliæ ſine nebula peccati. Luc 4. Boſtrenſ.

91. De eo, ac Enoch ait noſter Ioannes in præſenti & *Prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta*: Et hoc capite loquens Evangeliſta de miniſtris Antichriſti ſuperiori verſ. 2. *Civitatem ſanctam conculcabunt menſibus quadraginta duobus* & de iiſdem miniſtris ait cap. 9 n. 15. *Qui parati erant in horam, menſem, & annum.* Et idem regnum Antichriſti computatur apud Danielem 7. num. 25. *Et tempora, & dimidium temporis.* Quæro nunc, cur Divinus Spiritus idemmet tempus regni Antichriſti, in Elia computet per dies in aliis verò per menſes, annos, & tempora? Hoc ſane maximè ſtabilitur id quod intendimus; nam ſic menſis, annus, tempus, includunt diem, etiam obſcuritatem noctis; At verò in Elia tantùm invenimus dies *Diebus mille ducentis.* Nam in ipſo cuncta extiterunt, luces, ſplendores, ac fulgores divinæ gratiæ.

Apoc. 11. Apocal. 9. Daniel. 7.

92. Objicies, quod etiam in Elia, poſtquam comedit illum ſubcinericium panem, ait ſacer Text. *ambulavit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus* 3. Reg. 19. n 8. Ambulavit quadraginta diebus, & noctibus, ut explicat Abulenſ. ibi quæſt. 12. æqualiter die, noctúque ſine quiete, ſine requie, ſine ſomno; nam in virtute illius cibi, itinere non fatigabatur: In aliis hominibus ſunt dies, & noctes; magna tamen differentia, dies ad laborem, ut ait Pſalmographus; Pſalm. 103. *Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam, uſque ad veſperum.* At verò ſuccedunt noctes ad requiem, & quietem, *& in cubilibus ſuis collocabuntur.* At verò in Elia noctes habent omnimodam æqualitatem cum diebus, ad itinerandum pergendum, ac ambulandum in via Dei, in ejúſque divinis mandatis.

3. Reg. 19. *In Elia nocte ſicut dies.* Pſal 103.

93. Dies Eliæ permanentes ac conſiſtentes, ſine veluti termino in Dei zelo, charitate, ac obſequio. Loquens de Elia, & Enoch. Tertullian. lib. de anima cap. 50. ait: *Morituri reſervantur, ut Antichriſtum ſanguine ſuo extinguant.* Sanguis hominis demortui hominem vivum occidet; ſanguis ille mortuus eſt ad vivificandum corpus Eliæ ut prodeat in actiones vitales videndi, audiendi, ac ambulandi; at vero, ut fervido Zelo Eccleſiam Dei tueatur pro illáque pugnet; contra ejus adverſarios, vivus eſt; ſic enim in illo ſanguine impreſſum, ac ſigillatum eſt. Dei honorem zelare, Eccleſiam defendere, ac contra ejus adverſarios pugnare, fieri poteſt, ut ſanguini illi vita deſit ad animandum, ac vivificandum corpus Eliæ, tamen fieri non poteſt, ut tali ſanguini deſit robur, ac generoſitas ut Eccleſiam propugnet, & tueatur, ejúſque adverſarios occidat, & extinguat. *Ut ſanguine ſuo Antichriſtum extinguant.*

Tertull. *Mors non poteſt extinguere in Elia Zelum, & charitatem.*

94. Tertiò dies Eliæ valdè puri, ac defæcati ſunt ab omni macula, ac contagio terreno; ſic enim erat purus Elias, & alienus à macula peccati, ac

illius

illius inquinamento, ut ex præſenti a. Eliæ malitia peccati videretur aggravari, & augeri. De
3. Reg. 16 Achab ait ſacer Text 3. Reg. 16 num. 30. *Fecit Achab filius Amri malum in conſpectu Domini, ſuper omnes, qui fuerunt ante eum.* Unde fieri potuit, quod tanta eſſet gravitas peccatorum Achab; ut in ſua malitia excederet omnes Reges, qui fuerunt ante eum? in quibus multi extiterunt idololatræ, omni immunditia, ac ſpurcitia pleni, inter quos fuit Jeroboam, qui fecit duos vitulos aureos & dedicavit eis templa, Sacerdotes, & non ſolùm avertit Iſraël, ne iret in Jeruſalem, ut ſacrificaret Domino in templo, ſed etiam compellebat populum, ut
3. Reg. 12. ſuis vitulis immolaret. 3. Reg. cap. 12. num. 26. quod peccatum ut grande nefas, ſæpè expro-
3. Reg. 14. Tobiæ 1. bratur Iſraëli. 3. Reg. 14. num. 26. Tobiæ n. 13. Unde ergo malitia Achab tanta, ut tranſcenderet ſuper omnes Reges: *Super omnes, qui fue-*
Paul Burg. *runt ante eum.* Eleganter Paulus Burgenſ. *Super omnes, qui fuerunt ante eum, eò quod vixit*
Grande nefas peccare coram Elia. *tempore, quo floruit Elias.* Tanta erat integritas vitæ Eliæ, tanta ſanctitas, puritas, ac virtutum ſplendor, quod exinde maximè accreſceret, & aggravaretur malitia peccati, quod quis tanto virtutum exemplari in Elia poſito ante oculos peccaret, ac delinqueret; unde quamvis alii Reges fuiſſent peſſimi, & idololatræ & ſuis idolis dedicaverint templa & Sacerdotes, & compellerent populum, ut eis immolarent; tamen Achab peccavit *ſuper omnes, qui fuerunt ante eum, quod vixit tempore, quo floruit Elias*: & quod in oculis ejus tot crimina perpetraverit.

Quæstio XIII.

Quare illuſtriſſimi viri, Elias & Enoch, magna poteſtate fulgentes cilicino habitu apparebunt.

95. Cilicino habitu ex pellibus cum zona pellicea, utebatur Elias, ut patet ex 4 Reg. 1.
4. Reg. 1. Abulenſ. num. 1. Quæ veſtis, ut ibi vult Abulenſ q. 5. facta erat de groſſis camelorum pilis, ſine arte compoſita, quia ſicut omnes illi, qui Parentem Eliam imitabantur, utebatur Joannes Baptiſta.
Matth. 3. Matth. 3. num. 4. *Joannes habebat veſtimentum de pilis Camelorum & zonam pelliceam circa lumbos*; de quo veſtimenti genere multa dixi tom. 1. lib. 3. cap. 1. quæſt 25 & 26.

96. Quare ergo hujuſmodi ſanctiſſimi viri ſacco utuntur? Reſpondet primò Ansbertus: *Quid in ſaccis veſtitum accipimus, niſi humilitatis confeſſionem, qua ſe peccatores ex intimo cordis dolore pronuntiant: cum ſint magnæ virtutis viri? cilicium enim criminoſis competit*: Unde per
Pſalm. 34. Pſalmiſtam 14. dicitur *Dum mihi moleſti eſſent induebar cilicio, & humiliabam in jejunio animam meam.*
Quò quis ſanctior, humilior habitu Quò quis ſanctior, eò humiliorem, & indigniorem ſe exiſtimat, & inde ſanctiſſimi viri peccatorum habitu induuntur. Se-
Hippolit. cundò Hippolitus tract. de mundi conſummatione: *Ut hac ratione flectant, & convertant homines ad pœnitentiam.* Maximè viri ſancti aliorum ſalutem deſiderant & inde ſumunt cilicium in veſtes, ut ſuo exemplo alios ad pœnitentiam inducant. *Suo exemplo alios ſancti inducunt ad pœnitentiã.*

97 Tertiò Elias habitu pœnitentiæ utebatur, cum Achabum, ac populum exhortaretur ad illam: Enoch, ut dicitur Eccleſiaſt. 44. *Tranſlatus eſt in paradiſum, ut det gentibus pœnitentiam.* Eccleſ 44. Meritò ergo ſaccis induuntur; nam concionator verba ſalutis annuntians, & pœnitentiam perſuadens, non ſolùm ſermone; ſed etiam opere, quod prædicat, exhibeat. Petrus Damian lib. 2. Epiſtol. 5. *Verba vitæ non ſolùm vocibus, ſed etiam moribus nũtiemus.* Abſit, quod Diaman. lingua operibus contradicat D Hieronym. Epiſtol. 2. ad Nepotianum: *Delicatus magiſter, ait, qui pleno ventre de jejuniis diſputat; accenſare avaritiam & latro poteſt; Sacerdotis Chriſti mens, manũ que concordent, ſalutaiſque concionatorum oratio, ſi cùm pœnitentiam aliis ſuadent ipſi ſaccis induantur.* D. Hieron. *Habitu pœnitentiæ ad pœnitentiam provocabant Prophetæ.* Elias veſtimento pelliceo utebatur. De Eliſæo idem colligitur. 4. Reg. 2. n. 13. *Levavit pallium Eliæ* ad quod reſpicit Paulus ad Hebr. 11. n. 37. *Circuierunt in melotis.* 4. Reg. 2. Hebr. 11. Hac enim lege vixit Senatus Propheticus, ut monitis pœnitẽtiæ vim adderet habitus pœnitentiæ. D Hieronym. in cap. 13. Zachariæ num. 4. *Hic erat Prophetarum habitus, ut quando populum ad pœnitentiam provocabant, induerentur cilicio.*

98. Quartò. Rupertus Abbas lib. 6. in Apocal. *Eorum eſt, ait, in ſacco, & cinere peccata hominum lugere, & tantò magis coram Domino humiliari, quanto major eſt in ſuo tempore abundantia iniquitatis.* D. Hieron. Rupert. Quod confirmat *Sic Elias, cùm Jeſabel & Achab Prophetas Domini occiderent, altaria ejus ſuffoderent, non mollibus veſtiebatur, aut in domibus Regum erat, ſed in deſertis incultus, & hiſpidus, aſperam vitam ducebat.* *Juſtus agit pœnitentiam in abundantia peccatorum populi.* Cum peccata abundant in populo, tunc juſti multa pœnitentiæ ſigna exhibent, ut iratum peccantibus Deum leniant, ac placatum faciant.

99. Hoc amore ſalutis alienæ Daniel jejunio ſaccum addit, & cinerem c. 9 n. 3. *Poſui faciem* Daniel. 9. *meam ad Dominum Deum meum rogare, ac deprecari in jejunio, ſacco & cinere* Erat Daniel, vir Sanctus; erat & populus ob peccata ſua exilio preſſus, ac proinde neceſſe erat, ut Deum quis preſſum mitigaret; quod à Vate jejunio factum docet Chriſoſtom. homil. 14 ad Roman. *Graviſſimo jejunio, ait, macerat ſe, ut Deum illis conciliaret.* Tertulian lib. de anima Tertul. cap. 48. Danielis locum tractans ait. *Ut Deum illiceret humiliationis officiis.* Satis inſinuans, mitigari Deum, licèt iratum læſa majeſtate, ſi viri magni jejunio & ſacco ſe terant publicè. *Deus placatur pœnitentia hominum publica.* Iſaias à Deo accepit mandatum cap. 20 n. 2. Iſai. 20. *Vade, ſolve ſaccum de lumbis tuis*: Hoc eſt diſcinde tunicam. Quo conſilio id juſſerit Deus, explicat Hugo: *Ut appareret cilicium, quo indutus erat.* Hugo. Ut ipſa publica pœnitentia ira Dei placaretur, & populus ad pœnitentiam induceretur.

100. Quintò. Haymo: *Quia Sanctorum vita, ait, reprobis videbatur deſpecta, ideo perhibentur ſaccis indui.* Saccis induuntur, ut eorum perſonæ, ac vita, in hominum oculis videatur contemptibilis, ut ita omnium contemptu ſuam internam puritatem, ac morum honeſtatem teneant, & conſervent Mandavit Deus Moyſi Exod. 26. num. 7. *Facies & ſaga cilicina in te-*

ctum

cim ad operiendum tectum tabernaculi, &c. Tabernaculum totum erat ornatum auro, ac pretioſis gemmis, ad quid mandat Deus, fieri
Veſtis cilicina tegit bonos mores. ejus operimentum cilicinum? Non erit ex ſerico potius, vel byſſo vel alia re æſtimabili. Ex cilicio, & optimè voluit Deus denotari, quod pulchritudo, ac elegantia virtutum domus ſuæ, in qua juſti inhabitant, ſervanda & retinenda erat, abſcondita vili ac corruptibili
D. Greg. cilicio D.Gregor.Mag.lib.2. Moral. cap.22.ſic ait, *quæ dum arctè in tabernaculo, ſub ciliciis, & pellibus abſconditur, ſua integra pulchritudo ſervatur.*

101. Cant. 4. Nec aliter ſentit Salomon, cum ſponſæ genis apponit cortices mali punici ſemel cap 4.n.3. *Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ*, & ite-
Cant. 6. *Veſtis aſpera tegit virtutem.* rum cap.6 num.6 *Sicut cortex mali punici, ſic genæ tuæ* &c. Facies pulcherrimæ ſponſæ quam combinationem poteſt habere cum cortice mali punici aſpero, duro, & rudi? Ut ſciat Virgo, faciem ſuam tegi oportere, ne videatur; tamen in rem noſtram ut ſciat anima ſancta; durum, & rudem corticem, tanquam ſuccum ſumendum eſſe ad tuendam virtutum ſancti-
D. Nyſſen. moniam. D. Gregorius Nyſſenus orat 9. *Nam eo pacto*, ait, *fiet ut virtutis fructus furibus ſit inacceſſus: nimirum duro continentiæ cortice munitus, & gravi, triſtique conditione vulnerans eos, qui mali inferendi cauſa propius accedunt.*

Apoc.11.n.4. Hi ſunt duæ olivæ, & duo candelabra, in conſpectu Domini terræ ſtantes.

VERSIONES.

Syrus. Hi ſunt duæ olivæ, & duo candelabra illa, quæ ante Dominum ſunt.

Arabicus. Hi ſunt duæ radices olivarum.

Tygur.Pagn. In conſpectu Dei terræ ſtantia.

S.*Proſper.* In conſpectu Domini terræ conſiſtentia.

EXPOSITIO IV.

102. HI duo, ſcilicet Elias, & Enoch; *ſunt duæ olivæ*, id eſt, inſtar duarum olivarum, ſucculenti, pingues, & fertiles, pleni, ac ſpecioſi bonorum operum, & fructuum, Judæos enim aberrantes, ac gentes reducent ad Chriſtum. Unde ſubditur: *Et duo candelabra*; Chriſtum enim, qui eſt verum lumen, toti mundo præferent,
Græcus. ut oſtendent *Stantes*: Græcus habet, *ſtantia*, & hæc verba multis Sanctis accommodantur, ab
Sixtus. Eccleſia Joanni, & Paulo Martyribus; à Sixto V.D.Thomæ, ac D. Bonaventuræ.

QUÆSTIO XIV.

Quare magnus Pater Elias, & Enoch; dicuntur duæ olivæ.

DE dilectiſſimo ſuo Diſcipulo Luca, ut 103.
multi volunt, ait Apoſtolus Paulus. 2. 2. Cor. 8.
Cor.8.num 18. *Cujus laus eſt in Evangelio*; ſic præeminent ejus laudes, ut non ſint rationes probabiles, ſed veritates Evangelicæ; quod plenè dicere poſſumus de magno Elia, cujus præconia ſic præeminent, ut non ſint probabiles rationes, ne accommodatitiæ conjecturæ, ſed veritates Evangelicæ; de eo enim ſæpè agitur in Evangelio, ut planum eſt, quod etiam hic de Enoch dicere poſſumus. *Laudes Eliæ veritates Evangelicæ.*

Hos ſuos duos magnos præcones alto con- 104.
ſilio vocat Deus olivas; nam oliva ſymbolum eſt pinguedinis & ubertatis, ac fertilitatis, & pulchritudinis Jerem.11 num. 16. *Olivam* Jerem. 11.
uberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam, vocavit Dominus nomen tuum. In illo ergo tempore Antichriſti; in quo futura eſt in terris magna impietas, & omnium bonorum ſterilitas has Deus duas profert olivas, uberes, pulchras, fructiferas atque ſpecioſas, ut ſtent in conſpectu ſuo, ut ſua ubertate excludant hominum ſterilitatem; ſua pulchritudine turpitudinem, ſuis fructibus opera venenata, ac perverſa; ſua ſpecie a ras mo[illegible]ſt uoſaſque larvas. Pſalm. 51. num. 10. *Ego autem ſicut oliva fructifera in domo Dei.* De Eccleſiæ pinguedine loquens Iſaias 5.num.1.ait: *Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei.* Symmachus: *Vinea facta eſt dilecto meo in cornu in medio olivarum.* Vinea Eccleſiæ fundata eſt in loco forti, ac ſublimi, qui non poterit expugnari ab adverſariis: *In medio olivarum*; inter filios fertiles, & abundantes gratiarum pinguedine.
Symbolum ubertatis. *Ubertas gratiæ ex prædicatione Eliæ, & Enoch.* Pſ. 51. Iſai. 5. Symmach.

Secundò olivæ, quæ oleo ſanent, ungant, 105.
generoſóſque contra Antichriſtum athletas efficiant. Inde rectè olivæ; quæ firmitatis, ac ſoliditatis ſunt ſymbolum; ea eſt hujus ligni natura, ut eam neque tempeſtas, neque caries, neque vetuſtas labefactent. Quæ ſoliditas, ac firmitas his duobus Sanctis viris convenit; Ansbertus hic: *Elias, cui ſpecialiter iſta aſcribuntur*, dicit.3. Reg 17.num.1. Vivit Dominus in cujus conſpectu ſto, *Qui enim rerum tranſeuntium mutabilitate non movetur, rectè in conſpectu Domini ſtare perhibetur.* Hinc Pſalmiſta 15. teſtatur. *Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi, ne commovear.*
Firmitatis ſymbolum. *Eliæ conſtantia, ac firmitas.* Ansbertus. 3. Reg. 17. Pſalm. 15.

Tertiò, olivæ, quæ nec brumæ horrore areſ- 106.
cunt neque canis arentis ardoribus palleſcunt, cum fructibus ſalutaribus habent bonæ ſpei folia, contra omnem Antichriſti immanitatem. Olivæ ſemper virent, ita ut foliis quibuſdam decidentibus ſemper nova germinent. Oſee 14. Oſee 14.
n.6 *Ego quaſi ros Iſraël, germinabit ſicut lilium, & erumpet radix ejus, ut libani, ibunt rami ejus & erit quaſi oliva gloria ejus.* Gloria olivæ in eo conſiſtit, ut nunquam foliis viduetur, ſed ſi quædam excidunt, nova ſemper renaſcuntur; ecce
Symbolum ſpei.

Iuſti ſemper germinantes proficiunt. Prov. 11. cur etiam hi duo ſanctiſſimi teſtes, olivæ dicuntur; Iuſti enim ſemper germinant, ſemper proficiunt, quod de juſtis teſtatur Salom. Prov. 11. num. 28. *Iuſti, quaſi virens folium, germinabunt.* Rabban. Rabbanus Morus lib. 2. in Prov. Salomonis, *Iuſti*, ait, *quaſi virens folium ſemper germinat, quia ſpe ſalvi facti, in fidei, ac virtutum gratia proficere non ceſſant, donec ad fructum deſideratæ retributionis attingant.*

107 *Symbolum pacis.* Quartò, oliva ſymbolum eſt pacis; unde Geneſ. 8. num. 11. Columba veniens ad Noë in arcam, ramum attulit virentis olivæ, in ſignum extincti diluvii, & ſiccatæ terræ, ac pacis totius orbis, & reconciliationis cum Deo. Inde meritò Gen. 8. Elias & Enoch dicuntur duæ olivæ, quia pro eo tempore perſecutionem, ac diluvium tribulationum Antichriſti ceſſaturam, pacem Eccleſiæ, & prædeſtinatis appropinquantem, & reconciliationem *Pax Eccleſiæ, per Eliam, & Enoch* hominum cum Deo, ac adventum gloriæ ejus, denuntiabunt. Quod optimè Matth. 17 convenit Eliæ, juxta illud Chriſti D. Matth. 17. num. 11. *Elias quidem veniet, & reſtituet omnia.* Quod optime Epiſcopus Ianſen. cap. 67. ſuæ Janſen. concordiæ, componit, cum verbis D. Pauli de Chriſto ad Epheſ. 1. n. 10. *Inſtaurare omnia in* Epheſ. 1. *Chriſto.* Vide quæ dixi tom. 3. cap. 31. quæſt. 12. num. 64. 65. & 66.

108. *Symbolum miſericordiæ.* Quintò oliva ſymbolum eſt miſericordiæ; nam oleum cuncta fovet, & recreat, & dulciter lenit; juxta radicem Græcam; oliva à miſe- Radix. Græc. ricordia dicitur Latine. Unde de his duobus teſtibus dicere poſſumus: *Hi viri miſericordiæ ſunt, quorum pietates non defuerunt.* Unde ſi hi *Ira Eliæ pietas erat.* duo viri percutient terram, omni plaga, ut poſtea hic dicitur; & clauſo Cœlo, percuſſit Elias, hoc fuit ex multa pietate, ut populos ad Deum D. Baſil. Sel. adduceret; D. Baſilius Seleuc. orat. 11. de Elia, ponderans illa verba: *nec erit ros, nec pluvia, niſi juxta verba oris mei.* Sic exclamat: *O ira pietatis plena.* Totum enim in illo erat pietas, & clementia.

109. A vidua Sarephtæ poſtulat Elias: *Da mihi paululum aquæ in vaſe, ut bibam; cùmque illa pergeret, ut afferret, exclamavit poſt tergum ejus, dicens; affer mihi, obſecro, buccellam panis in manu tua.* Cùmque illa ſe excuſare cœpiſſet, quod non habebat, niſi pugillum farinæ; ait ei Elias: *Hydria farinæ non deficiet, nec le-* 3. Reg. 17. *cythus olei minuetur.* 3. Reg. 17. num. 14. Elias à *Ex præſentia Eliæ, miſericordia, & pietas.* muliere, in illa magnâ penuria aquarum, tantùm poſtulavit panem, & aquam, cur non promittit abundantiam panis, & aquæ, ſed olei pro aqua, *lecythus olei non minuetur*? D. Chryſoſtom. ſerm. 1. de Elia; *ad vocem mulieris, incipit Elias miteſcere, & inter ſe miſericordiam exercere.* Promittit Elias oleum mulieri; quod eſt miſericordiæ ſymbolum; domum inquam ingrediebatur Elias, & ad præſentiam ejus; conveniens erat, ut miſericordia creſceret, & augeretur in uberes pietatis fontes; & ſic factum eſt; quia mulier eſt illuminata à Deo in fide, & comedit ipſa, & filius ejus, & domus ejus tota, filiúſque à faucibus mortis liberatus eſt.

QUÆSTIO XV.

Quare Elias, & Enoch dicantur duo candelabra?

HI magni duo viri, bonorum operum fructu, coram Deo futuri ſunt olivæ, ſplendore exempli, luce doctrinæ, ac radiis miraculorum futuri ſunt candelabra. Ut ergo ſepticeps candelabrum in Sancto Templi, ad magnificentiam, & gloriam Dei: Ita Elias & Enoch futuri ſunt in Eccleſia: Et ſanè tempore maximè nubilo & tenebroſo mundo; neceſſaria ſunt duo candelabra, ad Dei gloriam, ad exaltationem ac magnificentiam fidei ejus. Id enim præſtabunt, quod candelabrum templi præſtabat in Sancto Sanctorum, ubi ob defectum feneſtrarum, cum nulla eſſet ibi lux, multipliciter illud illuminabat. Ita hi duo Sancti multipliciter illuminabunt Eccleſiam exemplo, prædicatione, miraculis, depelléntque errorum tenebras, quando ubique erit cœca nox. 110. *Elias, & Enoch, aptè dicuntur candelabra.*

Et iam atra erit nox illis diebus, ut dicit 111. Chriſtus D. Matth. 24. n. 24. *Surgent Pſeudo-prophetæ, & dabunt ſigna magna, & prodigia, ita ut in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi.* Matth. 25. Magna ergo prærogativa, hi duo viri erunt candelabra pro illo tempore, per quos Deus ſic diſpoſuit illuminare ſuam Eccleſiam, ut nullus ex electis ob ſuam Prædicationem, & Prophetiam, in errorem inducatur. Rupertus Abbas: *Providit Deus hos duos, ne quiſpiam electorum ſeducatur.* *Candelabra in quo ſunt? in eo videlicet, quod in illis diebus tam nigris, tam tenebroſis, clara prophetia ſua, ſine prædicatione lucebunt, ita ut fieri non poſſit, ut in errorem inducatur quiſpiam electorum.* Rupert.

Facit in hujus rei argumentum, quod Propheta Zacharias lucernæ ejus ſuper illud: & 112. Zachar. num. 3. ſubdit: *Et duæ olivæ ſuper illud: una à dextris lampadis, & una à ſiniſtris ejus.* Et cùm Propheta quæſiſſet, quidnam erant illæ duæ olivæ: Reſponſum eſt ei: *Iſti ſunt duo filii olei; qui aſſiſtunt Dominatori univerſæ terræ.* Ibidem Aquila. Lyranus. num. 14. *Filii olei*, id eſt, pingues, & fertiles; Aquila vertit, filii ſplendoris, & claritatis, & quamvis Lyranus Zachariam Prophetam intelligat de Zorobabele, principe populi è Babylone redeuntis, & de Jeſu filio Joſedech Pontifice: Nihilominus Divus Gregorius Magnus homil. 12. in Ezechielem, & hoc noſtro loco D. Greg. S. Victor Martyr, Aretas; S. Thomas Galatin. & Malveda de Antichriſto lib. 10. cap. 18. & ad prædictum locum Zachariæ Ribeira, Cor- S. Victor. Aretas. S. Thom. Galatin. nelius, & alii de Elia, & Enoch ad quem locum dicunt, quod noſter Joannes alludit. Iſti ergo duo teſtes, tanquam legati, & Apoſtoli Dei ejus fide prædicabunt, Eccleſiam reſtituent Judæis, & gentibus, & dicuntur ſtare à dextris, & ſiniſtris, quia undique Eccleſiam Dei defendunt, & corroborant, una tamen in hac *Elias, & Enoch univerſam Eccleſiam corroborant, & illuminant.* re reſtat difficultas, quod Zacharias unum tantùm vidit candelabrum & ad latus utrinque duas olivas, Joannes hic duo candelabra. Rectè omnia cohærent, quia ſic ſunt duo candelabra, ut ſint tanquam unum, unam lucem dabunt

dabunt, unam fidem, unum, idémque Evangelium prædicabunt, uno ſpiritu, una charitate, unóque fine, inter ſe uniti, ut jam dixi Evangelicis prædicatoribus.

113. Hi ergo duo teſtes, tanquam magna candelabra, ac luminaria, ut præcurſores ſecundi Chriſti adventus, prælucebunt Domino venturo ad judicium, & homines ad viam ſalutis illuminabunt: Ut Ioannes Baptiſta primi adventus extitit præcurſor, qui dictus eſt: *Lucerna ardens & lucens* Ioan. 5. n. 35. illuminare his, qui in tenebris; & umbra mortis ſedent. Tamen Elias, & Enoch, dicuntur candelabra, in quibus ſunt ſeptem lucernæ, nam Ioannes venit tantùm ad illum nandum populum Iſraël: *Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi ejus*. Luc. 1 n. 77 ſcilicet Iſraëli. At verò Elias, & Enoch dicuntur candelabra, & in unoquoque ſunt ſeptem lucernæ, ſeptenarius numerus univerſitatem ſignificat? quia hi veniunt ad illuminandam Eccleſiam, & utrumque populum, ſcilicet tam Judæos, quàm gentes, ut dicitur de Enoch. Eccleſ. 44. n. 16. *Tranſlatus eſt, ut det gentibus pœnitentiam.*

Ioan 5. Baptiſta lucerna, Elias, & Enoch candelabra, quo ſenſu. Luc. 1. Eccleſ. 44.

114. Nam Antichriſtus futurus eſt ampliſſimus Monarcha, major, quàm omnes, qui ante ipſum fuerunt ab orbe condito, ut ex ſanctis Patribus latè probat Malveda lib. 6. de Antichriſto, cap. 36. & per omnes partes imperii ſui magnam commovebit perſecutionem contra Eccleſiam; ſic ait D. Auguſtinus lib 20. de Civitate Dei, cap. 11. *Hac enim erit noviſſima perſecutio, noviſſimo imminente judicio, quam ſancta Eccleſia toto terrarum orbe patietur*, Elias, & Enoch, cùm miſſi ſint à Deo in ſubſidium Eccleſiæ, per totum terrarum orbem eam corroborabunt, & turbuntur tam per ſemetipſum, quàm per miniſtro, ac legatos ſuos, ab ipſiſmet deſtinatos: Unde rectè Elias tunc erit mundo, veluti ſol fulgentiſſimus; *Elios*, ſermone græco ſol appellatur, ut teſtatur D. Chryſoſtom. de Aſcenſione Eliæ; nullus erit, qui ſe abſcondat à calore doctrinæ prædicationis, ac exempli ejus.

Malveda. D. Auguſt. Elias, & Enoch per ſe, & ſuos miniſtros illuminant Eccleſiam. D. Chryſ.

Quæstio XVI.

Quare Elias, & Enoch dicuntur ſtantes in conſpectu Domini?

115. Ait noſter Evangeliſta, *Duæ olivæ, duo candelabra in conſpectu Domini ſtantes*. Illud *ſtantes* forſitan non ad candelabra, ſed ad id, quod proximè anteceſſerat: *Hi ſunt duæ olivæ* referendum eſt; vel retinuit Interpres genus, & conſtructionem græcam: *Lychni ſtantes*; & quod hic dicit Ioannes, idem valet, ac illud, quod ait Zacharias citat, ſuperiori quæſtione: *Qui aſſiſtunt dominatori univerſæ terræ*. Dicuntur ergo Elias. & Enoch. *Stantes in conſpectu Domini*. Qui per intimam contemplationem Deo adhærent; vel quia per heroicas virtutes firmi, & conſtantes ſunt in Dei mandatis; vel ut ait Richardus victor intendunt voluntati, & viſioni divinæ ſtantes propter accinctam paratámque ad quævis juſſa adimplenda obedientiam. D. Athanaſius in vita S. Antonii hoc obſervat illud Eliæ: *Vivit Dominus, in cujus conſpectu ſto*, 3. Reg. 17. Sic ait: *Non computabat Elias præteritum tempus, ſed tanquam quotidie in certamine poſitus, talem ſe præbere cupit, qualem ſciebat, Dei dignum eſſe conſpectibus, puerum corde, & præparatum obedire voluntati Dei.*

Græc. Richard. Prompta obedientia Eliæ. D. Athan.

116. Pro decantandis laudibus Parentis Eliæ rem ſic expendo. Pro magno elogio, ac pro magna gloria, de illis ſeptem primariis Angelis, ducibus, ac principibus totius Militiæ cœleſtis, decantatur, quod ſint in conſpectu Dei; ſic de ſe teſtatur Raphaël; Tobiæ 11 n. 15 *Ego ſum Raphael Angelus, unus ex ſeptem, qui adſtamus ante Deum*. Sic Gabriel ad Zachariam de ſe teſtatur Luc. 1, num. 19. *Ego ſum Gabriel, qui adſto ante Deum*. Et noſter Ioannes hanc ſuam Apocalypſim inchoans, hos ſeptem ſpiritus invocat. Apoc. 1. num. 4. *Et à ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni ejus ſunt*. De quibus etiam meminit, cap. 8. n. 2. *Et vidi ſeptem Angelos ſtantes in conſpectu Dei*. Et certè de una creatura non poteſt major excellentia, ac celſitudo affirmari, quàm quod ipſa ſit tam pura, ſancta, ac perfecta; ut digna inveniatur, adſtare coram illa infinita, & ſuprema ſanctitate, oculisque illius ſupremæ majeſtatis apparere.

Primarii Angeli dicuntur ſtare in conſpectu Dei. Tob. 12. Luc. 1. Apoc. Apoc.

117. Et ſi hoc pro magno elogio celebratur de primariis Angelis in Cœlo, quomodo hic dicitur de Elia degente in terra? nam de ipſo ait hic noſter Evangeliſta: *Hi ſunt duæ olivæ, duo candelabra in conſpectu Domini aſtantes*, Et ipſe dixit ad Achab 3. Reg. 17. num. 1. *Vivit Dominus in cujus conſpectu ſto* Quomodo ergo, adſtare in conſpectu Dei, quod pro magna excellentia dicitur de ſeptem primariis Angelis in Cælo, de Elia etiam affirmatur in terra?

3. Reg. 17. 3. Reg. 18.

118. Vivebat Elias in terris tanta integritate, ac virtutum rectitudine, ſanctitatis perfectione cœleſtem vitam agens in terris, ut dixi ſupra quæſt. 12 ut Angelicam puritatem expeditam, promptámque voluntatem æmulari videretur; unde illorum prærogativis condecoratur. *Talem ſe præbere cupiebat, qualem ſciebat, Dei dignum eſſe conſpectibus, purum corde, & præparatum obedire voluntati ejus.* De quo latiùs cum quæſt. ſequenti.

Elias degens in terris, decoratur prærogativis Angelicis.

Quæstio XVII.

Quare, cùm Elias, ac Enoch dicuntur ſtare in conſpectu Domini ſpecialiter dicitur ab Evangeliſta, Dominus terræ?

119. Ait noſter text. *Hi ſunt duæ olivæ, & duo candelabra, in conſpectu Domini terræ adſtantes*, ſicut & Zacharias cap. 4. citatus ſuprà quæſt. 15, ait: *Aſſiſtunt dominatori univerſæ terræ*. Cur non dicitur, ut de Angelis, prout vidimus ſuperiori quæſtione ſtant in conſpectu Domini? dicitur: *Ego ſum Raphael unus ex ſeptem qui adſtamus ante Deum*. Et ſic de cæteris: ergo cum de Elia, & Enoch agitur, non ſolùm dicitur in conſpectu Domini; ſed cum additamento ponitur: *Domini terræ*, ſeu ut Syriacus legit *Dei terræ*.

Zachar. Difficultas quæſtionis. Syriacus.

120. Reſpondeo, quod inter multas rationes, ob quas

Tanta puritas eſt in Elia & Enoch, ut in eis nil appareat terrenum.

quas Deus dicitur Dominus terræ, una eſt, quod ipſe altiſſima ſua ſapientia videt, & cognoſcit omnes partes terræ, etiam minimas, & indiviſibles, omnéſque illius maculas, ac defectus. Dicuntur ergo Elias, & Enoch duæ olivæ, duo candelabra, in quibus ſunt ſeptem lucernæ (per quas denotantur omnes virtutes, & gratiæ) lucentes in conſpectu Domini terræ, quia ipſe, ut Dominus terræ, videns omnes etiam minimas partes terræ, omnéſque illius defectus, & maculas, in Elia; & Enoch nil videt terrenum, ſeu terram involvens; ſed omne, quod in eis apparet, ſunt radii, & ſplendores virtutum, donorum, ac gratiarum.

121. 4.Reg 2. In Cœlum fertur Parens Elias curru igneo. 4. Reg. 2. quomodo ab ipſo igne non crematur; nam ignis conſumit, & devorat quidquid terrenum; ſic purus & alienus ab omni terreno contagio erat Elias, ut nullum pateretur damnum, ac nocumentum ab igne. Apoc.3. *Aurum ignitum probatum*. Apocalypſ. 3. num. 18. Aurum, ſi apponatur in igne, ignis conſumit ejus fæces; at verò ipſa ſubſtantia puri auri non conſumitur ab igne, & nihil de ea deperditur, quamvis per multum tempus aurum ſit in igne, ut teſtantur peritiſſimi aurifices, & ſuo loco dixi. Elias aurum purum, ignitum, & probatum in omni virtute, ac ſanctitate, nullum detrimentum patiebatur ab igne: D. Chryſ. Divus Petrus Chryſologus ſermon. 166. *Jejunium Eliam levavit ad Cœlum, & purificato ſic corpore igne, currus addixit obſequium, ut oſtenderet gehennam, quæ exurit reos, innocuis obſequi.* Per gehennam inteligit quamlibet igni flammam.

Elias, ut valde purus, non læditur ab igne.

122. Et hoc purum aurum ſanctitatis Eliæ, maximè probatum fuit in omni virtute charitatis, zeli divini, puritatis, caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ Religioſæ; ita ut M. Dominicus Gravina lib. cui titulus; *Vox turturis* p. 2. cap. 5. eum *Obedientiæ prototypum* appellet, ab aliiſque multis dicantur, *Exemplar obedientiæ*.

Gravina. *Obedientia Eliæ.*

123. Profundè, & altè conſidera, & invenies, quod Deus pluſquam decem præcepta impoſuit Eliæ: 3.Reg.17. *Vade, & abſconde te in Torrente Carith.* 3. Reg. 17. n. 3. Et ecce aliud: *Surge, & vade Sarephta Sidoniorum, præcepi ibi mulieri viduæ.* Ibidem n. 9. Et aliud præceptum: *Vade oſtende te Achab, ut dem pluviam ſuper faciem terræ*, 3. Reg. 18. num 18. 3 Reg 18. 3.Reg 19. Et ecce aliud: Dormienti ſub Junipero ait ei Angelus: *Surge, comede, grandis tibi reſtat via*, 3. Reg. 19. n. 7. Aliud mandatum: *Vade, & unges Hazaë Regem ſuper Syriam.* Ibidem n. 15. Iterum aliud mandatum. *E Jehu filium Namſi unges Regem ſuper Iſraël.* Ibidem n. 16. Iterum aliud: *Eliſæum filium Saphat unges Prophetam pro te.* Ibidem aliud præceptum: *Surge, & aſcende in occurſum Regis Samariæ*, qui ibat ad conſulendum Beëlzebub Deum Accaron. 4.Reg.1. 4.Reg.cap.1. num. 3. 124. Et aliud mandatum circa quinquagenarium: *Locutus eſt Angelus Domini ad Eliam deſcende cum eo, ne timeas.* Ibidem num. 15. Et aliud præceptum, quando Elias obtuli illud holocauſtum in monte Carmeli, circa quod eſt magna difficultas inter Doctores, quomodo Elias potuerit ſacrificare; nam expreſsè prohibitum erat in lege veteri, ne quis extra tabernaculum ſacrificaret. Levi 27. Deut 12. Levit. 27. n. 9. Deuter. 12. num. 4. Communiter reſpondent Abul. & alii, quod Elia habuit diſpenſationem, & mandatum Dei, ibi ſacrificandi in Carmelo, ut ipſe apertè dixit in ſua oratione ad Deum: *Juxta Præceptum tuum feci omnia verba hæc.* 3. Reg. 18. n. 39. Ac proinde tot, & tantæ circunſtantiæ, quæ in illo ſacrificio interfuerunt, ut quod eligeret vitulum, erigeret altare, circa foſſam darentúrque duodecim hydriæ aquæ; omnia ſub præcepto ei impoſita ſunt, tamen ſi attentè textum legas & conſideres, invenies, quod Elias ad tot præcepta nihil reſpondit, nec locutus eſt, ſed ſemper obmuteſcens mandata adimplevit. Abulenſ. 3. Reg. 18.

Cùm tamen, quando Deus mandavit Moyſen tanquam legatum ad Pharaonem, pro dimittendo populo; ſtatim Moyſes reſpondit, multas proponens objectiones, & difficultates, ut per multa capita referuntur in Script. Exod. 3. & 4. Mandat Deus Samuelem in Bethleem ad ungendum Davidem in Regem, ſtatim contradicta opponit: *Quomodo vadam? audiet Saul, & interficiet me.* 1. Reg. 16. n. 2. Cum Iſaïas eligitur ad prædicandum populo, ut pollutum labiis ſe excuſat: *Vir pollutus labiis ego ſum*, cap. 6. n. 4. Jeremias, cum deſtinatúr ad prophetizandum, ac docendum indilatè excuſationem interponit: *A, a, a Domine Deus, ecce neſcio loqui*, cap. 1. n. 6. Quid eſt, quod iſti viri im ſancti ad unum mandatum divinum, multa objiciunt, & reſpondent, at Elias cùm tot præcepta acceperit, nihil reſpondi? 125. Exod. 3. 1. Reg 16. Iſai. 6. Ierem 1.

Conſidera. Alii ut Moyſes, Samuel, Iſaias, Jeremias, viri ſanctiſſimi, ac magni Prophetæ, ſicut & Elias, vir Sanctus, & Propheta? Alii, ut Moyſes, Samuel, Iſaias, Jeremias erant viri Sancti, & Prophetæ, at Elias non ſolum, erat vir Sanctus, ac Propheta, ſed etiam erat Monachus, in quo inerat exemplar, ac prototypon Religioſæ obedientiæ. Alii, quamvis Sancti, & Prophetæ, dicunt, reſpondent, ſuas objectiones proponunt; at Elias, cùm eſſet Monachus, exemplarque totius obedientiæ, ad tot mandata ſibi impoſita tacet, & nec unum verbum profert; vera enim obedientia omninò neſcit loqui, & reſpondere, ſed tantum obedire, & exequi, quod ſibi eſt injunctum, ac imperatum. Perfecta obedientia non habet os, nec linguam, nec ſcit loqui, vel reſpondere, ſed tantùm dare manus, & inclinare caput in exequendis mandatis, ut expendit Carthuſian. in Philippo ad illa verba dicta ab Angelo: *Surge, vade contra meridiem.* Actor. 8. n. 12. Vide: quæ dixi ſuprà. 126. *Inſignis obedientia Religioſa neſcit loqui, nec reſpondere.* Carthuſ. Actor. 8.

Quæstio XVIII.

Elias, & Enoch duæ olivæ, & duo candelabra in conſpectu Domini, per ſuos diſcipulos, & legatos, & agitur de Carmelitis.

127. Cum perſecutio Antichriſti, ut ſupra dixi ex D. Auguſtin. per totum orbem dirè ac rigidè vagabitur Elias, & Enoch propugnantes pro Eccleſia, illiúſque defenſione, ad multas orbis

orbi ſpartes deſtinabunt ſuos prædicatores, & legatos; nam verè,& conſtante fideles eis aſſociabuntur: ita vidit S. Thereſias ſpiritu prophetico inſignis,ut refert Franc. Ribeira in ejus vita lib.5.cap.5.ex Sacra familia Dominicana, ac ex Sacra Societate Jeſu;contra Antichriſtianos propugnatores, quod de Carmelitis optima ſuadet ratio,nam hi Eliæ;utpote ſuo parenti adhærebunt,qui ſemper in Eccleſia Dei pro cauſa fidei fortes, & conſtantes ſteterunt per omnes orbis partes.

Ribeira. *Multi Religioſi adhærebunt Eliæ,& Enoch.*

128. De hac Sacra Carmelitana familia Sixtus IV. in ſuo Mari magno: *Dum autem meditatione*; ſic ait: *Qui Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſæi, & aliorum Patrum, qui montem ſanctum Carmeli, juxta Eliæ fontem inhabitarunt ſucceſſionem hæreditariam tenentes, fructus quoque uberes, quos dictus ſacer ordo in agro militantis Eccleſiæ, in propugatione Religonis, & Fidei Ortodoxæ hactenus produxit, ac in futurum producturum indubitanter ſperamus.* Expende illud, *uberes fructus, quos ſemper hic ſacer ordo produxit in agro militantis Eccleſiæ.*

Sixtus. *Vberes fructus Carmelitana Religio producit.*

129 Unde dicam,quod ſpiritu hanc Sacram Religionem vidit Ezechiel. cap. 17. n. 3. *Aquila grandis magnarum alarum, longè membrorum ductu, plena plumis, & varietate venit ad Libanum, & tulit medullam cedri, & tranſportavit in terram Chanaam.* Et quamvis Cardinalis Hugo ſpiritualiter interpretatur hanc aquilam de viro juſto; ego myſticè explicabo de Sacra Religione Carmeli, *quæ eſt aquila grandis.* Sanè, generoſitate tot illuſtrium Martyrum qui multo robore tyrannis, ac infidelibus reſtiterunt; *Aquila grandis* velocitate, ac diligentia tot Pontificum, qui indefeſſa cura vigilarunt ſuper greges ſuos *Aquila grandis.* Acumine, ac ſagacitate tot Doctorum, ac Magiſtrorum,qui copioſiſſimè illuſtrarunt Eccleſiam Dei. *Aquila grandis* tot contemplativorum,qui oratione, ac meditatione, mentis aciem ſemper tenuerunt defixam in vero Divino ſole juſtitiæ. *Magnarum alarum*, quibus ſe extendit, & dilatavit per totum orbem; Orientem, & occidentem. *Longo membrorum ductu.* Magna efficacia, zelo, ac fervore; & nota, quod quidquid eſt in hac Aquila, in hac Religione magnum eſt; *Aquila grandis, magnarum alarum longo membrorum ductu.*

Ezech. 17. *Viſio prophetica de Carmelitana Religione explicatur.*

130. *Plena plumis & varietate.* Multorum ſummorum Pontificum, Dionyſii, Theoſpholi & aliorum, *plena plumis, & varietate*, Cardinalium purpura, ut Eminentiſſimorum Bernardini de Romo, & Bernardini Aureoli; *Plena plumis, & varietate* mytra plurimorum Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, ut D. Cyrili. Alexandrini. D. Andreæ Curſini, *plena plumis, & varietate.* Rubicundo ſanguine multorum millium Martyrum,ita ut per ſpatium 1290. anorum, ſeu uſque ad annum Chriſti 1290.centum quadraginta millia Martyrum ex Ordine Carmelitano referat D. Cyrillus Eremita lib. de peculiaribus geſtis ſui ordinis, de quo agens Thomas de Jeſu lib.1.Antiq.Ordinis cap.12. Carolus Tapia in Anthent. *ingreſſi* Verb. *Monaſteria*, cap. 17. Et Palœonidor. Caſanate, Coria, & alii apud Leſan. tom. 3. Annal. ad annum Chriſti 639.

D.Cyr.Mõ. Thom. de Jeſu. Tapia. Palœonid. Caſanate. Coria. Leſana.

fol. alia 314. §. 5. *Plena plumis, & varietate* Auſteritate, & pœnitentia multorum Confeſſorum, ut S Avertaui,S.Alberti: *Plena plumis & varietate*: puritate illuſtriſſimarum Virginum.S.Thereſiæ,S.Mariæ Magdalenæ de pazi, & aliorum multarum.

Venit ad libanum, qui candorem ſignificat ad puritatem nempe Eccleſiæ Catholicæ; *& tulit medullam Cedri*; id nempe, quod magis perfectum,ac illuſtre erat, in puritate, Religione, ac integritate vitæ, *& tranſportavit in terram Chanaam.* In terram obſcuram & tenebroſam infidelium; & hoc *Aquila magnarum alarum*, quæ ſe extenderunt non ſolùm per omnia mundi regna, ſed etiam per omnia tempora, & ſæcula; *ſemper enim uberes fructus dedit in Eccleſia Dei*? ut jam de hoc Sacro Ordine dixi tom 3. cap.31. quæſt 18 & tom.4. cap.51.q. 12. per totum. 131.

132. De Lia,in qua figuratur lex vetus, dicitur Geneſ.36.num.35. *Ceſſavitque parere*,quod de Rachele,non ſcribitur, quæ typum gerit Eccleſiæ Chriſti; Lia multos filios peperit; & tamen de ea refertur, quod ceſſavit parere;cum tamen ipſa in lucem dederit quidquid una fœmina illuſtris poteſt partu edere: Ipſa enim peperit majoratus; Reges,purpuras, & coronas; & etiam tyaras Pontificias,ac mytras Sacerdotales, tamen de ea dicitur, ceſſavit parere; quod non ſcribitur de Rachele,quæ tantùm ad plurimum duos edidit; ipſa tamen peperit Joſeph; de quo habetur: *Filius accreſcens Joſeph, filius accreſcens.* Geneſ.49. n 32. Ut notavit Cardinalis Cajetanus? *bis dicitur filius accreſcens, eò quod creverit ſibi, & univerſæ domui Jacob.* Lia quamvis peperiſſet majoratus, Reges, Pontifices, & Sacerdotes, ibi ſtetit,& poſuit terminum, *Ceſſavitque parere.* Ait Rachel peperit Joſeph, qui ſemper erat accreſcens, tam ipſi, quàm parentibus, qui in ſui accretione, nec ſtetit, nec poſuit terminum, & cum acctetiones filii eſſent accretiones matris, ideo de ea non narratur quod ceſſaverit parere, cum ipſa ex filio ſemper eſſet accreſcens.

Geneſ.39. Geneſ.49. Caietan. *Religio Carmelitana, ſemper creſcens.*

133. Sacra Religio Carmelitana non ceſſavit parere, ſed ſemper fuit accreſcens, cum ſemper decorata fulſerit illuſtriſſimis filiis in Religione,& virtute,qui pro Fide Catholica ſemper pugnarunt, & multi pro illa vitam dederunt in Anglia, Scotia, & Belgica, ut latè ſcibunt; M. Vincentius Gomez Dominicanus in ſua Chronologia anno Chriſti 138?. Abrahamus Bzovius ann. 1415. & ex eadem familia Dominicana M.Dominicus Gravina, in ſuo libro *Vox Turturis*, & Petrus Lucius in ſua Bibliotheca; & Magiſter Philippus à D. Jacobo in ſuo Catalogo, & alli multi.

Multi pro Fide Catholica, profuſo ſanguine, pugnantes. Gomez. Bzovius. Gravina. Lucius. Philipp.

134. Referam huc illud;quod Chriſtus Dominus dixit Diſcipulis ſuis: *Levate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt jam ad meſſem.* Joan.4.num. 35.ut rectè obſervat Eutym. de meſſe materiali,& ſenſibili ſumit metaphoram ad meſſem ſpiritualem, tanquam ſi dicat, ex eo quod ſegetes albæ ſint infertur maturitas, & proportio fructuum ad meſſem, & horreum, ut inde ſint in alimentum populorum Ait Theophylactus: *Levate oculos veſtros ſpirituales, ut ex puritate,ac albedine colligatis maturitatem, ac proportionem fructuum ad meſſem ſpiritualem*

Ioan. 4. Theoph. Euthym.

Hugo
Ex albedine infertur maturitas.

ſpiritualem, horreum Eccleſiæ. Cardinalis Hugo: *Albæ ſunt ſegetes, ut fructus congregentur in horreum Eccleſiæ*, Alta divina Providentia diſponente; hæ regiones Carmelitanæ albæ appareant, ut divina gratia adjuvante, maturæ, & proportionatæ inveniantur ad horreum Eccleſiæ, ut inde ſint in ſalutem, ac alimentum ſpirituale filiorum Eccleſiæ.

Apoc. 11. *n.* 5. Et ſi quis voluerit, eis nocere, ignis exiet de ore eorum, & devorabit inimicos eorum; & ſi quis voluerit, eos lædere, oportet eum occidi.

Num. 6. Hi poteſtatem habet claudendi Cœlum, ne pluat diebus Prophetiæ ipſorum, & poteſtatem habent ſuper aquas, convertendi eas in ſanguinem, & percutere terram omni plaga, quotieſcumque voluerint.

VERSIONES.

Syrus. Si quis eos velit lædere, ignis exiet ex ore eorum, & devorabit inimicum eorum.

Vatabl. Et ſi quis voluerit eos injuria afficere, ſic oportet, eum occidit.

Primaſius. Exiet ignis comburens inimicos eorum.

Syrus num. 6: Hi habent, ut claudant Cœlum, ut pluvia non pluat in diebus illis, & poteſtatem habent ſuper aquas, ut vertant eas in ſanguinem, & ut percutiant, terram omni plaga, quotquot vicibus voluerint.

Primaſius. Ne imbrem pluat in diebus Prophetiæ ipſorum, & poteſtatem habent omium aquarum, convetendi eas in ſanguinem, & ferire terram.

Arabicus, Percutiendi terram, quacumque plaga voluerint.

EXPOSITIO V.

SI quis voluerit eis nocere: id eſt; toto illo tempore, ſeu ſpatio dierum mille ducentorum ſexaginta dierum quod datum eſt eis ad prædicandum contra Antichriſtum; & ſi aliquis ex miniſtris Antichriſti, eos voluerit tenere, eiſque damna inferre; *Ignis exiet de ore eorum.* non quod ignis realiter exiet ab ore eorum, ſed quia verba orium eorum habebunt vim immittendi ignem in illos; alluditur hîc ad hiſtoriam, 4. Reg. 1. Cùm Elias duos principes quinquagenarios cum ſuis militibus igne evocato de Cœlo interfecit. *Et ſi quis voluerit, eos lædere, ſic oportet, eum occidi*; id eſt, quoties intentatum fuerit, eis inferre damnum, toties ex verbis eorum exiet ignis, & illud verbum: *Sic oportet*, indicat, ſic determinatum, & conſtitutum eſſe decreto divino. 135.

4. Reg. 1

Hi habent poteſtatem claudendi Cœlum; ſcilicet Elias, & Enoch habent poteſtatem inducendi famem, & ſterilitatem pro tempore ſui Apoſtolatus, ac functionis prædicationis ſuæ, ut fecit Elias, 3. Reg. 17. *Et habent poteſtatem convertendi aquas in ſanguinem*, ut fecerunt Moyſes & Aaron in Ægypto. Exod. 7. contra Pharaonem, in quem miſerunt decem plagas; ſic Elias, & Enoch contra Antichriſtianos, ſi eis l buerit, immittent, imò & alias graviores, quod ſatis denotatur in illis verbis, *& percutere terram omni plaga, quotieſcumque voluerint.* 136.

3. Reg. 17
Exod. 7.

QUÆSTIO XIX.

Multa Apoſtolica libertate, ſeveritate, ac patientia ſe habebunt Elias, & Enoch, cum Antichriſto, ejúſque ſequentibus.

HI duo magni viri Apoſtolici per multas, & varias urbes, pagos, ac loca prædicabunt, Chriſtum Ieſum Crucifixum, natum ex Maria Virgine, eſſe verum Meſſiam, Redemptorem, ac Salvatorem mundi, in eóque omnes Prophetias eſſe complectas, ídque confirmabunt larga experientia tot ſæculorum, efficaciſſimis rationibus, & præclariſſimis miraculis. Antichriſtum oſtendent turpiſſimum, & impoſtorem ſceleratiſſimum, omni vitiorum turpitudine ferventem, detegéntque illius vivendi rationem, nequiſſimam, immaniáque ejus crimina, & carnis ſpurcitias, ejúſque familiaritatem cum dæmonibus, & ementita miracula, atque id efficient hi duo viri ſanctiſſimi in multis civitatibus, & locis. 137.

Elias, & Enoch Chriſtum prædicabunt, vitia Antichriſti detegent.

Tandem hi duo Chriſti præcones ſe conferent ad ſanctam civitatem Jeruſalem ubi tunc ſuam ſedem Regiam habebit Antichriſtus; & ibi tunc magnas efficient prædicationes, magnáſque commotione, ac converſiones, ac præclara miracula: & ultimò ipſimet Antichriſto in faciem dicent: Tu Chriſtus non es, ſed Anti- 138.

chriſtus; & præco diaboli, omniúmque hominum ſceleratiſſimus; & in hac ultima pugna, finitis diebus 1260. ſuæ prædicationis, permittetur à Deo, ut in manus Antichriſti veniant; ſemper tamen Elias & Enoch intrepidè veritatem prædicantes, multis, & extraordinariis tormentis cruciabuntur, donec glorioſa morte ſuum præclariſſimum teſtimonium compleant.

139. Toto autem tempore ſuæ prædicationis, hi duo viri magni multa prodigia facient, & ſeveram ultionem in adverſarios, ut patet ex text. *Ignis exiet ab ore eorum*; habentes poteſtatem claudendi Cœlum, & convertendi aquas in ſanguinem, & percutiendi terram omni plaga; quod faciunt Sancti, non ex odio, nec ira, ſeu furore, ſeu animo vindictæ; ſed ex zelo Dei; quia verus Deus in ipſis contemnitur, & ſpernitur; quod optimè explicat Cœlius Pannon in præſenti, ex eo quod Sancti poſtulant vindictam à Deo. *Non ideò*, ait, *Sancti precantur Deum exſurgere in adverſarios, quia moleſtantur, & læduntur ab eis; alioquin quomodo Sancti eſſent per patientiam? ſed quia contemnitur Deus in ipſis, cujus honorem zelant ſuper omnia. Inhonorationem igitur Divini nominis, quod Sanctum, & terribile eſt, flagitant ulciſci, quod meritò faciunt: niſi enim ſic flagitarent, quomodo Dei zelum haberent?*

Sancti, non ob ſuas injurias, ſed ob Dei gloriam, quærunt ultionem — Pannon.

401. Hi duo Sancti præcones cum multa patientia ſuſtinentes proprias injurias, & maximè miſericordiam, & pietatem affectantes, graves, & magnas plagas inducent, ut ponderat Richardus Victorinus. *Magnam*, ait, *habebunt poteſtatem, ſed magis ſtudebunt, habere patientiam, quàm irrogare vindictam, in qua quantò erit in eis laudabilior virtus patientiæ, tantò glorioſior erit retributio coronæ.* Perpondera illa verba; *magnam habebunt poteſtatem, ſed majorem habebunt patientiam*; quia quò quis potentior, eò magis patiens ſit; patientia omnia conſequitur, nam ut ait Spiritus Sanctus: Patiens victorias loquitur, & qui *patiens eſt, multa gubernat.* Proverb. 14. numer. 29.

Richard. — *Quò potentior, eò patientior ſis.* — Prov. 14.

141. Quod autem hi duo ſanctiſſimi viri multoties affectent pietatem, & miſericordiam, benè colligit Ferrar. ex illis verbis: *Si quis voluerit, eos lædere, ſic oportet, eum occidi.* Quæ verba non redundant, ut aliquibus viſum eſt, ſed denotant, quod quotieſcumque aliquis voluerit hos ſanctos lædere, quot es ipſi in eum immittent ignem, quod non fiet ex aliqua eorum ſævitia, & crudelitate, ſed ex vi divini decreti, quod intelligentes, iſti Sancti alias patientiſſimi ſic facient: nam iſti glorioſi veritatis præcones, ſæpiùs miſericordia moti, parcere vellent multitudini, & à tam ſæva defenſione abſtinere, nec tamen poterunt, ſed ſic facient, ob determinationem divini imperii; hoc totum videtur ſignificare illud: *ſi quis voluerit eos lædere, ſic oportet, eum occidi.* Hoc verbum: *Sic oportet*, innuit, quod Sancti id facient, non voluntate propria, ſed ſæpius eorum voluntate repugnante, ſed *ſic oportet*, divino decreto, & imperio ſic volente.

Ferrarius. — *Juſti, quamvis alias pii ob Dei decretum pœnas inferunt.*

142. Nam hoc eſt divinum decretum, divinàque lex, ut iniqui, & impii puniantur ob magna peccata Iſraël, ait Elias Achab: *Vivit Dominus Deus Iſrael, in cujus conſpectu ſto, ſi erit annis his ros, & pluvia, niſi juxta oris mei verba*, 3 Reg. num. 1. Ad quid Propheta promulgans ſeveram ſiccitatis ſententiam, inducens magnam ſterilitatem, ac famem, Deum, in cujus conſpectu ſtat, jurejurando adducit in teſtem? Ut manifeſtaret, quod illa ſterilitas, ac penuria aquarum non à ſe tantùm proveniebat, ſed potius à Deo, cujus auctoritate, ac teſtimonio tota illa famis preſſura corroborabatur, ac confirmabatur; D. Chryſoſtom. ſerm. 1. in Eliam; ſic in perſona Eliæ loquitur: *Ego per Deitatem tuam juro; oſtende mihi, quod juramentum hoc valeat.*

Supplicium in impios à Deo venit. — D. Chryſ.

Accedens quinquagenarius princeps cum ſuis militibus ad Eliam, dicens, quod Rex præcipiebat, ut ad eum accederet: Tunc ait Sanct. Propheta: *Si homo Dei ſum, deſcendat ignis de Cœlo, & devoret te*, 4 Reg. 1. num. 10. Ad quid ait Elias, ſi homo Dei ſum, nonne ſatis erat, ſi dixiſſet; deſcendat ignis de Cœlo, & devoret te? ad quid ergo ait, *ſi homo Dei ſum*? ut oſtendat, proprium eſſe hominis Dei, ſceleratos & iniquos acriter punire; & ne quis juſtam Prophetæ ſeveritatem, crudelitatem fuiſſe reputet, audiat Theodoret ad citatum locum: *Qui Prophetam crudelitatis accuſant; adverſus Prophetæ Deus linguam movent.* Tanquam ſi diceret, non humana fuit illa ſeveritas, ſed divina, ab Auctore Deo proceſſit, qui Eliam deputavit executorem. 143.

4. Reg. 1. — *Proprium eſt hominis Dei ſceleratos punire.* — Theodor.

QUÆSTIO XX.

Explicatur ampla poteſtas data à Deo his duobus ſuis præconibus.

Antichriſtus cum ſuis aſſeclis, arte dæmonum, multa falſa, & mentita ſigna faciet, Matth. 24. numero vigeſimo quarto, contra quod Deus conſtituit Eliam, & Enoch, miraculorum perpetratores, ut veris, ac ſolidis miraculis mendacium, ac falcitatem ſignorum deſtruant. Aretas ſic ait, *O admirandam bonitatem, quæ ex adverſo erroris ordinavit, remedium delatis; poſtquam enim Antichriſtus per omnia ſigna, prodigia, & mendacia, cunctis factis fuerit illuſtrior, ſecundum operationem Satanæ: Benignus Deus Sanctos ſuos adornabit per potentiam virorum ſignorum, ut mendacium coarguant, & eos, qui fuerant ſeducti convertant, ac ſeductorem palam traducant.* Signa, & prodigia, quæ Elias, & Enoch facient, ad quatuor reducuntur, ut conſtat ex text. 144.

Contra mendacia Deus veris pugnat. — Aretas.

Hoc eſt primum miraculum, ſeu potius miraculi genus: *ignis exiet ab ore eorum*; Hoc eſt, ex imperio oris eorum, ignis immittetur in adverſarios, & alluditur ad duos principes quinquagenarios, ſuper quos Elias ignem de Cœlo ejecit: *Si homo Dei ſum, deſcendat ignis de Cœlo.* 4. Reg. 1. num. 10. Qui ignis videtur evocatus à Cœlo ab Elia, non precibus, ſed potius imperio, ut notat Cornelius hîc; ſimiliter, & ſic facient in fine mundi 145.

4. Reg. 1. — Cornel.

mundi Elias, & Enoch; & hic eſt ſenſus litteralis.

146. Ansbertus. Pſal. 140. Pſalm. 108. D. Thom.

Moraliter Anſbertus Abbas exponit locum de efficacia prædicationis eorum, qua inflammabunt corda auditorum, juxta illud Pſalm. 104.n.19. quod dicitur de Joſeph: *Eloquium Domini inflammavit eum:* & Pſalm. 118.n.140. *Ignitum eloquium tuum vehementer.* D. verò Thomas de efficacia, qua impiorum errores deſtruent; ſic ait Angelicus Doctor: *Ignis exiet de ore ſanctorum iſtorum, quia doctrina eorum ita errores Antichriſti deſtruet, ut omnibus ſanam mentem habentibus, nihil videatur eſſe, quod aſſerere conabuntur Antichriſtus, & miniſtri ejus.* Tanta efficacia docendo, prædicando arguendo, Elias, & Enoch deſtruent, & conſument errores Antichriſti, ac ſi ignis caderet ſuper eos, eóſque deſtruens, conſumens, ac in cineres redigens.

Multa efficacia deſtruent errores Antichriſti

147. Interlin. D. Anſel. Albert. Hugo.

Alii graves Patres exponit de juriſdictione ſpirituali: *Ignis exiet ab ore eorum.* Explicant Interlineal. ſ. Anſelmus, Albertus Magnus, & Cardinal Hugo; *id eſt ſententia ſpiritualis,* nempe excommunicandi, & anathematizandi eos, eóſque ut excommunicatos declarandi; nam viri tam illuſtriſſimi à Deo miſſi, ab ipſo Deo immediatè habebunt auctoritatem excommunicandi rebelles, ſic ait Rupertus: *Ignis exiet de ore eorum, ut anathematizent eos, & Satanæ in æternum tradant interitum.* Et poſtea ſubdit: *Hi habent poteſtatem ligandi in cœlo, & in terra ut non veniat ſuper inimicos eorum propitiatio, vel peccatorum remiſſio, cunctis diebus miniſterii, vel officii, &c.* ſcilicet ſui. Clariſſimè hanc ſententiam docet Cœlius Pannonius hoc loco: *Habebunt Enoch, & Elias auctoritatem, tanquam ab ipſo Deo immediatè conſtituti, qui Eccleſiam Dei tunc moderabuntur, juxta vaticinium hujus Scripturæ; ſicut olim Petrus, & cum eo Paulus: Petrus in auctoritate ſedis, Paulus in auctoritate ſermonis.* Idem ferè ſimilibus verbis habet Mello ad hunc locum Apocalypſ.

Ruper. *Elias, & Enoch habebunt poteſtatem ſpiritualem.* Panno. Mello.

148. *probatur Auctoritas ſpiritualis.*

In hac difficultate exiſtimo, quòd iſti duo illuſtriſſimi viri habebunt aliquam juriſdictionem, immediatè, eis communicatam à Deo: num Deus eſt perfectus ordinatè agens, & dat media proportionata ad finem intentum: At qui hi duo viri mittuntur in utilitatem Eccleſiæ, ſalutem animarum, ac bonum ſpirituale earum, ad quem finem maximè conducit juriſdictio, ac poteſtas ſpiritualis: ergo talem poteſtatem habebunt hi duo Chriſti præcones: tamen ſubjectam, & ſubordinatam Pontifici maximo Eccleſiæ Dei: nam Eccleſia Dei, eſt perfectiſſimè conſtituta, ut ex D. Cyprian. D. Auguſtin. D. Hierony. & aliis probat Suarez, lib.4. de Leg. cap.3. num.7. Ergo unum tantum habet caput, qui eſt Summus Pontifex. Ac proinde licèt omnes Apoſtoli habent immediatè Juriſdictionem à Chriſto, juxta illud Matth.18 *Quæcunque ligaveritis ſuper terram, ligata erunt in cœlo:* tamen omnes ſubordinabantur Petro, ut capiti Eccleſiæ; ut tenet Suar. citat. n.9.

uar. Matth.18. Suar.

Hi habent poteſtatem claudendi cœlum.
Ne pluat diebus Prophetiæ ipſorum.

149. 3. Reg. 17.

Hoc eſt ſecundum genus miraculorum, claudere, nempe cœlum, ne pluat, ut fecit Elias 3. Reg. cap.17. num.1. & maximè notandum quòd valde diverſimodè loquitur ſacer Text. de primo miraculo, ac de hoc, & duobus ſequentibus: nam in primo miraculo loquitur per actum. *Exiet ignis ab ore eorum.* In hoc ſecundo, & ſequentibus: Text. non dicit actum, ſed potentiam, habent poteſtatem claudendi cœlum, nec hoc caſu factum eſt, ſed alta divina diſpoſitione.

Textus diverſimodè loquitur in primo, & aliis miraculis.

150. *Juxta eorum beneplacitum pluvia mittetur,*

Et ratio diſcriminis hæc eſt, quia in primo miraculo, quotieſcumque aliquis ex Antichriſtianis voluerit eos lædere, manus injiciendo ad eos tenendos, vel aliquod damnum inferendo, tunc ab ore eorum exiet ignis ad eos conſumendos; & devorandos: At in hoc, & ſequentibus miraculis, annuntiatur non factum, ſed poteſtas: quia poteſtas erit perpetua, & abſoluta toto tempore Prædicationis ipſorum: factum tamen non erit perpetuum, ſed prout ipſi voluerint, & judicaverint expedire: aliquando ergo prohibebunt pluviam, aliquando non prohibebunt, cum tamen poteſtas eorum ſemper ſit expedita, prout eis placuerit.

151. Ansbertus. Daniel. 32.

Moraliter Anſbertus per pluviam intelligit Prædicationem, juxta illud Deuter. 32. num. 2. *Concreſcat ut pluvia doctrina mea, ut ros, eloquium tuum, ſicut imber ſuper herbam.* Quia Prædicatio divinorum myſteriorum clauditur impiis, quæ juſtis eſt aperta, & manifeſta. Secundò, quia pluvia denotat affluentiam cœleſtium donorum: & ſunt impii adeo perverſi ut ipſi communicatione donorum deteriores fiant D Thomas: *Ex eo,* ait, *quod audacter, & confidenter; Enoch, & Elias prædicabunt mali fient peiores, & in eos erunt crudeliores.* Tertio meritò clauditur cœlum, ut terra fiat ſterilis. & fructibus ſuis privetur, tanquam pugnantes pro ſuo creatore, pro eóque pœnam & vindictam inferentes hominibus, qui contra ſuum creatorem deliquerunt. Pannonius: *Dignum erat* (ait, & loquitur de Achab) *ut cœlum impiis clauderetur, qui terram ſcelere Idololatriæ, & veneris intemperantia polluerunt: ſic dignum, ut noviſſimis temporibus, his, qui adhærebunt impiiſſimæ blaſphemiæ hominis peccati, contra cœli Dominum, cœlum ipſum claudetur, ne terram imbre compluat, ut non det cibum impiis, qui rejecto Deo vana ſequuntur, ſunt enim commenta dæmonum.*

D. Thom. *Elementa pro ſuo creatore pugnant.* Pannon.

Et poteſtatem habent ſuper aquas,
Convertendi eas in ſanguinem.

152. *Poteſtas convertendi aquas.*

Hoc eſt tertium genus miraculorum, quod Elias, & Enoch perpetrabunt: Tamen non omnes aquas in ſanguinem convertent, nec ubique; aliàs multum electis incommodarent, ſed ſicut de pluvia dictum eſt, modò utentur hoc miraculo modo non utentur prout eis opportuniùs viſum fuerit. Alludit hîc ſacra Scriptura ad factum Moyſis Exod.7 num.20. ex quo aliqui inferunt, Moyſem venturum eſſe; ſed valde frivolè; quia eadem poteſtas non arguit eandem perſonam: ſicut omnes, qui in Eccleſia ediderunt idem miraculorum genus, non ſunt unus, & idem; aliàs Petrus idem eſſet cum Paulo.

Exod. 7.

153. *Peccator inſenſibilior creatura inſenſibili.*

Moraliter. Aqua maximè diſtat natura à ſanguine: Elias, & Enoch, aquas convertent in ſanguinem ut impii convertantur, & adducantur: & tamen ad eorum voces aquæ mutabuntur, & homines non mutabuntur, ſed immobiles in ſua nequitia perſiſtent: quia homo durior, & inſenſibilior eſt quàm ipſamet creatura

Aretas. tura inſenſibilis Aretas: *Obarmai ſcilicet Deus Sanctos iſtos,ut ex doctrina ſermonibus homines convertent, præterea etiam flagellis, nempe pluvia carentia, & igne; variis elementorum mutationibus,ad hoc tendentibus,iis nocent,qui ita affecti ſunt, ut converti nequeant.*

Et percutere terram omni plaga
Quotieſcumque voluerint.

154. *Major poteſtas eorum, quam Moyſis in Ægypto* Ecce quartum genus miraculorum, quod de eis dicitur, & denotat amplam poteſtatem miraculorum;& ſanè habebunt ampliorem quàm Moyſes: nam Moyſes tantùm plagis percuſſit Ægyptum: At & Elias, & Enoch, talibus plagis,& pluribus aliis, percutere poterunt terram prout eis libuerit: hæc poteſtas eis dabitur ſine limitatione tam plagarum quam locorum, ac temporis; quæ poteſtas in eis durabit per tempus ſuæ Prædicationis,ſcilicet tribus annis cum dimidio.

155. Alcazar. Adverto tamen, quod Alcazar in præſenti, ait, quod Elias & Enoch facient ſimiles plagas ut Moyſes in Ægypto, quas ille tamen myſtice interpretatur:ut prima plaga ſanguinis dicat diſcordiam infidelium Judæorum tempore Titi,ſecunda ranarum,eorundem rixas, & tumultus. Tertia Cinyphum denotet curas, & ſolicitudines,quæ eos diſcruciaverunt: & ſic de cæteris: at hæc ſunt myſtica,& non literalia;nam ſecundùm litteram vere, & realiter tales plagas,& multò majores efficient.

An hujuſmodi Prædicatores habebunt Poteſtatem beneficam miraculorum?

156. *Erit in eis poteſtas beneſica.* Ut patet ex dictis, hi duo illuſtriſſimi teſtes habebant poteſtatem miraculorum, quoad ultionem,ut patet ex dictis; Quærimus nunc, an habebunt poteſtatem beneficam miraculorum, v.g.mortuos ſuſcitandi, ſanandíque omnia genera ægritudinum? ad quod reſpondeo affirmative cum Ferrario: quia talis poteſtas multum conducit, & valde neceſſaria eſt ad finem converſionis populorum, & præcipue Judæorum,de quibus ait Paulus, 1. Corinth. 1. *Iudæi*
1.Cor. 1. *ſigna quærunt.* Commemorantur tamen, quæ dicta ſunt,& ad ultionem pertinent: quia illis maximè frænabunt Antichriſtianos, cum quibus erit eorum bellum, & contentio, quæ hic annuntiatur.

Quomodo hæc miracula operabuntur?

157. Miracula, & prodigia perpetrabunt Elias & Enoch, ad inſinuandum nomen Jeſu crucifixi, in virtute crucis ejus,ac ſanctiſſimæ Trinitatis nam virtutem tantorum myſteriorum teſtificatam faciet tunc Elias in ſuis operibus,quando illam jam inſinuabat in ſuis factis,quandiu vixit ante raptum.

158. Cùm Elias vellet puerum mortuum revocare ad vitam: *Expandit ſe, atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus*, 3. Reg 17. num.21.
3. Reg. 17. In qua ceremonia, ut clarè patet, Elias crucis formavit effigiem: Homo enim extenſis brachiis, crucis exprimit imaginem, ut denotaretur,quod virtute crucis miraculum operabatur:
D. Auguſt. *Elias patrocinio crucis puerum ſuſcitavit.* ſic ſentit D.Auguſtin.ſerm 3. de Annuntiat.in Bibliotec. Virginali loquens de S.Eliſæo,qui eadem ceremonia, ad imitationem ſui magiſtri uſus fuit,ſic ait:*Hoc ſacramento crucis Sanctus Eliſæus Sunamitis filium, os ori,manus ſuas manibus ejus applicans,orando ſuſcitavit,& vivum matri reſtituit.*

159. Sed adhuc reſtat examinandum, cur tribus vicibus, & non potius duabus,vel quaternis, menſus fuit Propheta? Difficultatem ſolvit Gilibertus apud Tilmanum ad prædictum locum dicens. *Ideo tribus metitur vicibus;ut Trinitatis cognitionem conferat, & dividat menſura fidei.* Metitur ergo tribus vicibus, formam exhibens crucis & etiam myſterium Trinitatis declarans, in cujus fide ac cognitione miraculum fiebat:& adverte,quod Elias fuit primus homo,qui mortuum revocavit ad vitam;ut ad citatum locum Reg notat Cajetan. *Hic eſt primus mortuus,qui ab initio mundi reſuſcitatus eſt*; & hoc factum eſt in fide Trinitatis, quia à fide Trinitatis, omnis vita,& ſalus in nos dimanans.

Gilibertus

Patrocinio Trinitatis primus mortuus ſuſcitatur.

Cajet.

*Apoc.*11.*n*,7. Et cùm finierint teſtimonium ſuum,beſtia, quæ aſcendit de abyſſo, faciet adverſùm eos bellum, & vincet illos, & occidet illos.

*Num.*8. Et corpora eorum jacebunt in plateis civitatis magnæ,quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma,& Ægyptus, ubi eorum Dominns crucifixus eſt.

VERSIONES.

*Syrus n.*7. Et quando abſolverint teſtimonium ſuum,tunc animal dentibus,quod aſcendit de Abyſſo,faciet cum illis prælium & vincet eos.

Arabicus. Cùm abſolverint prophetiam ſuam,beſtia aſcẽdens de abyſſo terræ.

Primaſius. Et cùm finierint Martyrium ſuum.

Paguinus. Beſtia egreſſa de voragine.

Syrus n-8. Et cadavera eorum erunt ſuper vicum latum urbis illius magnæ, quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma,& Ægyptus.

Arias. Et cadavera eorum in plateas civitatis:

D.Auguſt. Cadavera eorum projicientur.

Arabicus. Quæ ſpiritualiter vocatur Sodoma Ægypti, locus, in quo crucifixerunt Dominum ſuũ.

Pagn. Tygur. Ubi Dominus noſter crucifixus eſt.

EXPOSITIO VI.

160 *Eorum Prædicatio, & prophetia dicitur.* QUAM finierunt teſtimonium ſuum; hic noſter Joannes dicit teſtimonium, quod ſuperiori verſ. 6. dixit Prophetiam, ſicut & verſ.3.& horum ſanctorum Prædicatio, rectè dicitur teſtimonium, & Prophetia:erit enim teſtimonium fidei, & veritatum divinarum Prophetia; & benè hic dicitur teſtimonium, quo, explicatur finis Prædicationis horum ſanctorum: nam bonos ſuo teſtimonio firmabunt in fide, malos autem ſuo teſtimonio convincent, & oſtendent inexcuſabiles; cùm ergo tempore præſtituto,ſcilicet 1260. dierum, explicaverint ſuum teſtimonium.

161. *Beſtia*,ſcilicet Antichriſtus turpibus, & beſtialibus morſibus fervens ut Deo dante dicam cap.13. num.1. *Quæ aſcendit de abyſſo*, per ſuperbiam ſuam,ut explicat Haymo,ut de eo ait Haymo. 2.Theſſal.2. Paulus 2. ad Theſſal. cap.2. num.2. *Extolletur ſuper omne,quod dicitur Deus, ita ut in templo Dei ſedeat*;& hæc beſtia dicitur,quod de abyſſo, ſcilicet de profundo iniquitatis,& malitiæ aſcendit: *& faciet adversùs eos bellum*; variis artibus, & modis; *vincet illos*, corporaliter nempe: ac proinde vincet illos,non deterrendo,ac prædicando, aut in ſuas partes trahendo, ſed occidendo eos.

162. D.Auguſt. Syriac. *Et corpora eorum*, inſepulta, *jacebunt*, ſeu ut legit D.Auguſtinus,*projicientur*, quod denotat magnam ignominiam *in plateis*. Syriacus habet *ſuper vicum latum*,& denotat forum civitatis: noſtra vulgata *in plateis* ponitur plurale pro ſingulari, vel probabilius, ſacra illa cadavera funibus trahentur raptata per plateas, cum multa ignominia, & opprobrio totius vulgaris turbæ, *civitatis magnæ*, nempe Jeruſalem, ut in ſequentibus exprimitur, quæ ob nefandas libidines, ſpiritualiter vocatur *Sodoma*; & ob idololatriam, & multiplices ſuperſtitiones, & ob ſævam etiam fidelium perſecutionem, *Ægyptus* cognominatur,ubi olim Chriſtus Jeſus crucifixus eſt: quo apertè Jeroſolyma denotatur.

QUÆSTIO XXI.

Bellum,Occiſio Eliæ, ac Enoch, eorúmque corpora inhumata.

163. AIt Text. quod cùm hi duo illuſtriſſimi præcones Chriſti finierint ſuum teſtimonium, nunc Deo permittente, Antichriſtus exercebit in eos omnem ſuam tyrannidem:ſic & Joannes Baptiſta non potuit extingui ab Herode, uſquequo perfunctus fuiſſet ſuo teſtimonio. Imò & Sanctus Sanctorum Chriſtus Joan.7. Luc.22. Jeſus dicebat. Joan. 7. *Tempus meum nondum advenit*; & Luc.22. dum in horto caperetur, dixit.*Quum quotidie fuerim vobiſcum in templo, non extendiſtis manus in me, ſed hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum, ſic & manus injecerunt in eum & tenuerunt.* Sic hi duo Prophetæ, finito ſuo teſtimonio, Deo ſic ordinante, devenient in manus Antichriſti, ſed antequam in illas incidant,prius ſuos confirmabunt, prædicendo eis omnem ſeriem ſuæ mortis, ne illa perturbentur: deinde & glorioſum triumphum ſuæ reſurrectionis.

Beſtia ergo faciet contra eos bellum, adhibens omnia ſæva, & dira tormenta, virgas,fuſtes, cruces, aculeos, candentes ferri laminas vel cacabos,ungues ferreos,ſævas beſtias, fornaces ardentes, thermas ſuccenſas, venenatos ſerpentes,lapidum aggeres, vincula, carceres, &c. cum tamen his in vanum diſcedet beſtia illa,ad calidiora confugiet. Ampla, & magna dona exhibebit, verba depromet blanda, adhibitis fictitiis, & falſis miraculis, ut quos non poſſit tormentis, decipiat ſuaſionibus: ſed irrita erunt omnia;nam eorum fortitudo inconcuſſa ſemper ſtabit. 164. *Bellum Antichriſti contra Eliam, & Enoch.*

Fortis eſt, ut mors, dilectio, dura ſicut infernus æmulatio. Cantic.8. num.6. Dilectio fortis, ut mors,quia ſicut mortem nullus vincere poteſt,ſic nullus unquam veram charitatem:*Dura ſicut infernus æmulatio.* Æmulatio in præſenti ſumitur pro vehementi charitate, ut communiter notant Patres; explicant Caſſiodorus, & Beda, ſicut infernus, quos ſemel recipit, nunquam dimittit, ſed ſemper duriſſimè eos retinet, ſic vehemens charitas, ſeu æmulatio Dei, ſemper ipſum duriſſimè, ac firmiter retinet, ut nulla vi ipſum dimittat: vel juxta D. Anſelm. ſicut infernus inſatiabilis, eſt in ſuſtinendis tormentis, ſic vera Dei dilectio numquam ſatiatur in ſuſtinendis tormentis pro ipſius amore, ut hi duo fortiſſimi teſtes. 165. Cant.8. *Amor multis tormentis cedit.* Caſſiod. Beda. D. Anſelm.

Et ait Joannes,*& vincet,& occidet eos*; quomodo eorum invictus animus poteſt vinci à beſtia; nec enim magni belli Dominici duces, velut duo fulmina belli Antichriſto cedent,uſque ad mortem, egregium veritati teſtimonium; dantes fidem propugnabunt, quo ergo pacto ait Text. *vincet illos*,ideo Anſbertus ait, quod *vincet* referatur ad reprobos; *occidet*, ad juſtos, ſed utrumque refertur ad Eliam, & Enoch.Nota quod dicitur ſuperius vers.5.hos ſanctos uſuros præſidio ignis, adversùs eos, qui illos lædere tentabunt: finitis diebus ſuæ Prædicationis 1260. tali præſidio deſtituentur, & tunc contra illos, non quidem invitos, ſed maximè volentes, ac libenter divinæ ordinationi quieſcentes, prævalebit Antichriſtus; quod eſt,aliquo pacto eos vincere, prout corporaliter tradentur in manus ejus D.Thomas: *Vincet illos*,ait, *corporali violentia, non ſpirituali victoria, quia non ſuccumbent, nec per erroris conſenſum, nec per defectum rationis, non enim deerit eis,qui dicit, ego dabo vobis os,& ſapientiam.* Luc.22. 166. *Electus nunquam ſuperatur in ultimo certamine.* D. Thom.

Occidet eos, genus mortis non exprimit ſacer Text.Ferrarius ait hîc quod videtur probabile Antichriſtum in odium Chriſti,quem ſancti prædicabunt,maximè in eadem civitate, in qua Chriſtus crucifixus, juſſurum eos imitati eidem genus mortis,& crucifigi in eodem Calvariæ monte; & hoc videtur denotare Text. *Ubi Dominus eorum crucifixus, eſt*, & tandem mandabit, è cruce deponi,non tamen ſepeliri, ſed projici in plateas, & hoc non eſt improbabile: & favet D. Thomas danda quæſtione ſequenti. 167. Ferrarius. *Elias, & Enoch crucifigendi.*

Certiſſimum eſt in hac re, quod Elias, & Enoch occidentur ab Antichriſto crudeliſſimo mortis. 168.

Malveda. *Martyres ſub Antichriſto, omnium illuſtriſſimi.*

mortis genere: nam Illuſtriſſimi Martyres ſub Antichriſto, ut probat Malveda de Antichriſto lib.9. cap. 3 & lib. 10. cap.8 §. Secundo *non prorſus*; futuri ſunt omnium, quotquot antefuerunt ab exordio mundi fortiſſimi, & præſtantiſſimi quia majores vires & atrociora tormenta tota dæmonum arte inventa, pervincunt, & Elias, & Enoch, clariſſimi omnium Martyrum erunt, ut ait ipſe Malveda, utpotè Prophetæ maximi, Eccleſiarum & anteſignani Patron fidelium, pulchra Regionis columna fidei,&c.& alia multa epitheta quæ eis dat Malveda.

Iacebunt ad ignominias in plateis.

169. *Corpora eorum jacebunt in plateis.* In ſignum magnorum criminum, & in perpetua ignominiæ notam, fuit barbara conſuetudo cadavera inhumata relinquere, ut patet ex his, quæ refert Euſebius lib.4 Hiſt.c.14.& lib.5 cap... & hanc inhumanitatem exhibebit Antichriſtus tum ob ſuam tyrannidem, tum ob ignominiam inferendam ſacris cadaveribus ob quas cauſas jacebunt in plateis: tum etiam, ut ait Richardus: *Iacebunt corpora eorum in plateis, ut omnes qui viderint, timeant eos imitari, & eis conformari*; & dicitur in text. *in plateis*, vel plurale pro ſingulari; vel fortè quia unum corpus projiciendum eſt in unam plateam, & aliud in aliam: vel quia per funes trahentur corpora per varias plateas, in ignominiam, & opprobrium; ſed ſic inſepulta maximè erunt toti orbi in honorem: & venerationem quam ſanctitas eorum vitæ abundantiſſimè promeruit.

Richard.

Deut 35. *Vbi vita ſanctitas cognoſcitur, honor ſepulchri non requiritur.*

170. Mortuo Moyſe ſepelivit eum Dominus: *Et non cognovit homo ſepulchrum ejus, uſque in præſentem diem*: Deut 34. num.6. Cur Dominus ſic abſcondit corpus Moyſis, illiuſque ſepulchrum, ab oculis, ac veneratione mortalium? quando etiam diſpoſuit, ut aliorum juſtorum, et iam inferiorum, ſint magnis ſignis & documentis honorata, ut inde hominum frequentiam ſe invitent: cur hoc denegatur corpori Moyſis? Pulchrè D. Ambroſ quærens cauſam, cur Deus talem honorem abſtulerit à corpore Moyſis, lib. 1 de Abel. cap 2. *Nemo ergo ſcit ſepulchrum Moyſi, quia vitam ejus omnes norunt*. Cujus vitæ ſanctitas; omnibus erat nota non neceſſe habuit, commendari à ſepulchralibus ornamentis.

D.Ambroſ.

171. Valde illuſtriſſimi fuerunt illi primi Patres, Abel primus juſtus & Martyr à fratre ſuo occiſus: Seth, & Enos, qui cœpit invocare nomen Domini: Noëmus, qui alter Protoparens totius humani generis eſt conſtitutus; & cùm omnes ſint ſanctitate illuſtriſſimi, ac defuncti, de eorum funeribus ac ſepulchris, nec verbum habetur in Scriptura, eum ipſa maximè narret eorum vitam, & mortem: ſed primum ſepulchrum, & primum funus, quod in ſcriptura auditur, eſt funus, ac ſepulchrum Saræ uxoris Abrahami. Gen 23. num.2. *Venit Abraham, ut plangeret, & fleret eam, cùmque ſurrexiſſet ab officio funeris, locutus eſt ad filios Heth*: emens ab eis ſpeluncam duplicem in qua ſepelivit mortuam ſuam. Ex omnibus Patribus antiquis, Sara omnium prima honorificè invenitur tumulata Patres illi, ut Abel Seth Enos Noë, puritate, ac integritate vitæ valde conſpicui, & ſua ſanctitate abundantiſſimè honorificabuntur ut nullo alio indigerent: At Sara etſi ſanctā; tamen ut notat M.Didacus de Baeza num.4.de Chriſto lib 8 cap.26 § 30 Semel, & iterum ad ethnicorum aulas fuit deducta, & cum principibus ethnicis Abimelech, & Pharaone aliquando vixit: & quamvis ejus integritas & pudicitia jam divino teſtimonio eſſet oſtenſa, debuit etiam, ſepulchralibus honoribus teſtificari à marito, ut eſſet evidens ſignum, quod ipſe eam tanto honore proſequebatur, quia bene agnoverat uxoris illibatam fidem erga ſe; per hoc non negamus in viris ſanctiſſimis inveniri honores ſepulchri, & funeris; ſed dicimus horum defectum non officere iis, quorum ſanctitas vitæ noſcitur.

Geneſ. 23.

Pro magno honore ſepulchri, ſufficit juſtis eorum ſanctitas.

QUÆSTIO XXII.

Quare exprimitur, quod corpora horum Sanctorum jacebunt in plateis civitatis magnæ, qui vocatur Sodoma, & Ægyptus.

Cyrræus Hæreticus per hanc civitatem 172.
magnam intelligit Romam, cui favere videtur D. Hieronym Epiſtol. 17 quæ eſt ad Marcellam ſed ibi non loquitur D. Hieronym. nomine ſuo, ſed nomine Paulæ, & Euſtochii, quæ multa in laudem Hieruſalem congerebant: quibus ut mulieribus veniam dandam putabat; Alii dixerunt eſſe Ninivem, ſeu babyloniam,

Sed ſine fundamento, nam cùm exprimatur 173.
in text. *Vbi Dominus eorum cricifixus*, apertè denotatur, quod ſit Hieruſalem, & benè dicitur *civitas magna*, ut ait Hugo: magna vitiis, ſicut olim virtutibus, & ſubdit text: *Quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma, & Ægyptus.* Spiritualiter, id eſt, non propriè, ſed attentis turpibus moribus, & maximis vitiis, quæ oſtendunt, illis peſſimis temporibus, ſub Antichriſto, carnis vitia fore frequentiſſima, & quaſi publicè actitanda, & frequenter ob talia vitia Hieruſalem, dicitur Sodoma & Ægyptus, quia ut ait Ansbertus: *Bene civitas illa, Sodoma, & Ægyptus, appellatur, quia videlicet opera Sodomorum, atque abominationes Ægyptiorum ſectaſſe, cognoſcitur.* Unde Iſaias exprobrando, dicit Judæis c, 1. n. 10. *Audite verbum Domini Principes Sodomorum*, & c.3.n.9. ait: *Peccatum ſuum, quaſi Sodoma prædicaverunt.* Ezechiel.16. n.49. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ ſuperbia, ſaturitas panis.* Imò, ut dicitur Thren.4 n.6. *Major effecta eſt iniquitas filiæ populi mei, peccato Sodomorum.* Dicitur etiam ſymbolicè Ægyptus ob idololatriam & ſuperſtitiones, quæ regnabunt in ea, tempore Antichriſti.

Hugo. *Ob vitia Jeruſalem dicitur Sodoma, & Ægyptus.* Ansbertus. Iſai. 1. Iſai 3. Ezech. 16. Thren. 4.

Et quando Jeruſalem quæ olim fuit tam il- 174.
luſtris templo, myſteriis, ac viris ſanctiſſimis, ſic deterior facta eſt, ob peccata ſua, & ſpurcicias carnis; & hæc eſt cauſa, cur ſacer text. proprium civitatis nomen tacet, oſtendens, quod illa tunc temporis indigna erit nomine civitatis Ieruſalem; ſed propter craſſas errorum tenebras & perſecutiones in populum Dei, Sodoma & Ægyptus dicenda ſit.

Ob peccata amittit ſuum nomen Hieruſalem.

175.
Ex quo liceat, inferre, quod nullus de ſua virtute multùm præſumat; ſed timere debet, ne cadat, cum Sanctiſſima quondam civitas, in tot

Nullus de ſua virtute præſumat, ſed caſum timeat.

lapſa

lapſa ſit ſcelera, ut Sodoma, & Ægyptus nominetur. Richard. Victorin. *Quæ olim magna, ait, ſecundùm juſtitiam, tunc erit magna per malitiam, quæ ſpiritualiter vocatur Sodoma, id eſt, muta, & Ægyptus, id eſt tenebroſa, quia muta erit à vera fidei confeſſione, & tenebroſa in ignorantia, & prava actione.*

Richard.

176. Unde dicitur in text. *Quæ appellatur Sodoma, & Ægyptus*; prius nominatur Sodoma, & poſtea Ægyptus, & non è contra dicitur: quia qui eſt mutus in Dei laudibus, ipſe in tenebris ſepultus eſt. Haymo: *Omnibus illis, comprehenduntur, qui metu nimio concuſſis tempore Antichriſti; non audebunt confiteri fidem Chriſti, ſed in tenebris infidelitatis cæcati, & in tenebris tenti, peccatorem negabunt illum*; ſcilicet Antichriſtum.

Qui ceſſat à Dei confeſſione, in tenebris ambulat.
Haymo.

177. Et alta diſpoſitione factum eſt, ut Elias, & Enoch non moriantur in illa civitate, in qua Dominus eorum crucifixus eſt, ut notat D. Thom hic: *In quâ Dominus crucifixus eſt corporali crucifixione, & ita erunt conformes, & morte, & mortis loco*, ut ex loco mortem Chriſti habentes ante oculos eorum mors fiat lenis, & ſuavis.

Paſſio Chriſti conſiderata noſtras Paſſiones levat.
D. Thom.

178. Ait Regius Vates Pſalm. 140. num. 10 in perſona Chriſti: *Singulariter ſum ego, donec tranſeam.* Paſſio Chriſti morsque ejus, tranſitus eſt: *Ut tranſeat ex hoc mundo ad Patrem.* Ioan 12. num. 1. Notanter ait, quod ſolus, & ſingularis, non ſimpliciter, & abſolutè, ſed donec tranſiret: poſtquam verò ipſe crucifixus, totus ſuo ſanguine purpuratus, jam non eſt ſingularis, & ſolus, ſed innumeri Martyrum exercitus ſequuntur: ex quo enim in noſtra mente crucifixus viſus eſt, quæ montium prærupta non ſcatent ſanctis, tanquam in vias planas; poſtquam ipſe tranſit, & nos ſequimur, ejus intuitu mors tota ſuavis & lenis: Pulchrè D. Auguſt ibi ſic ait: *Quid eſt ſingularis? In Paſſione tu ſolus pateris? Tu ſolus occideris ab inimicis; ſingularis ergo: ſed quid eſt, donec tranſeam, niſi de hoc mundo ad Patrem? Tunc enim confirmavi columnas ejus, id eſt, columnas terræ; quando in me didicerunt, mortem non eſſe timendum: Donec ergo tranſeam ſingularis ſum; cum tranſiero, multiplicabo, multi me imitabuntur, multi patientur pro nomine meo.*

Pſalm. 140.
Paſſio Chriſti Paſſiones noſtras faciles reddit.
D. Auguſt.

179. Aiebat meus Jeſus de ſe: *Eſto flos campi*; Cant, 2 n. 1. Quid dicis, Domine mi? quis unquam te vidit floribus redimitum, aut flores præ manibus habentem Omnes agnoſcimus ſpin s coronatum, ſpinis circundatum in rubo Moyſis: quomodo ergo te florem appellas? Ex eo quod ipſe coronatus, & circundatus eſt ſpinis mortis Paſſionis, ac certaminum, multorum laborum: ſpinæ noſtrorum certaminum, laborum, mortis & Paſſionis ſic leniter miteſcunt, ut jam non ſint ſpinæ, ſed ſuaviſſimi, ac præjucundi flores. D. Bernard. ſerm. 48. Cantic. *Ego flos campi, ait, qui diligit me, veniat in campum, non refugiat meum, & pro me inire certamen, ut poſſit dicere: Bonum certamen certavi.*

Cantic. 2.
Poſt Chriſtum paſſum noſtri labores, flores.
D. Bern.

Apoc. 11. *n.* 9. Et videbunt de populis tribus, & linguis, & gentibus corpora eorum per tres dies, & dimidium, & corpora eorum non ſinent poni in monumentis.

Num. 10. Et habitantes terram gaudebunt ſuper illos, & jucundabuntur, & munera mittẽt invicem: quoniam hi duo Prophetæ cruciaverunt eos, qui habitant ſuper terram.

VERSIONES.

Arias. n. 9. Et videbunt cadavera eorum, dies tres, & dimidium.

Syrus. Et non ſinent poni in ſepulchrum.

Oecumen. Tribus diebus, & dimidio: & corpora non permittent poni in monumentis.

Syrus n. 10. Hilares erunt, & dona mittent alii aliis.

D. Auguſt. Habitantes terram gaudent ſuper illos, & epulantur.

Oecumen. Et munera dabunt invicem.

Arabicus. Lætabuntur ſuper illis duobus, & exultabũt hac de re, &c. quod hi duo prophetæ cruciaverunt incolas terræ.

EXPOSITIO VII.

E*T videbunt de populis, tribubus, &c.* Hic aſſignatur cauſa, cur ſanè ſupra Ieruſalem ſit appellata civitas magna: ſiquidem ad eam confluebat magna colluvies populorum, ex omni ferè natione, utpote ad regiam ſedem Antichriſti; proindéque tantorum hominum ſpectaculo mors illorum erit valde nota, & manifeſta. *Per tres dies, & dimidium*; ita ut nullus poſſit, de eorum morte dubitare; *& corpora eorum non ſinent poni in monumentis.* Extrema barbararum nationum crudelitas extitit, mortuos non ſepelire: at hic ultra progreditur, ut impediat, quominus ſepeliantur. 180.

Ad regiam Antichriſti omnes confluent.

Et inhabitantes terram, nempe Ieruſalem, ac loca vicina ipſius, ſeu ut explicat Gagnæus, homines terreni, ſeu terrenis cupiditatibus dediti, facient magnum gaudium, & magnam gratulationem, ut præſtari ſolet in magna populi lætitia, agéntque diem feſtum cum magna feſtivitatis oſtentatione, ut denotant illa verba: *Gaudebunt ſuper illos*; & inde *jucundabuntur*; celebrantes magna convivia, *& munera mittent invicem*, quod eſt ſignum magnæ lætitiæ, ut fecerunt olim Carthaginenſes, victo Attilio Romano conſule, & nos facimus pro magnis feſtivitatibus, ut in Natali Domini. 181.

Gagnæus.
Multa ſigna feſtivitatis.

Quoniam

182\. *Quoniam hi duo Prophetæ cruciaverunt eos.* Cauſa ergo tantæ lætitiæ, non ſolùm erit propter nequitiam Antichriſti, ut ei complaceant, ſed etiam quia hi duo Prophetæ cruciaverunt eos plagis immiſſis, ut dicitur ſuprà verſ.6.& inde Antichriſtiani promittebant ſibi deinceps vitam hilarem, & perjucundam multis in deliciis,nullo contradicente; etiam ut ait Richardus de Sanct. Victore:*Cùm pars bonorum humiliatur, tunc pars malorum gloriatur*; & tandem quia hi duo Prophetæ *cruciaverunt eos*, acriter minacibus eos reprehendentes, ut ad meliorem vitam tranſirent. Nam ut dicitur Proverb.15.n.12.*Non amat peſtilens eum, qui ſe corripit.*

Richard. *Impii perſequentur illos, qui eos reprehendunt.*

Prov. 15.

QUÆSTIO XXIII.

Quare corpora Sanctorum jacebunt inſepulta per tres dies, & dimidium

183\. *Summa crudelitas.*

ECce extrema omnium maxima crudelitas quæ non ſolùm ſatiatur, cùm ſanctis vitam ademerit morte violenta; ſed inſuper magna opprobria, ac ludibria, in eorum cadavera irrogat, fortè magnis promiſſis præmiis, quæ obtinenda ſunt ab eis, qui majores injurias in eas impegerint: & ut tantis ſpatium detur, jacebunt corpora in plateis per tres dies, & dimidium: non dicitur in platea, ſed in plateis,ut jam dixi in proprio loco, quia illa cadavera funibus raptata trahentur per plateas:& tanta erit crudelitas, quod non ſolùm ſanctos Martyres non ſepeliat,ſed etiam ne ſepelire ſinat;quamvis fortè aliqui ex adſtantibus petierint corpora,ut ſepulturæ tradantur: impiorum malitia numquam ceſſat, nec quieſcit Pannon.*Tanta in viros pios atrocitate tunc impii deſævient,quod ne mortuorum quidem miſerebuntur,quorum corpora minimè ſinent ſepeliri,ut vel poſt mortem ſuperare videantur eos,quos vivos ſuperare non poterant*

Pannon.

184\. *Miniſtri volunt, auſpicari gratiam majorum.*

Secundò non ſinent corpora eorum in monumentis poni per tres dies, & dimidium, ut cuncti videant, hos duos magnos Prophetas verè eſſe mortuos, & ut miniſtri tanta ſua ſævitia ac crudelitate gratiam, ac benevolentiam majorum,ac Principum, aucupentur. Joachim. *Non ſinent*, ait, *corpora ſanctorum poni in monumentis, ut dum ſe in morte illorum crudeles oſtendent, ab eis, qui eos occiderunt, arctius diligantur.*

Joachim.

185\. *Concilium impiorum contra ſanctos, Deus in majorem eorum gloriam ordinat.*

Tertiò conſidera altam Dei providentiam Antichriſtiani eo conſilio non ſinebant, ſanctos ſepeliri, ad majorem eorum ignominiam, & ut illorum mors cunctis eſſet nota: At Deus ordinavit, ut ipſamet malitia impiorum inſerviret ad majorem gloriam,ac triumphum Sanctorum reſurrectionis: nam ſi ipſi eſſent ſepulturæ traditi,& cum poſtea reſuſcitarentur,poterat aliquis de veritate tanti miraculi dubitare; at cùm ipſi à populis, tot gentibus, ac linguis conſpiciuntur demortui per tres dies, inde poſtea, cum vivificantur tantum miraculum omni caret ſuſpicione:fovet Albertus Magnus: *Vult Deus*,ait, *inſepultos eſſe, ut major ſit eorum gloria; ut evidenter fiat eorum reſurrectio: quia ſi ſepulti eſſent, non eſſet ita clarum de eorum reſurrectione.*

Albert.Mag

186\. *Impii volunt, deleri memoriam Juſtorum.*

Quartò, non ſinunt impii, hujuſmodi cadavera ſepeliri:forſitan volunt, à feris ea dilaniari,& à volucribus diſcerpi, & ſolùm intendunt, ne ſepeliantur,quæ ſepulturæ creduntur cadavera,viſis eorum monumentis,eorum memoria non delebitur: nam monumentum deducitur à mentem monere:Ecce cur non volunt,ea ſepulchris tradi: ut penitùs eorum memoria deleatur,& nullus ſit,qui de eis recordetur.Richard. Victor. *Non ſinent*,ait, *poni in monumentis, ne eorum memoria habeatur.*

187\. *Impietas exigit ut Deus permittat, in majora mala labi.*

Quintò, perpende altum Dei judicium: per tres dies cum dimidio,eorum corpora ſanctorum inſepulta,expoſita opprobriis, ac ludibrio multorum: ut inde majori gloria munirentur: & impii in ſacra cadavera furentes, Deo ſic permittente,in majora mala labentur, ut inde in rigidiorem punitionem deveniat. D. Thomas quærens, cur Deus talia permittat fieri in ſuis electis,ſic reſpondet: *Quia impiorum perverſitas exigit,& meretur,ut permittantur, implere ſuam malitiam, ut per conſequens immergantur in majorem damnationis miſeriam*, non ſolùm æternam, ſed etiam temporalem hujus vitæ.

D. Thom.

188\. *Impiis inter pocula venit amaritudo tribulatio.*

Pro quo expende,per tres dies & dimidium: *Gaudebunt ſuper illos*, multis feſtivitatibus, ac ſignis lætitiæ jucundabuntur, comedentes, bibentes,convivia celebrantes, ad quorum delicias ſibi invicem mittent munera, & tunc timor irruet ſuper eos & cum multo terræ motu magna pars hominum peribit: ecce convivia, pocula,dapes impiorum citò evaneſcunt, & in calamitatis amaritudinem tranſeunt. De feſtivo,ac jucundo die impii loquens Job 15.n.23. *Cùm ſe moverit ad quærendum panem, novit, quod paratus ſit in manu ejus tenebrarum dies.* Tigurina legit: *Scit, quod ſuis factis periculoſa tempora acceſſerit.* Expende text *quod paratus ſit in manu ejus tenebrarum dies*;tanquam ſi ex eo; quod unam manum extendit ad accipiendas dapes, altera verò exinde parata ſit ad ſuſcipiendam omnem extremæ calamitatis amaritudinem.

Iob.15.

189\. Quod factum legimus in Aman, qui cum Rege Aſſuero adſtitit, in convivio Eſtheris, quod ipſa valde luculenter Regi exhibeat: cùmque ipſa ei expoſuiſſet, quod ſuus crudelis hoſtis peſſimus erat Aman,qui mortem in animam ejus, ac totius populi machinabatur: *Quod ille*, ſcilicet Aman, *audiens, illico obſtupuit, vultum Regis,ac Reginæ ferre non ſuſtinens*.Eſt.7 n.6. multùm lætus,ac gloriabundus adſtiterat Aman,quia nullum præter ipſum Regina Eſther ad convivium vocaverat,& ſtatim in multum ſtuporem,ac amaritudinem tota perjucunditas mutatur: nondum finitum convivium fuerat, adhuc & poculis,& dapibus ſumendis inſtabat Amanus, & ad Eſtheris vocem, totam illicò venientis calamitatis amaritudinem cum ſtupore bibit Amanus extendebat unam manum ad dapes, altera adoperiebat faciem ſuam, vultum Regis irati, ac Reginæ ferre non ſuſtinens;manus extendebat ad pocula,& guttur parabat ad furcam: quod ſimiliter comprobari poteſt ex hiſtoria Regis Balthaſaris Daniel 5.

Eſth.7. *Aman manum unam habet ad pocula, alteram ad furcam.*

Daniel. 5

De

190. De his dicitur Deuter. 32. *Uva eorum, uva fellis, & botri amariſſimi; Fel draconum vinum eorum,& venenum aſpidum inſanabile.* Ecce quomodo commutantur dapes, & pocula iniquorum; uva convertitur in fel: Botri, ſeu fructus arborum fiunt amariſſimi, tanquam fel draconum; & tantùm abeſt, quod illa ſint ad nutrimentum, ut ſint. *Venum aſpidum inſanabile,* ad interitum, & damnationem; ad quod ſpectans Regius Vates,ait Pſalm.68.n.23. *Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & ſupplicium ut comprehendantur.* Inter ipſas dapes, dum ſunt coram ipſis, illiſque delectantur ibi deguſtant inevitabilem amaritudinem extremæ calamitatis. Ad quæ verba ſic ait, D.Auguſt. *Coram ipſis fiat menſa in muſcipulam, non optantis, ſed Prophetantis; non ut fiat,ſed quia fiet. Fiat ergo,nec poteſt aliter fieri,niſi ut talibus iſta inveniant.*

Pſalm. 68. *Impiis tota dulcedo convivii vertitur in amaritudinem.*

*Apoc.*11.*n.*11. Et poſt tres dies & dimidium, ſpiritus vitæ à Deo intravit in eos & ſteterunt ſuper pedes ſuos.& timor magnus cecidit ſuper eos qui viderunt eos.

*Num.*12. Et audierunt vocem magnam de cœlo dicentem eis aſcendite huc; & aſcenderunt in cœlum in nube,& viderunt illos inimici eorum.

VERSIONES.

*Oecumn.*11. Spiritus vitæ,qui eſt à Deo

Arbbicus. Et cadit ab hoc terror magnus in omnes,qui ſpectaverint illos.

Arias. Super ſpectantes in eos.

Primaſius. Et quicumque eos viderent pertimuerunt.

Aret. & Alias. *n.*12. Et audivi vocem magnam de cœlo.

Arabicus Audivi,& aſcenderunt in cælum in nubibus.

Oecumen. In ipſa nube.

EXPOSITIO VIII.

191. *Redivivi ſtabunt.* Poſt tres dies, & dimidium, quibus corpora eorum mortua jacuerunt, *Spiritus vitæ à Deo intravit in eos;* facienda, tanquam facta narrat ſacra Prophetia, quod illæ animæ beatæ Eliæ, & Enoch vivificabunt ſua corpora.Quomodo hoc autem fiet, explicat,quod non erit virtute naturali,nec vi, qua in vivis faciebant prodigia, ſed ſpeciali Dei gratia. *Spiritus vitæ intravit in eos;*& inde ſequitur *& ſteterunt ſuper pedes ſuos:* Siquidem, hi duo Prophetæ redivivi non ſtatim eodem momento aſcendent in cœlum, ſed poſt aliquod ſpatium temporis, ut illos vivos videant populi, imò & audient eos exprobrantes eorum ſcelera.

192. *Et audierunt vocem.* Poſtquam Elias, ac Enoch per aliquod tempus redivivi ſuper ſuos pedes ſteterunt,cum magno timore, ac pavore populorum: ecce aliud novum prodigium, quod eos magis adhuc percellet. Vox magna de cœlo miſſa, dicens ſanctis prophetis; quæ vox tanta erit, ut ab omni Ieroſolyma audiatur ac proinde ſi univerſi populi exterriti erant prodigio reſurrectionis Sanctorum, multo adhuc exterrebuntur hac voce,& proxima eorum aſcenſione in cœlum; *& aſcenderunt cœlum in nube:* Statim efformabitur nubes, quæ facta proxima terræ, duos Sanctos prophetas glorioſe circumdabit; & non dicitur, rapti ſunt: ſed *aſcenderunt;*quia jam reſuſcitatis ad vitam immortalem, glorioſis induti corporibus, ſe ipſos per dotem agilitatis ferre potuerunt adſublime.

193. *Præſens calamitas ex aliena felicitate moleſtior.* *Et viderunt illos inimici eorum:* Quæ omnia multùm conducent, ad converſionem plurimorum, qui ne dum ſatis per Prædicationem Sanctorum Prophetarum crediderant;& aliorum,qui jam credebant, in fidei confirmationem,& ut etiam inimici eorum, tantam illorum gloriam videntes, durior, ac rigidior eis efficiatur propria calamitas comparata cum aliena felicitate Sic miſeria divitis in inferno durior ei fiebat,inſpecta Lazari felicitate:nam ſemper durior miſeria propria redditur ex comparatione cum alterius glorificatione. D. Gregorius Magn homil.40. in Evang. *Ut peccatores amplius puniantur, eorum vident gloriam quos contempſerunt.* Luc. 16. D. Gregor.

QUÆSTIO XXIV.

Quare Elias, & Enoch reſurgentes, cum ſuis corporibus, aſcendunt in cœlum, ante communem omnium reſurrectionem.

194. *Dona a Deo ſunt ſtabilia.* Cum jacerent corpora Sanctorum in plateis, *Spiritus vitæ à Deo intravit in eos.* Notanter dicitur, quia vita ſolùm eſt à Deo & ipſe ſolus poteſt mortuos ſuſcitare: & ſtatim ſteterunt ſuper pedes ſuos, indicantes ſtabilitatem,& firmitatem ſuæ reſurrectionis,cùm eſſet à Deo ſic ait D. Auguſt.lib.de vera Relig. *Corpus ſtabilitatem habebit per animam ſtabilitam in Deo, quæ non per ſe ſtabilitur, ſed per Deum, quo firmatur.* D. Auguſt.

195. Quæſtio præſens eſt, cur hi duo viri ſanctiſſimi Elias, & Enoch cum ſuis corporibus aſcendent in cœlum, ante generalem omnium reſurrectionem quæ adhuc poſt tempus erit? cur ergo non ſolùm animæ eorum, ut fit in aliis beatis, ſed etiam eorum corpora aſcendunt ad gloriam.

196. Primò reſpondet D.Thomas; *hoc erit*, ait, *quia nobilitavit eos Dominus hoc privilegio, ut ante alios reſurgant, propter prærogativam gratiæ, & meritorum, in ſpeciali teſtimonio,in vita,doctrina,& Martyrio, ſub tēpore tam acerbæ perſecutionis,ſicut privilegiati fuerāt,& prius in longitu-*

Elias, & Enoch ſingulari prærogativa nobilitantur.

longitudine vitæ & loco,& modo vivendi. Valde illuſtriſſimi erunt Elias,& Enoch gratia, meritis ac ſpeciali teſtimonio, vita doctrina, & Martyrio,ſub tamen dura perſecutione, qualis nunquam fuit ab initio, nec erit, & ſicut illa perſecutio nullam aliam habuit ſimilem? ita illi ſancti duo præcones, qui tam fortiter ſub illa laboraverunt, ſingulari prærogativa ſunt nobilitandi, ac condecorandi à Deo.

197. *Deus ſi aliquid non dedit pro ſuo tempore, poſtea recompenſat.*

Secundò, Admirantibus adverſariis, cum ſumma gloria in cœlum; concomitante nube lucidiſſima, aſcendunt Elias, & Enoch, ante communem,ac generalem reſurectionem beatorum corporum, & eorumdem glorificationem: cur ergo eis hæc ſpecialis prærogativa conceditur, ut in glorioſis corporibus eleventur in beatitudinem; eorum animæ beatitudo, uſque ad illa tempora dilata fuit; & licet innumeri poſt eos nati eam conſecuti eſſent: ecce cur Deus eorum glorificationem, etiam quoad corpus aliorum beatitudinem anteverteret, ut quod pro tempore antecedenti eis non dediſſe viſus eſt, aliquo ſpeciali beneficio corporum glorificationis recompenſabit.

198. Geneſ. 18. *Deus differt donum, ut multipliciter recompenſet.*

Abrahamus,& Sara, duo primi conjuges ſunt qui ſteriles in Scriptura narrantur: *Erant ambo ſenes, provectæque ætatis,& deſierant Saræ fieri muliebria.* Gen.18.n.11. Quomodo Abrahamus vir illuſtriſſimus,omni virtute,fide,charitate,ac obedientia per totum tempus centum annorũ (in quibus pro tunc vires defecerant,)ut ſterilis jam reputabatur,quod pro magno opprobrio, pro tunc appendebatur? quomodo ergo tantus vir ut ſterilis habebatur,quod de antecedentibus patribus non invenimus ſcriptum: tamen tam diuturno elapſo tempore,dedit Deus Abrahamo filiũ Iſaac, ex quo naſciturus erat Chriſtus,& in quo benedicendæ erant omnes gentes, & ut etiam Abrahamus ob ſuam ſingularem fidem diceretur Pater omnium credentiũ: Si ergo Abrahamus,cum Sara uxore ſua ſuſtinuit opprobrium ſterilitatis per centum annos, & in hoc patribus attendentibus poterat videri inferior:tamen poſtea Deus illuſtriſſima generatione ſic recompenſavit,ut fieret excelſior omnibus Patribus tam illis, qui ante ipſum, quam iis,qui poſt ipſum fuerunt,cùm ob ejus illuſtriſſima merita, facta ſit prima promiſſio re Incarnatione divini Verbi, ut inſigniter illius Pater diceretur, ſimúlque Pater omnium credentium per fidem,magiſterque pietatis Inde Dominus differt promiſſam generationem, ut tãtò eum extollat. D.Chryſ.hom.31. *In promiſſionibus,*ait,*moram facit, & differt,ut hac potiſſimum ratione Patriarchæ pietas demonſtretur.* D. Chryſ.

199. Pro ſalute filiæ inſtanter clamat Chananæa, quam Dominus aſpere repellit, dicens: *non ſum miſſus,niſi ad oves Iſraël;* illa tunc procidens,& adorans remedium deprecatur,quam tunc Dominus duriori verbo à ſe rejicit, addens: *Non eſt bonum ſumere panem filiorum & mittere canibus.* Matth.15.n.27. cùm mulier audit,ſe canem vocari, non deſtituit: nec ut offenſa ægrè fert, ſed humilis, & fortius inſtat, *Etiam catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.* Tunc Jeſus exclamat: *O mulier,magna eſt fides tua, fiat tibi,ſicut vis,* à principio bene Dominus videbat fidem mulieris; cur ſic cunctatur tórque moras interponit, tam rigidè & aſperè ſe habet cum muliere, quam maximè dignam beneficio agnoſcebat? Diſponebat Dominus, ut dilatio beneficii maximè cederet in mulieris gloriam,ut non ſolùm filia ſanitatem reciperet,ſed ut etiam ejus fides maxime eſſet exaltata:ac proclamaſſet, cunctis eſſe in exemplum,ac virtutis doctrinam,illiúſque magiſterium. D. Chriſoſt. homil.44.in Geneſ. *Sciebat Dominus,*ait, *reconditam margaritam, quam latere nos nolebat. Idcirco differebat, nec reſponſo dignabatur,ut poſteris omnibus,mulieris ſedulitas magna fieret doctrina.* D. Chryſ.

Matth. 15. *Deus dilatat, ut majori gloria ſit beneficium.*

QUÆSTIO XXV.

Quare Elias, & Enoch glorioſa nube aſcendunt in cœlum?

DIcitur in text. quod Elias, & Enoch, 200.
aſcenderunt in cœlum, in nube, tanquam ad ſimilitudinem Chriſti D. de quo ait D. Lucas Actor.1. *Videntibus illis elevatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.* Nam quamvis nulla adeſſet nubes, aſcendere poterant in cœlum: Chriſtus virtute propria, iſti autem Prophetæ virtute Dei. Actor. 1.

Reſpondet primò Aretas, poſt appoſitam 201.
prædictam difficultatem: *Igitur cùm nebulæ ſint appropriatæ ad eſſe nubis, fit in ipſa quædam obſcuritas, cum aliquo ſplendore quæ refractione radii ſolaris ex incidentia perficitur,ideóque ſemper divinis manifeſtationibus attendendo commiſcetur: illud deſignans,quod divina, neque omnino nobis incerta ſũt,neque omnino manifeſtè præbentur: ſed veluti pura lucis Illuſtratio per obſcuritatem manifeſtatur:* juxta hunc ipſum penè modum, *etiam nunc miniſtra fit nubes aſcenſus Prophetarum in cœlum.* Id,quod ſub nube latet, nec eſt omnino obſcurum, nec omnino manifeſtum: Nunc hi duo præcones Chriſti cum nube in cœlum aſcendunt; quia divina non omnino incognita ſunt,nec omnino manifeſta, & aperta, prout in ſe ſunt.

Aretas. *Divina nec nobis omnino incognita nec omnino manifeſta.*

Secundò,aſcendunt in cœlum,nempe empy- 202.
reum,*in nube:* Et quomodo tanta gloria,ac majeſtate evehuntur; quidnam eos jam ſublimes, ac glorioſos efficit; Nónne vides eorum Paſſionem, & mortem cum multa ſæva crudelitate ab Antichriſto,ejúſque miniſtris inflictam; & quomodo per tres dies, & dimidium inſepulti in plateis jacuerunt,omnium riſui,ac ludibrio expoſiti? Non ergo mirum, quod tam glorioſè in cœlum aſcendant; aſcenſus,& ſcala in cœlum paratur per ignominias, & Paſſionem. D. Gregor.Nazianz. Orat. in Paſchate de Chriſto ſic ait: *Si in cœlos aſcendat,ſimul aſcende, atque vel comitantibus,vel aſpicientibus Angelis te adjunge: portis, ut attollantur, ac ſublimiores fiant, impera,quò Chriſtum à Paſſione ſublimem ſuſcipiant.* Alludit ad illud Pſalm. 23. n.7. *Attollite portas,Principes,veſtras,& elevamini portæ æternales.* Jubentur non aperiri,ſed attolli portas ad recipiendum Chriſtum, valde ſublimem à ſua morte, & Paſſione. Nicetas, Nazi. Scholiaſtes eandem orationem,ſic ait: *Non dicunt,aperite, ſed attollite,atque hoc loco explicat illud: factus obediens uſque ad mortem crucis, propter quod exaltavit illum ac proinde in ſummã ſublimitatem provectus, ſublimiores quoque fieri portas, poſtulat, ad ipſius exceptionem.*

Paſſio & humilitas faciunt ſummam exaltationem in cœlum. D.Nazianz. Pſalm. 23. Nicetas. 2. ad Philip.

Tertiò.

203. Tertiò per tres dies,& dimidium, poſtquam hi duo magni præcones fuerint perfecti ſæva morte, ac dictis tormentis,eorū cadavera nuda cum omni opprobrio, ac ignominia jacebunt in plateis civitatis;illorum verò inimicis conviviis indulgebunt, deliciis affluent, toti perfuſi jubilo,ac lætitia:quomodo ergo nunc vice verſa hi corpore,& anima beati glorioſe in cœlum aſcendunt: Illi verò toti tremebundi; in terris attoniti jacent, ſupplicii à cælo emiſſa jam perſentientes non miranda res,ſed valde in uſu Juſtorum ærumnæ, ac labores gloriam germinant; deliciæ iniquorum pœnas parturiunt; quod videre eſt in divite opulento, & mendico Lazaro.Mortuus eſt dives,& ſepultus eſt in inferno:mortuus eſt mendicus, & portatus eſt ab Angelis in ſinum Abrahæ.Dives *autem elevans oculos,vidit Lazarum in ſinu Abrahæ.*Luc.16.n.23.D.Chryſol ſerm 324. *Immutatio, ait, quanta rerum, quò deſcendit dives, quò pauper aſcendit? reſpexit ſurſum, quem deſpexerat hic & ſeorſim.*

Juſtorum labores glorias, deliciæ ini. quorum pœnas pariunt.

Luc. 16. D. Chryſol.

204. Quartò, Chriſtus D. devicta morte, corpore glorioſo ad paternam ſedem aſcendit, ut teſtatur D.Luc.Act.1.Quomodo ergo puris creaturis conceditur triumphus, qui Chriſto vero Deo & homini tribuitur? Chriſtus ignominioſa morte expiravit crucifixus in Calvario:Deinde tertia die reſurrexit, ſuum Dominum ſecuti ſunt Elias,& Enoch,multis injuriis affecti mortui ſunt,& etiam, ut aliquibus placet, crucifixi in Calvario. Vide ſuprà q.21 n.167.& poſt tres dies cum dimidio reſurgent, ut notant Cornelius. Imitabuntur ergo reſurgentem Chriſtum Dominum ſuum, hic enim tertia die à mortuis reſurrexit,& inde in nube glorioſè aſcendit; & alta quidem divina ratione diſponente ut ſimiles ſint in gloria,qui ſimiles inventi ſunt in humiliatione Richard. Victor. *Aſcenderunt in cœlum in nube,*ait,*ut qui Dominum imitati fuerunt in ſuſtinenda pro ipſo tribulatione, conſimiles ei eſſent in aſcenſione.*

Qui ſimilantur Chriſto in humiliatione, ſimiles erunt in glorificatione.

Cornel. Richard.

205. Chriſto mortuo in cruce, ſcribit Ioan.19.n.38.*Poſt hæc autem rogavit Pilatum Ioſeph ab Arimathæa,eo quod eſſet diſcipulus Ieſu,occultus autem propter metum Iudæorum, ut tolleret corpus Ieſu,venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primum.* Magno myſterio notantur ab Evangeliſta duo Iudæorum Principes, & piiſſimi in Ieſum;ambo tamen in occulto Chriſto adhærent; & cur in glorioſiſſimo eorum facinore,qui magnificè Ieſum ſepeliunt, illud voluit Evangeliſta notare, quod occultè, ac latenter Ieſum ſequebatur? Nonne hoc illis inglorioſum erat; imò ad magnam eorum gloriam ordinabatur: Quod ergo duo occulti diſcipuli accedant, ut Ieſum manibus tractent, eique inſerviant eo tempore, quo ipſe occultus in lapide erat ſervandus, & apud inferos cum ſanctorum animabus latitat, ad maximum myſterium pertinebat in illis, qui in ſua occultatione occultum Ieſum repræſentabant;& ſicut Ieſus ex illa ſua ſepulchri occultatione,ad magnam gloriam eſt ſublimatus, ſic illi duo diſcipuli humilem Chriſti occultationem repræſentantes ad ingentem gloriam exaltantur, cùm ex omnibus hominibus illis unigeniti filii Dei corpus commiſſum ſit, ut illi ultimum ſepulturæ officium præſtarent.D.Epiphan.Orat. in die Paſch. *Recole abſconditum inter omnia myſterium, dico occulti diſcipuli veniunt, ut cum ſepulchro occultent, qui occultè apud inferos indigebat,ſua illa occultatione,docentes,id quod ſub integumento occultabatur Deum eſſe.*

Joan.19.

Ex conformitate cum Chriſto mortuo magna gloria.

D.Epiph.

206. Piæ illæ mulieres emerunt aromata ut ungerent Ieſum, cumque veniſſent ad locum ſepulchri;in fide reſurrectionis mortuæ vel multum frigidæ: Quid tunc factum eſt ex ipſo ingreſſu: Ait D. Matth 28.n.7. *Exeuntes cito de monumento,cum gaudio currentes,nuntiare diſcipulis ejus,*ſcilicet Chriſti reſurrectionem.In primo limine mulieres viderant Angelos, audierant Angelos, & adhuc mortuæ, vel frigidæ multùm erant in fide reſurrectionis, unde ſic factæ ſunt vividæ, & fortes,ut veniant currentes,annuntiare reſurrectionem ejus; Ubi intrarunt ſepulchrum,& paſſioni Chriſti aſſociantur inde participes fiunt vitæ, exeuntes de ſepulchro, in fide reſurrectionis vividiſſimæ, tamquam Chriſti ſequentes veſtigia: qui vivus è ſepulchro exivit. D Chryſol.ſerm.80 *Mulieres intrant ſepulchrum* ait, *ut fierent ſepulturæ Participes,ſociæ Paſſionis; exeunt de ſepulchro, ut ante fide reſurgant.* Habet hoc imago,& umbra Paſſionis Chriſti in nobis ut vitam, & triumphum generet,ut ait Apoſtolus.Rom 6.*Si complantati facti ſumus ſimilitudini mortis ejus, ſimul & reſurrectionis erimus.*

Matth. 27.

Qui ſimilitudini mortis Chriſti aſſociatur, glorioſè triumphat.

D. Chryſol. Rom. 6.

Apoc.11.n.13. In illa hora factus eſt terræmotus magnus,& decima pars civitatis cecidit: & occiſa ſunt in terræ motu hominum ſeptem millia, & reliqui in timorem miſſi ſunt,& dederunt Deo cœli gloriam.

VERSIONES.

Arabic.n.13. Eadem die,& mortui ſunt hominum ſeptem millia experterriti ſunt reliqui, & perſolverunt gloriam Deo cœli,

Syrus Una ex decem partibus civitatis cecidit, & qui reliqui fuerunt, timidi facti ſunt.

Aug.Primaſ. Et dederunt claritatem Deo cœli.

EXPOSITIO XI.

207. ET *in illa hora.* In eademmet hora,qua Elias, & Enoch aſcenderunt in cœlum; videtur hic modus loquendi denotare, quod poſt eorum aſcenſionem, ut ita patenter, & clarè omnes eam conſiderarent, *Factus eſt terræ-motus magnus*, tam intenſione, quàm etiam extenſione; quia non ſolùm factus eſt in tota ipſa civitate Ieroſolyma, ſed fortè etiam in locis vicinis, licet non tanta vehementia, *& decima pars civitatis cecidit*; quo ad ejus ædificia, quod ita intelligo, ut non ſimul ciciderint, ſed quædam

Terra motus magnus intenſione,& extenſione.

quædam in hoc loco, quædam in alio; vel quia ædificia erant infirmiora: vel quia & altius ſic ordinatum eſt divina providentia: *Et occiſa ſunt in terræ motu nomina hominum ſeptem millia*; nomine ponuntur pro homnibus.

208. Rupertus. *Et reliqui in timorem miſſi ſunt*; Agitur de illis, qui non perierunt in illo terræ motu: Rupert. hunc timorem refert ad bonos, ob diem

Ansbertus. judicii. Ansbertus verò ad reprobos, qui vel à fide defecerunt, vel fidem nunquam receperunt: & jam timuerunt iſti, cum Elias, & Enoch aſcenderunt in cœlum, ut dicitur, verſ 11. nunc verò illis eſt timor additur, ob terræ motum; ruinam civitatis, necem ſeptem millium; *& dederunt gloriam Deo*, per timorem, mediante Dei gratia, aperti ſunt oculi eorum ut viderent ſuum malum ſtatum, impendentem iram Dei, falſitatem Antichriſti, & veritatem doctrinæ

Rom. 11. Eliæ, & Enoch: *Tunc enim*, ut ait Paulus. Rom. 11. n. 26. *Omnis Iſraël ſalvus fiet.*

209. Ferrarius. Joan. 12. *Per prodigia in morte Chriſti multi ſunt converſi, ſic in morte Eliæ, & Enoch.* Et bene notat Ferrarius, quod ſicut Chriſtus D. de morte ſua Ioan. 12. n. 28. *Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum*: denotans, per prodigia morti ſuæ aperiendos illis oculos ad fidem, ita hîc per prodigia facienda in morte Eliæ, & Enoch convertentur Judæi, & multi alii. *Gloriam Deo cœli*: Iam recognoſcentes, Antichriſtum non eſſe Deum, ſed eum, qui eſt in cœlis, qui ſervos ſuos tam dignè promeritos ad ſe in cœlis recepit.

QUÆSTIO XXVI.

Quare Text. ait, quod perierunt ſeptem millia nominum, cùm potius videbatur dicendum, ſeptem millia hominum.

210. Apoc. 3. *Nomen pro hominibus ponitur.* NOmen Phraſi Hebraica frequenter ponitur pro re nominata, ut jam diximus ſuprà cap. 3. n. 4. ad illa verba: *Habes pauca nomina in Sardis*, id eſt, paucos homines. Aliqui etiam interpretantur, nomina hominum id eſt; numerus hominum, quia homines nominatim recenſentur, & nominantur, juxta illud

Actor. 1. Græcus. Actor. 1. n. 15. *Erat autem turba hominum*, Græce *nominum, ſimul ferè centum viginti.*

211. Secundò, ad quæſtionem, non ait Ioannes, quod homines ſint occiſi, ſed nomina hominum. denotant homines nominatos, inclytos, famoſos, ac valde celebres fama, & honore. Ge-

Geneſ. 6. Hebraïc. *Viri nominati timeant iram Dei.* neſ. 6. n. 4. *Viri famoſi*; Hebraïcè eſt, *Viri nominati*; & hac phraſi forſitan indicare voluit Ioannes, ex præſtantioribus, ac majoribus Antichriſtianis, qui tanquam alicuius nominis inter eos agnoſcebantur, ex magna parte occiſos fuiſſe in illo terræ motu: & hoc ſit documentum viris magnis ac clarioribus, ut multùm ſibi timeant ab ira Dei. Rupertus in præſenti:

Rupert. *Maluit dicere*, ait, *nomina hominum, quam ſimpliciter homines, per quod intelligimus, nominatos in hoc ſæculo, & inclytos homines, videlicet de*

Pſalm. 48. *quibus.* Pſalm. 48. n. 12. Scriptum eſt, *tabernacula eorum in progenie, & progeniem; vocaverunt nomina ſua in terris ſuis*, & Iſai. 5. n. 14. *Propter*

Iſai. 5. *hoc dilatavit Infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque ullo termino, & deſcendent fortes ejus, & populus ejus, & ſublimes ejus, glorioſique ejus ad eum.*

Tertiò, quando Elias, & Enoch glorioſè redivi recipiuntur in cœlum, tunc dicuntur occiſa nomina hominum ſeptem millium, non dicuntur homines occiſi ex Antichriſti aſſeclis ſed nomina ſeptem millium ſine dubio Principum: hujuſmodi aſſeclæ, nil aliud habent, quàm nomina: in re Principes ſuis nil conferunt, ſed tantùm nominibus eos nobilitant, & exaltant. 212 *Humana poteſtas non dat res, ſed nomina, ac titulos.*

Ex quo aiebat Plinius in ſuo Panegyrico: *Sunt in honore hominum, deindè in honore fama magna nomina, ex tenebris oblivionis, indulgentia Cæſaris.* Expende, quod dicantur Cæſares, ſuis indulgere, nomina nimirum tantum, præter hæc nihil. Plinius.

Cùm multæ diſſenſiones eſſent exortæ inter filios Iſraël circa ſacerdotalem Principatum, ut Deus hujuſmodi querimonias cohiberet: præcepit Moyſi. Num. 17. n. 2. *accipe ab eis*, ſcilicet Principibus Iſraël: *Virgas ſingulas per cognationes ſuas, à cunctis Principibus tribuum virgas duodecim, & uniuſcujuſque nomen ſcribes virgæ ſuæ*; &c. & poſtea, *quem ex his elegero, germinabit virga ejus*; ad conferendum ſummum Pontificatum eliguntur duodecim virgæ, & in ipſis virgis manus divina, ac humana operatur: Divina facit, ut virga germinet folia, flores & fructus: Humana verò, quæ erat Principis, au ducis totius Iſraël, ſcilicet Moyſis, quid præſtat? nomina tantùm: *Vniuſcujuſque nomen ſcribes* Nihil aliud humana Principum poteſtas confert, niſi tantùm ad ſummum nomina imponere, & titulos ſcribere, illóſque confingere. 213. Num. 17. *Deus dat res, homo nomina.*

Poſtquam Deus primò Parenti dedit dominatum totius orbis, dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, ait Text. Gen. 2. num. 19. *Formatis igitur Deus de humo cunctis animantibus terræ, & univerſis volatilibus cœli adduxit ea ad Adam, ut videret, quid vocaret ea: omne enim, quod vocavit Adam animæ viventis, ipſum eſt nomen ejus.* Ecce ad omnium animantium naturam conveniunt Deus, & homo, qui Princeps erat totius univerſi: quid præſtat Deus; dat ſubſtantiam, vitam, & conſervationem, & ut creſcerent, & multiplicarentur: Homo verò in tanto Principatu, quid profert; nomen tantum: *Omne, quod vocavit Adam ipſum eſt nomen ejus.* Sed ſicut Deus dedit vitam, cur etiam non dat nomen: ſed maluit, ut à ſe reciperent vitam, ab Adamo verò nomen? Voluit Deus ſtatim in ipſo exordio oſtendere, quò ſe humanæ poteſtates porrigant, & extendant, ut ſolùm nomina, & titulos imponere valeant: & ideo Deus dat ſubſtantiam, & vitam: humana verò auctoritas, id, quod poteſt, ſcilicet nomina, & titulos confingere. D. Baſil. Seleuc. Oration. 2. ſic ait: *Adduxit Deus cuncta terræ animantia ad Adam, ut videret, quid vocaret ea. Adam nominum artifex, quando rerum eſſe non poteſt. Formentur à me, nominentur à te; quæ procreata: par tiamur fictricis hujus ſolertiæ gloriam: me cognoſcant artificem naturæ lege; te Dominum intelligant appellationis nomine: Inde nomen, quibus ego eſſentiam.* 214. Geneſ. 2. *Principes ſæculi ſolum dant titulos & nomina.* D. Baſil. Sel.

QUÆSTIO

Quæstio XXVII.

Quare civitas peccatis abundans, non cadit tota, ſed tantùm illius decima pars?

215. *Impii ex ſummo gaudio tranſeunt in ſummum malum.*

NOtat ſacer Text. quod *in illa hora*; in qua habitationes civitatis Jeroſolymæ, valde feſtivè jucundabatur, ac in ſignum magni gaudii ſibi invicem mittebant munera; Tunc corpora Eliæ, & Enoch, quæ inſepulta jacebant, cum reviviſcerent, glorioſe aſcenderunt in cœlum: facto magno terræ motu, decima pars civitatis cecidit, & alii magno timore ſunt percuſſi gaudium impiorum breve, & ſolùm parit id, quod eis eſt duriſſimum, ut ex ſummo gaudio tranſeant, ad ſummam miſeriam, ac calamitatem, quæ citò eos comprehendit: Ait Deus ad Abraham: *Clamor Sodomorum multiplicatus eſt. Deſcendam, & videbo; utrum clamorem qui venit ad me, opere compleverint.* Geneſ. 18 num 20. ad quæ verba; ſic ait Abulenſ. quæſt. 178. *Sine tarditate percuſſit, cùm verum cognoſcendo reperit; ut nobis videlicet daret exemplum, quia majora crimina; & tarde credenda ſunt, cum audiuntur; & citiùs punienda; cùm veraciter cognoſcuntur.*

Geneſ. 18. Abulenſ.

216. *Grande ſupplicium ſuorum plagas videre.*

Ad quæſtionem; quare ergo cùm tota civitas abundaret magnis peccatis, & abominationibus non tota perit, & cadit, ſed decima pars illius? & cur in terræ motu non pereunt omnes homines, ſed tantùm ſeptem millia? ut ita viſa ſuorum ruina, ac pœna graviter, ac rigidè torqueantur? Ait Jeremias. Thren. 3. n. 1. *Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis ejus.* Ac ſi dicat: Ego inter omnes meos, infeliciſſimus: quia vidit calamitatem, ac perditionem populi mei; nonne alii Prophetæ etiam viderunt & inde videntes dicebantur; Viderunt quidem ſpiritu: at ipſe non ſolùm vidit, ſed etiam expertus eſt totam ſui populi ruinam. Alii quidem præviderunt: ergo tamen magis miſer, quia non ſolum omnem calamitatem video, ſed & ſuſtineo & quod ante aſpexi, patior, & ſimul oculis, & dorſo flagra fero totius populi mei.

217. *Pœna dilata acerbior.*

Secundò illi, qui ſuperſtites erant conſiderabant ſe ipſos conſortes in crimine cum iis qui perierunt; ac proinde ex dilatione ſupplicii graviora mala unuſquiſque ſibi timebat: minatur Chriſtus D. ſupplicium hypocritis in die judicii; *& nunc confitebor illis: quia nunquam novi vos.* Matth. 7 n. 23. & cur Domine, tandiu expectas, ut nefariiſſimos homines punias? cur non ſtatim? D. Chryſoſt. homil. 19. *Uſque tunc ſuſtinebit, quia grandem iram grandis dilatio præcedere debet.* Quando, mundialis Rex grandem iram adversùs alium concipit, ingentémque illius meditatur vaſtitatem, non ſubditò movetur, ſed quo major fuerit ea, eo plus temporis inſumit ad parandum vindictam, ut certior fiat pernicies contrarii, ſic & in Deo grandis dilatio, dum præcedit, grandem iram oſtendit parari.

Matth. 7. D. Chryſ.

218. Supplicium uni peccatori inflictum, plures alios in ſimili delicto complices expecta, niſi reſipiſcant. Elatus Ozias Rex victoriarum gloria, ſibi ſacerdotale munus aperire voles, ingreſſus eſt templum, ut per ſe incenſum adoleat. Cui ait Azarias ſacerdos. 2. Paralib. 26. num. 18. *Non eſt tui officii, Ozia, ut adoleas incenſum Domini, ſed ſacerdotum, hoc eſt, filiorum Aaron.* Munus incenſi adolendi, non ſolùm, ait non pertinere ad Regem; ſed inſuper exprimit, ad ſacerdotes pertinere, qui genus ducunt ab Aaron: ſufficiebat ergo dicere, illud munus ad ſolos ſacerdotes pertinere, ut cognoſceret Rex, illud ad ſe non ſpectare, cùm ſacerdos non eſſet: cur ergo placuit, illud addere, nimirum filios Aaron? Notanter poſuit Pontifex Azarias filios Aaron, ut revocaret Regem in memoriam hiſtoriæ. Num. 16. quando hoc ipſum munus filiorum Aaron, arripientes ſibi Dathan, & Abiron inſurrexerunt contra Aaron, ut diceret eis Moyſes Ibid. n. 11. *Quid enim eſt Aaron, ut murmuretis contra eum?* Et inde Dathan, & Abiron miſerè perierunt; ut ita Rex Ozias horum Principum ſupplicium videns, & conſiderans, idem in eodem auſu ſibi obventurum timeat: Quod enim uni accidit mali, idem prorſus, & aliis ſimilibus eveniet: Rem ponderat D. Chryſoſt homil. 4. de verb Iſaiæ: *Quamobrem, ait, non dixit, ſacerdotibus tantùm, ſed & patris eorum Aaron meminit? Nominato Aarone, cujus vicem ultus eſt Deus, eum ad hiſtoriæ recordationem adduxit. Noli audere, quod auſus eſt Dathan, ne patiaris, quæ tempore Aaron acciderunt.*

2. Paral. 26. *Pœna in uno peccatore inflicta, in ſimiles deveniat.* Num. 16. D. Chryſ.

219. Hinc D. Paulus monens, qualis debeat eſſe Epiſcopus, ait, 1. ad Timoth 3 num. 6. *Non Neophytum, ne in ſuperbiam Elatus, in judicium incidat Diaboli.* Docet Epiſcopum ut ſe habeat cum humilitate, ne in ſuperbiam elatus, incidat in diem judicii, in eandémque condemnationem: in quam diabolus ob ſuam ſuperbiam devenit: quilibet enim ſuperbus timeat, idem ſibi eventurum malum cum Diabolo Divus Chryſoſtomus, homil. 5. de verbis Iſai. *Ne inflatus*, ait, *incidat in condemnationem, & in laqueum Diaboli: ne eadem, inquit, peccans cum illo patiatur.*

1. Tim. 3. *Eadem pœna comprehendit eoſdem delinquentes.* D. Chryſ.

Apoc. 11. *n.* 14. Væ ſecundum abiit; & ecce tertium veniet citò.

Num. 15. Et ſeptimus Angelus tuba cecinit, & factæ ſunt voces magnæ in cælo, dicentes; factum eſt regnum hujus mundi, Domini noſtri, & Chriſti ejus; & regnabit in ſæcula ſæculorum. Amen.

VERSIONES.

Syrus. n. 14. Illud Væ ſecundum abiit, & ecce illud Væ tertium venit citò.

Syrus. n. 15. Et ille ſeptimus Angelus clanxit, & factæ ſunt

voces & tonitrua dicentia : factum eſt regnum æternum.

Vatabl. Tygur. Facta ſunt regna.

Arabicus. Factum eſt regnum mundi Domino noſtro, & Chriſto ejus.

EXPOSITIO X.

220. VÆ *ſecundum abiit.* Poſtquam Elias & Enoch glorioſo Martyrio laureati aſcenderint in cœlum, & decima pars civitatis ceciderit ac magnæ terræ motu ſeptem millia hominum fuerint occiſa, & alii verò multò timore percuſſi in quibus obſcurè denotatur mors Antichriſti, everſióque illius regni, quæ apertius ſuo loco declaratur, & tunc reliquiæ Iſraël in-
Rom. 11. trabunt in Eccleſiam. Rom. 11. num. 26. & tunc magna pace coletur Deus. Deïnde iterum homines in ſocordiam, & in vitia prolapſi comedentes, & bibentes, ut in diebus Noë.
Matth. 24. Matth 24. num. 37. & tunc terminabitur ſecundum væ, quod hic dicitur per anticipationem; & veniet interitus totius mundi; quod
Per anticipationem eſt tertium Væ : *Et ecce væ tertium veniet cito.* Illud autem *citò* poſt multos annos annuntiare, juxta phraſim Scripturæ; tamen ex multis locis Scripturæ, colligitur, adventum Domini ad judicium, non dici poſt interitum Antichriſti futurum, & ideo ſacra Propheta ait, *Et ecce væ tertium venies citò.*

221. *Et ſeptimus Angelus tuba cecinit* : quo inſonante, *factæ ſunt voces magnæ in cœlo*; Angelorum, ac Sanctorum animarum; *Dicentes*
Hæc felicitas prædicitur poſt diem judicii. *factum eſt regnum hujus mundi* : quæ ut benè intelligas adverte, quod hæc narrantur hic à Joanne per anticipationem; ſiquidem in ſequentibus capitibus agitur de perſecutione Antichriſti, de bellóque Gog, & Magog contra Chriſtum, & Chriſtianos : Hæc autem felicitas imperii Chriſti, erit poſt judicium finale. *Factum eſt regnum hujus mundi*; hoc eſt, deſtructis, ac deperditis adverſariis, regnat Chriſtus, regnat juſtitia; & regnant ſancti cum Chriſto; & hoc eſt, quod ſupra clamavit An-
Apoc 10. gelus, cap. 10. num 7. *Quod tempus non erit amplius, ſed in diebus ſeptimi Angeli, cùm cœperit tuba canere, conſummabitur myſterium Dei.* Nempe judicium futurum, cum retributione bonorum, & malorum; & ideo viri ſancti cum lætitia dant gloriam Deo Patri, ac filio ejus Chriſto Jeſu.

QUÆSTIO XXVII.

Quare, Evangeliſta poſt ſecundum Væ ſtatim addidit tertium Væ?

AIt in præſenti noſter Joannes, quod
222. *Difficultas.* ſecundum *Væ* abiit; & citò veniet *Væ* tertium, cujus rei ſenſum litteralem jam dedi in expoſitione : tamen pro morali theſi inquirimus, ad quid gemituum, & lamentationum duplicatio? cur poſt illud *Væ* quod illi ſenſerunt, aliud inde *Væ* experientur?

Impii non ſolùm in hoc ſæculo, ſed etiam 223.
in illo graviſſime punientur, ſicque pœna illis multiplicabitur. Ezechiel 7. num. 26. *Contur-* Ezech. 7.
batio ſuper conturbationem veniet : ſeu ut Se- Septuag.
ptuaginta apud D. Hieronym. transferunt : *Væ ſuper væ erit* : Cur gemitus, & lamentationes
ſic multiplicantur? Rectè D. Hieronym. ſic ait D. Hieron.
Quomodo ſanctis dicitur, gaudere, iterum dico, gaudete : *Philip. 4. n 4. ut præſentia bona futuris* *Impii in hoc*
bonis cumulent : *ſic & his veniet conturbatio ſu-* *ſæculo, & fu-*
per conturbationem, ſive Væ ſuper Væ; *juxta* *turo puniun-*
quod & in Apocalypſi ſcriptum eſt, Væ unum *tur.*
abiit, & ecce Væ alterum veniet citò. Impiis inſtat pœna, & cruciatus in hoc ſæculo, & in futuro.

Ita Propheticè impiis conteſtatur Jerem. 17. 224.
num 18. *Duplici contritione contere eos.* Non Ierem. 17.
una, ſed duplici vexatione, ac pœna opprimendi, ac conterendi ſunt iniqui, una in præſenti ſæculo altera in futuro. D. verò Laurentius Ju- D. Laur.
ſtinian. lib de inſtitutione, & regimine Præla- Iuſt.
torum cap 5. Ipſos Prælatos monens, rem ſic *Paſtoribus*
expendit : *Duplici, ait, contritione atteritur Pa-* *duplex pœ-*
ſtor, duplicíſque judicii efficitur reus : *ſi videlicet,* *na.*
& ovium perditione, præſertim earum, quæ ex ipſius convincuntur periiſſe injuria.

QUÆSTIO XXIX

Quare, cùm Æternus Pater dediſſet Chriſto Domino omnia regna mundi, eùmque conſtituiſſet ſuper omnia opera ſua : nunc poſt diem judicii decantatur : factum eſt regnum Chriſto D.

STatim ſe offert difficultas in hac materia, 225.
quomodo beati decantant: *Factum eſt regnũ hujus mundi Domini noſtri, & Chriſto ejus*? Quomodo dicitur, regnum hujus mundu factum
Chriſto, cùm ipſe de ſe dicat, Joan. 18 n. 36. *Re-* Ioan. 18.
gnum meum non eſt de hoc mundo? & cũ aliundè
de Diabolo dicatur, Joan. 12. n 31 *Nunc prin-* Ioan. 12.
ceps hujus mundi ejicietur foras Pro quo advertendum quod mundus tripliciter poteſt accipi, & primò prout Deus eſt illius creator, ſecundò mundi Princeps dicitur Et primo modo mundus acceptus, prout Deus illius creator : ſumitur nunc pro tota hac univerſali machina, de qua dicitur Joan. 1. *Et mundus per ipſum fa-*
ctus eſt. Joan 1 Secundo modo conſideratur Ioan. 1.
mundus prout Deus eſt illius Salvator, de quo dicitur Joan. 3. *Sic Deus dilèxit mundum.* Tertiò
modo Diabolus dicitur Princeps hujus mun- Ioan. 3.
di, quantùm ad univerſalem concupiſcentiam & vitia ejus Primo modo Deus dicitur creator mundi, quia ſolùm ſua infinita potentia eum valuit creare. Tertio modo Diabolus dicitur Princeps hujus mundi quo ad illius concupiſcentias, & vitia, quæ licet permittantur à

Deo,

Deo tamen à diabolo ſunt, ut ſuggeſtionem ac perſuaſionem inferente, quibus multa bella contra Sanctos excitat. Secundò modo dicitur ſalvator, prout Chriſtus Dominus virtute ſui ſanguinis liberavit, ac redemit reprobos, quoad ſufficientiam, electos quoad efficaciam, ſecundùm propoſitum voluntatis ſuæ, ſecundum quam beatitudinem aſſequuntur. Dicitur ergo, factum eſſe regnum Chriſti Domini reſpectu nempe prædeſtinatorum, qui jam liberi, & ſecuri ſunt ab omni bello, & tentatione dæmonis. Richard. de Sanct. Victor. *Hujus igitur mundi regnum perfectè, & manifeſtè fit Dei, quando univerſalis Eccleſia penitus ex omnibus filiis ſuis, nempe electis, liberabitur à tentatione, & perſecutione diaboli; & etiam in tempore, ſub tuba videlicet ſeptimi Angeli, ſive potius in æternitate vocabit divinæ laudi, & contemplationi.*

Gloriatur Chriſtus de regno ſuis dato.

Richard.

226\. Secundò, Clamant Sancti: *Factum eſt regnum hujus mundi Domini noſtri, & Chriſti ejus.* Æternus Pater omnia dedit Chriſto Jeſu filio ejus; ſic enim ipſe de ipſo teſtatur: *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus.* Et de eo ſedente ad dexteram ſui Patris, decantat Regius Vates. Pſalm. 8. num. 6. *Gloria, & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus.* Quod teſtimonium cùm Paulus retuliſſet. Hebr. 2. num. 8. Continuò ſubjunxit. *Nunc autem nec dum videmus omnia ſubjecta ei.* Ecce ergo cur de futuro factum eſt regnum ejus, ſeu fiet: Quia quando in aliquo regno ſunt potentes hoſtes, princeps illius non dicitur perfectè, ac pacificè regnare. Rupertus: *Jam quidem*, ait, *regnat Dominus, & Chriſtus ejus, & præſens quoque Eccleſiæ regnum ejus dicitur, & eſt; ſed ſunt multa adhuc in regno ejus ſcandala, quæ canente noviſſima tuba colligentur; quod cùm factum fuerit, tum indo ritè pleno ore cantabitur:* Factum eſt regnum hujus mundi Domini noſtri, & Chriſti ejus? *quia cunctis in carcere inferni hoſtibus, pacatum erit regnum, & in pace erit regnum in ſæcula ſæculorum.*

Pſalm. 2. Pſalm. 8. Hebr. 2. Rupertus. *Cum hoſtes ſunt in Regno Rex adhuc perfectè non impriat*

227\. Tertiò, Tranſacto finali die judicii, poſtquam Dominus omnes electos ſuos recipiet in ſua beatitudine, decantant omnes Beati: *Factum eſt regnum hujus mundi Domini noſtri & Chriſti.* Modò decantant factum eſſe regnum: Regnum Dei noſtri æternum eſt, & ipſe ſemper glorioſè regnat; quomodo tunc cantabunt factum eſt regnum? Tunc ad regnum ſuum recipit completè omnes ſuos electos, eiſque communicat ſuam gloriam, & tunc videtur, quod ipſe reputat, ſe habere regnum, quando illius omnes ſuos electos facit participes, eiſque omnibus illud communicat.

228\. Chriſtus noſter Redemptor ſe ipſum introducit ſub parabola Domini venientis à nuptiis, qui bonos ſuos ſervos vigilantes invenit & ait: *Amen dico vobis; quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Luc. 12. num. 37. Quomodo Dominus jam in ſua gloria conſtitutus, faciet ſuos diſcumbere, & præcinctus tranſiet, & miniſtrabit illis? quid miniſtratio cum regno? Quid cum gloria paterna tanti obſequii exhibitio? In mundo formam accepit ſervi in mundo miniſtravit, extremámque exercuit ſervitutem.

Luc 12. *Chriſtus tunc regnare dicitur cum ſuis gloriam miniſtrat.*

At in Patris regno, cur non magis ipſe ſedet in gloria? cur non magis gaudet ipſe paterno convivio? cur non magis à miniſtero quieſcit? Quia ipſe in gloria ſua eſt, ideò ſuis miniſtrat gloriam, dapéſque divinas illius cœleſtis convivii, nam ipſam non et gloriam, non reputaret gloriam. Auctor Græcus Nicolaus Cabas lib. 4. de vita Chriſti: *Faciet illis diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. Hoc quippe modo, germano, veròque regno ſibi regnabit & ipſe ſibi ad regnum ſufficiens.* Quamvis Chriſtus Dominus ad regnum ipſe ſolus ſibi ſit ſufficiens, tamen tunc verò, & germano modo ſibi videtur regnare, cùm ſuis gloriam miniſtrat.

Nicol. Cab.

229\. De gloria Jeſu loquens Iſaias 53. num. 10. ait: *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longævum, & voluntas Domini in manu ejus dirigetur. Pro eo quod laboravit anima ejus, videbit, & ſaturabitur.* Bis dicitur in Text. *Videbit*, quod nempe Dominus ad ſaturitatem, & perfectionem gloriæ videbit Gloſſa Interlinealis ſupra præfixit: *Videbit fideles in perpetuum regnare.* Omnibus notum eſt, quod beatitudo in viſione gloriæ conſiſtit, ex qua viſione provenit ſaturitas, & affluentia omnium bonorum. Tunc regnum, nunc divitiæ, cùm oculus mentis Deum videt. Sic ait Iſaias 60. *Tunc videbis, & afflues.* Et illud Pſalm. *Satiabor, cùm apparuerit, &c.* Quomodo ergo de Jeſu gloria affirmatur: *Videbit ſemen longævum, videbit, & ſaturabitur, videbit filios in perpetuum regnare?* Nunquid alia eſt forma gloriæ in Jeſu, & alia in cæteris beatis? abſit. Sed Jeſu præ charitate ſua erga nos tunc magnopere reputat gloriam ſuam, ſuúmque regnum ſuámque regni ſaturitatem, cùm illam ſuæ ſoboli ſpirituali miniſtrat, illámque ad ſuos transfert: tunc ſedem ſuam excelſam oſtendit; quando facit ſuos diſcumbere; tunc ſe ſaturatum exhibet, cum convivia ſuis largiſſima miniſtrat: Tum nimis exaltatus apparet, cùm ad regni ſolium ſuos exaltat. Forerius ait: *Ubi Jeſus viderit ſemen longævum, ſaturabitur; id eſt plenè ſibi ſatisfactum putabit: hoc uno ſui laboris præmio affatim contentus erit. Hæc ſunt viſcera Dei noſtri, ut tunc bene habere dicatur, cùm res noſtræ bene habent; tunc comedat, tunc quieſcat, tunc deliciis affluat.*

Iſai. 83. Interlin. Iſai. 60. *Tunc Dominus æſtimas ſibi veram gloriam, quam dat ſuis.* Foren.

Quæſtio XXX.

Quare non fit hîc mentio de Spiritu Sancto, cùm eam faciat Joannes de Patre, & Filio.

230\. Dicitur in Text. *Factum eſt regnum Domini noſtri*, id eſt Patris, *& Chriſti ejus*, id eſt filii ſui unigeniti. Spiritus ſanctus regnat & regnabit in æternum; cur ergo hic non exprimitur? Nunquid aliquid Pater cum Filio ſine Spiritu ſancto ad extra operatur? abſit. Cur ergo illius mentio hic non fit?

Difficultas quæſtionis.

231\. Reſpondet Joachimus, Idcircò Beati dicunt regnum Patri, & Filio; quia vident completa eſſe tempora laborioſa, in quibus Pater, & Filius

Joachim.

Filius oſtenderunt ſapientiam ſuam, adeſſe verò tempus libertatis, quod quodam naturali proprietate pertinet ad Spiritum Sanctum, qui eſt amor Patris, & Filii Apoſtolo teſtificante.

2 Cor. 3 — 2. Corinth. 3 num. 17. *Ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas.* Sed cum Joachimus hæc non referat ad ultima tempora: ideò illius reſponſio ſicut & Lyrani, ac Aureol. omittenda eſt à nobis.

Lyran. Aureolus.

232. Reſpondeo ad quæſtionem ut jam dixit c. 8. ideò Spiritus Sancti mentionem hic non fieri, ſed ſubintelligi; quia ſub nomine Patris, & Fili intelligitur amor, & nexus utriuſque Deinde quia in præſenti agitur de dominatione, ac dominio totius orbis, & ideò convenientiſſime fuit ſermo inſtitutus de Patre, cui tribuitur potentia, quæ eſt dominationis fundamentum; non verò de Spiritu Sancto, cui bonitas tribuitur; & ideò ipſe hic non exprimitur, cum autem fit menti o gratiæ tunc ipſe Spiritus Sanctus memoratur Rom. 8. num. 16. *Ipſe Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſimus filii Dei.* Et iterum ibid. num. 6 *Spiritus adjuvat infirmitatem noſtram:* De Chriſto autem debuit fieri mentio ex peculiari ratione quia illo tempore infideles intendent Chriſti nomen delere, & ideò de ejus glorificatione, & regno oportuit ſpecialiter facere mentionem. D. Thomas. Sic ait *Ea, quæ dicuntur de Patre, & Filio, quantum ad regnum dominationis, æquè conveniunt Spiritui Sancto; unde etiam de ipſo ſunt æqualiter intelligenda; ubicumque enim una nominatur perſona in his, quæ ſunt eſſentialia, non perſonalia, vel notionalia, intelliguntur aliæ perſonæ.*

Tres divinæ perſonæ inſeparabiles ſunt. — Rom. 8. — D. Thom.

233. Pro hujus rei confirmatione, notat Albertus Magnus quod dicitur in Text. *Factum eſt regnum Domini noſtri, & Chriſti ejus, & regnabit.* Non dicitur in plurali regnabunt, ſed regnabit; quia in tribus perſonis una eſt divinitas Albertus Magn. *Trium eſt unum regnum, & una poteſtas, ad quod innuendum, dicit ſingulariter: & regnabit in ſæcula ſæculorum.*

In tribus divinis perſonis una divinitas.

234. Deinde hujus rei eſt peculiaris ratio myſtica, quia hic agitur de regno Chriſti, quod ex mercede, & præmio dedit: ſervis ſuis, ut hic dicitur infrà num. 18. *Tempus mortuorum judicari, & reddere mercedem ſervis tuis Prophetis, & Sanctis timentibus nomen tuum.* Et ideò convenientiſſimè de Patre, & Filio agitur; nam in Patre eſt potentia, quæ eſt fundamentum totius dominationis: In Filio autem eſt juſtitia, quia Pater omne judicium dedit Filio; & inde non debuit fieri mentio de Spiritu Sancto, quia eſt amor, gratia, & benevolentia quia illud regnum non eſt datum Sanctis formaliter ex gratia, & benevolentia, ſed ex meritis, ac juſtitia, tanquam nempe merces, ac corona juſtitiæ ut ita ſit in eis corona cum magna gloria, & honore, utpote ex meritis aſſecuta.

Regnum non ex gratia, ſed ex juſtitia nobilitat.

235. Cùm ex filiis Iſai eligendus eſſet Rex Iſraël, mittitur Samuel à Deo in Bethleem, & ait ei: *Imple cornu oleo, & veni mittam te in Bethleem ad Iſai: providi enim in filiis ejus mihi Regem,* &c. 1. Reg 16 num 1 Ecce Propheta electurus unum filium Iſai in Regem, mittitur ad omnes filios, nec dicitur ei qualis ſit eligendus; ut ita videat, & vocet omnes, & reſpiciat ſingulos, & inquirat, qui deſit inſpiciendus: cur non magis dicitur ei nominatim, qui eligendus eſt, qui à Deo ad tantam dignitatem ſublevandus erat? Proſpiciebat Dominus electi ſui gloriæ, honori, ac ornamento, dum perſonam celat, ac electori occultat; ſi enim Samuel noſceret, Davidem eligendum, ſtatim nulla inſpectione aliorum facta Davidem vocaſſet & Regem proclamaſſet, quod omnino non eſſet liberum à gratia, benevolentiæ, ac humani affectus ſuſpicione, & dum omnes vocat, & ſingulos intuetur, ac conſiderat, evidens fit, quod non ex aliqua benevolentia, ſed ex latente virtute talis electio proveniebat: Eleganter D. Baſil Seleuc. orat. 14. *Communi, ait, filiorum appellatione tegit iſtum Filium, Deus & populum mittit unctorem Samuelem. Ibi, ô Propheta, expecta unctionem gratiæ, ne ex temporalis Regis proclamatione dignitatis evadat imminutio, nevè adulteret regnantis notitia* Perpende ultima verba, voluit Dominus dignitatem dare cum gloria, & honore; & ne gloriam adulteret regnantis notitia; celat electum, ut videatur corona data non ex gratia, ſed ex virtute latente, à ſpiritu prophetico penetrata & agnita.

1. Reg. 16. — *Electio ex gratia, regnantis gloriam adulterat.* — D. Baſil. Sel.

Apoc. 11. *n.* 16. Et ſeniores, qui in conſpectu Dei ſedent in ſedibus ſuis, ceciderunt in facies ſuas, & adoraverunt Deum, dicentes.

Num. 17. Gratiam agimus tibi Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es; quia accepiſti virtutem magnam, & regnaſti.

VERSIONES.

Syrus n. 16. Et illi viginti quatuor ſeniores, qui coram throno ſunt, qui ſedent ſuper thronos ſuos.

Arabic. n. 17. Gratias tibi agimus, Domine Deus noſter, qui es, & nunquam moveris, quoniam ſumpſiſti robur tuum magnum.

Syrus. Ille omnipotens, qui es, & qui eras, propterea quod cepiſti robur tuum illud magnum.

Tygur. Pagn. Accepiſti potentiam tuam magnam.

Alii. Accepiſti poteſtatem tuam.

EXPOSITIO XI.

236. ET viginti quatuor ſeniores, quinam iſti ſunt, explicavi cap. 4. quæſt 13. *Ceciderunt in facies ſuas,* ſupremam Dei majeſtatem recognoſcentes, ac valde ſubmiſſe ac humiliter venerantes.

237. *Gratias agimus tibi,* majeſtatem tuam gratulamur, tibi gratias, & laudes referentes; & ſingula, quæ dicunt, maximè ſunt propria hujus loci, *Domine*, cui proinde regnum hujus mundi maximè convenit, inde valde æquum eſt, ut ſuum manifeſtet Dominium. *Deus* omnipotens; & poſt Dominum ponitur; ut commendatione potentiæ magis dominium augeat. *Qui es, & qui eras, & qui venturus es.* Quæ verba explicavi ſuprà cap 1. verſ. 4. Et meritò ſic in præſenti, ac ſi dicant; nihil proinde imminutus, nihilque auctus, ſed ſemper idem felix, ſive obediant homines, ſive non obediant, & ſive actu habeat regnum, & omnium Rex agnoſcatur, ſive non agnoſcatur; & addunt, *quia accepiſti virtutem tuam*; ſuam virtutem ab æterno, ut ingenitam habet; dicunt ergo, accepiſti virtutem tuam quoad exercitium, & manifeſtationem debellatis Antichriſto, ejuſque ſequacibus, hoſtibúſque Eccleſiæ, qui impedire nitebantur Dei cultum.

238. Et addunt, *magnam*, propterea, quæ tunc præſtiturus eſt nunquam enim talem virtutem eſt demonſtraturus, quam cum tale cœperit regnum, & ſubjiceret ſibi omnes potentatus. *Et regnaſti,* quia tunc regnabit, quo pacto nunquam antea regnavit habens ſcilicet, jam omnia ſub pedibus ſubjecta, ſilente omni contraria poteſtate.

QUÆSTIO XXXI.

Quare viginti quatuor ſeniores cadunt in facies ſuas, Deum adorantes eiſque gratias agentes?

239. DE his viginti quatuor ſenioribus multa dixi cap. 4. verſ. 4. nunc tamen in limine quæſtionis inquirimus, verbis magis nunc gratias agunt Deo, quàm quatuor animalia, vel Angeli, ſeu alii, quod dubium vix ab aliquo attingitur; pro cujus ſolutione recole, quæ dixi cap. 4. quæſt. 13. quod ſub his viginti quatuor ſenioribus continentur duodecim tribus Iſraël, duodecimque Apoſtoli, quos proinde tanquam principes, ac capita totius populi, tam novi, quàm veteris Teſtamenti peculiariter attigit divina benevolentia, quibus & incumbit onus, ut tam ſuo quàm ſuorum inferiorum nomine, gratias agunt, maximè cum in tanto beneficio, omnes eorum minores ac filii tam naturales, quàm ſpirituales participent.

Principes pro beneficiis ſuis collatis gratias referant.

240. *In conſpectu Dei.* Profundè cadentes in facies ſuas, Deum adorant, eiuſque majeſtatem laudant; conſiderabant ſe in conſpectu Dei; in omnibus quæ loquuntur, & agunt, Deum ut ſemper præſentem attendebant. Ansbertus Abbas. *Quia in hominibus*, ait, *qua loquuntur, & operantur, & cogitant, præſentem Deum ſemper attendunt*; hinc Joan. 1. cap 3. dicit, *in conſpectu ejus ſuadebimus corda noſtra*, & Paulus, 2. Corinth. 2. *Tanquam ex Deo coram Deo loquimur*; hinc de ſe ipſo David. Pſalm. 15. *Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper.*

Juſti ſemper Deum præſentem attendunt. 1. Ioan. 2. 2. Cor. 2. Pſalm. 15.

Tertiò *ceciderunt in facies ſuas.* Valde profundè humiliantur, Chriſtum adorantes; & tantæ adorationis quænam ratio? ipſi explicant: *Quia accepiſti virtutem tuam, & regnaſti.* Nóſque tecum regnare feciſti, nam idem eſt, quod ipſe habeat regnum, ac quod ſui ſimul cum eo régnent, ſuíque regni eos facit participes, ut probavi q 29. 241.

Deinde quia quantò majora beneficia nobis à Deo ſunt communicata, tantò majorem debemus exhibere humilitatem, ad quod Chriſtus nobis dedit exemplum. Ait Joan. 13. num 2. *Sciens Ieſus, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exivit, & ad Deum ſurgit à cœna, & cœpit lavare pedes Diſcipulorum ſuorum;* bene ſciebat Jeſus, ſe ſuper omnes eſſe ditatum à Patre beneque agnoſcebat, manus ſuas plenas eſſe omnium bonorum. Pater omnia ei dederat in manu; At has manus tam locupletas, quo eas extendit Ieſus? an ad ſupremum omnium rerum faſtigium? abſit: Extendit eas, ut ſubmitterentur ſub pedibus hominum pauperum abluendis, ut notat Divus Auguſtinus tract. 55. In Ioan. *Cum ergo,* ait, *omnia Pater dediſſet in manus, ille non manus, ſed pedes Diſcipulorum lavit.* Cùm Jeſus videret manus ſuas tantis donis repletas, non ſiſtit, donec eas in infimo, ac ultimo conſtituat. 242.

Joan. 13. Magna beneficia magnam humilitatem expoſcunt. D. Auguſt.

Quartò. *Sedent in ſedibus ſuis.* Quæ verba explicans D. Ambroſ. ait: *Sedes requiem ſempiternam deſignat; viginti quatuor ſeniores in conſpectu Dei ſedent in ſedibus ſuis; quia Sanctorum animæ ſine corporibus in cœleſti beatitudine modò cum Domino requieſcunt.* Dicuntur ſeniores ſedere, quia talis ſeſſio in cœleſti beatitudine eorum quietem, & requiem deſignat. Ex his tamen inſurgit magna difficultas: Quia *Sedes requiem ſempiternam deſignat*: Quomodo ergo ſeniores cadant in facies ſuas, ſi firmi, & ſtabiles ſunt in ſuis ſedibus? quomodo procumbunt in faciem? Proſtrati cadunt, ut divinam majeſtatem exorent, gratias agentes pro donis acceptis; cum ergo proſternunt, ſe ut Deum orent, tunc magna vi, ac fortitudine, ſuum thronum corroborant, ac firmant. Validiſſimum enim totius felicitatis munimen, ac fundamentum eſt oratio cum gratiarum actione, ad dandam ſecuritatem, ac omne malum propulſandum. D. Chryſoſtom. homil. 26. in Matth. *Optima quoque beneficiorum cuſtos eſt ipſa memoria beneficiorum, & perpetua gratiarum confeſſio.* 243.

D. Ampr. Oratio munit, & corroborat thronum, & omne malum propulſat. D. Chryſ.

Decantat Regius Vates Pſal. 149. n 6. *Exaltationes Dei in faucibus eorum, & gladii ancipites in manibus eorum: ad faciendam vindictam in nationibus; ad alligandos Reges eorum in compedibus.* Quid habent gladii, cum cantibus; Gladii ancipites ad bellum fabricantur? canticorum exultatio ad choræas faciendas Cur ergo connectit Propheta gladios in manibus, cum exultationum canticis in ore? nullus gladius fortior 244.

Qui Deum laudat ore, in manibus habet gladium ad hoſtes proſtrandos.

fortior, ac terribilior ad tuam tuendam dignitatem, ad adverſarios perdendum, atque tenebrarum regna devaſtanda, quàm gladius ille, quem cantus comitatur, referens Deo gloriam, divinóque numini gratiarum actiones tribuens.

D. Chryſ. Præclarè agebat D. Chryſoſt. in præſenti. *Oſtendit hic bellum cum chorea gerendum; & quod canentes, & laudantes, ſic vincent. Exaltationes enim dicit hymnos, & gratiarum actiones.* Ubi Deo canis laudem cum gratiarum actione, ibi hoſtes proſternis, & devincis.

245. Tres illi pueri mittuntur à Barbaro Rege, ligatis pedibus, in fornacem ignis ardentis. Tunc *Angelus Domini deſcendit, & fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos, ignis, neq; contriſtavit.* Daniel 3. n. 50. (Daniel 3.) Unde illis tanta felicitas, ut non ſolum voracem ſuperent ignem, ſed etiam tenui aura ad recreationem foverentur? Ait Text. de illis num. 24. *Ambulabant in medio flammæ, laudantes Deum, & benedicentes Domino.* Et cum in ore eorum canticum Dominicum gratiarum actione reſonaret, non potuit ignis eos lædere, ſed potius inſervivit, ut ligamina conſumendo ſolveret; hoc enim ſecum habet gratiarum actio, ut ſit fortiſſimum tutamen ad propulſandam omnem adverſitatem, ad reconciliandámque omnem felicitatem. S. Zeno ſerm. 5. de tribus pueris: *Qui*, ait, *ubi jacti ſunt in fornacem ignis ardentis, hos devotè cupidus ignis excepit; lambunt roſcidos flammæ blandientes. Mira res: opacitas intùs, incendium foris eſt.* Vide de hac re ſuprà cap. 7. quæſt. 25. n. 206. 207. 208. & 209.

Oratio tutamen ab omni malo.

D. Zeno.

Apoc. 11. *n.* 18. Et iratæ ſunt gentes, & advenit ira tua, & tempus mortuorum judicari, & reddere mercedem ſervis ſuis Prophetis & ſanctis, & timentibus nomen ejus, puſillis, & magnis, & exterminandi eos, qui corruperunt terram.

Num. 19. Et apertum eſt templum Dei in Cœlo, & viſa eſt arca teſtamenti ejus in templo & facta ſunt fulgura & voces, & terræ-motus, & grando magna.

VERSIONES.

Oecumen. num. 18. Advenit indignatio tua.

Syrus. Tempus mortuorum, ut judicentur, & ut des mercedem ſervis tuis, & ut perdas eos, qui perdiderunt terram.

Arabicus. Et perdas corruptores terræ.

Arraſt. Perdere corrumpentes terram.

Occumen. num. 19. Et apparuit arca teſtamenti Domini in templo ſuo.

Syrus. Et viſa eſt arca fœderis ejus in Cœlo, & ſunt facta fulgura, & tonitrua.

EXPOSITIO XII.

Iratæ ſunt gentes. Superiori verſu ſeniores dant gratias Deo, quia tam glorioſe, ac magnificè regnat devictis, ac debellatis ſuis hoſtibus, quid inde ſequetur. 246. *Iratæ ſunt gentes.* Nempe infideles, ac Antichriſtiani eum ſuis cohærentibus, videntes in ſe multas plagas inflictas, ſéque ad judicium Dei rapi ſub nomine gentium veniunt hâc intelligendi omnes impii tam ex Hebræis, quàm Ethnicis. *Advenit ira tua.* Quàm hactenus repreſſeras diſſimulans hominum peccata, ſi fortè pœnitentiam agerent. *Advenit ira tua*, ut notat Ansbertus, ut impii ſcilicet puniantur; nam quoad juſtos tempus erit benevolentiæ, ut præmio exaltentur.

Ansbertus. *Tempus juſtitiæ impiis, benevolentiæ juſtis.*

Tempus mortuorum judicandi, id eſt tempus reſurrectionis, & judicii, in quo mortui reſurgent, ut judicentur. In quo judicio duo ſunt facienda, danda ſunt præmia bonis, & decernenda ſupplicia malis. Et à primò incipit: *dare mercedem ſervis tuis Prophetis, & Sanctis timentibus nomen tuum puſillis, & magnis.* Per quod denotatur inæqualitas præmii: nam inter timentes Deum futuri ſunt puſilli & magni, ergo majus & minus præmium dandum eſt. Joacnimus Abbas aliter explicat, quod ſcilicet nullus quamvis ſit exiguæ pietatis immunis erit ab eſſentiali beatitudine. *Et exterminandi eos, qui corruperunt terram;* Scilicet corporis ſui peccati ſordibus maculando, vel aliorum etiam terram, dum alios homines ad ſimilia ſecum peccata alliciendo. Simpliciter per terram, terram hujus ſæculi ſimpliciter, ut ſonat intelligo; quia tempus eſt ut terra purgetur, ac innovetur, juxta illud Petri 2. cap. 3. n. 13 *Novos verò Cœlos, & novam terram ſecundùm promiſſa ipſius expectamus,* in quibus juſtitia habitat. 247.

In æqualia præmia.

Joachim.

2. Petr. 3.

248. *Apertum eſt Templum Dei in Cœlo.* Hoc eſt ipſa collectio electorum manifeſtata, ac oſtenſa eſt in Cœlo, in ſua gloria, ac beatitudine. *Et viſa eſt arca teſtamenti ejus,* Scilicet humanitas Chriſti D. qui eſt Angelus teſtamenti, tanquam caput & princeps omnium electorum. *Et facta ſunt fulgura, & voces, & terræ-motus & grando magna.* Hoc verſu & ſuperiori egit Joannes de electis, & damnatis; voces & fulgura pertinent ad electos, qui ob ſuam gloriam irrumpunt in voces laudatorias Dei tanquam fulgura igne, charitate ſuccenſas. *Terræ-motus & grando magna.* Pertinent ad damnatos: nam accepta ſententia ſuæ damnationis magno terræ motu excutientur in tartara, indéque ſuper eos fiet grando magna omnium Tormentotum, quibus in perpetuum dilapidabuntur.

249. Hic maximè notandum, quod ſeptem tubæ pertinent ad ſeptimum ſigillum ut patet. Cap. 8. n. 2. Et prima tuba incipit in grandine. Cap. 8 num. 7.

Pœna reſpondet. culpæ.

num. 7. quæ autem grando dicit frigiditatem pacatorum hominum ſeptima autem tuba hîc in præſenti deſinit in grandine, quæ denotat pœnam peccatorum, quæ ſupradicta pœna reſpondet culpæ.

———

Quæstio XXXII.

Quare in præſenti Joannes magi facit mentionem de ira gentium, quàm de aliis eorum perturbationibus, ac pravis cupiditatibus.

250. *Noſtra ira ſolicitat iram divinam.*

IN limine hujus quæſtionis maximè expendenda eſt connexio text. *Iratæ ſunt gentes, & advenit ira tua.* Nam ira advocat divinam iram. Si iraſceris adveniet tibi ira Dei, ſi tollas iram tuam, iram divinam tolles; Ait Dominus. *Dimitte, & dimittemini*: Non vis dimittere, ira Dei non dimittet; ſi vis dimitti dimitte.

251. Hæc autem ira gentium erit valde magna, qua maximè peccatores, ac iniqui iraſcuntur, & ægrè ferunt vitia ſua deprimi & virtutes extolli. Richardus Victorin. *Iratæ ſunt gentes,* ait, *ſubintelligitur propter hoc, omnes videlicet maligentliter, & carnaliter viventes, regnum tuum.* Scilicet ô Domine, *ſcio contrarium exurgere, & ſuum deprimi videntes.*

Richard. *Iraſcitur peccator de ſuo, regno deprimi.*

252. Vehementer iraſcitur peccator, quia venit tempus exterminandi eos, qui corruperunt terram; & meritò ſumma ira Dei deveniet in eos; qui nunquam ſedari poterit. Nónne antea in eos aliqua ira Dei deſævit: quando decima pars civitatis corruit, & ſeptem millia hominum perierunt, & omnes timore, ac terrore conturbati ſunt; & tamen tot admonitionibus præmiſſis noluerunt ſe ipſos emendari, ac meliores fieri, ergo ira Dei implacabilis apprehendet eos; nam qui levi, ac brevi ira Dei, ac correptione emendatur in perpetuum: ac inevitabilem incidet furorem. Moyſes ingreſſus eſt ad Pharaonem: cum virga, *quæ in colubrum verſa eſt.* Exod. 7. num. 10. Cùm peccator contemnet parvam iram Dei, ſeu virgam ejus flexibilem incidet in ſerpentem, quæ enm devorabit, & deglutiet. Bruno. in Allegor. Tilm. cap. 7 Exod. *Venit Moyſes ad Pharaonem,* ait, *non cum gladio, ſed cum virga: unde ſi pœnitere voluiſſet facilem ad ignoſcendum Deum per hoc cognoſcere poterat: ſed quia pœnitere noluit in colubrum virga convertitur, ut majoribus dignus ſuppliciis, majoris correctionis tormenta ſe expectare intelligat, & ideò qui virga non corrigitur draconi ſeu diabolo traditur.*

Qui parva ira Dei non emendatur in magnam incidet.

Exod. 7.

Bruno.

253. Quæſtio tamen principaliter inquirit, quare magis Text. facit mentionem de ira gentium, quàm de aliis eorum peccatis pravisque perturbationibus, & malis cupiditatibus, ad quod duplex mihi eſt ratio; & prima, quia maximum facit eorum ſcelus multo furore concepto perſequi Sanctos, & Eccleſiam Dei, illorúmque innoxium ſanguinem effundere; & in eis maximè judicium exercendum eſt, ut illis reddatur de hoc promerita retributio, & ſanguis Sanctorum vindicetur, ut ſuprà ſigillo quinto, cap. 6. num. 9. *Uſquequo Domine non judicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum,* Et quia jam tempus non erit amplius, cap. 10. num. 6. Quia factum eſt regnum hujus mundi Domini noſtri, & Chriſti ejus ſuprà verſ. 15. proindéque tempus eſt ſatisfaciendi poſtulatis Sanctorum, ut iniqui debita ſupplicia reportent.

Super omnia ſcelera Sanctos perſequi & Eccleſiã.

Apoc. 6.

Apoc. 10.

254. Secunda ratio de ira tantum gentium fit mentio, quia ira ſecum involvit omnia peccata, & omnia ſcelera ab ipſa tanquam à radice pullulant omnia mala, quæ omnia ſecum apportat ira. Ait Job. 14. num. 1 *Homo natus de muliere, brevi vivens tempore repletur multis miſeriis.* Pro repletur multis miſeriis Hebræus legit, *Saturatus ira,* Septuaginta *plenus iracundia.* Ita ponitur loco omnium miſeriarum, quia omnem miſeriam peccati, malitiæ, iniquitatis ſecum aſportat, & involvit. Quod rectè explicans D. Baſilius homil. de ira, ait. *Quemadmodum enim torrentes ad curva loca decurrentes ſecum obvia quæque trahunt: ſic & iratorum impetus violenti, & inſtabiles omnia ſimiliter percurrunt atque obruunt.* Torrens quacumque fluit, omnia in qua ſecum involvit, & rapit.

Ira ſecum devolvit omnem miſeriam & omne peccatum.

Job 14.

Hebr.

Septuag.

D. Baſil.

255. Mittens Deus Ezechielem ad prædicandum Iſraeli maximè in ſua nequitia obſtinato ait ei. *Ut adamantem, & ut ſilicem dedi faciem tuam, ne timeas eos, neque metuas à facie eorum,* cap. 3. num. 9. Septuaginta legunt. *Erit firmior petra* Pagninus, *ut adamantem fortiorem ſilice dedi frontem tuum.* Tygurina. *Sicut adamantem, qui ſilice durior eſt reddidi faciem tuam.* Ubi notant communiter expoſitores, Prophetæ hoſtes cum ſilice comparantur, quod iracundi hominis, & ad vindictam proni perbellus typus eſt, quippe ſilex percuſſus incaleſcit ſcintillas vibrat, & vomit ut proxima quæque urat, ac incendat. Unde D. Ambroſ. lib. 1. officiorum cap. 21 ad patientiam contra iracundum exhortans ait. *Non reſpondeas irato ad iracundiam ſuam, cito culpam excutit: ſi lapides teras, nonne ignis erumpit.* Ab irato tanquam à ſilice erumpunt ignes furoris, invidiæ, rapinæ cupiditatum, ut cuncta devorent, & conſumant.

Ezech. 3.

Septuagint.

Pagnin.

Tygurina.

Ab irato erumpunt vitiorum ignes.

D. Ambroſ.

256. Hac de cauſa monebat Paulus ad Epheſios 4. num. 26. *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Nolite dare locum diabolo.* Vehementer exhortatur Apoſtolus, ne lumen rationis obtenebretur ab ira ex qua diabolus artifex omnium malorum in nobis habet ingreſſum, ut omni ſua nequitia hominem repleat quo ſpectat D. Chryſoſtomus homil. 47. in Joan. *Iratus nulla venia dignus eſt,* ait, *ſed ſuppliciis innumeris ſponte ſua in profundum perditionis defertur, & etiam ante futuram gehennam pœnas dat.* Iratus non expectat extremam judicis divini ſententiam, jam enim hic à ſe excludit omnem veniam, cum jam ſe in diabolum, ac omnem nequitiam ejus transformet.

Epheſ. 4.

Iratus in omnem nequitiam diaboli ſe transformat

D. Chryſ.

QUÆSTIO XXIII.

Quid per templum apertum, & manifeſtatoum in Cœlo denotatur?

PRimò Alcazar in ſuis principiis perſiſtens
257. Alcazar. exiſtimat hîc ſignificari Judæorum perditionem, ipsóque à Deo eſſe derelictos; ideoque fingi parabolicè arcam quæ apud eos erat ſummæ venerationis, & ſanctitatis, è terra translatam in Cœlum, ſeu ab eis fugiſſe in Cœlum, quod confirmat ex D. Leone ſerm.
D.Leo. 8. de Paſſione, ubi inter cætera ait de Judæis agens, quod *Sancta Sanctorum ab indignis Pontificibus eorum receſſerunt.*

258. Aureol. Secundò Aureolus exiſtimat hîc prædici feſtum Purificationis B. Virg. quo Chriſtus quaſi arca teſtamenti præſentatus eſt in templo; Chriſtus quidem optimè arca teſtamenti dicitur, de qua quæſt. ſequenti, ſed hîc nihil de
Impugnatur utraque ſententia. ejus præſentatione ac tali ſeſto, quod inſtitutum fuit ſub Juſtino Imperatore Conſtantinopoli ad ſedandam peſtem ibi graſſantem anno Chriſti 542. Hæc viſio pertinet ad id quod ſequitur evoluto toto circulo annorum hujus ſæculi, & periodo mundi corruptibilis cùm incipiet novus circulus æternitatis poſt judicium ex quo etiam refutata manet prima ſententia Alcazaris.

Tertiò Andræas Cæſarienſ. Rupertus, Joa-
159. Andræas. Rupert. Joachim. Anſelm. Hugo. Albert. Richard. chim. Anſelm. Hugo, & Albertus, tenent hanc eſſe novam viſionem, quæ non ſpectat ad hoc caput, ſed ad ſequens. Tamen hæc viſio nihil habet, cum cap. ſequent, ſed propria & germana hujus capitis. Unde, non bene prædicti Auctores hic inchoant. Cap. 12. Quartò Richardus Victorinus, ait per templum denotari Chriſti humanitatem, ſed hæc potiùs eſt arca teſtamenti ut dicam quæſt. ſequenti. Quintò Cornelius ait quod templum Dei eſt
Cornel. ipſum habitaculum, ſeu beatitudo Sanctorum. Hæc tamen ſententia non multum cohæret cum præſenti allegoria, niſi aliquid addendo altiùs explicetur.

Dico ergo eadem allegoria, quæ hoc cap. 11.
260. *Eadem allegoria in exordio cap. à fine.* incœpit: eadem illud terminat, & concludit Allegoria fuit de templo quod tunc debebat perfici, & hac de cauſa fuit datus Joanni calamus tanquam virga ut metiretur illud, & videret quod ejus conſummationi, ac ædificationi deceſſet. Vidit Joannes, & miſſi ſunt duo magni artifices, Elia ſcilicet & Enoch, perfecerunt fabricam converſione totius gentis Judæorum & ſic abſolutum eſt templum, ita ut nihil amplius ſit faciendum; nihilque deſit ejus ædificationi. Abſoluta fabrica alicujus ædificii nil aliud reſtat, niſi ut ædificium aperiatur. Hoc autem poſt abſolutam fabricam eſt poſtremum Ideò nunc aperitur, ut dicat Joannes. *Apertum eſt Templum in Cœlo.*

In exordio hujus capitis mandatum eſt
261. Joanni, dato calamo ut metiretur templum Dei, hoc eſt electos Dei, ut ex communi ſententia d xi ſuprà quæſt. 1. num. 21. Ut metiantur electos ſecundum ſuum numerum & merita? ut debitam mercedem recipiant, *Stella ab ſtella differt in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum.* Deinde dictum eſt Joanni num. 2. *Atriū autem quod eſt foris, quoniam datum eſt gentibus ne metiaris illud.* Hoc autem atrium ſunt reprobi, qui foris ſunt, & non pertinent ad hoc templum. Templum ergo hoc ſpirituale, ſint omnes electi, perfecta, & conſummata fabrica hujus templi ſpiritualis, juxta præpoſitam allegoriam reſtabat. quod ſequitur apertum fuiſſe templum quod dicit Joannes non tantum, ut oſtendat beatitudinem Sanctorum de hac agit, cap. 20 & 21. ſed ut demonſtrat eorum numerum completum, & quaſi coronidem Abſoluto judicio univerſali quid ſi futurum annunciat, ſub eadem allegoria, qua caput incœperat, in cujus exordio judicium univerſale etiã ſubintelligitur; facto judicio univerſali fabrica templi eſt conſummata, reſtat ut aperiatur templum, & videatur numerus electorum completus, & quod nullus illo numero deſit, nec quiſpiam poteſt aliquam ex eis rapere de manu Chriſti. *Denotatur templum ſpirituale, ſeu numerus electorum completus.*

Juſti & Sancti frequenter in Sacra Scrip- 262.
tura dicuntur templum Dei. Paulus 1. Corinth. *Sancti dicuntur templum Dei.*
3. num. 17. *Templum Dei Sanctorum, quod eſtis vos.* 2. Corinth. 6. num. 16. *Vos eſtis Templum Dei vivi* Nam ſic per majeſtatem, apparatum ac cultum templi oſtenditur, ut ait Chryſoſtom. homil. 17 ad Hepræos. Majeſtas magnificentia ac celſitudo Dei; ſic per magnificam gratiam, magnifica Sacramenta, magnifica, ac honotifica virtutum opera juſtorum oſtenduntur, & declaratur Dei celſitudo ac magnificentia. 1. Cor. 3. 1. Cor 6. D. Chryſ.

Decantat Regius Vates. Pſalm. 63. n. 8. *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.* 263. Pſalm. 63.
Ecce tibi quoad nos magna exaltatio Deo decantatur: & quando talis exaltatio ei attribuitur? Jam, ait, *Accedat homo ad cor altum.* Ex quod homo virtutum opera cor ſuum exaltat à terra, illudque facit pertingere altiſſima Cœli, quoad nos in majori exaltatione videtur Deus apparere, ac quodammodo excreſcere? quó enim cor humanum ad alia erigitur, eo Deus apud illum videtur grandeſcere. Caſſiodorus ibi. *Cum dicit,* ait, *accedet homo ad cor altum, illos ſignificat, qui res divinas, pia intentione perquirunt: cor enim altũ tunc eſt, quando cœleſtia cogitat, terrena devitat. Ille non deficit, ſed magis, magiſque creſcit, & uſque ad hoc pervenit, ut ab eo ſummus, atque omnipotens Deus eſſe credatur, non quò Deus altior ſiat, ſed quia in corde Sancti hominis divinitas conſiderata grandeſcat,* *Deus exaltatur & glorificatur in Sanctis ſuis.* Caſſiod.

Ait Iſaïas cap. 6 n. 1. Vidi Dominum ſedentem ſuper *ſolium excelſum & elevatum: Seraphim ſtabant ſuper illud ſex alæ uni & ſex alæ altari; & duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes, & duabus volabant.* At Daniel 7. num. 9. ait: *Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit.* Uterque Propheta thronũ vidit, & Deum ſedentẽ proponit. Iſaïas tamen thronũ excelſum fuiſſe, & maximè elevatum offerit; Daniel. tament non elevatũ vsdit; & cur Iſaiæ, & non Davidi thronus Dei elevatus & excelſus manifeſtatur? Oſtẽdebatur Dei thronus Iſaiæ inter duo Seraphim ſtantiam imò ad ſuperiora, ac ſublimiora evolantia, Deique laudes proclamantia: Ubi autem Deus inter cæleſtes mentes ad altiora tendentes, ejuſque magnalia decantantes oſtenditur, 264. Iſai. 6. Daniel. 7. *Deus quoad nos dicitur elevari, & exaltari inter Sanctos ſuos.*

Gloſſa. ditur non poteſt non oſtendi altior, & elevatior; ſic ait Gloſſa ibi. *Qui vidit Dominum regnantem in cœleſtibus virtutibus, videt eum ſuper ſolium excelſum, & elevatum.* Quippe in mente cœleſtia ſolùm cogitanti, ac cupienti, mirum in modum Deus exaltatus & elevatus apparet.

QUÆSTIO XXXIV.

Quid per arcam teſtamenti viſam in templo denotetur.

265. Mendoça. PRimo Franciſ. Mendoça vir eruditiſſimus tom. 2. in lib. 1. Reg cap. 5. numero 1. Annotat 15 ſect. 2. num 6. Per arcam intelligit ipſammet arcam fœderis, ſeu antiqui teſtamenti, quæ abſcondita fuit à Jeremia Propheta ut ipſe latè probat ibidem ſect. 1. & patet ex Jerem. 2. 2. Mach. 2. Abulenſ. D Anſelm. Jerem. 3. num. 16 & ex 2. Machab. 2. num. 7. quam teſtantur Abulenſ. 2 Paralip. cap. 5. q. 27. D. Anſelm. in Elucidario poſt medium abſconditam fuiſſe à Jeremia in terra Moab ſepulchro Moyſis, & meritò quidem, nam in arca erant tabulæ legis, & mortuo, ac ſepulto legiſlatore moritur, & ſepelitur. *Lex cum ſuo legiſlatore moritur, & ſepelitur.*

266. Dicitur ergo quod in die judicii apparitura ſit arca ſicut apud graves Auctores apparebit crux, ut Deus utriuſque teſtamenti ſe oſtendat auctorem. *Deus utriuſque teſtamenti auctor.* Et etiam ut arca fœderis oſtenſa, quodammodo accuſet apud ſupremum Judicem fœdifragos, ſícque eos terreat, & commendet fœderis obſarvatores, & ita eos conſoletur, ac tandem omnibus teſtetur, Deum ſicut ex ſe numquam ab inito fœdere reſiliit ita eos, qui reſilierunt, meritis ſuppliciis puniturum, coronaturum verò magnis præmiis eos, qui fœdus ſuum ſemper inviolatum cuſtodierunt: Hæc bene ſe habent, quoad ſenſus morales, non tamen ſecundùm litteram. Nam hîc arca omnino metaphoricè, & allegorice accipienda eſt, ut oſtendunt reliquæ partes metaphoræ ac allegoriæ, ex qua magna parte Joannes hoc texuit caput.

267. Gagnæus. Secundò alii inter quos eſt Gagnæus per arcam intelligunt ſacram Scripturam; & cùm viſa eſt arca teſtamenti, cùm ſacra myſteria Scripturæ reſerantur, facta ſunt fulgura, voces & tonitrua, ſed quid fulgura & tonitrua cum ſacra pagina. *Sacra Scriptura illuminat fideles, rebelles terrificat.* Nónne fulgur illuminat? Nónne tonitrua perterrefaciunt? rectè ergò dum arca Dei viſitur dumque panditur arca divina ſacrarum litterarum fidelibus, illuſtrantur, ac cœleſtibus vocibus ad ſuperna vocantur, increduli autem exterrentur, ac grandine magna omnium tormentorum premuntur. Hæc aliena ſunt à ſenſu genuino, nam hîc agitur de gloria beatorum eorúmque numero completo, non autem de Scriptura ſacra.

268. Cornel. Tertiò, Cornelius tenet arcam ſignificare corpus Chriſti non tantùm naturale, ſed & myſticum puta Eccleſiam, ſive congregationem ſanctorum qui in corpore, & anima ſunt beati, & cum Chriſto in ſancta ſanctorum, id eſt in cœlo regnant. Arca tamen non ſignificat ſanctos qui per templum denotantur, ut dixi ſuperiori quæſtione.

269. Vera & genuina ſententia eſt, quod arca teſtamenti in præſenti ſignificat Chriſtum D. ſive ejus humanitatem ſanctiſſimam Ita noſter D. Cyril Alex. l. 4. in Joan cap. 28. Richard. Vict. Rupert & alii Et meritò humanitas Chriſti per arcam teſtamenti denotarunt; nam arca teſtamenti facta eſt de lignis ſetim, hoc eſt, cedrinis; juxta communem ſententiam, quæ imputribilia erant; ecce cur optimè humanitas Redemptoris arca fœderis adumbratur, cum illa, nullóne veſtigio corruptionis peccati obnoxia, nec ſubjici potuerit. *Arca teſtamenti Chriſtus D.* D Cyrill. Richard. Rupert. Secundò intrinſecus arca erat obducta auro, ſic Chriſtus plenus charitate. Tertiò Arca habebat ſuper ſe propitiatorium, ſic Chriſtus ſecum afferebat propitiationem, & redemptionem. Quartò ſuper arcam erant duo Cherubim ſe invicem reſpicientes, ſic duo teſtamenta unum Chriſtum reſpiciunt. Quintò in arca erant tabulæ legis, ſic Chriſtus in medio cordis ſui habuit legem, & voluntatem Patris, & aliæ multæ combinationes hujus rei facilè conſiderari poſſunt.

Diſpoſuit ergo alta Dei ſapientia delineare in templo, & illius arca allegoricè totam beatorum fabricam, una cum ſuo principe, ac capite Chriſto Jeſu, ut eam ſic oſtendat abſolutam, & conſummatam ait ergo *Viſa eſt arca teſtamenti ejus*, id eſt Dei Nam in Chriſto ſancivit Deus ſuum teſtamentum æternum Deóque Chriſtus vera eſt arca teſtamẽti, quo facti ſumus hæredes hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. 270. *Oſtenditur conſummata electorum fabrica cum ſuo princip.* Hæc omnia repræſentata sũt Joanni per viſionem imaginariam, nam in cœlo nec propriè ut templum, nec arca teſtamenti, nec cœlum propriè aperitur. Hæc ſecundùm litteram dixi.

Optime & notabiliter D. Bernard hîc & M. Suar q. 37. art. 4. diſp. 11 ſect 2. dicunt per hanc arcam teſtamenti ſanctiſſimam Virg. Mariam intelligi: Nam arca dicitur ab arcano. Maria eſt magnum arcanum, ſecretumque Dei, unde de ea per Iſai. c 24. *Secretum meum mihi* Quia ipſe ſolus novit ſecreta, & profunda magnalium ejus. Et quia hanc arcam clauſit ille, & nemo aperit; quædam in arca recluduntur, ut ſerventur & celentur, & Chriſtus in hac arca celatus, & cuſtoditus & abſconditus eſt Diabolo, ac principibus hujus ſæculi, quia ſi eum cognoviſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. 1. Cor. 2. 271. D. Bern. Suar. Iſai. 24. *Maria virgo arca teſtamenti. Maria magnum Dei ſecretum.*

Richardus de Sanct. Laurentio lib. 10. de Laudibus Mariæ, *Maria arca fœderis, quia fœderavit nos toti Trinitati, & per eam Dei fœdus ad nos firmatum eſt.* Quod ipſe latè explicat. Sicque in litaniis lauretanis arca fœderis appellatur. Fuit enim ex lignis ſetim imputribilibus ob virginitatem: intus portavit non teſtamenti tabulas, ſed teſtamenti hæredem: fuitque intus & foris tecta auro, non terreſtri, ſed cœleſti: habuit melius, quàm illa arca intus non tantùm legem ſed Evangelium ex eaque prodivit, non ut ex arca Dei vox, ſed Dei Verbum in remedium reconciliationis, ac ſanctificationis totius generis humani. 272. Richard. de S. Laurent.

Clamat ſponſa ad ſuum dilectum *Ecce iſte venit ſaliens in montibus tranſiliens colles.* Cant. 2. num. 8. Tamen cùm hoc bene audiret David clamat Pſalm. 131. num. 8. *Surge Domine in requiem tuam tu & arca ſanctificationis tuæ* Si ipſe jam dicitur veniſſe, & ſaltaſſe in montibus, cur adhuc David inſtat ut ſurgat; Per montes, & colles, per quos ſaliens veniſſe dicitur, intelliguntur Sancti Patres, ut docent D. Ambr. Origenes 273. Cantic. 2. Pſalm. 131. D. Ambr. Origne.

Heſych. Per Mariam nobis communicantur ſalus & vita

gentes, & alii. Per arcam verò denotatur ſanctiſſima Virgo Maria. S. Heſychius homil. 2. de Maria Deipara *Surge in requiem tuam tu, & arca ſanctificationis tuæ, quæ eſt haud dubiè, Virgo Dei-para.* Veniebat ad nos Deus in ſalutem, vitam & ſanctificationem noſtram, inde David clamat, ut ipſe exurgat cum Maria arca ſanctificationis noſtræ, quia in ipſa reconditur tota noſtra vita & ſalus, diſpoſuit enim Deus, *ut in nobis non eſſet ſalus & vita*; niſi per manus

D. Anſelm. D. Bern.

Mariæ ut ait D. Anſelm. lib. de excellentiis Beatiſſimæ Virgin. & D. Bernard. ſerm. 4. in vigilia Nativit. *Datum eſt Mariæ*, ait, *ut per illam acciperes quidquid haberes, &c. quia nihil Deus nos habere voluit, quod per Mariæ manus non tranſiret.*

Matt. 1.

274. D. Matth. cap. 1. n. 1. narrationem genealogiæ Chriſti aggrediens ab Abraham incipit dicens: *Abraham genuit Iſaac*, & tandem in Maria finivit, dicens: *Jacob autem genuit Joſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus.* Et cur finiturus in Maria non magis à Deo incepit, qui produxit Adam, Adam autem Seth; &c. Vel cur non magis incipit à Seth; à quo denominati ſunt Dei filii: cur magis decrevit incipere ab Abraham Ex alto afflatu inde incepit ab Abraham, ut apertè oſtenderetur noſtra ſalus, & felicitas per Mariam futuram: Sic enim ab Ægypto egreſſus Iſraël per quadraginta duas manſiones pervenit ad Jordanem, unde Promiſſionis terram occupavit. Sic Jeſus per quadraginta, & duas generationes pervenit ad Mariam, à qua in omnia bona nos introducimur. D. Hieronym. Epiſtol. ad Fabiolam. in principio *Per has generationes*, ait, *curris verus Hebræus qui de terra feſtinat ad cœlum tranſire; & Ægypto ſæculi derelicta, terram repromiſſionis ingreditur. Nec mirandum, ſi in illo numeri ſacramento perveniamus ad regna cœlorum, ſub qua Dominus, atque Salvator à primo Patriarcha pervenit ad virginẽ quaſi ad Iordanem, qua pleno gurgite fluens Spiritus ſancti gratiis redundabat.* Et quidem ubi ſiſtitur in Maria, non tot fluctibus exundat Jordanis, ut illa gratiis, & favoribus exundat, quæ nos in ſalutem producant; ſic & hic primus tomus ſiſtit & terminatur, in Maria Virgine, ſub cujus auſpiciis eſt inchoatus; cujus unigenito Jeſu Chriſto Filio dante, & ipſa patrocinante ad ſecundum tomum properamus, quò & totum Apocalypſeos opus abſolvetur.

Per Mariam omnia nobis ſalutaria.

D. Hieron.

FINIS.

Laus

Omnipotenti Deo, ejúſque Sacratiſſimæ

Matri Virgini Mariæ,

Sanctis noſtris Virginibus, ac Doctricibus Thereſiæ;

& Magdalenæ de Pazi.

INDEX

INDEX

Rerum memorabilium, quæ in hoc primo Tomo continentur.

Littera C. indicat caput, Q. quæſtionem, N. numerum marginalem, & P paginam.

A

Acceptio perſonarum.

PRælatus non reſpiciat perſonas ſed merita, c.6.q.12.n.128. 129.& 130. p.396

Accommodare.

Accommodandum viribus cujuſque, c.1.q.96. n.592. p.96

Admiratio.

Præ admiratione tacent homines, c.8.q.1.n.16. 17.18. & 19. p.471

Adoratio.

Poſt Agni paſſionem magna illi ab hominibus datur adoratio c.5.q.18 n.182. p.363

Adoratio cum ſumma reverentia danda eſt in templo;c.11.q.3 n.21.22. & 23. p.563

Adverſitas.

Lætis triſtia proſperis adverſa permittit Deus, c.1.q.79 n.677.678.& 679. p.110

Juſtus in proſperis & adverſis habet eandem conſtantiam, c 3 q.29 n. 238. p 232

Deus in proſperis & adverſis laudandus, c 4. q 36.n.328. p 325

Quæ veniunt è manu Dei, ſive proſpera, ſive adverſa debemus venerari, c 5. q.20.n.173. p 3 2.

Affectus.

Si perimitur affectus propinquorum perimitur diabolus,c 1.q.67.n.577 p.93

Ut Deum habeas mente,ac affectu, ſeparandus es à mundo,c.1 q 74 n 6 2 p. 104

Noſtrum deſiderium, ac affectum pro magno pretio eius reputat,c. q.43 n. 377. p.253

Affectus cupiditatis mentem obſcurat c.6.q 3. n 28. 29 & 30. p.502

Appetitus carnalis crudeliter dilacerat, c. 9. q.11.n.103. p 512

Ex noſtro affectu dulcedo, vel amaritudo in virtute,c.10.q.15.n 1 6.147 & 148.p 555

Agnus.

Quare Chriſtus D. dicitur Agnus, c.5. q. 15. n. 129 p.355

Quare in Apocalypſi dicitur Agnus tantum, à Præcurſore verò AgnusDei,c.5.q.15.n.130. ibid

Origo Agnus Dei, qui ex cera conficitur, c.5. q.15 c.132. ibid

Conſuetudo Romanæ Eccleſiæ circa hoc, c 5. q. 5.n.133. ibid

Multa utilitas ex uſu Agnus Dei, c.5.q.15.n. 134.ibid.

Amara.

Toleranda ſunt amara hujus ſæculi, ut dulcia percipias in futuro. c. 5.q.6.n.49. p.343

Amara Chriſtus priuſquam dulcia guſtavit.c.5. q.6.n. 50 ibid

Ambitio, Ambitioſus.

Ambitioſus pro ſuo ſplendore omnes intendit opprimere,c.6.q.9 n.101.102.& 103.p.391

Ambitio totumcœlum perturbavit,& ex Angelis fecit dæmones c.7.q.20. n.175. p.451

Amicus, ſive amicitia.

Impugnatio ab amicis maximè conturbat,c.2. q.31 n.232. p 151

Fideliſſima bonitas te adjuvare,quando univerſa te deſerunt,c 3 q 3 n.21. p. 200

Amicus verus, quæ neceſſaria ſunt dicit ſuo amico,c 3 q.35.n.291. p. 239

Amicitia facit æquales, & omnia communia, c 3.q.57.n.512. p.272

Amor.

Creaturarum amor cum diſpendio,cap.1.q.21. 160 &161. p. 8

Amor offenſus rigidus gladius ad puniendum, q.68.n.586. p.95

Amor liberalis in ſuis donis, c. 2.q.18. n. 140 141.& 142. p.136.

Amor neſcit menſuram in donis. ibid

Amor operibus oſtéditur c.3.q.20.n.162.p 220

Amor nec ſedet,nec quieſcit,cap 4.q.32 n.286 p.319

Effectus amoris abſcondi non poſſunt,c.5.q.2. n.15. p.338

Quæ ſunt amoris abſconduntur, quæ verò ſapientiæ manifeſtantur,c.5.q.2.n 19. ibid

Amans vult ſcire eventus ſui dilecti, c.5.q 11. n.83. p 348

Quos multùm diligimus, maximè optamus plenos eſſe potentia, & benedictione, c.5: q.29 n.273. p.376

Amor nullis tormentis cedit,c.11.q. 21.n.165. p.485

Index Rerum.

Amor inſatiabilis, c.4.q.32.n.283. p.318

Amor Dei in nos.

Dei dilectio in nos non tantùm verbis, ſed operibus declaratur, capite 1.quæſt. 21.n. 154. p. 27

Vi amoris plus æſtimatur ſalus hominis, quàm vita ipſius Dei,c.1.q.21.n. 159. p.28

Amor Chriſti uſque in finem, in quo maximè inſonu t, c.1.q.48.n.371. p 60

Chriſtus in fine vitæ ardentiſſimè nos dilexit, c.1.q.58.n.485. & 486. p. 78

Exceſſus amoris divini inter omnia myſteria maximè tranſcendunt noſtrum intellectum, c.1.q.74.n.639. p. 105

Summus Chriſti amor erga ſuos imitatores, c.5.q.37.n.507. p. 271

Quæ intellectus magna judicat, eximius amor pauco appendit,c 5.q.2.n.16. p. 338

Nullus nec in cœlo, nec in terra valet ſecreta D.amoris penetrare.c.5.q. 2. n. 17. ibid

Affectus diligendi in Chriſto videtur excedere ipſum amorem,c.5.q.27.n.256. p.375

Chriſtus vi amoris opera ſua reputat parva, c.10.q.5 n.51. p. 541

Amor noſtri in Deum.

Qui Deum amat,amat & proximum, c. 3.q.45. n. 400. p.256

Angelus.

Ab Angelis,ut ab adminiſtris Joannes poſtulat pacem,c.1.q.16.n.126. p.23

Quomodo Angelus bonus illuminat. P. q. 7. n.44. p. 6

Septem primarii Angeli nos tuentur & invigilant ſuper nos, c.5 q.17. n. 149. p.358

Angeli dicuntur oculi, & aures Dei pro noſtra ſalute.c.5.q.17.n.151. ibid

Angelorum cuſtodia noſtra arma, & protectio, c 5.q.17.n.150. 151. ibid

Angelus maximè invigilat, ut nos ab omni malo eripiat, & cuſtodiat, cap. 7. q. 1.nu. 12. & 13. p. 426. & 427

Septem Angeli ſunt aſſiſtentes ante Dei thronum, cap.1. quæſt. 16. num. 121. 122 & 123. p 23

Cujuſnam ſint ordinis hi Angeli,& eorum nomina,c.1.q.16.n. 124. & 125. ibid

Angelus in corpore aëreo cingulo caſtitatis ſe accingit,c.1 q 49.n.383. p. 62

Angelus, & homo à ſuo capite Chriſto accipiunt juſtitiam & gratiam,c.1.q 54.n.439. p.71

Angelus cuſtos lux eſt in tenebris, cap.2 q 67. n.540. p 195

Angeli maximè de noſtra ſalute ſunt ſoliciti, & valde de ea lætantur,c.3.q. 16.num.128. p.215

Angeli illuminant, & communicant cœleſtia dona.c 4.q.20.n 159. p. 300

Angeli invigilant ſuper noſtram ſalutem, c 4. q.10.n.160.& 161. p, 300

Angeli valde ſplendidi ſine ulla ſorde, c.4.q. 21.n.169. p. 301

Angeli cognoſcunt non ſolum præſentia,& præterita,ſed etiam futura.c.4.q.35.n 313.p.323

Angeli maximè obediunt ad Dei nutum. ibid

Qui apparuit in ortu ſolis cum ſigno Dei vivi vere Angelus c.7.q 6.n.51. p.432

Præſentia Angeli excludit omne malum, & multa bona confert, c.7.q.6.n. 54. p.433

Angeli deſiderant, ut omnes agant de ſalute hominum, cap 6.quæſt.7.num 59 p 434

Angeli cuſtodes gaudent, & gratulantur de ſalute noſtra,c.7.q. 14.n 202. p.456

Septem ſunt primarii Angeli,& ut tali numero ac alia circa eos, c 8.q.3.n 28.29.30.31. 32 & 33. p 473

Orationes noſtræ offeruntur Deo interventu ſanctorum Angelorum, cap 8 q 8.n.83.& 84. p.481

Oratio ſanctorum omnia impedimenta rumpit, & exauditur à Deo, c. 8.q 9 n 89.90. 91.& 92. p 482

Angeli ſuo modo triſtantur de perditione malorum,c 8.q.19.n.191. p. 497

Angeli poſt Incarnationem valde copioſè hominibus aſſiſtunt,c 9.q 20 n.192. p.525

Angelus ſuos ſemper habet ante oculos, c.10. q.4.n.40. p 539

Angelus valde velox in noſtram ſalutem, c.10. q.4.n.41. & 42. ibid

Primarii ſpiritus Angeli, c.1 q 13.n.103. p.20

Animoſitas.

Animoſitas Principis ſignum victoriæ, c.6.q 6. n.71.72.& 73. p.387

Anima, ſeu Animus.

Animæ ornamentum virtus, c.3 q. 47 n 417. p.258

Antichriſtus.

Antichriſti tribulatio erit inſtar diluvii, c.9. q.7.n.72. p 507

Apocalypſis.

Quanta ſit ejus authoritas, indicat Joannes, c.1.q 7 n.47. p. 13

Apocalypſis titulus à quo ſit ſcriptus. Prooem. q.1.num.3. p. 2

Valde ſublimis eſt doctrina Apocalyſis. Prooem.q.1.n.5.& 7. p.2

Apocalypſis corona Evangelii ac Bibliæ. Prooem q.2.n 8. p.2

Apocalypſis liber propheticus.Prooem.q.6.n.6. & 9.10.11.& 12. p.2 & 3

Quod argumentum Apocalypſis. Prooem. q.3. n 19.20.& 21. p 3. & 4

Apocalypſis liber canonicus, illius author Joannes. Prooem.q.4.n 23 24 25.& 26.p.4

Apocalypſis quo tempore ſcribitur. Prooem. q.5.n,29.& 30. p 4

Apocalypſis ſcripta eſt Græco idiomate.Prooem. q.5.num.36. p.5

Apocalypſis Prophetia valde obſcura. Prooem. q.6.n.37 & 38. ibid

Quare Apocalypſis ponatur loco ultimo in Scriptura,ibid.n. 39. & 40. ibid

Apocalypſis vox Græca revelationem ſignificat,c.1.q.1.n.2. p. 2

Apocalypſis in magna veneratione habenda, c 1.q 1.n 7. ibid

Nobilitas Apocal.ex multis deprehenditur,c.1. q.1.n.10 & 11. p.8

Quare revelatio Apocalypſis poſt tantùm tempus manifeſtatur,c.1.q.2.n.20. p.10

Chriſtus per paſſionem meruit revelare Apocalypſim,c 5.Expoſit. 2.n.220. p. 368

Appetitus.

Vide *Affectus.*

Arguere.

Difficiliter P ælatus eſt arguendus, c.2 q 1.n 7. p.115

Qui aliorum defectus arguit, valde difficiliter creditur, c.3.q.35.n.297. p.240

Aſcendere

Aſcendere.
Qui de aliorum ſalute agit, aſcendere videtur, c.7 q.6.n 52. p. 433

Attributum.
Explicantur ſeptem Dei attributa, cap.7 q.25. n. 2 2. p.457

Auctor.
Ex Auctoris nomine nobilitatur opus,c 1.q.9 n.60. p. 15
Auctores ſacri ſpiritu Dei afflati loquebantur, c.1.q 10.n 62 p 16

Auſus, ſeu *Audax.*
Auſus magni animi, & ſi res non ſequatur ; maximè laudabilis, c. 5.q.9.num.63.& 64 p.345

Audire.
Idem eſt in Prophetis audire, ac videre, c.2. q.42 n.3 3. p.51
Ad audienda divina myſteria auris interior requiritur, c 2.q.18.n 135. p.135

D. Auguſtinus.
Inſignis virtus D. Auguſtini dum libros retractationum componit, c.3 q.58.numer. 515. p.273

Aulicus.
Aulicus ac familiaris regis, quò magis exaltatur, eo plus humilietur,c.4.q.41.num 366. p.332

Auxilium
Cùm deficiunt humana auxilia,adeſt D.conſolatio,c.1.q.4.n.24. p.11
Cùm homo impugnatur ; Deum habet auxiliatorem, c.1.q.4.n 41.& 42. p.13
Dei auxilium in cauſa ſua nunquam deerit,c 1. q.76.n.653. p. 106
Chriſti auxilio adversùs omnia munimur, c.2. q.59.n.283. p.159
Ad Dei auxilium magnò ſui ſumptu convenit homo, c 3 q.10 n 160. p. 22
Citò Deus adeſt ſervo ſuo tribulato,c.3.q 25. n.200. p 226

B

Baptiſmus.

SPlendor baptiſmi denotatur, c.4 q 21. n. 165. p. 301
Baptiſmus munit contra vitia. ibid
Nullam relinquit maculam. ibid
Prima gratia baptiſmi facilè deperditur. ibid
A Chriſto venit,ut renaſcamur per baptiſmum c 4.q.44 n.385. p 335
Per baptiſmum nobis fit aditus ad vitam, & gloriam, c.8.quæſt.13.n 139.140. & 141. p 489
Diabolus alligatur in baptiſmo, c.9.q.19.n. 180.p.523

Beatitudo, ſeu *Beatus.*
Per laborum gladios tranſeundum ad gloriam, c 1.q.67 n.576. p 93
Beatitudo felicitas perpetua ; c.1.q 70.n.610. p.98
Beatitudo dicitur corona ; quia cum luctamine accipitur, c.2.q 36.n.262 p.156
Beatitudo continet omnia bona, c 2.q.36.n. 263. ibid
Beati in patria ſuſtentant, & protegunt orbem ſuis orationibus,c 3.quæſt.27.numero 217. p.229
Beati in Patria pro ſuis orant, c.3.q. 27.n.219. ibid
Beatorum gloria non uno nomine, ſed multiplici explicanda eſt,c.3.q 31.n.256. p.235
Beatitudo aurum ignitū c.3 q.44 n.389 p.255
Beatitudo cum cœna confertur, c.3 q.55 n. 481. p 268
Beatitudo Patriæ æterna,c.4.q 15.n 122.p 294
Ejus lætitia perpetua, c.4.q 15.n. 123. ibid
Beati in ſua cognitione habent terminum c.4. q 33.n.292. p. 20
Beatitudo radicaliter gratis datur, formaliter ex meritis, ut corona juſtitiæ, c 2.q 20.n. 156. p. 138
Beati in Patria deſiderant gloriam ſuorum corporum, c.6.q 25.n.230. p.4 2
Beati præ charitate aliorum glorificationem deſiderant c.6 q.28 n.251. p.415
Affectus charitatis, qui fuit juſto in via perſeverat in Patria,ib.n. 51.n.252 253 & 254. ibid
In Beatis magnum gaudium multitudo eorum, c.7 q.17.n.155. p.448
Solus Beatus poteſt nobis explicare beatitudinem,c.7.q 26.n 222. p. 459
Beati licèt Deum videant,ſemper affectant videre, c.7.q 31.n.263. p.466
Beatitudo datur proficienti in virtute,c.7.q.32. n.269. p. 467
Beatitudo eſt interminabilis vita ſine ullo fine, c.7 q.32.n.271 272.& 273. p.467
Gloria electorum Reprobis eſt in majorem pœnam,c.8 q.19. n. 190. p.497
Celſitudo Beatitudinis non poteſt attingi à noſtro intellectu,c.10.q.13.n.127. p. 552

Bellum.
Alienum à viro nobili bellum gerere cum debili, c.9.q.15.n 145. p. 518

Benedictio.
Per cujus benedictionem ſubſiſtimus, ei debemus benedicere,c.5.q.28.n.266. p.375

Beneficium.
Poſt beneficia ac monita gladio utendum, c.1. q.66.n.567 p. 91
Qui inter majora beneficia delinquit, rigidius punitur.c.1.q 68.n.584. p. 94
Deus pronior ad benefaciendum,quàm ad puniendum, c.1.q.68.n.585. ibid
Dei beneficia perpetua, ac permanentia, c.2. q.36.n 266 267.& 268. p. 156
In corde,Dei beneficia ſcribenda,ut altiùs cognoſcantur,c 3.q.30.n.245. p.233
Deus differt beneficia ut largiter recompenſet, c.11.q.24.n.197.198.& 199. p.590
Deus differt,ut multiplicet beneficia, c.6.q.28. n. 249. p 415
Qui ſuſtinet in patientia,multiplicat beneficia, c.6.q 28 n.249. & 250. ibid
Signum Dei vivi benefacere, & cuſtodire à malo, c.7.q.6.n.53. p.433
Qui magis accipit beneficium à lege, magis ſe debet exhibere promptum ad ejus mandata, c.7.q.20.n.174.175.& 176. p.452
Grati animi eſt excellentiam ſui benefactoris dicere,& publicare, c.7.q.26 n.224. p.459

Benignitas,ſeu *Benevolentia.*
Si benignitas non adducit,adducat timor judicii, c.1.q.26.n.190. p.33
Rex magis benignitate, quàm terrore ſuos ſibi conciliat,c.5.q.21.n.192.193.& 194. p 364

Benignitas cum ſeveritate miſcenda, c.6.q.14. n.146.pag.398. & c.11. quæſt.2.n.14 15.& 16.pag.502
Prælatus benigniter regat. cap.7. q.32. n.270. pag.467

Blaſphemia.

Quid ſit blaſphemia, cap 2.q.31. numer.225. pag 150
Juſti, & ſancti blaſphemantur ab impiis, c. 2. q.31.n 226. ibid.
Chriſti exemp'o noſtras blaſphemias patienter ſuſtineamus, cap.2. quæſtion 31. num.229. pag.150

Bonum.

Nullus aliquid Boni ſibi tribuat, cap. 4. q.41. n.363 & 364. p 332

Bona divina, ſeu *ſpiritualia.*

Quantum homo fuit in inquirendis temporalibus, tantus ſit in ſpiritualibus, cap.3.q.51. n.449.450.& 4 1.454 p 263
Bona, quæ à Deo veniunt in hac vita, ſunt ut guttæ in cœlo multa abundantia,c.3.q.13. n.468.& 469. p 304
Solùm bona ſpiritualia ſunt pretioſa & æſtimanda, c.11.q.5.n.38.39.40 & 41.p 566. & 567
Chriſtus contemnit temporalia & feſtinat ad ſpiritualia,c 5.q 18.n.158.ſimiliter.& juſtus, pag.359
Omnia bona noſtra Deo referamus, c.5.q 20. n.173.& 174. p 362
Ille ſpiritu Dei impletur qui terrena bona deſpicit & ſolum cœleſtia quærit, c.10 q.11. n.109.110.& 111. p.549

Bona temporalia.

In affluentia bonorum temporalium mors animæ,c.3.q.5.n.34.35.& 36. p.202
Sectator temporalium omnibus omnia, c.3.q. 37.n.312. p.243
Bona temporalia faciunt inopem,non divitem c.3.q.40.n.343. p.248
Bona temporalia excæcant mentem, c.3.q 48. n 421. p256
Quantus homo fuit in temporalibus bonis, tantus ſit in ſpiritualibus, c.3. q 51.n.449. p.263
Bona terrena minuta, ſpiritualia valde magna, c.3 q.53.n 469. p 304
Diabolus ſic obcæcat, ut plus ponderis videantur temporalia quàm æterna,c.6 q.12.n.172. p.395
Temporalium bonorum amator ſimilis inferno, c 6 q.17.n.166. p.401
Bona temporalia ſint in oblivione & ſolùm neceſſitate quærenda c.7.q 14. numer 124. p.443
Diligentibus temporalia bona denunciatur extrema calamitas,c.8.q.19.n.193.194.195 & 196. p.497
Vix credunt homines bona temporalia relinquenda, c.10 q 12.n.113. p.549
Cùm temporalia creſcunt, tunc eſt eorum finis, c.10.q.12 n.116. p.550

Carmelitæ.

Carmelitæ Religioſi adhærebunt Eliæ in prædicatione contra Antichriſtum, c 11. quæſt.18.num.127. p.580
Carmelitarum Religio uberes fructus protulit Eccleſiæ,c.11.q.18.n.128. ibid.
Quidam locus propheticus explicatur de Religione Carmelitana,cap.11.q.18. n.129.130. & 131. ibid.
Religio Carmelitana ſemper accreſcens, c. 11. n.122. ibid.
Ex albedine maturitatis fructuum ad obſequium Eccleſiæ in Carmelitana Religione colligitur,c.11.q.8.n.234. ibid.

Caro.

Qui perfectionem tenet bellum carni indicit, c 5.q 13.n.110. p.352

Cœlum ſeu *cœleſtia.*

Labor via ac ſcala ad cœlum, c.2 q 27.n.208. p.147
Cœlum dat, & clamat Dei cognitionem, c.6. q.32.n 280. p.420
Relinque terrena, ut teneas cœleſtia c.8.q.19. n.195 & 196. p.497
Perfectæ ſapientiæ eſt ſolùm cœleſtia quærere, & terrena deſpicere, c.10.q.11. n.108.109. 110.& 111. p.549

Cantus.

Sancti inter anguſtias, & labores Deo cantabunt,c.2.q.26.n.203. p 146
Juſti ſuos cruciatus canticis celebrant, c. 2. q.26.n.204. ibid.

Caſtitas.

Caſtitas gradus ad ſcientiam, cap 1.q 8.n.58. p.15
Angelus in corpore aëreo cingulo caſtitatis ſe accingit c.1.q.49.n.383. p 62
Minima cogitatio contra caſtitatem fugienda, c.1.q.49.n.384.385 & 386. p 63
Caſtitas ſine ſorde,c.1 q.51.n.400. p.65
Caſtitas præſtantiſſima, & conſtans in propoſito, c.1.q.52 n.411. p 67
Caſtitas ſit corpore, & corde,c.2. q.62.n.478. p.187
Purus,& caſtus maximè notus Deo,& c 5.q 16. n.126. p.215
Caſtitas expellit cœcitatem, & dat lucem,c.3. q.48.n 427. p 259
Puritas,& caſtitas ſignum regiæ dignitatis, c 6. q.5.n.62.63.& 64. p.386

Caſtigatio.

Dominus,& Pater ſuos caſtigat ad emendationem,c.3.q.50.n.440. p 261
Caſtigat o,ut magiſtra, docet, & erudit, c.3. q 50.n.437. ibid.
Juſti caſtigantur,ut magis proficiant,c.3 q 50. n.438. ibid.
Caſtigatio Domini magnum beneficium,ex ea magnum lucrum,c.3.q.50.n.439. ibid.
Deus in ipſa caſtigatione, ac pœna, amoris ſigna oſtendit,cap 3.q.50.n.442.443.& 444. p.262

Cautela.

Multa cautela neceſſaria ad multa pericula evitanda,c 4.q.35 n.309. p 322

Charitas.

Omnes virtutes debent radicari in charitate, c 1.q 45.n.332. p.54
Charitate Dei, & proximi aſtringatur homo, c.1.q.50,n.388. p.63
Summa charitas Chriſti multis explicatur, c 1. q.51.n 404.405.406.& 407. p 66

Dei

Index Rerum.

Dei charitas nos cuſtodit ac protegit ab omni malo.cap 1.quæſt 1 num. 415. 416. & 417. pag. 67
Redditio charitatis debet nomen Epiſcopi,cap. 1.q 1 n 8. p. 116
Sine charitate virtutes non habent perfectionem,c.2 q.13 n.98. & 99. p.130
Charitas in multa opera diffunditur, c.2 q.13. n 100.101.102. ibid
Charitas multipliciter fulget, ac lucet, c. 2.q. 14 n 112.113.& 114. p.132
Charitas operit peccata,& inflammat in amorem,c.2.q.49.n.369. p.171
Charitas perficit fidem,c.2.quæſt.56.num.414. pag 179
Charitas plenitudo operum,cap 3.q.8 num.57. p 205
Charitas ſemper renovatur novis operibus,c.3. q.45.n.395 p. 256
Charitas in Deum tendit,& in proximum, c 3. q.45.n. 396. ibid
Vera charitas ſolùm Deum quærit, & nihil aliud c.3.q 35.n 498. ibid
Charitas ſic quærit Deum ſolùm, ut non tantùm ſibi eum velit,ſed etiam alii, cap. 3. q. 45.num.399. ibid
Prælati in charitate quoad ſuas oves debent imitari Chriſtum,c.3.q.45.num.400.& 401. p.257
A charitate procedunt aliæ virtutes, cap. 3 q. 46 n.40 . ibid
Prælatus nec ita ſit deditus juſtitiæ, ut charitatem lædat,c.6 q.14 n.149. p. 399
Non ſolùm ſuſtinenda mala,ſed etiam charitas habenda.c.7.q.14.n.123. p. 443
Charitas provocat alios ad ea,quæ ſunt ſalutis, c.7.q.16.n.225. p. 459

Chriſtus.

Chriſtus acceptus ut homo, c.1.quæſt. 3 num. 19. pag. 10
Chriſtus ambulat de uno loco in alium donec inveniat,ut requieſcat, cap.2.quæſt.4.n.27. p.119
Chriſtus ambulat ad miſericordiam impendendam,c.2.q 4.n.29. ibid
Chriſtus ſuſtinet ſui injurias non verò ſuorum, c.2.q.6 n.52. p. 123
Chriſtus ſuæ gloriæ nos facit participes cap.2. q.27.n 207. p. 146
Chriſtus verus Rex qui ſuos ſalvat, cap.1.q.2. num.12. p 9
Chriſti divinitas oſtenditur cap.1.q.7.num.48. pag.13.
Chriſtus primus reſurrexit ad vitam immortalem, c.1.q.19.n.140. p.25
Chriſtus vi amoris cum ſuis videtur mori, c.1. q.19.n.154.& 135. ibid
Chriſtus bellator fortis, & cum pugnat victor eſt,c.2.q.45 n.330. p.166
Chriſti liberalitas ſuos participes facit ſuæ magnificentiæ c.2.q.65.n 518. p. 192
Chriſtus in gloria lux matutina, c. 2.q 67.n. 545 &546. p. 195
Chriſtus clavis aperiens omnia. c 3.q.19.n.150 p.218
Chriſtus humilia manifeſtat, ſublimia,& alta abſcondit,c.4 q.8.n 48.& 49. p. 282
Chriſtus multùm gloriatur de humanitate, in qua pro nobis mortem ſuſtinuit, c.4.quæſt. 9.num.64. p. 284
Chriſtus non carnem peccati, ſed ſimilitudinem carnis peccati habuit, c.4.q.25.n 123. p.309
Ad contemplandum Chriſtum mortuum, & Crucifixum innumeri oculi ſunt neceſſarii. c.4.q.33.n 514. p.323
Ad conſpectum Chriſti aliorum gloriæ diſparent.c.4.q.41.n 369. p. 332. & 333
Solus Jeſus dat ſalutem, creaturæ verò ſupplicium miniſtrant,c.5.q.9.num.71.72.& 73. p.346
Chriſtus leo de Tribu Juda, c 5.q 11.num.91. p.349
Si Chriſtus pro nobis dedit ſuum ſanguinem, nos pro Chriſto debemus noſtrum dare,c.1. q.13.n.105. p. 21
Chriſtus Dominus omnium humillimus vult apparere, c.1. q.16.n 128. p. 23
Chriſtus victor in omni genere,c.5.q. 12 n.92. & 93. p 350
Chriſti magiſterio debemus quod ex feraci natura reddamur filii juſtitiæ, c.5.q.12.n.101. p. 351
A Chriſto ſepulto prodit ſalus, & vita, c.5.q. 14.n.122.& 123. p.354
Chriſtus ſuorum firmamentum, c. 5. q.15. n. 128 p. 55
Chriſtus patitur in ſuis membris, cap 5. q.16. n.138 p. 356
Chriſtus mortuus ſibi vivus nobis,cap.5.q.16. n. 140. p.356
Chriſtus crucifixus cythara ad abigendos dæmones,c.5.q.21.n.190. p. 364
Chriſtus à multis miſeriis nos liberavit, cap.5. q.25.n.230 p. 370
Id,quod Chriſtus dat ſuis, dicitur, quod ipſe habeat, c.5.q 27.n 155. p 373
Affectus diligendi in Chriſto videtur excedere ipſum amorem, c.5.q 27.n.2 6 ibid
Chriſtus non quieſcit, ſed maxime intendit omnium ſalutem,c 6.q.6 n.68. p.386
Sanguis Martyrum poſtulat vindictam,Chriſti verò veniam,cap.6,q.24.n.221.222 & 223. p 410 & 411. p 410
Chriſtus naſcens,vel reſurgens ſuos illuminans c 7.q.3 n.32, p 430
Chriſtus priùs oſtendit amoris ſigna, quàm calamitatis, c.7 q 3.n 36. p. 430
Chriſtus exuit ſe veſtimentis gloriæ, ut nos illis indueret, cap. 7. quæſt. 21. num. 181. & 182. p.453
Chriſtus ſuorum labores,ac paſſiones ſuas, reputat c.7 q.29.n 249. p. 463
Chriſto naſcente pax orta eſt in mundo cap 8. q.1.n 4. p. 469
Chriſtus noſter advocatus,cap.8.quæſt.5.n.55. p.476
Chriſtus ſive abſconditus, ſive manifeſtus in ſalutem noſtram, cap. 10.quæſt.2. num.16. p 535
Chriſtus lux juſtis,non verò iniquis, c. 10.q.2. num.10. ibid
Ubi Chriſtus,ibi lux,cap.11.quæſt.11.num.18. ibid
Charitas Chriſti magnum ſonitum dedit c.10. q.2.n.23.& 24. p. 536
Chriſtus,quæ docet operatur cap. 10.q.5.n.46. p 540
Chriſtus,ut puniat, prius videt,& legit crimina, c.10.q.5.n.49. p. 540

Chriſtus opera ſua vi amoris reputat parva, c.10.q.5.n.51. p.541
Glorioſior Chriſto mors pro noſtra ſalute, quàm regnandi dominatio, c.1.q.20.n.149. & 150. p.26
Chriſti mors ad mortem tolerandam excitat, c.1.q.21.n.152. p.27
Chriſtus vi amoris copioſè, ac multipliciter nos lavat, c.1.q.21.n.155. ibid.
Sanguis Chriſti miſericordiam diffundit, c.1.q.21.n.156. ibid.
Homines emunt, ut faciant captivos, Chriſtus, ut faciat Reges, c.1.q.23.n.168 p.29
Chriſtus ſuas dignitates ſuis communicat, c.2.q.23 n.169 & 170. ibid.
Chriſtus ut Deus Æternus cum Patre c.1.q.30.n.222. p.37
Chriſtus cauſa efficiens, ac finalis hominum c.1.q.30.n.224. p.38
Cùm ſit Chriſtus primus & finis, nil timendum, c.1.q.30.n.225. ibid.
Chriſtus, qui eſt Principium ad operandum, eſt finis ad remunerandum, cap.1. q.31 n.230. pag.39
Chriſtus ut inhabitet, pura, & aurea ſint corda, c.1.q.45.n.335. p.54
Chriſtus omnium centrum, cap.1 q.46.n.343. pag.56
Summa Chriſti æquitas in omnes, cap.1.q.46. n.344. ibid.
Chriſtus imitandus eſt ab omnibus, c.1 q.46. n.345. ibid.
Chriſtus in medio, ut omnibus præſentiſſimus c.1.q.46.n.349.350.& 351. p.57
Chriſtus tunc regnare dicitur quando ſuis gloriam communicat, c.11.q.29.n.228.& 229. p.595
Chriſtus agnitus eſt ex beneficentia, & amore, c.1 q.47.n.352. p.57
Chriſtus ſæpè oſtenditur, prout erat in ſuis c.1. q.47.n.354. ibid.
Chriſtus in ſublimitate cognoſcit ſuam humilitatem, c.1.q.47.n.356. p.58.
Chriſtus ex ſe de hominum ſalute recordatur ibid.
Chriſti exinanitio abſorpta videtur à gloria majeſtatis, c.1 q.47.n.347. ibid.
Chriſtus apparuit in ſimilitudine humanæ naturæ communione pœnæ, ſimulatione culpæ, c.1.q.47.n.358. ibid.
Chriſtus omnes habet in corde, quos ſalvat, c.1 q.48 n.370 p.60
In Chriſto nullus defectus, ſed ſumma perfectio c.1.q.48.n.374. ibid.
Chriſtus in ſe oſtendit quales nos ſubditos eſſe debemus, c.1.q.49.n.381. p.62
In Chriſto omnia excelſa, & ſublimia, c.1 q.51.n.399. p.65
Summa Chriſti charitas multis explicatur, c.1 q.11.n.404.405.406.& 407. p.65
Sanguis Chriſti valde pretioſus, c.1. quæſt.51. n.408.& 409. 66
Chriſtus ſuorum merita habet in corde, ut eis præmia conferat, c.1.q.52.n.414. p.67
Chriſtus ſuo Æterno Patri coævus, c.1. q.53. n.420. p.68
Chriſtus ſuæ Eccleſiæ periclitanti ſubvenit, c.1. q.43.n.421 ibid.
Chriſtus Pontifex, & vetus lex, ac Sacerdos. ibid.
Chriſtus naturaliter, ac ſubſtantialiter Sanctus, c.1.q.54.n.436. p.70
Puritas, ac ſanctitas Chriſti prodiit ex virginea carne Mariæ adjuncta divinitati, c.1. q.54. n.437. ibid.
A ſuo capite Chriſto homines, & Angeli accipiunt gratiam, c.1 q.54.n.439. ibid.
Chriſtus tanquam nix liqueſit, ut ſuos lavet, & mundet, c.1.q.54 n.459. ibid.
Chriſtus vitam, quam habet, ſuis communicat, c.10.q.11.n.107 p.548
Chriſtus crucifixus dulcis animæ, amarus voluptati, ac ſenſibus; c p.10 q.16. num.159. p.557
Filius Dei exinanitur ad noſtras infirmitates, ut nos ad ejus faſtigium aſcendamus, c.1.q.55 n.452.& 453. p.73.& 74
Chriſtus oſtentat ſuam divinitatem, ut homines illuminet, c.1.q.56.n.455. ibid.
Chriſti oculi efficaces ad diſſolvendam glaciem peccatorum, c.1.q.56 n.456. ibid.
Chriſtus per fornacem Paſſionis obtinuit exaltationem ſuæ gloriæ, c.1.quæſt.58. n.484. pag.77
Chriſtus infideli vilis, fideli verò pretioſus eſt, c.1.q.58.n.478.& 479. p.77
Chriſtus in fine vitæ odorem dedit ampliſſimum æterno Patri, c.1.q.58.n.483. p.78
Chriſtus in fine vitæ ardentiſſimè nos dilexit, c.1.q.58.n.485.& 486. p.79
Virtus, ac ſplendor Chriſti non poteſt percipi humano ſenſu, c.1.q.70.n.601. p.97
Chriſtus multipliciter lucet, cap.1.q.70.n.606. pag.98
Chriſtus in toto vitæ progreſſu ſol fulgentiſſimus, c.1.q.20.n.607. ibid.
Eccleſia lucet Chriſti virtute, c.1.q.70.n.608. ibid.
Chriſtus ex duabus naturis componitur, cap.1. q.70.n.609. ibid.
Chriſti gloria in hoc ſæculo explicari non poteſt, c.5.q.70.n.610. ibid.
Chriſti gloria ſine obſcuritate alicujus, cap.1. q.70.n.611. ibid.
Chriſtus ſe ſe accomodat ſuis, c.1.q.70.n.613. pag.99
Cùm Chriſtus ſe abſcondit, fulgentior apparet, c.1.q.70.n.615.616 & 617. ibid.
Chriſtus judex Vide *Judex*.
Chriſtus mortis, & vitæ auctor, c.1.quæſt.78. n.673. p.109
Chriſtus ſe omnibus imitandum proponit, c.2. q.4.n.25. p.118

Chriſtianus.

Chriſtiani non debent timere tyrannos, cap.1. expoſit.3 n.104. p.21
Chriſtianus non ſolùm nomine ſed etiam operibus ſe profiteatur Chriſti diſcipulum, c.3. q.33.n.254. p.235
Chriſtianus nomine, & non operibus maximè punitur, c.3 q.37.n.311. p.243
Magna pœna ſeparari à fidelium numero, c.3. q.39.n.334. p.246
Chriſtiani, & fideles ſunt uniti cum Deo, & inter ſe, c.4.q.23 n.190. p.304
Chriſtianos, ac Chriſti diſcipulos concomitatur amaritudo, c.10.q.16 n.116. p.557

Cogitatio.

Minima cogitatio venerea fugienda, c.1.q.49. n.384.385.& 386. p.62.& 63

Cogitatio

Cogitationes Dei ab æterno, & incomprehenſibiles,c.1.q 53.n.423. p 68

Cognitio.

Quid neceſſarium ad cognitionem,P.q.7 n.42. pag.6

Ad cognitionem myſteriorum excipiendam multa ſanctitas neceſſaria, c.1.q 45 n.336. 337.& 338. p.55

Quantò, quis magis divinam celſitudinem agnoſcit, tantò magis ſuam utilitatem intelligit,c.1 q.7 .n.626. p.101

Deus cognoſcit omnia noſtra delicta etiam occulta,c.3.q 2.n.7. p.198

Quantò quis magis cognoſcit Deum, tantò magis ipſum reveretur, cap.3.q 8.num 55. p.205

Qui ſeipſum non cognoſcit, valde cæcus eſt, c.3.q.41 n.357. p.249

Cognitio ſui ipſius optimum medicamentum ad vitam, & ſalutem, cap.5. q.48. n.430. & 431. p.260

Anima juſti cognoſcit, quæ à Deo ſunt, cap.3. q.53 n.467. p.266

Beati ſpiritus in ſua cognitione habent terminum c.4.q 33 n 92. p.320

Cognitio præteritæ humilitatis multùm inſervit ad conſervandam dignitatem, c.4 q.35. n 911. p.322

Cognitio noſtri Principii prodeſt ad ſalutem, c 4 q 35 n 31 ibid

Ad cognoſcendam malitiam palliatam multa perſpicacia neceſſaria, cap 6. q.15. n. 155. p.400

Communicare.

Divina dona ex multorum communicatione, non exhauriuntur, cap.2.quæſt. 19.n.145. p 136

Chriſti liberalitas ſuos participes facit ſuæ dignitatis, c.2.q 56 n 58. p.192

Concordia.

Tunc Deum laudamus, cum per concordiam Deum laudamus, cap. 5. quæſt. 21. n. 185. p.563

Conditio.

Deus juxta ſuam conditionem trahit unumquemque,c.3.q 57.n.510. p.272

Confeſſio.

Sacerdos in confeſſione timetur conſcientiam pœnitentiæ, c.1.q 71.n.621. p.100

Per peccatorum confeſſionem acquiritur omne bonum.c.3 q.43 n 38.& 38. p.254

In confeſſione omnia ſunt manifeſta, c.5 q 21. n.171. p.502

Conformitas.

Juſti conformantur in omnibus cum Dei voluntate c. .q.5 .n.428 p.69

Conformandum eſt cum Chriſto per mortem, ut ad reſurrectionem veniamus, cap 1 q.77. n.664. p.108

Cælites conformant ſe cum divina ordinatione,c.8.q 1.n 15. p 471

Concilium Generale.

Concilia Generalia Eccleſiæ contra Hæreticos perfigurantur, cap 10. quæſt 9.n.84 & 85. p 545

Deus paulatim per diffinitiones Conciliorum illuminat Eccleſiam c 10 q.10.n.95 p.546

Conſcientia.

Conſcientiæ quies,ac ſuavitas magna felicitas, c.3.q.54 n.83.& 479. p 268

Conſilium, Conſiliarius.

A ſenibus Conſilium ſumendum, cap.4. q.15 n.115.118.& 119. p.292.& 293

Proprietates boni Conſiliarii, c.4. q 14.n.116 p.293

Deus ſuo exemplo nos docet Conſilium ſumendum,c.4 q.14.n.117. ibid.

In magnis negotiis Conſilium ſumendum,ibid. n.118.& 119. ibid.

Conſolatio.

Poſt labores Deus dat conſolationem, cap. 6. q.22 n.202. p.407

Vide *Labor, Tribulatio.*

Contemplatio.

Vita contemplativa, & activa ſimul eſſe debent,c.1.q 57.n.471. p 76

In contemplatione divinitatis multa puritas, ac humilitas habenda,cap.1.q.73 num.631 p.102

Mira dulcedo ex contemplatione cœleſtium, c.2.q.46.n.338. p.167

Controverſia

Ubi controverſia, ibi maximè res explicanda, c.1.q.54.n.435. p.70

Converſio.

Converſio peccatoris Chriſto eſt magna corona,ac gloria, cap.1.q.53. n.430.431 & 432. pag 70

Qui convertitur ad Deum,omnem iniquitatem à ſe abjiciat,c 2.q 66.n.523. p.193

Aliorum converſio magnum præmium bono Prælato, c.3.q.23 n 183. p.223

Cooperatio

Deo operante cooperandum eſt à nobis, cap.3. q.20 n.158 & 159. p 219

Corona.

Mors, & carcer pro Chriſto corona, c.2.q.36 261. p.156

Beatitudo corona, quia cum luctamine ſuſcipitur c.2.q.36.n.262 ibid.

Corona noſtra aliquando à piis furibus rapitur, c.3.q 26.n.207 p.228

Creatio.

Omnes creaturæ habent eſſe à Deo per creationem, c.4.q.44.n 383. p.335

Deus omnium creator,c.10.quæſt.11.num 107. p.548

Credere.

Beatus qui credit,& ſervat mandata, c.1.q.13. n.95.&c. p.19

Vide *Fides.*

Crimen.

Participes criminis,ſunt,& ejuſdem pœnæ,c.2. q.39 n.287. p.159

Probare videtur dilectum, qui non punit, c 8. q.18.n.187. p.496

Cor.

In corde Dei beneficia ſcribenda,ut altius cognoſcantur, c.3.q.30.n.246. p.233

Duritia cordis noſtri detinet Deum, ne ad illud ingediatur, c.3.q.52.n.461. p.265

Cordium cogitata penetrat divina virtus, c.4. q.22.n.178. p.303

Crudelitas.

Crudelitas, & luxuria maximè germanantur, c 6.q.19.n.175. p.405

Crux.

Crux corona noſtra,c.2.q.21.n.162. p.139

Crux dat vitam, & deſtruit mortem, c.2 q.21. n.163. ibid.

A Cruce Domini vitæ auſpicium, cap.1.q.164. ibid
Crux clavis regia omnia aperiens, c. 3. q. 19. num.147. p 218
Crux apotheca divinæ dilectionis, cap.3.q.42. n.372. p.252
Beati in Patria Crucis imagine gratiſſimi Deo, c.4.q 32.n.282. p 318
Chriſtus per Crucem vincit, & triumphat, c 6. q.4.n.47. p 383
Crux ad initium actionis, c.7.quæſt.9 num.72. p 436
Crux decus hominis, cap.7.quæſt 9.num.72. ibid
Crux Dei ſignum cap.7.quæſt.9. num.74. & 75 ibid
Signum Crucis munimen, & cum illo omne periculum vincitur, cap.7.q.9.n.77. 78. & 79. p.437

Cultus Dei.

Quæ in cultum Dei damus, maximè poſſidemus c.4 q 16.n.132. p. 295

Culpa.

Levis culpa ſuperiorum rigidiùs punitur, quàm grande delictum inferiorum, cap.2.quæſt.2. n.16. & 17. p. 117
In eadem culpa eſt, qui committit ac qui permittit, c.1.q.45.n.326. p.126

D

Damnatus.

SUmmum tormentum damnatorum Jeſu carere facie, c.1.quæſt.29. n. 216. 217. & 218. p. 36
Peccantium æterna damnatio, c.3.q.11.n.78. p. 208
Damnatorum corpora incoruptibilia, c.9 q.9. n.79. p.508

Dare.

Magna, quæ liberalis dat, in parvo æſtimat, c 1. q.63 n.542. p. 87

Defectus.

Divina virtus Prælatorum, ac malorum defectu tegere, c 3.q.4.n.25.26 & 27. p.201
Divina virtus aliorum crimina tegere c.3.q.9. n.64.65.& 66. p.206

Delectatio.

Delectatio Sanctorum à Chriſto incipit, & in ipſo terminatur, cap.7.quæſt.24.num.204. p.456

Delitiæ.

Ubi homo quærit delitias, ibi invenit labores, & mortem, cap.4 quæſt 5 num.34.34.& 36. p.201
Plenus delic is, vacuus eſt operibus, cap.3.q.8. num.60. p 205
Ubi majus eſt lenocinium deliciarum, ibi majores inſidiæ diaboli, cap 9.q.13. num.125. p.154
Deliciæ hujus ſæculi deteſtandæ c.9.q.6.n.62. p.506

Deſertum.

Deus in deſerto videtur, c.1.q.37.n.272. p 44

Deſiderium.

Clamor animarum eſt eorum deſiderium, c.6. q.23.n.210. p. 409
Deſiderium eſt veluti quædam locutio, cap.10. Expoſ. 5.n.121. p.551

Deſperatio.

Quanquam in contemplatione Dei nihil ſimus, tamen de ſalute non eſt deſperandum, c 1.q.74.n.636. p. 103

Deus.

Deus valde propenſus ad benefaciendum, ita ut prius ſcribatur beneficium, quàm nomen Dei c.1.q.5.n.22. p 10
Deus per Superiores docet infirmos, 1 quæſt 7. num.45. p. 3
Deus paratus eſt in medio ad recipiendum peccatorem, c.1.q.46 n. 346. p.56
Deus omnibus præſtantiſſimus, c.1.q.46.n.349 350.& 351. p. 57
Cogitationes Dei ab æterno, & incomprehenſibiles c 1 q.13 n.423. p.69
Deus celer ad præmia, moroſus ad pœnam, c 1. q.43.c.424, ibid
Converſio peccatoris, Deo eſt magna gloria, c.1 q.53.n 430.431.&432. p. 70
Deus ſecundùm varios affectus, & operationes nobis objicitur, c.1.q 55.n.445. p.72
Deus benignus juſtis, ſeverus impiis, c. 1.q.56. n.458. p 65
Deus juſtos recreat, impios affligit. ibid
Dei providentia omnibus conſulit, cap.1 q 56. n.461.462.& 463. ibid
Non ſua, ſed Dei virtute ſtat, & lucet homo, c 1.q.64.n.550. p. 89
Deus ſuam miſericordiam manifeſtat & punitionem abſcondit, cap.1.q. 65. num.561. 562. & 563. p.91
Deus pronior ad benefaciendum, quàm ad puniendum, c.1 q.68.n.585. p.94
Deus ſuorum laborum quodammodo affligitur, & pungitur, c.1 quæſt. 69.n. 597. 598. & 599. p. 96
Deus majora dat, quàm promittit, cap.1.q.70. n.604. p. 97
Qui judicia Dei vult penetrare, tanquam mortuus jacet, ut non videat, nec intelligat, c 1. q 74.n.637. p 103
Deus ſuos cultores ab omni preſſura liberat, c.1.q.76.n.651. p. 106
Deus ſicut dat initium, ſic & finem, cap.1.q 76 n 551. ibid
Deus fortiter tenet ſuos, ne cadant, cap.2.q.3. num.19. p.117
Deus peccatores non deſerit, ſed promovet ad pœnitentiam, c 2.q.3.n.28. p 118
Deus teſtis illorum, qui peccant, c.2.q.4 n.30. & 31. p. 119
Dei aſpectus facit homines perfectos, c. 2 q 4. num.32. ibid
Deus renumerat bona opera, cap. 2.q.5.n 37. p.110
Etſi Deus ad puniendum tarde veniat, tamen citò ſe venire exiſtimat, cap.2 q.15.n.116. p.132
Deus ex miſericordia caſtigat in hoc ſæculo, c.2.q 15.n.117. p 133
Deus minatur, & non ſtatim caſtigat ut ad pœnitentiam provocet. ibid
Deus ſupplicia differt, ut det locum pœnitentiæ, c.2.q.15 .n.119. p. 133
Deus omnia penetrat, ac intuetur, c. 2. quæſt. 53.n.411. p.176
Deus dicitur vigilare ſuis conſulens, ut homo inde vigilet pro ſui cura, cap. 2. quæſt.54.n. 413.& 414. ibid

Solus

Solus Deus veram pœnitentiam agnoſcit, c 2. q.62.n.479 p. 87
Deus intima cordium penetrat,& ſcrutatur, c. 2.q.62 n 482.483 484 & 485. p.187
Omnis noſtra operatio tendat in Deum, c.3. q 14.n.105. p.212
Deus poteſt à nobis cognoſci,non tamen comprehendi, c.3.q.30 n 247. p.233
Deus invitus procedit ad puniendum, ut à ſe repellat hominem, c.3. quæſt.38. num.327. p.245
Qualis tu fueris Deo, talis Deus tibi, c 3.q.38. n.330.& 331. p 246
Deus comminatur ad emendationem, ne puniat, c.3.q.39 n.333. ibid.
Deus in ſuis ſanctis exaltatur, & ſublimatur, c 11 q.33.n.263.& 264. p.600
Deus morose,ac invitus peccatores punit, c 3. q.39.n.336. p 247
Deus omnes advocat ad ſalutem, cap.3. quæſt. 52.n 454. p.264
Deus fugientes homines ſequitur, ut comprehendat, c 3 q.52.n 457. p 265
Deus nos quærit. non ſuæ, ſed utilitatis noſtræ gratia,c 3.q.52.n 458. ibid.
Deus pro deliciis habet hominum ſalutem,c.3. q.54 n.481. p.267
Deus in Sanctis habitat,& requieſcit, c.4.q.5. n.35. p.280
Dei nomen maxime venerandum, c.4 q 8 n, 50.51 52.& 53. p 285
Deus intuetur omnia futura ſæcula,ac cogitata, c.4.q 22 n 178. p.303
Dei natura maximè tranſcendit noſtrum captum,c.4.q.25.n.208. p 307
Deus laudandus, & non curiosè ſcrutandus, c.4 q.37 n.339. p.327
Deus dat nobis id,per quod meremur, c. 4. q. 38.n 46. p 328
Ille verè Deum honorat, qui non ſuum, ſed Dei quærit honorem, cap.4.q.38 num.347. p.329
Dei judicia inſcrutabliia, cap 5. quæſt.3. num. 67.p.346.
Deus plus vigilat,& tuetur homines,quàm ipſi ſuper ſe ipſos c 5.q.17.n.150. p.358
Qualia arma ſumit peccator contra Deum, talia Deus in eum ordinat, c.6.q. 17. n.168. p.401
Deus multa dona confert ſuis electis, cap.7.q. 31 n.171. p 467
Deus ſuos electos paterno, ac materno affectu proſequitur cap.7.q.31.n.175. p.468
Deus ex ſe benefacit, punit per miniſtros, c.8. q.4 n 38. p.474
Contraria pro Deo coadunantur, ut pro Deo contra impios pugnent, cap.8. quæſt.11.n. 111. p.485
Deus pondere, & menſura omnia facit, c.11. q.3.n.17. p.563
Miſericordia Dei, Vide *Miſericordia*.
Ira Dei, Vide *Ira*.

Diabolus.

Homo, cum impugnatur,à Diabolo, Jeſum habet defenſorem, c 1.q.6.n 41. p.13
Quod Diabolus per ſe non valet efficere, per homines malos perficit,c.2.quæſt.31.n.227. p.150
Diabolus ſibi ſubditos contemnit, cap.2 q.34. n.246. p.154
In tentatione Diabolus conculcatur, cap.2.q. 34.n 247. ibid.
Non voluntas, ſed poteſtas tentandi deficit diabolo,c.2 q.34 n.248. ibid.
Diabolus ſua majora bella excitat contra juſtum,c.2 q 35.n.255. p 154
Diabolus multis, & variis modis contra juſtos armatur,& eos torquet c.2.quæſt. 5.n.256. & 257 p 155
Dæmonis ſævitia contra filios Eccleſiæ nunquam minuitur,ſed ſemper creſcit,c.4 q.40. n.294.& 295. p.161
Maximé torquetur Diabolus, cùm hominem non torquet,ac tentat,c.2. quæſt.61.n.476. p.186
Diaboli malitia in tentando multiplex, c.2 q, 63.n 491. p.189
Diaboli ſuperbia, & altitudo non vera, ſed fictitia,c.2.q.63 n 497. ibid.
Diabolus ſemper contra nos armat tentationes c.6.q.7.n.83.& 84. p 389
Diabolus dicitur mors, ut illius auctor, cap.6. q 18.n.173. p.402
Diabolus ubicumque ſit, ſuam ſecum fert gehennam,c.6.q.19.n.180. p.404
Diaboli timent judicium finale ob durius tormentum, & quia homines non tentabunt, c.6 q.33.n.291.& 292. p 412
Graviſſimum tormentum diabolo homines non tentare,c.6.q 33.n.293. ibid
Diabolus invigilat ad tentandum, c.7.q.1.n.7. p.426
Diabolus tentat non pueros. ibid.
Diabolus multùm armatur contra Prædicatores ibid.
Diabolo magna vi reſiſtendum,cap.5.q.7.n.57. p.434.
Diaboli voluntas vult plus nocere, quàm ei eſt datum, c 7.q.8.n 64. p.435
Diabolus magnam perſecutionem excitavit contra Eccleſiam, cap.8 quæſt.13.num 158. p.489
Diabolus de Cœlo in terram cadit, dum quiſque ad Deum erigitur, cap 9. quæſt.1.num. 10.p.499
Omne malum, quod accidit, à diabolo originatur, cap 9.quæſt.1. num. 11.12. & 13. ibid.
Chriſtus habet claves ad ſalutem, diabolus ad mortem,c.9.q.2.n.14. p.500
Diabolus dux Hæreticorum, eorúmque duces facit, c.9.q.2.n.20.21.& 22 p.501
Diabolus ſemper ſuis infert nova ſupplicia, cap.9.q.6.n.61. p.506
Diabolus non nocet ad libitum improbis, c.9. q.7.n.73. p.507
Qui noluit experiri Dei gratiam, ſentiet dominium Diaboli,cap.9.quæſt.14. num.135. p.517
Chriſtus aggregat, Diabolus diſpergit, c.9. q. 14.n.136. ibid.
Diaboli improbitas multis linguis explicanda, c.9.q 14.n.137. ibid.
Quomodo dæmones alligari valeant, cap.9.q. 18.n.169.171.172.& 173. p.522
Diabolus alligatur in Baptiſmo, c 9. q.19. n. 180.p.523
Diabolus reſidet in diſcordia. ibid.
Diabolus habitat in divitibus,ac potentibus, c.9.q.19.n.181. ibid.

Diabolus

Diabolus vincitur Paſſione Chriſti, c.9. q 19. n.182.183.& 184. ibid.
Diabolus dux in bello injuſto, c 9.q.20.n.196. p.525
Diabolus duc't in præcipitium. ibid.

Difficilis.

Acquiſitu difficiliora poſſeſſione, magis æſtimabilia, c.1.q.64 n 552. p.89

Dignitas.

Objecta alicujus dignitate pignoratur homo ad eam conſervandam, cap.2. quæſt 3.n.20. p.118
Nullus ſe exiſtimet in dignitate ſolùm, c.2.q 3. n 21.22.& 23. ibid.
Memoria antiquæ d'gnitatis maximè movet animum, c.2.q.10.n.82. p.128
Valde durum alium in ſua dignitate videre, c.2.q.14.n.104. p.131
Dignitas ex meritis decora, c.11.q.30.n.234. & 235. p.596
N mo ad dignitates ſe introducat, cap.2.q 65. n.519. p.192
Ex ſua dignitate pignoratur homo ad ſuum locum tuendum c.3.q.2.n.11. p.299
Dignitas tunc honorat, cùm dignis confertur, c.3.q.14.n.n 109. p.212
Non de dignitate, ſed de meritis gloriandum, c.3.q.14.n.110. ibid.
Dignitas in iniquo poſſeſſore fœdatur, c. 3. q 14.n.111. ibid.
Magnus dolor, quòd quis ſuam dignitatem perdat, & alius in eam introducatur, c.3. quæſt.26 n.207. p.227
Dignitas non benè adminiſtrata non eſt dignitas, ſed infœlicitas, cap.3.quæſt.4c.n.343. p 248
Dignitas ſine meritis eſt in labem, ac ignominiam c 4.q.12. n.95 96.& 97.p.289.& 290
Pro dignitate perſonæ ſingularis honor habendus, c.4.q.13.n.108. p.191
Perfecta dignitas confertur meritis, non affectu, c.4.q.15.n.124. p 294
Qui ſe judicat indignum dignitate, illius eſt dignus, c.4.q.16.n.131. p.295
Ad conſervandam dignitatem multùm inſerv t cognitio præteritæ humilitatis, cap.4.q.35. n.311. p.322
Ad intuitum Paſſionis Chriſti d'gnitates contemnendæ, c.4.q 41 n.365. p.332
Ad intuitum Chriſti omnis gloria, & dignitas diſparet, c 4 q.41.n.369. p.333
Summa laus omnium habere ſuffragia in dignitate, c 5 q.27.n.250. p 373
In magno pretio eſt dignitas labore, ac ſanguine comparata, c.5 q 28.n 265. p.375
Prælati dignitas ſit frugifera & utilis ſubditis, c 6.q. 3 n.140.& 141. p.397

Diſcordia.

Diabolus habitat in diſcordia, ac diviſione, c.9. q 19.n.180. p.523

Diſputatio.

Diſputare grande pondus viris doct's c.2.q 64. n 501. p.190

Divitiæ, ſeu Dives.

Divitiæ acquiruntur cum labore, poſſidentur cum timore, amittuntur cum dolore, cap.3. q.40.n.351. p.249
Magna miſeria, quod homo in ſuis divitiis ſpem ponat, cap 3 quæſtion.41.num.359. p.250
Div'tiæ è mundo noc'væ, è manu Dei frugiferæ, c.3.q.44.n.388. p 254

Doctor, ſeu Docere.

Deus per ſuperiores docet infimos, cap.1 q.7 num.45 p 5
Ille verè Doctor, qui alios inſtruit ad ſalutem, c.1.q 15 n.69. p. 19
Ut quis alios doceat prius in ſe ſit virtute firmatus, c.3 q 28 n. 222. p. 230
Doctor, qui ſuo ſtud o ſibi & aliis profic t, columna in templo Dei, c 3.q.28.n.227 p 231
Doctores ac Scriptores tunc muniunt, ac tuentur Eccleſiam, ſi ſint un'ti cum Deo, cap. 4. q.23.n.189. p 304
Doctores, ac ſapientes munimen Reipublicæ, c.5 q.27.n.258. p. 374
Ad Chriſti doctrinam omnis noſtra vita conformanda, c.2 q.10.n.108. p 392
Verus Doctor, ac magiſter quiète, ac manſuetè docet ſine vocibus ac injur'is, cap. 10 q.5. n.54 55.56.& 57. p.541
Cœleſtis doctrina avidè devoranda, ut aliis proſit, c.10.q.14.n.134. p. 553
Bonus doctor dicit aliqu.d de ſuo, cap. 10. q. 14.n.136. p. 554
Doctor, ut benè alios doceat, in ſe habeat eandem doctrinam, c.10 q.14. n. 137.138.& 139 ibid

Doctrina.

Doctrina ſit clara, c.1.q.40.n 391. p.64
Doctrina ſit nuda, & non confi.ienda. ibid
Vera doctrina cum humilitate, c. 4. q.25.n. 718.p.508
Doctrina munitur Eccleſia contra hæreticos, c.10.q.1.n.11.12.& 13 p.541.

Dolor.

Maximus iniquorum dolor, quod de deliciis tranſeant ad cruciatus, cap.1.q.27 num.193. pag 33.
Bona indo es aliorum dolori compatitur, c.5. q 11.n.82. p. 348

Dominica Dies.

Solemnitas diei Domin'cæ à Chriſto inſtituta, c.1.q.38.n.281. p. 46
Multæ & magnæ ſunt prærogativæ d ei Dominici, c.1 q.38.n.283.& 284. p.47
In die dominico ab operibus ceſſandum, ut Deo ſerviamus, c.1.q.38.n.285.286.& 287. ibid

Donum.

Div'na dona ex multorum commun'catione non exhauriuntur, c.2.q 19. n. 145.p. 136
Dei dona perpetua, ac permanentia, cap.2.q 36. n 267.& 268. p.156
Chriſti dona novo corde ſuſcipienda, c.2.q 50. n.384. p. 173
Deus in deſtruendis donis ſupernaturalibus non ſervat ordinem ad naturalia, cap. 7. quæſt.13.n.111. p. 441
Deus multa dona confert ſuis electis, cap.7. q.32.n.271. p. 467

Dubium.

Dubietas intolerab lis cruciatus, cap 9.q.9.n. 82 p.508

Durities.

Durities cordis noſtri detinet Deum, ne ad illum ingrediatur, cap.3.quæſt 52.num.461. p.265

E.

Eccleſia,ſeu Eccleſiaſticus.

Eccleſia multipliciter Dei dono repletur, c.1.q.7 n.130. p. 24
Fidelium unitas in Eccleſia,cap.1 q 43,n 321. pag. 53
Eccleſia valde viſibilis, & perſpicua eſt, cap.1. q.44 n 323. ibid
Eccleſia à Chriſto habet lumen,& lucem, c.1. q.44.n.324. ibid
Eccleſia in fide Trinitatis per charitatem fundata eſt c.1.q.44.n. 325. ibid
Eccleſia viam veritatis oſtendit, & tenebras expellit,c.1. q 44 n 326. ibid
Eccleſia perſecutionibus creſcit, c 1 quæſt.44. n.327 ibid & c.11.q.6.n,40 & 41. ibid
Eccleſia perſecutionibus non perimitur, ſed magis perficitur c.1.q 45 n.33. p. 54
In Eccleſia nulla eſt hypocriſis,c 1.q 45.n.333 pag 54
Prælati Eccleſiaſtici inſtruuntur ad reſidentiam,c.1.q.46.n 347. p.56
Eccleſia ita unita Chriſto ut eadem cum eo videatur,c.1.q 48.n. 371. p. 60
Eccleſia uſque in finem ſæculi duratura, cap 1. q.49.n 373. ibid
In Eccleſia juſtitia ſine umbra reſplendet, c.1. q 70.n.603. p. 97
Eccleſia militans Paradiſus,cap 2 q.25 n.118. p 14.
Bonus Prælatus magnum beneficium datum Eccleſiæ c 2.q.67.n.541. p.195
Divina virtus claudit, & aperit oſtium ad Eccleſiam c.3 q 21.n.165.& 166. p.221
Eccleſiæ Prælatis reverentia exhibenda, cap.3. q,73.n.180. p 223
Mirabilis Eccleſiæ unitas, c.3 q.59 n 523. & 524 q. 274
Eccleſia Sacra Scriptura defenditur, ac munitur contra hæreticos,cap 4.q.1 .n.92.& 93 p.289
Qui pro Eccleſia Dei laborat jam cœleſte præmium poſſidet c.4 q.23 n.191. p 304
Eccleſia Dei magnis virtutibus, & donis eſt illuſtrata, ac nobilitata, cap.7 q.13 n.112. 113.114 & 115. p 442
Eccleſia ſilentio veneranda,& in ea non eſt loquendum, c 8.q.2 n 24 & 25. p.472
Eccleſia ſemper à Deo illuſtratur, cap 9.q.16. n.149 p. 519
Status Eccleſiæ militantis reſpectu triumphantis minimus videtur c.10 q.5.n 53. p.541
Eccleſiaſtici viri potiſſimum judicandi, c.11. q.3.n.19. p. 563
Per Chriſtum Eccleſia triumphans conjugitur militanti, & è contra, c.11.q.13.n.20. ibid.
Delinquentes in Eccleſia maximè arguuntur, eorumque malitia exaggeratur,cap.11.q 3. n. 22.& 23. ibid

Electio.

Electio facta per homines, bonos, & malos capit, cap.7 quæſtion.7.num.60.61.& 62. p. 434.
Eligere hominem ex infimo,vel indignum aſſumere,valde moleſtum,& grave, c.9.q.5 n.53. 54 & 55. p.505

Electus.

Electorum numerus non poteſt minui, cap. 3. q 26.n.105 p.217
Deus in numerandis ſuis electis maximè delectatur.c.7.q.12 n.105. p 441
Deus ſuos electos materno, ac paterno affectu proſequitur cap.7.q.33.n 2 5. p 468
Electis omnia cooperantur in bonum.c.9 expoſ 6 n,131. p.516
Vide *Pauci.*

Eleemoſyna.

Prælatus ſubveniat pauperibus, c.2.q 8.n.70. p.125
Eleemoſynæ laus. ibid
Eleemoſyna in paupere facit Deum propitium ac benignum.c.2.q 9.n.75 76.& 77. p.126. & 127
Deus abundantiſſimè remunerat noſtra dona, c 2.q.46.n.337 p. 167
Proprium miniſterium Epiſcoporum eleemoſynas dare, c.2 q 56.n.425. p 179
Si eleemoſynas non facis, melius tibi erat non habere bona,c.5.q.57.n. 313. p.243
Eleemoſynis regnum Cœlorum comparatur, c.3.q.43.n.339. p. 253
Qui egenis favent, cuſtodiuntur ab omni malo,c 6 q 14.n.143. p 398
Eleemoſyna danda,ubi major eſt neceſſitas,c.6. q 14 n.151.& 152. p.399

Elias.

Eliæ ſimilitudo pro magno beneficio promittitur à Deo c 2.q.67.n.537. p.195
Elias Angelus in ortu ſolis cum ſigno Dei vivi, c 7.q.5.n.42 & 43. p.431
Elias puritate Angelus ſemper aſcendens, c. 7. q.5 n.44. ibid
Elias veluti ſol fulgentiſſimus,cap.7.q 5 n.45. ibid
Eliæ aſpectus diſſipat errorum tenebras cap 7. q. 5. n.46. ibid
Præſentia Eliæ ſanctitatem oſtendebat cap 7. q 5. n 47 ibid
Olim miracula, ac mirabilia,Eliæ tribuebantur, c 7.q 5 n.48. ibid
Elias in fine mundi venturus contra Antichriſtum, cap. 11. quæſt 7.num 56. 57.& 58. p 569
Elias ſic magnus ut ejus mirabilia quoddam ænigma videantur,cap. 11.quæſt.7.num 61. ibid
Elias in Paradiſo terreſtri,& in ſtatu merendi, c.11.q 8.n.64. p. 570
Valde præclara, & excellentiſſima ſunt merita Eliæ,c.11.q.8 n. 66. ibid
Elias & Enoch Apoſtoli dicendi ſunt, c. 11. q 9.n 69. p 571
Elias, & Enoc totius orbis primi reformatores, cap.11.quæſt.10.num.77.78. & 79. p. 572
Magna gloria Eliæ quod tantorum filiorum ſit parens, cap. 11. quæſt. 10. numer. 80. ibid
Magnalia Eliæ explicare valde difficile, c 11. q.11.n 82.& 83. p 573
Generoſitas Spiritus Eliæ non concluditur uno ſæculo,ſed multa amplectitur,cap.11 q 11. num. 86. ibid
Elias in terris cœleſtem vitam agebat, c. 11. q.12.n.89 p 574

Dies Eliæ ſine nebula peccati,c.11.q.12.n.90. & 92. p.574
Mors non poteſt extinguere in Elia zelum, & charitatem,c.11.q.12.n.93. ibid
Magnum nefas peccare præſente Elia, c.11.q.12.n.94. p.575
Pax Eccleſiæ per Eliam, & Enoch, c.11.q.14.n.107. p.577
Elias & Enoch univerſam Eccleſiam illuminant, & corroborant, cap.11.p.15.n.112. ibid
Elias degens in terris prærogativis decoratur Angelicis, cap. 11. quæſt. 16. num. 118. p.578
Tanta puritas eſt in Elia & Enoch, ut nihil in eis appareat terrenum,cap.11.q. 17. n.120. p.579
Magna & admirabilis obedientia Eliæ in exemplum cunctis, c. 11. q. 17 n.122.123. 124 & 125. p.579
Juxta aliquos Auctores Elias & Enoch crucifixi morientur,c 11 q.31.n.167. p.585
Quanta ignominia Elias, & Enoch ab Antichriſto afficientur, c.11.q.21.n 168.169. p.586.& q.22.n.172.173. & 174. p 586

Enoch.

Enoch præcurſor ſecundi adventus Chriſti, c.11.q.7.n 56. p 569
Apoſtolus ſecundi adventus. ibid
Vide *Elias.*

Epheſus.

A quo ædificata, & valde celebris civitas,c 2. q.2.n.12. p 116
Quis ejus Epiſcopus,cap.2.q.2. num.13.& 14. p.117

Epiſcopus.

Epiſcopi ſapientia ſint præditi,c.1 q.81.n.693 p.112
Epiſcopi ſint firmi,& conſtantes ibid
Epiſcopus ſtudeat ſuæ & ſubditorum ſaluti,c.1. q.18 n.694. ibid
Epiſcopi nomen à quo habeat derivationem, c.1 q.81.n.695. p.113
Epiſcoporum diligentia ad ſuorum ſalutem, c.1.q.81 n 696. ibid
Epiſcopi caſti,c.1.q 81.n.696. ibid
Epiſcopi honorandi, c.1.q.81.n. 697. ibid
Epiſcopi reſideant, & adſint præſentes ſuis Eccleſiis,c.1. q.81.n. 698. ibid
Epiſcopi ſint toti cœleſtes,veluti Angeli,cap 1. q.81.n 699. ibid
Electus Epiſcopus debet mutari in virum alterum,c.2.q.1.n.8. p.116
Epiſcopus idem ſit cum ſua Eccleſia,cap 2.q.1. num.9. ibid
Epiſcopus omnium ſuorum figuras exprimat, c.2 q.1.n.10.& 11. ibid
Vide *Eleemoſyna.*

Evangelium.

Evangelium multam vim habet ad vincendos hoſtes c.4 q.26.n.133 p. 310
Evangeliſtæ ſumma veritate ſcripſerunt, c. 4. q.29.n.248. p.312
Perfectiſſima ſcientia rerum divinarum fuit in Evangeliſtis c 4 q.33.n.289. p 319
Evangelium ex omni circumſtantia oculus, & lux, cap.4.quæſt.34. num. 303. & 304. p.321
Magna Evangeliſtarum dignitas, cap.4 q.36. n 315.
Vox Evangelii exterret omnes cap.6.q.3.n.34 p.582
In fine ſæculi Evangelium prædicabitur toto orbe c.7.q.16 n.150. p.447

Eucharistia.

In Euchariſtia dat Chriſtus, quidquid poteſtas ejus poſſidet,cap. 2.quæſt.47.n.366.& 367. p 171
Euchariſtia mentem illuminat, c.2.q.49.n.371 ibid. q.52 n 394. p.174
Euchariſtia adversùs gulam, & luxuriam. c.2. q 49. n. 372. p 171
Euchariſtia magnam unionem nobis generat, c.2.q.49. n. 373. ibid
Euchariſtia dat magnam fortitudinem contra adverſarios c.2.q.49 n.375. p 172
Euchariſtia cum multo timore, ac tremore ſumenda,cap.2.quæſt 46.n.376.377. & 378 ibid
Sanguis Chriſti nos Reges facit, ac conſtituit, c.1.q.22 n.165.166. & 167. p. 49
A participatione Euchariſtiæ redditur homo totus aureus c.1.q 52.n. 413. p.67
Per amare pœnitentiæ ad Euchariſtiam deveniendum c 1.q.19.n.491. p.80
Qui ad Euchariſtiam accedit ſua pœnitentia memoriam Paſſionis Chriſti oſtendat, c.2. q.19 n.147. p.137
Torpor, ac deſidia abjicienda,ut ad Euchariſtiam accedat,c.2.q 19 n. 148. ibid
Caſtitatis amator de hac menſa guſtat, cap.2. q 19 n.149. ibid
Euchariſtia eſt triumphantium c.2.q.19. n.151 ibid.
Euchariſticus panis poſt labores datur, & ad labores excitat, cap.1.quæſt.19.num. 152. p.138
Chriſtus liberaliſſimus in danda Euchariſtia, c.2.q.20.n. 155. ibid
Euchariſticus panis à Deo dandus, & non præripiendus,c.2.q.20.n.157. ibid
Typus Euchariſtiæ conceditur pœnitenti, qui negatur ſuperbo,c.2.q.22 n. 167. p. 140
Euchariſtia lignum dans vitam, c.2.quæſt. 23. n.171. p. 141
Ad Euchariſtiæ dulcedinem per labores,& anguſtias deveniendum, c.2.q.23.n.172. ibid
Sacræ Euchariſtiæ multa elogia, c.2.q.23.n.172 ibid
Euchariſtia protegit,& dat victoriam,c.2.q 23 n 174. ibid
Summa Dei liberalitas in Sacramento altaris, c 2.q.24.n 175. ibid
Euchariſtia ſatiat, & reficit,cap 2.q 23.n.176. ibid
Euchariſtia dat vitam,& immortalitatem, c.2. q.23.n.177 p.141.& q 51. num. 389. 390. & 391. p.173.& 174
Euchariſtia in ſe habet omnem dulcedinem, & omne bonum,2.q 23. n. 178. p. 142
Inter Euchariſtiam, & Crucem multa connexio,c 2.q.24.n. 181 182. & 183. ibid
Ab Euchariſtia, & Cruce noſtra protectio, & tutamen,c.2.q.24 n.180.181.182. & 183.ib.
Pœnitentia neceſſaria ad Euchariſtiam, cap.2. q 47.n 344.& 345. p. 68
Præſidio Euchariſtiæ vincimus luxuriam, c. 2. q.47.n.346. ibid
Ubi Euchariſtia,ibi corona ponitur, c. 2.q.47. n.347. ibid

Ubi

Ubi caſtitas,ibi Euchariſtia datur, cap.2.q 47. n.348 & 349. p. 169
In Euchariſtia omnis dulcedo,c 2.q.47.n 351. & 352. ibid
Euchariſtia mirabilis.c.2.q 48. n.352. ibid
Euchariſtia circundat, & munit Eccleſiam. ibid
Chriſtus in Euchariſtia nullum detrimentum patitur ab injuriis Hæreticorum,cap.2 q 48. n.354 ibid
Denudatus à mundanis guſtat dulcedinem Euchariſtiæ c 2.q 48.n.356. p. 170
Ante Euchariſtiam ros contritionis, & poſt illam devotio,c.2.q.48.n. 358. ibid
Euchariſtia ſumenda cum rore gratiæ & virtutum,c.2.q 48.n.359. ibid
Euchariſtia ad ſolem rationis diſparet, ad ignem charitatis alimentum animæ; cap 2. q.48.n.360. p 170
Euchariſtia bonis ſalus, malis interitus, cap 2. q 48 n.362. ibid
Euchariſtia ſemper ſumenda, & ſumma diligentia c.2 q 48.n 363 ibid
Euchariſtia contra incitativa libidinis, cap. 2. q.48.n.355. p.169
In Euchariſtia omnia bona,cap.2.q.48.364.n. p 170
Qui accepit Euchariſtiam, de omnibus victor, c 2.q 51.n 388. p. 173
Magna dignitas ex Euchariſtia,c.2.q.52,n.397 & 398. p. 175
Dignitatem provenientem ab Euchariſtia non eſt qui intelligat,c.2.q 52.num.399.& 400. ibid
Sacra Euchariſtia corda noſtra incendit, & inflammat in amore divino, cap.4.quæſt.44. n.404
Euchariſtia mentem illuminat,c.2.q 49.n.470. p.171
Ab Euchariſtia totus orbis illuſtratur, cap.3. q.49.n 431. ibid
Accedens ad Euchariſtiam ornatus ſit omnibus virtutibus,c.3.q.49 n.432. ibid
Multæ virtutes neceſſariæ ad Sacram Euchariſtiam ſumendam, cap.3.quæſt.56.num.494. p.269
Poſt Euchariſtiam, nihil reſtat, quod homo appetat,c.3.q 56 n.492. p. 270
Euchariſtia ſit ſumenda, ac ſi in proximo eſſet dies mortis, & judicii, cap.3.q.56 n. 493 ibid
Euchariſtia horror mortis delinitur in nobis, c 3 q.56.n.425. ibid
Summa dignitas quòd Chriſtus habitet, & maneat in homine per Euchariſtiam, c.3.q.56. n.496. ibid
Major, ac profundior cultus exhibendus eſt Chriſto in Euchariſtia, quàm in throno majeſtatis c 4 q 40.n.319. p.331
Per Euchariſtiam magna unio fidelium cum Chriſto, c.4.q 42.n 377. p. 334
Euchariſtia,liber ſignatus ſigillis ſeptem,cap.5. q.3. n 21.22.& 23. p. 339
Euchariſtia vita bonis, mors malis,cap.5.q.3. n.24.&25. ibid
Chriſtus in Euchariſtia realiter, vivus, repræſentatione mortuus,c 5.q.16.n.139.& 140. p 356
Chriſtus in Euchariſtia ſummè venerandus, c.5.q 20.n 177. p. 362
Euchariſtia ſuper omnia divina myſteria veneranda c.5 q.29 n 270. p. 376
Chriſtus in Euchariſtia triumphat, ut in ſummo ſuo opere,c.6.q 5.n.61. p 385
Ex penuria Euchariſtiæ omnia mala veniunt, c.6 q 17.n.167. p.401
Noſtra quies in Sacra Euchariſtia, cap.6.q.21. num.196. p.406
Sancti tanto affectu feruntur ad Sacram Euchariſtiam, ut etiam per mortem nolunt ab ea ſeparari, c.6.q.22.n.197. ibid
Omnis puritas,& ſanctitas pauca,& exigua ad Euchariſtiam ſumendam,cap.6.q.26.n.241. & 242. p.413
Ad Euchariſtiam requiritur puritas beatitudinis,c.7.q 14.n.122. p 443
Summa laus, & gloria Chriſti in Euchariſtia, c.8.q.1.n 7. p 470
Magno deſiderio præparatur anima ad Sacram Euchariſtiam,c.10 q.16.n.161.& 162.p.558

Examen.

Prælatus ſuorum mores examinet, c.2.quæſt.6. n.46. p. 122
Multi in examine inveniuntur iniqui. ibid

Excommunicatio.

Excommunicatio non eſt ad vindictam, ſed ad emendationem,c.3 q 38.n.329. p.245
Prælati cum dolore excommunicent. ibid

Exemplum.

Chriſti exemplo noſtras blaſphemias patienter ſuſtineamus,cap.2.quæſt.31.n. 229. & 230. p. 50
Deus exemplo ſtellarum, ac inſenſibilium monet Principes c.3 q.2.n. 13.14. & 15. p. 199
Exemplum aliorum in laboribus corroborat, c.3.q.50.n.441. p. 262
Exemplum vitæ Chriſti ſol omnibus refulgens, c.3.q 50.n.520. p.272
Exemplum Majorum valde efficax,cap.8 q.17. num. 178. p.495
Exemplum Regis, ac Principis ſequuntur ſubditi,c.9.q.22.n 216. p.528

Experientia.

Qui expertus eſt miſerias,facilè aliorum miſeretur, c 2.q.28.n.216. p. 148

Exterius.

Virtus interiùs,exteriùſque ineſt, cap. 1.q.52. num.412. p. 67

Extremus.

Sub extremis includuntur media, cap. 1.q 30. num.226. p. 38

F

Facere.

Vide *Opus.*

Fama.

Non prodeſt fama,ſi veritas deſit, c 3.quæſt.5. num.31. p. 202

Fames.

Fames comprehendit pauperes, non verò divites & potentes, c.8.quæſt.12.num.123.124. & 125. p. 487
Fame pereunt pauperes,non verò divites. ibid

Familiaris.

Vide *Amicus.*

Felicitas, ſeu Felix.

In felicitate ſunt multi qui ſequuntur, non ſic in labore,c 1.q.63.n.543. p. 87

Felicitas in Cœlo perfecta, non ſic in mundo, c.1.q 70.n.610, p 98

Feſtum.

In Feſtis ceſſandum ab operibus, ut Deum contemplemur c.1 q 38.n,285.& 286. p 47

Fictus.

Valde difficilè cum hominibus fictis, ac ſimulatis agere,c.2.q.31.n.230. p.150

Fides.

Fides ſit cum operibus, cap 1. quæſt.13.n.68. & 99.p.17. & c.3.q.23. n.185.186.& 187. p.224

Fidei veritas non in occulto,ſed apertè eſt manifeſtanda, c.1.q 40.n.302. p.50

Quæ fide creduntur in via,in patria intuentur, c 1.q.42.n.114. p.52

Maximè damnatur, qui fidem habet, & non opera,c.3.q.37.n.311. p.243

Fides ſine charitate, ac operibus aurum obſcurum,c.3.q.44.n.387. p.255

Fides illuminat oculos, c.3. quæſt.48. n 422. p.259

Fide,ac devotione aſcenditur ad Chriſtum c.4. q 2 n. 7. p.277

Quod fide percipimus,opere,& imitatione impleamus,c.6 q.1.n. o. p.379

Fides Catholica impugnatione non obruitur, ſed magis exaltatur,& clareſcit, cap.10.q.7. n.69 & 70 p.543

Mali Chriſtiani tenent fidem ſine operibus, c.11.q 5.n.34. p.566

Fidelis.

Fideles in unione conſerventur, c.1. q.1.n.9. pag 8

A Chriſti fidelibus non ſunt timendi Principes terreni,c.1.q 13.n.104. p.21

Filius.

Filii ob parentum peccata, magnam pœnam ſuſtinent,c.2.q 61 n.473. p.186

Bonus filius parentum virtutes imitatur, & ſequitur c 5.q 10.n 95 & 96. p.439

Filii dolores ſunt parentibus ſuis, c.7.quæſt.14. n. 131.& 133. p 444

Mali Filii parentes, & totam Progeniem decorant, c.7.quæſt 15 n.140.141. & 142. p 446

Finis.

Deus ſicut ad initium,ſic & finem, cap.1.q 76. n 652. p.106

Deus noſtris laboribus dat finem, cap.10. q.12. n.119 & 120 p.550 & 551

Finis vitæ peculiare Dei beneficium, c.10 q.11. n. 07. p.548

Fortitudo.

Injuſto duplex fortitudo interna, & externa fidei, & operis, cap 3.quæſt.29. num.239. p.232

Fortitudo animi victoriæ ſignum c.6.q.6.n.71. 72.& 73. p.387

Fortitudo Dei maximè declaratur in ſufferendis hominum Peccatis, cap.6. q.21. n.198. 199.& 200. p 406.& 407

Franciſcus.

Sanctus Franciſcus liber ſignatus ſigillis ſeptem apparens in Apocalypſi cap.5 q.5.n 37. p.341

Sanctus Franciſcus Angelus ab ortu ſolis cum ſigno Dei vivi c 7 q.4.n.37. p.430

Sanctus Franciſcus fuit homo Angelicus, c 7. q 4.n.38. ibid.

Sanctus Franciſcus ſol exortus in mundo, c.7. q 4.n.39. p.431

Sanctus Franciſcus portat, ſignum Dei vivi, c.7 q.4.n.40. p.431

Plus datur in Franciſco, quàm exoptatur in anima Sancta. ibid.

Chriſtus vehementer dilexit Sanctum Franciſcum,c.7.q 4 n.41. p.431

Fuga, ſeu *Fugere.*

Non fugitivos Chriſtus revocat, cap. 1. q 39. n 291. p48

Fructus.

Qui fructus ſuos Deo dedicat, benedicitur ab ipſo,c.6.q.14.n.148. p.398

Futura.

Omnia futura ſæcula in Dei potentia, ac conſpectu,c.4 quæſt.22. n.178.179 180 & 181. p. 03

Princeps,& Prælatus prævideat futura,ut ſuum munus rectè adimpleat, cap.4.q.35. n.318. p.313

G.

Gabriel.

Gabriel Angelus revelat Apocalypſim Ioanni,c.1.q 7.n 42. p.13

Ad magna Dei miniſter deſtinatur, ut valde fortis,c 5.q.7 n 57. p.344

Gaudium.

Ante Gaudium multa triſtitia præmittenda, c. 1.q 79.n.678.& 679. p.110

Gaudium ſpirituale valde magnum,cap.5.q.19 n.175. p 357

Deus largè dat gaudia,triſtitiam parce, cap.5. q.19 n.176. ibid,

Generoſitas.

Vide *Animus.*

Gladius.

Gladius verbum Dei,c.1.q.67 n.571. p 92

Gladius ab ore Chriſti ſententia condemnationis,c 1.q.68 n.581.n 581. p.94

Tribus modis Chriſtus gladium geſtat, cap 1. q.68 n 582. ibid.

Gladius unde derivatur. ibid.

Gladius ad puniendum decor Regis,ac judicis, c.1.q.68.n.587. p.95

Gladius legum cuſtodia,c.1.q 68 n 588. ibid

Gloria Vana.

Omnis gloria, ac dignitas diſparet ad conſpectum Ieſu c.4 p.41.n.369. p.332

Vide *Iactantia.*

Gloria Cœleſtis.

Vide *Beatitudo.*

Gratia.

Gratia ſui communicatione non minuitur, ſed augeſcit,c.1.q 50.n.395.& 396. p.64

Non ſua, ſed Dei gratia ſtat, & lucet homo, c.1 q 64.n.550. p.89

Bona opera noſtra à Dei gratia,cap.2.q 3.n.19. p.117

Quos divina gratia tangit magno fervore feruntur c.3 q.23 n.179. p.223

Cum minori gratia negotiatur major,c 3 q.43. n.381. p.254

A gratia Dei adjuvante, ac præveniente libere trahitur homo,c.3.q.52.n.460. p.264

Qui noluit experiri Dei gratiam,ſentiet dominium diaboli,c.9.q.14 n.135. p.517

Gratia

Gratus, ſeu *Gratiarum actio.*

Grati ſimus ei, à quo beneficium accepimus, c.1.q.1.n 8 p 8

Pro beneficiis gratiæ Deo perſolvendæ, cap.1. q.25.n.184 185 & 186. p. 31

Sancti ſua merita Deo tribuant, c.4.quæſt.16. num.130. p.295

H

Hæreticus.

DOctores Catholici Hæreticos conculcant, c. 10. q.7.n 68. p.543

Hæretici, ac Schiſmatici cum Hæreticis computantur, c 11.q.5.n,36. p 566

Heretici blando eloquio decipiunt, cap.9.q.6. num. 57. p.505

Hæreticus temporali authoritate fultus multum nocet,c.9.q.6.n.59.ibid & q.24.n.218. p. 530

Hæretici ſemper ad malum intenti, cap.9.q.6. n.60. p 506

Hæreticus de uno malo in pejus labitur,cap 9. q 6.n 63.64.65.& 66. p 506

In Hæreticis totum eſt falſum, & fictitium, c.9.q.10.n.98. p 511

Hæretici cum multo furore impugnant Eccleſiam,ſed inaniter, cap.9.quæſt.10.num.97. ibid.

Hæretici ſuos auditores dilacerant, ac jugulant,c.9.q.11.n.102. ibid

Hæretici ſuam doctrinam fuco componunt, c. 9 q 11.n.105. p.512

Hæretici inconſtantes. ibid

Hæretici maximè obſtinati, cap.9.q.12 n 114. p 514

Diſputationes Hæreticorum ſunt ſtrepitus animalium irrationalium,cap.9.q.12.num.116. ibid

Hæretici ſunt veluti ſimiæ Sanctorum Prædicatorum, c 9. q 12.n.117. ibid

Hæretici inter ſe diviſi,ac diſcordes, ad impugnandam Eccleſiam concordes; c.9. quæſt. 12.n.118.119.120. ibid

Hæretici primò blanditias, ſuum poſtea venenum manifeſtant,cap.9.quæſt.2.n.19. & 20. p. 500

Hæreticorum doctrina obſcura,& fætida, c.9. q 3.n 23. p.501

Hæretici uniuntur contra Eccleſiam, c.9.q.4. num.44. p.504

Hæretici gulæ,& veneri dediti, cap.9.q.4.n 45. 46.47.& 48. ibid

Hæreticus inconſtans, & per ſuperbiam evaneſcit,c.9 q.5.n.50 ibid

Hæretici terrena tantùm ſapiunt, c.9 quæſt 5. p.505

Hæreſis omnia peccata ſecum defert, c.9.q.13. n.121. p.515

Hæretici igne exterminentur, c 9.q.13. num. 123. ibid

Cum Hæreticis in gladio oris Domini pugnandum, c.2 q.39.n.284. p. 159

Cum Hæreticis diſtricto gladio pugnandum. ibid

Hæreticis aſſociantur malæ mulieres,c.2.q.59. n 444. p 182

Hæreticorum impietas detegenda, cap.2.q 62. n 481. p. 187

Hæreticorum proprium eſt doctrinam ſuam extollere,& ſubl mare, c 2.q 63.n.495.496 & 497. p 189

Hæretici dum contra Eccleſiam inſurgunt, contra ſe ipſos agunt, c.2.quæſt 63. n.498 ibid

Hæretici pravo ſenſu Scripturam ad ſuos errores detorquent, cap.6 quæſt.12. num 124. p.395

Hæreticus ſtella erratica fugiens lucem,cap 8. q.15.n.154. p.492

Hæreticus faſtuoſus,& ſuperbus c.8.quæſt.15. n.155. ibid

Dogmata Hæreticorum tenebroſa, cap.8.q.15 n 156. ibid

Hæretici fœtidum mittunt odorem, c.8.q.15. n.156.& 157. ibid

Hæretici omnia reddunt mortifera,cap.8.q.16. n.159. ibid

Hæreticus peſtifera miniſtrat, c.8.q.16.n.160. ibid

Hæretici deſtinati ad ignem, c.9.quæſt.1.n.16. p.500

Hæretici omne venenum evomunt,cap.9.q.22. n.210 p. 527

Vide *Infidelis, Idololatria.*

Homo.

Homo cùm impugnatur à diabolo, Jeſum habet defenſorem, c.1.q.6.n.41. p 13

Homo, & Angelus à ſuo capite Chriſto ſuſcipiunt juſtitiam,& gratiam, c.1.q.54.n.439. pag. 71

Non ſua, ſed Dei virtute ſtat, & lucet homo, c.1,q.64.n.550. p 89

Magna ignorantia, quòd homo exiſtimat ſibi eſſe ſufficiens, cap. 3. quæſt. 41. num.358. p. 250

Homo miſer in Deum,Deus liberalis in hominem,c.3.q.52.n.465. p. 265

Homines inſerviunt ad pœnam, ſolus Jeſus ad ſalutem,c.5.q.9 n.71.72.& 73. p. 346

Deus plus invigilat ſuper homines, quàm ipſi ſuper ſe ipſos,c 4.q.14.n. 150. p. 358

Magna excellentia humanæ naturæ poſt Incarnationem, cap.7. quæſt. 24. num. 203. p 456

Homo varius,& inconſtans,c 9.q 10.num.99. 100 & 101. p 511

Homo duplici facie multùm potens, c 9.q.24. n 231. p.530

Maximè homo afficitur ad opus ſuum, cap 9. q.25 n.239. p. 511

Homo vult cohoneſtare ſuos pravos mores, c.9.q.25.n.251. ibid

Adeo iniquus eſt Homo, ut beneficiis deterior fiat, c.11.q.10.n.151. p. 583

Honor.

Chriſtus reproborum honori conſulit, cap 1. q.27.n.195. p. 34

Peculiaris Honor maximè declarat dignitatem perſonæ, cap. 4.q.13. num. 108 & 109. p.291

Ille vere Deum honorat, qui non ſuum, ſed Dei quærit honorem,cap 4.quæſt.38.n 347. p. 312

Honor, & gloria, quam Deo exhibemus, in nos redit, c. 4 q.38.n.348. ibid

Qui maximè eſt honorandus à Patre, maximè debet ipſum honorare, cap. 7. q.20. n.176. p. 452

Humilitas.

Deus humilibus dat gratiam, ſuperbis reſiſtit, c.5.q.12.n 99. p. 350

Humilis dejicitur potens ſua potentia ſe tuetur, c.5.q.13.n 111. p. 352

Humilitas Dei amorem nutrit, & exercere facit, c.5.quæſt. 20 num.178.179.& 180.p. 362.& 363

Prælatus in dignitate de ſe humiliter ſentiat, c 6.q.11.n 118. p. 394

Sancti quantò magis exaltantur, tantò magis humiliantur,c.1.q.10.n.65.66.& 67. p. 16. & c.7 q 20.n.1 4 p.452

Humilitas nos ſuper homines extollit, & ad Deum evehit, c.10.q 2.n 15. p. 535

Humilitas facit magnam exaltationem in Cœlo,c.11.q 25 n.202. p.590

Magna beneficia in nobis magnam humilitatem expoſcunt, cap.11.quæſt 31. num. 242. p.597

Ab humilioribus ad majora progrediendum, c.1.q.3.n.21. p.10

Humilis fit particeps myſteriorum Dei,c.1.q 5. n.31.& 32. p. 12

Chriſtus valde humilis vult apparere, c.1.q 16. n 128. p.23

Si ſublimes humiliantur,infimi aſcendunt, c.1. q.58.n.479. p. 78

Ex humilitate præclara facinora prodeunt c.1. q.63.n.539. p.87

Tantò quis ſe magis obſcurat,ac dimittit, tantò fulgentior apparet,cap.1.q.70.n.615. 616. & 617. p.99

Qui ſe humiliat,indilate multis donis erigitur, cap 1.q.75.num.645. p. 105.& c.4.q.33.n. 298. p.320

Humilis omnibus bonis cœleſtibus ditatur,c.2. q.30.n.222. p. 149

Humilibus myſteria Sacræ Scripturæ panduntur,c.3.q.22.n.174. p.222

Deus humilibus dat conſolationes. ibid

Fides facit humiles,c.3. q.23.n.181. p 223

Chriſtus de ſe humilia prædicat, abſcondit decora, cap.3 q 32.n.268.p.236.& c.4.q.8.n. 48 & 49. p. 282

Qui ſe dejicit, ac humiliatur propter Deum, coronatur,& exaltatur,c.4.q 16.n.133.134. & 135. p.295. & 296

Chriſtus cum ſua ſuprema majeſtate conjunxit ſummam humilitatem, c.5.quæſt.12.nu.96. p. 350

Hypocriſis,ſeu hypocrita non fallit Deum, qui omnia interiora agnoſcit cap.3.quæſt 2.n.7. p.198

Hypocriſis virtus non culta, ſed colorata, c.3. q.5.n.30. p 202

Hypocriſis graviſſimum malum ſuper omnia, c.3 q.37.n.320. p.244

Hypocritæ ſimulantes juſtitiæ zelum aliorum opera examinant cap.6.quæſt.12.num.125. p. 395

Simulata juſtitia omnibus armis nocentior, c.6 q.12.n 126. p. 395

Hypocriſis efficaciſſimum medium ad ruinam, & perditionem, cap.6 q.17 n. 169.170 & 171. p 402

Ex omnibus peccatoribus hypocritæ damnantur c.8 q.12 n.122. p 487

In hypocriſia omnia tenebroſa,cap.8. quæſt.17. n. 171. p. 495

Hypocrita jejunus videtur, & cuncta devorat, c.9.q.22.n.213. p 525

I

Iactantia.

Iactantiam etiam in verbis fugiamus, cap.5. q 26.n.237, p 371

Idololatria.

Idololatria comes, ac ſocia luxuriæ,cap 9 q 4. n.46.47.& 48. p 504

Mala vita parat viam ad idololatriam, c.9. q. 25.n.236. p 537

Pudor eſt,adorare ea,quorum tu es auctor,c.9. q.25 n.238. p. 537

Ieſus.

Jeſus nomen lux ad omnem doctrinam, cap 1. q.2.n.13. p.9

Ieſus nomen revelat,& aperit myſteria, cap.1. q 2.n 14. ibid

Ieſus nomen noſtra protectio,ac armatura,c.1. q 2.n.15.16.& 17. ibid

Virtute nominis Ieſus omnia adverſaria ſuſtinentur,ac ſuperantur,cap.2.q.7.n 61.62.63. & 64. p. 124

Nomen Ieſus robur, & fortitudo contra omnes poteſtates, cap. 2. quæſt. 7. num. 64. ibid

Ieſus nomen novo corde ſcribendum, c. 2. q. 52.n.395. p. 174

Ieſus nomen lapis ad hoſtes deſtruendos,cap 2. q.52.n 396. p. 175

Literæ nominis Ieſus luces animæ, ac claves regni Cœlorum, cap. 4. quæſt. 2. num. 14. p.277

Vide *Chriſtus*.

Iezabel.

Quæ ſit ſignificatio hujus nominis? c. 2.q.58. n.442. p. 181

Hæc Jezabel, de qua in Apocalypſi fit mentio erat quædam peculiaris mulier, cap.2.q.58. n.440.& 441. ibid

An uxor Epiſcopi? cap 2. quæſt. 58.num.442. ibid

Ignorantia, ſeu *Ignorans*.

Ignorantiæ nota obumbrat ſupremam dignitatem,ac obſcurat,cap 5 q. 11. num. 86.& 87 p.348. & 349

Ignorantiæ nota Epylogus miſeriarum. ibid

Imitatio.

Chriſtus omnibus ſe imitandum proponit,c.2. q.4.n.25. p.118

Quod fide percipimus, imitatione impleamus, c.6.q.1 n.10.11.& 12. p 379

Imperium.

Bonus Prælatus non urget imperio, ſed precibus,c.3 q.42.n.370 p. 252

Vide *regnum*.

Impius.

Impii Deum adorant ob pœnam, cap. 1.q.25. n 182. p.31

Impii venerantur punitorem, juſti benefactorem, cap.1. quæſt. 26. num. 191. & 192. pag 33

Impiorum maximus dolor, quòd ex deliciis tranſeant ad cruciatus,cap.1.q.27.num.293. ibid.

Impii obdurati in ſua malitia,cap 2.q.6.n.48. p.122

Tolerandi

Tolerandi impii, an ſi fieri poteſt emendentur, c.1.q.31.n.228. p.150
Impius ſedes diaboli juſtus thronus Dei, cap.1. q.40.n.293. p.1 0
Malum, quod impius parat in juſtum, in ipſum retorquetur, c.6 q.9.n.99. p.391
Impius facit malum occulte, quando non poteſt aperte, c.9.q.6 n.58. p.505
Impii cum videntur ceſſare à malo, tunc incipiunt. c.9.q.14 n 2 6 p.529
Impiorum commercium contra juſtos Deus in majorem eorum gloriam ordinat, c 11.q.23. n.185. p.588
Deus impium permittit in majora peccata cadere ut rigidiùs puniatur, c.11.q.23. n.187. ibid.
Vide *Peccator.*

Incarnatio.
Dei Verbum aſſumens naturam humanam, ejus fragilitatem non reſpuit, cap.1. q.53. n 422. p.68
Incarnatio Verbi incomprehenſibilis, c 1.q.55. n.446. p.72
Unio Divinitatis cum humanitate generat in nobis flagrantiam fidei cap.1 q.58.n.476. pag 77
Incarnationis myſterium inſcrutabile à noſtro intellectu, c .q 74.n.637. p 103
Incarnatio Verbi D. reconciliatio generis humani c.2.q.10.76. p 286
Poſt incarnationem multâ gloriâ homines nobilitantur c 4 q.14.n.14.n 110. p.292
Incarnatio magnam lætitiam mundo attulit, c.4.q.25.n.224. p.309

Inconſtantia.
Valde inconſtans eſt homo, c.9 q. 10. n.99. p.511

Incipere, vel *Incipiens.*
Benè perficiat, qui benè cœpit, c. .q.57.n.429. p.124.& q 57.n.429. p.180
Opera incœpta non conſummata perduntur, c 3.q 8.n.59. p.205
Opus tunc approbatur à Deo, quando conſummatur, non verò quando incipitur, c.3.q.15. n.22. p.214
Fortiter ſtandum, ne cadas à bono incœpto, q.26.n.104. p.227
Melius eſt non incipere, quam incœptum non perficere, c.3 q. 7 p.3 4. p 243
Incipientes aliquando deficiunt, c.9. Exp. 2. n.33. p 503

Injuria.
Juſtus obliviſcitur injuriarum c.1.q.36.n.265 p 44
Vide *Inimicus.*

Infernus.
Summa & extrema eſt horribilitas inferni. c.4. q.17.n.14 . 144, & 145. p.297
Locus damnatis deputatus, maximè damnatis horribilis, c.4.q.17.n 145 p.298
Qui omittit memoriam inferni, in ſupplicium æternum cadit, c.5 q.6.n.48. p 342
Inferni memoriam peccatores abjiciunt poſt tergum, c.6.q.19 n 179. p 463
Infernus ſemper ſequitur diabolum, ubicunque ſit, c.6.q.19.n.180. p.404

Infideles, ſeu *Infidelitas.*
Infidelitas ſocia luxuriæ, c 9.q.4. n 46 47. & 48 p.504
Vide *Hæreticus.*

Infirmitas.
Infirmitas conducit ad emendationem, cap 2. q.60. n.459. p. 184

Ingratitudo.
Ingratitudo multorum malorum index, & cauſa c. 0.q 6.n.63.& 64. p 542
Ingratitudo Deum ab homine relegat. ibid

Inimicus.
Pro inimicis orare regia virtus, c.1 q.35.n.260 p.43.
Inimici Chriſti conculcandi ab eo, c. 1 q. 59 n.487 p. 79
Nullius crudelior, ac periculoſior inimicus, quàm familiaris, c.2.q 31.num. 231. & 232 p.151
Magna gloria, quòd inimici, qui te perſequebantur, te venerentur, cap.3 q 23.num.184. p.223
Perfecta charitas pro amicis, & inimicis orat, c.5.q.22.n.199. p 365

Innocens.
Innocens omnium victor, nocens verò victus, c.6.q.6.n 70. p. 387

Intelligere, vel *Intellectus.*
Intelligentia mentis fulgeat in actionibus, c.1. q 63.n 541. p 87
Qui vult judicia Dei cognoſcere, & intelligere, tanquam mortuus non videt, nec intelligit, c.1 q.74.n.637. p. 103
Ad magna myſteria intelligenda relinque terram evola ad cœlum, c.4.q.3. n.19. & 20. p.278
Vexatio dat intellectum, c.8.q.16.n.163.164. 165. p. 493
Amor cupiditatis obſcurat intellectum, c. 9. q.3.n.28.29.& 30. p. 502

Intentio.
Opùs ſine recta intentione perit, c.3.q.8.n.57. p.205.
Ex bona, vel mala æſtimatione opus habet ſuum valorem vel æſtimationem, c 3.q. 0. n.70.71 & 72. p 207
Omnis noſtra operatio in Deum tendat cap.3. q.14.n.106. p. 212

Interrogare.
Vir prudens non veretur interrogare myſteria fidei, ut diſcat, c.7.q.27.n 229. p. 460

Invidia.
Invidus maximè torquetur aliorum gloria, c.6. q.29 n.231. p. 412
Invidia aſſociatur crudelitati, c.8.q.11.n.113. p.485
Invidia comes homicidii, c.8.q. 11. n.114. & 115 p 486
Invidia ſuper omnes inimicos tendit inſidias, c.8.q.11.n.116. p. 476

Joannes Baptiſta.
Ioannes Baptiſta unus pro hominibus Angelus, c.10.q.3.n.26. 537
Virtutes Baptiſtæ nequeunt explicari, c.10.q.3. n. 27 ibid
Baptiſta potius videtur natus in cœlo, quàm in terra, c.10 q.3. n. 18. ibid
Baptiſta filius gratiæ ſuper ordinem naturæ, ibid
Admirabilis Ioannis pœnitentia, c.10.q.3.n.29. p. 538
Baptiſta tranſgredi videtur perfectionem Apoſtolicam. ibid
Ioannes nuntius pacis, c.10.q 3. n. 30. ibid

Joannes inter puros homines luminare majus, c.10.q.3.n.11. ibid
Similitudo Baptiſtæ pro eximio beneficio promittitur victori, c 2.q.67.n.385 p.195
Baptiſta prima vox in cœlo, c. 4. q.1.num.3. p.275
Baptiſta maximè honoratur, quòd primus prædicat regnum cœlorum.c.4.quæſt.1.num.4. p.276
Joannes Baptiſta per accomodationem Dei poteſt dici Alpha, & Omega. ibid
Baptiſta in omni genere, & populo primatum tenet, c.4.q.1.n.5. ibid
Baptiſta in omnibus primatum tenet, c.4 q.1. n 6. ibid
Baptiſta quodammodo index divinæ omnipotentiæ ad omnia poſſibilia, cap. 1.q.1.n.7. ibid
Joannes Baptiſta Angelus fortis convocans ad Chriſtum, c 5 q.7.n.58. p.344
Baptiſta etiam poſt mortem fungitur officio vocis, ac timetur, c.5.q.7.n.59. & 60. ibid
Conſtantia Joannis valde mirabilis, c.10.q.3. n.52. p. 538
Joannes finis veteris teſtamenti, & principium novi, c.10.q.3.n.53. ibid

Joannes Evangeliſta.

Evangeliſta dicitur Theologus. Procem. q. 1. n 4. & q 4.n.27. p.2
Evangeliſta virginitate, veluti Angelus, c.1.q.7. n 49 p.14
Joannes à Verbo tractatus vas puriſſimum invenitur ad alia myſteria denuntianda, c 1. q.8.n.52. ibid
Joannes indicat magnam auctoritatem Apocalypſeos, c.1 q.7.n.46 p.13
Ex eo quod Joannes filius adoptivus eſſet Virginis, tam altam habuit cognitionem, c.1. q.8.n.53
Labores dicti à Joanne leviores fiunt, c. 1.q.8. n 54. ibid
Joanni intimo amico revelat Deus ſua ſecrera, c.1.q 8.n 55. p.15
Joanni grato, ac virgini tot myſteria revelantur c.1.q 8 n.56. ibid
Joannes, qu a Virgo ad divina evolat, c.1.q 8 n. 57. & 58. ibid
Joannis teſtimonium illuſtriſſimum, & ſuper omnem conditionem, c.2.q.8.n.74.75.76. & 77. p.18
Joannes Divinitatis organum, c.1.q.11. n.76. ibid
Joannes ſocius Virginis in martyrio, eodémque martyrio cum illa patitur, cap.1 q 35. num.50. p. 41
Joannes modò ad divinam Chriſti naturam, modo ad humanam volat, c.1.q.57 n.469. p 76
Deus multis modis honorat, ac glorificat Joannem, c 1.q.75.n 643. p. 104
Evangeliſta in ſuis excellentiis præcellit cæteros, c.1.q 75.n.645. p.104
Magna eſt ſublimitas dignitatis Joannis, cap.1. q.80.n 685. p. 111
Joannes ſic eſt elevatus, ut tranſcendat naturam humanam c 1.q 80.n 686. ibid
Chriſtus committit Joann matrem, & ſponſam Eccleſiam, c 1.q 80 n 687. p 112
Evangeliſta teſtatur de ſuo raptu, non verò Paulus, c 4.q.4.n.26. p. 279
Joannes an in raptu manſerit ſine ſenſibus, c.4. q 4 n 28. ibid
Joannes cognoſcebat, ac intelligebat ſuas viſiones, c 4 q.5.n.29. & 30. ibid
Joannes conſtitutus eſt à Chriſto Vicarius in ſua Eccleſia ad explicanda ſuperna myſteria. c.4.q.31.n.267. p. 315
Joannes ultra ſphæram humanam aſcendit, ut Deum agnoſceret, c.4.q.31.n.269. p. 316
Cognoſcere divina myſteria privilegium peculiare Joannis, c.4.q.31.n. 271. ibid
Quare Joannes ponit ſuum nomen cùm Moyſes illud tacuerit, c.1.q.9 n.59. p. 15
Joannes Magiſter Angelorum eſt conſtitutus, c.4.q.31.n.272. p.317
Joannis excellentia quadam figura explicatur. c.4.q.31.n.273. ibid
Evangeliſta tranſcendit homines, & Angelos, c 5.q.10.n.76. & 77. p.337
Plura revelata ſunt Joanni quàm ea, quæ ipſe ſcripſit, c.10, q 10 n 9. p. 546
Joannes adhuc hodie prædicat, c. 10 q.17.n. 163. p.558
Joannes altiùs cæteris myſteria Dei intonat, c. 10.q.17.n.164. ibid

Ira.

Deus dat ſigna, ut fugiamus ejus iram, c 1. q.56.n.454. p.74
Oculus igneus ſignum iræ. ibid.
Multi ſunt affectus iræ, & furoris, c.9.q.19. n 193. & 194. p.525
Potentes ſæculi timeant iram Dei, c.11.q 26. n.211. p. 592
Noſtra ira ſollicitat iram divinam, c.12 q.32. n.250. p. 599
Qui parva Dei ira non emendatur, in magnam iram incidet, c.11.q.32.n.252. p.599
Ira ſecum devolvit omnem miſeriam, nequitiam, ac malum c.11.q.32. n 254. 255 & 256. ibid
Per iram transformatur homo in nequitiam diaboli. ibid

Judex.

Pro diverſitate cauſæ Judex conſideratur ſuavis, vel terribilis, c.1 q.29 n 213. p. 36
Ex Judicio præſenti multa verecundia, c. 1. q 29. n.215. ibid
Chriſtus Judex ad puniendum impium veluti plures apparebit, c 1.q.31.n. 234.235 & 356 p. 39
Non Judex ſed merita dicant ſententiam, c.1. q 50.n.393. & 394. p. 64
Judex ſit perſpicax, c.1.q 53.n.429 p.70
In Judice ſit maturitas, & non acceptio perſonarum. ibid
Judicis manus aliena ſit à muneribus, c.1.q 64. n.555. p. 89
Judex ante ſententiam rem conſideret, & examinet. c.1.q.64.n.556 & 557. ibid
Gladius decor Judicis, c.1 quæſt. 68.num. 588. p 95
Judex ſit moroſus in puniendo, c.2.q.15.n 119. 120. & 121. p. 133
Ille Judex mi ſeretur, qui paſſus eſt miſeriam, c 2.q.18.n.215.216. p 148
Sanctis datur nationes judicare, c. 2.q.65.n. 515. p 192
Ex muneribus acceptis corrumpitur Judex, cap 3. quæſtion.41 num.356.357. & 358. p.250

Deus Judex oſtendit præmia juſtorum, & ſupplicia iniquorum, c 4 q 9.n.67. p.285
Judex non revereatur perſonas, c 6.q 11.num. 117. p.394

Judicare.

Homo præ oculis habeat Dei Judicium, ut inde diſcat alios judicare, cap.4. q.14. n. 112. p.292

Judicium.

Non fidendum noſtro judicio, c.3.q.8.num.55. p.205
Judicium clarè & patenter exerceatur, cap. 1. q.29.n.214. p.36

Judicium finale.

Valde utilis extremi judicii recordatio, c.1. q.15.n.116.
Si benignitas non adducit adducat timor judicii, c.1 q.26.n.190. p.55
Chriſtus dicitur citò venturus ad Judicium, c.1 q 27 n 19. p.34
Chriſtus in judicio finali tanta ita apparebit, ut alius poterit exiſtimari, c 1. q.27. n 196. ibid.
Judicis memoria terret cap.1 quæſt.15.n.117. p.22
Judicii timorem voluit Deus hominem habere à ſua creatione cap 1, quæſt.15. num.118. ibid.
Judicii finalis recordatio ſemper ſit ante oculos, c 1 q.28.n.208.209.& 210. p.35
Terrenis ſæviſſimum fiet judicium, cap.1 q 29. n 212 p.36
In extremo judicio nulla apparebit miſericordia, c 1.q 48.n.369. p 60
Memoria judicii valde efficax. ibid.
Sententia finalis judicii valde timenda, cap.1. q.69.n.593. p 96
Judicium nunc terret bonos, & in fine percutiet malos c.1 q 69 n.395. p.96
Juſtus puriſſimus ad conſiderationem extremi judicii contremiſcit, cap.1 quæſt.72.n.626. p.101
Deus venit peccatoribus ad judicium quando magis ſomno indulgent, cap 3. q.11.n.76. p.208
Quo tempore judicii ſigna erunt, cap.6 q.30. n 262 & ſeqq. p 46
Signa judicii myſticè exponuntur, c. 6. q. 31. n.269. p.418
Tanta erit ira Dei judicis, ut cœlum, & terra videantur fugere ab eius conſpectu, cap.6. q 32 n.284. 85 & 286. p.421
Finale judicium multum timendum, c.6. q.33. n 290. p.422
Ad Dei judicium parum fidunt ſancti de ſua juſtitia c.6.q 33.n 289. p.421
In extremo judicio nullum erit miſericordiæ, ac pietatis ſignum, c.6 q.34 n.298.& 299. p.423
Facies Dei irati in judicio duriſſimum tormentum damnatis, c.6. quæſt.35.n.301. & ſeq. p 424
Veniente Chriſto ad judicium nullus muſſitabit, c 8.q 1.n.10. p 470
Vox Chriſti in judicio terrifica, ut rugitus leonis, c.10.q 8 n 76 77.78.79.80.& 81.p.544 & 545

Juſtitia.

Juſtitia, & miſericordia ſimul aſſociantur, c 1. q.50.n.389. p.63
Tam bonus odor eſt juſtitiæ, ac ut miſericordiæ c.1 q 59.n.494. p.80
Juſtitia in peccatores ictum duplicat, c.1 q 69. n 594. p 96
Juſtitia miſericordia circumvallanda, c.2.q.17. n 131. p 135
Juſtitia Prælati ſit inflexibilis, c.2.q.66.n.5 6. p.193
Juſtitia in Prælato ſit cum miſericordia, c. 2. q 66.n.527. p.193
Principis juſtitia nec moveatur odio, nec amore c 2.q.66.n.529. p.194
Juſtitia ſit cum miſericordia, & charitate, c.3. q 59 n.519. p.273
Rigor juſtitiæ habeat admixtam miſericordiam c 4 q.9.n.69.70 71.& 72. p 285
In Chriſto pietas, & juſtitia c. 10.q.2.n.20.21. & 22. p 539
Juſtitia in Principe neceſſaria ad cuſtodiam legum c.11.q 2.n 12. p 562
Juſtitia cum miſericordia eſt aſſociata, c. 1. q.2 n.16. ibid.

Juſtus

Juſti, qui pro Chriſto moriuntur, vitam non perdunt, ſed in melius commutant, c.2. q. 36.n 265. p.136
Juſtorum gloria ſemper vivens, c.2 q.36.n.266 ibid.
Impius ſedes diaboli, juſtus thronus Dei, c.2. q.40.n.293. p.160
Juſtus omnes iniquos ſuſtinet, c.2.q.41.n 300. p.162
Juſtus quò magis exaltatur, eò magis humiliatur, c.1.q 10.n.65.66 & 67. p 16.& 17
Iuſtis pax, ac ſerenitas conſcientiæ eſt, c 1.q. 14. n.107. p.21
Juſtus per Dei dona luminaria ad docendum, c.1.q.17.n.131. p.24
Juſtus Dei ſedes, ac templum, c 1.q.17.n.132. 133.& 134. p.24
Juſti Deum adorant ob gloriam, impii ob timorem c.1.q 25 n.186. p 31
Juſti venerantur benefactorem, iniqui punitorem, c.1.q.26 n 191.& 192. p.33
Juſti obliviſcuntur injuriarum, c.1.q.36 n.265. p.44
Juſtus non timet adverſariorum minas, cap.1. q.36 n.267. ibid.
Juſtus iniquorum conſiliis non deprimitur, ſed exaltatur, c.1.q.37.n.269. p. 5
Adverſa non minuunt, ſed adjiciunt vires juſto c.1.q.37.n.270. ibid.
Juſti omnia cooperantur in bonum, c 1.q 37. n.274.275.& 276. ibid.
Juſti multi, c.1 q 53 n.447. p.69
Juſtorum pœnitentia à perſeverantia. ibid.
Juſti à Chriſto candidi. ibid.
Juſti calidi Dei amore, frigidi mundi concupiſcentia. ibid.
Juſti valde ſublimes. ibid.
Juſti conformantur in omnibus cum Dei voluntate, c.1 q.53 n.428. p.69
Juſtus in culmine virtutis ſe peccatorem reputat, c.2.q.55.n.438 p.73
Juſtus etſi ſenex quotidie innovatur. c.1.q 55. n.44. ibid.
Mira juſtorum conſtantia, ac perſeverantia, c 1 q.55.n.450. ibid.
Noviſſimi juſti licèt magni meriti miraculis non fulgent, c.1.q.59.n.489. p.79

Noviſſim

Noviſſimi juſti fortiſſima tribulatione probantur,c 1.q.59.n.490. p.79
Iuſti cadunt in faciem, impii in terram retrorſum c.1.q 75.n.650. p 102
Iuſtus nequaquam mori videtur, cap.1.q.77. n 663. p 108
Iuſtus, & ſanctus adhuc eſt, qui facti pœnitens dolet c.2.q.12 n.96. p. 130
Iuſti inter anguſtias, & labores cantant, c 2. q.26.n.203.204.& 205. p.146
Iuſti ſua merita Deo tribuunt,c.4.q 16.n.130 p.295
Iuſtorum vita malis eſt odioſa, c.2.q.31.n.236 p.150
Iuſtus in perſecutione elevatur ſuper perſecutores ſuos,c.2.q 33.num.241. 242. & 243. p. 153
In juſtum majora bella, ac tentationes excitantur c.2 q.34 n.249. p.154
Diabolus multis, & variis modis juſtos perſequitur,cap 2 quæſtion.35 num 250.& 257. p 155
Deus in juſtos minas, in peccatores conjicit pœnas c.2 q.44.n.329. p 166
Iuſti in ſuis laboribus multam habent conſolationem & levamen,c.2 quæſt. 46. n. 340. p. 68
Iuſtus dignus eſt,ut alios judicet, ac regat,c.2. p.65 n.516. p. 92
Iuſtus inter malos bene vivere rarum & laude dignum,c.3.q. 2.n.89. p 210
Iuſti pauci,& rari, c.3.q.12.num 90. 91. & 92. ibid
Eadem preſſura qua iniqui pereunt; juſti exaltantur,c 3 q 24.n. 195. p 225
Juſti ſignificantur per columnas, cap.3 q 29. n 238. p.232
Juſtus eſt tanquam columna,trophæum,ac vexillum divinæ gratiæ,c.3.q.39 n.251.&.252. p 234
Ornamentum animæ juſti virtus,c.3.quæſt.47. n 413 & 414. p. 258
Juſti caſtigatione proficiunt,cap.3 q.50.n.443. p 262
Juſti pauci,c.3.q.55 n. 481. p. 268
Chriſtus in ſanctis,ac juſtis habitat,cap.4.q.5. n 35. p. 280
Juſtorum mors.
Vide *Mors.*
Iuſti ſe reſpiciunt,& diſcutiunt,c.4.q.35.n.310. p 322
Iuſti non ſolùm ſibi volunt Deum, ſed idem ſtudium volunt habere alios, c. 4. q 36.n. 317.p 325.
Iuſtorum lætitia valde magna,c.5.q 29.n.275. p 377
Iuſtus de aliorum ſalute gaudet, cap. 7 q 24. n 206.207 & 208. p. 457
Iuſtus templum,& thronus Dei, cap.7.q.30 n. 255. p 464
Iuſtus potius,vult mori, quàm videre Dei injurias,c.9 q 9.n 85. p. 509
Deus juſtis dat gloriam, iniquis punitionem, c.10.q.13.n.128.129.& 130. p. 552
Iuſti uniuntur,iniqui ſunt diviſi, c.11.q.5.n.33 p 566
Concilium impiorum contra juſtos Deus in majorem eorum gloriam ordinat,c.11 q.23. n.185. p 598

L

Labor.

Finis in laboribus levamen, cap.1.q 4.n.25. p.11
Labor, ac tribulatio ſecum habet opem divini auxilii, cap.1. quæſt. 6 num 40 41.& 42. p.13
Ex ſocietate minuitur labor, c 1.q.33. n.251. & 252. p 42
Spes Regni minuit omnem laborem,c.1.q 34. n.253. ibid
Labor negotiatio regni cœleſtis, c.1. q.34 n. 254. ibid
Labore, ac patientia obtinetur regnum cap.1. 35.n.262.263 & 264. p 43.& 44
Labores non minuunt vires juſto,ſed adjiciuntur, c.1.q. 7.n.270. p. 45
Per labores diſponitur animus ad videnda cœleſtia,c.1 q 36.n.271. ibid
In laboribus Deus ſuis manifeſtatur,c.1.q.37. n.273 ibid
Per laborum gradus Chriſti ad gloriam tranſeundum c.1.q 67.n.576. p. 93
Poſitus in laboribus maximè aperit antiquam fœlicitatem c. .q 10 n 83. p 128
Juſti inter labores & anguſtias, & cantant,& exultant cap 2 quæſt 26.n 203 204. & 205 p 146
Labor via,ac ſcala ad cœlum,c.2.q 27.n.208. p. 147
Qui labores & anguſtias ſuſtinuit facile aliorum miſeretur, c 2 q 28.n.216. p.148
Per labores & tribulationes, parantur juſti ad magna præmia,c.2.q.35.n.240. p 153
Iuſtus in laboribus elevatur ſuper eum affligentem c 2 q 33 n 241.242 & 243. p.153
Iuſti in ſuis laboribus multam habent conſolationem & levamen, c.2.q.46.n. 340.341.& 342 p 168
Ex laboribus aſſumitur homo ad gloriam, & coronam c.2.q 64.n. 500. p.190
Labor oſtium Regni cœlorum,c 3 q.21.n.162. p 221
Ci ò Deus adeſt ſervo ſuo laboranti, c 3 q.35. n.201. p. 226
Labor at intellectum, cap.3.quæſt.48 n 418. p 259 & cap.8 q.16.num.163.164. & 165. p.493
Deus ſuorum Iuſtorum labores habet pro magno decore,ac ornamento, c.4.q 9.num.68. p.285
Labores dant ſpem ad æterna præmia obtinenda,c.4 q 10 n 79 80 & 81. p.286. & 289
Labores pignus ſalutis æternæ. ibid
In laboribus,ac calamitatibus, pro Deo ſuavitas,ac jucunditas,cap.4.q 36.n.330.& 331. p 326
Tolerandi ſunt labores, & amara, ut dulcia percipias in futuro, c.5.q.6.n.49.50.& 51. p 343
Magna magno labore acquiruntur cap.5 q.11. n.80. p. 348
Labores juſtorum breviter tranſeunt,& in felicitate reſolvuntur,cap 7.q.2.n.23.24.& 25. p.428
Poſt labores dat Deus conſolationem,c.6 q 22 n.202. p.407

Illi magis amici Dei, qui majoribus laboribus exercentur, c. 6. q. 22. n. 03. ibid.
Per labores felicitas conſequitur, cap 7. q. 14. n. 131. p. 444.
Plures veniunt in ſalutem ex laboribus, quam ex proſperitate, c. 7. q. 17. n. 160. 161. & 162. p. 449
Labores in ſæculo generant palmam in cœlo, c. 7. q. 22. n. 187. q 454
Per ærumnas ac labores palma victoriæ habetur in cœlo, cap 7. q. 22. n. 192. & 193. p. 454
Labores nos faciunt ſuperiores Angelis. cap 7. q. 27. n. 232. p. 461
Chriſtus ſuorum labores, proprios reputat c 7. q. 29. n. 249. p. 463
Omnis labor hujus vitæ parum reſpectu gloriæ, cap. 7. q. 33. n. 177. p. 468
Maximè oſtenditur Dei majeſtas in ſubveniendis oppreſſis ac laborantibus, cap. 7. q. 33. n. 279. & 280. ibid.
Tribulatio, & anguſtia, optimus Magiſter nos erudiens, c. 8. quæſt. 16. num. 163. 164. & 165. p. 493
Labor temporalis nullus reſpectu æternæ vitæ, c. 9. Expoſit. 6. n 232. p. 516
Deus noſtris laboribus dat finem, c. 10. q 12. n. 119. & 120. p. 550 & 551
Semper prius labor, quam requies, c. 10 q 13. 126 p. 552 & q. 15. n 1. 0. p. 555
Labor requies ſanctorum, c. 10. q. 17. num. 165. p. 559
Labores juſtorum gloriam pariunt, deliciæ iniquorum pœnas, cap. 11. quæſt. 25. num. 203. p. 591

Lacrymæ.

Lacrimæ expurgant oculos ad cæleſtia videndum c. 3. q. 48. n. 428. p. 260
In hoc ſæculo plus dandum lachrimis, quam gaudiis, c 5. q. 6 n 4 p 342
Lachrimæ in tantum æſtimantur à Deo, ut ſolum ipſum habeant conſolatorem, c. 7. q. 33. n. 276. p. 468

Laodicæa.

Quænam civitas, c. 3. q 33. n. 276. p. 238
Nominis interpretatio, c. 3. q. 33. n 277. & 278. ibid.
Quia ejus Ep ſcopus, cap. 3. q. 33. n. 279 & 280. p. 238

Latro.

Regnum cœlorum aliquando à piis latronibus rapitur c. 3. q 26. n 207. p. 228

Laus.

Magna laus, non cum humano diſcurſu, ſed Angelico teſtimonio comprobatur, cap. 2. q 32. n. 235. p 152
Magna gloria coram multis laudari, c. 3. q. 16. n. 125. p. 215
A Chriſto laudari valde ſublime, cap. 3. q 16. n. 126. ibid.
Deus ſemper laudandus, ſive in proſperis, ſive in adverſis c 4 q. 6. n. 58. p. 325
Summa, & perfecta quies à creatoris laudibus non quieſcere c. 4. q. 36. n. 329. ibid.
Deus laudandus, & non curioſe ſcrutandus, c. 4 q. 37. n. 339. p. 327
Laude dignus, qui rem magnam aggreditur; etſi non obtineat, c. 5 q 8 n. 63. & 64 p. 345
Tunc Deum laudamus, quando bonis operibus proximos ædificamus cap. 5. q. 21. num. 185. p 363
Laus externa Dei ſit conjuncta cum exteriori, c. 5 q 22. n. 201. p 365
Summa laus omnium votis eligi, cap. 5. q. 27. n. 250. p. 373
Qui Deum laudat primas tenet in omnibus, c 7 q 14. n. 118. p. 442
Quilibet Deum laudat, in his quæ ab eo accepit, c. 7 q. 25 n. 2 0. p 457
Ille verè Deum laudat, qui de ſalute proximi agit, c 7. q. 25. n. 211. ibid.
Angeli, & homines alternativè Deum laudant, c. 7. q. 15. n. 2 12 ibid.
Ad Dei laudes deficiunt voces, c. 7 q. 25. n. 215. p. 458
Angeli perpetuò Deum laudant, c 7. q. 25. n. 216 ibid.

Lex.

Ubi lex, ſeu legiſlator ibi timor, cap. 1. q 68. n. 588 & 589. p. 95
Lex Dei illuminat mentem, cap. 3. q. 48. n. 426. p. 259
Omnis lex humana à Divina derivatur, cap. 6. q. 10 n 109. & 110. p 393
Prælatus ſic agat de rigore legis, ut ſuis neceſſaria provideat, cap. 6. q. 11. n 119. 120. 121. & 122. p. 394. & 395
Lex cum ſuo legiſlatore moritur & ſepelitur, c 11. q. 34. n 265. p. 601

Lex gratiæ

Lex Evangelica ſeptem donis Spiritus ſancti repleta eſt, & unita cum Chriſto, cap. 1. q 43 n. 311. p. 54
Lex nova fulgentior ac ſplendidior quam antiqua c. 1. q. 70 n 602. p 97
Jugum legis Chriſti leve, & ſuave, cap. 2. q 46. n. 343. p. 168
Lex gratiæ valde levis amore, c. 2 q. 64. n 506. & 507. p. 190. & 191.
Excellentior perfectio legis gratiæ quam veteris, c. 3 q. 29. n. 235. p. 232
Quod antiquitus erat in obſcuro nunc in lege gratiæ eſt manifeſtum, cap 4 q. 21 num. 171. p. 302
Lex vetus anguſta, lex gratiæ abundans cap 4. q. 21. n 175 & 176. ibid.
Major cognitio divinorum in lege gratiæ, quàm antiqua, c. 4. q 35. n. 290. p. 319
Durities veteris teſtamenti in novo emollitur, c. 6. q. 4. n. 48. p. 384
Lex nova multùm nobilior, ac excellentior veteri c. 10. q 6. n. 61. p. 542
In lege gratiæ miſericordia, in veteri juſtitia, c. 11. q. 1. n. 5. p. 561

Lex antiqua.

Lex vetus grande pondus, c. 2. q. 64. num. 502 p 190
Lex vetus coram Chriſto extincta, cap 4. q. 11. n. 99. p. 290
Lex vetus timoris lex gratiæ amoris c 4 q. 17. n. 138. p. 296

Liber.

Quid ſit liber vitæ in Deo c 3. q. 15. num 115. 116. & 117. p. 213

Liberalitas.

Magna quæ liberalis dat, in parvo æſtimat, c 1. q. 6. n. 542. p. 87
Deus abundantiſſimè noſtra dona remunerat, cap.

cap.2.q.46.n.337.p.167.& c.3,q.54.n.474. p.267
Deus liberalis in hominem, homo miſer in Deum,c.3.q.54.n.474. ibid
Vide *Amor.*

Lingua.

Lingua mulieris etiam in oratione timenda, c.2.q.60.n.247. p.182
In cœlo non datur uſus linguarum, cap.7.q.19 n.167. 450
Chriſti virtus & diaboli malignitas,multis linguis explicantur,cap.9.q.14.num.137.p.517
Ut aliquid manifeſtetur multis linguis ſcribitur,c.9.q.14.n.139. p.517
Lingua patria multam vim ad alliciendum,c.9. q.14.n.140. p.517
Ab igne inferni aſcenditur mala lingua, cap.9. q.23.n.225.& 246. p.529

Loquor.

Opera ſine verbis loquentur omnibus linguis, c.7.q.19.n.168.169 & 170 p.450.& 451
Mala locutio parturit inferni pœnas,c.9.q.23. n.221. p.529
Colloquia prava ex dæmonis afflatu veniunt, c.1.q.23.n.223.224. & 225. ibid

D. Lucas Evangeliſta.

Laudes Divi Lucæ non rationes probabiles, ſed veritates Evangelicæ. cap.4.q.30.n.255 p.313
Cur Divo Lucæ vitulus attribuatur, c.4.q.30. n.256. p.314
Divus Lucas multa pro Chriſto ſuſtinuit, ibid.
Divus Lucas duplici brachio Eccleſiam tuetur, c.4.q.30.n.257.258.& 259. p.314
Divus Lucas fortiſſimè expugnat adverſarios Eccleſiæ,c.4.q.30.n.258. p.314
Divus Lucas luce ſapientiæ elevatur ad Cherub.c.4.q.30.n.260. ibid
Divi Lucæ Evangelium plenum eſt miſericordiæ,c.4.q.30.n.262. p.315
Divus Lucas ſecretarius Virginis Mariæ, c. 4. q.30.n.263. ibid
Divus Lucas nunquam peccavit. ibid

Lucrum.

Homines maximè moventur intuitu lucri, c.3. q.44.n.389. p.254

Luxuria, ſive *Laſcivia.*

Appetitus luxuriæ crudeliter dilanians, cap 9. q.11.n.103. p.512
Laſcivia fœtet, & mordet,c.9.q.11.num.104. p.103. 512
Luxuria regnorum pernicies, c.9.q.23.n.222. p.529
Laſcivia in bonis viris nomen corrodit, & abſumit,c.3.q.3.n.29. p.201
Nomen laſciviæ non capit os purum, c.3.q.4. n.22. p.200
Laſcivia ad ſomnum,puritas ad vigiliam excitat c.3.q.6.n.40.41.& 42. p.203.& 204
Luxuria,& crudelitas germanantur,cap 6 q.18. n.75. p.403
Luxurioſi damnatione addicti c.8.q.12.n.121. p.487
Luxuria,& infidelitas,maximè aſſociantur,c.9. q.4.n.46,47 & 48. p.504
Luxurioſi ad Euchariſtiam accedentes rigidè puniuntur,c.2.q.19.n.149. p.137
Ira Dei citò extenditur contra luxurioſos, c. 2. q.19.n.285. p.159
Luxuria impœnitentiæ mater,c.2.q.59.n.451. p.183
Luxuria radix,ac caput omnium malorum,c.2. q.59.n.452.453.& 454. p.183
Minima cogitatio venerea fugienda, ac damnanda,c.1.q.49.n.384. p.62
Prælati luxuriam odio habeant, cap. 2. q.16. n.125. p.134
Luxuria multum abominantur à Deo,c.2.q.16 n.126. ibid

M.

Magiſter.

Magiſterio Chriſti debemus, quod ex feraci natura filii juſtitiæ reddamus,c.5. q.12.n.101.102.& 103. p.351
Bonus Magiſter generoſus mores mutat in ſuaves, & bonos. ibid
Vide *Doctor.*

Magna.

Magna multo labore acquirenda, c.5. q.11. n.80. p.348

Malitia.

Ad malitiam palliatam agnoſcendum neceſſaria & multa perſpicua, cap. 6. q.15.n.155. p.400

Malum.

Ubi malum timetur, ibi magis remedium applicandum,c.1.q.15.n.115. p.22
Ne malum ſerpat radicitus evellendum, cap.2. q.6.n.50. p.123
Iniqui cum videntur ceſſare à malo tunc incipiunt.c.9.q.24.n.226. p.529

D. Marcus.

Divus Marcus inter Evangeliſtas in Apocalypſi habet primum locum, c.4.q.29.n.249. p.312
Marcus Angelus in Apocalypſi,c.4.q.29.n.250. p.313
Marcus inter Evangeliſtas in ſuo exordio primus Chriſtum filium Dei appellat. ibid
Marcus habet pedes, tanquam columnas in mari,& in terra,c.4.q.29.n.251. ibid
Divus Marcus irrigat univerſam Eccleſiam, ibid
Marcus vicesoris Chriſti gerit,c.4.q.29.n.253. ibid

Manſuetudo.

Manſuetudine Chriſtus omnium animos ſubjecit,c.5.q.13.n.107. p.351
Mitis patientia de omnibus triumphat, c.5.q. 13.n.113.114.& 115. p.353
Manſuetudo maximè inſervit ad dominandum c.5.q.15.n.129. p.355
In Deo lenitas, ac manſuetudo, in homine aſperitas,c.10.q.6.n.60. p.542

Maria Deipara.

Sanctitas Chriſti prodiit ex virginea carne Mariæ adjuncta Divinitati, c.1.q.54 n.437. p.71
Eximius Virginis affectus erga ſuos devotos, c.1.q.59.n.488. p.79
Acuti Virginis dolores in paſſione filii ſui. ibid.
Chriſtus Dominus multò plures ad ſe adduxit

per Mariam quàm antea. c.1. quæſt. 62.n. 534. pag 86.
In ſola Maria Virgine plus gratiæ, & ſanctitatis, quàm in omnibus Sanctis & Angelis collectis, c.1 q 62.n 535. & 536 ibid
Deus cum diligat Mariam ſuper omnes, ſuper omnes eam dotavit, c.1. q.62.n.537. p 87
Virgo Maria Dei paradiſus, c.2 q.25.num.189. p.143
Maria paradiſus cœleſtis multis excellentior terreſtri, c.2.q. 25.n.190. p. 143
In Maria omnia dona gratiæ, ac omnes virtutes, c.2 q 24 n.191 p 144
Virgo Maria ſemper producebat novos virtutum flores, cap.2.quæſtion.25.numer.192. ibid
Maria multipliciter clauſa omni peccato, omnique pœnæ, cap.2. quæſtion. 25.num.193 ibid
Per Mariam Evangelium irrigans totum mundum, cap 2. quæſtion. 25. numer. 195. ibid
In Maria omnis gratiarum collectio, & per ipſam in omnes, cap 2.quæſt.15.num.196. ibid
Per Mariam omnes creſcunt & augentur in vita ſpirituali.cap.2.quæſtion.25.num.197. ibid.
Maria illuminat, & inflammat ſuos amatores, & eorum adverſarios exterret, c.2.quæſt.55. n.419.& 420 p 178
Maria ipſamet charitas in fideles, c.2.quæſt.55. n.421 ibid
Diabolus fugit à protectione Mariæ, cap.2 q. 55.n.422 ibid
Maria, ac ejus adjuvamen promittitur in præmium omnium bonorum, cap. 2. q. 67. n. 541.pag. 195
Maria Virgo clauſa peccato originali, c.3.q.19. n 150 p.218
Maria V. Dei thronus, ac ſedes, c.4.q.6.n.36. 37.& 38.pag.280.& 281.& quæſt.11.num. 82. p.287
Dei filius veniens ex ſinu Patris thronum ſibi paravit in utero matris, cap.4.q.6.num 39. 40. & 41 p 281
Stupet Angelus videns uterum Mariæ. ibid
Ob reverentiam raro V. Maria nomen Dei pronunciat cap 4. quæſtione 8.numero 5. p. 283
Virginitas Mariæ fœcundiſſima, c.4. q.11 n.8. p.287
Maria reconciliatrix generis humani cum Deo, cap.4. quæſt.11.num.84.85.& 86.pag. 287. & 288
Omnes Doctores ad Mariam referant ſuam ſcientiam, cap.4. quæſtione 18.numero 146. p 298
Maria illuminatrix ac magiſtra omnium ſcientiarum, cap 4.q.18 n 147. & 148. ibid
Maria dona ſapientiæ ex ſe omnibus communicat, c.4.q.18.n.149 ibid
Virtutes dona, ac excellentias Mariæ nullus intellectus valet explicare, c. 4. q.19.n.151. 152.& 153 p. 299
Per Mariam omnia bona ad nos veniunt, cap. 4. q.42.n.373 p. 333
Poſt tranſitum maximè Chriſtus delectatur cum Matre, cap.4. quæſtione 42. numero 374. ibid
Maria V. liber ſignatus ſigillis ſeptem, c.5 q 4. n.27 p 340
Maria abyſſus gratiæ à ſolo filio ſuo cognoſci valet, c 5 q. n.29. ibid
A lumine Spiritus Sancti venit laudes Mariæ cognoſcere, ac dicere, cap.5.q 4.num.30.31. & 32 ibid
Corona juſtorum, ac regia dignitas Mariæ adſcribitur, cap.5. quæſtion 26.numero 241 p.371
Maria candida & pura ſine peccato originali, c 7.q.29 n.246 p. 463
Mariæ Virginis memoria omnes voluptates carnis reddit amaras, c.10.quæſt.16.numero 158. p. 557
Maria liber valde ſuavis, ac dulcis animæ, ibidem.
Maria arca teſtamenti, cap.11.q.34.num.271. p.601
Maria arcanum omnium magnalium. ibid
Per Mariam nobis ſalus, vita ac omnia bona, cap.11.quæſt.34 n.273.& 274 p.602

Martyr, ſeu *Martyrium*.

Martyres qui pro Chriſto moriuntur, vitam, non perdunt, ſed in melius commutant, c.2. q.36.n.265 p. 156
Per martyrium fit tranſitus in cœlum, c.2.q.41. n. 301 p. 162
Martyres ſunt tamquam erectæ columnæ divinæ gratiæ, cap.3.quæſtion.30.numero 251. p.234
Tot vulnera, quot litteræ in quibus legitur divina virtus. ibid
Juſti tanquam aurum probantur Martyrio, c.3. q.44.n.392 p. 255
Tentatio ac perſecutio, quoddam Martyrium eſt, c.6.q.7.n.83 p 388
Martyres gratiſſimæ victimæ Deo, c.6.q.9.n. 97. p 391
Martyres olim ſepeliebantur ſub altari, cap 6. n. 192 p. 405
Martyres charitas conjungit cum Chriſto & Chriſtum cum ipſis cap 6.q. 21. num 195. p.406
Duplex Martyrium unum per mortem, alterum per labores, cap.6.quæſt.22. numero 201. p.407
Ex conſortio Martyrum mors ſuavis, c 7.q 16. n.152 & 153 p. 448
Sub Diocletiano duo milliones martyrum, c.7. q.17.n.156 p. 448
Romæ trecenta millia Martyrum, cap.7.q.17. n.157 ibid
Undecim milliones Martyrum in Eccleſia, c 7. q.17.n.158. ibid
Qui carnem ſuam crucifixit Martyris habet inſignia, capit.7.quæſtion.12. numer.190. p. 454
Martyrum actiones ſuper omnem conditionem naturæ humanæ, c.7 q. 7.n.330 p 460
Martyres ſponte, & non coactè ad martyrium veniebant, cap.7.quæſtion.28.numer.235. p.461
Martyres ſuam victoriam in Chriſto tribuunt, c.7.q.29.n.248 p. 463
Martyres ſub Antichriſto omnium illuſtriſſimi ab orbe condito, cap.11.q.21. numer 68 p. 586

D. Matthæus.

Divus Matthæus maximè gratus Chriſti liberalitati, c.4.q.28.n.243. p.311

Divus Matthæus aliis Evangeliſtis præferendus, c.4.q.28.n.344. p.311

Divus Matthæus in Evangelica hiſtoria primus princeps & auriga, cap.4.q.28. numero 245. p.312

Divus Matthæus exordium novi teſtamenti. ibid.

D. Matth. largius cæteris Chriſti myſteria explicat. ibid.

Medium.

Sub extremis includuntur media, cap.1. q.30. n.226. p.38

Mendacium, ſeu *Mendax*.

Qui de mendacio arguit, neceſſe eſt ut valde verus exiſtat, cap.3. quæſt. 35. numer.294. p.240

Contra mendacium Deus veris pugnat, c.11. q.20.n.144. p.582

Meritum.

Omnia merita, ſive magna, ſive parva à Chriſto remunerantur, cap.6.q.13.numero 137. p.397

Prælatus diſtribuat bona pro ratione meritorum, c.6.q.13.n.138. ibid.

Merita noſtra ſunt vocalia, & clamant ad Deum, c.8 q 7.n.77.& 78 p 480

Dignitas non ex gratia, ſed ex meritis comparata nobilitat, c.11.q.30. num.234.& 235. p.596

Omnia noſtra merita non nobis, ſed Deo tribuenda, c.3. q 402. n.367. p.252

Juſtus vult habere ſocios in merito, c.3. q.57. n.509. p.272

Dignitas ſine meritis indecora, c.4. q 12.c.95. & 96 p.289.& 290

Perfecta dignitas confertur meritò non affectu, c.4.q 15.n.124. p.294

Sancti ſua merita Deo tribuunt, c.4. q. 16. n. 150.p 195

Deus dat nobis id per quod præmia mereamur, c.4.q 38.n.346. p.328

Propriis meritis ac operibus quiſque reſplendeat, c.4.q.41.n.368. p.332

Omnia quæ meritoriè agimus Deo referamus, c.5 q.20 n 174. p 362

Chriſtus maximè vult congnoſci per ea, quæ habet ex meritis, cap.5. quæſt.25. num.228. p 370

Chriſtus meritis ſanctorum coronatur, c.6.q 5. n 59. p.385

Metus.

Metu ac ſpe moventur homines ad juſtitiam, c.1.q.4.n.28.& 29. p.11

Michaël.

Ille qui apparuit in ortu ſolis cum ſigno Dei vivi Michaël Archangelus, c.7.q 6.num.51. p.432

Myſterium.

Dei myſterium retributio juſtorum & punitio impiorum, c.10.quæſt.13.n.128.129. & 130. p 55

Divina myſteria, nec omnia ſunt nobis incognita, nec omnino manifeſta, c.11 q 25.n. 201.p 590

Myſteria vitæ Chriſti corda noſtra vulnerant, c.6.q.4.n 52. p 384

Alta Chriſti myſteria ſolus ipſe nobis potuit explicare, c.5.q 9.n.70.

Maximè elevanda eſt mens, ut ſuperna myſteria intelligantur, cap.6. quæſtion.1. num.9. p 379

Dei myſteria non omnibus manifeſtanda, c.10. q.10.n 97. p.547

Dei myſteria non omnibus Catholicis eodem modo aperienda, cap.10.quæſt.10.num.99. ibid.

Myſteria ſacra non manifeſtanda improbis, c.1. q.5.n 30.

Humilis fit particeps myſteriorum Dei, c.1 q. 5.n 31. p.12

Sacra myſteria improbis non aperienda, c.1.q. 5.n. 0. p.11

Ad accipienda divina myſteria auris interior requiritur, c .q.18.n.135. p 135

Ad magna myſteria intelligenda relinque terram evola in cœlum, cap.4.q 3. numer.19. p.278

Miniſter.

In manibus boni miniſtri non minuitur donum, ſed augetur, cap 2.quæſt.24.num.181. p 142

Miniſtri volunt addere ſupra id quod eis eſt datum, c.7.q 8.n.65.& 66. p.435

Miniſtri crudeliores domini ſuis, cap.9. q.22. n.2 2. p.527

Miniſtri volunt auſpicari gratiam principum, c.11.q.23.n.184. p.588

Miraculum.

Ultimi juſti licet magni meriti miraculis non fulgent, c.1.q 59.n.489. p.79

Fulgura denotant miracula multis ex cauſis, c.4.q.17 n.141. p.297

Miſeria, vel *Miſer.*

Qui miſerias ſuſtinuit, facile aliorum miſeretur, c.2.q.8.n.216. p.148

Per Chriſtum liberati ſumus ab omni miſeria, c 5.q.25 n.233. p.370

Miſericordia.

Deus ſuam miſericordiam manifeſtat, punitionem abſcondit, cap 1. q.65. n.561.562. & 563, p.50

Miſericordia ac beneficentia à Deo: pœna autem à nobis, c 1.q 75.n.649. p.105

Dei proprium miſereri c 1.q.757.n 650. ibid.

Deus ex miſericordia caſtigat in hoc ſæculo, c 2.q.15 n.117. p.135

Iuſtitia miſericordia circumcingenda c.2 q.17. n.130 & 131. p.135

Iuſtitia in Prælato ſit cum miſericordia, cap.2. q.66 n.527. p.193

Mirabilis Dei miſericordia in recipiendis hominibus, c.3.q 38.n.326. p 245

Iuſtitia admixtam habet miſericordiam, cap.4. q.9.n.69.70.& 71. p.285

Miſericordia habet potiores partes. ibid

Vir juſtus fulgeat operibus miſericordiæ, c 4. q.33.n.295. p.320

Deus vult rogari ut miſereatur, cap.8.p.6.n.69. & 70 p.478,& 479

Deus in mediis ſuppliciis miſericors apparet, c.9 q.7.n.74. p.507

Mortificatio

Mortificatio tenenda; & ne ſit nimia vel remiſſa, cap. 5. quæſtion. 21. numer 188. p.364

Mortificatio ſit cum lætitia, & gaudio. ibid
Mortificatio præcedit in hac vita ad gloriam, c.5.q.21.n.189. ibid
Ante orationem, mortificatio præcedat, c.5. q.22.n.202. p.355

Mors.

Mors velociter, & inopinatè venit, c.6 q.18. n.172. p.402
Mors improbis luctuoſa, bonis fauſta, & jucunda, cap 6. quæſtion.18 numero 174. p.403
Mors adoleſcentibus non parcit, cap.6.q.18. n.176.177.& 178. ibid
Mors ſuavis ex conſortio aliorum, cap. 7. quæſtion. 16. numero 152. 153. & 154. p.448
Extrema miſeria, quod unde alijs eſt vita, tibi ſit mors, cap.7.quæſtion. 29. num.250. p 463
Per memoriam mortis à Chriſto vocamur, c.1. q 31.n.229. p. 38.
Mors pro Chriſto non timenda, cap 1.q.76. n.654. p.106
Mors pro gloria Dei non lachrymis, ſed cantu celabranda, cap.2.quæſtion.26. num 204. p.146
Mors iniquorum vera, juſtorum autem umbra, cap. 2. quæſtion. 37. numero 274. p 157
Juſtorum mors ad requiem, iniquorum ad pœnam, cap.2. quæſtion 37 numero 175. ibid
Iniquus in morte privatur omnibus bonis ſpiritualibus, & temporalibus, c 3.q.11.n.77. p. 208
Felix qui in morte Domini ſervus inventus eſt, c.3 q.11.n.80. p.209
Pulvere mortis illuminantur oculi, c. 3.q.48. n.430. p 260
Mortis tempore maximè ſe homo recipiat, ac convertat ad Deum, c.3.q. 55. numero 492 p.269.
Mortis deſiderium fugat mortem, eam verò advocat vitæ votum, cap.9.q.8.numer.77. p.508
Qui mortem noluit habere præſentem in hoc ſæculo, mortem æternam habebit in futuro, cap.9. quæſtion. 9 numero 80. ibid
Mors deſiderata ab impiis, non venit in majorem eorum pœnam, cap 9 quæſt 9.num 81. ibid
Mors potius eligenda, quam Dei offenſa, c.9. n.86. p 509
Mors præſentium malorum terminus, c.9.q 9. n.88 & 89. ibid
Conſcientia bona mortem non timet, c.9.q.9. n.87. p. 505
Mors ingens Dei beneficium, cap.9.q.9 n.89. & 90. ibid
Diabolus majores inſidias ac laqueos tendit in hora mortis.c.9.q.13.num.126.127.& 128. p.515.& 516
Juſtis mors dulcis, & aperit portam ad vitam, c.10.q.12.n.118. p 530
De Chriſti morte.
Vide *Chriſtus.*

Mulier.

Mulieris tactum fugiendum, c.1.q.49.n.383. p.92
Mulier mala hæreticis ſocia, c.2 q. 59.n 444 & 445. p 182
Mulier ad decipiendum, Diaboli inſtrumentum, c.2.q.59 n.446. ibid
Lingua mulieris etiam orantis cavenda eſt c.2. q.59 n 447. ibid
Mulier valde efficax ad ſeducendum c.2 q 59. n.448. ibid
Mulier una, ad omnium depravationem ſufficiens, c.2.q.59.n.449. ibid
Magna pœna mulieri, quod domi contineatur, c.2.q.60.n.465. p 185
Ex muliere prodit perditio, ac interitus in homine, c.3.q.13.n.98.99. 100. & 101. p 211
Varia & mirabilis eſt mulier, c.9.q. 10.n.101 p.511
Mulier ad mendacium prompta ad fallendum parata, c.9.q.11.n.107. p 512
Mulier apta ad dolos fabricandos, cap 9 q 11. n 109. p.512

Mundus.

Qui moritur mundo ad Deum venit & ab eo exaltatur, c.5.q.18.n 156. p.359

Munus.

Ex muneribus acceptis, corrumpitur juſtitia, in judice ac Prælato, c.3.q.41.n.356. 357. & 358 p. 250
Vide *Divitiæ, donum.*

Murmuratio.

Qui in ſilentio murmurat, crudeliter dilacerat, c.9.q 11 n.106. p. 512
Vide *Lingua, loquor.*

Muſica.

In cœlo futura eſt muſica cum inſtrumentis muſicis c 5.q.24.n. 217. 218 & 219. p.368

Mutabilitas, ſeu *Mutatio.*

Valde durum viro magno mutare & retrahere ſententiam, c.3.q.58.n. 511. 512. & 515. p.272.& 273
Varius & mutabilis eſt homo, c.9.q 10.n.69 100.& 101. p.511

N.

Neceſſitas.

Magna cæcitas, quod homo exiſtimet ſibi eſſe ſufficiens, & nullo indigere, c.3. q.41.n 358.
Ubi major eſt neceſſitas ibi magis ſubveniendum, c.6.q.14.n.151 & 152. p.399
Temporalia ſolùm neceſſitate quærenda, cap.7. q. 14 n. 114. p 445.
Neceſſitas apprehendit pauperes, non verò divites, c.8.q.12. n.123. 124 & 125 p. 487.
Ubi major neceſſitas, ibi major virtus adhibenda, c 10. q.6 n.60. p.542.

Negligentia, Negligens.

Negligens, ac tepidus viam parat ad omne malum, c. 3. q. 37. n.321. 322. & 323 p 244.
Negligentes, ac tepidi ſunt in multa abominatione apud Dominum, c.3.q. 325. p. 245
Ex negligentia, ac tepiditate in multa peccata ruit homo, c.3 q 39.n.337.338.& 339.p 147

Negotium.

Negotia ſæcularia extinguunt ſpiritum c. 3 q. 37.n. 317 p 245

Nicolaïtæ.

Secta Nicolaïtarum, cap.2. Expoſit.4.num.81. p.127

Nomen.

Ex nomine auctoris nobilitatur liber, c.1.q.9. n.60. p.15

Nomen aliquando pro hominibus ponitur, c. 11.q.26.n.210. p.592

Humana poteſtas non dat res veras,ſed tantùm nomina & titulos, cap.11.q.26. n.212.213. & 214. ibid.

Ob peccata amittitur nomen honorificum, c. 11.q.22.n.174. p.586

Auctoris nomine nobilitatur opus, cap.1.q.9. n.60. p.15

Qui nomini non correſpondet, illo eſt indignus,c.3.q.5.n.28. p.201

Amoris ſignum nomen ſcire,cap.3.q.12.n.84. p.209

Illuſtrior eſt homo à ſua virtute quàm à proprio nomine,cap.3.quæſtione 17. num.157. p.217

Peccatores ſine nomine, cap.3.q33.num.282 p.238

Inepti ad regimen, ac regnum ſine nomine, c.3.q.33.n.283. ibid.

Nomen Dei maximè venerandum, c.4.q.8. n.53. p.283

Ex ſuo nomine quiſque excitatur ad magna opera,c.6 quæſt.23.n.212.213.214.& 215. p.409 & 410.

Nomen index futurorum, c.7.quæſt.12.n.107. p.441

Nudus.

Nudati pro Chriſtoglorioſè veſtiuntur, cap.7. q.31.n.18. p.453

Chriſtus nudavit ſe veſtimentis gloriæ ut nos indueret,c 7.q.21.n.182. ibid.

Nubes.

Nubes thronus,ac vehiculum,cap.1. quæſt.28. q. 200. p.34

Nubes inſtrumentum Divinæ providentiæ,c.1. q.28.n.201. p.35

Nubes inſtrumentum divinæ punitionis ac præmiationis, cap.1. num.202. quæſt.28. ibid.

Nubes adumbrat carnem Chriſti, cap.1.q.28. n.203. ibid.

Nubes ſignificat Angelos,& Sanctos, c.1.q.28. n.204.205.& 206. ibid.

Numerus.

Numerus duodenarius valde perfectus, cap.7. q.10.n.91. p.438

O

Obedientia, Obediens.

SUmma obedientia, quæ à miniſtro præſtatur,c.1.q.7.n.50.& 51. p.14

Ex obedientia Deo ejus gloria aſſequitur, c.1. q.15.n.183. p.31

Omnipotenti obediendum, cap. 1. quæſt. 24. n.183. ibid.

Obedientiæ eſt exageratio obſequi miniſtro, c.1.q 7.n.51. p.14

Per obedientiam meretur fructus ligni vitæ, c.2.q.19.n.146. p.137

Pœnitentia clàvis regni cœlorum, cap.3.q.19. n.149. p.218

Prompta Joannis obedientiâ, cap.4.q.4.n.24. p.279

Obediens Dei ſedes,c.4.q 12.n.94. p 289

Qui magis à rege ſublimatur magis ſe promptum debet exhibere ad ejus mandata, c.7. q.20.n 174.175.176.& 177. p.452

Vera obedientia non diſcutit ſuperiorum mandata,c 10.q.10.n.33. p.546

Obſequium.

Deus noſtri obſequii non obliviſcitur, cap.2. q.28.n.214. p.148

Obſequium tunc placet Deo quando eſt cum perſeverantia,cap 3.quæſtion.15 num 122. p.214

Deus multipliciter remunerat noſtra obſequia c.3.q.24.n.193. p.225

Si unus deficit in obſequio Dei alius ſubſtituitur c.3.q. 26. n 205. p.227

Obſequium liberum & non coactum:magnum obſequium c 3 quæſt.54.n.477. p 267

Officium.

Ille verè pœnitet qui ſuum munus bene,& rectè adimplet,c.3.q.10.n 68. p.207

Obligatio officii potius ſit in mente quàm majeſtas,c 5.q.18.n.159. p.359

Ubi adeſt officii ratio,preces non requiruntur, c.5 q 23 n.206. p.366

Prout ratio officio poſtulat munera ac inſtrumenta diſtribuenda,cap.11. quæſt.1.num.7. p.561

Offerre.

Qui fructus ſuos Deo offert ab ipſo benedicitur,c.6 q. 4.n.148. p.398

Opinio.

Multum neceſſarium, ut homo deponat opinionem, quam de ſe concepit, cap.3.q.35. n.293. p.240

Valde durum viro magno ſuam opinionem, mutare ac retractare,cap.3.quæſt.58.n.511. p.272

Opus.

Opera ad Deum dirigenda, & abſcondenda ab oculis hominum,c.7.q.14 n.121. p.443

Maximè homo afficitur ad opus ſuum, cap.9. q.25.n.239. p.531

Intelligentia mentis fulgeat in operatione,c.1. q.53.n.541. p.87

Verba operibus ſint conjuncta,c.1.q.66.n.564 p.91

Prius ſit operari quàm dicere,c.1.q.66. n.565. ibid.

Bona opera noſtra à Dei gratia,cap.2.q.3.n.19 p.117

Multus labor adjungitur operi bono, c.2.q.5. n.38. p.121

Omnis noſtra operatio in Deum tendat, c. 3. q.14.n.106. p.212

Qui bonis operibus caret,pauper ac cæcus,c.3. q.40.n.345. p.248

Opera noſtra bona Deo tribuenda,cap.3.q.42. n.371. p.252

Deus in terra non laudatur, nec glorificatur niſi operibus, cap. 4. quæſt.36. num. 324. p.325

Propriis operibus quiſque reſplendeat, cap.4. q 41.n.368. p.332

Quod fide percipimus opere impleamus, c. 6. q.1.n.10. p.379

Opera ſine verbis loquuntur omnibus linguis, c.7.q.19.n.168.169 & 170. p.450 & 451
Ubi ſunt opera verba non requiruntur, ibidem.
Opera virtutum vocem habent, & claman, ad Deum,c.8.q.7 n 76.77 & 78 p 480

Oratio.

Pro inimicis orare regia virtus,c.1.q.35 n.260 p.43
Qui Deum orat mentem ſeparet à terrenis c.1. q.39 n 295 & 296 p 48
Prælatus pro ſuo munere adimplendo orationem omittat,c.1.q 39 num 297.298.& 299 p 49
Beati in patria ſuſtentant,& protegunt orbem ſuis orationibus, cap. 3.q.27. numer. 218. p.229
Concors laudatio, ac oratio multorum valde Deo plauſibilis,c.4 q.38 n 339 p.329. & c. 8.q .n 73 p. 478
Ut valeas Deum orare, demitte à te cogitationes terrenorum, cap.4 quæſt 40. num. 360 p. 331
Chriſtus valde promptus ad noſtras preces ſuſcipiendas,cap.5.quæſtion. 13. numero 112. p. 352
Ante orationem mortificatio præcedat, cap 5. q.22 n 202. p.365
Vis,& efficacia orationis ex meritis adjuvatur, cap. 5. quæſt. 22. numer 203. 204.& 205. p.366
Oratio non terrena,ſed cœleſtia intendat: c.5 q.22.n.207 ibid
Deus oratione delectatur,c.5.q 23. num.208. p. 367
Oratio ſit humilis, & cum fervore charitatis, c 5.q.22.n.209 ibid
Orationes noſtræ ex meritis Chriſti habent valorem c 8 q.5.n.55 p 476
Oratio ſit etiam pro inimicis, c.5 q.2 .n.210. p. 367
Oratio hoſtes vincit,& dæmones fugere facit, c 5.q 23.n. 211 ibid
Illa oratio eſt efficax quæ juncta eſt cum opere bono,c.5.q.23.n.212.213 & 214 ibid
Oratio inimicorum arma devincit,cap.6.q.15. n. 157 p 400
Orationes Sanctorum ſuaviſſimum odoramentum Deo,cap 6.quæſtion. 21. numer. 194. p.406
Oratio juſtorum tam efficax ut velut Deum cogat c.6.q.28.n 248 p.414
Oratio valdè efficax ad tutamen & defenſionem, c.7.q.23.n.196 p. 455
Ubi oratio,nullum malum poteſt eſſe, c. 7.q. 23.n.197 ibid
Animi evagationes non ſinunt orationem eſſe longam,c.8.q.1.n.5 p. 469
Dum Deus audit orationes Sanctorum ob magnam illius reverentiam, fit ſilentium in cœlo, c 8.q 1.n.12. p.470
Oratio devota plus æſtimatur à Deo quàm laudatio Angelica,cap.8.q 2.num.21.& 22. p.472
Silent humanæ voces, cum oratio dirigitur ad Deum. ibid
Oratio colitur, & veneratur cœleſti ſilentio, c 8.q 1.n.23 24.& 25 ibid
Angeli adeunt,& convolant adorantes,c.8.q.5. n.59.60.&61 p.477
Deus exaudit orationes juſtorum, & non peccatorum,c.8.q.6.n.62 p.478
Deus vult rogari ut miſereatur, c.8.q.6.n. 69. & 70 p 478.& 479
Oratio ut directè feratur in Deum extenuata ſit à terrenis, cap.8.quæſtion. 7.numer.75. p.479
Oratio aſcendit ex igne charitatis. ibid
Oratio ſit lachrymoſa. ibid
Bona opera tanquam efficax oratio Deum exorant, c 8.q.7.n 76.77 &78 p.480
Deus noſtras orationes audit interventu ſanctorum Angelorum, cap. 6.q.9.n 82.83.& 84.p 481
Oratio juſtorum exauditur à Deo, & omnia impedimenta rumpit, c. 8. q. 9.n.90.91. & 92.p.482.
Oratio cum gratiarum actione dat tutamen; & comparat omne bonum,c.11.q.31.n.243 244. & 245 p.597. & 598

Otium.

Deus abhorret otium,c.1.q.3.n.22. p. 10

P

Palatinus.

Vide *Aulicus*.

Palma.

Palma ſymbolum virtutis ob multas rationes, c.7.q.22.n.181. p 453
Palma idem eſt ac Phœnix. ibid
Palma victoribus conſtituta, c. 7.q.22.n.186. ibid
Palmam habet qui pro virtute decertat. ibid
Labores in ſæculo generant palmam in cœlo, c.7.q.22.n 187 p 454
Palma unde dicta. ibid

Paſſio,ſeu Pati.

Qui pro Chriſto patitur,eum habet adjutorem c.2.q.27.n.207 p. 146
Pati pro Chriſto facit exaltationem in cœlum, c.11 q 31.n.202 p 590
Qui ſimilantur Chriſto in paſſione, aſſimilabuntur & in reſurrectione, ibidem, n 204. 205.& 206 p 591

Paſſio Chriſti.

Imitatione, ac contemplatione mortis Chriſti locupletamur,c.3 q.4 .n.380 p. 253
Memoria paſſionis Chriſti illuſtratur mens ad intelligenda divina myſteria, c. 3.q.48.n. 425.p.259
Paſſio Chriſti vehementiſſimè penetrat cor, c.5.q.21.n.191 p. 364
Chriſti paſſio pro nobis valde pretioſa, c. 1.q. 51.n.403 p 64
Tot paſſus eſt Chriſtus, ac ſi caro ejus ænea eſſet, c.1.q.57.n 475 p. 77
Chriſtus in ſua paſſione vilis eſt habitus, c.1. q.58.n 477 p 77
Deſideria Chriſti pro nobis patiendi conſtantiſſima c.1 q.58 n.480 p.78
Deſiderium patiendi in Chriſto ardentiſſimum; c.1.q.58 n 481 ibid
Mors Chriſti ei præjucundiſſima, cap. 1.q.58. n. 482 ibid
Inſpecta Chriſti paſſione ejus veſtigia ſequenda,c.1 q 73.n.612 p 102
Plus allicit noſtrum affectum,quàm ipſe majeſtate fulgens,c.1.q.73.n.633. & 634. ibid

Cum Chriſtus ſit paſſus & vulneratus ſervus, vulnera non recuſet:& delicias non quærat, cap.1. quæſtion. 77. numer. 665. & 666. p 108
Chriſti paſſio nos urget ad labores ſubſtinendos,ac poſt Chriſtum paſſum, omnes labores ſunt leves,cap.2.q.27. num.209.& 210. p.147
Paſſio Chriſti impellit ad virtutum facinora, c.2 q.27.n.231. ibid.
Paſſio Chriſti aperuit Regnum cœlorum c.4. q.2.n.9. p.276
Ex paſſione Chriſti thronus ejus tanquam corona ornatur,c 4.q 10.n.77. p. 286
Plus videtur requiri ad contemplandum Chriſtum in paſſione quàm in gloria ſua, c 1.q. 35.n.314. p 323
Ad intuitum paſſionis dignitates contemnendæ, c 4 q.41.n.365. p.332
Chriſtus in ſua paſſione maximè abſconditus, c.5 q.1.n 14. p. 338
Ex conſideratione Chriſti paſſi, ac crucifixi, quilibet humilietur, cap.5 .q.10.num.176. p.362
Ad præſentiam Chriſt paſſi obſtupeſcunt cœleſtia c.5 q 20.n.177. ibid
Poſt Agni paſſionem magna illi ab omnibus adoratio, cap.5. quæſtion.21.numer. 182. p.363
Paſſio Chriſti multo affectu recolenda, cap. 5. q.25 n.225. p. 369
Repetere Chriſti paſſionem valde gratum æterno parenti. ibid
Paſſione Chriſti vincitur Diabolus, & omne malum ſuperatur, c.9.q.19.n.183. 184. & 185.p.523
Paſſio Chriſti conſiderata,noſtras paſſiones ſevat & minuit,c 11.q.22.n.177.178. & 179. p.587

Pater,vel *Parens.*

Mater iniqua filios inducit in malum,c.2.q.61. n.472. p.186

Patientia.

Patientia meretur regnum & ipſum conſervat, cap. 1. quæſtion. 35. numer.260. & 261. pag.43
Solus Regnus animus optat imitationem patientiæ Chriſti,cap.1.quæſt.35.numer.259. ibid.
Patientia, ac tribulatione obtinetur regnum, c.1.q.35.n.262.263.& 264. p. 43. & 44
Patientia virtutum cuſtos,& nobilitas,c.2 q.5. n.40.& 41. p 121
Qui de reformatione agit, multa patientia indiget, c 2.q.7 n.55. p. 123
Perſeverantia germana patientiæ,c.2.q.7.n.60. p.124
Nullum opus Deo gratum ſine patientia,cap 2. q.56.n.427. p. 179
Patientia omnia vincit, ac triumphat de omni poteſtate c 5.q 15.n.113.&114. p.363
A Dei fortitudine diſcamus ſufferre aliorum delicta, cap.6. quæſt.21.num. 198.199.& 200 p.406.& 407
Qui ſuſtinet & expectat cum patientia, multiplicat beneficia, c.6.q.28.num.249.& 250. p.415

Pathmos.

Deſcribitur inſula Pathmos,cap.1. q.36.n.266. pag 44
Quid ſignificet Pathmos,c.1.q.36 n. 266. ibid

Paulatim.

Paulatim ad magna diſponendum,cap.1.q.39. n.293.

Pauper,ſeu *Paupertas.*

Qui egenis favent cuſtodiuntur ab omni malo, c.6.q.14.n.143. p.398
Deus multa habet adversùs eos, qui duri ſunt in pauperes, c 2.q 9.n.76. p. 126
Benigni in pauperes benignum Dei judicium habent,duri,durum,c 2.q 9.n.77. p. 127
Voluntaria paupertas martyrium, cap 2.q.29. n.219.& 220. p. 149
Paupertas magnæ opulentiæ ſemen, c.2.q.30. n 223. p 149
Paupertas mundi poſſeſſio,ac principatus, c.2. q.30.n.224. p.149
Paupertate comparatur regnum cœlorum, c.9. q 45.n.539. p.253
Quod das pauperi,das Chriſto, c.3.q 52.n.469 p.266
Chriſtus munitur in paupere, c.3.q.52 n.465 p.266

Pax.

Pacis nomine ſalutatio,c.1.q.14.n.106. p.21
Juſtis multa eſt pax, c 1.q.14.n.197. p 21
Peccato ſublato fit pax inter Deum & homines, c.1.q 14.n. 108. ibid
Sub pace omnia bona continentur,cap.1 q.14. n.109. ibid
Gratia antecedit pacem,c.1 q.14.n. 110. ibid
Pax & peccatum non compatiuntur, c.1.q.14. n.112. ibid
Pax omnia devincit,expugnat, ac ligat,c.9.q. 18.n.174 175.176.& 177. p. 522
Pax reconciliatio Dei cum homine per Chriſtum c.10 q.2.n 19. p. 536
Ut habeas pacem declina à malo, cap. 1.q.14. n. 115. p.22
Juſtitia, & pax colligantur amicitiæ fœdere, c.1.q.14.n.114. ibid
Pax Chriſtiana bellum indicat adversùs vitia, c 1.q.67.n.505. p. 95
Sicut divinæ bonitatis eſt firmare pacem inter bonos,ſic eſt tollere inter malos, cap 6.q.8. n.88. p 389
Ablata pace ſanguinis effuſio, cap.6.q.9.n.95. p.390

Peccator.

Peccatoribus Deus aperuit infernum pœnitentibus claudit, c.1.q.78.n. 671. p. 109
Peccatores ſciant ſe ſuorum peccatorum Deum habere teſtem,c.2.q.4.n 30.31.& 32. p.119
Deus in electos minas, in peccatores pœnas conjicit, c.2.q.45.n.329 p.166
Peccatori magnus dolor privari inſtrumento peccandi, cap. 2. quæſt.61. n. 474. 475. & 476.p.186
Peccatorum æterna damnatio, à qua non liberabuntur,c.3.q.11 n.78. p. 208
Peccator non bene philoſophatur de Deo,c.3. q.40.n.343, p. 248
Sic miſer peccator ut pro Diabolo ſumatur, c 6.q 8.n.89. p. 389
Per quæ quis peccat per hæc & torquetur,c.6. q.27.n.168. p. 401
Peccatores inferni memoriam habent poſt tergum, c.6.q.19.n. 179. p. 403

Multiplici

Multiplici mortis genere peccator interimitur, c 6.q.19.n 182. p. 404.
Omnia armantur contra peccatorem, c.6 q 19 n 183 & 184. ibid
Ne peccatores peccatis addant peccata inde Sancti eorum mortem deſiderant, c 6 q.25. num.229. p. 411
Sancti deſiderant deſtrui in homine non naturam humanam, ſed peccatum, c.6.q.25.n. 232.& 233. p. 412
Homo diligendus peccatum odio habendum, c.6.q.25.n 234. ibid
Peccator de uno malo ſemper in deterius ruit, c.9 q.6.n.63.64.65 & 66. p 506
Peccator ex uno peccato in aliud ruit, cap 9. q 26.n.246.247.& 248. p. 532
Peccatores puniuntur in hoc ſæculo, & in altero,c.11.q.18.n.123. p 594
Peccator inſenſibilior creatura inſenſibili,c.11. q 20.n 153. p. 583
Vide *Impius*.

Peccatum.

Qui inter majora per beneficia peccat rigidius puniturc,c.1.q.68.n.584. p 94
Cum peccatum remittitur, mors & infernus clauditur, cap. 1. quæſt. 78. num. 670. p.109
Peccatum infernus & eo deterius, cap.1 q.78. n.672. ibid
Ne peccatum ſerpat radicitus evellendum,c 2. q.6.n 50. p.123
Peccatum ut tenebræ mentem excæcat, cap 2. q,10.n. 84. p.128
Peccatum ruens facilius emendatur ,c 2 q.11. num.87. p. 129
Sanctorum peccata proponuntur ut pœnitentiam imitemur, c.2. quæſt. 11. numer.88. p.128
Magna Dei pietas, quod peccatum non ſeneſcat in anima, c.2. quæſt. 11. num. 90. p.129
Natura diligenda, peccatum odio habendum, c.2 q.16 n.124. p. 134
Iniquo magnus dolor materia peccandi privari,c 2.q.61.n.474.475.&476. p. 186
Qui dolet de peccatis participat cœleſtia ; c.7. q.14 n.125. p.443
Unum peccatum via ad aliud, cap.9 q.6 n.65. & 66. p. 506
Summa hominis miſeria, quod in peccatis vitam agat laborioſam,c.9.quæſt.7. num. 75. p.507

Pergamus.

Quænam eſſet civitas à quo condita,cap.2 expoſ.8.n.276. p. 158
Pergamina ibi inventa. ibid
Quiſnam ejus Epiſcopus de quo hic fit mentio, c.2.expoſ.8.n 277. ibid

Periculum.

Mundus plenus innumeris periculis,& ideo ad ea evitanda multi oculi neceſſarii, c 4 q.35. n.309. p. 322

Permittere.

In eadem culpa eſt, qui committit crimen ac ille qui permittit, c. 2. quæſt.45.num.326. p. 166.

Perſecutor.

Juſtus perſecutus elevatur ſuper perſecutores ſuos, cap.2.quæſt. 33. num.242.& 243. p.153.

Perſeverantia.

In ſanctitate ac juſtitia perſeverandum uſque in finem, cap 1.quæſt.48 num.375.& 376. p. 1
Mira juſtorum perſeverantia,ac conſtantia,c.1. q.55.n.450 p.73
Perſeverantia germana patientiæ,c,2.q 7.n.60. p.124
Perſeverantia neceſſaria ad coronam gloriæ ; c. 2. q 36. n. 260 p. 155
Sine perſeverantia, nec corona, nec bonum aliquod obtinetur cap.3.quæſt 15.num.121. p. 2 4
Perſeverantia in virtutibus neceſſaria,c 3.q.47. n 414 p. 258
Inperſeverantia, ac fine flat totum negotium vitæ humanæ, cap. 3. quæſt.55.num 490. p. 269
Perſeverantia in omnibus,c 3.quæſt.59.n.518. p. 273
Perſeverans multum augetur, c. 7.q 14. n. 127. p. 444

Petere.

Bonus Dominus ac Prælatus, non urget imperio, ſed precibus, c.3. quæſt 41. num.474. 252
Sancti in cœlo, petendi voluntatem à Deo accipiunt, c.6. q. 25.n 226 p. 411
Plus dat Deus: quàm ab eo petitur, c.6.q.26. num.235. pag.412. & c. 8. expoſ. 4. n. 72. p. 479

Peregrinus.

Qui ſe peregrinum exiſtimat in hoc mundo participat cœleſtia,c 7. quæſt. 14.num. 126. p 444.

Pænitentia, ſeu pœnitens.

Quod datur innocentibus, etiam pœnitentibus conceditur,c.4 q.28 n.247 p. 312
Pœnitentia nec ſit nimia vel remiſſa, & fiat cum lætitia. c 5 q. 21.n. 188. p.364
Chriſtus ſub pœnitentiæ habitu, ſe objicit ut homines ad pœnitentiam alliciat, c 6 q 31. n. 270. 271.& 272 p. 418
Ab irrationabili creatura docetur homo facere pœnitentiam, c.6.quæſt.31. num. 273. p. 418
Deus differt pœnam ut homo pœnitentiam agat, c.9.q.26.n. 245 p. 5 8
Per pœnitentiam locus deperditus recuperatur, c 2. q 11. n. 86 p 128
Pœnitentia non promittenda, ſed agenda, c. 2. q 11. n 87 p. 127
Lapſus Sanctorum proponuntur ut eorum pœnitentiam imitemur, c.2. quæſt.11.n. 88. p.128
Deus pœnitentia delectatur, cap. 2.q.12.n.93. p. 129
Angelus & juſtus dicitur, qui de peccatis facit pœnitentiam, c. 2 q. 12. n. 95 ibid.
Deus minatur,& non ſtatim caſtigat, ut ad pœnitentiam provocet ; c. 2 q. 15. num. 118. p. 133
Deus ſupplicia differt, ut det locum pœnitentiæ, c. 2.q. 15. n 119 p. 133
Sine mora pœnitentia agenda, c. 2. quæſt. 45. n. 318 p. 166
Prælatus pro ſubditis pœnitentiam agat, c. 2. q. 45. n. 331.& 332. p. 167
Pœnitentia dulcis,& ſuavis,cap 2 q.46.n.339. p. 167

Solus Deus veram pœnitentiam agnoſcit, c.2. q 62.n.479 p. 187
Ille vere agit pœnitentiam, qui bene & recte ſuum munus adimplet.cap.3.q 10. num.68. p.207
Per pœnitentiam antiqua innocentia recuperatur, c.3.q.13.n.97 p. 211
Pœnitentia clavis regni Cœlorum, cap.3.q.19. n.149 p 218
Pœnitentia facit ut homo cognoſcat ſua peccata, c.3.q.48.n.425 p. 259
Deus comminatur impœnitenti, quia ignoſcit pœnitenti, c.3.q 51.n.450 p.263
Vera pœnitentia cum lachrymis, c.4.quæſt.21. n.166 p.301
Vera pœnitentia quod oſtendit exterius jubet interius. ibid
Pœnitentia in meditatione dulcis, in executione amara, c.10.q 15.n 145 p. 555
Pœnitentiæ habitum alios ad pœnitentiam provocant Sancti cap.11.quæſt.13.num.97. p. 575
Juſtus agit pœnitentiam in peccatis populi, c. 11.q.13 n.98 ibid
Deus placatur hominum pœnitentia, c. 11. q. 13.n.99 ibid
Veſtis cilicina tegit bonos mores ac virtutem, c.11.q.13.n.100.& 101 ibid

Pœna.

Deus moroſus ad pœnam celer ad præmia c 1. q 54.n.424 p 69
Deus ad puniendum tardè venit, & tamen citò ſe venire exiſtimat, cap. 2. quæſt. 15.num. 116.p.132
Calamitas ac pœna ſignum amoris Dei cap.2. q.60 n.467 p. 185
Vide *Supplicium.*

Philadelphia.

Quænam civitas eſſet, cap.3.quæſt. 17.n.134 p.216
Ætimologia ejus nominis. ibid

Potentia, l. potens.

Cum multiplicatur ſæcularis poteſtas non multiplicatur virtus, cap.3.quæſt 33.num.277. p.238
Dei potentia oſtenditur in Cœlo, in terra & in Inferno, c 4 q.17.n.142 p.297
Potens ſua potentia ſe tuetur, humilis humilitate ſua dejicitur.cap.5.quæſt.13 num. 111. p 352

Præceptum.

Dei præcepta juſtos illuminant, iniquos damnant, c.1.q.56.n.459 p. 75
Ex noſtro affectu naſcitur facilitas vel difficultas in præceptis, cap 2.quæſt.64 num.508. p.191
Qui non ſolùm præcepta, ſed etiam Conſilia adimplet, multa ei merces, cap 7 q.14.n.127. p.444
Vide *Lex.*

Prædicator.

In Prædicatore ſit zelus & ſpes, c.1.q 13.n.95. p 19
Prædicator multipliciter pro ſuorum ſalute inſtet, c.1.q 80.n.688 & 689 p. 112
Prælatus inſtet prædicando verbum Dei, c.2. q 8 n.69 p. 125
Prædicator illuminet doctrina, ac accedat devotione, c.2.q.54.n.412 p. 177
Prædicatione Evangelica gentium obduratio confracta eſt, cap 2.quæſt. 66. num. 521, p.193
Prædicat o Evangelii oſtium apertum ad ſalutem gentium, cap 3. quæſt.21 num.num.165 p 221
Prædicatores ac Doctores maximè honorantur à Deo, c.4.q.13.n.98 p.290
Vox Prædicatoris ſomnolentos excitat, cap 1. q 41.n.308 p 50
Prædicator, quod docet verbis, opere adimpleat, cap.1.q.51.n.309.310. & 311. ibid. & c.6 q 4 n 5. p.384
Vox Prædicatoris judicatur in opere, c. 1.q.42. n 315 p. 2
Prædicatores ſic dilecti ut dicantur oculi Domini, c.1.q.56,n 460 p 75
Qui lædit Prædicatores, lædit Dei oculos, ibid
Prædicatores oſtendunt ſapientiam, & fortitudinem, c 1.q 59 n 492 p 80
Prædicatores dent odorem doctrinæ, & vitæ, c.1.q.59.n.494 ibid
Qui prædicat offerat ſe in holocauſtum in Martyrium, cap.1.q.59. num.495. 496. & 497.p 80 & 81
Prædicatio Evangelii ſonora, & efficax, cap.1. q 60 n.504 p. 82
Virtus Prædicationis mira, c.1. q 60.num.505. ibid
Vox Prædicatoris omne impedimentum removet pro ſalute ſuorum, cap. 1. q.60. num. 506 ibid
Nunc plures ſunt Prædicatores, quam in exordio Eccleſiæ, c 1.q.67.n.507 ibid
Lex Prædicatoris efficax & clara ſit, c. 1.q.60. n 507 ibid
Prædicatio Evangelica bonis placet, malis diſplicet, c.1.q 10.n.509 ibid
Tunc Prædicatio Evangelica efficax quando auditorum mores exprimit, c.1.q.60 n.510. 511.& 512 p.83
Prædicator auditorum defectus prudenter aperiat. ibid
Prædicator verbo Dei plenus præſcindit aliorum corda, non verò qui proprio ſpiritu ducitur, c.1.q. 67.n 572 p. 92
Prædicatio prius penetret Prædicatorem quam auditorem, c.1.q 69 n.596 p.96
Prædicatoris doctrina ſit clara, c 1 q.70.n 612. pag 98
Prædicatio ſit conjuncta cum cœleſti vita, c.4. q.17.n.139.& 140 p.296. & 297
Prædicator inſtar cytharæ virtutibus reſonet, c.5.q.21.n. 187 p. 365
Prædicatores Evangelici, veluti Chriſti equi, c.6.q 3 n.38 p. 382
Puritas ac innocentia Prædicatorum ſit multa, c.6.q.3.n 40 p.383
Prædicator criticus, & mutus, graviter punitur, c 8.q 1.n.6 p. 470
Prædicator ante Prædicationem ſileat, cap.8. q 4.n.41 p. 474
Conſtantia in Prædicatore neceſſaria, c.4.q.4. num 44 ibid
Concionator non prædicet niſi miſſus, c.8 q 4. num.45 p.475
Prædicator magnis, & parvis annunciet Dei verbum, c.8.q.4.n.47 ibid
Prædicator accommodet ſe tempori, c.8.q.4. n.49,& 50 ibid

Prædicator antequam prædicet ſe præparet, c.8.q.10.n.104. p. 484
Prædicator reprehendendo ſuavis bonis, ſeverus malis, c 8 q.10 n. 106. ibid
Licet multi ſint Prædicatores, eorum una eſt vox, unus finis, c.8.q.10.n.107.108. & 109. p.485
Prædicatores Evangelici multam unionem habent inter ſe, ibid.& c. 9. q. 16. n.152. 153. & 154. p.519.& 520
Prædicatione ac doctrina, munitur Eccleſia contra Hæreticos, cap.10.q.1.n.11. 12.& 13. p 534
Prædicator nullum timeat; ſed vox ejus timeatur, c.10.q 8 n.74. p 544
Veri Prædicatores quod à Chriſto accipiunt prædicant, c.10.q 9.n.87. p. 545
Prædicatores non quærant applauſum populi, ſed ſalutem animarum, c. 10.q 9. n.88.89. 90.& 91. p. 546. & 547
Prædicator utiliter prædicat ſi in ſe habeat, eandem doctrinam, c.10.q.14.n.138.& 139 p. 554
Doctrina cœleſtis dulcis Prædicatori, amara contemnitur, cap.10. quæſt. 16.num.155. p.557

Prælatus.

Optimi Prælati eſt ſuos diligere, & pro eis vitam dare, c.1.q.21 n.151. p. 26
Prælatus patientia veluti Martyr indiget; & quot ſubditos tot feras habet, c.1. q 34.n. 255.256.& 257. p. 43
Prælatus dimittat orationem, ut ſaluti ſubditorum conſultet, cap 1.q.39.n 297.298 & 299. p.49
Prælatus nullam maculam nec contagionem contrahat à ſubditis, cap.1.q.45.num.334 p 54
Prælati Eccleſiaſtici inſtruuntur ad reſidentiam c.1 q.46.n.347. p.56.
Prælatus omnium oculis expoſitus, cap.1.q.46 num.348. ibid
Prælatus omnibus aliis in virtute ſit excellentior, c 1.q.49.n.379. p. 61
Prælatus ſemper ſui muneris admoneatur, c.1. q.50.n.392. p.64
Prælatus judicet ratione, non affectu, c.1.q.50. n.392.393.& 394. ibid
In Prælato ſit diligentia, ac vigilantia cum charitate, cap.1.q.59.n.492.p.80.& c 4 q.35. n.315. p.323
Prælatus ſit infatigabilis in ſuperandis laboribus pro ſuis. ibid
Prælati in juſtitia, ac ſua ſede ſint ſtabiles, & reſideant, c.1.q.61.n 5 6. p. 84
Prælatus eſt ſubditorum forma, cap.3.q.7.n.51. p.204
Prælatus non ſufficit quod ſit virtuoſus & doctus, ſed ut alios erudiat, cap.1.q. 61.n.521. p.84
Prælatus miſericordiæ operibus alios viſitet, c.1.q.61.n 522. p.84
Prælatus luceat inter perſecutiones, c. 1.q.61. num.523. p 85
Prælatus prius in ſe ſit lucidus, ut alios illuminet, c. 1.q.61.n.524. ibid
Prælatus etſi ſublimis, humilis ſit, cap.1.q.61. num.525. ibid
Prælati ſicut excedunt gradu, & vita excedant, c.1.q.61.n.526. ibid
Prælatus prius doceat operibus, quam verbis, c.1 q.61.n.527. ibid
Prælati ſint Deo obedientes, cap.1.q 61.n 528 ibid
Subditis dormientibus Prælati vigilent, cap.1. q.61.n 529.530.& 531. ibid
Prælatus ſi deficit in ſuo munere punitur, c. 1. q.63.n 540. p. 87
Maxime reſplendet Prælatus ſi ad ſui nitorem, ſubditorum bona non conſumit, cap.1.q.63. n.545. p.88
Prælati ſubditorum bonis, non indigeant, ſed omnibus benefaciant, cap.1.q 63. num.546. ibid
Deus magna potentia prælatos Eccleſiæ conſervat, & tuetur, c.1.q.64 n.548. ibid
Prælati Eccleſiarum, etſi indigni venerandi, c 1. q.64.n. 549. ibid
Prælatus operetur cum recta intentione cap.1. q 64.n.551. p.89
Prælati ſancta, & recta cogitent; & non ſiniſtra, c.1.q.65.n 560. p 90
Prælatus exhibeat ſubdito conſolationem, & ſubditus Prælato reverentiam, c.1.quæſt.75 n.647. p. 105
Prælatus de ſuis ſubditis tenetur reddere rationem, c.2.q.1.n.6. p.115
Prælati, ac principis exemplum componit ſubditos, cap.3.quæſt.7,num.51.52.53.& 54. p.204 & 205
Bonus Prælatus ſubditis utilis, c.3.q.23 n 182. p.223
Aliorum converſio magnum præmium bono prælato, c 3.q.23.n.183. ibid
Prælatus ex omni parte ſit perfectus, c 3.q.28. n 224. p.230
Prælatus, etſi corpore ſit in terra, corde tamen in Cœlo c.3.q 28.n.225. ibid
Prælatus inter labores immobilis perſiſtat. ibid
Prælatus non ſibi, ſed ſubditis ſit, cap.3.q 28. n 226. ibid
Prælato ſeu principi maxime convenit veritas, cap.3.quæſt.36.num.303.304. 305. 306.& 307. p. 241.& 242
Prælati cum dolore puniant, cap 3.q.38.n.319 pag.245
Prælatus non urgeat imperio, ſed precibus, c. 3. q.42.n.374. p. 252
Prælatus ſubditos revereatur, c.3.q 42.n.362. ibid.
Prælatus præ multa charitate habeat famem ſalutis animarum, cap 3.quæſt 45.num.400 p.256.& 257
Prælatus Chriſti charitatem tanquam compar imitetur. ibid
Bonus prælatus ſit præſens in tota ſua Eccleſia, c.4.q.23.n 188. p.304
Prælatus ſic regat imperio, ut ſe eſſe ſubditum recordetur, c.4.q 23. n.191.192. 193. 194 & 195. p.305
Boni prælati, non ſibi, ſed aliis volunt lucere, c.4 q.25.n.216. p. 308
Prælatus ſibi & ſubditis attendat, cap 4 q.35. n.316. p.323
Sciant Prælati omnium oculos in eos eſſe defixos, ut ipſos conſiderent, cap.4.q.35.n.317 ibid
Prælatus ut ſuum munus recte adimpleat, prævideat futura, c.4.q. 35.n. 318.319.320.& 321. p. 324.& 325

Ponus

Bonus Prælatus malos punit, fovet bonos, c.5 q.13.n.108. p.352
Prælatus ſuam juſtitiam, ac ſinceritatem manifeſtet, c.6.q.3.n.41.42.& 43. p.383
Prælatura quædam ſervitus, cap.6.q 7. n.81. p.388
Prælatus ſic agat de rigore legis ut ſuis neceſſaria provideat, c.6. q.11. n.119 120.121. 122.& 123. p.394.& 395
Prælatus ſubditis det neceſſaria alimenta, c.6. q.12 n.129. p.397
Prælatus non reſpiciat perſonas, ſed merita, c.6.q.13.n.129.& 130. d.396
Prælati dignitas ſit utilis, & frugifera ſubditis, c.6.q.13.n.140.& 141. p.397
Prælatus ne ita ſit deditus juſtitiæ ut charitatem lædat, c.6 q.14.n.149. p 399
Prælati ſæpe à ſubditis inficiuntur, cap.8.q 14. n.142. p.490
Prælati debent portare ſuos ſubditos ſuper ſe, cap.8.quæſt.14.num.143.144.145. & 146. ibid.
Deus Prælatos ſuo exemplo movet ad rectè agendam. ibid.
Cum præſul deficit, facilè grex deficit, c.8.q.16. n.161. p.493
Prælatus non varietur per incrementa, c.8.q. 17.n.173. p.495
Subditi maxime imitantur ac ſequuntur ſuum Prælatum, cap 8.q. 17. n.176.177. & 178. ibid.
Deus ſervat à morte Prælatos ut ſubveniant ſubditis, c 9 q.9.n 83. p 509
Æquitas ſit in bono Prælato ad omnes, c.11. q.2.n.11. p.562
Juſtitia in Prælato neceſſaria ad legum cuſtodiam c.11.q.2.n.12. ibid.
Prælatus ſit humilis, & ſine præſumptione, c.11. q.2.n.13. ibid.
Prælatus ſeveritatem, ac rigorem temperet pietate, cap.11.quæſt.2. num.14.15.& 16. ibid.
Prælatorum mores norma ſubditorum, c.2.q 1. num.6. p.115.
Difficiliter Prælatus eſt arguendus, ibid.n.7 ibid.
Prælatus debet transformari in ſubditos, ut ſit idem cum illis, cap. 2. quæſt.1. num.9. p.116
Prælatus omnium ſuorum ſubditorum figuram gerat & exprimat, c.2.quæſt.1. n.10.& 11. ibid.
Prælatus examinet, & exploret ſuorum mores c 2.q.6.n.46.& 47. p 122
Prælatus ſui damna ſuſtineat non verò ſui gregis c.2.q.6.n.51. p.123
Prælatus multum longanimis, ut ſuos producat ad ſalutem, c.2.q.7.n.58. p.124
Prælatus etiam iniquus honorandus, c.2.q.12. num.94. p.129
Ob delictum Prælati pœna in populum, cap.2. q 14.n.106. p.131
Magno ſtudio Prælatus dividat doctrinam ſanam à mala, c.2.q.39 n.286. p.159
Prælatus pro ſubdidis gerat pœnitentiam, c. 2. q 45.n.331.& 332. p.167
Prælatus illuminet doctrina, & accendat devotione, c.2 q.54.n.412. p 177
Prælati omnia efficiant, cum rationis pondere, c.2.q 55 n.416. p.178
Prælatus inflammatus ſit charitate fortitudinem habens, c.2 q.55 n 417. ibid.
Prælatus bonus dignus & ut alios regat, c.2. q 65 n 516. p.192
Ille ad aliorum regionem aſſumitur qui ſeipſum rectè gubernat, cap.2.q.65 num.517. ibid.
Prælatus gubernat juſtitia inflexibili, c.2.q.66. num 5 7.
Prælatus ne moveatur odio nec amore, cap.2. q.66.n 529.530.& 531. p.194
Prælati reſpiciant ad Chriſtum ut ad ſpeculum, ut videant ſuum agendi modum, cap.3. q.2 n.10. p.199
Prælati admonentur exemplo ſtellarum inſenſibilium, cap 3. quæſt 2 num.13.14.& 15. ibid.
Prælatus ſit irreprehenſibilis, & ſcandalum non præbeat, c.3.q.5.n 33. p.202
Prælatus Eccleſiaſticus omni luce, ac ſplendore fulgeat omni tempore, c.3.q 3.n.18.19.& 20. p.200

Præmium.

Si ſupplicia terrent, præmia lætificant, c.1.q.4. n.25. p.11
Cum boni præmiantur, roboramur in juſtitia, c.1.q.4 n.26. ibid.
Deus celer ad præmia, moroſus ad pœnam, c.1.q.53 n.424. p.69
Homo ſit cautus à malo ſpe præmii, ac timore pœnæ, c.1. quæſt.66 num.568.569. & 570. p.91.& 92.
Præmium propoſitum allicit animum ad ſuperanda omnia difficilia, c.2.q.22. n.168. & 169. p.140
Solus ille juſtè præmia confert, qui animum agnoſcit, c.2.q.62.n.480. p.187
Deus largiſſime ſuos remunerat, cap.3. q.16. n.126. p.215
Deus multipliciter remunerat noſtra obſequia, c.3.q.24.n 192. p.225
Spes præmii valida eſt ad dura toleranda, c.3. q.25.n.200. p.226
Maxime præmiandi nobiles auſus, etiam ſi res non ſequatur, cap.5.quæſt.8.num.63.& 64. p.345
Inæqualitas præmii. quæ à Deo datur, non ab ipſo, ſed à nobis provenit cap.7.q.11.n.100. 101.& 102. p.440
Deus retribuit juſtis, & impiis, ſecundùm ſua opera, cap 10. quæſt.13. num. 128.129. & 130. p.552

Præſentia.

Juſti ſemper Deum præſenrem conſiderant, c. 11.q.21.n.24. p.597

Præſumere.

Nullus de ſua juſtitia multum præſumat, ſed timeatt caſum, cap.11.quæſt.22.num.175. p.586.

Princeps.

Quatuor Orbis principatus per quatuor equos deſignantur, c.6.q.2.n.29.& 30. p.381
Vide *Prælatus*, vel *Rex*.

Principatus.

Principatus quædam ſervitus eſt, c.6.q.7.n.81. p.388
Vide *Prælatus*, vel *Rex* ſeu *Regnum*.

Promiſſio, ſeu *Promittere*.

Deus majora dat, quàm promittit, cap.1.q.70. n 604 p.97.& c.4 q 12.n.89. p 88

Promittens accommodet ſe ſuo ſtatui, cap.2. q.20.n 154. p.138

Quæ à Deo ſunt promiſſa, tanquam in poſſeſſione habentur, cap.4. quæſt. 5. num.125. p 294

Prophetæ.

Non eſt Propheta, nec Prophetia ſine Filio Dei, c.2 q.54.n 409. p.176

Veri, ac magni Prophetæ intelligebant ea, quæ dicebant, c.4.q.4.n.30. p.279

Proſpera.

Sive proſpera ſive adverſa quæ veniunt à manu Dei debemus venerari, c.5.q 20.173. p.362

Providentia.

Dei providentia non protegit, ut ab adverſis tueatur, c.1.q.39.n.294. p 48

Dei mira Providentia erga nos. ibid.

Optimus Prælatus habeat providentiam de futuris, cap 4.q.35.num.315.& 316. p.125

Prælatus provideat ſuis alimoniam neceſſariam c.6 q.13.n.139.140.& 141. p.397

Prælati provideant neceſſaria inferioribus, juxta eorum indigentiam cap.6. q. 14. n.150. 151.& 152. p.399

Proximus.

Qui amat Deum amat, & proximum, c 3.q.45. n.369. p.256

Qui proximorum ſaluti incumbit, liber eſt ab omni malo, c.6.q.14.n.144. p.398

Prudens.

Prudentia cæteris virtutibus Cardinalibus Superior, c.4.q 25 n.212. p.308

Punire.

Vide *Supplicium.*

Puritas.

Puritas præcedit ad reſurrectionis gloriam, c.1. q 54.n 441.442.& 443. p.72

Puritas fit in corpore, & in corde, cap.2. p.62. n.478 p.287

Puritas maxime convenit Regibus ac ſapientibus, c.4.q.15.n 121. p.293

Q

Quies.

QUi per remiſſionem quærit quietem, invenit perturbationem, c.2.q.14.n. 07. p.131

Quies non datur ubi iniquitas regnat, cap 3. q 54.n.485. p.268

Sanctorum quies à laudibus Dei non quieſcere, c 4.q.30.n.329. p.325

Deus requieſcit in Sanctis ſuis, c.4.q.42.n.272. pag.222

R

Ratio.

PRælatio omnia efficiant cum ratione, c.2 q.55.n.416. p.178

Reformatio.

Qui de reformatione agit indiget patientia, c.2.q.7.n.55. p.123

Redemptio.

Redemptio noſtra omnibus beneficiis præferenda, c.5.q 25.n.223. p.369

Religio, ſeu *Religioſus.*

Religioſus qui Deo conſecratus relinquat paternam domum, ac omnia illius renunciat, c.1.q.67.n 478.579.& 180. p 95

Religioſus, qui ob Chriſtum relinquit mundum mortuus ſit mundo, cap 1.p.74.n.640. & 641. p.103.& 104

Malus Religioſus ſæculari deterior, cap 3.q 37 num 314. p.243

Tunc quis Religionem, ac perfectionem tenet, cum bellum indicit carni, cap.5.q.13.n.109. p.352

Religio veluti Cœlum, cap.6.q.32.num.283. p.420

Religioſos maximè perſequitur Antichriſtus ibid.

Multi timore oppreſſi ad Religionem confugiunt, c.6.q 33.n 290. p.422

Relinquere.

Qui reliquit paternam domum, ac omnia illius acquirit omnia cœleſtia, c.1. q.67. n.578. 579.& 580. p.93.& 94

Qui mundum reliquit, ut Chriſti veſtigia ſequatur, mundo ſit mortuus, c 1.q.74. n.640. & 641. p.103.& 104

Remedium.

Ubi malum timetur, ibi remedium applicandum c.1.q.15.n.115. p.22

Renovatus.

Chriſtus animas renovatas ab omni vetuſtate exoptat cap 2 quæſt.49. num.385. & 386. p.17

Remiſſio.

Cùm peccatum remittitur, mors & infernus clauditur, c.1.q 78.n 670. p.109

Reprehenſio, ſeu *reprehendere.*

Ante reprehenſionem verba levia ac ſuavia mittenda, c.2 q.5 n.36. p.120

Cum iniqui reprehenduntur contra eorum perſecutionem armandum, cap.2.q.7. num.56. p.123

Reprehenſionis ſeveritas, laudibus, ac favoribus circummollienda eſt, cap.2.q.17.n.127. & 128. p 134

Reprehenſio fiat adinſtar prudentis medici, c. 2 q 42.n 308. p.163

Qui de mendacio reprehendit neceſſe eſt, ut multum verax exiſtat, cap.3.q.35.num.295. p.240

Valdè difficiliter creditur homo dum aliorum turpia facta arguit, & reprehendit, c.3.q.35. n.297.& 298. ibid.

Dura reprehenſio levibus præmiſcenda eſt, c 3. q.42 n 367. p.251

In reprehendente ſupponitur excellentia & majeſtas, c.3.q.59 n.519. p.273

Reſurrectio.

Chriſti Reſurrectio cauſa noſtræ Reſurrectionis, c.1.q.19 n.142. p.25

Ex Chriſti Reſurrectione ſpes noſtræ Reſurrectionis, c.1.q 19.n.145. ibid.

Innocentia & puritas præcedit ad gloriam Reſurrectionis, cap.1.q 54 n.441.442. & 443. pag 72

Ut ad Reſurrectionem veniamus cum Chriſto conformandum eſt in morte, cap. 1. q. 77. n 664 p.108

Reſurrectione Chriſti aperitur intelligentia ad ſcripturas c.4.q.2.n.10. p 276

In Reſurrectione maximè ſe manifeſtavit Chriſti majeſtas, cap.4. quæſt.25. num.222 p.309

Reſurrectio Chriſti magnam lætitiam mundo attulit,c.4.q.25.n.224. ibid.
Chriſtus mortuus ut Agnus, tanquam leo reſurrexit,c 5.q.13.n.106. p 351
Qui aſſimilantur Chriſto in Paſſione,aſſimilabuntur, & in Reſurrectione, c.11. q.25.n. 204.205.& 206. p.591

Reverentia.

Summa reverentia erga Deum exhibenda eſt, c 1.q.71.n 628. p. 01
Magna reverentia Prælatis Eccleſiæ exhibenda,c.3.q.23.n.180. p.223
Magna gloria,quod tui perſequutores te reverceantur,c.3.q.23.n.184. ibid.
Quæ in reverentiam, & cultum Dei damus, maximè poſſidemus, cap.4.q.16. num.132. p.295
Cùm ſuperior dat reverentiam, etiam inferior illam præſtat,c.7. q 24.n. 05. p.456

Rex, vel *Regnum*.

Omnes à Chriſto habent regnandi poteſtatem c.1.q.20 n.147. p.26
Regis eſt ſuos diligere, & pro eis vitam dare, c.1.q.21.n.151. p.17
Rex verus in ſeipſum habet dominationem, c. 1.q.23.n.173 174.& 175. p.30
Rex & Princeps ex virtutibus acclamandus. ibid.
Regia & Sacerdotalis dignitas ad tuendam rempublicam,c.1.q.24.n.176. ibid.
Regis decor pro ſuis pugnare,c.1.q.49. n.380. p.61
Verus Regis amor in pugnam pro ſuis exit. ibid.
Rex in ſe oſtendat normam ſubditorum, cap.1. q.49 n.382. p.62
Regis dignitas ad ſuos nobilitandos, ac tuendos, c.1. q.51 n.402. p.65
Maximè reſplendet Rex, ſi ad ſui nitorem ſubditorum bona non conſumit, nec eis indiget.c.1.q.63 n.545.& 546. p.88
Rex non de ſe, ſed de ſuis agit, è contra verò tyrannus,c 1.q 63 n.547. ibid.
Gladius decor Regis, c.1. quæſt.68. num 587. p.95
Ille benè aſſumitur ad aliorum regimen,qui ſe benè gubernat c 2.q.65.n.517. p.192
Regi,ac Prælato maximè convenit veritas,c.3. q.36.n 303.304.& 305. p.241.& 242
Chriſtus D ſuos amatores facit Reges, cap 4. q 15.n.126.127.& 138. p.294
Regibus incumbit labor, Sacerdotibus pietas, c 4.q 30.n.261. p.315
Rex ſit fortis in bello, mitis in throno, cap.5. q.13 n.109. p 352
Verus Rex habeat thronum, non ut ſedeat,ſed ut pro ſuis puhnet,cap.5.quæſt.18.num.155 p.359
Rex magis benevolentia, quam terrore ſuos conciliat,cap.5.quæſt.21.n.192.193.& 194. p 364.& 365.
Optimi Regis nota pro ſuis vitam dare,cap.5. q 25.n.229. p.370
Ille verè regnat, qui quidquid terrenum eſt, ſibi ſubjicit, cap. 5. quæſt. 26. num. 239. p 371
Regnante juſto Deum dicitur regnare, c 5. q. 26.n 242. ibid.
Electio boni Regis, dicitur honor & utilitas Dei,c.5 q.26.n.242. p.372
Simplicitas valde apta ad regnum, c q.5 28. n 267.& 268. p.375.& 376
Reges valde crudeles in eos, qui eorum adverſantur imperio, cap. 6. quæſt. 8. num. 92. p.390
Rex pro ſuo regno conſervando nullum exhorret facinus,c.6.q.8.n.93. ibid.
Regna mundi breviter tranſeunt,c.1. q.1. n.2. p 4 5
Regis proprium ædificare & non deſtruere, c. 9.q 15.n.141. p 518
Indecora corona cùm impii ea fruuntur, c. 9. q.15.n.142. ibid.
Ille verè Rex,qui non parvos, ſed magnos caſtigat c.9.q.15 n.143 & 144. p.518
Subditi ſequuntur ſuum Regem,ac Principem, c.9 q.22 n 216. p.528
Tunc Chriſtus dicitur regnare cum ſuis dat regnum, cap 11.q.29. num.227.228.& 229. p.593
Vide *Prælatus*.

Revelatio.

Ad excipiendam divinam revelationem multa ſanctitas neceſſaria, c.1.q.45.n.336.337. & 338.p.65
Revelatio facta Joanni per Angelum. Prœm. q.7.n.43 p.6

Rigor.

Rigor juſtitiæ habeat admixtam miſericordiam,c.4.q.9.n.69.70.71.& 72. p.285.
Vide *Benignitas*.

S

Sacerdos.

SAcerdotes ſobriè ac caſtè viventes ſacrificium & altare,c.1.q 23.n.172. p.30
Sacerdos plenus ſit virtutibus, & toto affectu tendat in Deum,c.1.q.24.num.177. & 178. p.30.& 31
Sacerdos ſupra homines,c.1.q 24.n 179 & 180. ibid.
Sacerdotalis dignitas ſupra omnem conditionem humanam, cap.1. quæſt.47.num. 361. pag.58
Sacerdotalis dignitas propria Filii Dei, cap.1. p 47.n.362. p.59
Sacerdos in confeſſione rimetur conſcientiam pœnitentis,c.1.q.71.n.621. p.100
Sacerdos ſua probitate multas virtutes transfundat in alios, cap.1. quæſt. 71. num.622. ibid.
Sacerdos in magno honore habetur à Chriſto. c.1.q.81.n.690. p.112
Sacerdos Angelus, cap.1.quæſt.81. num.691. ibid.
Sacerdotum eſt Deum hominibus nuntiare,c.1. q.81.n.692. ibid.

Sacramentum.

Per Sacramenta communicatur Chriſti fortitudo,c 1.q 53. n.425. p 69
Sacramentorum Eccleſiæ magna vis & excellentia, cap. 1. quæſt. 17. numer. 146. p 357
Sacramentis cuſtoditur homo ab omni malo, c.6.q.14.n 147. p.398

Sæcularis.

Sæcularis cura extinguit ſpiritum, c. 3.q. 37. n.316. p.243

Salus.

Sanguis Chriſti perfidis eſt ad mortem, fidelibus ad vitam, cap.1. quæſt. 21. num.157. p.27. & 28

Via amoris, plus Deus æſtimat ſalutem hominis, quàm vitam ſui filii, c.1. q. 21. n.159. ibid

Qui in via ſalutis non progreditur, periclitatur, c.2.q.8.n.68 p. 125

Deus pro deliciis habet hominum ſalutem, c.3. q.54 n.476 p. 267

Solus Jeſus dat ſalutem, creatura verò pœnam, c.5 q.9.n 71.72.& 73. p. 346

Qui ſaluti proximorum incumbit, cuſtoditur ab omni malo, c. 6. quæſt. 14. num.144. p.598

Qui de aliorum ſalute agit aſcendere videtur, c 7 q.6.n.52 p. 433

Juſtus de aliorum ſalute gaudet, c 7 quæſt 24. n 206 & 207 p. 457

Charitas nos provocat ad ea quæ ſunt ſalutis proximorum, c.7 q.26.n 225 p.459

Via ſalutis maximè quærenda & attendenda, c.7.q.26.n.226 ibid

Extrema miſeria, quod illud, quod eſt ad ſalutem ſit ad mortem, c.7. quæſt. 29.num.250. p. 463

Prælato maximè incumbit agere de ſalute aliorum, c.10. q.17. n. 163. p.558

Deus vult multorum ſaluti conſulere, c. 10. q.17 n.166 p.559

Sanguis.

Sanguis Chriſti miſericordiam diffundit, c.1. q. 21.n.156 p. 27

Sanguis Chriſti perfidis ad mortem, fidelibus ad vitam, c.1.q.21.n.157 p.28

Sanguis Chriſti nos ſemper lavat, c.1.quæſt.21. n. 258 ibid

Sanguis Martyrum vindictam poſtulat, Chriſti verò miſericordiam, c.6 q.14.n.221.& 222. p.410

Sanguis Chriſti habet naturam lactis, c.7 q 29. n. 250 p. 463

Sanctitas, vel *Sanctus.*

Sanctitas, & juſtitia noſtra à Deo venit, c.3. q 36.n.301 p. 241

Perfecta ſanctitas non ex una virtute, ſed ex omnibus conſtat, c.3.quæſt.46. num. 409. p.257

Sanctus quid ſignificat, c.4 q.37.n.333.334. & 335 p.326. & 327

Deus ſolus ſanctus per eſſentiam, cap.4.q.37. n.336 ibid

Omnis Sanctitas participatur à Deo, c.4.q.37. n.340 ibid

Majus eſt donum gratiæ, & ſanctitatis, quàm creationis. ibid

Sanctitas ſuprema Dei excellentiam & maximè ejus naturam declarat, cap.4.q.37.n.341. & 342 p. 328

Nomen Sanctum nonniſi à mundo ore pronuntiandum, cap. 4. quæſt. 37.num. 343. ibid

Sancti ſunt corona Chriſti quibus ipſe coronatur, c.6.q.5.n. 59 p. 385

Sancti in Cœlo petendi voluntatem à Deo accipiunt, cap.6.q 5.n. 226 p. 411

Ad Sanctorum patrocinia confugiendum, c.6. q.33.n.288 p 421

Sancti cum ſint multum honorati à Deo maximè ſe promotos exhibent ad divina mandata, cap.7 quæſt.20.n.174. 175.& 176. p.452

Delectatio Sanctorum à Chriſto incipit, & in ipſo terminatur, cap.7.quæſt.24.num.204. p.456

Sapientia, vel *Sapiens.*

Sapientia aſſociatur cum ſanctitate, ac virtute, c.3.q.29.n.240 241 & 242 p.232.& 233

Sapientia cum puritate, ac innocentia vitæ conjuncta, cap.3.q.29.n.242. ibid

Vera ſapientia inflammat mentem, cap.3.q.44. num.390 p. 254

Puritas maximè convenit ſapientibus, c 4.q.15. num.121 p. 291

Sapientia munit & firmat regna, cap.5.q.27. n.257. & 258 p. 374

Admirantur cœleſtes Spiritus conſiderantes conſilium divinæ ſapientiæ, cap.8.q.1.n.14. p.471

Sapientia de omnibus triumphat, & ea munitur Eccleſia, c.10.q.1.n.11. p 534

Quæ dicuntur ſapientibus, non manifeſtanda plebeis, cap.10.quæſt.10. num 100. & 101. p.547

Vide *Scientia.*

Scandalum.

Prælatus quamvis ſit reprehenſibilis ſcandalum non præbeat cap.3.quæſt.5.num.336. p. 202

Scientia.

Scientia cuſtodienda, & non vulgariter publicanda, c.1.q.51.n.401 p.65

Qui paucam habet ſcientiam, paucas habet vires, c.3.q.22.n.172 p.222

Scientia cum virtute conjuncta, cap. 3.q.29. num.242 p. 233

Improbus non benè philoſophatur de Deo, cap.3.q.40. n.345 p 248

Scientia ſine charitate nociva, cap.3.quæſt.44. num.390 p. 254

Scientia de ſacra Scriptura maximè placet Deo, & valde utilis, cap.5.quæſt.18.nu.160. p.359

Scientia quæ aliis non communicatur nulla reputatur, c.5.q.19 n.167. 168. & 169. p.360

Illa vera ſcientia, quæ aliis communicatur, ita ut alii ſciant te ſcire, cap 10. q. 17.nu 167. 168. & 169 p.559

Parum prodeſt ſcientia tua niſi aliis eam communices, cap.5 quæſt 19.num. 164. 165. & 166 p. 360

Scribere.

Quod ſcribitur, indelebile, ac fixum eſt, c.2. quæſt.51.num 392.& cap.4.q.36.num.325. p 325

Prærogativa ſcribendi eminet muneri prædicandi. ibid

Quod ſcribitur perpetuitatem denotat, cap. 3. q. 30.n.243. p. 233

Scriptura Sacra

Deus Scripturæ auctor, cap.1. qu. 4. num.23. pag.10

Sacri Scriptores ſpiritu Dei afflati loquuntur, cap.1.q.10.n.61 p. 16

Scipturæ cognitio redd't hominem veluti beatum,c.1 q.12 n.79.& 80. p.18.& 19
Scriptura maximè fœcundatur anima,c.1.q.12. n.91 p.19
Ubi eſt Scripturæ ſtudium ibi Sanctitas, cap.1. q 12.n.9. ibid
Cognitio Scripturæ velut quoddam ſanctuarium, c.1.q 12. n.93. ibid
Dulcedo Scripturæ ſuper omnes dulcedines, ac delicias, cap. 1. quæſt. 50. numer. 387. pag. 63
Puritas Scripturæ ex multis ſcriptoribus, c.1 q.53 n. 416 p.69
Scriptura difficilis,& occulta, c.1.q 55.n.447. pag 75
Scriptura in ſe una inſtar multarum aquarum lavat, cap 1. quæſt. 60. numer. 501. pag.81
Vita Chriſti Scripturarum adimpletio, cap 1. q.60.n.502 ibid
Scriptura licèt habeat multos libros, ſumma eſt in eis conſonantia, cap 1 quæſt. 60.n 503. ibid
Scriptura ſuos cultores reddit divinos.c.1 q 12. num 94 p. 19
Scriptura inquirenda & ſcrutanda,cap 1.q 82. n 704 p. 114
Pro ſacra Scriptura habenda omnia contemnenda, c 1.q 82. n. 706. ibid
Intelligentia Scripturarum clavis David cap.3. q 19 n.152 p 218
Sacræ Scripturæ myſteria humilibus panduntur,c.3 q 22 n. 174. p 222
Intelligentia Scripturæ pro magno præmio datur,c. 3.q.24.n. 194. p 225
Sacra Scriptura oſtium Eccleſiæ, & fidei, c.4. q.1.n 11 & 12. p.276.& 277
Lectio Scripturæ viam parat ad ſalutem, c 4. q.2 n.13 & 14. ibid
In lectione, ac meditatione ſacræ Scripturæ quies,ac recreatio, cap.4.quæſt 12.num.91. p 289
Eccleſia contra hæreticos ſacra Scriptura munitur,ac defenditur, cap.4 q 12 n.92.& 93. ibid
Viginti quatuor ſeniores exprimebant libros veteris Teſtamenti cap.4 quæſt.13.num.99 p.290
A Scriptura derivantur omnes ſcientiæ.cap 4. q.21.n.167. p. 301
In Scriptura ut in ſæculo noſtra bona,vel mala videmus. ibid
Sacra Scriptura vincit ac triumphat de hæreticis, c 4 q.26.n 234. p. 310
Scriptura liber obſignatus, & clauſus.c.5.q 1. num 6. p 337
Scriptura lux, à divino tamen lumine participatur, q.1.n 7. ibid
Chriſtus ſcripturarum interpres, c.5 q 1.n.8. ibid
Sacra Scriptura uno ore ſcripta, c 5.q.9.n 68. p.346
Solus Chriſtus myſteria ſacræ Scripturæ potuit aperire, cap. 5. quæſt. 9. num. 69. ibid
Sacra Scriptura in uno & eodem animali varias figuras exprimit, cap. 5. quæſt. 12. n. 90. p 349
Scriptura Epiſtola nobis miſſa à Deo, c 5.q 18. n.160 p. 360
Scientia Scripturæ multum placet Deo, & in ea max me ſtudendum,cap.5.q.18 num. 60. p.359
Scripturæ fulgur ſplendorem, ac terrorem ingerit,c.6.q 1 n 7 p. 379
Scriptura clauſa Judæis,aperta fidelibus, c. 6. q.32.n.281. p 420
Doctrina Scripturæ, non ſolùm legenda, ſed opere implenda cap 10.quæſt.14. num.133. p.553
Cœleſtis doctrina avide devoranda ut aliis profit, c. 10 q 14 n.134. p.553
Vide *Scientia.*

Senex.

Senibus reverentia exhibenda.cap. 1.quæſt.53. num. 419 p 70
In ſenibus maturitas judicii. ibid
Senes ſemper in multa reverentia fuerunt,c 4. q.14.n.114 p. 292
Deus nos docet ſeniorum Concilio uti, cap.4. q.14 n 115 ibid
Nullus ſenili ætate confiſus ſe intromittat, in his quæ non capit.cap 5 quæſt.19 num.165. p. 360
Senex aptus ad docendum,c.7.q.26.num.223. p.459

Sententia.

Valde difficile viro magno ſuam ſententiam retractare, ac mutare c 3 quæſt.58.n.511. p.2;2

Sepulchrum.

Ubi vitæ ſanctitas cognoſcitur honor ſepulchri non requiritur,c 1 .q.21 n. 170. & 171. p.18
Pro magno honore ſepulchri ſufficit viro juſto ſua ſanctitas. ibid

Sequi.

Qui mundum reliquit, & veſtigia Chriſti ſequitur,mortuus ſit mundo, c.1.q 74.n.640. & 641 p 104
Qui Chriſtum ſequitur, cum ipſo conformetur in morte, ac Paſſione, c.1 q 77. n.664. & 665.p.108
Qui Deum colit, ac reveretur, ipſum ſequitur, ac imitetur c.4.q 14 n.113. p. 292

Servus, ſeu Servire.

Servum Dei dici, ac nominari magnus honor, maximáque conſolatio, c.1.q.5.n.33.& 34. p.12
Servus paratiſſimus ſit ad omnia Domini ſui, c.1.q.9.n.63 p.16
Nil ſplendidius nomine ſervi Dei, c.1. q.9. n. 64. ibid
Deo ſerviendum, qui noſtri obſequii non obliviſcitur c.2 q.28.n.214. p.148
Felix, qui in morte Domini ſervus invenitur, c.3.q.11.n.80. p. 209
Juſtus pro præmio habet,Deo ſervire,c.4.q.41. n.367 p. 332
Servum Chriſti dici ſumma dignitas, c.5.q 25. n 227 p. 369
Qui Deo ſerv't verè Rex & liber eſt,c.5.q.26. n.240 p 371
Servire Deo magnum eloquium ac præmium in Cœlo; c.7 q.30. n. 257 p.465

Silentium

Silentio Deum multum veneramur, c. 8. q.2. n.23 p 472
In Eccleſia ſilentium habendum,c.8.q.2 n.24. & 25 ibid

Simplicitas

Simplicitas.

Simplicitas maximè apta ad regnum,c.5.q.28. n 267.& 268. p.375.376

Smyrna.

Quænam civitas & quis illius fundator,cap.2. q.26.n.203. p.145

Smyrna ſignificat myrrham & canticum , c.2. q.26.n.204. p.146

Societas.

Ex mutua ſocietate minuitur labor, c.1.q.33. n. 51.& 232. p 42

Ex ſocietate,ac conſortio aliorum propria Paſſio fit levis,cap.7.quæſt.16.num.152.& 153 p.448

Una mala ſocietas veluti pœna damni,vel ſenſus in inferno, cap. 8. quæſt.19. num. 192. p 497

Una mala ſocietas cuncta fœdat,c.9.q.3.n.27. p.501

Solus.

Nullus ſe exiſtimet ſolùm in honore ac dignitate, cap.2. quæſt.3. num. 21.22. & 23. p.118

Spes, vel *Sperare.*

Spes ac metus continent, hominem in virtute, c.1.q 4.n.28.& 29. p.11.

Spes rerum minuit omnem laborem,c.1 q.34. n.253. p.42

Spes præmii facilitat ardua cap. 2. quæſt. 22. n.169. p.140

Spe,ac timore vivendum, c.2 q.37. num.272 p.157.& q.60.n.458. p.184

Spes vera non in homine, ſed in ſolo Deo ponenda, cap.3. quæſt. 22. num. 176.& 177. p.222

Iram Dei excitat, qui in ſuis operibus ſpem ponit,c.3 q.22.n.178. ibid.

Magna miſeria quod homines in ſuis divitiis ſpem ponant, cap. 3. quæſt. 41. num. 359. p.250

Labores dant ſpem vitæ æternæ, c.4. q.10. n. 79.80.& 81. p.285.286 & 287

Quæ à Deo ſperantur tanquam in poſſeſſione habentur c.4.q.15.n.125. p 294

Valde miſer, qui in alio præter Deum ponit ſpem ſuam c.9.q.25.n.241. p.531

Spiritus Sanctus.

Spiritus ſanctus illuminat & inflammat corda noſtra,c.1.q.56.n.437. p 74

Spiritus ſancti eſt regere Eccleſiam, c.2.q 18. n.137. p.135

Quod Chriſtus docuit,Spiritus Sanctus confirmat,c.2.q 18.n.138. p.136

Spiritus ſancti dona ſolum communicantur his, qui ſunt in Eccleſia, cap.4. q.20. n.157. p.299

Primarii Spiritus Angelici, cap.1. q.13.n.103. pag.20

Spiritualia,

Vide *Bona Divina*, ſeu *Spiritualia.*

Stola.

Quid ſignificet ſtola, & qualis eſſet ejus uſus antiquitus c.6.q.26 n.2 6.237.238. & 239 p.413

Studium.

Vult Dominus nos exerceri in ſtudio ſacrarum litterarum, c.1.q.8 . n.70 . & 703. p. 113 & c. 0.0 0.0.96. p.146

In ſtudio diſputare grande pondus, c.2 q.64. num.502 p.190

Qui ſuo ſtudio ſibi & aliis proficit columna in Templo Dei,cap.3. quæſtion.28.num 227. p.231

Myſteria Scripturæ, ut intelligantur,ſtudio,ac expoſitione indigent, cap.10. q.14. n. 55. p.554

Status.

Quilibet, accommodet ſe ſuo ſtatui, cap. 2. q.20.n.154. p.138

Subditus.

Subditus exhibeat Prælato reverentiam,& Prælatus ſubdito conſolationem, cap.1. quæſt. 75.n 647. p.105

Subditi in Prælato informantur, cap.2. expoſ. 1.n.1. p.115

Superiorum mores norma ſubditorum, cap.2. q.2.n.6. ibid.

Subditorum delicta in Prælatum refunduntur. c.2.q 8 n.71. p.125

De manibus Prælatorum requiret Dominus delicta ſubditorum, cap.2. quæſt.49.n.309 p.163

Ex culpa ſuperioris pauci inveniuntur boni ſubditis,c.3.q.12.n.86. p.209

Bonus ſubditus ſolatium Prælati, c.3. q.12. n. 87.p 210

Bonus ſubditus confuſio eſt iniquo Prælato. c.3 q.12.n 88. ibid.

Prælatus ſic ſe gerat,ut ſe eſſe ſubditum recordetur, cap.4. q.23. n. 91.192.193. 194. & 195. p.305

Bonus Prælatus ſubditorum forma cap 3.q.7. n.51. p.204

Prælati ſæpè depravantur à ſubditis, c.8. 1.14. n.142. p.490

Superbia, vel *ſuperbus.*

Superbus ſua elevatione pejor eſt frigido peccatore,c.3.q.37.n.319. p.244

Superbus quantum in altum, erigitur tantum cadit, ac demergitur, cap.3 q 40 n.348.& 352. p.240

Aſcendere per ſuperbiam, idem eſt ac deſcendere. ibid.

Superbia repellit à nobis lucem divinæ ſapientiæ,c.9.q.15 n.51. p.504

A ſuperbis omnia mala, ac peccata prodeunt, cap.9. quæſtion.20. num 197.198. & 199. p.525

Superbia comes luxuriæ, cap.9. q.21.n.206.& 207. p.526

Supplicium.

Cum mali puniuntur roboratur juſtitia,cap.1. q.4.n.26. p.11

Impii Deum adorant ob pœnam, quam metuunt,c.1.q 25.n.182. p.31

In hac vita Dei ſupplicio affici magna Dei pietas,c 1.q 64.n.553. p.89

Poſt monita,ac beneficia gladio utendum, c.1. q.66.n.567. p.91

Qui inter majora beneficia peccat rigidius, puniendum, cap.1. quæſtion.68. num.584. pag.94

Ubi eſt gladius ad ſupplicium, ac pœnam ibi magna lux intelligentiæ, c.1. q.70. n.614. pag.99

Miſericordia,ac beneficia à Deo veniunt, ſupplicia autem à nobis, cap.1.q 75. num.649. p.105

Majorum ſupplicium, minorum eſt eruditio, c.2.q.2.n.16. p.117

Magnum ſupplicium torqueri in loco delicia-rum,c.2.q.60.n.460. p.184
Summum ſupplicium,nullum ſupplicium, c 2. p.60 n.465.466.& 467. p.185
Prælati cum dolore puniant,cap.3.q.38.n.329. p.245
Solus Jeſus dat ſalutem,creatis cum pœnas & ſupplicia, cap.5 quæſt.9.num.71.72.& 73. p.346
Boni Prælati puniunt malos,fovent bonos c.5. q.13.n.108. p.352
Magna miſeria, quod illud quod eſt aliis ad vitam ſit tibi ad ſupplicium, cap.7. q.29.n. 250.251.& 252. p 463.& 464
Qui non punit delicta, ſe auctorem illius facit, & declarat.c.8 quæſt.18.n.187.188.& 189. p.496.& 497
Impii ex ſummo gaudio tranſeunt in ſupplicium,quod in eos citò venit, cap.11.q.27. n.215. p 593
Grande ſupplicium ſuorum plagas videre,c.11 q.27.n 216. ibid.
Supplicium dilatatum acerbius, cap.11.q 27. num.217. ibid.
Supplicium in uno peccatore inflictum, in ſimiles deveniet, cap.11.q.27.n.218. & 219. ibid
Supplicium in impios à Deo venit, cap.11.q. 19.n.142.& 143. p 582
Vide *Caſtigatio.*

T

Tacere

QUi vacuus eſt à ſuo ornamento tacet,c.1. q.65.n 559. p 90
Præ admiratione rei magnæ homines tacent, c.8.q.1.n.16.17.18.& 19. p.471
In Eccleſia eſt tacendum, c.8.q.2.n.24. & 25. p.472
Vide *Silentium.*

Temporalia.

Vide *Bona temporalia.*

Tempus.

Tempora hujus ſæculi parva videntur juſtis, magna & longa iniquis, c.3. q.25 n 202.& 203 p.226
Tempus ut res valde pretioſa maxime lucrandum,c.10.q 12.n.117. p.550

Tentatio.

Magna gloria in tentatione vincere, c.3.q.24. n.194. p.225
Eadem tentatione juſti probantur ad præmium,& iniqui ad pœnam,c.3.q 24.n.196. 197.& 198. p.225.& 226
Tentatione devicta magna ſpes in Deo, cap.9. q.14.n 123. p 443
Deus permittit tentationem in bonum juſtorum, & perniciem iniquorum, c.9.q.17.n. 165.166.& 167. p.521

Teſtamentum.

Virtute utriuſque teſtamenti vincuntur adverſarii,c.1.q 69.n 591. p.95
Deus maxime prohibet, ne novum, vel vetus teſtamentum depravetur,cap.6 q.14.n.145. p.398

Teſtis.

Homo non det teſtimonium de ſe,cap.3.q.35. n.294. p 240

Terrena.

Vide *bona Temporalia.*

Temporalia.

Temporalium augmentum eſt eorum finis, c. 10.q.12.n.116. p.550

S.Thereſia.

Calamus Thereſiæ,veluti virga Regia aliorum corda ſubjicit,c.11 q.4 n.25. p.564
Thereſia leniter,& ſuaviter docet,& non ducit ad vitam,c.11 q.4.n 26. ibid.
Thereſia nos vocat,ut ejus ſpiritu infotmemur, ibid.
Thereſia docens veluti vices agit Angeli & Spiritus ſancti, cap.11. quæſt. 4. num. 27. p 565
Initia,ac principia Thereſiæ in culmine ſanctitatis,c. 11.q 4 n.28. ibid.
Plus delectabatur Thereſia pati pro Chriſto, quàm gloria ejus, cap.11.quæſt.4.num.29. ibid.
Thereſia labores, ac mortificationes pro deliciis reputabat, cap.11. quæſt. 4. num. 30. ibid.

Theologia.

Ablata diſputatione Theologica mundus periit c.8.q.2.n.8. p 470

Timor.

Homo tendit in ſalutem ſpe præmii ac timore pœnæ c.1.quæſt.66. num.568 569. & 570. d 91 & 92
Homo fit cautus à malo ſpe præmii, & timore pœnæ. ibid.
Timor,cuſtodia legum,c.1.q.68.n.588.& 589. p.95
Solùm qui timet ſervat præcepta. ibid.
Mors pro Chriſto non timenda,c.1.q.76.n.654 p.106
Solus Deus timendus; & omnia ſint repleta timore ejus, c.1.quæſt 76.n.655.656.& 657. ibid.
Timens Deum omnia poſſidet,ac habet,cap 2. q.18 n.139. p.136
Nil timendum, cum Chriſtus eſt adjuvans,c.2. 9.33.n.241. p.153
Timore,ac ſpe vincendum, cap 2.q.37.n.271. p.157.& q 60.n.458. p 184
Qui ſine timore, ac amore Dei vivit, peſſimus eſt c.3.q.37.n.324. p.244
Timor Domini initium ſapientiæ, cap 3.p.43. n 378. p.253

Thronus.

Maria Virgo Dei thronus,cap 4.q.11.n.82.83. & 84. p.287
A meritis condecoratur thronus, ac ſedes, c 4. q.12.n.90. p.289

Tribulatio.

Tribulatio ſecum habet opem auxilii divini, c.1.q.6.n.40. p.13
Tribulatio nota eſt & Character Chriſtiani, c.7.q.28 n 236. p 461
Tribulatio pro Chriſto ſuſcepta idem eſt ac præclara virtus, cap.7. quæſt.28. num.237. ibid.
Tribulatio à mundo nos deſtinet à Chriſto verò nos evolare facit, cap.7 q 28. num.238. 239.& 240. p.46 .& 462
Tribulatio evacuat à vitiis, & gratia Dei replet,c 7.q.29.n 292. p.462
Ubi major tribulatio, ibi major à Deo conſolatio,c.10.q.13.n.125. p 552

Tribu

Tribulatio, ſeu vexatio dat intellectum, c.3. q.48.n.422. p.259
Tribulationes juſtorum breviter tranſeunt, & in felicitate terminantur, c.7.q.2.n 23.24. & 25. p.418
Ex tribulatione ad quietem tranſit homo, c.7. q.28.n.234. p.461
Vide *Labor*.

Trinitas.

Sub umbra Trinitatis omne bonum, & felix auſpicium, c 3.q.32.n.272. p 237
Inſigniter à Beatis adoratur, & colitur myſterium Trinitatis.c.4.q.37.n.317. p.327
Propoſito Trinitatis myſterio quilibet ſe ſubmittat & nolit ſcrutari, cap.4. q.40. n.361. 362. p.331
Trinitatis myſterium non eſt ſcrutandum, ſed credendum. ibid.
Tres Divinæ perſonæ inſeparabiles ſunt, c 11. q.50.n.232.233. p.596

Tribus.

Quid ſit tribus, c.7.q 1 n.99. p 440
Quare Joannes in omnibus ponit æqualem numerum ſalvandorum, c 7. n. 100. & 101. p.440
Ex Chriſto naſcituro honoratur tribus Juda, c.7.q.14.n.119. p.442

Triſtia.

Deus lætis triſtia, & proſperis adverſa præmittit, c 1.q.79 n.67. p.110

Tuba.

Varius tubarum uſus, cap.1.quæſt.41. n.305. p.50
Tuba figurat Eccleſiam, c.1. q 41. num. 308. ibid.

R

Vanitas.

Plenus vanitate vacuus eſt à ſuo officio, c 3. q.8.n 61. p.206

Venerari.

Vide *Reverentia.*

Veneratio.

Magna veneratio myſteriorum, q. 6. num. 1. pag.2

Verbum Dei, ſeu ſermo Dei.

Verbum Dei nos ad pugnam vocat, c.1.q.41. num.306. p.50
Verbo Dei plenus penetrat auditorum corda, non verò qui proprio ſpiritu ducitur, cap.1. q.67.n 572. p 92
Dei verbum non eſt otioſum, c.1.q.67.n.573. ibid.
Dei Verbum efficaciſſimum ad penetranda corda, c.1.q.67.n.564. p.93
Verbo Dei armatus hoſtes non timet, c.2 q.38 n.282. p.159
Verbum Dei multam vim habet ad trahendum ac ad devincendos hoſtes, c.3.q.21.n.166. & 167. p.221
Divinum Verbum omne impedimentum tollit, cap.3.q.21.n.168. ibid.
Nulla induſtria, aut vis valet reſiſtere Dei verbo, c.6.q.4.n.55. p.385

Verbum noſtrum.

Verba operibus conjungenda, cap. 1. q.66. n.564 p.91

Veritas.

Potius veritati quàm auctoritati conſulendum, cap.1.q.7.n.4. p.13
Veritas virtus propriè regia, c.1 q. 8.n. 38. p.25
Veritas ab humili non creditur.c.1.q.18.n.139. ibid.
Veritas ſit munda, & non compoſita, c.1.q.50. n.391. p.64
Veritas ſine fuco mendacii, c.1.q.51. n 400. p.65
Ibi nitet veritas, ubi eſt ſanctitas, c.3.quæſt.18. n.145. p.217
Veritas annexa cum ſanctitate, c.3.q.18.n.145 p.218
Veritas etiam in voce conſtans ac invariabilis c.3.q.34.n.286. p.239
Veritas maximè competit verbo, cap.3 p.35. n.292. ibid.
Prælato ac principi maximè competit veritas, utpote illorum propria, c.3.q.36.n.302.303 304.305.306.& 307. p.241.& 242
Et deſiderio cognitionis veritatis aliquando flendum, cap. 5. quæſtion.11. numero 85. p.348

Verecundia.

Verecundia de propria culpa magis movet animum quàm timor judicii, cap 3.q.34 n.289 p.239

Veſtis.

Quilibet gerat veſtitum illius cujus perſonam gerit, cap.1.quæſtion.68. numer 583. p 94
Antiqui in ſuo convivio veſtibus candidis utebantur, cap.5. quæſtion 47. numero 405. p.258
Veſtis candida valde apta Martyribus, c.7.q.21 n.180. p 452

Ventus.

Venti denotant tentationes, ac perſecutiones, c.7.q.3.n.20. p.428

Vexatio.

Vexatio dat intellectum, c.8.q.16.n.163.164. & 165. p.493

Via.

Qui ad Deum ire deſiderat viam ſalutis agnoſcat, qua eundum, cap.1.q.42.n.316.& 317. p.52

Victoria, ſeu Victor.

Victoriæ cognitio dat vires ac animum, cap.1. q.4.n 27. p.11
Vitiorum victor valde ſublimatur à Deo, c.3. q 31.n.259. p 235
Victoribus conſtituta palma, c.7. q.22.n.186. p.453
Victor fit in domo Dei non verbis, ſed operibus, c.7.q.22.n.189. p.454
Qui ſine propriis meritis vincit non habet coronam, c 9.q.10.n.94. p.510

Videre, ſeu viſio Dei.

Carentia viſionis Dei ſummum tormentum damnatis, cap.1.q 29.num.216.217.& 218. p 36 & 37
Ut Deus videatur, dextera ejus nobis neceſſaria, c.1.q.75.n.648. p.105
Eliguntur Electi ut Deum videant, c.7.q.10. n.94. p.419
Sola Dei viſio ſatiat noſtrum appetitum, c. 2. q.67.n.547. p 196

Semper affectus ad claram Dei viſionem impellit. ibid.
Beati magno affectu Deum vident, cap 7. q. 20. n. 172. p. 451

Vigilantia, ſeu *Vigilare*.

Vigilantia in Prælatis maxime neceſſaria, c. 1. q. 59. n. 492. p. 80. & cap. 4. quæſt. 35 n. 315. p. 323
Vigilia Prælatorum ſuos cuſtodit, & inimicos perimit, c. 1. q 61. n. 530. & 531. p. 85
Deus dicitur evigilare ſuis, conſulens ut inde homines diſcant vigilare, cap 2. q 55. n 414. p. 177
Vigilia multum neceſſaria Paſtori, c 3. q 5. n. 32. p. 202
Vigilia multiplici nomine Prælato commendatur, c. 3. q. 6. n. 38. p. 203
Puritas ad vigiliam excitat, c. 3. q. 6. n. 40. 41. & 42. ibid.
Vigilia principis lux ſubditorum, c 3. q. 7. n 52. p. 205
Chriſtus ſemper vigilans in ſuos, c. 5. q 12 n. 97. & 98 p. 350
Plus Deus vigilat, & tuetur homines, quam ipſi ſeipſos, c. 5. q. 17. n. 150. p 358
Vigilia evitatur omne malum, c. 6. q. 15. n. 156. p. 400

Vindicta.

Nec honos, nec auctoritas eſt ei qui vindictam affectat, c. 9. q. 22. n. 204. & 205. p. 408

Virginitas.

Virginitas apta ad myſteria divina cognoſcenda, c. 1. q. 8. n. 57. p. 15
Ex virginitate, ac caſtitate ſpes ad immortalitatem, c. 1. q. 54 n. 442. p. 72
Virgines invitantur ad reſurrectionis gloriam, c. 1. q. 54. n 443. ibid.
Ex virginitate receptaculum ad Deum ſuſcipiendum, c. 2 q. 47. n. 350. p 169
Virginitas vigiliam ad ſui cuſtodiam excitat, c. 3 q. 6. n. 40. 41. 42. & 43. p. 203. & 204
Virginitas, ac puritas ſplendidiſſimum hominis ornamentum, c. 3. q. 14. n. 108. p. 212
Vide *Puritas*, *Caſtitas*.

Virtus.

Virtus perfecta interius, & exterius in eſt. c. 1. q 52. n 412. p. 67
Juſtus in virtutis culmine ſe peccatorem reputat, c. 1. q. 55. n. 448. p. 73
A culmine virtutis paulatim, ac ſenſim diabolus vult depellere, c. 2. q. 8. num. 72. & 73. p 126
Multi in virtute incipiunt in auro, deſinunt in luto. ibid.
Sine charitate virtutes non habent perfectionem, c. 2. q. 13 n 99. & 100. p. 130
Virtus probata habenti, & aliis proficit, c. 2. q. 33. n. 239. p. 153
Virtus inter iniquos maxime laudabilis, cap. 2. q. 50 n 261. p. 160
In via virtutis ſemper ad majora procedendum, c. 2. q. 41. n. 302. p. 162. & q 57. n. 431. p. 180
Qui in virtute quieſcit, deficit, c. 2. q. 57. n. 432 ibid.
Virtus publicata, ac laudata maximam contrarietatem, & impugnationem patitur ab adverſariis c. 3. q. 26. n 208. p. 228
Præclara virtus debet muniri, ac armari adverſus impugnationes inimicorum. ibid.
Cum ſæcularis poteſtas multiplicatur non multiplicatur virtus, c. 3. q. 33 n. 278. p. 237
Ex malitia unius, virtus alterius magis elucet, c. 3. q 34. n. 283. p. 239
Perfecta virtus, non ex una virtute, ſed ex omnibus conſtat, cap. 3. quæſt. 46. num 409. p. 257
Virtus animæ ornamentum, c. 3. q. 47. n. 416 p. 258
Laude dignus, qui rem magnam virtutis aggreditur etiamſi non aſſequatur, cap. 5. q. 8 n. 63 & 64. p. 345
In virtute non quieſcendum, c 6. q. 6. num 67. p 386
Tandem virtus quæ fuit juſtis in via, manet in patria, c. 6. q. 28. n. 252. p. 415
Virtus fœcundiſſima, cap. 7. quæſt. 11. num 99. p. 440
Qui virtutes adimplet ad dextram Dei elevatur, cap 7. quæſt. 14. num. 130. 131. & 132. p. 444.
Virtus nullo pondere flectitur ac fatigatur, c. 7. q 21. n. 185. p. 253
Qui pro virtute decertat palmam habet in domo Dei, cap. 7. quæſtion. 22. numero 186. p. 454
Ex noſtro affectu naſcitur dulcedo vel amaritudo in virtute, c. 10. q 15. n. 146. 147. 148. & 149. p. 555. & 556.

Vita, ſeu *Vivere*.

Longa vita hujus ſæculi breviſſima eſt per comparationem ad æternitatem, cap. 1. q. 6. num. 36. p. 12
Ex fugacitate vitæ hujus ſæculi fideles ad labores animantur, cap. 1. quæſtion. 6. num. 37. ibid.
Summa brevitas hujus vitæ ſemper cogitanda, c. 1. q. 6. n. 38. p. 12
Vita contemplativa, & activa ſint ſimul, cap. 1. q. 57. n. 472. p. 76
Vita activa ſit fortitudini conjuncta, c. 2. q. 55. n. 418. p. 178
Bene vivere inter malos valde admirabile, c. 3. q. 12. n. 89. p. 210
Tempus præſentis vitæ breve, c. 3. q. 25. n. 201 & 202. p. 226
Qui aliis vitam communicat, vitam habeat in ſe, c. 4. q. 39. n. 353. 354. & 355. p. 329. & 330
Vita præſens mutationibus obnoxia, c. 9. q. 7. n. 71. p. 507
Magna miſeria in vitiis vitam laborioſam agere, c. 9. p. 7. n. 74. 75. & 76. p. 507. & 508
Bonus vitæ finis peculiare Dei beneficium, c. 10. q. 11. n. 107. p. 548

Vitium.

Natura diligenda vitium odio habendum, c. 2. q. 16. n. 124. p. 134
Vitium & turpitudo, quæ fuit in via, manet in inferno, cap. 6. quæſtion. 28. numero 254. p. 416
Magna miſeria in vitiis vitam agere laborioſam, c. 9. q. 7. n. 75. & 76. p. 507 & 508

Unio, ſeu *Unitas*.

Fideles in unione conſervantur, cap. 1. q. 1. n. 9. pag. 8.
Fidelium unitas in Eccleſia, cap. 3. q. 59. n. 522. 523. & 524. p. 272
Fideles omnes ſint uniti cum Deo & inter ſe, c. 4. q. 23. n. 190. p. 304

Iniqui

Iniqui uniuntur in malum, cap.9 q.21.n.201. p 526
Unio inter juſtos diviſio inter iniquos,c.11.q. 5.n.33. p.566

Vocatio,ſeu Vocare.

Per memoriam Principii ac exitus à Chriſto vocamur, c 1.q.31 n.229. p. 38
Deus variis mod s nos vocat, c.3.q.52.nu.461. p.265

Voluntas.

Deus nullius voluntatem cogit c.3.q.42.n.366. p 251
Noſtrum deſiderium,ac vol intatem pro magno pretio Deus reputat cap.3.q.43. num. 377. p.253
Deus ſolùm noſtram voluntatem quærit. ib d.
Qui idem voluerit ac Deus rex cenſebitur,c.5. q.26.n.238 p. 371

Vox.

Vox magna animos commovet ac excitat,c.1. q.40.n 301 p 49
Fidei veritas alta, & aperta voce prædicatur, c.1 q.40.n.302.& 303. p 50
Una vox exc tans,multum efficax, c. 3.q 7.n. 44.q. 204
Vox Dei valde efficax,ad convertendos,ac adducendos homin s, c.6.q.4.n.53 54.& 55. p. 384. & 385

Vulnera Chriſti.

Excellentia vulnerum Chriſti etiam ab intellectu Angeli non aſſequitur, c.7 q.27.n.231. p.460

Zelus.

Ex zelo honoris Dei, non ſuſtinentur mala contra Eccleſiam,c.2.q 6.n.49. p.122
Zelus animarum ſolùm eorum ſalutem quærit, & procurat,c.3.q.45 n 397. p 256
Magnus fit zelus Prælatorum in quærenda ſalute ſuarum ovium, cap.3. q 43.num.401. p. 257
Qui fervet zelo Dei, ac ſalutis proximi, non quieſcit, c 4.q.32 n.287 p 319
Zelus ſimulatus omn bus armis crudelior,c.6. q 12.n.126 p. 395

FINIS.

CLARISS. LITTERARUM CULTORIBUS

HÆREDES LAURENTII BARBIELLINI

ROMANI BIBLIOPOLÆ

ET TYPOGRAPHI

S. P.

NEminem in Litteraria Republica futurum arbitramur, qui noſtrum in Libris Clſs. Viri ad publicæ utilitatis commodum edendis ſtudium & diligentiam ſit vituperaturus, quod multorum jam ſit opinione pervagatum, parum illos, aut fere nihil ad ſcientias percipiendas prodeſſe, qui nullis ingenii monumentis, nulla præſtantis animi induſtria, ſed gravi & operoſo labore ſapientum virorum dicta atque ſententias excerpentes, multarum rerum acervis libros inficiunt, quibus neque juventutem optimis inſtitutis imbuere valeant, neque doctis eſſe adjumento. Sed ſi animum ad ea revocaverint, quæ pertinent ad ſcientias, earumque cultum, ad litterarum copiam & ornamentum, profecto intelligent, ſola & ſimplici rerum cogitatione jejunum & aridum eſſe fructum ingenii, neque ullam afferre ſine auctoritate voluptatem, ut excellentium virorum præſidio ſuffultum valeat ad faciendam fidem. Id experimento & quotidiano rerum uſu & conſuetudine didicimus: nullam enim eſſe illius ingenii vim atque virtutem putamus, quod omnem a rebus ipſis abſtrahit affinitatem, quarum cognitione conceptam meditationem percipimus. Itaque ut illuſtrium virorum, qui collectis undequaque ſententiis atque monumentis ratione, & præclari ingenii luminibus libros ſcripſerunt, quibus Litterariam Rempublicam locupletarent, nemo gloriam & nominis famam detrahere poterit; ut Morerii, Ducangii, Grevii, Gronovii, & ceterorum, qui iis ſtudiis ſunt delectati; ita neque Clſs. Pr. Lucii Ferraris laudem minuere, quam illorum exemplo eſt conſecutus. Cum enim mentis dexteritatem cum ingenuo labore conjunctam publicæ utilitati dedicare ſtatuerit, omnibus unum in locum coactis ſcriptoribus, quod quiſque commodiſſime præcipere videbatur, excerpſit, & ex variis ingeniis, excellentiora quæque libavit. Sacrorum Canonum ſtatuta, legum ſanctiones, Sacr. Congregationum reſponſa atque decreta collegit, quæ *Bibliothecæ* nomine in vulgus edidit, ut quiſque diuturni laboris ſui & induſtriæ fructum exciperet, & in ea explicatis rebus, propoſitis quæſtionibus, ſententiis apte, ſapienterque diſtributis, doctrinæ atque ingenii divitias & ornamenta conſpiciat.

Publicæ igitur utilitati ne unquam deeſſe in tantis hominum ſtudiis, quibus ad ſcientias contendunt, videremur, Clſs. Auctoris Opus tertio in lucem e noſtris typis mittere curavimus eodem titulo, quo idem ipſe primum Venetiis, ſecundo Bononiæ, ut fertur, anno 1752. deſignavit. h. e. *Prompta Bibliotheca Canonica Juridico-Moralis, Theologica, partim Aſcetica, Polemica, Rubriciſtica, Hiſtorica de principalioribus & fere omnibus, quæ in dies occurrunt*. Et eam octo in Tomos, ſive partes Alphabetico ordine diſtributam dabimus, quorum prior res omnes, quæ litteris A. & B. indicantur, continebit, ceteri vero reliquas uſque ad extremam.

Et cum octavo Tomo ſecundæ editionis Bononienſis illuſtris Auctor ſupplementa multarum rerum adjecerit; hæc nos ſuis in locis juxta rerum ordinem & Alphabeti ſeriem apte & diſtincte collocabimus; quæ cum in Indice rerum, & materiarum minime indicata fuerint, nos ad Indicem ipſum multis auctum diligentiſſime referemus. Ut autem ad Auctoris voluntatem noſtra etiam & ſtudium accederet, Opus citatis quamplurimis tum Sacri Concilii Tridentini & Sacror. Rituum Congregationum Decretis, tum Sac. Romanæ Rotæ Deciſionibus, quæ hucuſque prodiere, etiam theologicis & eruditis quam plurimis additionibus, vel adnotationibus locupletari curavimus, ut abſolutam, quoad fieri per nos licet, litteratis viris Bibliothecam exhibeamus. Caractere illam eodem efferemus in lucem, quo Epiſtolam iſtam expreſſam damus, eodemque etiam papiro, atque menſura. Cum autem pleroſque eſſe acceperimus, qui totum opus ampliori papiro editum vellent, ſive, ut vulgo fertur, *in folio*: ad eorum etiam voluntatem noſtram accommodabimus curam & diligentiam, ut hoc eodem caractere, ſed papiro mediocri lucem aſpiciat: quo quiſque intelligat, quid per nos fiet, & qua ratione publicæ commoditati inſervire velimus.

Unumquemque Tomum quam breviſſime fieri poterit, e typis noſtris in vulgus dabimus; quapropter vos, Præſtantes Viri, rogamus, ut nobis præſidium & auctoritatem, inita nobiſcum ſocietate, exhibeatis, ne unquam hujus noſtræ in Rempublicam litterariam voluntatis pœniteat, & ad majora paratiores ſimus. Sociis totam Bibliothecam hujus formæ, minoris dabimus, quam modo Venetiis prodeat, videlicet 64. denariis, ſive juliis Romani numi, illis autem, qui ſocietatem contrahere recuſabunt, non eodem pacto pretio, ſed Veneto, liris nimirum 76. Eandem vero *in folio* ſociis duo & 70. denariis venumdabimus, hoc eſt 9. denariis pro tomo quolibet; hujus autem formæ *in quarto* denariis 8. ea tamen pactione ac lege, ut pretium cujuſque tomi ante perſolvant, cujus ſyngrapham accipient, quam nobis reddent, abſoluto quocumque tomo: qua fide nos eſſe obſtrictos volumus.

Noſtrum igitur, P. Viri, erga vos officium & voluntatem demonſtravimus, quæ tandiu retinere nobis curæ erit, quandiu vos quæcumque litteraria monumenta a nobis proficiſcentur, pro veſtra humanitate conſervabitis. Valete.

BS
DA
2335
S85
1697
t.8

Sylveira, Joannes da
Opera Omnia

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY